4A
1
2
17

4A
1
2
17

Foi 4-49-5

4A
1
2
17

DE PERSONALITATE SPIRITUS SANCTI

De santa Cruz de Busao.

LIBER IIII.

DE PERSONALITATE SPIRITVS SANCTI.

CAPVT PRIMVM.

Naturæ rerum ex se ipsis, nec communes sunt, nec singulares.

AGGREDIMVR quæstiones conuenientes lib. 4. quem inscribimus de Personalitate Spiritus Sancti. At verò vt de Personalitate disseramus, discernenda illa est à natura singulari; tractandumq; erit anteà, quid præstet naturam singularem. Ista verò disputatione, adhùc est alia anterior, à qua librum istum auspicamur; sintnè rerum naturę ex se ipsis aut communes, aut singulares? Cuius quæstionis ad alias cõmoditas, in disputando perspicietur. Caput habet partes tres.

Prima pars: *Rerum naturæ non sunt ex se communes.*

Secũda pars: *Non sunt ex se singulares.*

Tertia pars: *Quæ sit vnitas naturæ communis & singularis.*

PRIMA PARS.

Rerum naturæ non sunt ex se communes.

1. Ad explicationem 1. præno-tatio. De triplici statu naturæ.

QVidam igitur opinantur naturas rerum esse ex se ipsis communes; Meditãda quippè est natura quępiã, siue essentia creata, in triplici statu siue conditione. Primò, prout re ipsa existit, quo pacto est omninò singularis. Secundò, prout est in intellectu, qua ratione prorsus est communis. Tertiò, cum ijs quæ habet ex se ipsa: vt natura humana ex se ipsa, est ex sensibili, & rationali cõcreta.

Deindè verò declaranda est nota illa, ex se, quid significet. Quædam enim per se dicuntur primo & secundo modo dicẽdi p se, quę perpetuò talia dicuntur, vt quòd homo rationalis sit & risibilis. Atqui hoc pacto natura ex se non est communis neque singularis: si enim esset per se communis, perpetuò esset cõmunis, & nõ posset effici singularis; sicut homo non potest esse irrationalis, aut non risibilis: neque si esset per se singularis, posset effici vllo modo communis, etiam operatione intellectus. Si ergo ex se, & per se eodem modo vsurpes; constat inter omnes Philosophos, naturas rerum non esse ex se communes, hoc est, non vindicare hoc sibi ex propria ratione quasi essentiale, aut perpetuum quod separari non possit. Sed alia significatione quęritur sitnè natura creata ex se cõmunis, hoc est considerata per se ipsam, cum ijs quæ habet ex re ipsa, antequàm intelligatur contracta per singulariũ differentias; est enim natura singularibus, ipso ordine naturæ, prior. Considerata ergo natura in illo ordine prioris, quo anteceditsingularia, percõtamur modò, sitnè ex se ipsa, hoc est, ex re ipsa cõmunis; an verò sola operatione intellectus?

2. præmotatio de nota ex se. significat 1. per se 1. & 2 modo dicendi per se, seu perpetuò.

In hoc sensu natura ex senõ est communis neque singularis.

Probatur.

Significat 2, ex re ipsa & secundum se.

In hoc sensu est quæstio de natura prout singularib' ipso ordine naturæ prior est, an sit ex se, seu p se ipsam communis.

3. 1. sententiæ 1. explic. asserẽs naturã esse ex se cõmunẽ in ipsis indiuiduis existẽtib.

Qui aiunt, naturam creatã quamcũq; esse ex se ipsa communem, duobus modis id explicant: quidam enim in ipsis indiuiduis existentibus aiunt esse natu-

ram communem re ipsa distinctam ab indiuiduis, formaliter siue ex natura rei. Quæ est opinio Ioan. Scoti in 2. d. 3. q. 1. & in quodlib. q. 2. & in 7. Metaph. q. 18. eandemq; tuetur Anton. Andre. lib. eodem, q. 16. cum alijs.

Scot.
Ant. Andr.
Molin.

4.

2. explicatio asserens communitatē antecedere indiuidua existētia.

1. sententiæ sic explicatæ sectatores.

At verò nonnulli sunt, qui naturam ex se communem confitentur esse, & re ipsa distinctam ab indiuiduis; sed eam communitatem aiunt antecedere indiuidua existentia. Et certè omnes quotquot distinguunt naturam ab indiuiduis (cum quibus disputabimus parte cap. tertia, & iterùm contra eosdem ostendemus cap. 3. indiuiduum non addere naturæ formam aliquam re ipsa distinctā) opinantur illam vtpotè distinctam, per se ipsam esse communem. Commentantur autem in natura communi quandā potētiam vt sit in pluribus singularibus; cuius potentiæ actus ipse sit, esse in pluribus. At verò vt iste actus potentiæ cōueniens explicetur, aiunt naturam esse in pluribus vt totū in partibus per quādam identitatem; actum verò istum non reperiri simul cum potentia, sed illi succedere. Natura enim quatenùs antecedit singularia, est (inquiunt) apta esse in pluribus; sed singularibus contracta inepta redditur vt sit in pluribus: quod enim contractum est, non est commune; quod autem commune non est, non est aptum esse in pluribus. Est autem discrimen inter aptitudinem istam & actum: nam aptitudo est propria naturæ communis, & non inuenitur in singulis siue singularibus, vt diximus; actus verò saltèm partialiter in pluribus est; quia dum eadē natura est in isto, & in illo, est quoque in pluribus: sed neque in isto est apta esse in pluribus, neque in illo.

1. eius assertū, In natura cōmuni esse realē potentiam, seu aptitudinē

Addit. 1. actum aptitudinis scil. esse in pluribus, non esse cum ipsa simul, sed illi succedere.

Probatur.

Addit. 2. aptitudinē nō esse in singularibus: actum non nisi in illis.

Probatur.

Post hæc obseruāt, quòd in ipso singulari natura cōmunis inuenitur, quæ quidèm est apta esse in pluribus, sed non est apta esse in illo in pluribus: aperta enim est contradictio, cum singulare sit vnum, quòd sit in singulari apta esse in pluribꝰ.

5.

2. assertum: In singulari esse naturā cōmunem: non tamen aptitudinem, seu cōmunitatem.

Probatur.

Contradicunt quidam Scotistæ etiā in singulari ponentes aptitudinē sed remotam.

Quidā verò Scotistæ etiā hoc affirmant; quia (inquiunt) natura in ipso singulari habet potentiam vt sit in pluribus, remotam tamen & impeditam.

6.

3. assertum: In natura aptitudinē esse motu

Quòd si velimus percontari, quid sit in ipsa natura potētia hæc, & aptitudo? Respondent esse modum rei, non modū purum qui est res ipsa, vt modus per se entis est ipsa substantia per se ens: hic enim modus naturæ cum sit ipsa natura, inuenitur in singularibus; illa autem aptitudo, vt sit in pluribus, in singularibus non est. Aiunt igitur esse modū rei extraneum, & quasi accidentem; sicut enim esse in potentia est modus rei, qui transit aduenientе actu existentiæ, ita ista aptitudo naturæ vt sit in pluribus, transit aduenientе singulari, in quo ipsa natura efficitur concreta, & singularis.

dū rei; non purū, qui est res ipsa, cum hæc sit in singularibus; sed extraneū & quasi adiacentem.

Ostenditur.

Coniuncta est autem cum ista aptitudine (vt opinantur) vnitas quædam naturæ communis, quæ similiter conuenit naturæ ex se, sed non in singularibus inuenitur; de qua parte cap. 3. differemus: cum ergo in natura creata ex se ipsa remotis extrancis, ponant aptitudinem realem, vt sit in pluribus, cum vnitate reali potentiali, nihil mirum quòd affirment, illam esse ex se ipsa communem & vniuersalem.

7.

Additamentū. Cum aptitudine coniunctam esse vnitatem realem potentialem, de qua p. 3.

Postremò ne videatur inficiari quod est omnibus cum Aristotele concors assertum, vniuersalia & communia quæq; fieri per operationem intellectus; quidam respondent hanc communitatem naturæ antecedere quidèm singularia, & ipsam operationem intellectus, sed non existere, nisi in intellectu. Et id plerosq; sensisse, qui opinantur vniuersalia fieri per intellectum; eò quòd fieri referatur ad esse: sicut ergo ipsa vniuersalitas non sine opere rationis existit, ita & per opus rationis fieri dicitur: est ergo natura cōmunis ante intellectum, sed illa communitas naturæ non existit ante intellectum, cum sit ens rationis.

8.

Contra 1. sent. Obiectio.

Respōsio quorundam est 4. assertū: eam communitatē esse priorē singularibus, & operatione intellectus, per hanc tamē fieri, & existere.

At verò S. Thom. cum omnibus ferè Theologis, ac Philosophis negat naturā creatam esse ex se communem. Primùm autem constituendum est Philosophorum nullum sensisse, naturam communem existere per se ipsam in illa communitate: quam incredibilem opinionem Aristoteles Platoni aut attribuit, aut imposuit, eandemque euidentibus improbat argumentis lib. 1. Metaphys. cap. 6. & lib. 9 Metaphys. text. 26. & 27. & alijs in locis. At verò S. Thom. lib. 4. de Regimine Principum, cap. 4. commemorat Eustratium, & Simplicium testantes fuisse ab Aristotele Platonem falsò incusatum istius erroris. Quod idē sentit S. August. libr. 83. quæstionum, quæst. 46. & libro 7. de Ciuitate Dei, cap. 28.

9.

2. sent. *S. Thom.*

Iuxta illam 1. conclusio.

Nullus Philosophus sensit naturam communē existere per se ipsam in illa communitate.

Hoc figmentum impositū Platoni ab *Aristot.* *S. Thom.*

S. August. Platonem in-

terpretatur de ideis diuinis.

Aug. Eug.

10. 2.conclusio.

1. sententiæ 1. explicatio parũ distat ab eo figmento.

Probatur 1.

cap.28. Sed Platonem loquutum ait de ideis in mente diuina. De qua re Aug. Eugubin. lib.1.de perenni Philosophia, cap.1.plura persequitur.

Qui igitur opinantur naturam communem in indiuiduis adhùc existere distinctã, parùm distant ab isto figmento; quod omnes exsibilant cũ Aristot. Nam etsi dicant naturã in sua cõmunitate nõ existere per se ipsam, sed per indiuidua; ita vt in illa communitate non sit capax existẽtiæ per se ipsam: certè necesse est, vt fateantur Deũ creare naturã cõmunẽ in sua cõmunitate: vel enim nulla est vsquam natura cõmunis in rebus existentibus; vel quidẽ à Deo creatur, & existit in ipsis indiuiduis. Quod autẽ existat nõ per se, sed per indiuidua, nihil tuetur sic opinantes: nam & materia prima non existit per se, sed per formam; & tamen verè producitur, & creatur. De illa ergo natura communi producta extra causas & manente adhùc in sua communitate, eadem impossibilia commõstrare licet, quæ Aristot. ostendit de vniuersalibus Platonicis. Præterea quid rei illud sit, explicent, quòd omnes naturas creatas putent existere per se, solam naturam communem negent ita per se existere: nisi quòd fucum istum quærunt, quòd nõ videantur ponere vniuersalia existentia cum Platone, quę ipsi haud dubiè existẽtia constituunt, non per se separata, sed tamen verè existentia in indiuiduis. Sequitur prętereà vt indiuidua eiusdẽ speciei sint idem identitate aliqua reali; siquidèm eadem natura specifica sua idẽtitate reali est in multis: quæ tamen retractauit Parisijs Thom. de Vltricuria, cũ alijs erroribus qui & Romæ damnati sunt, vt legitur tomo 4.Biblioth.

Sequitur Deũ creare naturã communẽ in sua communitate.

Materia 1.non existit per se, sed per formã, & tamen verè creatur.

Probatur 2.

1. explicatio ponit vniuersalia verè existentia in indiuiduis.

Probatur 3

Sequitur indiuidua eiusdem speciei esse idẽ identitate aliqua reali.

Thomas de Vltricuria.

11. 3.conclusio.

2. explicatio est ęquè im,pbabilis.

1.fund.

Aristotel. ait vniuersalia non esse à rebus separata.

Neque probabiliùs opinantur, qui naturam communem aiũt antecedere indiuidua existentia. Cum enim natura cõmunis nõ sit separata ab indiuiduis, sed coniuncta eum illis, necesse est vt in illis existentibus existat natura ipsa: quod probatur Aristotelis sententiâ 7. Metaph. tex. 16. vbi docet vniuersalia nõ esse à rebus separata; ergo in rebus existentibus existunt. Sed quia hæc opinio plura astruit, quibus se tuetur, paulò anteà commemorata; idcircò ea omnia singulatim suo ordine impugnanda sunt; nulla autem ratione meliùs probabimus naturas rerum nõ esse ex se communes, quàm tollendo istam aptitudinẽ, & vnitatem, quam illi comminiscũtur. Primò igitur probatur quòd natura ex se non sit apta esse in pluribus, & quòd hæc aptitudo nihil sit in ipsa natura, nisi intentio rationis: potentia enim cuius actus non est realis, nõ est ipsa realis vllo modo, sed rationis aliquid; sed esse in pluribus non est aliquid reale; ergo potentia vt sit in pluribus nõ est realis. Assumptũ primum certum est, nulla enim est potẽtia, qua nihil possumus; si ergo potentia realis est, ad hoc est, vt aliquid rei possimus. Secũdum igitur pronunciatũ probatur, scilicèt quòd esse in pluribus non sit quid reale; primò, quia naturam esse in singulis, nihil esse; ergo neque esse in pluribus est aliquid. Probatur antecedens, vt vnum sit in aliquo opus est aliqua distinctio vtriusque, auctore Aristotele in Physicis; sed in re ipsa inter hominem, & Petrum nulla est distinctio; ergo quòd homo sit in Petro nihil reale est; sed sola meditatio rationis, qua distinguimus Petrum ab homine, efficit vt dicamus hominem esse in Petro. Confirmatur, quia Petri & hominis identitas realis est eiusdem ad se ipsum; sed nihil est in se ipso modo existendi reali; ergo quòd homo sit in Petro non est aliquid reale. Quòd verò naturam esse in pluribus non sit aliquid reale, probatur, quia natura in pluribus sunt plures naturæ, & nullo modo vna: nam illa vnitas quam ponunt in natura communi, amittitur accessione singularium, vt ipsi concedunt: natura ergo ipso actu existendi in pluribus, iam non est vna; ergo naturam existere in pluribus nihil est, nisi quædam cõtemplatio rationis, qua vnam naturam in pluribus meditamur cum re ipsa non sit vna natura, sed plures. Respondebis naturam non esse vnã in pluribus re ipsa, sed eam quæ est in pluribus esse re ipsa vnam. Hoc tamen refellimus, nam quæ est in pluribus, est ipsa natura apta esse in pluribus, vt dicunt; cuius aptitudinis actus sit esse in pluribus; iste, inquam, actus cuiusnam rei actus est? vniusnè naturæ? Si vnius, profectò natura vna in pluribus existit sola consideratione intellectus distinguentis illam à singularibus; neque enim vnum in pluribus re ipsa esse potest; nam vnitas amittitur per multitudinem: si verò iste actus qui est existere

2. fund. impugnans asserta 2. explicationis.

Impugnatio 1.asserti de aptitudine, est illius actum, sc. esse in pluribꝰ, non esse reale.

Impugnationis probatio 1. Naturã esse in singulis nihil reale est ob defectum distinctionis.

Aristot.

Confirm.

Nihil est in se ipso, modo existendi reali, probatio 2.

Natura ipso actu existendi in pluribus iã non est vna, sed plures naturæ, ex additamento post 4.assertum.

Responsio.

Refellitur.

Vnum in pluribus re ipsa esse non potest, Ratio.

Si verò actus non est vnius naturæ, neque aptitudo est vnius naturæ.

Confirm.1. Actus vnus vnius rei est.

Vnitas realis naturæ communis in singularibus non est, per.1.lent. vt n. 7.

stere in pluribus, non est vnius naturæ; profectò neque aptitudo vt sit in pluribus est vnius naturæ. Et confirmatur, quia istius aptitudinis actũ ponunt vnũ, quo natura est in omnibus simùl singularibus; actus autem vnus, vnius rei est: non enim plures naturę vnũ habẽt actũ, vt sint ipsæ plures in pluribus; sed actus iste vt sit in pluribus non potest esse in re ipsa naturæ vnius, quod ipsi concedunt: quia adueniente actu existendi in pluribus, iam amittitur vnitas illa, quæ antecedebat singularia; ergo iste actus nihil rei est; ergo neque potentia ad actum quid reale est. Et confirmatur, quia vniuersalitas est ipsa potentia ad existendum in pluribus: potentia enim vt sit in pluribus, est alicuius vniuersalis, & non est res distincta à natura vniuersali; hæc autem vniuersalitas existit, vt inquiunt, per intellectum; ergo non est ens reale; ergo neque potentia est realis, neque est in re ipsa; neque est modus rei, vt posteà dicemus.

Confirm.2. ex responsione tradita n.8. p 1.lent. Vniuersalitas quã dicunt existere per intellectum est ipsa aptitudo.

12. Impugnatio 2. asserti.

Exemplum animę existentis in corpore.

Deindè illud quod aiunt, naturã quæ est in singularibus esse communem, sed non esse communem in illis, haud facilè intelligi potest; anima enim quæcunque habet dum est in corpore, ea quoque habet prout in corpore existens: siquæ enim concretio corporis impedit, ea anima non habet dum est in corpore. Natura ergo quæ est in singularibus, si ab illa coniunctione impeditur ne sit in pluribus, sanè natura quæ est in singularibus, non est in pluribus. Si verò minimè impeditur, ita vt ea natura quæ est in singularibus, sit tamen ipsa in pluribus; profectò etiam in singularibus existens, in pluribus simul est. Sed natura in singularibus existit singularis, vt probè ipsi fatentur: ergo vel concedendum est naturam singularem esse in pluribus, quod est impossibile; vel dicendum id quod verum est, naturam esse in pluribus per operationem intellectus. Et cõfirmatur, quia natura extra singularia non est in singularibus; esse enim extra aliquid & esse in ipso, contraria sunt: sed in singularibus iam est coarctata, & non est in pluribus; ergo natura solâ considerationc intellectus separata à singularibus, in pluribus esse dicenda est. Sicut ergo is actus, qui est esse in pluribus, per intellectum conuenit naturæ; ita & aptitudo ad actũ, vt sit in pluribus.

Natura in singularibus existit singularis, vt aduersarij fatentur.

Confirm. Natura nec extra singularia separata, nec in singularibus coarctata, est in pluribus.

A Ad hæc, falsò aiunt aptitudinem istã vt sit in pluribus esse modũ rei; res enim vel sunt in potentia, vel in actu, qui modi rerum diuidunt res omnes: natura autem creata sicut non potest esse actu communis, sic vt communis existat; ita neque esse potest in potẽtia communis: quia quod est in potentia, fit posteà in actu. Cũ ergo cõmunitas nõ sit modus rei prout res est in potẽtia, neque prout est in actu, conficitur vt nullo modo sit realis modus entis. Explicatur hoc, nam rebus quædã attribuimus prout sunt in virtute causæ proximę, aut remotę, quędam verò ijsdem tribuimus prout sunt B in actu extra causas. At verò hoc quod est naturam esse communem, neque cõuenit naturæ prout est in causa; nõ enim naturæ communes sunt in causis, cum educi extra causas nequeant: neq; verò prout natura est in actu, est communis; nullo ergo modo natura in re ipsa est cõmunis. Et cõfirmatur, quoniam eidẽ rei singulari accidunt modi diuersi, vt Petro quòd sit ens in potẽtia, dum nõ existit, ens verò in actu dum existit; & nullus est modus realis qui nõ cõueniat singularibus: sed naturam posse esse in pluribus, non cõuenit naturæ singulari; sed communi solùm, quæ nulla est: ergo non est modus realis. Explanatur hoc idẽ; nam si hi modi, scilicèt esse in pluribus & esse in vno solo, sũt reales, & extranei, ita vt vnus succedat alteri, debent eidem cõuenire: ergo eadem natura quæ est apta esse in pluribus ante singularia, accessione singularium redditur ad hoc inepta; sed illa natura ante singularia, est vna tali vnitate, quæ non inuenitur in singulari: ergo non est eadem natura in singularibus; sublata enim vnitate tollitur identitas.

13. Impugnatio 3. asserti.

Communitas no est modus rei prout est in actu, ac proindè neq; prout est in potẽtia.

Declaratur.

Naturæ communes nõsunt in causis, cum educi extra causas nequeant.

Confirm.1.

Nullus est modus realis qui non cõueniat singularibus.

Declaratur.

Modi reales & extranei sibi succedẽtes, eidẽ conueniũt.

Accessione singulariũ si tollitur vnitas naturæ, tollitur identitas.

Adhuc arguitur ad idẽ, nam si hi modi sunt extranei, scilicèt communitas & singularitas, neuter conuenit naturæ ex se. Probatur, quia ea, quæ accidunt non cõueniunt nudæ naturæ, qualis consideratur ante singularia, & ante operationẽ intellectus: naturæ enim vt sic, cõueniũt ea quę perpetua sunt. Ea autẽ dicitur natura ex se, siue secũdũ se, scil. nuda natura, siue absolata, hoc est, sine addito concepta, vt alij loquuntur: sed posse esse in pluribus tollitur à natura, aduenientibus singularibus; ergo hoc non cõuenit naturæ ex se ipsa, siue secũdum se. Et cõfirmatur

14. Confirm.2.

Modi extranei, & accidẽtes non conueniunt naturæ ex se, seu secundum se.

Confirm.3.

firmatur, quia si natura nuda, est communis, hoc quidquid est quod non conuenit naturæ per singularia, neque per operationem intellectus, neque prout in causa est, profectò est quid necessariũ; quia non conuenit per aliud, sed per se; ergo cum sit quid necessarium in ipsa natura remotis omnibus extraneis, necesse est vt nequeat à natura separari; ergo in singularibus inuenitur cum natura coniunctum. Idem probatur, quod enim conuenit per se, hoc est, non per aliud; maximè conuenit per se primo modo per se dicendi, quod aliqui per incogitantiã minimè aduerterunt: quod enim per se ipsum est tale, per essentiam est tale; sicut Deus est bonus non per aliud, sed per se, hoc est, per essentiam; si ergo nuda natura per se ipsam, & non per aliud est communis, per essentiam cõmunis est. Quod si per aliud, iam cedo illud aliud; non enim erit nuda natura communis, sed natura addito aliquo, vnde habeat vt sit communis.

Quod non cõuenit naturæ per singularia, neque per intellectum, neque prout in causa est, non conuenit per aliud.

Quod conuenit per se, non per aliud, conuenit per essẽtiam, seu primo modo dicendi per se.

15. Impugnatio postremi asserti.

Denique id quod ponunt postremũ, quòd ea cõmunitas per intellectũ existat, non consentit cum cęteris: exceptis enim negationibus, & priuationibus, quidquid cogitando ponimus quod positiuum solet dici, est ens absque dubio: aut ergo est ens reale, aut rationis; nomine enim entis cũ æquiuoco vtimur, alterũ horũ intelligimus. Negationes enim & priuationes cum entia non sint, sed negationes entis, hoc habent ab intellectu, dum intelliguntur, vt quodammodò vestiantur notione siue conceptu entis. Cætera hoc non habent, sed vel sunt entia realia, vel rationis. Si ergo communitas naturæ est per se ipsam ens rationis, & est relatio, & intentio, & nullũ est dissidium: si verò est ens reale & modus entis, profectò minimè effici potest vt existat per operationẽ intellectus: quarè non possunt ita explicari antiqui Philosophi; sed confitendum est nouos Philosophos nouã excudisse opinionem, quòd natura creata per se ipsam sit communis reali communitate, quæ nusquam tamen existat. Quòd si dicant ante operationem intellectus, etsi natura re ipsa non sit communis, tamen posse dici naturam communem, & per intellectum existere communem, vt Deus dicitur creator ante operationem intelligendi cum esse creatorem. Iam quæstio est de nomine, quæ parùm sanè interest, & hoc statim explicabitur.

Si communitas est ens reale, & modus entis, non potest effici, vt existat per operationem intellectus.

Responsio.

Eneruatur.

Est igitur ad enodandam rem istam, illud primùm aduertendum, quòd res non existens nihil est: dicitur tamen ens in potentia, quia est aliqua potentia per quam efficipotest, vt res sit; ipsa tamen res in potentia nihil aliud est quàm effectrix illa potentia; sicut homo in semine nihil est præter semen, homo autẽ & semen non idẽ est. Homo ergo in potẽtia nõ homo est, sed semẽ; & in se ipso nihil est, nisi dùm existit: singularia autẽ sola sunt quę existũt. Quare extra singularia, nihil est etiam in potentia: sunt enim in potentia creatrice omnia singularia, & præter hæc nihil. Quibus efficitur vt natura communis præter singularia nihil omninò sit. Si enim perconteris, re ipsa homo quid est? Sanè est Petrus & Paulus; & cæteris enumeratis singulis, præter hos nihil est.

16. 3. fund. Res in potentia nihil est, nisi effectrix illa potentia.

Homo in potentia non homo est, sed semen.

Cum singularia sola sint quæ existunt, extra illa nihil est etiã in potentia.

17.

Natura ergo cõmunis duobus modis potest cogitãdo separari à singularibus, scilicèt ab existentibus & à non existentibus, vel ab vtrisq; simùl: separata verò à singularibus existentibus, est quidèm res existens, vt homo modò est res vera, & existens; & ante cõditum orbẽ homo nõ erat res existẽs, quarè nihil erat; existere ergo & non existere, esse aliquid & nihil esse, accidunt naturæ communi. Natura ergo quæ quandoq; existit, quãdoque non existit, consideratione sola intellectus ab existentibus, & non existentibus separatur, vt & existere dicatur, & non existere aliquandò.

Vtrumque accidit naturę cõmuni, vt sic, scilicet esse in potentia, & in actu, existere & nõ existere, esse aliquid & nihil esse: vnde natura consideratione sola intellectus ab vtroque separatur.

18.

Cum autem naturam consideramus prout antecedit singularia, cogitandum est loquamurnè de singularibus existentibus, an verò de omnibus? si enim de existentibus sermo sit, potest forsan intelligi, naturam prout est ens in potentia antecedere singularia in actu existẽtia, vt Ioãnes Capreol. & Paulus Sõcin. crediderunt. Sed hoc ad rem nõ est: nam præterquam quòd probatum est, naturã communem, vt sic, non esse in potentia ens; sed vtrũque accidere naturæ, quòd sit in potẽtia, & in actu: addendũ est, potentiã antecedere actũ prioritate causę, quia causa est prior effectu: quòd ergo rosa in potẽtia antecedat rosam in actu, ad hoc refertur, quòd causa est prior effectu; rosa autem in causa, est ipsa natura apta producere rosam, quæ antecedit

Rosa in causa est ipsa natura apta producere rosam.

Natura cómunis nó sic antecedit singularia existetia, sc.vt causa realis.

rosam productam. Hoc autem pacto natura communis non antecedit singularia existentia, quasi illa sit causa realis singularium existētium, quod fingi nullo modo potest. Si verò dicatur naturā communem esse priorem singularibus etiam non existentibus, ecquis non videat istam prioritatem, & antecedentiā non esse in re ipsa? Cum enim res non existēs nihil sit, vt diximus, remota exi-

Remota existētia, nulla est in re ipsa differentia qua cōmunia a singularibus distinguam, sed omnia hæc nihil sunt.

stentia, nulla est in re ipsa differentia, qua communia à singularibus discernamus etiam prout sunt in causa, sed omnia hæc nihil sunt, & sola operatione intellectus distinguuntur. Cum ergo communia antecedant singularia non secūdum existentiam, quasi communia sint in potentia, & singularia in actu (nam communia per sola singularia sunt in potentia, & per eadem in actu) efficitur vt in illa antecedentia, qua natura antecedit singularia, quæ antecedētia nulla est in re ipsa, nulla sit communitas in re, quæ in ea sola antecedentia reperiatur. Non ergo natura ex re ipsa est communis in illa antecedentia singularium, sed omninò quidquid cogitamus remota existentia, & singularibus, est verum quidèm propter modum intelligendi, sed nihil reale significat; cum ante omnem existentiam omnes res sint nihil; ergo ante existentiam rerum natura nō habet aliquid sibi proprium & reale, scilicèt ipsam communitatem, vt isti ponunt. Itaque res in potentia aliquid sanè est, sed non est ipsa res quæ dicitur esse in potentia, verbi gratia, rosa in potentia non est quidèm rosa, quæ adhùc nihil est; est tamen potentia solis feracis rosarum: sed natura vt communis siue vt antecedens singularia, omninò nihil est, nisi sola intellectus meditatio. Est ergo ipsa communitas ens rationis, & non est realis prioritas, neque realis communitas, cum re ipsa non conueniat naturæ, sed per operationem intellectus. Quarè cum Aristot. ait vniuersalia esse priora naturâ, proculdubio vt ipse explicat, intelligit secundum naturam esse priora cogitatione, non autem in re ipsa esse priora. Et ad hunc sensum sunt priora non secundum modum naturæ suæ, sed secundum modum naturæ intelligentis; quia intelligimus priùs cō munia, & quia non conuertitur subsistēdi consequentia.

Natura ante existentiā nō habet aliquid sibi proprium & reale, sc. cōmunitatē realem.

Aristotel. explicatur à se ipso.

Vniuersalia sunt priora naturâ, id est, secundum modū naturæ intelligentis, & quia non conuertitur subsistendi consequentia.

Ex quibus colligitur, quòd naturæ nudè acceptæ nihil conuenit, nisi quod vel in singularibus inueniatur, vel per intellectum illi tribuatur. Cum enim natura re ipsa non sit communis, neque separata à singularibus; neque verò antecedat re ipsa singularia: quicquid habet reale, habet in singularibus; quicquid verò in singularibus non habet, per intellectum habet attributum sibi. Quarè naturæ nudè acceptæ, quædam conueniont re ipsa per se, scilicèt ea quæ per se sunt in omnibus singularibus; quædā per accidens, quæ non sunt in omnibus; quædam etiam per intellectum quę non sunt in singularibus, vt communitas, prioritas. Ex quibus facilè est intellectu consequi, quantoperè illi decipiantur, qui in omni natura cōmuni, gradus entis (vt aiunt) arbitrantur distingui inter se ratione formali ex natura rei. De qua re posteà disputabimus.

19. 1.consect. Naturæ nudè acceptæ nihil conuenit, nisi quod vel in singularibus inueniatur, vel per intellectū illi tribuatur.

Infertur impatio distinguentium in omni natura communi gradus entis inter se ratione formali ex natura rei.

Colligimus etiam nihil reale dici de nuda natura, quod de singularibus negetur, ita vt nihil sit proprium naturæ communis, nisi per negationem; quod doctè obseruauit S. Thom. de potent. q. 5. art. 9. ad 16. argumentum, vbi docet quòd naturæ vniuersales dicuntur perpetuæ & sēper esse, duobus modis; nam si vniuersalia abstrahantur à singularibus etiam non existentibus, sunt perpetuæ, & semper sunt per negationē, quia non sunt determinata certo tempore: in singularibus verò existentibus sunt perpetua, quia in nullo singulari non sunt; quia nullum est singulare in quo non sint: & ita vniuersalium perpetuitas semper declaranda est per negationem. Eodem sensu vniuersalia sunt obiecta potentiarum, quia nihil potentiæ occurrit in quo non sit natura communis. Eadem quoque interpretatione, natura re ipsa est communis negatiuè, quia non est determinatè, aut designatè hæc, vel illa. Nam ex hoc quòd natura est in pluribus per identitatem, vt explicabimus, contingit vt quædam negentur de natura, quæ de singulis non negantur: verbi gratia, natura est perpetua, quia non definitur tempore; cum tamen singula quæ naturam habent, tempore definiātur; sed dum singula coarctantur diuerso tempore, natura quę comprehendit omnia, nullo tempore coarctatur. Ita etiā dum singula sunt per materiā designata, natura

20. 2.consect. Nihil est proprium naturæ cōmunis, nisi per negationē *S. Thom.* Sic declaratur perpetuitas vniuersalium, siue abstrahātur à singularibus non existentibus, siue ab existentibus.

Item quòd vniuersalia sint obiecta potentiarum.

Item quòd natura sit re ipsa cōmunis, scil. negatiuè.

Ratio consect.

1.exemplum perpetuitatis.

2.exemplum communitatis

seu indifferenix.

Hæc non est negatio realis. Ratio.

21.

4. Fund.

Cum constituimus nudã naturã remotis singularib' iam ponimus operationẽ intellectus.

natura ipsa per nullam materiam designata est; quia neque est hæc, neque illa; quam communitatem vocant indifferẽtiam: sed neque ea indifferentia est negatio realis, cum in singularibus non inueniatur, vt dicemus.

Atverò maximè aduertendus est animus, quòd cum constituimus nudam naturam, iam ponimus operationẽ intellectus. Cum enim natura non antecedat singularia prioritate reali, sed rationis, vt diximus; hoc ipsum quòd dicatur nuda remotis singularibus, per intellectum habet: naturæ autem cuipiã nudè acceptæ, quædam accidunt, quædam per se conueniunt, vt diximus; attributa rationis, & quæ non per se sunt in singularibus, conueniunt naturæ per accidens; quæ verò in singularibus omnibus per se sunt, per se conueniunt naturæ. Et ratio est, quoniam natura est res ipsa singularis, ita tamen cognita, vt singularitate depurgetur; non possunt ergo conuenire per se naturæ quæ est in omnibus singularibus, nisi ea quæ per se omnibus conueniunt. Quare non mirũ est, quòd de natura prædicentur realia quædam per se, quædam per accidens; quædam per intellectum attribuantur; quædam etiam realia, per intellectus tamen operationem conueniant. Homo enim est per se risibilis, quia omnis homo risibilis est; & ita natura quæ est in omnibus, hæc quoque habet per se, quæ in omnibus inueniuntur. Singularitas autem quæ est in omnibus, non est res aliqua, vt posteà docebimus. Ridet autem homo per accidens, quia quidam homo ridet, & non omnis homo per se ridet. Est autem homo species per solã operationem intellectus. Existit autem homo in pluribus, & re ipsa, & per operationem intellectus: hæc enim discernenda sunt, nam quòd existat, habet re ipsa à singularibus existentibus; quòd autem in pluribus existat, habet per intellectum considerantem vnum in pluribus; quod non est vnum reali vnitate, neque est in singulis quasi distinctum, cũ sit ipsa singula; sed per intellectum consideratur vt vnum in pluribus. Quare ambiguitas propositionum facit errare etiam sapientes: nam homo re ipsa est in pluribus, si his verbis significetur identitas naturæ cum singularibus, sicut in pluribus existit, vt modò dicebamus;

Consectariũ: De natura prædicatur 1. realia per se, aut per accidens.

2. Quædã per intellectũ attribuuntur.

3. Quædã etiã realia per intellectum cõueniunt.

Exempla.

De primo. Ob. de singularitate, soluitur.

De secundo.

De tertio. Existit homo in pluribus, & re ipsa, & per operationẽ intellectus.

Ostenditur.

Item est re ipsa in pluribus, si significetur identitas

non tamen re ipsa est in pluribus, vt vnum in multis, quod est impossibile, sed per intellectum homo consideratus vt vnum, & vt distinctum, est in pluribus. Vnitatem autem in se, & distinctionem à singulis, vt possit esse in illis, per intellectum habet.

Denique obseruandum est, quòd sicut diximus diuina attributa à nobis intelligi distinctis conceptibus, cum sint omnia res vna. Ita in abstractione intelligibili euenit. Et quidem de singularibus Philosophi dissentiunt, cognoscanturne per eundem conceptum species? Sed de speciebus, & generibus non dubitamus alio conceptu hominem cognosci, alio animal. Est ergo homo, & animal res vna, sed cognita duobus cõceptibus. Est tamen discrimen, quia in conceptu vnius attributi distincto, non continetur aliud, vt lib. 1. docuimus. quare ad vnum attributum potest pertinere aliquid reale, quod non inueniatur in alio; verbi gratia, intellectus diuinus non eligit, voluntas verò eligit. At verò in singularibus conceptu distincto continentur vniuersalia; quare neque ipso modo intelligendi potest cogitari aliquid reale in natura vniuersali, quod in singularibus non inueniatur. Vnde sumitur validissimum argumentũ, quoniam cum natura communis coniuncta sit cum singularibus, alias extra singularia erit separata, vt Plato ponebat; id quod in natura communi inuenitur, re ipsa oportet vt sit in singulari aliquo saltem per accidens: sed nulla communitas est in singulari, ita vt singulare sit commune etiam per accidens. Constat ergo naturam non esse communem re ipsa, sed per solam operationem intellectus.

Non tamen re ipsa est in pluribus, vt vnũ in se, & vt distinctum in multis.

22.

5. Fundam.

De singularibus dissidium cognoscanturne per eũdem conceptũ specici.

De speciebus, & generib' certum cognosci distinctis conceptibus.

In conceptu vnius attributi distincto nõ continetur aliud.

In singularib' cõceptu distincto continentur vniuersalia; quare neq; ipso modo intelligendi potest cogitari aliquid reale in his, quod non inueniatur in illis.

Singulare non est commune etiam per accidens.

Confirmatio.

HÆc est autem sententia absq; dubio Aristot. 1. lib. de anima, tex. 8. *Vniuersale* (inquit) *& quicquid aliud cõmunitèr prædicatur, aut nihil est, aut posterius est.* Et Auerr. comment. 8. idem sentit, scilicèt intellectum facere in rebus vniuersalitatẽ. Legendus præterea 12. Metaphysic. comment. 4. 14. & 28. Quòd verò natura fiat vniuersalis per intellectum quoad existentiam vniuersalitatis, iam improbatum est, & sanè

23.

Aristot.

Auerr.

Interpretatio improbata n. 15 de consectione, & existentia vniuersalitatis per intellectum,

est futilis interpretatio. Nam de ipsa existẽtia vniuersalitatis, quod sit quoddam cognosci, nulla Philosophis fuit cura, planè vt de re nihili. Sed de vniuersalitate naturæ cum Platone, & alijs, fuit ingens concertatio. Interpretantur autem eum locum Aristotelis S. Thomas, Albericus, & alij, interpretatione eadem. Et idem opinatur Auicena 5. Metaph. cap. 1. cum quibus consentiunt Albert. Magnus in Prædicam. Alexand. Alens. 7. Metaphysic. tex. 46. Durand. in 1. d. 3. q. 5. Ægidius q. 2. prologi, & in sentent. d. 19. p. 2. & alij præter Thomistas plurimi. Estq; omnium antiquorum Philosophorum consensio. Et ea ipsa est S. Ioannis Damasc. lib. 1. fidei Orthodoxæ, cap. 5. & 9.

Vera interpretatio de vniuersalitate naturæ.
S. Thom.
Albericus.
Auicena.
Alb. Mag.
Alex. Alen.
Durand.
Ægidius.
S. Damasc.

PARS SECVNDA.

Rerum naturæ non sunt ex se singulares.

1. QVamuis ex dictis videatur perspicuum esse quòd natura ex se, siue secundum se non sit singularis: habet tamen pars affirmans suos auctores, & nonnihil facit difficultatis; cum enim natura creata nihil sit aliud quàm ipsa singularia, videtur sanè quòd per se sit singularis. Et ita sibi persuasisse allquos referunt Ioann. Scot. 2. sententiarum, d. 3. q. 1. Ac Heruæus, quodlib. 3. q. 9. Et quidem Guilhelm. Ocham. instaurator Nominalium, in 1. d. 2. q. 4. & 1. p. suæ logicæ, cap. 14. & 15. & alij sola nomina vniuersalia esse confitentur, non res; multa enim tribuunt nominibus, negant rebus. Hi verò quos Scotus, Heruæusque commemorant, res ipsas vniuersales esse aiunt, & singulares: sed eò quòd sint re ipsa singulares, & duntaxat per intellectum vniuersales, affirmant esse ex se singulares. In quam sententiam videtur ire Durandus in 2. d. 3. q. 2.

Pro p. affirm. Ratio.
Auctores apud *Scotum*, & *Heruæum*.
Ocham eam tenet in via Nominalium.
Alij in via Realium.
Durand.

2. Aduertendum tamen est, nostro modo intelligendi naturam ita abstrahi à singularibus, vt non solùm cogitatione illâ remoueamus hoc & illud singulare, sed ipsum singulare communi conceptu cognitum remouemus à natura vniuersali: nomen enim, natura, est quid vnivocum, & simplex; natura autem, & singulare iam sunt duo. Quòd si vno conceptu hæc duo simùl concipiantur, non erit natura, sed singulare vagum, vt quidam homo: singulare autem vagum nõ est nomen vniuocum, quia non significat vnũ; sed significat plura quæ nõ conueniunt in vna ratione, sed in sola quadam analogia proportionis, vt lib. 5. explicabimus. Cum ergo quærimus an natura creata ex se sit singularis? duplex est sensus; scilicèt an sit hoc, & illud singulare; an verò sit singularis absolutè analogo quodam conceptu. Subiectum autem quæstionis non est singulare vagum; sed est ipsa natura abstracta à singulari etiam vago. Item cum quærimus de natura creata, non facimus quæstionem de natura à Deo iam cõdita, & existente; illa enim per se est singularis; nihil enim existit per se, nisi sit singulare. Sed quærimus de natura quapiam, quæ non sit diuina, quã ideò vocamus creatam, hoc est, quæ possit creari: vel, si mauis, dic naturam finitam.

Singulare intelligitur hoc, & illud. Vel singulare absolutè, analogo conceptu.
Natura intelligitur abstracta à singulari etiam vago: Item creabilis, seu finita.

3. Ad hæc, tollenda iam est loquẽdi ambiguitas; aliud enim est quòd natura sit ex se singularis; aliud verò quòd sit per se, hoc est, non per aliud singularis. Cũ ergò isti Doctores aiunt naturam esse ex se singularem, attendendum est quid referat pronomen, se; refert enim ipsam naturam. Quare sensus planissimus est, quòd natura quatenùs natura est, sit singularis: hoc autem euidenter est falsum; siue intelligas singulare designatum, siue vagum. Falsum enim est quòd homo v. g. quatenùs homo, sit Petrus. Nam sicut absurdũ est dicere quòd animal quatenùs animal sit homo; ita est peræquè absurdum opinari, quòd homo quatenùs homo sit Petrus; aliàs omnis homo esset Petrus. Falsum item est, quòd homo quatenùs homo sit quoddam singulare vagum, sed quidam homo; quia homo est quid simplex abstractum ab omni singulari, & vniuocum; singulare autem vagum est quid compositum ex natura, & singularitate, & est analogum. Deinde si homo quatenùs homo esset singulare vagum, aut designatum, non esset species; nam etsi homo sit species per operationem intellectus, ea tamen operatio intellectus vera est. Verum ergo est quòd homo est quid vniuersale, quia scilicèt homo propria notione cognitus, vniuersale quid est, & commune: quòd si homo quatenùs homo esset quid singulare

3. Duplex sensus ly ex se.
De 1. sensu 1. conclusio.
Natura ex se, id est, quatenus natura est, seu per se 1. aut 2. modo dicẽdi, non est singularis.
Probatur 1. de singulari designato.
Probatur 2. de singulari vago.
Singulare vagum est quid compositũ ex natura, & singularitate, & est analogum.
Probatur 3. de vtroque.

singulare, in proprio conceptu hominis esset singularitas; quare neque per operationem intellectus esset vniuersalis. Quòd si hæ rationes non obstarent, benè quidem fieri posset vt esset natura per se singularis, per accidens verò vniuersalis; sicut est per se incorruptibilis; per accidens verò corrumpitur. Quibus efficitur vt natura non sit per se singularis primo, aut secundo modo dicendi per se. Quæ enim conueniunt naturæ ex se, vel nudè acceptæ; primo, & secundo modo dicendi per se, vel essentialia sunt, vel propria, quorum alterum est de definitione alterius. Et hic est sensus proprius quæstionis, cum percontamur sitne natura ex se communis, aut singularis. Respondemus autem cum vniuersis Philosophis, naturam ex se non esse singularem; hoc est, naturam quatenùs natura est, singularem non esse, quod satis apertè demonstratum est. Alter sensus quæstionis est, an natura sit ex se singularis, hoc est, nullo addito: quo etiam pacto potest quæri an sit singularis per se, hoc est, non per aliud. Et hæc quæstionis agitatio accommodatior est futuræ disputationi. Illud verò ex dictis liquet, naturam esse quidèm singularem per aliud, non per se; si modum intelligendi expendamus: quia cum probatum sit naturam ex se non esse singularem, fit vt singulare sit quid additum naturæ, saltè nostro modo intelligendi; in quo sensu natura absque dubio per aliud est singularis. Nam vt supra differebamus, quod est per se, hoc est non per aliud, tale; est quoque tale primo modo per se dicendi: quia est tale per se ipsum, siue per essentiam; vt homo per se ipsum est rationalis; per aliud verò, scilicèt per quoddam accidens est risibilis. Quod ergo non per aliud est tale, est quidem tale primo modo dicendi per se: natura ergo quia non est per se essentialiter singularis, oportet vt sit singularis per aliud, scilicèt per aliquid reale aliqualiter distinctum à natura, quod in sequentibus capitulis tractandum est.

Duo igitur ex dictis corollaria sumuntur. Primum errare eos, qui credunt, quòdsi natura creata non esset communis, sed esset per se singularis, nulla esset quæstio de principio indiuiduationis, quo natura efficiatur singularis. Hi enim credunt, naturam re ipsa esse cõmunem vt antecedit singularia; effici verò re ipsa singularem per aliquid adueniens, scilicèt per formam singularem. Sed illud iam improbauimus, & hoc etiam refellemus. Præterea dicimus, quòd etsi natura non esset quid commune, sed per se, hoc est, ex propria ratione singularis esset, adhuc tamen quæri opus esset, an esset singularis per aliud. Quod facilè commonstratur, si animo fingam naturam humanam significare ipsam naturam singularem quæ est in Petro, quæ per se, hoc est, ex propria ratione est singularis; adhuc sanè quæstio manet, an hæc natura sit hæc per se ipsam, an per aliquod principium singularitatis, scilicèt per partem sui, aut per quid aliud, scilicèt per formam singularitatis, vt posteà docebimus.

Alterum verò consequens est fallere etiam eos, qui vt inquirant principium indiuiduationis, credunt necesse esse vt natura re ipsa sit anteà cõmunis. Nam nos quidem negamus naturam esse re ipsa communem, & illam communitatem antecedere; principium tamen singularis, siue indiuidui inuestigamus: non quòd per istud principium natura quæ est communis efficiatur indiuidua; sed quia in natura indiuidua quæ est cõposita, altera pars est principium indiuiduationis, vt posteà planissimè explicabimus. Qui verò existimant principium indiuiduationis esse formam aduenientem naturæ, non immeritò ponunt naturam re ipsa communem, cui forma adueniat singularis; sed tamen ipsam naturam iam productam coguntur ponere communem, vt posteà ostẽdemus; quod longè abest à vero. Istius igitur disputationis hæc est summa. Natura quæpiam creata, siuè finita, non est ex se, siue per se singularis; quia natura vt sic concipitur cõmuni conceptu, in quo non claudũtur indiuiduæ differentiæ, siquidem sine illis natura intelligitur. Quid verò addat indiuiduum naturæ vt sic, posteà tractandum erit.

Confirmatio.

PRobatur hæc sententia auctoritate Philosophi, 1. Metaph. cap. 6. & lib. 4. cap. 5. quibus in locis reprehendit Heraclitum, & Cratyllum quòd dicerẽt in rebus nihil esse præter singularia: quòd

Ex his occurritur obiectioni.

Declaratio cõclusionis.

De 2. sensu 2. conclusio.

Natura non est singularis ex se, id est, per se ipsam, seu nullo addito, sed per aliud, saltem nostro modo intelligendi.

Probatur ex 1. concl.

Quod est per se, hoc est, non per aliud, est quoque tale 1. modo per se dicendi, seu per essentiam.

4. 1. Coroll. cõtra quosdam. *Phys. 5. Met.* c. 6. q. 4. sect. 1.

Licèt natura esset per se singularis, esset quæstio de principio indiuiduationis.

Ostenditur.

5. 2. Coroll. contra alios.

Vt inquiratur principiũ indiuiduationis, nõ est necesse vt natura re ipsa sit anteà communis

Explicatur.

Summa huius partis.

6. *Aristot.* 1. locus. Secundus.

quòd si rerum essentiæ sunt per se singulares, nihil est in rebus præter singularia. Sunt ergo in rebus, scilicèt nostro modo intelligendi, ipsæ naturæ communes quæ non sunt per se singulares.

Tertius. Et lib. 1. Perihermin. cap. 5. ait rerum essentias alias esse singulares, alias vniuersales.; ergo vtrumque accidit essentiæ nostro intelligendi modo.

Quartus. Et aliàs 7. Metaphysic. tex. 53. affirmat singularia non definiri; essentiæ autem rerum definiuntur; ergo illæ nõ sunt per se singulares. Qua in sententia facilè pleriq; Theologi cum Philosophis concordant.

PARS TERTIA.

Quæ sit vnitas naturæ communis, & singularis.

2. HAc parte cap. 3. de vnitatibus non absq; operæ pretio disputabimus; nam cum vnũ sequatur ens, diuersas entis differentias, varia quoque vnitas comitatur. Ens autem amplissimum consequitur vnum, quod transcendens dicimus, & significat negationem diuisionis, quod lib. 1. tractauimus.

De vnitate transcendente lib.1.c.42.p.1.

2. 1. Punctum: De vnitate formali, an sit distincta à numerica.

Affirmant *Scot. Caiet. Soncin. Iauell.*

Ioann. Scotus, qui distinctionis formalis nomen inuenisse creditur, excogitauit etiam vnitatẽ formalem, qua scilicèt distinguantur ea, quæ sunt formaliter distincta. De qua re disserit in 2. d. 3. q. 1. & lib. 7. Metaph. q. 10. eamq; vnitatem distinguit etiam à numerica. Quæ sententia placuit etiã Thomæ Caiet. de ente, & essentia, cap. 4. q. 6. & Paulo Soncinati 7. Metaph. q. 40. & Iauello lib. 8. Metaph. q. 13.

3. Dictæ sent. approbatio, quoad aliquam distinctionem.

Et quoniã non est de nominibus controuersia tanti æstimanda, & vsurpantibus distinctionẽ formalẽ, vnitas quoque formalis occurrit, certè neganda non est; videlicèt vt ens commune dicamus vnum vnitate transcendente; at naturas rerum in generibus suis dicamus vnas vnitate formali, & individua vna vnitate numerica. Quæ vnitates ratione aliqua, siue definitione inter se differunt, vt erit statim explicandum.

4. Ostenditur 1. de vnitate formaliter.

Potest diuidi passio entis per rationẽ absque vlla rei diuisione.

Considerandum est autem quòd cum passiones entis non sint res additę enti, sed aliquid addant rationis inuentum, scilicèt negationem, aut relationem rationis, vt lib. 3. docuimus; ipsa rationis meditatione diuiditur passio aliqua entis absque vlla rei diuisionę; vt res eadẽ omninò est bonum honestũ, & delectabile, quæ est diuisio boni. Et ita bonum illud secundum causam bonitatis quæ est ens, est bonum vnum; sed secundum comparationem cum voluntate, est bonum duplex. Non dissimiliter id quod est re ipsa vnum, secundum causam vnitatis, est vnum vna vnitate; sed secundum quod ab intellectu res eadem comparatur cum diuersis, sunt in re vna vnitates plures. Et ita intellectus comparans rem vnam cum alia à qua distinguitur secundum communem conceptum entis, attribuit illi vnitatem entis, qua sunt vnum, & vnum ens: at verò secundum conceptum generis, aut speciei attribuit vnitatem formalem rei eidem, quia sunt vna, & vna natura, distinctæ scilicèt formaliter: & comparans secũdum formas individuas, attribuit vnitatem numericam, quia sunt vnum, & vnũ individuum distincta numero. Sicut ergo bonũ formaliter diuiditur in honestum, delectabile, & vtile, cum accidat secundum causam boni, esse bonum vnum, scilicèt ens, vnum, bonum; ita etiam diuidimus vnitatẽ realem formaliter, quasi genus in species, in vnitatem transcendentem, formalem, & numericam: cum tamen vna res simplex possit esse vna ijs tribus vnitatibus. Diuiditur ergo vnitas realis formaliter quasi genus in species, in transcendentem, formalem, & numericam.

Sic in eadem re bona per vnam bonitatẽ, cõsideratur bonum honestũ, vtile, & delectabile.

Item in eadẽ re vna per vnã vnitatem, Cõsideratur 1. vnitas transcẽdens.

Cõsideratur 2. vnitas formalis.

Cõsideratur 3. vnitas numerica.

Colligitur diuisio boni formaliter.

Item diuisio vnitatis realis formaliter, quasi generis in dictas species.

5. Ostenditur 1. de vnitate secundum causam vnitatis.

Hoc sẽsu vnitas trãscendẽs à formali non distinguitur re ipsa.

Ratio.

Quòd si loquendum sit de vnitate secundum causam vnitatis, longè aliter philosophandũ erit. Primùm igitur vnitatem transcendentem, & formalẽ certum est non distingui re ipsa, quia illa continet istam sua communitate, sicut ens continet formas oppositas rerum: vt enim ens rebus non additur, ita neq; illa vnitas, quæ est ens indiuisum; vnitas enim formalis consequitur formam, qua res formaliter discernuntur. Sunt ergo vnitates transcendentes quæ non sunt formales, vt vnitas materiæ, aut etiam primorum generum quę per se primò non per formam, aut differentiam distinguuntur: nulla verò vnitas formalis est, quæ non sit transcendens; hoc autem intelligitur secundum causam vnitatis; hoc est, nulla est res vna vnitate formali, quæ eâdemmet entitate qua est formaliter vna, non sit etiam vna vnitate transcendente.

Nõ quicquid est vnum vnitate transcendente est vnũ vnitate formali, vt materia 1. & genera suma.

Econtra maximè.

At verò

6.
Diuersa ratio de vnitate formali cõparata eũ indiuidua.

At verò si vnitatem formalem cum indiuidua comparemus, nõ eodem modo se habent; quia etsi enti nihil addatur, differentia tamen indiuidua additur specificæ naturæ, cuius est vnitas formalis: cum igitur vnitates quæ sunt negationes, distinguantur penes res illas quibus aduenium, vnitas indiuidua ab vnitate formali discernitur, quamuis vnitas formalis à transcendente nõ distinguatur. Quapropter hoc verborũ sensu, cum quærimus de distinctione istarum vnitatum, de rebus ipsis inquirimus quibus vnitates istas attribuimus; scilicèt quæstio illa est vtrum indiuiduũ cuius est vnitas numerica addat aliquid reale naturæ specificæ: in illo quippè addito si quod est, fundatur vnitas numerica. Et hoc certè existimauit Ioannes Scotus dicens vnitatem numericam distinguire re ipsa à formali vnitate; quia credidit naturam indiuiduam addere aliquid reale naturæ communi, scilicèt aliquid ab ipsa natura re ipsa distinctũ. Eodem modo, qui naturam specificam à generica distinguunt re ipsa per differentiam additam, vnitatem formalem specificam distinguunt re ipsa ab vnitate formali generica. Sed hoc tractabimus alio loco, vbi constituendum est eã distinctionem inueniri in aliquibus cõpositis materialibus penes gradus entis re ipsa distinctos; in quibus etiam vnitates formales singulis proprias distingui re ipsa necesse est.

Declaratur amplius.

Scot. dixit has vnitates distingui re ipsa.

7.
Statuitur 1. non distingui re ipsa.

Statuitur 2. distingui speculatione, qua non distingui tur vnitas formalis à transcendente.

At verò quòd differentia indiuidua addita naturæ communi non sit res aliqua ab illa distincta, in sequentibus disputandum; ergo neque vnitas numerica ab vnitate formali naturæ communis, re ipsa distincta esse iudicanda est. Sed tamen operatione speculandi distinguimus vnitatem indiuiduam à formali secundum causam vnitatis, non quidem re ipsa, vt Scotus, sed speculatione, qua non distinguimus vnitatem formalem à transcendenti. Nam secundum causam vnitatis fundamentum vnitatis numericæ, siue indiuiduæ, est differentia speculatione nostrâ addita naturæ; fundamentum autem vnitatis formalis est ipsa natura, quæ non additur enti, quod est fundamentum vnitatis transcendentis: sed in speculatione naturæ includitur ipsum ens; ergo nostro intelligendi modo secundum causam vnitatis vnitas transcendens nõ distinguitur à formali: vnitas autem formalis ab indiuidua discernitur.

In speculatione naturæ specificæ includitur ipsum ens.

Alia tamen adhuc est quæstio, de vnitate ipsa formali hoc loco tractanda, vtrum ita sit propria naturæ communis, vt non inueniatur in indiuiduis? Et eorum qui naturę communi vnitatem formalem attribuunt, quæ ipsius naturæ, & non indiuiduorum sit propria; quidam existimant esse vnitatem istam in indiuiduis vnam, scilicèt vnius naturæ communis; quæ in ipsis indiuiduis manet communis, vt Ioan. Scot. credidit. Alij verò istam vnitatem esse vnam cum Scoto sentiunt, sed negant inueniri eam in indiuiduis; quia naturam re ipsa communem in indiuiduis negant; sed ante indiuidua communem esse comminiscuntur: iuxta prædictas opiniones de communitate naturæ.

8.
2. Punctum. De vnitate formali, an inueniatur in indiuiduis.

1. sent. consona 1. explicationi, de qua p.1. n.3.

2. Sentent. *Fõs. 5. Met.* c.28 q.3. sect.2. 3 & 4 consona 2. explicationi, de quap.1. n.4.

Nos verò contra qui negamus naturam esse re ipsa communem siue in indiuiduis, siue ante indiuidua; negamus re ipsa esse vnam vnitatem formalem naturæ communis, sed aimus tam vnitatem multiplicari simul cum natura, vt sicut natura quæpiã non est re ipsa vna in sua cõmunitate, sed sunt naturæ plures indiuiduę; ita non sit vnitas formalis vna, sed vnitates formales plures in singulis indiuiduis: nam sicut homo distinguitur vnitate formali à leone, ita singuli homines singulis vnitatibus formalibus distinguuntur à leone; est enim vnitas formalis realis negatio, quæ in indiuiduis existentibus inuenitur.

9.
3. & vera sent. Vnitatem formalem multiplicari simul cum natura in singulis indiduis.

Ostenditur.

Hęc vnitas est realis negatio.

Vbi est perspicaciùs attendendum, quòd vnitas formalis non distinguitur re ipsa ab indiuidua, cum differentia indiuidua nihil addat distinctum re ipsa à natura specifica. Quamobrem ipsa vnitas formalis quæ concipitur communi notione, in indiuiduo non est vnitas distincta ab vnitate numerica secundum causam vnitatis, cum sit res eadem causa vtriusque vnitatis. Sed in genere vnitatis distinguuntur quasi species vnitatis, vt diximus; quia alia est vnitas numerica, alia formalis, scilicèt definitione distinctæ. Ex quibus iam dictis colligimus quòd in indiuiduo composito in quo sunt plures gradus essentiales re ipsa distincti, sicut sunt plures vnitates formales, sunt etiam plures vnitates numericæ respõdentes illis gradibus, verbi gratia

10.

Eadem res est causa vnitatis formalis, & numericæ in indiuiduo.

Consect.

In Petro, in quo sũt plures gradus essentiales re ipsa distincti, sicut sũt plures vnitates formales eorũ graduum distinctæ re ipsa, ita sunt plures vnitates numericæ.

Declaratur.

bi gratia, in Petro quatenus est viuens, est quædam vnitas formalis propria illius naturæ, & est etiam vnitas numerica, quatenus ille gradus essentialis est in isto homine indiuiduus, & distinctus re ipsa ab alio gradu in eodem Petro, scilicèt à gradu sensitiuo; & est in illo quædam vnitas formalis sensitiui, & vnitas numerica eiusdem gradus: & est in Petro quædam vnitas formalis secundum esse rationale, & eiusdem gradus vnitas numerica. Sunt ergo in Petro plures vnitates formales, & plures numericæ penes gradus re ipsa distinctos. Et hæ vnitates in eadem specie vnitatis distinguuntur re ipsa, verbi gratia, plures vnitates formales, sunt res plures, & plures vnitates numericæ sunt res plures: sed vnitas numerica comparata cum vnitate formali eiusdem gradus est res vna; quia commune nunquam distinguitur ab indiuiduo nisi sola ratione. Et ita quilibet gradus communis à gradu indiuiduo sola ratione distinguitur; & secundum causam vnitatis vnitas formalis ab indiuidua distinguitur sola ratione.

Vnitas numerica comparata cum formali eiusdem gradus est res vna.

11. Vnitas formalis in indiuiduis est multiplicata.

At verò ipsa vnitas formalis est vna vnitate indiuidua in Petro, & in Paulo est alia: neque enim est vnitas formalis in sua communitate quasi subsistens, sed multiplicatur ipsa vnitas formalis in indiuiduis.

12. Obiectio.

Verum est quòd quia causa adæquata vnitatis formalis est natura secũdum se, non hæc, aut illa natura; repugnat solitus intelligendi modus, vt dicamus in Petro, & Paulo multiplicari vnitates formales: quia videtur esse sensus quòd alia sit causa adæquata vnitatis formalis in Petro, & alia in Paulo; scilicèt alia natura communis in Petro, & alia in Paulo, quod est falsum. Sed verisima est explicatio, dicere secundum causam vnitatis non esse vnam vnitatem istam quæ formalis dicitur in Petro, & Paulo; sed esse duas vnitates, sicut & res duas numero distinctas.

Respons.

13. 3. Punctum: de duabus vnitatib' rationis. De vnitate præcisionis. Quænam sit?

Duæ adhuc sunt vnitates non reales, sed rationis, quas explicare percommodum erit; scilicèt vnitas præcisionis, & vnitas vniuersalis: vnitas præcisionis est quæ sequitur naturam cognitam, vt sine indiuiduis cognoscitur; cognoscimus enim non plura, sed vnum: & cum natura communis non sit vna vnitate reali; consequens est vt sit vna vnitate rationis; quæ iure optimo dicitur vnitas præcisionis, quia est vnitas consequens naturam præcisam ex proprio modo cognoscendi quo vnum cognoscimus, scilicèt præcisione vnum; & ita haud dubiè est vnitas rationis. Quamobrem scitè diximus naturam nudam absque vllo addito habere iam aliquid à rationis meditatione, quia ipsa natura intelligitur vt vnum, nõ additis indiuiduis, cum re ipsa nihil sit nisi indiuidua. Natura ergo nuda idem est quod præcisa, & natura secundum se, hoc iam habet ab intellectu, quod intelligitur sine indiuiduis: & hoc modo cognita, secundum se dicitur secundum ea quæ cognoscuntur indiuiduis remotis, scilicèt per intellectum. Hæc ergo vnitas conuenit rebus per abstractionem intellectus, vt Philosophi loquuntur, scilicèt per intellectionem separantem naturam à singularibus.

Cur ita appelletur?

Infertur esse vnitatẽ rationis.

Natura nuda & secundũ se, non est absque præcisione per intellectum, vt p.1.n.21.

14. Quorundam obiectio probans nullam vnitatem per abstractionẽ afferri.

Quod autem quidam obijciunt abstractionem non afferre vnitatem, quia abstractio nihil afferat, sed potiùs auferat. Ineptum est; abstractio quippe intellectus aufert quidem singularia per negationem, quia illa non cõsideramus; sed aliquid accipit, siue affert scilicèt naturam ipsam quam meditamur: & quia conceptu abstracto quo meditamur naturam non cogitamus plura, necesse est vt vnum cogitemus. Neque verò ex hoc quòd cogitamus vnam naturam, sequitur vt natura re ipsa sit vna, vt obijcitur; sed illud sequitur dũtaxat vt modo cognoscendi vna sit: quare sola vnitas rationis deprehenditur.

Responsio.

Conceptu naturę abstracto, scil. non cogitãdo plura, necesse est vt vnũ cogitemus.

15. Opinio tenẽs vnitatẽ solius naturæ cõmunis propriam esse realem.

Hanc vnitatem quę non inuenitur in indiuiduis, quidam maximè putant esse realem, siue sit eadem quæ formalis, siue alia; hæc autem quæ est solius naturę communis, creditur esse quoque realis. In hanc opinionem videntur conspirare recitati auctores; & Paul. Soncin. ait eam vnitatem non esse actualem, sed potentialem; quia scilicèt natura prout antecedit indiuidua, non est in actu, sed in potentia; & idcircò vnitas illius naturæ potentialis est; quod videtur accepisse à Ioan. Capreolo, in 3.d.5. asserẽte non esse vnitatem realem actualem, sed realem potentialem. Alij addunt hanc vnitatem esse quasi numericam, quia est indiuisibilis vnicuique speciei propria,

1. eius explicatio, esse potentialem. *Soncin.*

Capreol.

2. Explicatio, esse secundum quid, seu quasi numericam.

propria, vt vnitas numerica indiuidua.

16. Dicta opinio Refellitur ex 1.p. n.12.

Ista opinio falsi conuincitur ijsdem argumentis, quæ attulimus de vnitate formali, comprobantes illam non esse propriam solius naturæ, sed inueniri in indiuiduis, eò quòd sit realis vnitas: ergo vnitas præcisionis quæ in indiuiduis non est, realis non est. Sed circa hanc vnitatem præcisionis cogitandum est, quòd cum sit vnitas solius naturæ, scilicèt qua sola natura communis est vna; illa vnitate distinguitur natura ab ipsis indiuiduis: est enim sola natura vna illa vnitate præcisionis; vnitate autem formali etiam indiuidua distinguuntur ab alijs diuersæ naturæ indiuiduis: ea ergo vnitas est solius naturę communis, qua illa distinguitur ab indiuiduis. Docuimus autem naturam communem nó distingui ab indiuiduis nisi sola ratione; ergo vnitas illa qua natura distincta ab illis est, nó realis est vnitas sed rationis.

Refellitur 2. vnitate præcisionis distinguitur natura ab ipsis indiuiduis.

Vnitate formali etiã indiuidua distinguũtur ab alijs diuersæ naturæ indiuiduis.

17. 1. Explicatio.

Illud etiam falsum esse comperimus quod aiunt Ioann. Capreol. & Paulus Soncin. hanc vnitatem esse realem in potentia, sicut & natura est in potentia: hoc, inquam, non placet; tum quia natura ex se non est in potentia; aliquid enim additur nudæ naturæ, dum dicitur esse in potentia, cum etiam possit esse in actu: vtrumque enim accidit; quod autem accidit, additum est. Est tamen natura ex se in potentia per negationẽ, quia non est ex se in actu; & quia etiam talis est vt non sit in actu, nisi ex potentia priùs educatur: naturæ autem secũdum se non conuenit esse in potentia, quia nunquam esset in actu; non ergo conuenit naturæ secundum se illa vnitas in potentia: tum etiam quia si vnitas est realis in potentia, extra causas erit realis in actu: sed ista vnitas naturæ communis propria non inuenitur in actu existens; quia sola singularia existunt, illa autem in singularibus non est; ergo non est vnitas realis in potentia.

Refutatur 1. Natura ex se non est in potentia, vt p. 1. n. 16.

Ex se est in potentia per negationem.

Declaratur hoc.

Refutatur 2.

18. 2. Explicatio. Refutatur.

Præterea id quod quidam dicũt, eam esse vnitatem secundum quid numeralem, falsum est, & per incuriam dictum: vnitas enim quæ distinguit naturas, est vnitas formalis, vt probauimus, quæ in singularibus quoque inuenitur: alia est enim vnitas formalis hominis, & alia leonis, quibus duabus vnitatibus iam constat binarius: vnitas autem præcisionis propria naturæ communis est, qua natura distinguitur à singularibus, ita vt Petrus, & homo sint quædã duo; quæ dualitas absque dubio est numerus rationis: ergo hæc vnitas propria naturæ communis, non est numerica; cum illa vnitate non numerentur res plures, sed homo, & Petrus quæ sunt res vna.

19. Circa hanc 2. explicationẽ 1. assertum *Soar. in Metaph. disp. 6. sect. 3.* 2. assertum.

Alij sunt qui hanc vnitatem præcisionis assimilant numericæ, quia quæ naturæ specificæ in ratione vniuersalis differunt solo numero, quia est hæc species, & illa species. Differre tamen aiunt has vnitates, quia numerica vnitas facit indiuisibile; vnitas autem præcisionis conuenit communi naturæ, quæ est apta diuidi.

20. 1. Assertum refellitur 1. vt falsum.

Horum autem vtrumque videtur falsum esse; illud primum, quia vnitas præcisionis non est vnitas quæ consequitur vniuersalitatem, sed antecedit; non ergo in ratione vniuersalis numerantur vnitates præcisionis quasi numericæ. Prætereà nos non disputamus de numero relationum rationis, si quis iile est numerus quo dicitur hæc relatio, & illa relatio speciei; sed loquimur de rebus ipsis numeratis, quæ non numerantur vnitatibus præcisionis, sed formalibus vnitatibus, vt docuimus.

Refellitur 2. vt impertinẽs.

21. 2. Assertum expenditur.

Illud verò posterius quòd vniuersale sit aptum diuidi, verum quidem est si rectè explicetur, scilicèt quòd distributè, siue diuisim (vt aiunt) inueniatur in pluribus nostro modo intelligendi: sed id quod est vnum, scilicèt natura, nunquã in se ipso vel cogitando diuiditur; sed semper seruat vnitatẽ præcisionis: equiuocè enim dicitur natura vna diuidi, hoc est, in diuisis inesse, quod non est ipsam diuidi, sed diuisim siue distributè inesse multis quæ sunt diuisa. Cum ergo in se ipsa illa natura cõmunis indiuisibilis sit, non differt in hoc ab vnitate numerica, quantumuis illa conueniat indiuisibili naturę; imò & ipsa indiuidua natura materialis diuisibilis est seruata vnitate essentiæ indiuiduæ, vt alio loco explicabimus.

Natura vna est apta diuidi, hoc est, diuisim, siue distributè in diuisis inesse.

Ipsa in se etiã cogitando indiuisibilis est.

22. 2. Explicationis ratio. Conuellitur. Ad numerandas species rerũ sufficiũt vnitates formales ex quib' cõficit numerus tranicendãs.

Hi verò Doctores fortè rati vnitate præcisionis distingui vnam naturam ab alia natura, dixerũt esse quasi numericã. Ad numerandas autem species rerũ sufficit vnitas formalis qua vna natura ab alia distinguitur; & ex istis vnitatib' cõficitur numer' qui solet dici trãscẽdens,

qui non est prędicamentalis, de quo disputauimus libr. 1. Vnitas autem præcisionis distinguit naturam ab indiuiduis; & idcircò etiam esse vnitas rationis cõprobatur.

23. De Vnitate vniuersalis.

Hæc sequitur intentionẽ vniuersalis, & notionem reflexam.

Alia adhuc est vnitas vniuersalis vltra vnitatem præcisionis, quæ per intellectum attribuitur vniuersali; semper enim vnitas sequitur ens. Et hoc est inter vtramque discrimen, quòd vnitas præcisionis antecedit, & est conditio obiecti cogniti pertinens ad fundamentum vniuersalitatis; ista autẽ vnitas vniuersalis sequitur ipsam intentionẽ vniuersalis, quæ est relatio rationis, quasi affectio ipsius vniuersalitatis. Illa ergo vnitas sequitur modum intelligẽdi; ista verò attribuitur ab intelligẽte, dum reflectitur ad rem cognitam. Vnde etiam illud accidit, vt vnitas præcisionis, etsi nõ sit realis vnitas, tamen rebus ipsis dicatur conuenire ante intellectus considerationem, scilicèt ante illam reflexã notionem; quia vnitas præcisionis non attribuitur ab intellectu reflexo, sed sequitur naturalem modum intelligendi. Et hanc ob causam illi hallucinati sunt, arbitrantes esse vnitatem realem. Residua est illa quæstio, an vnum sit actu indiuisum tantummodò, an verò sit etiam indiuisibile? De qua re agemus hoc lib.

Vnitas præcisionis antecedit vtramque.

Sequitur duntaxat naturalẽ modum intelligendi.

Confirmatio.

24. Confirmãtur tradita num. 4. &c. *Aristot.* *S. Thom.*

QVòd vnitas præcisionis nõ sit realis, sed rationis vnitas; quod hac parte capitis pręcipuè decernitur, docet Arist. lib. 5. Met. tex. 11. & lib. 10 in principio, & alijs in locis, quibus ea quę sunt naturâ vnum ad intellectum refert. Eadem est sentẽtia S. Thomæ, & cæterorũ, qui negant naturam esse re ipsa communem; consequens enim est, vt nulla sit vnitas realis naturæ communis.

CAPVT II.

Argumenta refelluntur.

1. Contra 1. p. capitis. 1. argum. *Aristot.* 1. locus.

QVòd natura rei cuiuspiam sit ex se communis, probatur primò auctoritate Arist. lib. 4. Met. cap. 3. vbi ait genus esse, & speciem, per se conuenire rebus, quæ genera, & species dicuntur; ergo natura quę species dicitur, per se species est, & quæ dicitur genus, per se gen° est; ergo est per se cõmunis, siue vniuersalis. Et lib. 1. Met. cap. 6. & lib. 4. cap. 5. reprehendit Heraclytum, & Cratyllum quòd dicerent in rebus nihil esse præter singularia; ergo vniuersalia quoque in rebus sunt, scilicèt naturæ re ipsa communes. Et 7. Met. tex. 37. & 57. ait definitiones coaptari rebus vniuersalibus. Et 2. posteriorum frequenter idem, atq; idem repetit, quòd sciẽtia sit de vniuersalibus: quod etiam docet 1. Met. cap. 1. Ergo Arist. intelligit rerum naturas esse cõmunes, & vniuersales re ipsa. Confirmatur auctoritate S. Thomæ, 1. contra gent. cap. 65. vbi ait vniuersale, & singulare esse differẽtias, siue per se passiones entis; ergo esse vniuersale est quid rei, siquidem vel differẽtia, vel passio entis. Et opusc. 42. cap. 7. vbi docet in natura absoluta, hoc est nuda, esse quãdam vnitatem, quæ non descendit ad suppositа, scilicèt ad singularia, & quòd in ea vnitate fundatur vnitas quã intellectus facit. Quòd si natura re ipsa est vna ea vnitate quæ in singularibus non inuenitur, profectò etiam est re ipsa cõmunis antequam ad singularia descẽdat: ea enim vnitas quæ in singularibus non est, propria est rei cõmunis. Et 3. p. q. 2. art. 5. ait naturam humanã non habere rationem cõmunis speciei, secundũ quòd est in vno solo indiuiduo, sed secundũ quòd est abstracta ab omni indiuiduo, vel secũdum quòd est in omnibus indiuiduis: ergo natura secũdum qđ est in omnibus indiuiduis species est, & vniuersalis; est autẽ in omnibus sicut & in singulis, scilicèt re ipsa; ergo est re ipsa cõmunis.

Secundus. Tertius, Quartus. Quintus. Confirmatio. *S. Thomæ* 1. locus. Secundus.

2. Ratio.

Hoc autem probatur primò, quia Petrus, & Paulus re ipsa conueniunt in specie; Petrus autem, & Brunellus re ipsa differunt specie: ergo re ipsa natura est communis Petro, & Paulo, quæ species dicitur.

3. 2. argum.

Deinde natura humana re ipsa est in pluribus, vt omnes concedunt, & Thomas Caiet. ad finẽ cap. de genere; quod autem est in pluribus commune est, siue vniuersale; sic enim definitur ab Arist. vniuersale, 1. Poster. tex. 25. quòd sit vnum in multis, & idem docet libr. 7. Metaph. cap. 13. ergo est re ipsa communis, siue ex se communis.

Arist.

4. 3. argum.

Tertiò: Obiectũ intellectus est quid cõmune, imò obiecta potentiarũ, & habituũ cõmunia sunt; obiectũ autẽ antecedit

cedit ipsam intellectus operationem: ergo ante illam operationem intelligẽtis, naturę rerum sunt cõmunes. Et confirmatur, quia propriæ cuiusque naturæ affectiones per communem naturã conueniunt indiuiduis; ergo natura est re ipsa communis.

Confirm.

3. 4. argum. Quartò: Aptitudo antecedit actum, est enim aptitudo potentia quædam: ergo antequam natura sit cõtracta in singularibus, apta est esse in illis. Sed ante singularia nihil operatur intellectus; nam & ipse intellectus singularis est, & non operatur antequam sit; ergo aptitudo ista non conuenit naturæ per operationem intellectus.

6. 5. argum. Quintò: Natura ex se est indifferens, & indeterminata. Probatur, quia non est ex se determinata: ergo indeterminata est; ergo hoc quod est indeterminatum esse, conuenit naturæ re ipsa, & non singularibus; ergo & communitas quæ cũ ista indifferentia est coniuncta, in rebus inuenitur.

7. 6. argum. Sextò probatur, quia natura saltem materialis ex se ipsa est cõmunicabilis, quod est esse pluribus communem; quod enim vni soli potest conuenire, non est cõmunicabile: ergo re ipsa est cõmunis natura, vtpotè cõmunicabilis pluribus. Antecedens probatur, quia natura ex se est non incõmunicabilis; ex se enim hoc habet vt possit esse non in vno solo: neq; enim in vno solo indiuiduo definitur tota natura materialis.

8. Vlt. argum. Vltimò probatur eadem opinio, quia naturæ cõmuni re ipsa conueniunt quædam attributa quæ non conueniunt re ipsa indiuiduis; ergo natura communis re ipsa est distincta ab illis. Probatur antecedens, est enim natura communis perpetua, ingenerabilis, incorruptibilis; indiuidua autem ad tẽpus sunt, etenim oriuntur, & intereunt.

9. Contra 2. part. 1. argum. Quòd verò natura rei cuiusq; sit per se singularis, sic probatur: Natura rei re ipsa singularis est, solùm enim in intellectu est communis; ergo ex se ipsa singularis est.

10. 2. argum. Secundò: Vnitas conuenit rei per se, hoc est non per aliud; negatio enim nihil reale addit; ergo vnitas indiuidua conuenit naturæ per se, & nullo addito; ergo est ex se singularis.

11. Vlt. argum. Vltimò: Natura ita est in vno, quòd non potest esse in alio; est enim in vno coarctata, & definita; sed quod non potest esse in alio singulare est; ergo natura ex se ipsa singularis est.

12. Contra 3. part. 1. argum. Aristot. 1. locus. Secundus. Tertius. Quartus, & 5. Contra 3. p. cap. probatur quòd vnitas naturæ cõmunis sit realis: Nam Aristot. 5. Met. tex. 8. & 11. vnitatẽ speciei, & generis numerat inter modos vnius, & lib. 7. Met. tex. 51. ait eandem esse rationem animalis in omnibus speciebus, & lib. 2. de anima, tex. 88. eandẽ esse naturã diaphani in aqua, & in aere; ergo vnitas, & identitas naturæ cõmunis est in rebus ipsis. Idem cõfirmatur, quia Arist. lib. 4. Met. tex. 10. & lib. 7. tx. 13. ait nihil definiri nisi vnum; sunt autem res cõmunes quæ definiuntur; ergo est realis vnitas naturæ communis.

13. Ratio. Deinde arguitur primò: Natura enim non est ex se ipsa diuisa in pluribus; ergo ista negatio conuenit naturæ ex se ipsa; ergo non per operationẽ intellectus illi conuenit, sed suapte natura, & re ipsa: hæc autem negatio, scilicèt non esse diuisam in multis, est propria naturæ cõmunis; nam in singularibus iam est diuisa: ergo est aliqua negatio realis propria naturę cõmunis. Quòd si respondeas naturã ex se neq; diuisam, neq; indiuisam esse; & idcirco in propositione negante concedi quòd non est ex se diuisa; sed in affirmãte negari quòd sit ex se non diuisa: quod aliqui dicunt esse indiuisam negatiuè, id est, non esse ex se diuisam; sed positiuè non esse indiuisam, quia falsum est eam esse ex se indiuisam: Arguitur.

Resposio.

14. Instat 2. arg. Secundò: nam illa natura est ex se ipsa vna, & ea vnitate, vt non possit diuidi in naturas communes eiusdem rationis; id enim quod est actu vnum, est indiuisum in plura eiusdẽ rationis, vt testatur Arist. 7. Met. c. 14. ergo ea vnitas siue indiuisio conuenit per se naturæ in propositione affirmante, & positiuè vt aiunt. Et confirmatur, quia natura communis vt sic, est quoddã ens; ergo vt sic, est vna vnitate reali sibi propria quæ in singularibus non reperiatur.

Confirm.

15. 3. argum. Tertiò arguitur: Obiectũ intellectus est vnũ vnitate præcisionis, quæ est soli naturæ cõmunis; & eam vnitatẽ non habet ab intellectu; ergo re ipsa est vnum. Maior propositio, scilicèt quòd vnitas obiecti intellectus sit præcisionis, & propria naturę communi, ex eo liquet, quòd intellectus suapte natura intelligit vniuersalia non intellectis singularibus,

quod est intelligere vnum vnitate præcisionis. Quòd verò illa vnitas non accipiatur ab intellectu, probatur, quia intellectus habet vnitatem ab obiecto, sicut & speciē: ergo obiectum non habet vnitatē ab intellectu.

17. 4. argum. Quartò: Si natura specifica, verbi gratia, humanitas subsisteret re ipsa separata ab indiuiduis, retineret eandem vnitatem præcisionis quam habet, & non haberet illam per intellectum, siquidem non esset separata à singularibus per intellectum; ergo illa eadem vnitas esset realis; sed ea vnitas non transit ab entis rationis ad ens reale; ergo nunc est realis, vt tunc esset.

18. Vlt. argum. Vltimò: Illa realis vnitas, quæ consequitur naturam communem, non potest multiplicari, vt sint plures vnitates in pluribus indiuiduis; ergo est propria naturæ communis. Consequentia est nota: probatur antecedens, quia si vnitas ista communis naturæ multiplicatur in indiuiduis, iam non est vnitas naturæ communis, sed indiuidua vnitas: cum ergo alia sit vnitas Petri, vt Petrus est, quæ est indiuidua, & alia sit vnitas realis hominis vt homo; consequitur vt hæc vnitas naturæ communis in indiuiduis non sit, sed sit soli naturæ communi propria.

Aduertenda.

19. 1. Aduert. *S. Thom.* PRo soluendis argumentis aduertendum primum est cum S. Thoma, in 2. d. 3. q. 2. art. 2. ad 1. tribus modis vniuersale reperiri, ante rem, in re, & post rem. Ante rem, formæ intelligibiles in mente Angelorum sunt vniuersales, neque enim à rebus singularibus sumūtur: in re, vniuersale est natura ipsa in singularibus, quæ nihil aliud est, quàm ipsa singularia: post rem, est vniuersale logicum ab intellectu inuentum. Et huic modo dicendi simile est, quod docet idem S. Doctor de ente, & essentia cap. 4. & lib. 2. de anima, lectione 12. quòd vniuersale habet duplex esse, aliud materiale in singularibus, aliud spirituale in intellectu: nam hoc esse spirituale est species intelligibilis, in qua natura est præsens, vel ipsum verbum intelligibile; & vtrumque est esse reale, illud extra animam, istud in anima. Illud ergo esse reale, & materiale, sunt res ipsæ singulares; hoc verò esse spirituale est species intelligibilis, & vtrumque est esse reale. Præter hæc autem est esse vniuersale intentionale, quod intellectus de re iam cognita meditatur, vt modò dicebamus, & est obiectum cognitum.

Vniuersale ante rem.

In re.

Post rem.

Idem.

Vniuersalis esse aliud materiale, aliud spirituale.

Vtrumque est reale.

3. Esse intentionale.

Ex his autem plura sunt, quæ consequuntur. Primum quod attinet ad vniuersale quod est in specie intelligibili, cogitandum est hoc esse discrimen inter obiectum intellectus, & aliarum potentiarum: nam nulla alia potentia operatione sua singulari fertur in ipsum vniuersale per se: sensus enim sunt rerum singularium: cogitatio verò, & appetitus etsi quodam modo in vniuersale intendantur, non tamen per se primò vniuersale respiciunt; sed cogitatio apprehendit singulare vagum; appetitio verò concitatur ad vniuersale prout est in singularibus: quia existentia quæ est propria singularium, est ratio boni, & appetibilis: intellectus autem per se est vniuersalium. Cum ergo dicimus obiecta aliarum potentiarum esse vniuersalia, intelligimus per negationem, vt capite antecedente differebamus, scilicèt quia non est potentia determinata ad hoc singulare, neque ad illiud. Cum verò dicimus obiectum intellectus esse vniuersale, significamus vniuersalitatem esse conditionem in obiecto necessariā; idcirco enim res singulares per species vniuersales cognoscimus, quia ipse intellectus à materia separatus est, quæ est singularium propria. Ista ergo vniuersalitas quæ est conditio intelligendi, ante ipsam intellectionem, posita est in specie intelligibili; & post intellectionem est logica intentio, quam intellectus inuenit in re iam cognita.

20. 1. Consect. de esse spirituali. Intellectus per se est vniuersalium. Non sic aliæ potentiæ. Ostenditur 1. de sensibus. 2. De cogitatiua. 3. De appetitu. Aliarū potentiarū obiecta sunt vniuersalia per negationē, vt cap 1. p. 1. n. 20. Vniuersalitas est cōditio in obiecto intellectus necessaria. Posita est primò in specie intelligibili.

Aliud subinde colligimus ex dictis, quòd naturam esse in singularibus, duobus modis interpretandum est, scilicèt ante intellectus operationē, & post eam. Anteà quidem naturā esse in illis, nihil reale est, sed sunt res ipsæ singulares, vt iam docuimus. Post animaduersionem autem rationis, naturam esse in pluribus est esse vniuersalem quod est ens rationis: ita vt natura quidem sit quæ in singularibus esse dicitur; sed hoc quod est, naturam vnam in illis esse quasi in distinctis, totum prouenit ex meditatione rationis. Cum ergo

21. 2. Consect. de esse materiali. Ante operationem intellectus naturā esse in singulārib' nihil reale est, vt c. 1. p. 1. n. 11. Post eā operationē naturam vnam esse in pluribus est esse vniuersalē.

go consideramus aptitudinem naturæ vt sit in pluribus, & actum ipsum istius aptitudinis; si loquamur de rebus ante intellectum operantem, actus ipse qui est esse in pluribus, non est res aliqua, vt diximus: quare neque aptitudo, isthæc ad actum, quid rei est; sed est sola non repugnantia naturæ, vt sit in pluribus, quæ ipsa neque realis negatio est, vt statim dicemus. Si verò sermo sit de aptitudine, & actu per operationem mentis, dicendum est, naturam in specie intelligibili & verbo aptam esse vt sit in pluribus, & per reflexam cognitionem intelligi in pluribus. Ratio autem in promptu est, nam in prima cognitione adhuc non intelliguntur singularia, sed sola natura; per hoc autem quòd intelligitur natura separata ab illis; iam apta est vt sit in illis: ad hoc enim vt aliquid in aliquo sit, opus est distinctione; & idcircò intellectus separans naturam à singularibus quasi distinctam, facit aptam esse in pluribus. Per hoc ergo quòd intellectus meditatur solam naturam, nihil cogitando singularia, iam illam discernit à singularibus, & aptam efficit vt sit in illis. At verò vtrum iam tunc vniuersalis sit formaliter necne, quæstio est nobis superuacanea, & otiosa. Actu verò reflexo quo comparamus naturam cum singularibus, est iam in illis inuenta non aptitudine, sed actu: si ergo placet tunc effici vniuersalem, dicendum est vniuersale, esse quod actu est in pluribus; definiri autem vniuersale, quod aptum est esse in pluribus, tanquam per fundamentum magis perspicuum,

Tertium est quod colligimus, æquiuocè dici quòd natura sit in singularibus, scilicèt ante operationem intellectus, quod est esse in illis identicè (natura enim idem est quod singularia, & præter singularia nihil.) Et post operationem intellectus, quo pacto natura quasi distincta, est formaliter in singularibus, & non solum identicè. Æquiuocè etiam dicitur vniuersale, species, genus, scilicèt pro rebus ipsis quibus hæ intentiones conueniant, & pro ipsis intentionibus formaliter, vt S. Thomas sæpiùs docet. Cum enim dicimus Petrum, & Paulum conuenire re ipsa in specie, nomine speciei significamus naturam, quæ species dicitur: nam in intentione ipsa speciei, minimè conueniunt, cum Petrus, & Paulus species nõ sint.

Aliud verò adhuc consequitur, quòd in superioribus tractauimus, scilicèt vt ex ipso nostro modo intelligendi, consequatur rem intellectam conceptu cõmuni quædam vnitas præcisionis, vt S. Thomas docet opusc. 41. cap. 7. quam vnitatem docet perinde S. Thomas conuenire naturæ, ex eo quòd illam intelligimus nomine, imò & definitione vna: consequitur etenim ista vnitas modum intelligendi, vt diximus.

Præter hæc tamen obseruandum est, quòd S. Doctor ibidem docet, naturam absolutam non solùm habere hanc vnitatem, sed ita definiendam esse vt apta sit esse in pluribus. Appellat autem naturam absolutam, hoc est, naturam nudam, quæ absoluitur à differentijs singularium, quæ vt sic quatenùs absoluta ab ijs est, & quatenùs nuda est per vniuersalem intellectionem, apta est esse in pluribus, & habet vnitatem præcisionis; in qua (inquit S. Doctor) fundatur alia vnitas vniuersalis: nam in prima cognitione naturæ cogito quidèm naturam vnam, sed in cognitione reflexa cogito vnam in pluribus; vtraq; tamen vnitas rationis est, & nullo modo realis, vt antea docuimus. Vtrum verò illa aptitudo sit ratio formalis vniuersalis, & vniuersale præcedat cognitionem reflexam necne, non huius loci disputatio est.

Illud verò præcipuè explicandum est, quomodò natura materialis dicatur communicabilis, quin sit re ipsa communis? Quidam enim interpretantur naturam esse communicabilem à proprietate quadam eò quòd finita sit, aut materialis; quam proprietatem aiunt esse remotum fundamentum, vt natura sit in multis; & hoc esse coniunctum cum quadam indifferentia negatiua, quæ etiam in singularibus inueniatur, scilicèt quòd naturæ non repugnet esse in multis.

Et quidem quòd natura sit fundamentum vniuersalitatis, & communitatis, non est dubium; quia ipsa relatio rationis quam dicimus vniuersale, per intellectum fundatur in natura. Quòd si libet dicere proprietatem naturæ, hoc

In specie intelligibili, & in verbo per 1. cognitionem producto natura apta est vt sit in pluribus. Ratio.

Actu reflexo natura iam est in pluribus nõ aptitudine, sed actu.

Si vniuersale tunc primum fit, eius definitio expẽditur.

22.
3. Consect. æquiuocè dicitur natura esse in singularibº ante operationẽ intellectus, sc. identicè, & post illam, scil. formaliter.
Item æquiuocè dicitur vniuersale de naturis, & de intẽtionibus vniuersalium.
S. Thom.
Declaratur.

23.
4. Consect. Vnitas præcisionis consequitur nostrũ modũ intelligendi naturalem, vt cap. 1. p. 3. in fine. *S. Thom.*

24.
Idem.
Natura absoluta à differentijs præter vnitatem præcisionis habet aptitudinẽ vt sit in pluribus.

In cognitione naturæ cogito naturã vnã, sed in cognitione reflexa cogito vnã in pluribus.

25.
Difficultas præcipua.
Decisio *Soar. in Metaph. disp. 6. sect. 5.* 1. eius pars.

2. Pars.

26.
Quoad 1. part. expenditur.
Quòd natura sit fundamentũ vniuersalitatis, potest dici naturæ propriũ attributũ per intellectũ.

hoc ipsum quòd sit fundamentum vnde ratio possit concipere vniuersale,& cõmune, esto; sicut & Aristot.dixit genus, & speciem conuenire per se rebus. Itaque hoc erit proprietas naturæ, scilicèt proprium attributum per intellectum, vt sit fundamentum vniuersalitatis.

Aristot.

27.

Nõ est realis proprietas.

Probatur ex cap.1.p.1.

Quòd si realem proprietatem arbitrantur,falluntur ingenuè;quod vno argumento conuincimus; quia nihil reale conuenit naturæ communi, quod non sit in singularibus; aliàs natura in sua communitate existeret, & esset separata à singularibus:sed nulla indiuidua natura hanc habet proprietatem vt possit multiplicari, aut diuidi, ita vt sit communis multis ; ergo neque natura communis eam habet proprietatem.

28.

Responsio.

Refellitur 1.

Refellitur 2.

Refellitur 3. vt lib.3.cap.12. p.2.n.1.

Respondent hi Doctores in indiuiduo esse hanc proprietatem, quia indiuiduum potest alteri assimilari, & assimilari in natura est conuenire in illa : & ita in ipsis indiuiduis est hæc proprietas, vt possit conuenire in natura communi.Sed hoc quoque respõsum falsum est; nam posse assimilari est potentia passiua suscipiendi similitudinem, & nihil aliud est : quid ergo hoc interest vt natura sit communicabilis ? Deinde assimilari non est conuenire in natura, sed priùs intelligitur conuenire in natura, cum similitudo fundetur in vnitate : sed neque illa vnitas est conditio realis fundandi, vt lib. 3. diximus. Nihil ergo his dictis indicatur,quòd declaret naturam esse communicabilem re ipsa, & hoc ipsum esse proprietatem realem naturæ,

29.

Eadem diuisio quoad 2. partẽ refutatur.

Indifferentia negatiua, scil. qđ naturæ nõ repugnet esse in multis,non inuenitur in indiuiduo.

Natura vt sic nõ est per se determinata, nec est per se non determinata, ad hoc, vel ad illud.

In eo quod sentiunt de indifferentia, manifestiùs errant, nam & illa indifferẽtia negatiua, quòd non repugnet esse in multis, non inuenitur in indiuiduo: indiuiduo enim repugnat quòd sit in multis, vt liquet. Verumenimverò natura vt sic, scilicèt cognita conceptu cõmuni habet hanc indifferentiã negatiuam, quæ comitatur vnitatem præcisionis, quia nõ est determinata per se ipsam ad hoc,vel ad illud. Et hoc quidem concessimus in enunciatione negante, scilicèt quòd natura nõ est per se sic determinata:sed negauimus in affirmante quòd sit per se non determinata;quia quod conuenit naturæ per se, conuenit singularibus;eo certè consilio, vt nullatenùs cõcedamus indiuidua nõesse determinata: quod intelligibile non est;ne dicam credibile. Respondent,siue explicant indiuiduum esse determinatum ratione vnitatis indiuidui, sed ratioue vnitatis formalis non esse determinatum. Hoc iterùm falsum est, nam vt omittam illud quòd res non determinantur per vnitates,sed per formas, vel differentias,quæ sunt termini,siue fines rerum,quibus determinãtur,siue finiuntur. Hi Doctores videntur distinguere vnitatem formalẽ ab vnitate numerica re ipsa; quæ ostendimus cap.præcedenti non distingui : siuè quod est clarius, distinguunt re ipsa naturam ab indiuiduis ; etsi aliàs verè sentiant non esse distincta. Sed hac sua opinione quæ approbarant,improbant; nam si Petrus,& homo nullatenùs distinguuntur, dici non potest quòd Petrus re ipsa sit determinatus, & re ipsa non determinatus, illud quà Petrus, istud quà homo. Omnibus ergo modis natura humana re ipsa determinata est, cum nulla sit natura non determinata, & solo intelligendi modo non est determinata: quare nulla est proprietas realis naturę, quæ sit cõmunis,aut non determinata.

Solo intelligẽdi modo natura non est determinata.

30.

Pro resolut. aduert.

Explicandum igitur est, quo pacto natura dicatur communicabilis,quod non erit intellectu difficile. Aduertendum enim quòd hoc nomen,commune,significat relationẽ rationis,vel etiam in Deo, vbi natura est re ipsa communis. A nomine autem communi ducimus verbum cõmunicandi : & iterùm nominibus relatiuis vtimur ad significanda absoluta; vt qui parietem dealbat, dicitur assimilare illum,quia imbuit albore,quo alteri fit similis, vt docuimus lib. 3. Generans igitur communicat suam naturam genito, quia generat aliud indiuiduum, quibus duobus natura est communis.nõ tamen sequitur quòd re ipsa sit communis, sed solùm sequitur quòd homo hic possit generare illum.

Hoc nomen, cõmune, significat relationẽ rationis etiam in Deo.

Sicut qui dealbat dicitur assimilare:ita qui generat dicitur cõmunicare naturam.

31.

Resolutio.

Quòd natura materialis re ipsa sit in multis, indicat idẽtitatem.

Quòd sit cõmunicabilis, indicat potentiam generãdi actiuã,& passiuam,nõverò aliud quid reale.

Quòd igitur natura humana, verbi gratia, re ipsa sit in multis, per coniunctionem identicam intelligendum,scilicèt quòd re ipsa nihil est natura,nisi multa indiuidua, quibus nihil distinctum re ipsa addit natura, quæ communis dicitur.Quòd autem sit communicabilis indicat potentiam actiuam, & passiuam, qua hic homo generat illum. Et idem est dicendum de quauis natura specifica, quæ communicabilis dicitur ; nihil

hil enim reale hoc nomine significatur, nisi potentia actiua, aut passiua in indiuiduis ipsis : & ita nihil colligitur re ipsa commune, neque realis proprietas vlla alia est, ob quam dicatur natura communis.

32. Ostenditur. Indifferentia naturę, hoc est non determinatio, non est negatio realis. Ratio.

Qua in re illud adhùc aduertendum est, quòd ipsa indifferentia naturæ, quæ explicatur per negationē, scilicèt quòd natura non sit determinata ad hoc, vel ad illud, non est negatio realis; nam hæc negatio quòd natura humana non sit determinata ad Petrum, nihil aliud significat nisi quòd non solus Petrus sit homo; quæ negatio nihil est in re, sed in sola enunciatione. Hoc autem ostenditur; quòd enim natura non sit determinata re ipsa ad hoc, vel illud, duobus modis potest explicari, primo vt re ipsa non sit effecta singularis, & definita ; & hoc falsum est. Secundo modo, vt solet dici, quòd non sit in solo vno, & hæc negatio in sola eloquutione est, non in ipsa natura: non ergo est negatio realis ipsa indifferentia naturæ ; nam & hoc nomen, indifferentia, significat aliquid, quod in sola eloquutione est, scilicèt, quòd non magis Petrus sit homo, quàm Paulus.

Hæc negatio in sola eloquutione est qđ non magis Petrus sit homo quàm Paulus.

33. Simile est de alijs negationibus, sc. naturā non generari, &c.

Simile est de alijs negationibus, verbi gratia, quòd natura per se primò non generetur, aut corrūpatur ; neque enim sunt negationes reales, quia nusquam insunt rebus singularibus. Et illa dictio, per se primò, indicat ordinem rationis, vt iam admonuimus: & cum dicimus naturam ex se, non esse determinatam; illa dictio, ex se, indicat naturam intellectā conceptu communi ; quod aiunt indicare statum, siue cōditionem naturæ, prout est in intellectu : ergo negatio realis nulla est propria solius naturæ communis; eò quòd natura non est re ipsa communis, quam in sua communitate consequatur negatio realis.

Dictio, per se primò, his negationibus addita indicat ordinē rationis.

Dictio, ex se, indicat statum naturæ prout est in intellectu.

34. 2. aduert. Vnum est indiuisum in se. *Aristot.*

Denique aduertendum id dici vnum quod est indiuisum in se, vnde Aristot. 7. Metaph. comprobat non esse intellectu possibile, vt id quod est vnum sit diuisum in plura eiusdem rationis, scilicèt vt vnus homo cōmunis sit homines plures communes: hoc autem non impedit quin homo qui est ratione vnum, & cōmune, sit re ipsa multi homines indiuidui; quia non est vnum & multa secundū idem : & hac vnitate qua homo est vnus non sunt homines multi, quia non sunt

Homo qui est ratione vnum & cōmune, est re ipsa multi homines indiuidui.

A multi homines communes; sed vnus homo vnitate rationis est in intellectu cōmunis ; & ita hæc vnitas est solius naturæ, vt natura distinguitur ab indiuiduis; hoc enim vnum opponitur multis, non multis naturis specificis formaliter oppositis, sed multis indiuiduis eiusdem naturæ, sola ratione illi oppositis & distinctis ab ipsa natura.

35. Vnitas præcisionis distinguit à singularibus: Vnitas formalis ab alijs naturis specificis

Vnitas autem formalis est, non qua vnum est indiuisum in multis singularibus; quia ea vnitas est precisionis, vt differebamus, & non realis ; vnitas autem formalis est realis: sed est vnitas qua natura humana, verbi gratia, non est idem B cum cæteris naturis à quibus distinguitur; & ita hæc vnitas formalis distinguit non ab indiuiduis, sed ab alijs naturis oppositis. Alia est ergo indiuisio naturę, qua vt sic non diuiditur in singularibus, quæ est indiuisio, & vnitas rationis: alia verò qua natura est indiuisa in alias naturas specificas, & distinctas re ipsa, quæ est vnitas formalis, & realis. Per illam vnitatem præcisionis distinguitur natura ab indiuiduis sola ratione ; per istam distinguitur ab alijs naturis specificis reali distinctione. Et hoc est summo opere obseruandum in his vnitatibus. C

Responsio.

36. Ad 1. arg. contra 1. p. cap. 1. Ad 1. locum *Aristot.* 1. explicatio. Homo per se est species, hoc est, non per aliud naturę rei additum, scil. non per animal, vel per Petrum.

VT respondeamus argumentis primo loco Aristot. explicandus est; cum enim ait ea, quæ species sunt, esse per se species, & quæ genera sunt per se esse genera; per se intelligit, hoc est, non per aliud naturæ rei additum ; sed non intelligit per se, hoc est, per essentiam; neque per se, hoc est, necessariò ex natura rei. Sed quia ita homo est species, D vt neque Petrus, neque animal sit species ; animal autem ita est genus, quòd neque homo, neque Petrus est genus: in hoc sensu ait hominem per se esse speciem, & animal per se genus. Nam & Dialectici concedunt quòd homo quatenùs homo est species, ita vt nota illa specificans non indicet naturam, sed modum intelligēdi: homo, inquam, quatenùs homo, hoc est, communi conceptu cognitus est species ; & eodem modo homo per se, hoc est conceptu ipso hominis cognitus est species: Aliqui etiam explicāt, per se, id est, solitariè sine alijs; & ita per se, hoc est, sine indiuiduis, natura

Declaratur.

2. explicatio. Per se, id est, solitariè sine indiuiduis.

Ad alia loca.

tura est vniuersalis. Ad alia quæ ex Aristot. afferuntur, qui dixerit non sola esse singularia, sed vniuersalia quoque in rebus, eaque definiri, de ijsdem scientiam esse. Respondetur omnia hæc pertinere ad modum intelligendi, dicimus enim verè Petrum esse hominem, & Paulum esse hominem, & ita hominem non separamus à Petro, & Paulo re ipsa: non sunt ergo sola singularia, ita vt natura cognita conceptu communi non sit verum ens; verum enim ens est, sed non re ipsa distinctum: & eadem vnitate res intellectæ definiuntur, & tractantur, vt in argumentis dissoluendis respondemus. At verò S. Thom. 1. contra gent. non curauit nominum proprietatem in arguendo, & ita dixit vniuersale, & singulare, vel differentias, vel passiones entis: & meliùs dicuntur differētiæ; quamuis Frāciscus Ferrar. interpretetur, passiones: passio enim cōsequitur ens prout est in re ipsa, & non in intellectu; sed tunc esset necesse distinguere re ipsa entia communia à singularibus, siquidèm haberent passiones distinctas. Dicendū ergo est quòd tam vniuersale, quàm singulare conuenit enti prout est in intellectu, siue appelles passionem, siue differentiam entis: & quia sunt absque medio oppositа vniuersale & singulare, ait S. Thom. hęc per se conuenire enti, quia alterum inesse necesse est; neutrum tamen per se, hoc est, ex re ipsa absque operatione intellectus. Alterum locum ex opusculo, satis expositimus. Quod verò ait 3.p. facilem commentarium habet; species enim æquiuocè dicitur, vel pro intentione, quæ cōuenit naturæ abstractæ à singularibus; vel pro natura in ipsis singularibus in quibus est, vt diximus: natura autē in vno indiuiduo nullo modo species dicitur. Et alia interpretatio commentitia est.

Natura cognita conceptu cōmuni est verū ens, sed non re ipsa distinctū.

Ad 1. locum S. Thomæ.

Vniuersale & singulare meliùs dicuntur differentię entis, quàm passiones contra *Ferrar.*

Conueniunt enti prout est in intellectu.

Conuiniunt per se, quia alterum inesse necesse est.

Ad 2. locū ex 1. aduert. n. 23.

Ad 3. ex n. 22.

Homo æquiuocè dicitur, vel pro intentione, vel pro natura non in vno, sed in pluribus.

37. Ad rationem. Petrus, & Paulus conueniūt re ipsa in natura specifica, p identitatem.

Ad primum ergo argumētum respōdetur, quòd Petrus & Paulus conueniūt re ipsa in specie, hoc est, in natura, quæ est species (vt iam diximus) per identitatem; quia natura non est res distincta; sed non conueniunt quasi duo in tertio, quod sit re ipsa vnum; sicut diuinæ personæ in natura vna.

38. Ad 2. arg.

Ad secundum respondetur, quòd natura re ipsa est in pluribus idēticè, quod est esse plura; formalitèr autē est in pluribus per operationem intellectus, qui hoc operatur distinguendo naturam, & accipiendo vt vnam, vt ea vnitate, & distinctione possit esse in pluribus.

Ad tertium respondetur obiecta potentiarum esse vniuersalia per negationem, vt dictum est: obiectum verò intellectus esse vniuersale in specie intelligibili, quæ antecedit intellectum. Ad confirmationem concedimus antecedens, quod affectiones propriè cōueniunt indiuiduis per naturam cōmunem: sed hoc indicat ordinem rationis, quo priùs comparamus affectiones cōmunes cum natura communi: quare non colligitur vt sit re ipsa communis.

39. Ad 3. argum. ex 1. aduert. n. 26.

Ad confirm.

40. Ad 4. argum. ex n. 21.

Ad quartum respōdetur, quòd actus quo natura re ipsa est in singularibus, nihil est; natura enim est in illis per identitatem: neque est potentia ad hunc actum, sed non repugnantia. Et hæc omnia scita sunt in nostro modo loquendi, & nulla sunt in re ipsa, nisi ipsa singularia.

41. Ad 5. arg. 1. Respons. Finito & infinito prædicato comutato nulla est consequētia, si extra maneat aliqua particula. *Caiet.*

Ad quintum respondetur, quòd finito, & infinito prædicato cōmutato, nulla est consequentia; si extra maneat nota aliqua, siue dictio. Quarè valet quidèm consequentia, Non est determinata; ergo est indeterminata: non tamen valet hæc consequentia, Natura ex se non est determinata; ergo ex se est indeterminata, vt Thom. Caiet. obseruauit, 4. cap. de ente, & essentia; quia extra terminos infinitos manet dictio illa, ex se. Prætereà, si indeterminatum explicetur, vt suprà docuimus, id quoque cōcedimus quòd natura ex se sit indeterminata; quia & hoc per negationem istā explicatur quòd natura non sit in vno solo indiuiduo; iamque identidèm admonuimus indifferentiam istam, non esse realem negationem.

2. Respons. ex n. 32. & 33.

42. Ad 6. arg. ex n. 30. & 31.

Ad sextum in aduertendis explicauimus quomodò natura re ipsa sit communicabilis per potentiam actiuam, & passiuam absque vlla alia proprietate reali, qua communis sit, aut indifferens. Cum autem dicitur quòd natura ex se habet, vt possit esse non in vno solo, cōcedimus hoc quoque; sed illa dictio significat naturam nudam à singularibus: nam re ipsa non est natura vna, sed plures, & singulæ non possunt esse in alijs; quod ergo non est in vno solo, est natura cognita communi conceptu, quo intelligendi modo est in pluribus.

Ad

43. Ad vlt. arg. ex n.23.

Ad septimum respondetur, quòd illa prædicata explicanda sunt per negationem, quòd natura sit perpetua, scilicèt quòd non sit hoc solo tempore, vel illo; quòd non sit generabilis hac generatione vel illa, vt cum S. Thoma obseruauimus. Diximus etiam has negationes nõ esse reales, quia non conueniunt naturæ, nisi vt cognitæ conceptu communi: negamus ergo hæc attributa naturæ esse realia; & sic non colligitur quòd sit natura re ipsa communis.

44. Ad 1. argum. contra 2. p.

Ad argumenta secundæ classis, quæ pro partibus aduersis opponuntur ad probandum, quòd natura ex se sit singularis, respondendum est. Ad primum negatur consequentia illa, Natura re ipsa est singularis; ergo ex se est singularis: nam pronomen, se, refert naturam vt natura est, scilicèt, vt cognita est communi conceptu; quæ quidem re ipsa est hæc vel illa; sed cognita à nobis vt natura communis, neque est hæc, neque illa.

Respond. ex cap. 1. p. 2. n. 3.

45. Ad 2. arg. Respond. ex eodem loco.

Ad secundum iam diximus cap. præcedente, naturam esse singularem per aliud; non per aliud quid reale re ipsa distinctum, vt argumentum probat, sed per aliquid rationis, quod est extra conceptum naturę, scilicèt per differentiam indiuiduam; & proindè non est ex se singularis, hoc est, ex propria ratione formali, qua concipitur vt communis: vnitas autem quæ sequitur formam indiuiduam, solùm addit negationem ad illã; sicut & vnitas enti negationem addit.

46. Ad vlt. arg. Quòd natura prout coarctata sit ex se singularis, nõ obstat inscriptioni partis 2.

Ad vltimum negatur consequentia, neque enim asserimus naturam, prout est in re ipsa coarctata, & definita, non esse ex se singularem; sed naturam ex se non esse singularem: nam natura nomẽ est commune, quod significat rem non consideratis singularibus; res autem sic considerata ex propria ratione qua cõsideratur, singularis non est, licèt re ipsa sit singularis, scilicèt hæc & illa res. At verò natura vt existit, iam indè habet quòd sit singularis; quia consideratur nõ prout communis, sed prout est re ipsa plures, non vna: & ita natura vt existit nostro modo intelligendi est singularis, quod sequenti capite tractabimus luculentiùs.

47. Ad 1. argum. contra 3. p. Ad 1. locum *Aristot.*

Ad argumenta proposita contra ea, quæ dicta sunt 3. p. capitis præcedentis respondendum superest. Imprimis negamus Aristot. tribuisse naturæ cõmuni vnitatem aliquam realem illi soli propriam: nam quòd numeret vnitatẽ speciei, & generis inter modos vnius, infirmum est argumentum; cum omnes vnitates tam reales, quàm rationis potuerit numerare: sunt etiam vnitates formales specificæ, & genericæ, & eæ quidèm reales; sed istæ in indiuiduis multiplicantur, & non sunt solius naturæ cõmunis, vt docuimus: quòd verò eadem sit ratio siue natura in multis, significat identitatem rationis; sicut & vnum definibile est vnum vnitate rationis, vt in responsionibus argumentorũ dicemus.

Ad alios loca. Identitas naturę in multis est rationis: sic vnitas.

B Ad primum argumentũ concedimus, illam negationem quòd natura non sit diuisa, esse propriam solius naturę communis: cõcedimus etiam in propositione negante conuenire naturæ per se, siuè ex se, vt non sit diuisa. Sed negamus consequentiam quòd non cõueniat hoc per intellectum; nam per se siue ex se, ita explicamus, scilicèt solitariè sine singularibus, vel nullo addito. Et istæ negationes nõ sunt reales, sed in sola propositione, & intellectu diuidente, vt docuimus: aliàs natura ex se, hoc est, prout est in re, diuisa est in multis; vel potiùs nihil est, nisi multa diuisa, & indiuidua. Per se autem, hoc est, necessariò, & inseparabilitèr, neque diuisa numero, neq; indiuisa; quia vtrumque accidit naturæ cognitæ conceptu communi. Itaque illud per se siue ex se, explicandum est cum sit æquiuocum.

48. Ad rationem. Naturæ quòd non sit diuisa cõuenit per se siue ex se, id est, solitariè sine singularib⁹ quod est p intellectum.

Secus si, per se, sumatur pro necessariò, & inseparabilitèr.

C

49. Ad 2. arg. ex 2. aduert. n. 35.

Ad secundum respondetur distinguẽdo illud antecedens, quòd natura ex se non sit diuisibilis in multa eiusdem rationis: si enim intelligatur, quòd nõ possit diuidi in alias naturas specificas, ea indiuisio est vnitas realis, vt in notationibus diximus: sed inuenitur in ipsis indiuiduis; ita enim Petrus est homo, quòd non est leo; & idcircò hæc humanitas est indiuisa ista indiuisione, vt non sit humanitas, & equinitas simùl. Si verò intelligatur natura indiuisa in multa eiusdem rationis, hoc est, in multa indiuidua participantia illam naturam; talis indiuisio est in solo intellectu, cum re ipsa natura nihil sit, nisi multa diuisa; & est vnitas rationis, quæ non conuenit naturæ, nisi prout intelligitur conceptu communi. Ad confirmationem respondetur concedendo consequentiam, & consequens illud quòd natura humana, verbi

D

Re ipsa natura nihil est, nisi multa diuisa.

Ad confirm.

verbi gratia, vendicat sibi propriam vnitatem realem, scilicèt formalem, non tamen re ipsa distinctam ab indiuidua, neque quæ sit solius naturæ.

50. Ad 3. argum 1. Responsio. *Soarez.*

Ad tertium quidam respondent, vnitatem formalem & similitudinem vnam indiuiduam antecedere vnitatem conceptus; & hoc satis esse vt conceptus sit vnus vnitate petita ab ipso obiecto vno. Sed hoc videtur esse falsum; nam ante conceptum non antecedit vna vnitas formalis, neq; vna similitudo, sed multæ vnitates formales, & multæ similitudines in ipsis indiuiduis; ergo vnitas conceptus non petitur ab illis, quæ re ipsa multa sunt; vel hæ ipsæ vnitates formales, & relationes in aliqua vnitate reali conueniunt: & illa erit vnitas naturæ communis, in qua scilicèt multa conueniunt secundum rem, quam tamen vnitatem realem propriam naturæ communis scitè negamus.

Refutatur.

Ante conceptum non antecedit vna vnitas formalis, sed multæ.

51. 2. & vera responsio.

Dicendum igitur est conceptum specificari nostro modo intelligendi ab obiecto vno vnitate præcisionis: nam specificari est operatio rationis, quæ dum reflectitur supra conceptum suum, & comparat illud cum obiecto, intelligit esse adæquata: & ad hoc quòd conceptus sumat vnitatem ab obiecto, satis est vt obiectum ordine rationis conferētis, antecedat conceptum, per hoc quod intelligitur tanquàm causa illius, vt lib. 2. declarauimus luculentèr. Itaque ex ipso modo intelligendi obiectum est vnum; sed conferendo posteà obiectum cum conceptu, ipse conceptus specificatur ab obiecto vno, & hac ratione sumit vnitatē ab illo. Itaque concedimus quòd illa vnitas præcisionis in natura, est ab intellectu orta, scilicèt à modo intelligendi, consequens illum quasi in genere causæ efficientis. Et eademmet vnitas dat specificam vnitatem conceptui in genere causæ formalis exemplaris, aut finalis, sicut de calefactione, & calore philosophamur. Quòd si loquamur de reali dependentia conceptus ab obiecto; certè conceptus à singularibus pendet, à quibus oriuntur species intelligibiles per officium intellectus agentis; ita vt ex speciebus singularium oriantur species vniuersalium, quæ sunt origo, & effectrix causa conceptuum. De qua re modò disputandum non est.

Conceptus specificatur nostro modo intelligēdi ab obiecto vno vnitate præcisionis.

Ostenditur.

Vide libr. 2. c.

Vnitas præcisionis in natura oritur ab intellectu quasi efficientèr.

Eadem dat specificam vnitatem conceptui in genere causæ exemplaris aut finalis.

Exemplum calefactionis, & caloris.

A Ad quartum respondetur negando illud antecedens, quòd si natura quæ modò est communis subsisteret separata ab indiuiduis, maneret vna vnitate præcisionis: maneret enim vna vnitate formali absque alia vnitate præcisionis, cum non haberet indiuidua à quibus separata esset rationis meditatione; ea enim est vnitas præcisionis, qua natura ab indiuiduis sola ratione separatur, vt diximus.

52. Ad 4. arg. Si natura specifica subsisteret re ipsa separata ab indiuiduis, esset vna vnitate formali absque alia vnitate præcisionis.

Ostenditur,

Ad vltimū negatur antecedens, quòd vnitas formalis nō multiplicetur in indiuiduis. Ad id verò quo antecedens probatur respondemus, ipsam vnitatem formalem modo intelligendi esse communem, & ita vnitas formalis ab vnitatibus indiuiduis distinguitur in singulis gradibus, vt docuimus; & non coincidunt in idem vnitas formalis, & indiuidua; cum etiam in indiuiduo hæ vnitates distinguantur ratione; re tamen ipsa, vnitas formalis, & indiuidua non distinguūtur: quia eadem res fundat vtrāque vnitatem, naturæ & indiuidui.

B

53. Ad vlt. arg.

In indiuiduo vnitas formalis, & numerica distinguuntur ratione.

CAPVT III.

C *In natura creata non est formale principium indiuidui naturæ additum.*

DE indiuiduatione rerum, hoc est, de ratione prima, & adæquata, vndè res quæque indiuiduę sunt, est perneçessaria disputatio ad ea, quæ hoc libro differenda sunt, & ad quæstiones nonnullas in Tomo 2. maximè vtilis. Quāobrem boni consulēdum est, si eam disputationem studiosiùs tractauerimus. D Et quoniā ea quæ iudicamus falsa, priùs conuellenda sunt, quàm vera pronunciemus, quæstioni præcedenti alia quæstio copulata est, eaque præcipua, An substantia composita sit singularis, & indiuidua per principium aliquod formale, quod sit ipsius substantiæ totius forma, aut quasi forma? Caput diuidimus in partes duas.

Prima pars: *Indiuidua addunt naturæ communi indiuiduam differentiam nostro modo intelligendi.*

Secunda pars: *Eam differentiam non esse re ipsa additam, aut distinctam.*

PRIOR

PRIOR PARS.

Indiuiduum addit naturæ communi indiuiduam differentiam nostro modo intelligendi.

1.
1. sent. titulo oppolita.

NOminales negant differentiam indiuiduam additam naturæ cõmuni, aut ab illa distinctam esse, vel etiam nostro modo intelligendi. Hæc est opinio Guilhelmi Ochami, in 1. d.2. q.4. & 6. & Gabrielis q.6.7.& 8. At verò Henricus Gandau. quodlib.5.q.8.docet indiuiduum naturæ communi addere solam negationem.

Ocham.
Gabriel.
2. sent.
Gandau.

B

2.
3. sent. in tit. asserta.

Nihilominùs contraria sententia, scilicèt, quòd indiuiduum addat aliquam differentiam naturæ communi, persuadet ratio euidẽtissima accepta à S. Thoma 1.p.q.40.ar.2. Vbi est enim quidpiã commune multis, oportet inueniri in illis aliquid etiam quo distinguantur; neque enim eodem distinguuntur, quo conueniunt: sed natura specifica est cõmunis multis indiuiduis; ergo est aliquid in indiuiduis illa discernens, scilicèt indiuidua differentia. Quòd si respõdeas naturam contrahi ad indiuidua nõ per differentiam, sed per modos intrinsecos, qui non sint propriæ differentiæ: nos de re ea, quæ Dialecticorũ interest, non disputamus: sed aimus indiuiduum addere naturæ communi aliquid reale, quo scilicèt quomodlibet contrahatur natura, & indiuiduum vnum ab alio distinguatur. Sed id etiam probatur, quòd hoc additum intelligatur per modum differentiæ, quoniam in suo conceptu non includit naturam; imò additur naturæ specificæ, vt differentia specifica additur naturę genericę. Et idcircò meritò dicitur indiuidualis differentia, etsi non sit illa de vniuersalibus, quæ à Porphyrio definitur. Hæc sententia haud dubiè ex verbis illis S. Thomæ colligitur, & 1. contra gent. cap. 42. affirmat distinctum addi naturæ communi; quod certè additum differentiam vocamus.

Probatur 1. *ex S. Thom.*

Indiuidua eodem quo conueniunt, non distinguũtur.

Resp onsio.

Refellitur 1.

Refellitur 2. Id quod indiuiduum addit ad naturã est differentia.

Ratio.

S. Thom.

C

D

3.
Dub. Vtrùm ista differentia sit essentialis?

Facit tamen difficultatem, vtrùm ista differentia addita naturæ specificæ sit essentialis, & intra essentiam? si enim nó essentialis sit, erit accidentaria; & indiuiduum quod per eam constituitur, erit ens per accidens. Quòd si essentialis sit, differunt indiuidua essentialitèr; quod non videtur potiùs esse eligendum contra omnium Philosophorum sentẽtiam: scitè enim decernit Porphyrius cap. de specie, non diuidi naturam specificam essentialibus differentijs. Imò ea est animi naturalis informatio, Petrum, & Paulum esse eiusdem naturæ, & essentiæ.

Porphyrius.

Cõmune proloquium, seu consuetudo loquendi.

Nec quæstio integra est de nominum significatione, & vsu: nam ex dictis constat naturam humanam non esse vnam re ipsa, sed plures esse naturas quotquot sunt indiuidua. Liquet etiam differentias indiuiduas non esse extra ipsas essentias indiuiduas. Nam etsi (quod falsum est) re ipsa distinguerentur ab essentia cõmuni, clauderentur tamen in conceptu illius, & istius essentiæ indiuiduæ; & ita nullo modo sunt extra essentiam vel communem, vel indiuiduam. At ij Doctores qui formam indiuiduam dicunt accidentariam, aut intelligunt eam accidere naturæ cõmuni, quia non clauditur actu in illa, sed aduenit; quo pacto rationale accidit animanti: aut fortè accidentium collectionem, aut accidens quodpiam si ita velint, aut existentiam intelligunt esse indiuiduam differentiã. Sed hoc quicquid sit, adhùc in conceptu essentiæ indiuiduæ clauditur; siquidèm constituit illam ipsam indiuiduam essẽtiam. Sed hæc fortè dicuntur principiũ indiuidui reale, de quo disputabimus cap.5. Differentia autem indiuidua non est reale principium, cum nõ distinguatur re ipsa à natura, vt hoc cap. commõstrabimus. Quicquid igitur opinantium dissidio varietur, necesse est differentiã indiuiduam claudi in ipsa indiuidua natura, ita vt sine illa differentiâ non possit intelligi. Videndum ergo est quare hæ differentiæ non dicantur essentiales, quæ sunt intimæ ipsis veris essentijs rerum, quæ re ipsa indiuiduæ sunt.

4.
Resolutio.

Differentiæ indiuiduę no sũt re ipsa extra essentiam (altem indiuiduam.

Doctores formam indiuiduam dicentes accidẽtariam, Explicãtur 1.

Explicãtur 2.

Differentia indiuidua nõ est reale principiũ indiuidui.

Qua in re priùs est constituendus loquendi modus philosophicus, & deindè causa loquutionis vsitatæ explicanda. Consuetudo loquẽdi est vt essentias indiuiduas non dicamus diuersas, aut distinctas essentias; quamuis re ipsa sint essentiæ plures distinctę. Indiuidua etiam non dicimus distingui essentialitèr, sed potiùs eiusdem essentię esse aimus. Vndè acceptum est argumentum dicendi indiuiduas differentias non esse essentiales, & esse extra essentiam, aut nullas esse.

5.
Proponitur consuetudo loquẽdi, scilicèt, Petrũ, & Paulum non esse diuersæ essentiæ, sed eiusdẽ

Nos

6.
1. ratio consuetudinis ex *Caiet.*

Esse, seu existere est à forma.

Vltima differentia specifica sumitur ab vltimo gradu formæ.

Hæc differentia essentiam, seu naturã cõplet.

Essentia ab esse nomẽ ducit.

In materialibus differentia indiuidua sumitur à materia, q̃ est principium indiuiduationis.

Nos verò oportet aduertere ad id, quod sumus à Thom.Caiet.probè edocti, differentiam specificam vltimam, verbi gratia, rationale, constituere naturam nostro modo intelligendi capacem existentiæ: cum enim existere sit à forma, quæ dat speciem vnicuique rei; vltima differentia, quæ à forma accipitur, scilicèt ab vltimo gradu formæ physicę, in metaphysica cõsideratione constituit naturam completam capacem existentiæ: essentia autem & natura synonima sunt, & essentia ab esse nomen ducit. Constituta igitur essentia, quæ est species vltima, per vltimam differentiam, illa intelligitur absoluta, & completa essentia. In rebus autem materialibus differẽtia indiuidua sumitur à materia, quę est principium indiuiduationis, vt docebimus; idcircò nõ dicitur essentialis differentia, quia per materiam à qua sumitur differentia indiuidua, non accedit natura ad esse, à quo essentia appellatur. Et eandem ob causam indiuidua plura non dicuntur plures essentiæ, quia ipsa natura communis intelligitur completa essentia & absoluta, cui nihil deest ad existentiam.

7.
Probatio huius rationis.

Obiectioni occurritur.

Differentia sumpta à materia potest intelligi vt actus distinguẽs naturam cõmunem.

Hæc ratio est *S. Thom.*

Hanc etiam ob causam, qui differentiam indiuidualem non accipiunt à materia, causam nullam reddunt, quarè illa non dicatur essentialis; siquidèm, vt illi credunt, ea differẽtia indiuidua à forma est, quæ dat esse. Quamuis autem differentia indiuidua sumatur à materia, nihil prohibet illam intelligi per modum actus; comparatur enim cum natura cõmuni vt actus distinguens: sed quia eam differẽtiam non accipimus à forma, sed à materia, indiuiduam dicimus, scilicèt attinentem ad indiuiduum; sed essentialem non dicimus. Et dicimus essentiam vnam, quæ est completa per differẽtiam vltimam acceptam à forma, quæ dat esse; quamuis non sit vna, nisi vnitate rationis. Et hic modus explicandi auctorẽ habet Doctorem Sanctum, qui indiuidua materialitèr ait discerni, naturam verò rerum essentialitèr; scilicèt, quia naturæ communes habent differentiam à forma, quæ essentiam complet, indiuidua autem à materia.

8.
2. ratio consuetudinis ex capite 2. n. 23.

Dici præterea potest, quòd quia noster modus intelligendi est cum quadam vnitate communi, vt in præcedentibus declarauimus: modus autem loquendi consequitur intelligendi modum; idcircò faciliùs occurrit Petrum, & Paulum esse vnius naturæ, scilicèt illa vnitate rationis, quæ propria est nostro modo intelligendi; quàm vt cõsideremus non esse illas vnius naturæ reali vnitate.

9.
Modus loquẽdi inuentus à *Caiet.*

Thom.Caiet. alium loquendi modũ adinuenit, vt diceret differentias istas essentiales indiuiduas; vt hoc addito quòd sint indiuiduæ, intelligamus non esse essentiales quasi complentes essentiam communem, quæ per differentiam communem completur; sed essentiales indiuiduas, scilicèt, quæ in ipsis indiuiduis essentijs, hoc est, singularibus inueniuntur. Et videtur fauere huic modo loquendi S.Thom.3.p.q.39.art.1.ad 1. vbi ait in rebus creatis supposita distingui per essentialia principia; ergo ipsa principia indiuidua appellat essẽtialia. Ad hæc, sentit idem Caietanus indiuiduam essentiam posse variari, vt albor intensus, & remissus est eadem essentia modo indiuiduo variata; siue essentialitèr indiuidualitèr, vt aiunt.

Pro eo arg.ex *S.Thom.*

Additamentũ *Caietani.*

10.
Quoad modũ loquendi, *Caietanus* Refellitur 1. ex dictis.

Refellitur 2.

Hæc autem non approbamus. Nam quoad modum loquendi, essentialem differentiam dicimus, quæ sumitur à forma; quarè indiuiduam, quæ sumitur à materia non dicimus essentialẽ ob causam iam expositam: neque ergo indiuiduam essentialem dicere opus est; cum hæc loquutio non aperiat, sed occludat viam indagandæ veritatis in his cõmunibus enunciatis: vnde etiam oritur inter scholasticos illa disceptatio, vtrùm essentia indiuidua definiatur? essentiæ enim rerum perpetuæ sunt, & definibiles; indiuidua autem non definiri sanxit Philosophus 7. Metaphys.text.53. Cui quæsito respondendum est essentias rerum dici naturas ipsas communes, quibus indiuidua nihil addunt essentiale: & illæ naturæ communes sunt perpetuę, & definiuntur; aliàs si essentiæ indiuiduæ adderent essentialem differentiam, definirentur: definitio enim est quæ essentialem explicat differẽtiam. Omnia ergo Philosophorum placita in hoc conspirant, vt differentias indiuiduas non dicamus essentiales. Neque S.Thom.id vllatenùs indicauit; sed principia essentialia dixit partes essentiales, quæ sunt principia indiuiduationis, quibus suppositа differunt, vt hoc libr. declarabimus: differentiam autem indiuiduam nunquam

Essentiæ rerũ definiũtur: nõ nisi indiuidua.

Arist.

Definitio est quæ essentialẽ explicat differentiam.

Ad argum.ex *S.Thom.*

nunquam dixit essentialē, sed materialē. A

11. Confect. In angelis nulla est differentia indiuidua.

Ex quibus etiam colligimus in Angelis nullam esse differentiam indiuiduam; quia differentia indiuidua additur naturæ specificæ, & non est ipsa differentia specifica; cum ergo natura specifica in Angelis non habeat plura indiuidua, nullis differentijs indiuiduis contrahitur. Quare etiam in illis vnitas numerica non distinguitur à formali specifica vnitate. Et ita interpretandus est S. Thom. opusc. 16. cap. vltimo, cum ait substantiam etiam immaterialem esse vnam numero; eadem enim vnitas numerica in Angelis est formalis. B

In ijsdem vnitas numerica non distinguitur a formali. *S. Thom.* explicatur.

12. Quoad additamentum, Refutatur 1. suo exemplo. Albor intensus, & remissus variatur solū per accidēs, sc. quoad modum realem.

Id verò quod Thom. Caiet. ait eundem alborem intensum, & remissum distingui essentialitèr individualitèr, falsum est. Nam essentia indiuidua non potest variari, nisi per accidens; accidit enim essentiæ eidem indiuiduæ aliquid, quod est extra conceptum proprium illius, vt albori intendi, aut remitti; non per formam inhærentem albori, sed per quendam modum realem ex natura rei distinctum. Et mirum est quòd Thom. Caietan. quihas differentias indiuiduas appellat essentiales, arbitretur indiuiduas essentias variari; indiuiduum enim est vnum & idem; idem autem non potest variari, nisi per accidens: aliàs si essentialitèr variatur, aut mutatur, iam nō est idem; & sola materia potest mutari secundum formas essentiales, quæ tamē sunt extrinsecæ: & idem mutari, aut variari per intimam differentiam, est impossibile; nisi intelligas (id quod est magis absurdum) alborem intensum, & remissum esse duo indiuidua distincta, & ita dicas mutari per non esse vnum, & esse alium. Intensio ergo & remissio non sunt essentiales differentiæ etiam indiuiduæ; neque verò differentiæ indiuiduę essentiales dicendæ sunt. C D

Essentialitèr variatum iam non est idem.

13. Consuetudo loquendi explicatur.

Cum igitur dicimus indiuidua esse eiusdem essentiæ, non significatur identitas realis, sed rationis: & idē est quòd sint vnius naturæ, scilicèt vnitate præcisionis, quæ realis non est, sed rationis vt diximus; neque ea vnitas, aut identitas est realis conditio fundandi similitudinem, vt lib. 3. obseruauimus. Quapropter Aristot. ea quæ dicit esse naturâ vnum, refert ad intellectum, vt videre est lib. 8. Metaph. tex. 11. & libr. 10. in principio.

Aristot. explicatur.

Respondemus ergo ad id quod erat quæsitum, differentiam indiuiduam non esse extra essentiam indiuiduam; benè tamen extra conceptum essentiæ communem: sed neque esse accidentariam, sed proprio nomine indiuiduam dici, eamq; esse intimā essentiæ indiuiduæ.

14. Resolutio dubij declaratur.

Quod verò ait Henricus hanc differentiam indiuiduam, solùm addere negationem, non est verosimile; quia omnis negatio in rebus inuenta fundatur in aliquo ente: cum igitur indiuidua distinguantur re ipsa, fieri non potest vt solis negationibus distincta sint; sed aliquibus differentijs positiuis oportet esse distincta.

15. 2. sententiæ Refutatio. Omnis negatio in rebus inuēta fundatur in aliquo ente.

Confirmatio.

16. *S. Thom.* *Caiet.* *Capreol.* *Soncin.*

QVòd indiuiduum addat naturę cōmuni differentiam indiuiduā colligimus ex doctrina S. Thom. 1. p. q. 40. ar. 2. & 1. contra gent. cap. 42. quibus in locis affirmat in ijs quæ conueniunt in aliquo communi oportere intelligi distinctiua, quibus discernantur. Eadem est sententia Thomæ Caiet. lib. de ente & essentia, cap. 4. & lib. 1. Poster. cap. 4. & Ioan. Capreol. in 2. d. 3. q. 1. & Pauli Soncinatis lib. 7. Metaph. q. 31. estq; frequēs opinio & Philosophis, & Theologis.

PARS POSTERIOR.

Eam differentiam non esse re ipsa additam, aut distinctam.

1. Quæstio proponitur.

DIsputatio posterior præcipua est, Vtrùm indiuiduum addat naturæ communi aliquid re ipsa distinctum, siue illud additum appelles indiuiduam differētiam, siue alio quouis nomine? quod tamen si re ipsa est additum, habet se instar formæ siue actus physici. Aduertendum enim est dubiam esse Philosophis sententiam, significetnè differentia formam physicam, à qua sumitur, an totam speciem materia, & forma concretam. Quam fortè ob causam istum actum indiuidui vltimum, quidam appellarunt indiuiduam differentiam quasi actū indiuiduum, alij verò indiuiduale principium: quod sit quasi formalis causa indiuiduationis. Nobis hoc loco ea quæstio est, vtrùm hic actus, quicquid ille sit, & quouis nomine declaretur, sit re ipsa

Actus indiuidui vltimus cur appelletur à quibusdā indiuidua differentia, ab alijs indiuiduale principium.

additus naturæ communi,an sola ratione adiectus vt metaphysica, siue logica differentia?

2.
1.sent. titulo opposita. *Scot.* *Ant.Andr.* *Monlet.*

Quòd sit actus siue differentia re ipsa distincta,affirmat Ioannes Scotus in 2. dist.3.quæst.1. & in quodlib.q.2. & lib. 7.Metaphys. q.16. & Antonius Andrc. ibidèm, & quidam Monletius in suo opere de vniuersalibus, cap.6. cum alijs; aiuntque in singularibus esse differentiam quidèm positiuam, & primò incõmunicabilem,quæ adiuncta naturæ efficit illam singularem, siue indiuiduam,& hoc ponũt principium indiuiduationis.

Hi de hac differentia insuper asserunt, ac probant, 1.in singularib. eam esse. 2.esse positiuã.

Quòd in singularibus sit ea differentia ex eo probant, quia singularia differunt numero; quæ autem differunt,per differentias differunt. Quòd autem ea differentia sit positiua, ostendunt; quia est fundamentum realis vnitatis, scilicèt vnitatis numeralis.Quòd autem ea differentia sit primò incommunicabilis, liquet etiam,quia natura in se est communis; quòd ergo incommunicabilis reddatur non à se habet, sed à differentia addita: ergo ipsa differentia est primò incommunicabilis. Est autem vltimum consequens, vt ea differentia quæ est quid positiuum,& primò incommunicabile,sit principium indiuiduationis: nam etsi materia vel forma sit principium physicũ indiuiduationis, tam materia, quàm forma ab aliqua differentia habet vt sit singularis; ea ergo differentia erit primò incommunicabilis: quare neque materia, neque forma est principium primum indiuidui; sed differentia ista, quæ ipsi materiæ, vel formæ dat esse indiuiduum,& singulare. Itaque aiunt in omni re singulari esse suam differentiam realem, qua singularis sit: & ne ea differentia nomine careat,vocatur hæccitas; quia per illam est hoc aliquid: vel etiam vocatur indiuidualis differentia.

3.
3. esse primò incõmunibilẽ

4.esse principium indiuiduationis.

2.sent. in tit, asserta.

Nobis verò omninò asserendum est, nullam esse talem differentiam in re ipsa, sed in sola operatione intellectus. Et quidèm quòd singulare formalitèr non sit res, sed relatio rationis, ex eo satis constat,quoniam vniuersale,& singulare opposita sunt; sed vniuersale nihil est in re ipsa; ergo neque singulare.

De singulari formalitèr probatur 1.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam vniuersale,& singulare relata sunt haud dubiè relatione rationis;communitas enim est relatio rationis;ergo & singularitas: quia hæc non sunt relata non mutua, vt liquet ex libri 3. doctrina. Prætereà relatio realis est inter extrema re ipsa distincta,hoc est, inter res distinctas;sed natura vniuersalis, & singularis non sunt duæ res; ergo neque relationes vnius ad alteram sunt reales. Denique relatio non distinguit res creatas, & absolutas, sed aduenit distinctis;singulare autem est quoddam relatum; ergo singulare non distinguit res ipsas singulares. Et confirmatur, quia singulare propriè loquẽdo non distinguit, nisi ab opposito, scilicèt ab vniuersali; ergo non distinguit vnum singulare ab alio. Superest ergo, vt omnibus confitẽdum sit, res ipsas non esse formalitèr singulares, & singularitatis relationem eis non inesse, nisi per operationem intellectus, in qua hæc relatio reperitur.

Probatur 2.

Probatur 3.

Confirm.

4.
Singulare materialitèr ab *Aristot.* definitur.

Accipiamus ergo singulare non formaliter, sed materialitèr(vt aiunt) pro rebus ipsis, queis conuenit esse singulares: quod singulare Aristoteles definit lib.3.Metaph.cap.3. *Singulare exponimus quod numero est vnum.* Quo pacto liquet res existentes, singulares necessariò esse. Iam modò ostendemus in ijs non esse vllam formam realem singularitatis siue indiuiduationis,quæ sit principium formale hoc conferens vt res ipsæ sint singulares, siue indiuiduæ: singulare enim nomen iam non formalitèr vsurpamus, sed materialitèr pro rebus ipsis;est itaque Petrus hic homo & indiuiduum. Probandum igitur nobis est, quòd in Petro præter naturam ipsam, non sit aliqua forma addita naturæ, qua fiat indiuiduum; quam formam vocant differentiam indiuidualem. Et commõstratur id primò, quia ea forma non est in Petro vt distinguat illum à natura cõmuni; quoniam probatum est naturam communem non distingui re ipsa à Petro: sed neque distinguit Petrum à Paulo; probatur,nam si loquamur de distinctione numeri discreti, certum est distingui eos quantitate in qua est numerus; si verò disputemus, remota quantitate, de distinctione intima ipsis indiuiduis; ita sanè distinguitur Petrus à Paulo, sicùt albedo à nigredine; vtraque enim distinguuntur absolutè reali distinctione: sed ad distinctionem duarũ specierũ non ponimus duas differentias distinctas re ipsa à genere; aliàs albedo esset qualitas

De hoc eadem 2.sententia declaratur.

1.fund.
Differentiam indiuiduam re ipsa distinctã non esse necessariam ad distinctionẽ Petri à natura cõmuni, ex cap. 1.p.1. & 3.

Item neque ad distinctionem Petri à Paulo.

Distinctione intima ita distinguitur Petrus à Paulo, sicut albedo à nigredine.

qualitas compoſita ex natura generis, & differentia, phyſica cõpoſitione partium, aut quaſi partium, ſcilicèt compoſitione rerum aliqualitèr diſtinctarũ, vt dicemus libr.5. ergo vt Petrus à Paulo reali diſtinctione ſecernatur, non eſt neceſſaria differentia diſtincta à natura communi, ita vt in Petro ſit natura, & differentia realis indiuidua à natura diſtincta. Sanè ſicut albedo non eſt nigredo per ſe ipſam, quia vna non eſt alia; ita hæc albedo non eſt illa albedo per ſe ipſam, quia vna alia non eſt.

5.
2.fund. Eam differentiam diſtinctã eſſe impoſsibilem,

Deindè probatur, quòd hæc differentia non ſolùm neceſſaria non ſit, ſed quòd impoſsibilis ſit. Et ex parte cauſæ formalis probatur ſic; forma enim dans eſſe facit de non tali tale, verbi gratia, albedo facit de non albo album, ita vt ſi forma diſtinguatur aliqualitèr à ſubiecto, neceſſariò intelligatur priùs in ſubiecto illud non eſſe, quàm eſſe: neque enim ante albedinem poteſt præintelligi album; ergo ſi differentia ſingularis eſt quæpiam realis forma aliqualitèr diſtincta à natura, de non ſingulari facit ſingularem: ſed probatum eſt naturam non antecedere re ipſa ſingularia, ſed ſola operatione intellectus; quare natura non priùs eſt re ipſa non ſingularis, quàm ſingularis: ergo nulla eſt forma realis à natura diſtincta, qua illa fiat de non ſingulari ſingularis; ergo nulla eſt forma per quam ſingularis fiat. Quòd ſi dicas formam iſtam indiuidualem eſſe non phyſicam formã, ſed gradum quẽdam metaphyſicum. Idem vrget argumentum; vel enim gradus ille re ipſa, & actu, aliqualitèr diſtinguitur à natura, vel omninò non diſtinguitur: ſi diſtinguitur, neceſſe eſt vt natura non ſingularis antecedat, vt probatum eſt: ſi verò nullo modo diſtinguitur re ipſa, ſed ſolo intellectu diſcernente, vel diſtinctione virtuali, quæ in re ipſa nulla eſt, vt diximus lib. 1. hic actus indiuiduus in ſolo intellectu eſt, & eſt logica, ſiue metaphyſica differentia; qua de re nullus hactenùs dubitauit: neque enim dubium eſt aliquid nos cogitando, & intelligendo inuenire in Petro, quo illum ab homine diſtinguamus; cum duobus conceptibus, ſiue duabus notionibus hominem, & Petrum intelligamus; & ſeparatìm Petrum eſſe hominem, & eſſe hunc hominem. De hac tamen conſideratione rationis nobis quæſtio nulla eſt, ſed de reali principio indiuidui. Eodem argumento aliàs probatur priùs naturam produci ordine naturæ, quàm exiſtat; ſcilicèt, vt ipſa natura producta, quæ ab exiſtentia diſtinguitur re ipſa, ordine naturæ antecedat exiſtentiam, & per exiſtentiam fiat de non exiſtente exiſtens; ſicut corpus per albedinem fit de non albo album, vt hoc libro commonſtrabimus.

Natura priùs ordine naturæ producitur nõ exiſtẽs, quàm ſit exiſtens.

Natura nõ eſt priùs re ipſa nõ ſingularis, quàm ſingularis.

Reſponſio.

Refellitur eodem argumẽto.

Differentiam indiuiduã eſſe virtualitèr diſtinctam à natura.

6.
3.fund. *Caiet.* ex p. cauſæ materialis. *Ariſtot.*

Tertiò probatur argumento Thomæ Caietani validiſsimo ex parte cauſæ materialis, quoniam formam ſingularem antecedit ſubiectum ſingulare, vt docet Ariſtoteles 2. Phyſicorum, text. 36. ergo ſi in natura eſt forma quæpiam realis ſingularis, quouis modo diſtincta ab ipſa natura, cuius ſcilicèt natura ſit ſubiectum, opus eſt vt natura ſingularis ſit ſubiectum iſtius formæ ſingularis: cum autem ſubiectum antecedat ordine naturæ ſuam formam, neceſſe eſt vt natura ſingularis antecedat illam formam qua fit ſingularis, quod eſt impoſsibile. Quidam reſpondent naturam eſſe ſingularem per accidens, & hoc ſatis eſſe, vt ſit ſubiectum illius formæ. Sed hi non æſtimant pondus argumenti; ſiue enim per ſe, ſiue per accidens natura ſit ſingularis, cum antecedat illam formam, neceſſe eſt vt ipſa ſingularitas antecedat in natura; ergo ante ſingularitatem eſt ſingularis, quod eſt impoſsibile. Commonſtratur hoc, nam ſingularitas in Petro (vt aiunt) eſt quædam forma deſignata; hæc autem forma deſignata re ipſa eſt in aliquo ſubiecto deſignato; neque enim ſingularis forma deſignata, & exiſtens poteſt eſſe in idea, aut natura communi, ſed in ſubiecto hoc vel illo; cum ergo ſubiectum antecedat formam, neceſſe eſt vt ſubiectum hoc antecedat iſtam formã; ſubiectum autem hoc iam eſt ſingulare deſignatum. Et huius argumenti vim non perſentiunt quidam Scotiſtæ, qui ante hæccitatem concedunt naturam eſſe actu vnam; nam ſi vna eſt, & ſingularis eſt, aut eſt idea exiſtens vniuerſalis.

Natura ſingularis non antecedit ordine naturæ formã qua fit ſingularis; vnde nõ eſt eius ſubiectum.

1. Reſponſio *Fonſ.5.met. cap.6. q.5. ſect.3.*

Refellitur eodem arg.

Singularis forma deſignata eſt in aliquo ſubiecto ſingulari deſignato.

Aiunt quidam Ioannis Scoti ſectatores naturam ante hæccitatẽ eſſe actu diſtinctam ab hæccitate, & actu vnam; ſed illam vnitatem eſſe minorem, quàm

2. Reſponſio quorundam Scotiſtarum.

Refutatur eodem argum.

7. Solutio Scotiſtarum.

vnitatem numericam; ita vt inueniatur in pluribus indiuiduis. Hæc omnia absurda sunt,& opinionum portenta; nam neque est realis aliqua vnitas in pluribus indiuiduis creatis, vt probatum est: neque vnitas quæ est minor, quàm indiuidua, potest sufficere vt natura sit subiectum reale formæ indiuiduæ. Sunt enim indiuiduæ formæ plures,hęc & illa, quæ necessariò recipiuntur in subiectis pluribus,hoc & illo:ergo vnitas illa qua natura non est hæc,& illa, sed vna in pluribus, non est subiectum reale plurium formarum indiuiduarũ. Et idcircò probè Aristot. docuit quòd formæ indiuiduæ siue singularis singulare est subiectum, vt huius formæ sit hoc subiectum, & illius illud. Quòd si illa vnitas imperfecta antecedens satis est vt sint plura indiuidua, quid iam expetatur alia forma positiua, quæ faciat plura indiuidua distincta? Quod si subiectum istius formæ indiuiduæ, ante illam est iam indiuiduum,& singulare,ostendant ante formam hæccitatis aliam hæccitatem subiecti, & ante vnitatem indiuiduam aliã indiuiduam vnitatem in isto subiecto:& ita progrediendum erit in infinitum,nisi sistamus in hæccitate, quæ non sit res vlla distincta à natura, sed sit ipsa natura,vt planissimè ostendimus.

Refutatur 1. excap.1.p.3.n. 8.

Refutatur 2.

Natura quæ non est hæc & illa, sed vna in pluribus, non est subiectum reale huius, & illius formæ. *Aristot.*

8.

Quartò idem probatur ex parte causæ efficientis: actio enim per se terminatur ad hoc aliquid, scilicèt ad singulare, vt Aristoteles docet, & res perspicua est: neque enim Sophroniscus generat hominem communem, sed hunc hominem, scil. Socratem: vel ergo priùs producitur forma illa singularis, quam dicunt hæccitatem, quàm ipsa natura singularis producatur, quod est impossibile, & incredibile; vel priùs producitur natura,quàm forma ipsa singularitatis.Cum autem agens non producat naturam communem,producit sanè singularem primò,& per se, ante formam singularitatis, quam hi ponunt. Quòd si proteruè dicatur non ista produci ordine naturæ vnum post aliud, quod satis absurdum est. Hoc idem refellitur, si enim separatìm producitur natura &forma indiuidua; in illa separata productione sine vllo ordine, natura producitur singularis, cum communis produci non possit; ergo nulla forma singularitatis necessariò est addita, qua fiat singularis natura. Et hæc non sunt probabilia argumenta, sed palmaria, & euidẽtia.Quarè isthęc opinio verosimilis non est.

4.fund. ex p. causæ efficientis.

Actio per se terminatur ad hoc aliquid. *Arist.*

Proedit hoc fund. si ab aduersarijs dicatur priùs produci natura, quã forma singularitatis.

Item si proteruè dicatur hæc absque ordine separatìm produci.

9.

Quinto loco scitum est argumentum Thomæ Caietani,quando forma quęuis conuenit vni rei, & non alteri, supponit distinctionem vtrìusque; sed forma singularis Petri conuenit Petro, & non Paulo;ergo supponit distinctionem illorum; ergo non illam efficit. Argumentum enim conuincit, quando est forma rei addita;aliàs non valet argumentum: nam anima Petri conuenit Petro, & non Paulo, & tamen non supponit distinctionem, sed efficit illam in genere causæ formalis, vt dicemus. Quia tamen isti Doctores aiunt formam indiuiduam aduenire naturæ, vt quid additum; argumentum aduersum eos firmum est. Illud verò alterum non firmum est, quo Caietanus vult ostendere has formas indiuiduas non esse primòdiuersas; quia Petrus per istam formam suam magis conuenit cum Paulo, quàm cum Brunello; nam & personalitate sua magis conuenit cum Paulo, quàm cum bestia, & tamen personalitates sunt primòdiuersæ: & ratio in expedito est; quoniam à primodiuersis sumitur aliquod commune analogum, in qua analogia est maior & minor conuenientia; vt quantitas magis conuenit cum qualitate, quàm substantia, & tamen sunt primòdiuersa hæc genera. Præterea ex eo, quòd hæ differentiæ sunt à natura distinctæ, non sequitur vt non possit ab illis abstrahi conceptus communis analogus, aut essentialis conuenientia, aut similitudo. Exemplum esto ipsa personalitas,& existentia, quæ sunt analoga, etsi sint à natura aliqualitèr distincta. Leuibus autem alijs argumentis supersedemus in re probanda, contenti melioribus.

5.fund. *Caiet.* Quãdo forma conuenit vni rei, & non alteri, supponit distinctionẽ vtriusque, intellige, si est forma rei addita.

Cõtra *Caiet.* Primòdiuersitas nõ tollitur p maiorem cõuenientiã formarum indiuiduarum Petri,& Pauli inter se,quàm cũ illa quę est Brunelli.

1.exemplum personalitatũ,

2.exemplum quantitatis,& qualitatis magis conueniẽtium inter se, quàm cũ substantia.

Cõuenientia analoga, & essẽtialis nõ tollitur p distinctionem à natura.

Exemplum existentiæ, & personalitatis.

10.

Summaria declaratio 2.sententiæ.

Dicendum igitur est, naturæ rei cuiuspiam non addi formam indiuiduam aliquatenùs re ipsa distinctam, quæ faciat naturam re ipsa formalitèr indiuiduam, nisi sola operatione rationis: qua quidèm sicut ex genere, & differentia in formis simplicibus fit quædam compositio sola meditatione inuenta, quia ibi nulla est realis cõpositio; ita ex natura specifica, & differentia quadam indiuidua animo concepta, fit indiui-

dui

dui constitutio. Dum ergo quærimus de principio reali indiuidui, nullum illud est quod faciat formalitèr indiuiduum.

11. Sententia quędam media.

Quædam media est opinio, scilicèt, quòd neque omnia indiuidua addant essentiæ communi aliquid re ipsa distinctum, neque nulla hoc addant: sed indiuidua à materia separata non addere aliquid re ipsa distinctum, quod tamen addant indiuidua materiâ concreta. Refutatur ex cap.3.p.1.n.11. Nos verò parte capitis priori commõstrauimus in subiectis expertibus materiæ, scilicèt in Angelis, neque intelligendi modo inueniri differentiam indiuiduam additam naturæ communi: in rebus verò quibus est subiectum, aut materia, quæ scilicèt non subsistunt in specifica natura, addi quidèm differentiam realem indiuiduam, sed non re ipsa distinctam, ostendimus hac parte capitis posteriori. Itaque nihil naturæ additur re ipsa distinctum, quod faciat indiuiduum.

12. Obiectio contra inscriptionem.

Sed contra hoc pronunciatum occurrit illa opinio affirmantium existentiam singularum rerum res singulas constituere indiuiduas; existentia autem est forma, siue actus additus naturæ, & re ipsa distinctus. Respõsio. Sed hæc opinio posteà tractanda est, neque enim hi Doctores arbitrantur existẽtiam esse formam indiuiduam, de qua nos disputamus; sed aiunt indiuiduam differentiam, quæcũque illa sit, sumendam esse ab existentia rei: quod est disputare de primo principio indiuiduationis, de quo multa dicenda sunt.

Confirmatio.

13. *Aristot.* *S. Thom.* Item tenentes inscriptionẽ p.1.capitis 1.

HAnc opinionem, quòd scilicèt indiuiduum nihil addat distinctum naturæ communi cum Aristotele, & S. Thoma firmant & Philosophi, & Theologi, qui negant naturam esse re ipsa communem, sed sola ratione: consequens enim est vt indiuidum non re ipsa addat naturæ aliquid, sed sola rationis meditatione fiat istud additamentum. Tractant quæstionem, & sententiam eandem confirmant Thomas Caietan. de ente, & essentia, q.5. & 1.p. quæst.5. artic.6. Paulus Soncin.7. Metaph.q.3. & Augustinus Nymphus libr. 4. disp.5. & alij. Item *Caiet.* *Soncin.* *Aug. Nymp.*

CAPVT IIII.

Argumenta refelluntur.

1. Cõtra 1.p. cap. 1. argum.

COntra priorem partem capitis, qua decernimus indiuiduum nostro modo intelligendi addere naturæ indiuiduam differentiam, arguitur primò. Ens est vnum absque vlla adiectione differentiæ positiuæ; ergo natura est indiuidua similitèr sola negatione addita.

2. 2. argum.

Secundò: Si indiuiduum addit naturæ differentiam indiuiduam nostro modo intelligendi, à singulis differentijs indiuiduis potest abstrahi communis conceptus; & illud cogitando abstractum, quod est commune differentijs indiuiduis, est diuisibile per alias differentias indiuiduas; & ita erit progressio in infinitum.

3. 3 argum. *Caiet.*

Tertiò, est argumentum à Thoma Caietano acceptum, de ente, & essentia, cap.2. q.4. Si forma quæuis conueniat vni indiuiduo, & non alteri, distincta illa priùs esse oportet; aliàs & forma eidẽ inesset, & non inesset, si ante formam non esset distincta; sed forma quæuis indiuidua conuenit vni indiuiduo, & non alteri; ergo ante formam distincta sunt.

4. 4. argum. eiusdem.

Quartò arguitur argumẽto alio Thomæ Caietani: Potentia enim antecedit actum, & subiectum formam suam; ergo si naturæ additur forma indiuidua, ipsa natura antecedit; sed forma indiuidua non est actus naturæ communis, sed naturæ indiuiduæ: ergo natura indiuidua antecedit formam indiuidui, quod est impossibile: nulla igitur forma, siue differentia indiuidua additur naturæ, etiam nostro modo intelligendi.

5. Vlt. argum.

Vltimò: Forma addita non clauditur in natura; ergo est accidens; ergo indiuiduum est ens per accidens compositum ex natura, & accidente.

6. Contra 2. part; 1. argum. *Aristot.* *S. Thom.*

Pro partibus aduersis, quòd indiuiduum re ipsa aliquid addat distinctum naturæ communi, probatur primùm auctoritate Aristotelis, 7. Metaphysicæ, text. 41. vbi docet in rebus immaterialibus idem esse quod quid est, & cuius est, scilicèt idem esse essentiam, & indiuiduum, iuxta commentariũ S. Thomæ, vbi insinuat in rebus materialibus non idem esse essentiam, & indiuiduum: ergo saltèm

saltèm in his, quæ sunt materiâ concreta, indiuiduum addit naturæ aliquid re ipsa distinctum. Et hoc adhùc probatur, licèt parui momenti sint argumenta, quæ possunt obijci, & quæ facilè refutentur.

7. Ratio.

Arguitur tamen primò: Id distinguit rem, quod dat esse rei; forma autem est quæ dat esse; ergo forma aliqua ponenda est, quæ distinguat indiuidua.

8. 2. argum. *ex Porphyrio.*

Secundò: Indiuidua differunt numero, vt Porphyrius ait; sunt ergo in indiuiduis suæ differentię, quibus differant: differunt autem re ipsa, & non sola operatione intellectus; ergo ponendæ sunt formæ reales, quæ sunt eorum differentiæ.

9. 3. argum.

Tertiò: Sequitur quòd in natura singulari remotis accidentibus, & existentia, nihil reale sit præter naturam communem, nisi solæ negationes indiuiduæ: hoc autem falsum videtur esse; tum quoniam vnitas, quæ est negatio non constituit indiuiduum, verbi gratia, Petrum: tum quia vnitas formalis fundatur in re aliqua; ergo multò magis vnitas numerica, quæ est maior: tum etiam quia Petrus à Brunello differt vnitate formali, à Paulo verò vnitate numerica; ergo hæ duæ vnitates in rebus aliqualitèr distinctis fundantur.

Consectarij ex 2.p. quòd in Petro remotis accidentibus præter naturam nihil est, nisi negatio. 1. impugnatio

Secunda.

Tertia.

10. 4. argum.

Quartò: Vnitates numericæ, quæ sunt propriæ indiuiduorum sunt reales; ergo fundantur in aliqua forma positiua, quæ distinguat ipsa indiuidua; at verò non fundantur in forma physica, quia ea habet suam vnitatem partis; vnitas autem indiuidui, verbi gratia Petri, est vnitas totius: ergo in Petro est forma quędam singularitatis in qua vnitas indiuidua fundata est.

11. 5. argum.

Vltimò: Indiuidua conueniunt re ipsa in natura specifica, & distinguuntur inter se; ergo aliquid est in eis, quo conueniant, & aliquid quo differant; & non est progrediendum in infinitum; ergo veniendum est ad vltimas differentias incommunicabiles, quibus differant.

Aduertenda.

12. Aduertendũ 1. ad 2. argum. 1. Responsum *Soar. in met. disp. 5. sect. 2.*

CIrca indiuiduam differentiam sunt qui non arbitrentur incredibile, quòd nostro modo diuidendi ea, quæ communia præconcipimus, eamus in infinitum. Hoc tamen est falsum, quia noster modus intelligendi est consentaneus intellectis, & fundatur in illis: quarè in ijs conceptionibus mentis, quæ sunt per se, scilicèt in quibus omnes cõuenimus, necesse est peruenire ad finem.

Refellitur. Noster modus naturalis intelligendi est cõsentaneus intellectis.

13. 2. responsum.

Aliud ergo ineunt placitum respondendi, vt dicant formam indiuiduam addi naturæ eo modo quo enti quidpiam additur, quod ipsum ens includit, scilicèt conceptu explicito indicando aliquid quod ens explicitè non indicat. Et hoc quoque responsum displicet, quia differentia est extra conceptum naturæ communis: illudautè quod addit indiuiduum naturæ, intelligimus per modum differentiæ.

Refellitur.

14. 3. responsum argutius,

Tertiò respondent argutiùs naturam generis etiam in indiuiduo distingui rationis meditatione à differentia speciei; & idcircò vnam esse extra aliam nostro intelligendi modo: & posse differentiam specificam communem sic distinctam à natura generis, diuidi in differentias indiuiduas. At verò naturam specificam in indiuiduo non posse distingui etiam ratione à differentia indiuidua. Et idcircò indiuiduam differentiam non resolui in differentias alias indiuiduas.

Asserit differẽtiam indiuiduam nulla distinctione etiã rationis distingui à natura specifica in indiuiduo.

15. Refutatur 1. Id assertum licèt verum esset, non esset causa prohibẽs indiuiduã differentiam, quæ in cõceptu est communis diuidi per alias differentias in diuiduas.

Satis quidèm solertèr dictum est, si tamen probè satisfaciant argumento: afferunt enim non causam vt causam. Nam quòd vna res sit diuisa ab alia nihil interest ad hoc, vt ipsa sit intellectu diuisibilis in plura. Igitur etsi natura generis, & differentia specifica distinguantur in indiuiduo, quod non accidit naturæ specificæ, & differentiæ indiuiduæ, nihil prohibet indiuiduam differentiã, quæ in conceptu est communis, diuidi alijs conceptibus per alias differentias indiuiduas: aliàs non est conceptus cõmunis; quod enim commune est, mente diuidimus. Prætereà etsi indiuidua differentia claudatur in conceptu naturæ indiuiduæ, in ipso conceptu composito distinguimus naturam & differentiam qua constituitur indiuidua, sicut in conceptu composito speciei discernimus naturam generis, & differentiam. Sicut ergo natura indiuidua ratione composita ex natura, & indiuidua differentia diuiditur in hæc, quasi in partes actuales: ita nihil prohibet ipsam differẽtiam indiuiduam, vt est distincta ratione à natura

Refutatur 2. Id assertum falsum est.

tura specifica, diuidi in partes subiectas quas dicunt potentiales, scilicèt in plures differentias indiuiduas ; quæ diuisio per alias differentias exercenda est, progrediendo in infinitum.

16. 4.& verũ responsum.

Dicendum igitur est, quòd licèt differentia specifica sit resolubilis (vt aiũt) siue diuisibilis in indiuiduas differentias per alias differentias indiuiduas, quas dicimus hęccitates differẽtiæ, verbi gratia, rationale in hoc & illud : tamen differentia indiuidua non diuiditur per alias hæccitates quasi per differentias; quia est quoddam analogum, cuius non est ratio obiecta vna; quo eodem modo ipsum indiuiduum analogum est, vt hoc libro luculentiùs explicabimus. Et ita nihil intelligitur quasi additum differentiæ indiuiduæ quo contrahatur ad hoc, & hoc; quia illa est vltimum contrahens etiam cogitando simplex, & nullo modo per differentias discretum in hoc, & illo. Itaque indiuidua differentia non est nomen vniuocum, sed analogum significans plures indiuiduas differentias in analogia copulatas.

Differẽtia indiuidua etiam cõmuni conceptu cognitanõ diuiditur per alias hæccitates quasi per differentias, quia est quoddam analogũ.

17. Aduert.2.pro 2.p. cap.3.

Contra eos autem qui hanc differentiam re ipsa distinguunt à natura communi, illud aduertere hoc loco oportet, quòd sicut diximus naturam esse in singularibus re ipsa per identitatem, ita vt esse in illis nihil reale sit: ita quoque intelligendum est singularia conuenire in natura re ipsa per identitatem, formaliter autem conueniunt per intellectum; conuenire enim est simul in aliquo inueniri, & coire. Cum ergo re ipsa nulla sit vnitas vnius naturæ in pluribus, nulla est conuenientia formalis, sed solùm identica : ea autem conuenientia præcipuè reperitur in idea diuina, in qua res omnes singulares sunt vt in exemplari, & illi conformantur. Quòd ergo indiuidua conueniant in natura eadem, non est quòd sint similia, vt quidã aiunt, sed quòd sint vnum vnitate naturæ, quæ est vnitas rationis, & appellatur præcisionis.

18. Aduert.3.

Sed alterum quoque aduertendum, quòd differentia indiuidua non formaliter vt est relatio rationis, sed pro re ipsa quæ est differentia, aliqua res est, sed non res distincta à natura : eadem enim res est natura, & natura hæc; sed de re eadem duos habemus conceptus, alterum quo significamus naturam nomine communi, alterum quo significamus esse hanc, siue dicas hæccitatem, siue differentiã indiuidualem. Nusquam tamẽ in re ipsa sunt res aliqualiter duæ, sed in mente sunt conceptus duo; sicut animal & homo sunt res vna, quam conceptibus naturæ genericæ, & differentiæ rationalis explicamus, quod capite antecedenti satis superq; declaratum est.

Responsio.

19. Ad arg. cõtra 1.p.cap. Ad 1.argum. Inter vnũ additum enti, & indiuiduũ additum naturę. 1. discrimen.

AD priora argumenta quibus probatur nullam esse differentiam indiuiduam etiam ratione distinctam, respondendum est. Ad primum concedimus antecedens, scilicèt vnum non addere enti quid positiuum, sed solam negationem: sed negamus consequentiam, quòd similiter indiuiduum solam negationem naturæ addat. Est autem duplex discrimen; primũ, quia ens clauditur in conceptu omniũ rerũ; & ideo nulla res est, quæ addat enti aliquid positiuũ reale, vt lib. 3. docuimus: natura autem cõmunis non clauditur in conceptu differentiæ; & ita potest addi naturæ indiuidua differentia. Alterum discrimen est, quòd passiones entis non contrahunt ens cum sint æquæ amplitudinis ; & idcirco non addunt enti aliquod ens positiuum; quia contraherent illud, & non adæquarentur enti, vt propriæ passiones. At verò forma indiuidua non adæquatur naturæ ; est enim homo aliquid amplius quàm hic homo: quare benè potest differentia indiuidua addere aliquid reale positiuum naturæ cõmuni nostro modo intelligendi. Nomen verò indiuiduum etsi à negatione ducatur quasi indiuisum, significat tamen ipsam naturam singularem, vt hoc libro accuratiùs commonstrabimus cõtra Ioannem Scotum.

Natura cõmunis non clauditur in conceptu differentiæ. 2. discrimen.

Forma indiuidua non adæquatur naturę.

20. Ad 2.argum. Respond. 1. ex 1.aduert. n. 16.

Ad secundum iam diximus in notationibus, differentiæ indiuiduæ etiam communi conceptu cognitæ, nullam addi differentiam contrahentem; quia ille conceptus est ita analogus, vt illi non addantur differentię contrahentes, quẽadmodum lib. 5. explicabimus. Præterea in omni diuisione rationis venitur ad vltimum indiuisibile, & talis est differentia indiuidua : sicut enim in conceptibus communibus differentia specifica est vltimum; ita etiam diuidendo

Respond. 2. In omni diuisione rationis venitur ad vltimum indiuisibile.

naturam specificam, differentia indiui- A dua vltimus actus est, quo natura communis diuiditur; & vltrà non procedimus.

21. Ad 3. argum. Respond. 1. "Forma quæ aduenit per solam rationem, nó est necesse vt adueniat distinctis, si ipsamet forma distinguat.

Ad tertium respondetur distinguendo maiorem propositionẽ; forma enim quæ re ipsa aduenit, aduenit rebus iam distinctis: forma autem quæ aduenit sola consideratione rationis, non est necesse vt adueniat distinctis, si ipsamet forma distinguat; quo pacto differentia specifica aduenit naturę genericę, & differentia indiuidua aduenit naturę specificæ; & ita hæ differentiæ consequuntur naturas distinctas, sed distinguunt B illas. Secundò respondetur, quòd id etiam quod aduenit nostro modo intelligendi huic subiecto, & non illi, consequitur istorum distinctionem, si aduenit potentiæ quasi physicæ, aut quasi subiecto actuali: nam & in diuinis rebus relatio aduenit personis distinctis, quia intelligitur quasi forma subiecti actualis. Et eodem modo in indiuiduo differentia specifica aduenit naturæ genericæ iam distinctæ; quia priùs intelligitur hęc natura generica distincta ab alijs, quàm hæc differentia specifica, scilicèt quia illa intelligitur vt subiectum actuale C le, quod intelligitur vt distinctum: natura autem communis in ipsa communitate non intelligitur vt potentia physica, aut subiectum actuale, quod intelligitur vt distinctum: natura autem cõmunis in ipsa communitate non intelligitur vt potentia physica, aut subiectum actuale; sed vt quidpiam potentiâ diuisibile; & ita actus diuidens non supponit distinctum, sed distinguit: quia igitur differentia indiuidua hoc tantùm modo comparatur cum natura communi, scilicèt in illa communitate; non supponit naturam distinctam in Petro, & Paulo, D imò illam distinguit, vt liquet.

Respond. 2. Talis forma aduenit distinctis, si aduenit potentiæ quasi physicæ passiuæ, aut quasi subiecto actuali.

1. Exemplũ relationis in diuinis personis.

2. Exemplũ differentiæ specificæ in indiuiduo.

Non sic aduenit naturæ cõmuni in ipsa communitate actus diuidẽs.

22. Ad 4. argum. vt ad 3.

Ad quartum respondetur per eadem, quòd subiectum physicum, aut actuale antecedit formam re ipsa; quo argumẽto comprobauimus hanc differentiam indiuiduam non esse re ipsa distinctam à natura; quia necesse est vt natura indiuidua, quæ est subiectum formæ, antecedat illam. At verò natura communis in ipsa communitate qua comparatur cum differentia indiuidua vt potẽtia cum actu, nõ ita intelligitur quasi actuale subiectum, aut physica potentia passiua, sed

Cum natura cõmuni in ipsa cõmunitate, seu provt est diuisibilis per actus, differentia indiuidua comparatur vt actus distinguens.

duntaxat intelligitur diuisibilis per actus; & ita actus diuidens qui est differẽtia ipsa indiuidua, non consequitur naturam distinctam, sed distinguit illam. Eodem modo relatio diuina vt est forma hypostatica, non intelligitur aduenire hypostasi, sed constituere hypostasim, & distinguere; quia est ipse actus distinguens: aduenit autem naturæ diuinæ, sed non quasi subiecto; quia non distinguit illam, vt hoc lib. docebimus.

Ita relatio diuina vt est forma hypostatica comparatur cũ hypostasi.

23. Al vlt. argum. ex cap. 3. p. 1. n. 4.

Ad vltimum iam respondimus capite superiori differentiam indiuiduam nõ includi actu in conceptu cõmuni essentiæ; benè tamen includi intimè in ipso conceptu indiuiduæ essentiæ; & ita re ipsa esse essentialem; sed non dici essentialem, quia essentiam absolutè dicimus naturam cognitam communi conceptu.

24. Ad arg. contra 2. p.

Ad posteriora argumẽta quibus probatur hanc differentiam esse re ipsa distinctam à natura, respondendum est.

Ad 1. arg.

Ad primum igitur minimè expedit delassari in explicatione, aut cõmentario, sed simpliciter negandum est Aristotelem indicasse vspiam in rebus materialibus differentiam indiuiduam distingui à natura; neque verò de ea re feciſſe illũ mentionem vllam; sed naturam in abstracto comparauit cum suo concreto; qua comparatione in rebus materialibus distincta sunt homo, & humanitas re ipsa, vt hoc libro docebimus. Et hoc illa verba significant, quod quid est, & cuius est esse idẽ in rebus spiritualibus; scilicèt insinuatur in rebus materialibus humanitatem quæ est hominis, & hominem cuius est humanitas non esse idem. Vel etiam (quod frequenter S. Thom. docet) loquitur Philosophus de supposito, & natura, quæ in rebus immaterialibus non sunt distincta re ipsa, vt item hoc libro enarrabimus; in rebus autem materiâ concretis re ipsa distincta sunt. Quòd etsi Aristot. de natura communi, & indiuidua loqueretur, sensus planissimus esset, quòd in rebus immaterialibus hæc non differant; quia in ijs nulla est differentia indiuidua etiam ratione addita, aut distincta, vt comprobauimus capite antecedenti; benè autem in rebus materialibus inueniuntur indiuiduæ differentiæ distinctæ à natura communi nostro modo intelligendi. Missо ergo commentario Aristotelici textus, ad primum respõdetur, quòd argumentum

Ad locum *Aristot.* Interpretatio.

Loquitur de supposito, & natura, quæ in immaterialibº nõ sunt distincta re ipsa: in materialibºma ximè.

2. Interpretatio ex cap. 3. p. 1. n. 11.

Ad rationem, 1. Responsio,

tum probat formam phyſicam eſſe principium indiuidui. De qua re nobis quæſtio erit cap. ſequenti. Modò verò quęrimus de principio formali addito naturæ; forma verò phyſica non eſt addita naturæ, ſed eſt pars naturæ. Si verò ſit ſermo de forma quapiã addita toti naturæ, reſpondetur quòd eſſe indiuiduũ non eſt aliquid eſſe additum naturæ, & ita non eſt neceſſaria forma quæ det illud eſſe: nam ſi eſſe indiuiduũ eſſet quid reale præter naturam, profectò ab aliqua forma eſſet, vt argumẽtum probat.

Forma phyſica non eſt addita naturę, ſed eſt pars naturæ.

2. Reſponſio. Eſſe indiuiduũ nó eſt aliquid reale additum naturæ.

25.

Ad ſecundum reſpõdetur, quòd Porphyrius loquitur logicè, quo pacto in ijs quæ differunt quærimus differentias: phyſicè autem nõ eſt neceſſe, quòd quæcunque diſtinguuntur, per alia diſtincta diſtinguantur; imò res omnes ſe ipſis diſtinguuntur: diſtinctio enim realis iſta eſt, quòd hæc res non ſit illa res; Petrus autem diſtinguitur à Paulo re ipſa, quia non eſt Paulus. Logicè autem diſtinguitur per aliquid, quod ſcilicèt vocemus differentiam indiuidualem; neque enim eſt propriè differentia à Porphyrio definita, qua ſpecies vna differt ab alia. Cum autem obijciunt Petrum, & Paulum re ipſa differre, ſi, differre, propriè vſurpetur pro eo in quo eſt propria differentia; dicendum eſt non formaliter differre, ſed tantum eſſe res diſtinctas. Imò neque differentiam Porphyrianam eſſe rem diſtinctam à natura ſpecifica, niſi in quibuſdam cõpoſitis phyſicis, vt hoc lib. dicemus.

Ad 2. argum. ex Porphyrio. Licèt non logicè, tamen phyſicè res omnes ſe ipſis diſtinguuntur.

Differentia indiuidua nõ eſt propriè differentia à Porphyrio definita: vnde non facit formaliter differre, ſed diſtinguit.

Differetia Porphyriana non eſt res diſtincta a natura ſpecifica, niſi in quibuſdã cõpoſitis phyſicis.

26.

Ad tertium concedimus in Petro remotis accidentibus, præter naturam nihil eſſe niſi negationes. Ad ea verò quæ obijciuntur dicendum eſt, Petrum non conſtitui reali conſtitutione ex natura, & ſingularitate; quare non opus eſſe forma conſtituente. Deinde dicendũ quòd vnitas indiuidua, ſicut & formalis, fundatur in re aliqua; vtraque tamen in re eadem ſcilicèt in Petro. Et quidem ſi in Petro ponamus plures gradus entis actu diſtinctos, vt ſenſitiuum, & rationale, plures vnitates formales ponimus nõ re ipſa communes, ſed indiuiduas, ſicut & illi gradus in Petro ſunt indiuidui, & diſtincti re ipſa: ſemper enim vnitas numerica comitatur vnitatem formalem; niſi in Angelis, in quibus eadem vnitas formalis eſt, eaque ipſa numerica; quia cum ſint formæ ſimplices, & non diſtinctæ numero, ſola vna vnitas formalis, & ea ipſa numerica eſt in ſingulis; quia ibi non ſunt differentię indiuiduę, neq; vnitas numerica diſtinguitur a formali, vt docuimus cap. 1. Denique dicendum eſt nullum eſſe abſurdum quòd in re eadem fundentur plures vnitates, ſicut & plures relationes fundantur quæ ſunt entia realia. Nam & in re ſingulari quatenus ſingularis eſt duplex eſt negatio, altera qua eſt indiuiſa in ſe, altera qua eſt diuiſa ab alijs: eſſe enim diuiſam negatio eſt, ſcilicèt non eſſe alias, vt lib. 1. diximus. Eodem ergo modo in re omninò eâdem duplex negatio eſt, altera formalis, altera indiuidua.

Ad 3. impugn: In re eadem plures vnitates fundantur, ſicut & plures relationes.

Ad quartũ negatur quòd vnitas realis ſemper fundetur in forma, nam vnitas totius, qualis eſt numerica, ſiue indiuidua, fundatur in toto. Verũ eſt, quòd excepta vnitate ſuppoſiti, omnis alia vnitas fundatur in forma, aut quaſi forma, quia ipſa natura eſt forma ſuppoſiti. Et ad hunc ſenſum concedimus vnitatem indiuiduam naturę fundari in aliqua forma, ſcilicèt in ipſa natura; non tamen in forma ſuperaddita ſingularitatis, quæ nulla eſt.

27.

Ad 4. argum. Vnitas ſuppoſiti fũdatur in toto: vnitas indiuidua in forma ſuppoſiti, ſcil. in natura, non tamen in forma ſuperaddita ſingularitatis.

Ad vltimum iam explicauimus quomodò indiuidua per ſolam identitatem realem dicantur conuenire in natura; quia ſcilicèt natura quam intellectu cõprehendimus re ipſa nihil eſt aliud, niſi ſua ſingularia: quare nõ eſt neceſſe, quòd in ipſis ſingularibus aliud ſit natura, & aliud differentia ſingularis; aliàs in ipſis ſingularibus eſſet natura communis, diſtincta à differẽtia ſingulari, ſcilicèt quæ non eſſet ſingularis ſe ipſâ, ſed ſolũ eſſet ſubiectum ſingularitatis, quod tamẽ eſt falsũ, & impoſsibile, vt cõmonſtrauimꝰ.

28.

Ad vlt. arg. ex cap. 2. n. 31. & 37.

Eadem eſt ſolutio illius argumenti: Naturæ non repugnat diuidi, & Petro repugnat; ergo aliquid eſt in Petro præter naturam propter quod repugnat illi diuidi. Dicendum enim eſt quòd naturæ prout à nobis concipitur conceptu cõmuni, non repugnat diuidi noſtro etiam modo intelligendi, quo diuidimus hominem in hunc, & illum hominem: vnũ enim eſt quod diuiditur; natura autem in conceptu noſtro eſt vna: ſed naturæ prout eſt in re ipſa, diuidi repugnat; eſt enim re ipſa actu diuiſa, & nihil eſt aliud natura ipſa, quam ipſamet ſingularia actu diuiſa.

29.

Ad aliud arg. ſimile.

Solutio eadẽ.

Naturæ prout eſt in re ipſa, diuidi repugnat.

CAP. V.

CAPVT V.

De principio indiuiduationis rerum variæ sententiæ refelluntur.

1. Agitur de principio reali, & physico, nō de logico.

HOc loco agimus de principio reali, & physico indiuiduationis, hoc est, de causa reali. Nam de principio logico, siue metaphysico dubium non est ipsam indiuiduam differentiam licèt nō sit distincta à natura, esse principiū quasi formale quo illa intelligitur indiuidua; sicut differentia speciei est principium quasi formale naturæ specificæ.

2. Tot sunt causę indiuiduationis, quot sunt causæ rei cuiusque.

Principium reale, siue causam realem indiuiduationis rerum quidam posuere extra naturam rei cuiusque; neque verò ea etiam in re est disceptatio, quòd sint tot causę indiuiduationis quot sunt causæ rei cuiusque. Nam vnusquisque effectus est res singularis, & indiuidua, & omnis causa realis est causa indiuidui cuiuspiam: & cum in causis sit ordo, primum principium indiuidui erit causa finalis; secundum, ipsum agens; tertium, materia; postremum, forma. Quamuis nonnulli Doctores nostræ ætatis recusent, agentia naturalia esse causas indiuidui; quibuscum posteà disputabimus.

In causis ordo.

3. Quæritur 1. ratio vt ab ijs causis oriatur potiùs hoc indiuiduū, quā aliud.

Ergo vt declaremus causam hæsitandi, & quærendi, non illud solùm agimus vt causas indiuiduorum inuestigemus; sed de singulis videndum est, non solùm quas habeant causas, sed meditandum etiam, quæ sit prima ratio vt ab ijs causis oriatur potiùs hoc indiuiduum quàm aliud: nam ab eodem agente potest produci hoc, & illud; & in eadem materia hoc, & illud; & ob eundem finē hoc vel illud: tunc vlteriùs disputandū erit, vtrum sit indiuiduationis principium aliquod, non solùm primum, sed adæquatum.

4. 1. Opinio, de accidentib' simul collectis. Arg. ex Porphyrio. Pro ea locus S. Damasc. Iudicatur improbabilis. 1. Probatio. Nullū est accidens proprium indiuidui.

Quidam igitur posuere, accidentia simùl collecta in singulis indiuiduis esse principium indiuiduationis; quia sic collecta huic cōueniunt, & non illi. Et sunt fortè inducti Porphyriana definitione indiuidui. Quibus videtur fauere S. Ioā. Damas. lib. 3. fidei Orthod. cap. 6. dicens hypostases non differre secundum substantiam, sed secundum accidentia. Sed hæc opinio probabilis non est multas ob causas. Primò, quia nullum est accidens proprium indiuidui; accidens autem commune non potest esse principium indiuiduationis; quod enim cōmune est, non constituit hoc, aut illud; collectio autem accidentium non est vnum, sed multitudo: quare à multitudine per accidens, non potest peti vnitas indiuidui, quod est per se vnum. Adhuc, credibile certè videtur in tanta copia rerum similium penè infinitâ aliqua esse indiuidua, etiam in collectione illa accidentium similia; ita vt per ea non possint discerni illa indiuidua: neque facilè commonstrabitur hoc non posse accidere; saltem potestate diuina potest contingere: indiuidua autem non esse distincta est impossibile: ergo indiuiduatio non petitur à collectione accidentium. Adhuc, accidentia habent indiuiduationem à substantia, vt posteà docebimus, & liquet ex dictis; quia forma semper aduenit subiecto singulari, & indiuiduo; ergo accidentia quæ adueniunt indiuiduæ substantiæ, non faciunt illam indiuiduam. Denique accidentia non sunt causa indiuidui simplicitèr, sed secundū quid; est enim hæc albedo causa, vt Petrus sit albus, quod est esse secūdum quid; sed non est causa vt Petrus simpliciter sit: indiuiduum autem subiectū de quo loquimur, est id quod simpliciter est; ergo accidētia nō sunt principium indiuiduationis substantiæ. Et cōfirmatur, quia accidentia sunt posteriora indiuiduo substantiæ, vt posteà commonstrabimus; id autem quod est prius non habet vnitatem à posterioribus naturâ, sicut neque ab eis habet esse.

2. Probatio contra argum. oppositum. Vel sunt, vel esse possunt aliqua indiuidua similia etiā in collectione accidentium.

3. Probatio. Accidentia habēt indiuiduationem à substantia.

Cōfirmatur. Sunt posteriora indiuiduo substantiæ.

Eisdem argumentis probatur quantitatem non esse principium indiuiduationis substantiæ; tum quia est commune accidens; tum quia non est simpliciter causa substantiæ; tum quia nullo modo antecedit indiuiduationem substantię, vt dicemus. Sed quantitas cum accidentibus potest indicare indiuiduam substantiam, vt signum: & ita est principiū non rei, sed cognitionis, scilicèt cognoscendæ indiuiduationis: quod posteà etiam declarabimus; & hoc fortè voluit Damascenus.

5. Alia opinio affinis de quantitate. Iudicatur falsa. 1. Ratio ex Probatione. 1. 2. ex prob. 4. 3. ex Confirm. Quantitas cū accidētibus vt signū, est principiū cognoscendæ indiuiduationis. Hoc voluit S. Damasc. 6.

Secunda opinio constituit principiū indiuiduationis ipsam existentiam. Hāc opinionem referunt Paulus Soncin. 7. Metaph. q. 32. & Ioann. Scotus in 2. d. 3. q. 3. Neque displicet hæc sententia Dionys.

2. Opinio de existentia. Refertur à Soncin. & Scoto.

Non displicet *Cartbusiano.*
De auctore *Gandauẽsis.*
Improbatur.
Existentia est actus vltimus, non primum principium.
Aliorum impugnatio.
Refellitur.

Dionys. Carthusian. in 2. d. 3. cuius auctorem cõmemorat Henricus Gandau. quodlib. 2. q. 8. sed quosquos habeat assertores opinio, falsa est, & perperam philosophantium: nos enim inquirimus primum principium indiuidui; illi pro primo indicant actum vltimum, qui est existentia. Aliqui infirmant hanc opinionem, quia existẽtia est quid commune quod non facit indiuiduum. Sed falluntur, quia existentia, vt & suppositum, singularis est, vt hoc lib. dicemus.

7.
Alia opinio affinis, de supposito.
Improbatur.
Suppositũ est vltimũ naturę incommunicabile.

Cõsimilis est opinio quòd indiuiduatio naturæ petatur à supposito; ita sentit Henric. Gandau. iam commemoratus. Sed hoc est peius erratum, nam suppositum est vltimum naturæ, quod non est indiuiduationis principium; addit enim naturæ indiuiduæ aliud quid magis indiuiduum, quod est omninò incommunicabile: natura enim indiuidua cõmunicabilis est suppositis, suppositum autem incommunicabile vltimum. Et confirmatur, quia natura indiuidua constituit suppositum, & ita eius indiuiduatio antecedit suppositum.

Confirmatur improbatiõ.

8.
3. Opiniõ, de forma substantiali.
Durand.

Tertia est opinio satis famigerata quòd forma substantialis sit principium indiuiduationis. Ea videtur esse sententia Durãdi in 2. d. 3. q. 2. Imò idem Durand. in 4. d. 44. q. 1. ait formã facere ipsam materiam indiuiduam; quare nihil mirum quòd censeat eandem facere indiuiduum compositum. In quam partẽ inclinare videtur Commentator, & Auicena, vt in argumentis licebit consulere. Videtur autem verosimile esse; cum forma sit reale principium indiuidui intrinsecum, & sit principium non solùm indiuidui, sed hæc forma huius indiuidui, ita vt neque cogitando possit separari hoc indiuiduum ab hac forma; vt ipsa forma sit indiuiduationis reale principium.

Coment.
Auicen.
Argum.

9.
Refutatur.
Hæc forma est istius indiuidui principiũ præcipuũ, sed posterius materiâ.

Isthæc sententia in sensu quæstionis propositæ non potest defendi. Nam id verum equidem est, formam substantialem esse principium indiuidui substãtiæ, & illud intrinsecũ, ac pręcipuum, & hanc formam istius indiuidui principium. Sed nos quærimus indiuiduationis principium primum: materia autem est etiam indiuidui principium intrinsecum, & antecedit formam; ergo in sensu quæstionis propositæ de primo principio indiuiduationis, illud erit potiùs materia, quàm forma. Et ad hæc, ipsa formæ indiuiduatio (vt posteà cõmonstrabimus) petitur à materia; ergo simpliciter loquendo materia potiùs, quàm forma est indiuiduationis principium.

Confirmatur refutatio.

10.
4. & vera opinio *S. Tho.* & *Arist.* de materia signata.
Fundam.

Quarta opinio est, eaque verisima, quam edocti sumus à S. Thoma, imò & ab Aristot. materiam signatã esse principium indiuiduationis: nam cum materia sit principium primum indiuiduationis, vt omnes confitentur; materia autem signata non solùm sit principium indiuidui, sed huius potiùs, quàm illius: ea enim est materia signata quę est istius indiuidui designati materia, ita vt sic signata non sit alterius, qui est sensus quæstionis propositæ; consequens est, vt materia sit principium indiuiduationis, scilicèt primum, à qua petitur indiuiduatio hic, & nunc, scilicet hoc, & illud indiuiduum.

11.
Difficultas: quid sit materia signata.

Sed tamen quid sibi velit hoc nomen, materia signata, aut qua ratione signata sit materia, nihil à Doctoribus exprimitur disputando, quod aut constet, aut liqueat.

12
1. Explicatio de materia quanta.
Comment.
Capreol.
Ferrar.
Soncin.
Confutatur 1. ex dicendis.

Prima explicatio est materiam signatam esse materiam quantitate affectam. Quod fuit placitum Cõmentatoris ponentis subiectum generationis materiã quantam: ita sentit Ioann. Capreol. in 2. d. 3. q. 1. art. 1. & Francisc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 21. & Paul. Sonc. 7. Metaph. q. 34. Sed hæc existimatio non solùm facit initiũ ab eo errore, quòd materia quanta antecedat formam substãtialem, quod posteà confutabimus; sed etiam quæstioni propositæ non facit satis. Nam si materia quãta est subiectum generationis, certè est subiectum commune cuiuscunque indiuidui; ergo non est principium indiuidui designati, scilicèt istius, aut illius, hìc, & nunc. Quòd si excogitandum est aliquid, quo materia quanta designetur, vt sit istius potiùs, quàm illius indiuidui principium, id ipsum poterit cogitari in materia sine quantitate.

Confutatur 2. Materia quãta non est principium indiuidui designati, scil. istius, aut illius, hic, & nunc.

13.
Responsio: de materiaquãta quantitate physica,

Refutatur 1. vt supra, ex dicendis,

Dices in materia quanta contineri dispositiones, quæ sunt formę gignendę consentaneæ, & per has dispositiones materiam designatam esse propriã istius indiuidui, & non illius. Vocant autem istam quantitatem physicam, hoc est, ornatam physicis dispositionibus. Sed hoc ipsum refellitur, scilicèt exciso fundamento

mento illo, quòd dispositiones in materia quanta antecedant formam substantialem, de quo differemus loco alio. Sed & hoc identidem refellitur, quia à collectione accidẽtium non potest sumi vnitas indiuidui, vt probatum iam est. Præterea, si hæc accidentia, seu dispositiones quibus materia designatur, sint per se ipsa indiuidua, ita vt à nullo alio principio sumatur vnitas indiuidua eorum; cur non potiùs affirmabimus formam substantialem esse per se ipsam indiuiduam? Et cum illa sit principium intrinsecum indiuiduæ substantiæ, si illud est primum, & per se ipsum indiuiduum, absque dubio illud ipsum est principiũ indiuiduationis designatæ, quod nos quærimus. Quòd si accidentia non sunt per se ipsa indiuidua, neque illa erunt principium indiuiduationis substantiæ. Et confirmatur, quia quantitas aduenit materiæ iam singulari, & indiuiduæ; ergo in ipsa materia ante quantitatem quærenda est ratio prima indiuidui principij. Denique hæc sententia non ponit materiam principium indiuiduationis, sed potius collectionem accidentium, aut quantitatem; quæ iam probauimus non esse principium substantiæ, & ita nõ esse principium illius indiuiduationis.

Refutatur 2. vt 1. opinio.

Refutatur 3. consequenter, ad refutationem 3. opinionis.

Confirmatur refutatio.

Refutatur 4. vt 1. opinio, & alia affinis.

14. 2. Explicatio de materia apta recipere quãtitatem. *Caiet.* *Iauell.* *Ægid.*

Alia ergo explicatio est quòd materia prima non actu quanta, sed apta recipere quantitatem, est ipsa materia signata, propriumq; indiuiduationis principiũ. Hæc fuit opinio Thomæ Caiet. de ente, & essentia, cap. 2. q. 5. & Iauelli lib. 5. Metaph. q. 15. & ante illos fuit Ægidij quodlib. 1. q. 5. art. 1.

15. Effugit primã cõfutationem 1. explicationis. Non sic alias. 1. Confutatio, vt in 1. probatione contra 1. opinionem.

Hæc explicandi ratio etsi illud effugiat, ne in materia ante formam substãtialem quantitatem constituat; cætera tamen ijsdem difficultatibus implicantur. Nam cum ipsa quantitas non sit per se ipsam indiuidua, sed hoc habeat à substantia indiuidua, vt posteà docebimus, minimè potest peti indiuiduatio substantiæ à quantitate illa; ergo neque petitur à materia, vt est receptaculum quantitatis. Præterea materia nuda non habet passiuam potentiam recipiendi quantitatem, sed hoc conuenit composito, vt dicemus; ergo hęc passiua potentia, siue aptitudo recipiendi non antecedit formam. Quòd si aptitudo ista non est potentia passiua proxima, sed remota, quæ est ipsa materia; ista potentia remota non subijcit materiam isti quantitati potiùs, quàm illi: ergo materia cum ista potentia remota non est principium indiuiduationis signatæ hìc, & nunc.

2. Confutatio ex dicendis.

Responsio.

Refellitur.

3. Confutatio, & præcipua.

Adhuc est aliud argumentum præcipuũ, quo res ista magis declaretur: est enim materia subiectum cõmune cuiuscunq; formæ, & ita est principium plurium indiuiduorum; aliquid ergo necesse est addere materiæ, vt sit principium non cõmune, sed proprium istius indiuidui: ipsa ergo aptitudo materiæ ad hanc quantitatem, cum non sit definita ad vnã quantitatem recipiendam, sed sit potentia communis ad plures quantitates recipiendas, adhuc non est signata, & propria; ergo neque per illam aptitudinem materia designata est ad hanc formam substantialem recipiendam: præterquã quòd est ordo inuersus, vt materia per aptitudinem ad id quod est posterius, scilicèt ad quantitatem, fiat capax recipiendæ formæ substantialis, quæ quantitatem antecedit.

Aptitudo materiæ ad hanc quãtitatem est potentia communis ad plures quantitates recipiendas.

Thom. Caiet. 1. p. q. 29. art. 1. quia credidit istam aptitudinem ad quantitatem recipiendam esse accidens, eò quòd potẽtia passiua, & actus sint eiusdem generis, repudiauit sententiã præmissam quam tenuerat, ne aptitudinem accidentariam ponamus in materia ante formã. Atqui licèt illa sententia Caiet. non multùm constet, vtrum scilicèt potentia passiua recipiendi accidentia sit accidens; in eo tamen Caietan. rectè sentit, quòd accidens in materiam ante formam substantialem noluit collocare.

4. Confutatio accedens ad 1. cõfutationem 1. explicationis.

16. Retractatio huius 2. explicationis facta à *Caiet.*

Approbatur quòd aptitudinẽ accidẽtariã noluerit ponere in materia ante formam.

17. 3. expl. inuẽta *à Caiet.* de materia vt est radix istius quantitatis. Eadẽ est cum præcedente. Refutatur 1. & 2. vt in 1. & 3. cõfutatione præcedẽtibus. Refutatur 3. ob idẽtitatem. cũ præcedente

Inuenit ergo sibi Caiet. alium explicandi modum, quòd materia vt est radix istius quantitatis, sit designatum principium istius indiuidui. Sed hoc inuentum nec latum vnguem distat ab illo priori: nam & à quantitate petit rationem indiuiduationis: & illa radix plurium quantitatum est origo communis. Et certè nihil aliud est in materia, illa radix ad quantitatem recipiendam, nisi potentia passiua remota, quæ nihil addit materiæ, quo fit signata. Quare nisi addas materiæ aliquid reale quo fit proprium subiectum istius formæ, & principium proprium istius indiuidui, nihil efficies. Quòd si addis aliquid, iam non est nuda materia; & ita est quæstio modis omnibus implicata.

18. 4. Explicatio de modo reali.

Sunt igitur qui interpretentur materiam

riam signatam cum quodam modo reali, quo sit proprium subiectum istius formæ, & proprium principium istius indiuidui. Sed hic modus realis quid sit, nullatenus explicant, videlicèt cum sit inuentum hominum, & non vera res naturalis. Sed probatur nullum esse modum realem in materia ante formam præter causalitatem ipsam materiæ : nam ille modus realis quo materia designatur, erit actus materiæ; ergo iam non est nuda materia ante formam. Præterea vel modus iste est communis, ita vt eodem modo se habeat materia ad omnes formas; & sic non designatur principium proprium indiuiduationis, sed commune: aut est modus proprius ex parte materiæ occurrens singulatim formis indiuiduis, vt cuique formæ recipiendæ suus modus recipientis in materia occurrat; ergo ante istum modum realem additum materiæ, ipsa est indifferens ad plures modos huiusmodi, sicut ad plures formas : ergo iste modus additus materiæ à quo illa habet, vt fiat propria istius indiuidui, est per se ipsum indiuiduus, & primum à quo petitur indiuiduatio; non ergo materia erit principium indiuiduationis, sed modus ille additus materiæ erit indiuiduationis principium primum. Præterea iste modus realis aduenit materiæ indiuiduæ; ergo per ipsam indiuiduatur; ergo non possunt hæ vices mutari, vt materia ab isto modo addito habeat, vt sit principium indiuiduationis.

1. Confutatio.

2. Confutatio.

3. Confutatio.

Sequitur non materiam, sed modũ illũ esse indiuidnationis principiũ.

4. Confutatio vt in 3. probatione 1. opinionis.

19. Responsio.

Sed respondebis, id posse accidere, vt iste modus indiuiduetur à materia, & tamen faciat illam proprium principium indiuiduationis substantiæ : nam quatenùs est quidam actus aduenies, indiuiduatur per materiam; sed quatenùs est actus reddens materiam propriam istius indiuidui, facit illam proprium indiuiduationis principium, quæ erat principium commune, & indifferens. Contra hæc statim se se obijcit argumentum : nam eodem modo hæc forma substantialis poterit fieri indiuidua à materia, & tamen hoc præstare, vt ipsa materia sit proprium indiuiduationis principium istius compositi, cuius est forma : nusquam ergo ad hoc necessarius est ille modus realis, cum forma ipsa substantialis ad hoc sit idonea : vtrumque autem est falsum, si solertiùs attendamus; nam si iste modus realis sit indiuiduus per materiam, ita vt esse hunc, & non alium, habeat à nuda materia; eodem certè modo forma substantialis à nuda materia habet vt sit hæc; est autem impossibile vnum, & alterum; nam materia nuda est subiectum commune; necesse est ergo vt sit designata re aliqua qua fiat propria istius modi indiuidui, aut istius formæ indiuiduæ. Quòd si ille modus realis non habeat à materia vt sit designatè hic, & indiuiduus, sed ab alio hoc habet; illud aliud erit indiuiduationis principium; & idem dicendum est de forma substantiali. Firmum ergo est argumentum, ex eo quòd modus iste sit indiuiduus, scilicèt designatè hic, per materiam, vt materia non habeat ab illo modo radicem, & fundamentum indiuiduationis, sed à se ipsa.

Ostenditur hoc.

Igitur contra hæc omnia illud est pertinax argumentum insolubile, quòd materia ante formam substantialem est nuda omni entitate, & pura potentia; quæ sine medio coniungitur cum forma substantiali, vt postea comprobabimus. Et ita videtur impossibile, vt sit designata re aliqua, qua fiat propria istius indiuidui.

20. 5. Confutatio omniũ dictarum explicationum expugnatrix exc. 6.

His opinionibus alia potest coniungi ad placitum eorum, qui aiunt materiam ante formam substantialem esse affectam quantitate physica, & dispositionibus : eadem enim erit indiuiduationis principium. Sed hoc quoq; fundamentum eruendum nobis est capite sequenti.

21. 5. Explicatio consona responsioni, de qua n. 13.

Conuellitur ex cap. 6.

Vltima igitur sententia est nullum esse primum principium indiuiduationis in sensu quæstionis propositæ, ita vt hoc principium sit istius indiuidui, & illud illius. Nam postquam omnia reuocaueris ad materiam, illa non est principium istius indiuidui potiùs, quàm illius : ergo etsi in communi possit assignari principium indiuiduationis primum, scilicèt materia, quia indiuidua primùm à materia oriuntur; attamen quòd sit hoc indiuiduum non est causa hæc materia, cum in materia eadem possit esse

22. 5. Opinio, ex dictarum explicationũ reiectione cõsectaria, de nullo 1. principio indiuiduationis in sensu quæstionis.

Refellitur ex eo quòd vt indiuiduetur à materia, & materiam reddat indiuiduationis principiũ, eque sit idonea forma substantialis, atq; modus ille.

1. eius assertū. Materiam esse occasionē, &c.

2. Assertum. Solam diuinā voluntate esse per se causam indiuiduationis.

se aliud indiuiduum. Aiunt tamen materiam hanc esse occasionem, aut causam non per se indiuidui istius, cum aliæ causæ sint indiuiduationis simul necessariæ: & præcipuè reuocant indiuiduationem ad voluntatem diuinam, quia Deus voluit vt esset hoc indiuiduum, & non aliud. Arbitrantur autem neque ipsam materiam affectam quantitate physica, & dispositionibus (quam ita affectam esse aiunt ante formam substantialem) esse propriū principium indiuiduationis, cum hæc ad solam voluntatem creatricem referatur.

Huius opinionis 1. confut.

2. Cōfutatio.

Hæc autem opinio duplici ratione à nobis refellētur, primùm ostendendo quo pacto materia signata sit indiuiduationis principium etiā hìc, & nunc, scilicèt istius, & illius indiuidui, qui est sensus quæstionis propositæ: tum etiam commonstrando quòd hoc indiuiduum hìc, & nunc causam habeat naturalem adæquatam, & non solam voluntatem Dei.

CAPVT VI.

Nuda materia est generationis substantialis subiectum.

1. Contra tit. 1. Sententia, de materia inducta forma corporea,

AD ostendendum indiuiduationis primum principium, quod est nuda materia, quæ aliàs dicitur quantitate signata, necessarium fuit præmittere quæstionem physicam, vtrum nuda materia sit generationis subiectum, eaque absque vllo medio copuletur formæ? Nam de hac quæstione variatā sententiā, oportet diuerso modo opinari de indiuiduationis principio.

2. Gandau. Scotus in viuentibus. Auicena etiam in non viuentibus

Nudam materiam esse subiectum generationis, & copulari formæ geniti, negauit Henricus Gandauens. in quodlib. 2. quæst. 2. & 3. Et quodlib. 4. quæst. 13. & 14. Et Ioannes Scotus in 4. distinct. 11. quæst. 3. art. 2. in viuentibus, quibus credebat esse formam corpoream distinctam ab anima. Auicena verò lib. 1. suæ sufficientiæ, cap. 2. etiam in non viuentibus ponit eam formam corpoream ab alijs distinctam.

Scoti opinio reijcitur vt fal

Quæ opinio Scoti cum philosophiæ scitis sententijs, ac notis non consentit, & meritò à plerisque reijcitur: neque ea disputatio deseruit nostræ quæstioni; quia cum ea forma ponatur distincta in solis viuentibus, non potest ab illa peti indiuiduationis principium, quod omnibus substantijs materialibus conueniat: imò etiam in viuentibus materia cum illa forma corporea erit subiectum commune diuersis animabus; ergo ab ea forma nullum petitur indiuiduationis proprium principium. Et idem est argumentum in opinione Auicenæ: quia materia cum forma corporea esset subiectum cōmune ad alias formas recipiendas.

sa, & non assignans 1 principium indiuduationis.

1. Ratio.

2. Ratio.

Similiter reijcitur opinio *Auicenæ.* ob 2. rationē.

Missa igitur opinione Ioannis Scoti, sunt adhuc qui negent nudam materiam præire formam substantialem, sed affectam quantitate. Ita sentit Cōmentator lib. 1. Physicorum, comment. 63. Et in Epitome Metaphysic. tex. 2. cap. vltimo. Et in libr. de substantia orbis: ait enim inesse materiæ dimensiones interminatas illi coæuas; hoc est, quantitatem coæuam nulla certa magnitudine, aut densitate, sed indifferentem prout diuiditur aut dilatatur, hoc, aut illo modo: hæc enim quantitati accidunt, & idcircò quantitas eadem est indifferens ad hæc, & coæua materiæ, scilicèt quæ nunquam interit, vt & materia non interit; esto diuidatur aut dilatetur. Amplectitur hanc sententiam Ioannes Philop. libr. 1. de generatione, tex. 33. & 40. Et Augustinus Nyphus 8. Metaphysic. quæst. 4. Et eandem indicat Ammonius in prædicamentis, cap. de quantitate; necnon Simplicius Physicorum libr. 1. tex. 69. Et S. Thomas in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 2. Sed opusc. 32. de natura materiæ, cap. 4. eam apertè improbat. Et ex Doctoribus scholasticis nonnulli consentiunt. Aureolus apud Ioannem Capreolum in 2. distinct. 13. quæst. 1. Marsilius libr. 1. de generatione, quæst. 3. & 4. Et Albertus de Saxonia, quæst. 6. Ægidius Romanus lib. 7. Metaphysicorum, quæst. 4. Gregorius in 2. distinct. 12. art. 1. ad 2. & alij. Huic sententiæ videtur annuisse Plato in Timæo, qui appellauit materiam magnum, & parum, scilicet quia sit affecta quantitate cui hæc insunt. Quidam autem explicantes quomodò accidentia

Philop.

Aug. Nyp.
Ammon.

Simplic.
S. Thom. qui eā sēt. ali bi improbat.

Aureol. apud Capreol.
Marsil.
Alb. de Sax.
Ægid.
Gregor.

Plato.

Soar. in Met. d. 14. sect. 3.

1. eius assertū: Accidentia

corrupti manere in genito.

cidentia corrupti maneant in genito, aiunt quòd etsi hæc accidentia maneant in materia geniti, nihilo fieri vt à forma substantiali ipsius geniti non dependeant : sicut etiam materia est eadem sub diuersis formis substantialibus, & tamen pendet à singulis formis quibus est subiecta. Atque ideò hæc accidentia aiunt antecedere formam geniti non solùm ordine naturæ in genere causæ materialis; sed etiam duratione, & tempore; quia eadem præextiterunt in materia corrupti ante formam geniti : in alio tamen genere causæ quasi continentis, & conseruantis, pendere eadem accidentia à forma substantiali denuò adueniente. Imò aiunt posse has dispositiones, & quantitatem oriri à forma substantiali adueniente in genere causæ efficientis, & manere cum sua identitate reali, scilicèt prout conseruantur à forma adueniente; quæ enim conseruantur perpetuò oriuntur à suis causis; sicut lumen quod tempore antecedit hunc ignículum ortum post temporis, potest conseruari ab illo iam orto; & ita simpliciter antecedit tempore, & vt conseruatur ab illo igne, est natura posterius.

2. Assertum: Accidentia corrupti pendere à forma substãtiali geniti, in genere causæ quasi continẽtis, & conseruãtis.

3. Assertum: Posse illa pendere ab eadem in genere causæ conseruãtis efficientèr.

Exemplũ de causa conseruãte idẽ lumen.

Dicendum tamen est cum plerisque Philosophis, & Doctoribus, quos posteà commemorabimus, nudam materiam esse subiectum generationis : quapropter eadem nuda materia est indiuiduationis proprium principium.

4. 3. Sent. in tit assẽrta. Infertur resolutio ad quęst. de indiuiduatione.

Huius sententiæ duo sunt capita, quæ si rectè intelligantur, haud dubiam fidem facient, imò lucem parient euidentissimam. Alterum est ex parte materiæ, quæ est pura potentia; ita vt necesse sit priùs eam informari per actum quo simpliciter sit, siue existat, quàm vt informetur actu accidentario, quo illa non est simpliciter, sed est quanta, vel extensa. Et hoc principium tractabimus parte 3. capitis.

5. Hui' 3. sent. 1. caput ex parte materię, quę est pura potentia.

6. 2. Caput ex parte cõpositi, quod est essentia cõposita ex materia, & forma substãtiali.

Aliud principium est ex parte compositi, quod est essentia concreta ex materia, & forma substantiali : necesse est enim, vt in illa conuentione nihil interfit non essentiale; esset enim coniunctio per accidens, si inter materiam, & formam esset media quantitas.

7. Responsio *Soar. disp. 13 sect. 4.*

Quidam respondent quantitatem esse mediam non recipiendo, sed disponendo; illud primum impossibile aiunt, posterius verò necessarium : neque enim quantitas potest recipere formam substantialem, aut hoc præstare materiæ, vt recipiat illam, quæ per se ipsam est receptaculum substantialis formæ; benè tamen potest ad hoc ipsam disponere.

8. Refellitur 1. ex parte cõpositi.

Sed certè isti Doctores non percipiunt vim argumenti. Nam ex quacunque coniunctione fit aliquod coniunctum, siue compositum, ita vt id quod aduenit adueniat coniuncto : ideo enim dicimus naturam in supposito humano non posse assumi à diuino supposito, quin simul assumatur suppositum : quia ex humanitate, & supposito humano fit quoddam coniunctum, quod esset assumendum, si natura in supposito assumeretur. Materia ergo coniuncta cum quantitate, & informata per illam, non potest informari per formam substantialem, quin informetur; illud coniunctum ex materia, & quantitate; & ita erit compositio per accidens. Imò ex parte ipsius materiæ, si per impossibile fingamus esse cum quantitate coniunctam ante formam substantialem, non esset capax illius; quia iam esset ens in actu, & non pura potentia, quæ est receptaculum formæ : ergo si forma substantialis non potest informare illud coniunctum ex materia, & quantitate, certè illud coniunctum non antecedit formam, sed nuda materia. Plurima alia argumenta ex his fontibus promptum erit haurire, quibus supersedemus operam dantes breuiori disputationi.

Coniunctũ ex humanitate, & supposito esset assumẽdum, si natura in supposito assumeretur.

Refellitur 2. ex parte ipsius materiæ.

Materia cum quantitate cõiuncta, est ens in actu, & non pura potentia

9. Refellitur 3. ex parte eiusdẽ. Materia habet existentiam à forma substantiali, priùs quã recipiat accidẽtariam.

Mitto quòd materia non habet propriam existentiam, vt hoc libro dicemus : quare necesse est vt habeat illam à forma; non à forma accidentaria, quæ dat esse secundum quid, & supponit esse essentiale, sed à forma substantiali : non ergo potest recipere accidentariam formam, nisi habeat priùs substantialem. Et hic ordo inter formas necessarius est, non ex parte causæ finalis, vt quidam respondent, quia forma accidentaria ordinatur ad substantialem; sed ex proprio modo entis quo esse simpliciter supponitur ad esse secundũ accidẽs; illud est à forma substãtiali, istud ab accidente. Qđ argumentũ

Cõtra *Soar.* Hic ordo nõ est necessarius ex parte causæ finalis, sed ex proprio modo entis.

S. Thomæ neque illi satis calluisse videntur.

10. 1. Asserti *Soares.* 1. Confutatio.

In eo etiam quòd accidentia eadem manere aiunt in genito, tranferentes illa de subiecto in subiectum, maximè errant; cum accidentia à subiecto habeant vnitatem; ita vt neque intelligibile sit per vllam potentiam, vt de vno in alterum transeant, vt posteà disputabimus. Nam etsi possit euenire vt accidens substantiæ compositæ maneat in parte compositi subsistente, vt habitus spiritualis istius hominis manent in anima eiusdem post obitum; tamen materia non est hoc modo subiectum accidentium, vt posteà commonstrabimus.

Instantiæ occurritur 1. Anima est pars compositi subsistēs, nō sic materia.

Occurritur 2. Accidens totius compositi cū ipso perit. 2. Cōfutatio euidentior in motu alterationis.

Et quamuis ita esset, fieri non posset vt accidens quod non est solius materiæ, sed totius compositi, postmodùm existeret idem in alio composito. Et hoc ipsum ostenditur euidentiùs in motu alterationis: nam in instanti generationis duraret alteratio, siquidem nihil prohibet agens quin suum calorem in genito continuò intenderet, & ita maneret alteratio in genito, sicut & calor. Tunc quæro, illorum indiuiduorum vtrum alteretur in illo instanti? Indiuiduum corruptum certè non alteratur, quia iam non est; quod autem non est, non mouetur. Sed neque indiuiduum genitum alteratur, quia alteratio est motus continuus, qui non potest incipere in instanti, ita vt sit primum instans, in quo primò sit motus; est ergo motus sine mobili; neque verò interciditur motus in illo instanti, cum idem sit calor intensiuè continuus; nos verò dicimus cessasse motum per hoc quòd desijt esse, corrupto subiecto cum reliquis accidentibus. Confirmatur hoc idem, quia compositum substat accidentibus teste Philosopho; at verò substare est tenere, siue sustinere vt primum fundamentum, & basim, quo erutо cætera dilabantur: vnde Aristoteles dixit destructis primis substantijs nihil manere, quia illis sustinentur accidentia.

Confirm.

11. 2. Asserti confutatio. Si accidentia pendent à forma subst̄atiali vt à subiecto, vel parte subie

Aiunt accidentia hæc que manent in genito pendere à forma geniti, sicut pendebant à forma corrupti. Sed hoc quoque falsi conuincitur; neque enim pendent à forma substantiali, siue geniti, siue corrupti, si sunt eadem in corrupto, & genito. Nam pereunte subiecto, perire necesse est quæ insunt, si ab illo pendeant vt à subiecto, vel à parte subiecti: saltem hoc naturæ legibus præscriptum est, quicquid aliud possit virtus creatrix; ergo vel non pendent accidentia à forma substantiali, sicut neque à composito, vt à subiecto, vel parte subiecti; vel si pendent, non manent illo destructo. Sed neque pendent à forma substantiali geniti, vt à causa efficiente; probatur, quia non fiunt in generatione, cum præexistant effecta: illud verò exemplum de causa conseruante lumen idem, non est ad rem; quia lumen est accidens quod perpetuò conseruatur ab agente naturali, & idcircò indiget causa efficiente perpetua, quæ conseruat; quantitas verò cum alijs accidentibus, queis præparatur materia, sunt qualitates quæ non indigent causa creata conseruante: & ideo postquam semel existunt, non possunt pendere à causa creata efficiente, quia fierent iterum; sed pendent à solo Deo, vt à causa conseruante communi, quod lib. 2. tractauimus.

si illa, illâ destructâ non manēt. 3. Asserti confutatio. Ad exemplū Quantitas, & dispositiones non indigent causa creata cō seruante.

12. Aliquorum Responsio Accidētia pēdere a forma substantiali, vt à quadam conditione, &c. Refellitur 1. Refellitur 2.

Aliqui respondent accidentia pendere à forma substantiali, vt à quadam conditione, sine qua non possunt existere; quia neque ipsa materia sine forma potest existere suapte natura, quam rem posteà expendemus. Nihil autem minùs est simile vero, quàm vt forma substantialis sit conditio secundum quam materia recipiat accidentia. Sed si illa esset conditio, ea quoque oportet, vt antecedat accidētia antequam in materia recipiantur. Quamobrem nullam video tuendę opinionis istius rationem, quæ sit è re philosophica.

Confirmatio.

13. *Arist.* 1. locus docēs, 1. caput 3. sententiæ.

HÆc opinio probatur auctoritate Aristotelis, libr. 1. *Physicorum*, tex. 81. & 82. vbi docet materiam per se primò respicere formam substantialem; quod principium est basis istius opinionis, vt hoc loco indicauimus, & posteà tractabimus studiosiùs: materia enim ordine entis intrinseco informatur priùs substantiali forma, à qua habet esse simpliciter, & hoc est respicere per se primò formam substantialem. Prætereà libr. 5. *Physicorum*, tex. 8.

2. Locus,

tex. 8. & lib. 1. de generatione tex. 24. hoc discrimen obijcit inter generationem, & alterationem, quòd illius subiectum est materia, istius verò subiectũ est substantia composita; non ergo nuda materia est subiectum accidentium circa quæ versatur alteratio. Quod argumentum iam anteà elucidauimus.

3. & 4. locus ait substantiã accidente priorẽ esse naturâ, hoc est, ordine productionis, atque adeò simpliciter.

Idem confirmatur ex eo quòd Aristot. 7. Metaphysic. tex. 4. & lib. 12. tex. 43. ait substantiam esse naturâ priorem accidente: nam si accidens ordine generationis priùs producitur, simplicitèr prius dicendum est, etsi aliàs pendeat quantumcunque à substantia; sicut etiam materia prima simpliciter est prior formâ ordine quodam prodeundi extra causam, etsi à forma substantiali quoad esse dependeat.

Exemplũ materiæ 1.

5. Locus planus.

Illud etiam est argumentum palmarium, quòd in prædicamentis ait destructis primis substantijs nihil manere. Hoc enim verum non est (quidquid respõdeant) si corruptâ substantiâ indiuiduâ manent accidentia.

6 Locus.

Quod argumentum etiam pertractauimus in prædictis. Planè etiam indicauit Aristoteles materiam nudam, cum lib. 7. Metaphysic. tex. 8. ait materiam non esse quid, neque quantum, neque quale. Et idem videtur sensisse libr. 1. de generatione, tex. 23. vbi ait generationem fieri ex materia nullo sensibili manente, vt subiecto.

7. Locus.

Quòd si materia quanta physicâ quantitate sensibili præcedit, falsum est quòd nullum præcedat subiectum sensibile. Quis enim neget materiam cum accidentium sensibilium ornatu esse subiectum sensibile? Et tex. 31. ait subiectum generationis non occupare locum; materia autem cum quãtitate locum occupat; ergo nuda materia est generationis subiectum.

Materia cum accidẽtibus sẽsibilib' est subiectũ sensibile.

8. Locus.

S. Thom.

Nostræ sententiæ princeps auctor est S. Thomas 1. p. q. 76. art. 6. & q. vnica de spirituali creatione, art. 3. & in 4. d. 11. q. 1. art. 1. ad 4. & in tractatu de formis q. 7. Albertus Magnus in sua summa, de homine, p. 2. Durandus in 1. d. 8. q. 4. com. p. 2. Ioannes Capreolus in 2. d. 13. q. 1. Et Thomas Caietanus de ente, & essentia, cap. 7. q. 16. & libr. 1. de generatione, tractatu 2. cap. 2. sententiam à nobis explicatam amplectitur, etsi non desint qui illi aliud imponant. Paulus Soncin. 8. Metaphysic. q. 7. Franciscus Ferrariensis 4. contra gentes, cap. 81. Et est Thomistarum communis opinio.

Alb. Magn. *Durand.* *Capreol.* *Caiet.* *Soncin.* *Ferrar.*

CAPVT VII.

Argumenta refelluntur.

1. Cur hic mutetur scribendi ordo.

IN argumentis confutandis immutandus nobis est scribendi ordo; singula enim excitant quæstiones nõ spernendas, & morosiùs tractandas. Quapropter caput hoc distinguemus notulis argumentorum, responsionibus statim subiunctis.

Primum argumentum.

2. Cõtra inscriptionẽ cap. 6. 1. Argum.

QVòd non nuda materia, sed quantitate, ac dispositionibus affecta, sit subiectum generationis, probatur primùm auctoritate Aristotelis, libr. 7. Metaphysic. tex. 8. vbi indicat quantitatem primò inesse materiæ. Et lib. 3. Physicor. eam esse proprietatem materiæ. Et libr. 2. de generatione, tex. 6. dispositiones physicas versari circa materiam. Et tex. 25. ab elementis symbolicis fieri facilem transitum: quia in his quibus sunt similia, non fit transmutatio: ergo eæ qualitates quibus elementa sunt similia, manent in genito: ergo non solùm quantitas, sed dispositiones physicæ ad generationem coeuntes, insunt materiæ ante formam.

Aristot. 1. Locus. Secundus. Tertius. Quartus.

3. 1. Ratio.

Nec deest huic opinioni persuasio egregia: est enim materia per se quodammodò subsistens, cum ipsam formam substantialem sustineat; ergo per se ipsam potest sustinere accidentia; maximè cum possit per se existere separata à forma: nam etsi id non possit per potentiam materiæ, sed creatoris, indicat tamen propriam naturam materiæ existentem, vt accidentibus ornari possit, & illis præstare vt existant saltem in suo genere causæ materialis. Alioquin mirum videbitur quòd materia quæ potest sustinere per se ipsam substantialem formam, non possit accidentariã. Quòd verò materia sit potentia passiua recipiendi formã substantialem, non prohibet, quin sit potentia passiua recipiendi formã accidentis ordine quodam; & quòd priùs recipiat

2. Ratio.

3. Ratio.

accidens ad recipiendam formam substantialem : nam per illud ordinatur ad hoc posterius, quod est præcipuum. Hoc autem confirmatur ; quia materia ex propria ratione est primum subiectum etiam accidentium, & motuum : ergo non est negandum posse illam recipere accidentia ad sui præparationem necessaria. Nam & Aristoteles 7. Metaphysicorum, tex. 8. ait ea accidentia primò inesse materiæ : ergo ante formã substantialem insunt.

Confirmatio

Aristot.

4.

Satisfaciendum est statim huic primo argumento. Et imprimis verba Aristotelis commentanda sunt. Quod enim indicat 7. Metaphys. quantitatem cum accidẽtibus corporeis primò inesse materiæ, interpretandum est cum materia coniungi vt cum primo subiecto, quod posteà declarabimus. At verò libr. 3. Physicor. dum ait quantitatem esse proprietatem materiæ, non equidem sentit Philosophus quantitatem oriri à materia, quæ est pura potentia, sed materiam esse subiectum proprium quantitatis, quia quod materiâ non constat, non est quantum. Est ergo materia subiectum proprium quantitatis sed remotum, & quod impropriè subiectum dicitur. Et hoc quoque nobis explicandum est posteà. Quod verò ait lib. 2. de generat. dispositiones physicas versari circa materiam, verisimum est : materia enim est quæ disponitur, & non compositum. Quo autem modo disponatur, iam elucidauimus. Quod verò dicitur de elementis symbolicis, non rectè explicatur : sermo enim est de dispositione antecedente formam geniti; qua qualitates similes non excludun-tur à generante, sed solæ contrariæ: expulsio autem contrariorum est cum motu tardiori; ergo elementa symbolica quæ solùm alteram qualitatẽ expellunt, celeriùs traducunt in se ipsa alia elemẽta symbolica siue similia.

Ad 1. arg.

Ad 1. locum *Arist.*

Materia est subiectum primum quantitatis.

Ad 2. locum.

Quo sensu materia sit subiectum propriũ quantitatis, cũ sit remotũ, & impropriè dicatur subiectũ, vide n 8.

Ad 3. locum.

Ad 4. locum.

5.

Igitur circa primum argumentum negamus materiam habere propriam existentiam, aut subsistentiam; vtrumque enim est propium naturæ completæ : & idcirco natura materialis neque per se subsistit, neque existit, imò neque natura completa, sed sola hypostasis, vt hoc lib. disputabimus; ne dicam materiam, quæ est pura potentia, per se ipsam aut existere, aut subsistere. Ruit ergo fundamentum istud. Quod verò dicitur mirum esse quin materia sustineat accidentariam formam, siquidem sustinet substantialem, perperàm intelligitur. Duobus enim modis potest explicari quòd materia sustineat formam, vel dando illi esse, vel hoc duntaxat, quia supponitur illi, ad eum modum, quo moles base supposita sustinetur. Priori modo materia nullam formam sustinet, quia non dat esse, neque habet esse à quo forma quæcunque pendeat; sed est pura potentia quæ solùm per formam habet esse : substantia autem sustinet accidentia, quia illa pendent ab esse substantiæ, vt hoc quoque libro explicabimus. Posteriori autem modo materia sustinet omnem formam, vt primum subiectum quasi basis, quod supponitur omni formæ : sed non est consequens vt priùs sustineat formam accidentariam, quàm substantialem; quia accidentaria non potest sustineri solo posteriori modo in quocunque subiecto, sed in subiecto prꝫexistente à cuius esse dependet. Neque hic ponderatur virtus aliqua materiæ actiua qua possit id quod est minus, sicut potest id quod est maius : est enim sola potentia passiua quæ est definita suo actu; sicut & intellectus recipit species intelligibiles, & tamen non recipit sensibiles minùs perfectas; eò quòd sit potentia passiua definita per suum actum. Et adhuc, sustinere formam accidentariam indicat maiorem perfectionem; quia ea forma non sustinetur nisi in præexistente, à quo habet esse, vt diximus : forma autẽ substantialis sustinetur à materia nuda non præexistente, sed accipente ipsum esse à forma, vt posteà declarabimus. Denique non negamus quòd etiam formam accidentariam materia sustineat debito naturæ modo, recepta priùs forma substantiali. Id verò quod dicitur receptionem formæ accidentariæ ordinari ad recipiendam formam substantialem : & ita potentiam materiæ ordinari præcipuè ad formam substantialẽ, verum quidem est in genere causæ finalis, quia forma est finis dispositionum, tam antecedentium, quàm consequentium, vt lib. 2. explicauimus: sed ordine exequutionis, & ordine productionis necesse est priùs formam substantialem produci, per quam materia simpliciter est,

Ad 2. rationẽ.

Pro responsione prænotandum.

Materia dando esse nullã formã sustinet.

Probatur.

Substando sustinet omnem formam, vt primũ subiectũ.

1. Responsio ad rationem: Forma accidẽtaria nõ potest sustineri solo posteriori modo.

2. Responsio: Materia nõ est potẽtia actiua, sed solùm passiua, quæ est definita suo actu.

Exemplũ intellectus vt est potentia passiua.

3. Responsio: Maiorẽ perfectionẽ indicat sustinere formã accidentariam, quã substantialem.

Probatur.

4. Responsio.

Ad 3. rationẽ: Receptio formæ accidentariæ ordinatur ad recipiẽdam formã substantialẽ in genere causæ finalis, seu ordine intẽtionis, vt lib. 2. c. 4. p. 3 n. 1.

Ordine exequutionis, seu productionis

Nõ materia, imõ nec natura cõpleta, sed sola hypostasis per se ipsam existit, aut subsistit.

priùs producitur forma substantialis, quā accidentaria.

est, quàm accidentariam, per quam non est simplicitèr, vt docuimus. Quarè dùm materia fuit sub forma corrupti, potuit præparari per illas dispositiones antecedentes ad formam geniti recipiendā; existebat enim simplicitèr per formam corrupti, & per accidentia disponentia habebat esse secundum quid: sed in instanti generationis necesse est, vt priùs naturæ ordine habeat formam geniti, qua simplicitèr existat, quàm dispositiones accidentes, quæ non tribuunt esse simplicitèr.

6.
Ad confirm. Responsionis cuiusdam, 1. pars.

2. pars. Materiam esse subiectum quo accidentium. *Soncin.* *Heruæus.*

Horum additamentū: materiam esse subiectum remotum accidentium.

Declaratur.

Reijcitur à *Durand.*

Ratio reiectionis.

Circa confirmationē argumenti quidam aiunt materiam esse primum subiectum etiam accidentium, quæ tamen non possit recipere, nisi formam substātialem priùs recipiat. Cæterùm materiā non esse subiectum quod, sed quo; scilicèt quo ipsum compositum accidentia recipit. Ita videtur sentire Paulus Soncin. 7. Metaph. q. 3. & 8. Metaph. q. 17. & Heruæus quodlib. 2. q. 10. sed addunt materiam non esse subiectum proximū accidentium: quo fit vt sit subiectum remotum, non quod, sed quo. Hoc ipsum vt elucident, aiunt materiam esse rationem materialem recipiendorū accidentium, formam verò esse rationem formalem illorum recipiendorum. Durand. in 1. d. 8. q. 4. negat materiam esse subiectum remotum accidentium: nam si materia per formam reciperet accidentia, ipsa forma esset subiectum proximum recipiens, siquidèm inter materiam, & accidentia, sola forma substantialis est media.

7.
Pro vera respons. aduert. Accidentia pēdēt à subiecto præexistente, & tribuūt esse accidentarium subiecto.

Illatum: Neutra pars essentialis compositi est subiectū accidentiū, propriè loquēdo.

Excipitur sola anima rationalis.

Ratio.

In ista quæstione sic impedita cogitandum est accidentia pendere à subiecto præexistente, & tribuere esse accidētariū subiecto. Quapropter neutra pars essentialis compositi est subiectum accidentium, propriè loquendo; quia neutra pars habet esse à quo accidentia pēdeant: & idcircò etiam accidens nullū esse tribuit parti compositi; prius enim est esse simplicitèr, quàm esse secundum quid: sola ergo anima rationalis est subiectum accidentium, quia licèt sit pars, est tamen ens per se, à cuius esse pendent accidentia spiritualia, & quæ ab accidēribus habet esse secundum quid, scilicèt esse iustum, aut esse sapiens. Hac ergo ratione materia prima nullius accidentis est subiectum, vt ex dictis liquet.

Habet autem materia aliquid proprium pertinens ad rationem subiecti, etiam vt cum accidentibus confertur, eò quòd est fundamentum primò positum, vt dicebamus: & ita in genere causæ materialis in qua materia, & forma simùl concurrunt per compositionē essentiæ ad recipienda accidentia, materia concurrit modo sibi proprio, quæ est per se causa materialis: forma autem solùm cócurrit in illo genere causæ materialis, quatenùs dat esse composito, quod est materia accidentium; tamen neque materia est alba, neque forma est alba, sed nix ipsa alba est; non solùm propter consuetum loquendi modum; sed quia re ipsa albedo non informat materiam, neque formam, sed compositum.

8.
Declaratio illati. Materia habet aliquid ꝓpriū pertinēs ad rationem subiecti, etiam vt cū accidētibus cō fertur, &c. subsistare, vt n. 5.

Forma aliquatenus concurrit in genere causæ materialis.

Neque materia neque forma est alba, sed nix.

Dicendum ergo materiam non esse subiectum proximum accidentium; de quo præcipuè disputamus: & hoc decernit S. Thom. de ente, & essentia, cap. 7. & 1. part. q. 76. & 77. art. 6. & de anima, q. 9.

9.
Verè respons. 1. assertum: Materia non est subiectum proximum accidentium. *S. Thom.*

Adhùc affirmandum materiam non esse subiectum quo, si propriè loquendū sit: nam intellectus est propriè subiectū suorum habituum, & operationum, & tamen non est subiectum quod, sed quo; neque enim intellectus intelligit, sed homo. Materia prima neque subiectum quo accidentiū dicenda est propriè, cui accidētia non dant esse, neque ab illius esse pendent. Itaque eo modo quo quātitas est subiectum accidentium, materia non est: potest tamen dici subiectum remotum, quod est primum positum, & primum sustinens, & primum principium materiale. Et propter hæc dicitur materia quandoq; subiectum accidentium, scilicèt minùs propriâ eloquendi normâ.

10.
2. assertum: Non est subiectum quo, propriè. Probatur.

Potest dici subiectum remotum.

Dicitur subiectū minùs propriè.

Hac regulâ conformāda est illa quæstio, Vtrùm ex parte materiæ sit essentialis repugnantia quominùs accidentia illi sine medio copulentur: An verò possit effici virtute diuina, vt accidentia ordine naturæ antecedant formam in materia? Affirmat Dominicus Soto lib. 1. Physicor. q. 7. dub. 1. aitque materiam tunc ordine quodam naturę, antequàm formam substantialem reciperet, futuram fuisse albam, & quantam, aut calidam. Dicendum tamen est illam dependentiam naturalem, quam habent

11.
Dubit. ex dictis resoluēda.

Partē affirm. tenet *Soto.*

Resolutionis 1. pars.

Accidentium ꝓducibilitati in materia ante formam, nō obstat depēdētia ab existētia compositi, &c. effectiua.

2.pars: Obstat dependentia à subiecto, seu materialis.

Probatur ex cap.6.n.5.& 6. & ex c.7.n.7.

accidentia ab existentia compositi, non A impedire quominùs producantur ante compositum diuinâ potentiâ; pertinet enim illa dependentia ad genus causæ efficientis, vt hoc lib. commōstrabimus: sed altera dependentia à subiecto, cui dant suum esse formale, cum sint formæ quæ sine effectu formali intelligi non possunt; hæc, inquam, dependentia indicat non posse accidentia produci ante compositum; quia tunc darent esse essētiale non accidentarium. Et hoc ipsum persuadent alia argumenta quibus commonstratum est materiam non esse subiectum accidentium; quia materia non B solùm non est alba, & calida, sed neque esse potest aut alba, aut calida, sed est pura potentia, quæ solùm esse naturæ specificæ recipit à forma substantiali; quare etiam ex parte materię est repugnantia quominùs recipiat accidētia ante formam substantialem, propter ordinem essentialem ad ipsam formam: de quo ordine disputabimus p.3. cap. consequentis.

Secundum argumentum.

13. 2.argumēti 1. ratio ex necessaria conditione agentis materialis, vt sit coniunctū cum passo.

SEcundum argumentum depromitur C à necessaria conditione agentis materialis, vt sit coniunctum cum passo, quæ coniunctio est per contactum quātitatis vt agens cōtingat passum. Quòd si materia denudatur quantitate formæ corruptæ in instanti generationis, licèt in eodem instanti vestiatur alia quantitate formæ genitæ, tamen in illa antecedentia qua antecedit nuda, non coniungitur cum agente contactu quantitatis; ergo agens non potest in materiam non quantam quam non contingit, inducere formam substantialem. Ad hoc etiam additur quòd tota præparatio materiæ D videtur nihil conferre ad generationē; siquidèm tota illa interit formâ substantiali corruptâ, & nihil manet in materia quo præparata sit, sed nuda materia. Quòd si agens in nuda materia potest inducere formam substantialem, eodē modo poterit illam inducere, si diuinâ potentiâ auferatur forma substantialis cum accidentibus ab hac materia agenti proxima, & ita subitò generabitur sine vlla præparatione. Augetur difficultas, quoniam agens naturale vtitur accidentibus, vt instrumēto generationis: neque enim substantia creata per se ipsam operatur, sed per virtutem accidētariam: ergo in illa materia nuda priùs introducēda sunt accidentia, quàm forma substantialis generetur. Quòd si dicas illam gigni per accidentia, quæ præfuerunt in materia, dum esset sub forma corrupti. Illud priùs occurrit, confitendum enim est ea accidentia fuisse in materia, & non in composito, quia aliàs non præpararent materiam. Præterea quid refert præfuisse accidētia, si in illo instanti nulla sunt? Quod enim non est, non est causa realis materialis, aut efficiens, nisi fortè maneat in quadam virtute, vt generans manet in semine; in materia autem nuda nihil manet. Quòd si respondeas naturalem esse sequelam. Hoc ipsum responsum argumento refringitur, quia sequela naturalis est quędam causalitas; causalitas autem ibi nulla est, cum tota illa præparatio iam non extet.

2. ratio inferēs ex inscriptione cap.6. dispositiones nō esse necessarias in materia ad generationē.

Contrà, probatur esse necessarias.

Circa secundum argumentum aduertendum est quòd agens & passum sunt simul in loco, non ob eandem causam, neque modo eodem: agens enim creatum est coniunctū passo contactu quantitatis, aut virtutis; quia virtus eius est definita; vnde etiam loco definitur ipsum agens, vt dicemus lib.6. agens verò increatum est coniunctum passo, quia continet ipsum esse cuiusque rei. Et adhùc agens materiale est simul loco, non quidèm eodem loco contentū quo ipsum passum, sed contingens illud contactu quantitatis: agens verò spirituale etiam creatum, vt Angelus est in loco eodem in quo operatur contentū; quia contingit illud virtute sua. Contactus ergo quantitatis est necessarius non ad agendum, sed vt ista sint propinqua loco: cum ergo in instanti generationis in ipsa prioritate naturæ ante formam genitam, nihil sit medium inter agens, & materiam nudam, sunt simul loco negatiuè, quia non distant per mediū interiectum; & hoc satis est, vt agens materiale in materia non distante loco producat formam substantialem.

Dispositiones autē materiæ non manere casdē in genito affirmat S. Thom. 1.p.q.76.ar.2.& lib.2.contra gent.cap. 71. quibus in locis consulendi sunt Tho. Caiet. & Franciscus Ferrariens. Hinc illa erumpit difficultas, quæ in argumento indica-

Reſponſio.

Impugnatur 1.

Impugnatur 2 consonè ad 2. rationem.

Ad hanc impugnationem Responsio. Refutatur.

14. Ad 1. rationē 2. argumenti. Quo modo & ob quā causam agens sit coniunctū passo?

De agēte creato.

De increato.

De creato materiali.

De creato spirituali.

Satis est esse simul loco negatiuè, vt agēs materiale in materia indistante producat formā substantialem.

15. Ad 2. rationē. Est contra *S. Thom. Caiet. Ferrar.*

Eadem 2. ratio proponitur.

indicatur; nihil enim videtur proficere tota dispositio antecedens tempore, si in instanti generationis nulla est: quod enim non est, non est causa realis, siue physica. Et ratione eadem si dispositio de nouo producta ordine naturæ non antecedit formam, non præparat materiam ad illam. Ad hoc quidam respondent preparationem antecedentem dũtaxat conducere ad remouẽda contraria, quibus nuda materia hoc ipso præparata est ad recipiendam formam geniti. Sed hæc respõsio vana est, nulliusq; ponderis, aut momenti: tum quia agens naturale procedit ab imperfecto ad perfectum, ita vt non possit subitò generare absque præuia dispositione, etsi admoueretur illi nuda materia; hæc enim est concors Philosophorum sententia, quòd agens naturale præparet sibi materiam, non solùm remouendo contraria; hoc enim propriè non dicitur præparare; sed inducendo accidentia conducentia ad formam gignendam: tum etiam quia si multa materia denudaretur accidentibus, & admoueretur ignis, nullus esset terminus ignis geniti, sed inflãmaretur materia quasi infinita abigniculo: siquidèm nulla esset materia designata generationi per dispositionẽ præcedente n. Adhùc, si duo agentia cõtraria admouerentur eidẽ materiæ nudæ, vtrumque induceret suam formam, aut neutrũ generaret. Prætereà remouens, prohibens est causa per accidens; agens autem sua dispositione per se attingit effectum. Et alia sunt impossibilia, quæ ab hoc errato deduci possunt.

1. Respõs. quorundam: Agens præparare sibi materiam dũtaxat remouendo cõtraria.

Improbatur 1.

Agens naturale procedit ab imperfecto ad perfectum.

Remouere cõtraria, non dicitur propriè præparare.

Improbatur 2. deducendo ad impossibile.

Improbatur 3. similitèr.

Improbatur 4 Remouens prohibens est causa per accidens, nõ per se.

16.

2. Responsio aliorum, vt n. 13. in fine.

Refutatur, vt ibidem.

Sequela naturalis est naturalis causalitas

17.

3. Responsio *Bañes.*

Dispositiones consequentes formam geniti antecedere illam in genere causæ materialis.

Cõfutatur 1.

Quod autem alij aiunt esse naturalẽ sequelam vt dispositionem antecedentẽ tempore cõsequatur in instanti forma geniti, equidèm scitum est. Sed huius rei causam inquirimus; nam cum sequela naturalis sit naturalis causalitas, declarandum est quo modo sit causa realis illa dispositio, quæ nulla iam res est, sed tempore præcesserit.

Hæc autem omnia obiecta, & antecedentia dubia quidã sibi videntur vno ictu collidere, asserentes easdem dispositiones, quæ consequuntur formam geniti in illo instanti generationis antecedere illam in genere causæ materialis; & ita præparare materiã in eodem instanti. Sed hoc assertum est falsum, & incredibile; tum quia dispositiones consequuntur formam in genere causæ efficientis; ergo non possunt præcedere ipsam formã à qua scilicèt habent esse, vt lib. 2. euidentèr comprobauimus: tum etiã quia forma substantialis etiam in genere causæ materialis antecedit accidentia, quia constituit compositum capax accidentiũ, siquidèm materia nuda non est capax illorum: at verò in eodem genere causæ materialis non potest accidere, vt forma substantialis antecedat accidentia, & ipsa accidentia antecedãt formam: tum denique quia accidentia non sunt entia per se, quæ subsistant in se ipsis priùs natura, quàm vniantur formæ, vt anima rationalis priùs naturâ subsistit in se, quàm sit in corpore; ergo si accidentia producantur ante formam substantialem, iam sunt coniuncta subiecto, scilicèt materiæ primæ, quam nos dicimus incapacem accidentium ante formam substantialem. Et hoc idem cõmonstratur, quia non potest intelligi quòd materia præparetur per dispositiones, nisi prout sunt in materia; ergo si ante formam substantialem hæ dispositiones præparant materiam, & illam determinant ad eam formã, proculdubiò in materia sunt: non ergo nuda materia est subiectum generationis, sed materia affecta accidentibus, & quantitate physica; eaq; erit indiuiduationis principium; quæ falsa esse censemus.

ex eò quòd cõsequuntur in genere efficientis, ex lib. 2. c. 4. p 3. n. 5.

Confutatur 2. consequuntur etiam in genere materialis.

Ratio.

Confutatur 3. Accidentia cũ non subsistãt in se ipsis, si producantur ante formã substãtialem, iam sũt coniuncta materię, cõtra tradita à num. 5. vsque ad 13.

Confirmatur confutatio.

18. Explicat *Ferrariensis* locum *S. Thomæ.*

Franciscus Ferrar. cap. 71. libri 2. cõtra gent. quo in loco S. Thom. docet dispositiones viâ generationis antecedere formam substantialem, & secundũ esse consequi illam: interpretatur quòd rationis meditatione antecedunt, sed re ipsa consequuntur: atquì ea meditatio nihil conducit ad causalitatem. Censendum enim est prioritatẽ causæ non esse in intellectu, sed in re ipsa; nam etsi non sit prioritas tẽporis, vt causa sit in vno instanti, & effectus in alio instanti, aut tempore: est tamen realis prioritas secundum esse; ita vt priùs ordine naturæ sit causa producta, vt libr. 2. docuimus. Quamobrem id quod non potest intelligi priùs productum, non potest intelligi vt causa realis. Quo verbo illud collabitur, quod est fundamentum opinionis horum Doctorũ, scilicèt dispositiones antecedere in genere causæ materialis in eodem instanti, in quo consequuntur formam: cum enim non priùs producan-

Probatio explicationis. Prioritas causæ est realis prioritas secundũ esse, ita vt priùs ordine naturæ sit causa producta.

Infertur reiectio 3. responsionis.

producantur,non possunt antecedere in vllo genere causæ realis, vt commonstratum est.

19. Duo loca *S.Thomæ* conciliat *Bañez lib.1. de generat. cap.10.a.2.* vt prior locus concedat dispositiones medias ante 2. & 3. gradum formę substantialis: posterior eas neget ante primũ gradum.

Eodem loco quibusdam verbis Sancti Thomæ impediuntur quidã eò quòd ait dispositiones esse medias viâ generationis inter materiam, & formam. Cum enim idem Doctor Sanctus 1.p. docuerit formam sine medio copulari materiæ, colligunt discernendum esse vtrumque proloquium. Istud enim affirmari de primo effectu formæ substãtialis,qđ est esse corporeũ; illud verò de secundo,aut tertio effectu: quia esse corporeum quod antecedit esse animatum habet dispositiones proprias medias antequàm esse animatum adueniat,quibus corpus disponitur ad recipiendum esse animatum. Nos verò etsi arbitremur istos gradus essentiales esse ex natura rei distinctos,& vnum antecedere alium cum S. Thom. multis in locis, & eam antecedentiam esse realem ordine naturæ; nihilominùs dispositiones medias è medio tollimus: nulla enim est ratio vt materia ad recipiendam formã corpcream non indigeat dispositione antecedenti, & ad recipiendum esse animatum dispositione indigeat. Deindè cum Doctores isti fateantur materiam disponi per easdem dispositiones consequentes formam, quæ in genere causæ materialis antecedunt formam corporis: quam aliam antecedentiam ponant dispositionum ad esse animatum, non video. Et certè si mediæ essent dispositiones inter gradum, & gradum formæ substantialis; totum esset ens per accidens. Denique accidentia pendent ab existentia compositi, quæ sequitur vltimum gradum, cum sit vna & eadem, vt docebimus; ergo nulla accidentia producuntur ante gradum vltimum: neque possunt produci in materia informata secundum gradum primum, cum ea adhùc nullam habeat existentiam. At verò commentarius S.Thomæ valdè perspicuus est; non enim loquitur de dispositionibus ijsdem numero, sed specie ijsdem, quæ viâ generationis intercedunt & sunt quasi mediæ,quia disponunt materiam ad formam geniti; & posteà consequuntur formam secũdum esse in quo permanent. Et fortè hoc quoque indicant verba S. Thomæ, quòd dispositiones antecedunt in motu viâ generationis,& secundum esse permanens sequũtur formam geniti. Colligunt quoque suam sententiam ex verbis alijs Sancti Thomæ.

A

B

C

D

Improbatur ea conciliatio.

Dispositiones mediæ inter gradus è medio esse tollendas,

Probatur 1. à paritate rationis in omnibus gradib⁹,

Probatur 2. ex aduersariorum doctrina in 3. respons.

Probatur 3.

Probatur 4. Existentia cõpositi à qua accidentia pendet sequitur vltimum gradum formæ.

Illorum locorum germana conciliatio:

Dispositiones eædem specie sunt quasi mediæ, sc.antecedẽtes in motu: & non mediæ, sc.consequẽtes secundum esse permanens.

Hinc alia explic. ad locum *à Ferrar.* ex plicatũ n. 18.

Respiciendum ergo est ad physicas disciplinas;& illud obseruandum, quòd effectus alitèr comparatur cum motu,& alitèr cum agente à quo est motus.Nam cum motu comparatur, vt terminus ad quem via pertendit; cum agente confertur,vt cum principio à quo est. Cum ĩgitur dicimus effectum non posse oriri, nisi à causa simul existente; alitèr interpretandũ est de causa propriè sic dicta, & alitèr de causa, quæ est motus ipse inter causam, & effectum, & minùs propriè causa dicitur, etsi re ipsa concurrat causalitèr ad effectum: causa ergo propriè sic dicta necesse est vt sit simùl tẽpore cum effectu, scilicèt in eodem instanti, & in eodẽ tempore, quo effectus à causa dimanat; sed causa impropriè sic dicta,quæ est solus motus, satis est vt sit simul tempore cum effectu; ita vt inter effectum, & motum nullum tempus sit interiectum: & hoc ipsum postulat natura motus, qui est in tempore, & est via quædam: & ita effectus qui est terminus vltimus consequitur tempus; & in instanti in quo incipit esse, iam non est motus. Nihil ergo mirum quòd res genita sit proprius effectus antecedentis motionis præparantis materiam; quamuis illa motio non sit in eodẽ instanti, cum præextiterit toto tempore antecedente,ita vt nihil fuerit medium; hoc verò postulat ratio, & natura motus. Quare accidentia, quæ disponunt materiam non sunt causa rei genitæ secundum esse permanens, sed secundum quòd sunt in motu vsque ad instans generationis, in quo producitur terminus istius motus.

20. & vera responsio.

1. eius assertio est explicatio illius effati; Effectus non potest oriri, nisi à causa simul existente.

Causa impropriè dicta, scil. motus, satis est vt sit simul tẽpore cum effectu, ita vt inter effectũ,& motum nullum tempus sit interiectum:

Hoc ipsum postulat natura motus.

Dispositiones non sunt causa rei genitæ secundũ esse permanens, sed secundum quòd sunt in motu vsq; ad instãs generationis.

21. Obiectio.

Quòd si obijcias in instanti generationis posse interire ipsum agens, & ita nullum esse principium à quo producatur forma geniti. Hoc ipsum cõfitemur quòd agentia quæ agunt per motum, satis est quòd attingant effectum coniuncta tempore antecedenti; vt in generatione animantium, quę oriuntur de materia dispositа, generantibus extinctis, cum id euenit. Agentia autem inanimata, seruato ordine naturæ, adsunt in eodem instanti rei genitæ, quia dispositio tota præcedens pendet ab eorum præsentia,

Solutio. Etiam agentia quæ agunt per motum nõ est necesse vt sint in eodem instãti cũ effectu

Secùs de agẽtibus inanimatis, seruato ordine naturæ.

Item de causis quæ subitò operantur.

sentia, cum non relinquant suam virtutem in alio, scilicèt in semine. Causæ autem quæ subitò operantur, quia non agunt per motum, necesse est vt in eodem instanti cum effectis existant, vt docuimus.

22.
2. assertio.
1. eius pars: Dispositio antecedés in materia corrupti necessaria est in genere efficientis.

Quamobrem in genere causæ efficiẽtis necessaria est dispositio antecedens in materia corrupti, quasi instrumentaria actio, cuius terminus est res genita. Et in genere causæ materialis est etiam necessaria illa dispositiõ; quia formæ substantiales coniunctæ sunt cum accidentibus, ita vt ablatis auferantur; & ipsæ formæ inductæ in materiam, secum afferant sua accidentia. Tempore igitur proximo, quo aduentat illud instans, in quo producendum est accidens in eo gradu perfectionis, quo cum forma substantiali coniungitur; tempore, inquam, proximo materia iam est vltimò dispositа ad recipiendam illam formam substantialem; quia generatio facit initium à termino extrinseco, scilicèt à non esse istius formæ, quod non esse mensuratur tempore præcedenti: & illud non esse, quod est priuatio, est in potentia proximè dispositа; ergo ante instans generationis, materia est iam vltimò dispositа. Et idcircò in toto illo tempore vsque ad instans generationis intelligitur vltimò dispositа, vt de non esse ad esse mutetur. Vltima ergo dispositio ad recipiendam formam, quæ concurrit in genere causæ materialis, antecedit illud instans generationis, & antecedit ipsam formam cum existat in tempore præcedenti; vltima verò dispositio coniuncta cum forma, consequitur illam, & non antecedit, vt S. Thom. docet 3.p. q. 9. art. 3.

2. pars: Vltima dispositio ad recipiẽdam formam iam est in materia tempore proximo ante instans generationis.

Ostenditur. Generatio facit initiũ à termino extrinseco, in quo est priuatio.

Vltima dispositio coniũcta cũ forma non est ante illam. *S. Thom.*

23. Obiectio contra 2.p.

Quòd si obijcias vltimam dispositionem antecedentem non posse in aliquo instanti indicari, quia in tempore non datur vltimum: hoc quidèm libentèr concedimus; sed vt diceremus clariùs ita diximus, id quod facile explicatu est: dicitur enim vltima dispositio ea, quæ ad instans generationis terminatur extrinsecè; vt dicamus ante illud instãs materiam fuisse perfectè dispositam, & nullum instans designemus, quo anteà fuerit perfectè dispositа, siue præparata.

Solutio. Dicitur vltima dispositio ea, quæ ad instans generationis terminatur extrinsecè.

Quo in loco etiam aduertendum est eos, quos dicimus gradus perfectionis non acquiri in instanti, sed in tempore; ita vt nulla latitudo perfectionis adæquetur instanti, aliàs cum instantia sint infinita, & singula extra alia, essent infiniti gradus perfectionis in quocunque motu intensionis. Calor ergo, verbi gratia, in instanti est terminus motus præcedentis, sed nihil additur caloris in instanti illo. Vnde colligimus in dispositione, quæ antecedit generationem, præfuisse tantum calorem quantus inuenitur in illo instanti in re genita: sed ille calor præcesit in tempore, ita vt in nullo instanti præcedenti fuerit tantus calor, & fuerit tamen tantus in tempore præcedenti. Quare si ponamus dispositionem vltimam ad formam ignis, esse calorem vt sex; illa certè præcessit ante ignem genitum, non in aliquo instanti, sed in toto tempore, cuius temporis terminus est instans generationis: ergo genitum de materia vltimò dispositа genitum est.

Quidam existimant in instanti generationis produci longè intensiorem calorem quàm præfuerit tempore præcedenti, dum disponebatur materia. Et potest hoc persuaderi, quoniam si tota dispositio necessaria præcedit; ergo ante instãs generationis antecedit forma geniti, aut saltèm non est generatio in instanti, sed in tempore, vt comitetur vltimam dispositionem. Hæc tamen ratio etsi difficillima sit explicatu, iniquum est tamen vt cogat nos à veritate discedere: eadem enim difficultas cernitur in quacunque diuisione continui per partes se se intercipientes, & inæquales. Nullum enim est instans in toto tempore præcedenti, in quo primò sit illa vltima dispositio, sed primum instans signatum in quo illa dispositio posset permanere, si subiectum non corrumperetur, est ipsum instans generationis, in quo alia dispositio in eodem gradu consequitur formam. At verò illa quæ præcessit, in eodem gradu præcessit toto tempore, quia instans nihil addit perfectioni acquisitæ, nisi indiuisibile mutatũ esse quod est terminus motus. Ponamus exemplum ad declarandam rem, & separemus à linea vltimum punctum, illa linea est æqualis longitudinis cum alia habente vltimum punctum, quia punctũ nihil addit longitudinis; sed in linea nõ habente vltimum punctum, nulla pars neque punctum vllum designari potest quo

quiruntur in instanti, sed in tempore.

2.pars. consectaria: In dispositione vltima antecedẽte præcessit tantus calor quantus inuenitur in instanti generationis.

25. Cõtra 2. partẽ *Bañes 1. de generat. q. 10. ar. 1.* Arg. difficile.

Enodatio arg. ac declaratio 2.partis.

In instanti nihil additur perfectioni acquisitæ, nisi indiuisibile mutatum esse.

Exemplum. Linea non habens vltimum punctum collata cũ alia habente vltimũ punctum, est longitudinis æqualis, non

parte vlla, aut puncto vllo designato, sed tota cõtinuitate æqualis.

quo sit æqualis alteri, sed tota continuitate est æqualis. Et idem dicendum de perfectione dispositionis antecedentis tempore, si comparetur cum perfectione similis dispositionis in vltimo instanti aduenientis. Non est enim operosum coaptare exemplum.

26. Obiectio.

Si verò obijcias, consequi vt eædem dispositiones in gradu eodẽ sint in corrupto, & genito. Respondemus concedendo hoc ipsum, si loquamur de accidentibus communibus. Ea enim viâ interitus, & in tempore præcedenti, nihil vetat inueniri in corrupto, gradu eodẽ quo inueniuntur in genito in instanti sui ortus. Accidentia verò propria geniti in solo genito inueniuntur. Quòd si arguendo instes, calorem in eo gradu quo est proprium accidens ignis, non posse inueniri in corrupto, de quo generatur ignis: & ita non inueniri eodem gradu in vtroque. Occurrendum est huic argumento: nam & elementis forsan insunt suæ passiones, siue affectiones propriæ præter istas qualitates primas, quæ sunt communes. Quòd si contendas, istas qualitates primas in gradibus intensis esse proprias singulis elementis. Respondetur, quòd sicut calor vt sex in eo gradu sexto, est proprietas ignis, & in gradu remissiore non est proprietas: ita etiam eo gradu est proprietas in instanti ortus ignis, & in nullo instanti inuenitur in corrupto. Quòd enim calor sit proprietas ignis, nihil addit calori, nisi intelligendi modum: scilicèt quòd non inueniatur in alio. Hoc autem intelligendum est, quòd in nullo instanti signato inueniatur eo gradu, nisi in solo igne; & hoc quidèm via generationis. In aere verò de quo fit ignis viâ corruptionis, vt aiunt, poterit idem calor conuenire non in aliquo instanti signato, sed toto tempore præcedenti pertingente illud instans.

Solutio. Viâ interitus & in tempore præcedente, calor vt 8. inuenitur in aere, de quo fit ignis.

Instantia.

1. Responsio tribuẽs elemẽtis affectiones proprias præter primas qualitates.

Replica.

2. Responsio.

Calor vt 8. est proprietas ignis, id est, eo gradu non inuenitur in alio, intellige in instanti signato, & via ortus.

27. Pro 2. parte probatio 1.

Quòd autem in instanti generationis non oriatur dispositio in gradu perfectiori, sed in eodem gradu, vt anteà docuimus, necessarium est confiteri: quia hoc nisi concedamus generans introduceret formam in materiam, quæ non esset vltimò disposita. Præterea, si calor præcedens esset vt quatuor, & induceretur cum forma ignis calor vt sex, agẽs naturale non procederet ab imperfecto ad perfectum, cum duos gradus caloris

Probatio 2.

A

B

C

D

subitò efficeret: neque illud mutatum esse in instãti esset terminus motus præcedentis, siquidèm esset magna latitudo graduum inter calorem prout est in motu præcedenti, & prout est in illo mutato esse quod coæquatur instanti. Denique dispositio præcedens vltima, non est propria rei gignendæ, nam calor vt quatuor, verbi gratia, non est solius ignis; ergo de illa materia sic disposita nõ potiùs gigneretur ignis, quàm quæuis alia res naturalis. Necessariò igitur dicendum est totam dispositionem præcedere in tempore in eodem gradu, quo in instanti generationis cõsequitur formam: esse tamen accidentia in eodem gradu, numero distincta; cum quædam antecedant in tempore, alia exoriantur in consequenti instanti.

Probatio 3.

Tertium argumentum.

28. 3. argum. ab experientia.

TErtium argumentum experimento fundatur; cernimus enim oculis, & manu tractamus, quòd ea accidẽtia, quæ præfuerant in re corrupta, manent in re genita; quod Aristot. scriptum reliquit lib. 2. de generatione, tex. 27. vbi docet ea accidentia, quibus conueniunt genitum, & corruptum, manere eadem. Et quòd sint eadem, persuadet ratio: nam cum maneant accidentia etiam contraria formæ genitæ; de his nulla potest ratio reddi, cur producãtur secunda ablatis primis: Neque verò istorum accidẽtium denuò productorũ inuenitur causa aut efficiens, aut finalis; non finalis, quia non conducunt ad formam geniti, quæ est finis generationis; non efficiẽs, quia in generatione solùm generãs agit in genito, alia enim agentia circumstantia non agunt in instanti, sed in tempore; sola enim generatio instantanea est; calefactio autem, exsiccatio, & cæteræ actiones in tempore sunt: ergo quicquid producitur in instãti generationis, producitur à solo generante.

Aristot.

Rãtio contendens accidẽtia geniti saltèm contraria formę ipsius non produci denuò.

Probatur ex defectu causæ finalis.

Item ex defectu efficientis.

29. De cadauere 1. Responsio. *Soncin.*

Circa tertium dubium, Paul. Soncin. 8. Metaph. q. 15. arbitratur in cadauere permanere calorem conseruatũ ab spiritibus vitalibus calidissimis. Et illos quidèm, cum non informentur anima substantiali, non est incredibile tempore tantillo durare extincto animante, & conseruare calorẽ in cadauere. Thomas verò Caiet. q. 17. lib. de ente, & essentia arbitratur

Non est incredibilis.

2. Responsio. *Caiet.*

1. eius pars. arbitratur verosimilitèr, formam cadaueris asimilem esse in dispositionibus cum natura animantis: quarè asimiles qualitates oriri in cadauere, à quouis agente accidat animantis interitus; ita

2. pars. vt forma cadaueris suâpte naturâ afferat secum similes qualitates ijs, quæ prę fuerunt in animante cuius est cadauer:

3. pars. & eam formam cadaueris non habere causam particularem effectricem adæquatam; sed quasi æquiuocè oriri à quacunque causa euertente temperamentũ animantis: est enim per accidens producta; & à nullo agente particulari per se expetita; sed propter ordinem vniuersi. Et illud quidèm verum est, quòd cadauer asimile est in qualitatibus carni viuentis; sed difficile est creditu quòd forma ipsa cadaueris afferat secum illam similitudinem qualitatum, cum ea forma (vt Caietanus fatetur) per accidens occurrat intentioni agentis; & ad solum finem vniuersi referenda sit, ne maneat materia sine forma.

Præter hæc, quicquid dicamus de cadauere; idem dubium obuersatur in generatione non viuentium, vbi qualitates contrarias in re genita experimur, vt in aqua eliquata vi caloris, calorem; quem secum afferre forma aquæ non creditur. Sunt qui hoc referant ad impotentiam generantis, quòd non potuit omninò delere qualitates contrarias discordes formæ geniti. Verùm id quidèm, si enim eas expulisset, nullæ essent: sed cum in genito reperiantur, causam illarum inquirimus efficientem, & finalem; cum non possint denuò oriri nisi à causis physicis. Aiunt eas qualitates produci ex dispositione materiæ. Hoc quoque falsum est: nam si intelligant de motu dispositionis, materia quę disponitur motu frigidi, non disponitur simul motu calidi, vt liquet; imò tunc est motus corrumpens calidum, cuius terminus est non esse calidum: ergo calor qui de nouo oritur in materia, de qua generatur aqua, non potest tribui dispositioni præcedenti. Si verò existiment calorem in aqua genita produci de præexistente calore in corrupto, non prout est in motu, sed secundum esse permanens. Hoc primùm est admirabile, quòd calor qui est in motu corruptionis, sit causa caloris gignendi. Deindè cum iste calor non possit attingere calorem in A re genita in eodem instanti, quia iam non existit, consequitur vt contingat illum per motum in tempore præcedenti; motus autem est contrarius, vt diximus, scilicèt à calido in frigidum; ergo nullo modo producitur ille nouus calor de præexistente calore.

Probatur.

Quoad 1. partem, est vera:

Quoad 2. est difficilis creditu.

Probatur ex cõcelsione 3. partis.

30. De non viuẽtibus vniuersim, ratio argumenti obijcitur.

1. Responsio. *Bañes 1. de gener. q. 10.*

Confutatur vt insufficiens.

Eiusdem 2. Responsio: Ea accidentia produci ex dispositione materiæ.

Refutatur 1. De dispositione præcedente secundum motum.

De eadem secundũ esse permanens:

Refutatur 2.

Refutatur 3.

Alitèr ergo respondent, materiam ita esse formatam dispositione præcedenti, vt non facilè queat dispositio illa expelli à materia. Hoc verò dictum egregiè non est: nulla enim ratione sunt materiæ colligatæ dispositiones istæ, nisi sola coniunctione. Quòd si vlla esset vis obsistens in materia ne dispositiones expellerentur, quod est falsum; per hoc quidèm ostenderemus dispositionem manere in materia, & nõ expelli: sed quòd alia dispositio denuò adueniat, non potest non reuocari ad causam aliquam effectricem, & finalem. 31.

3. Responsio.

Improbatur.

Aduertendum igitur est, accidentia sensibilia, quæ experimento cognoscuntur, vel esse quantitatem, quæ per accidens sentitur, vt est subiectum sensibilium qualitatum; vel esse primas qualitates, quæ tactu percipiuntur; vel oriri ex ijs, scilicèt ex quadam illarum inter se moderatione, & mixtione. Est autem naturâ rerum comparatum, vt id quod deest perfectionis vnius qualitatis primæ, occupet qualitas contraria; verbi gratia, si ponamus in calore gradus perfectionis possibiles octo, in quocunque fuerint gradus quatuor, erunt frigiditatis quatuor: quòd si fuerint caloris gradus quinque, erunt frigiditatis tres; & idcircò ea quæ constant qualitatibus quatuor, dicuntur mixta; non solùm, quia habent omnes qualitates elementares, sed quia eas habent in quodam mixto temperamento, vt quod in vna deficit compenset contraria. Hæc autem mixtio, & temperamentum necessarium est in rebus vniuersis; si enim esset per accidens, & inutile, non inueniretur in omnibus. Est autem id necessarium ad conseruationem rerum mixtarum, quia nisi haberẽt qualitates quatuor facilè interirent actionibus elementorum asimilantium; vt si in lapide esset tantùm calor gradu tertio perfectionis, & nihil frigiditatis, breui absumeretur ab igne; resistit autem igni per frigidum, & aquæ per calidum: & in viuentibus temperamentum 32. Pro 4. & vera respõs. aduert. Accidentia sensibilia quęnam sint?

Naturali consequẽtia id qđ deest vni⁹ qualitatis primæ occupat qualitas cõtraria.

Primarum tẽperamentum, mixtum cur dicatur?

1. Ratio.

2. Ratio.

Necessarium est in rebus vniuersis.

Probatur 1.

Probatur 2. Est necessariũ in mixtis ad eorum conseruationem.

In viuentibus ad nutritionē & ad sensum.

mentum est necessarium ad nutritionē, & ad sensum; ergo necessarium est ad conseruationem vniuersi: quare necesse est vt consequatur omne generabile per se, non propter formam specificam, sed propter bonum vniuersi. Iam verò nullius negotij est enodare difficultatem propositam: omne enim agens inducit qualitates primas in gradu necessario ad conseruationem speciei gignendæ; & quia necesse est, vt sint mixtæ; naturali consequentiâ producuntur qualitates contrariæ in eo gradu, quem sibi aliæ inductæ intensione agentis, reliquerunt. Quarè in ijsdem gradibus omnes qualitates primæ producuntur, quibus præfuerant in corrupto; quia, vt diximus, in instanti generationis est idem gradus perfectionis in accidentaria dispositione, qui fuit in tempore præcedenti; qualitas autem contraria naturali dispositioni, compensat reliquum gradum, vt fit mixtio in primis qualitatibus: à qualitatibus autem primis oriuntur secundæ qualitates sensibiles; quantitas verò quoad mensuram, consequitur eandem materiam dispositam. Nihil ergo mirandum quòd sensu percipiamus eadem accidentia, scilicèt eiusdem sensus, quæ ratio commonstrat esse numero distincta. Causas ergo similitudinis in his accidentibus iam indicamus; finalem causam ipsum bonum vniuersi, imò & bonum speciei, cui conuenit temperamentum illud ad sui conseruationem: efficientem verò causam ipsum agens, & formam geniti suo modo; quia ab his oritur naturali consequentiâ propter bonum vniuersi mixtio primarum qualitatum.

4 & vera responsio.

Naturali consequentiâ producuntur qualitates contrariæ in eo gradu, quem sibi aliæ inductæ intensione agentis, reliquerūt, vt fiat earum mixtio.

Ad probationem.

Eius mixtionis causa finalis est bonum vniuersi, imò & bonum speciei.

Causa efficiēs, est ipsum agēs & forma geniti suo modo.

33. Declaratio de agente.

Si verò sint agentia circūstantia, quæ simul in eadem materia geniti resistebāt generanti, ijsdem forsan tribuendus est ille effectus in re genita, qui sit terminus eorum actionis præcedentis: neque enim videtur incredibile, vt hæc agentia circumstantia in instanti producant formam intensam, vt terminum præcedentis dispositionis. Sed si nulla sint circumstantia resistentia actioni agentis, per ipsam actionem agentis inducuntur contrariæ qualitates; non vt terminus præcedentis dispositionis, quod est impossibile, quia calefactio, verbi gratia, non terminatur ad frigiditatem; sed vt consequentia ad formam geniti; non quidèm ex intentione naturæ particularis, sed naturæ communis.

Hoc si sit circumstans resistēs generāti, ille effectus ei tribuēdus est.

Sin minùs ipsi generanti tribuitur vt cō sequens ad formā geniti ex intentione naturæ communis.

Dicimus autem accidentia contraria formæ geniti consequi ipsam formam ex intentione naturæ vniuersalis: quia cum forma sit primò producta, quæcunque posteriùs producuntur secundum esse distinctum, ab ipsa emanant quodammodò in genere causæ efficientis, vt libro 2. docuimus: & ita generans intentione finis vniuersalis, per formam geniti producit accidentia contraria ad mixtionem primarum qualitatum necessaria.

34. De formageniti.

Quæcunque posteriùs formâ producuntur, ab ipsa quodammodò efficiuntur.

Quartum argumentum.

35. 4. arg. ab vnitate operationis sensus.

QVartum argumentum sumitur ab vnitate operationis sensus. Nam intereunte animante, eadem est intuitio accidentium, & eædem species sensibiles in aspectu alterius animantis intuētis illud: ergo & eadem sunt accidentia à quibus illa intuitio, & species pendēt: eadem, inquam, in animante mortuo, quæ fuerunt in viuente.

36. 1. Responsio dictis cōtona:

Circa dubium quartum non est difficultas illa spernenda, licèt magis pertineat ad quæstionem de anima, quàm nostræ sententiæ quicquā officiat. Nam mutata qualitate sensibili solo numero, si opinemur speciem visibilem, & visionem quoque numero mutari; quia sunt accidentia, quæ subitò fiunt, & possunt noua produci in instanti generationis: id dictum consentaneum erit opinioni qua dicimus, accidentia non manere identitate numerica in genito. Quòd si existimemus speciem sensibilem, & visionem esse eandem, dicendum erit hæc non mutari mutato obiecto sensibili solo numero: nam eadem dependentia potest permanere mutatis causis; vt lumen idem mutatis luminaribus.

Mutatâ numero qualitate sēsibili, speciem, & visionē numero mutari.

2. Responsio opposita.

Exemplum.

Falluntur tamen ij, qui speciem visibilem ponentes diuersam, aiunt visionem manere eandem. Quod potiùs cōmutandum esset vt manente specie eâdem, possent esse actus sentiendi distincti; vt euenit in actu intelligendi, plures enim actus intelligēdi ducuntur ab specie vna. In sensu tamen externo species adæquatur actui, quia est actualis, vt lib. 2. admonuimus: species ergo visibilis, & visio vtraque est ratio adæquata obiecti. Sed quia vnitas indiuidua non est sensibi-

37. Adnotādum. Cōtra *Bañes* mutata specie, mutari visionē

Vnitas indiui dua nó est sen sibile per se, vn de ea mutata potest manere eadem species, & visio.

sensibile per se, potest accidere; vt mutata vnitate obiecti sensibilis maneat eadem species sensibilis, & visio, quoniam manet eadem similitudo. De qua re postea disputabimus circa indiuiduationem accidentium.

Vltimum argumentum.

38. Vlt. arg. de anima ration. probãs eã materiæ quantæ aduenire, ex eo quòd si quantitatem antecederet, esset quanta.

VLtimum argumentum depromitur ab anima rationali, quæ cum sit in corpore quanto, est tamen expers quantitatis cũ sit incorporea; ergo quãtitas antecedit animã rationalẽ in corpore; aliàs si quãtitas aduenret animæ, redderet ipsam quãtam. Explicatur argumẽtum, nam si anima antecedit quãtitatem, certè antecedit in genere causæ materialis; materia autem actuatur (vt aiunt) per formam, quod est recipere actuale esse quod forma confert ipsicõposito: ergo esse quantum conuenit animæ rationali, quod est falsum, & impossibile. Quòd si respondeas (vt quidam aiunt) esse corporeum quod est effectus animæ rationalis, coniungi statim cum quantitate, & ita animam secundum esse rationale aduenire corpori quanto:

Declaratur.

Responsio de dispositionib' medijs inter gradus essentiales, vt n. 19.

Refutatur vt ibidem.

Hoc planè est impossibile, quia illi gradus essentiales, si quo modo distincti sunt ex natura rei, certè sunt proximè coniuncti, vt nihil sit medium, aliàs esset ens per accidens ex essentialibus, & quãtitate interiecta: ergo ante esse illud corporeum, quod præstat anima rationalis, antecedit quantitas in materia: nam si consequitur esse corporeũ, & antecedit esse rationale, erit media quantitas inter gradus istos essentiales. Eadem videtur esse ratio in cæteris cõpositis: nam si semel nuda materia est capax quantitatis ante formam substãtialem, scilicèt ante animam rationalẽ, cur non erit capax eiusdem quãtitatis ante formas alias? omnia enim argumenta, quæ contra hoc fiunt, opus est euadere, si semel quantitatem cum materia nuda coniungimus. Confitendum ergo est eãdem quantitatem manere in materia, imò & accidentia alia, quibus materia præparetur.

Quoad hoc eadem ratio in anima rationali, & in alijs formis, Ostenditur.

39. Ad vlt. arg. 1. Responsio. ostendés illud esse inefficax: Quicunque sunt cõiuncta cum quantitate, extẽsa sunt, vel per accidẽs vt relatio creaturæ & filiatio quæ antecedũt quantitatẽ, vel per se, vt albedo quæ sequitur illam.

Circa vltimum dubium illud primum dicendum nihil certè effici argumento illo. Quicunque enim coniuncta sunt cũ quantitate, extensa sunt saltèm per accidens, siue antecedant, siue sequantur quantitatem: vnde relatio, verbi gratia, creaturæ aut filiationis, quæ antecedit quantitatem, est extensa per accidens; albedo verò quæ accidit rei iam quantæ est per se extensa. Igitur quòd anima rationalis in materia antecedat quantitatem, nihil argumenti est, vt idcirco sit potiùs quãta, quàm si materiæ iam quãtæ aduèniret. Sed hoc est discrimẽ, quòd illa quæ antecedunt quantitatẽ possunt informari per illam; quæ autẽ sequuntur, non informantur; sed extenduntur per coniunctionẽ cum quantitate extensa. Quare in hoc todẽ negotio illis elaborandũ est, vt nõ monstrent quomodò anima rationalis cõiungatur cum materia extensa, & non fiat extensa. Imò argumentũ hoc illos vrget, nos non texat, vt statim ostendemus. In altero quoq; peccat argumentũ, dum ea quæ antecedunt formã in genere causæ materialis arbitrantur necesse esse, vt illâ formâ informẽtur: quod falsum etiã est; nam partes compositi antecedunt quantitatẽ, & cætera accidẽtia in genere causæ materialis, quatenùs in illo genere antecedunt compositum, quod est materia accidentium; & tamen non informantur accidẽtibus; quia albedo non est forma partis, sed totius. Non ergo necesse est, vt eadẽ res, quæ est causa materialis, sit subiectũ informatũ eâ formâ cuius est causa. Sic ita collabitur totum illud fundamentũ.

Quæ antecedunt quantitatẽ, possunt informari per illam: quæ sequuntur non ita, extenduntur tamen per coniunctionẽ cum quantitate extensa.

Ad declarationem. Non est necesse vt eadem res quæ est causa materialis formæ, fiat subiectum eâ informatum. Exemplum partium compositi respectu accidentium.

Iam ergo aduertendũ est, quòd quãtitas hoc habet singulare inter accidentia, vt tribuat nomen omnibus rebus, quæ sunt cum quantitate coniunctæ: eò quòd necesse est illa esse diuisibilia habentia partes, & esse extensa; & hæc dicimus quanta, non quasi affecta quantitate, sed quia per quantitatem extensa sunt siue vt per formam, siue vt per subiectum. Ideò etiam dicimus materiam quantam, aut formam quantam, cũ neutrius partis quantitas sit propriè forma; sed quia est forma compositi, quo diuiso necesse est partes diuidi, vel extenso extendi.

40. Quãtitas hoc habet singulare, vt tribuat nomen omnibus rebus, quæ sunt cũ ea coniunctæ.

His constitutis dubium illud extricabitur facilè negatio, quo modo anima rationalis coniuncta cũ quantitate, non sit quanta, scilicèt neque extensa, neque diuisibilis? In hoc ergo conueniunt animæ brutorum cũ rationali, quòd & ipsæ sunt indiuisæ, & ideò dicitur anima esse tota in toto, & tota in singulis partibus;

41. 2. Responsio ostendés quo modo anima rationalis coniuncta cũ quãtitate sit indiuisibilis.

quia illa in se ipsa est indiuisa non habẽs partes. Sunt igitur quædam formæ substantiales, quæ etiam nudatæ quãtitate, in se ipsis diuisione substantiali possunt diuidi, & habent partes, quas aiunt integrantes, vt sunt formæ inanimatorum, & aliquorum viuentiũ: hæ adhuc etiẽ quãtitate dicuntur diuisibiles per ipsam quãtitatem, non quòd quantitas informet ipsas formas, quod iam confutatum est; sed quia istæ formæ coniunctę cum quãtitate, diuiso composito per compositũ diuiduntur. Aliæ sunt formæ perfectorũ animantiũ in se ipsis indiuisæ, quia speciatæ secundum se non habent partes; hæ autem copulatæ cum quantitate adhuc manent in sua natura, vt non sint in se ipsis diuisibiles; & quia non informantur quantitate, vt diximus, non oportet esse formaliter diuisibiles; sed quia coniunguntur cum quantitate per aliquid medium, scilicèt per compositum, per ipsum compositum aliquo modo per accidens sunt diuisibiles; non quidem in se ipsis vt maneant duæ partes eiusdem animæ, sed per compositum, vt diuisa parte extensionis, anima quæ illi parti erat coniuncta non maneat coniuncta: hoc enim etiam diuidi est, scilicèt separari ab eo cum quo erat vnio. Isthoc modo etiam rationalis anima est diuisibilis à singulis partibus corporis, & hoc habet formaliter per quantitatem, quæ est ratio diuisionis. Differt autem anima rationalis ab alijs animabus brutorum, quòd illæ ex natura sua, scilicèt ex origine, qua educuntur à materia, & quia sunt corporeæ, quę nequeunt separari à corpore, sunt diuisibiles isto modo: anima autem rationalis ex origine sua indiuisibilis est, & extra corpus potest subsistere simplex absque noxa diuisionis.

Formæ substãtiales inanimatorum, & aliquorum viuentium sunt in se ipsis diuisibiles substantialiter.

Sunt diuisibiles quantitatiue per compositum.

Animæ perfectorũ animantium sunt in se ipsis indiuisibiles.

Sunt per compositũ aliquo modo per accidens diuisibiles quantitatiuè, non in se ipsis, sed vt diuisa parte cõpositi anima ab ea diuidatur.

Sic anima rationalis in se ipsa indiuisibilis, quòd sit diuisibilis a singulis partibus corporis habet formaliter per quantitatem.

Discrimen huius diuisibilitatis vtrobique.

42. Nulla ergo sunt argumenta, quæ prohibeãt id quod scitum est dicere, scilicèt nudam materiam esse generationis subiectum, & nudam coniungi cum forma substantiali.

CAPVT VIII.

Nuda materia est indiuiduationis principium.

QVo thesis hæc efficiatur perspicacior, præmittenda quædam sunt, in quatuor partes diuiso capite.

A Prima pars: *De causalitate, & effectibus materiæ.*
Secunda: *De causalitate, & effectibus formæ.*
Tertia: *Materia sine forma existere non potest etiam diuinitùs.*
Quarta: *Nuda materia est indiuiduationis principium, eaq; est per quantitatem designata.*

PRIMA PARS.

De causalitate, & effectibus materiæ.

B PRima quæstio agitanda est ad thesim propositam summoperè accommodata, de causalitate materiæ, quæ & alijs disputationibus poterit pernotilèr inseruire.

Sunt qui arbitrentur causalitatẽ materiæ nihilo distingui ab ipsa materia. Et potest hoc explicari, quia sicut Ioan. Scot, credidit inter effectum, & causam non esse mediam actionem; & in creatione ex nihilo diximus; necessariò id esse confitendum: ita inter materiam, & suum effectum, non erit necessaria media aliqua causalitas; atque hac ratione solo intelligendi modo distinguitur causalitas à materia. Alio exemplo potest hoc explicari, videlicèt quòd causalitas materiæ non sit res distincta à materia; sicut & passiua potentia (vt probabilior opinio asseuerat) non distinguitur à materia. At verò in eandem sententiam se conijciunt ij, qui existimant solam relationẽ causalitatis addi materiæ. Cum enim causa non exerceatur per relationem, sed per absolutum, si sola relatio addatur materiæ, causalitas quæ est exercitium causæ, nihil prorsus addit materiæ.

C Prima hæc sententia falsa est quacũq; D ratione explicetur. Causalitas enim realis aliquid rei est in rerũ natura existẽs: quocunque enim modo res naturales variantur, aliqua res est qua variantur; vt in causa efficientis genere emanat actio vera res ab agente, qua agens dicitur; & vniuersim in rebus omnibus nõ accidit varietas vlla sine adiectione rei cuiuspiam. Cum ergo materia sit causa realis, quod non erat anteà, hoc ipsum non euenit sine accessione rei alicuius. Exemplum verò de causa efficiente nullum est; nam etsi demus in agente creato ali-

1. pars inscriptionis. De causalitate materiæ.

2. 1. sent. Eam sola ratione à materia distingui.

1. exemplum de efficiẽte saltem creante.

2. exemplum de potẽtia materiæ.

Eadem sent. est, solam relationem causalitatis addi materiæ.

3. Hæc 1. sent. Refutatur.

In rebus omnibus non accidit varietas vlla sine adiectione rei cuiuspiam.
Ad 1. exemplũ Respond. 1.

to aliquandò effectum sine actione, de qua re disputauimus libro 2. ipse effectus noua res est, vnde id à quo oritur sit vera causa. Idem autem effectus non est sufficiens ratio quatenùs oritur ab efficiente, vt materia in qua recipitur sit causa illius, nisi hoc ipsum ostendatur qua ratione sit realis effectus materiæ; & ibi inuenies aliud quid rei, quo sit effectus ille referendus ad causam materialem. Prætereà causa efficiens efficiẽdo non mutatur, cum possit efficere aliquid extra se: materia verò est causa effectus coniuncti cum materia, & ideò necesse est vt causando mutetur, hoc est alio quouis modo se habeat; res autem alio modo se habens, saltèm ipsum modum realem quo alitèr se habet, acquirit. Id etiam quod dicitur de potentia passiua materiæ non est ad rem, quia potentia illa non aduenit materiæ; quarè etsi potentia sit realis nihil hoc indicat esse à materia distinctam, vt posteà consulemus: causalitas verò materialis hic & nunc accidit materiæ, & in generatione succedit noua causalitas; ergo accessione aliqua rei, ea causalitas materiæ additur. Eisdem rationibus comprobamus eam causalitatem non esse relationem causæ, quæ in causalitate, siue in exercitio causæ fundatur.

Respond. 2. Causa efficiẽs cũ efficiat extra se, non est necesse, vt alio modo se habeat: secùs de materiali.

Quidam nouam cudunt opinionem, quòd causalitas materiæ sit ipsa actio agentis recepta in materia. Itaque sentiunt eam ipsam actionem vt pendet à materia esse causalitatem materiæ. Hoc autem videntur sibi ostendere euidentissimè; quia generatio immediatè pendet à materia, non per quid medium; ergo ipsa generatio vt sic pendens à materia, est illius causalitas: est etiam generatio inter materiã, & formam; hoc autem est propriũ causalitatis, vt causam & effectũ interiaceat. At verò transacta generatione, nouam causalitatem in materia coguntur ponere, quam aiunt esse vnionem cum forma; quæ vnio non sit actio, sed modus quidam realis, & vtriusque partis vinculum: & hanc vnionem similitèr vt à materia pendet, esse aiunt ipsammet causalitatem materiæ.

Ad 2. exemplũ Potẽtia passiua non aduenit materię: causalitas maximè.

Eadem sent. addens relationẽ causæ, similitèr refutatur.

4.

2. sent. *Soar. in met. disp. 32.* esse actionem vt pẽdet à materia, & vnionem succedẽtem.

In hac opinione nihil est quod possit probari. Imprimis illud non est permittendum, vt duas causalitates in materia ponamus, alteram in generatione substantiæ, alteram in illius duratione; cum ab instanti generationis eodem se se habeat modo cum forma materia: ergo eodem modo extat vtriusq; causalitas. Et illud magis mirandum, quòd cum illa vnio si qua est, necessaria sit in ipso instanti generationis, in quo partes vniuntur, non libuerit ponere eandem causalitatem materialem in illo instanti, scilicèt vnionem.

Quoad actionem, argum.

Quoad vnionẽ, declaratio.

5. Hæc sententi. improbatur 1. quoad successionem illam causalitatis.

Improbatur 2. quoad eandẽ.

Post hæc, vnio, quæ non sit actio, sola est relatio, aut vnitas compositi, neque aliud fingi potest vel etiam cogitando, vt posteà enarrabimus: cum ergo causalitas, quæ est cõcursus realis causæ, non sit relatio, vt liquet; & cessante generatione nulla sit actio media inter materiam, & formam; conseruatio quippè rerum non est actio, sicut neque creatio, vt libr. 2. docuimus; necessariò colligitur, confictam esse & non veram causalitatem illam materialem, quam dicunt vnionem. Deindè quid refert actio ad causalitatem materialem? actio enim agentis est, & generatio generantis; causalitas autem materialis est propria materiæ. At verò actio ita est materiæ, vt & quæuis forma à materia recepta; quasi sit materiæ id quod materia recipit, veluti possideat. Nulla ergo ratio indicatur, vt actio recepta in materia sit causalitas illius: nisi fortè quia est id quod primò recipitur. Sed minimè cogitarunt, eo ipso quòd actio recipitur in materia non esse causalitatem: nam ipsum recipere est causalitas materiæ, quæ est cuiusque formæ, siue actionis receptaculum.

6. Improbatur 3. quoad vnionẽ

Improbatur 4. quoad actionẽ

Causalitas materialis est propria materiæ

Argumentum verò quod arbitrantur palmarium esse, per incogitantiam proponitur; aiunt enim generationem pendere ab ipsa materia absque medio: nam hoc ipsum quod aiunt, pendere, est medium inter materiam, & actionem; nam pendere ab aliquo est ipsa causalitas; at verò præter causalitatem inter res ipsas nullum est medium; hoc enim libentissimè confitemur.

Obiectioni occurritur.

Eo ipso quòd actio recipitur & pendet à materia, non est causalitas.

Dicendum ergo est cum alijs id, quod certè videtur perspicuum, & æquissima ratione constare, causalitatem materialem esse modum quendam realem additum materię, quo videlicèt alio modo se habet, dum actu sustinet istam formam, & alio modo reali, & diuerso, dum illi formæ, vel alteri subijcitur. Ecquis enim dubitet quin causalitas materiæ,

7. Ad argum.

I sum recipere, & pendere est medium inter materiam, & actionem.

8. 3. & vera sent.

Esse modum quendam realem additũ materiæ, aliũ, vel aliũ, prout hęc vel illa forma in ea recipitur, qui modus est recipere actu.

Probatur.

Materia est natura receptrix.

quæ est natura receptrix sit recipere actus; recipere autè antecedit quicquid recipitur. Quicquid igitur excogites aliud in materia, hoc ipso quòd aliud est, non est eius causalitas. Commonstratur sic, Quicquid non est recipere, & est in materia, recipitur in illa; ergo recipere antecedit: recipere autem est causalitas materiæ; ergo quicquid aliud animo mediteris, causalitas materiæ non est. Quo eodem argumento comprobamus, actionem siue generationem non esse causalitatem materiæ; quia recipitur in materia; subiectum enim in actu, antecedit actionem, & recipit illam. Aliud est ergo recipere, & aliud actio quæ recipitur; est enim materia subiectum generationis, & est per generationem mutabilis, hanc ipsam generationem, siue mutationem recipiens in genere causæ materialis.

Quicquid nō est recipere, & est in materia, recipitur in illa.

Generatio recipitur in materia.

9.

Occurrit tamen statim ipso intuitu illud dubium, Ille modus realis materiæ additus vnde oriatur, siue quam habeat causam? Et moliuntur illicò progressionem in infinitum, quia ille modus qui est causalitas materiæ, recipitur in materia: vnde alia causalitas materialis media erit, & illa per aliam deducenda, vt nusquam tandem desistamus. Quidam respondent, materiam per se ipsam prorumpere in illam causalitatē; vt agēs adhibito subiecto in quod operetur, per se ipsum prodit in operationem. Sed hoc videtur impossibile, vt aliquid rei sit in rerum natura nouum, antea non existens, & nunc existens, quod non habeat effectricem causam.

1. Dub. de causa istius modi.

Ratio dub. inferens, progressionem infinitam in genere causæ materialis.

Existimatio *Conimbric. lib. 2. Phys. q. 8. cap. 7.*

Reiellitur.

Nihil nouum existit sine efficiente.

10.

Primùm ergo constituendum est, potentiam passiuam materiæ nullatenùs distingui re ipsa à materia. Quæ in re etsi dissideamus fortè à Comment. libr. 2. Physic. tex. 70. & à Themistio, tex. 69. ponentibus istam potentiam passiuam quasi affectionem, siue proprietatem materiæ. Sentimus tamen cum S. Thoma eodem libr. Physic. text. 79. & 1. p. q. 5. art. 3. ad 3. & q. 77. art. 2. ad 2. & libr. 1. contra gent. cap. 43. & lib. 1. sententiarum, dist. 13. q. 4. art. 2. quem sequuntur plerique Thomistæ, affirmantes non esse quid additum materiæ potentiā passiuam ad recipiendam formam.

Pro resolutione prǽsciendū.

Potētia passiua materiæ nō est proprietas distincta re ipsa à materia, contra *Comment. Themist. S. Thomas.*

11.

Nomen, potētia, nihil addit rei, quæ est potentia, sed significat principium à quo aliquid est,

Obseruandum enim est quòd hoc nomen, potentia, nihil addit rei, quæ est potentia, sed est nomen commune significans principium alicuius, siue in ali-

Nomen, potētia, nihil addit rei, quæ est potentia, sed significat principium à quo aliquid est,

quo, à quo aliud potest esse: & ita forma substantialis est etiam potentia remota ad operationem, quia operatio est à forma; nihil ergo additur hoc nomine ad formam substantialem; sed solo modo intelligendi, quia operatio potest esse à forma, intelligimus formam hoc conceptu potentiæ: intellectus autem est potentia addita animæ, sed ipsi intellectui nihil additur hoc nomine potentiæ; sed duntaxat apprehenditur cogitando ipse intellectus, vt forma à qua potest esse operatio; & hoc modo potentia dicitur. A materia autem deducimus formam vt à causa siue principio à quo forma potest esse; & ita hoc nomine nihil addimus materiæ, cum appellamus potentiam. Quæstio igitur in eo versatur vtrùm materiæ addatur aliquid aliud quod sit etiam passiua potentia; ita vt materia sit potentia remota, & illud additum sit potentia proxima? Quibus expensis clarissimè liquet potentiam passiuam non esse quid additum materiæ; quia iam illud additum esset actus materiæ, scilicèt potentia proxima inter materiam, & illius effectum: materiam autem informari actu ante formā substantialem, impossibile est. De potentia autem passiua proxima diuersa est ratio, vt parte sequenti elucidabimus.

Forma substātialis est potētia remota ad operationem.

Intellectus est potentia proxima addita formæ.

Si potētia passiua esset quid additum materiæ, esset actus materiæ, scil. potētia proxima inter materiam, & formam.

12.

Ex quibus colligimus, materiam nihil aliud esse, nisi passiuam potentiam, ita vt nihil omninò præter hoc meditādum sit in materia: aliàs si aliud quid esset in materia quod non esset potentia passiua, iam esset potentia hæc à materia distincta. At verò à potentia passiua nihil oriri potest, tanquàm à causa efficiente; cum omnis emanatio rei cuiusque sit à forma, quæ est rebus omnibus efficiens causa. Nulla ergo ratione fingi potest vis aliqua, aut energia materiæ, indita ab Auctore naturæ, à qua proficiscatur realis causalitas materialis, quæ est res quæpiam ex natura rei distincta à materia: sed necessarium est indagare illius rei, quam dicimus causalitatem materialem, causam aliquam effectricem à materia distinctam; quæ videtur non obscura demonstratio.

Consect.

In materia nil aliud meditandum, nisi passiua potentia; alias iam esset potentia hæc à materia distincta.

Illatio demōstrata:

Nulla est vis aut energia indita materiæ, à qua sit causalitas materialis.

13.

Credimus igitur id quicquid rei est, à generante oriri in materia prima; & in materia secunda, quæ est substantia, oriri similiter ab agente, quia sit vtriusque materiæ similis ratio in re proposita.

Resolutio.

Modus ille à generante, siue agente oritur in materia 1. & 2.

Quòd

Fund. Si is modus, scilicèt, receptio materialis non penderet ab actione agẽtis productiue formæ; hæc autem omnino intercepta, esset in materia illa receptio sine forma.

Quòd causalitas materialis sit ab agente, siue generante probatur, quoniam si à materia per se oriretur causalitas, dum agens propinqua est, absque dependentia ab agente; intercepta actione, quæ ab agente oritur per Dei potentiã, materia de se educeret illam causalitatem; & ita esset in materia causalitas materialis sine forma; siquidèm sine actione agentis nulla forma producitur. Hoc autem nequit intelligi vlla ratione, cum causalitas materialis sit ipsa receptio formæ; necesse ergo est, vt ipsa receptio pendeat ab agente; & ita receptio materialis sine actione agentis esse non B potest.

14. Obiectio.

Sed videmur in angustum impelli. Nihil enim agens agit, nisi actione, cum agere sit effectus quasi formalis actionis; ergo illam causalitatem materialem non agit, nec efficit agens, nisi per actionem; ergo actio antecedit causalitatem: sed ipsa actio recipitur in materia, & supponit causalitatem materiæ; ergo illa causalitas non est effectus actionis, atque adùo nequit agentis effectus est.

Responsio.

Respondeo non est agens producere formam in subiecto, ita vt prius attingat subiectũ, quàm producat formam ordine quodã C naturæ; attingit autem subiectum actione sua, quæ priùs naturâ est in subiecto, quàm forma per actionem producta: quamobrem per ipsam actionem efficit causalitatem materialem, qua subiectũ recipit formam; & ista causalitas materialis, quæ per actionem efficitur, antecedit formam per actionem productã. Quod superioribus argumentis confirmatur satis. Tota ergo difficultas est de ipsa actione, quæ in subiecto recipitur; necesse est enim vt subiectum antecedat actionem causalitate sua materiali: illa autem causalitas non videtur esse ab agente, siquidèm nõ est actionis effectus. Sed huic quoque obiectioni in loco occurritur, si dicamus eam causalitatem esse ab agente non per actionem, sed naturali consequentiâ; sicut Ioannes Scotus dixit à causa efficiente oriri effectũ, non per actionem mediam, sed immediatè. Nos verò longè distamus ab Scoto: omnẽ enim formam ab agente emanantem, saltèm in subiecto extraneo, diximus per actionem transeuntem produci; quæ est media inter effectum, & causam. Sed accidit quoque aimus vt

Prius fit actione agentis receptio formæ, quàm ipsa forma.

Replica de receptione actionis qua fit receptio formæ.

Occurritur.

Prior receptio est ab agẽte; non per actionẽ, sed immediatè, naturali consequẽtiâ, seu hoc postulante natura rei.

Declaratur ex doctrina Scoti, licèt falsa.

Agens efficit omnẽ formã per actionem.

A à causa efficiente aliquid oriatur sine media actione: nam actio ipsa ab agente est sine medio. Et in actionibus immanentibus indicauimus exempla alia lib. 2. sicut ergo actio est ab agente non per mediam actionem; ita necesse est vt illa causalitas materiæ, quę ipsam actionem antecedit, sit ab agente immediatè & non per aliam actionem: hoc enim ipsum postulabat natura rei. Respondemus ergo ad argumentum agens efficere omnem formam per actionem; sed non omnia per actionem efficere, siquidèm ipsa actio non fit per actionem: & eodem modo causalitas materialis, quæ efficitur ab agente non efficitur per mediam actionem.

Non tamen efficit omnia per actionem. Exemplum de actione vniuersim. Item de actione immanẽte, vt lib. 2. cap. 2. p. 3. n. 11.

15. Ad rationem dub.

At verò argumentum aliud iamprìdèm commemoratum de progressione infinita in genere causæ materialis, nullius efficaciæ est. Nam causalitas materialis, quæ est ipsa receptio formæ, non est recepta; sed est ipsa receptio; sicut existentia non existit: aliàs in existentijs quoque iremus in infinitum. Sed neque ista causalitas est actus quasi informans, sed est in actu extra nihil; sicut ipsa materia prima: quare non consequitur, vt ante causalitatem primam materialem, quæ non est actus, sed est potentia in actu exercito, cogitemus aliam causalitatem materialem, ad istam recipiendam; quæ causalitas prima, est ipsa materia cum isto modo reali.

1. Solutio. Ipsa receptio formæ non est recepta. sicut existentia nõ existit, &c.

2. Solutio: Causalitas materialis no est actus quasi informâs, sed est potentia in actu exercito.

Succedit autem hoc loco dubium, vtrùm potentia passiua proxima materiæ dispositæ, sit ipsa causalitas materiæ, an nuda materia, aut aliud quid additũ? Res certè est dubia, & dictu non facilis. Nam si dicas potentiam proximam esse ipsam materiam, illud obest, quod expediri non potest: cum enim ea potentia proxima sit realis, & non semper insit, necesse est esse materiæ additam. Præterea, potentia indifferens non potest fieri propria, nisi aliqua reali adiectione, vt de causalitate materiali philosophati sumus: sed potentia ista proxima in materia, iam est propria, ita vt de illa necessariò educatur hæc forma, & nõ alia; ergo potentia hæc proxima, non est ipsa materia, sed quid materiæ additũ. Hoc autem secundum si placeat, vt ponamus in materia potentiam proximam tempore præcedente generationem, hoc ipsum faceſsit ſummam difficultatem.

16. 2. Dub. Potentia passiua proxima materiæ dispositæ, quid sit?

1. Responsio: esse nudã materiam.

Improbatur 1. Ea potẽtia nõ semper inest.

Improbatur 2. Ea potentia in materia iã est propria, ac proindè aliquid materiæ additum.

Difficultas est quidnam illud est additum, & quo instanti primùm incipit?

Quid enim illud est additum? Addere autem ea quæ non nouimus, profectò est ruditer philosophantis. Et iterum quidnam accidens illud est? Quo instanti primùm incipit? Non enim simùl cũ motu incipit; quia potentia proxima est perfecta in fine motus, & in nullo instanti signato est proxima potentia, sed in tempore præcedente vsque ad instans generationis.

17.
2. Responsio. Eam potentiã esse ipsa accidẽtia præparãtia materiam.

Quòd si quis respondeat potentiam proximam non esse aliquam qualitatem in specie, & genere constitutam, sed esse ipsa accidentia præparantia materiam. Hoc non videtur esse probè dictum: nam potentia ista proxima est passiua; accidentia autem etsi concurrant in genere causæ materialis, tamen nullo modo, nulloque sensu, aut loquendi vsu dicuntur recipere formam geniti. Alia ergo est passiua potentia proxima materiæ.

Improbatur. Accidentia etsi cõcurrant materialiter, nullo modo dicũtur recipere formã geniti.

18.
3. Responsio: Esse materiam simul & accidentia.

Posset quis dicere potentiam passiuã proximam esse materiam simul, & accidentia quibus illa præparatur. Sed hoc est absurdum, quia materia cum ista potentia proxima est generationis principium, quod est substantia, aut pars substantiæ; & non est aggregatum ex substantia, & accidentibus.

Improbatur.

19.
Resolutionis 1. assertio: Ea potentia nõ est materia cũ addito quod sit accidens.

Arbitramur itaque dicendum, potentiam passiuam proximam esse ipsam materiam aliquo addito, non aliquo accidenti, sed aliqua causalitate materiæ, quæ cũ accidentibus coniungitur: neq; enim quicquid aduenit præexistenti est accidens, vt videre est in compositione suppositi, vbi proprietas aduenit naturæ, & non est accidens. Quòd si iste modus realis quo coniungitur substantia completa cum accidente non sit modus substantialis (quam quæstionem agitabimus tom. 4. Deo hoc dante) non tamen est actus inhærens, sed est modus substantiæ proprius in genere causę materialis: & similis fere modus realis inuenitur in materia, quando coniungitur cum his accidentibus, etsi non sit proprium subiectum accidentium. Materia ergo ipsa, vt est cum accidentibus præparantibus coniuncta, est potentia proxima; & ista potentia proxima non est accidens, sed est materia cum nouo quodam modo reali.

Modus additus substantiæ cõpletæ, sc causalitas, qua cum accidẽtibus cõiungitur, si nõ est modus substantialis, saltem non est actus inhærens.

Similis ferè modus est in materia 1.

20.
Annectitur explicatio ad illud, quomodo dispositiones

Hìc autem explicandum est, quomodo accidentia disponẽtia, quæ non sunt in materia, sed in composito quod corrumpitur, disponant materiam? quia enim materia est potentia passiua recipiendæ cuiuscunq; formę, & agens creatum non generat subitò, sed per dispositiones præcedentes; illa potentia materiæ quæ est indifferens ad omnem formam, per ista accidentia appropinquat ad hanc formam substantialem potiùs, quàm ad aliam. Nam etsi non informetur accidentibus, coniungitur tamen cum illis reali coniunctione per ipsum compositum cuius est pars. Et ita illa potentia indifferens per vltimam dispositionem fit propinqua potentia ad istã formam, & trahitur ad illam.

Est igitur (vt quæstioni propositæ respondeamus) potentia passiua proxima, ipsa materia cum sua causalitate materiali, qua coniungitur cum accidẽtibus, quibus dicitur præparata: & ista causalitas materialis vel est modus realis additus materiæ: vel si hoc non placet, eò quòd materia non informatur accidentibus, saltem est modus realis totius compositi, quod accidentibus informatur. Et per ipsum compositum coniungitur materia reali coniunctione cum accidentibus.

Materia ergo cum sua causalitate materiali, qua saltem per compositum cõiungitur cum accidentibus, est proximè disposita, & dicitur potentia proxima: siue ista causalitas materialis sit ipsa eadem qua recipit formam, & per compositum cum accidentibus cõiungitur noua causalitate compositi recipientis accidentia: oportet enim in re ipsa aliquid noui inesse, vt probatum est. Siue (quod magis placet) ista causalitas materialis, non sit eadem qua materia recipit formam: sed noua causalitas ipsius materiæ, & modus realis additus. Quia tametsi materia non informetur accidentibus, nouo tamen quodam modo, & reali ipsa sustentat vt primum subiectũ etiam accidentium. Et materia cum ista noua causalitate qua sustinet accidẽtia, præparatur per illa, & dicitur potentia proxima de qua res gignitur.

Aliud dubium est quod disputando versemus, quis sit effectus materiæ? Hoc vt absoluamus, aduertere opus est, effectum esse, & dici id quod ab alio pendet; à materia autem pendet forma cõpositi, & ipsum compositum, & vtrumq; est

quæ non sunt in materia, ea disponant?

Potentia materię indifferẽs fit propinqua ad hanc formã per vltimã dispositionẽ, quã causalitate sua sustinet, & cũ qua realiter cõiungitur saltem per compositũ, licèt illã non informetur.

21.
2. Assertio. Ea potẽtia est ipsa materia addità sua causalitate qua cõiungitur cum accidentibus, quæ eam disponunt.

22.
Declaratur 2. assertio.

Causalitas qua materia sustẽtat accidentia, non est eadem qua compositũ recipit accidẽtia.

Nec est eadem qua materia recipit formã.

23.
2. pars inscriptionis. De effectibus materiæ.

1. Effectus est forma:

Hæc pendet à materia quatenùs de illa fit non nuda, sed dispositâ proxima dispositione, vt n. 24.

est effectus illius diuersimodo: forma enim quæ è materia educitur, pendet ab illa quatenùs de illa fit, & quatenùs habet esse pendens à materia: pendet forma à materia, vt fiat de illa propter præcedentem dispositionem, vt in 1. p. inscriptionis elucidatum est. Et ita forma fit non de nuda materia, sed de materia dispostra proxima dispositione, adhuc existente materia sub forma corrupti; & ita fit de materia disposita, non in instanti generationis, sed in tempore præcedenti, modo iam explicato.

24.

Pendet 2. à materia, quatenus sustinetur in illa.

Pendet alio modo forma à materia, non vt fiat de illa, sed vt quasi sustineatur in illa, & fulciatur illa: quo pacto pendet forma à materia eodem semper modo, ab instanti generationis quousq; illud genitum duret. Et ita pendet forma à materia nuda, cuius causalitas est ille ipse modus iam explicatus recipiendi formam. Pendet etiam forma à materia disposita dispositionibus conseruantibus, quatenùs materia est cum illis coniuncta; vt diximus de antecedentibus dispositionibus: sed hæc dependentia est posterior, illa prior; quia ante formam nuda materia intelligitur, non solùm in instanti generationis, sed etiam toto tempore rei genitæ: semper enim causalitas materialis recipientis est immediata, scilicèt nudæ materiæ recipientis nudam formam; recipere enim formam, & habere formam, hoc solùm differunt, quòd recipere significat nouitatem, scilicèt quãdo materia recipit formam quam non habebat antea, sed causalitas eadem est in generatione, & in genito, scilicèt receptio illa aut noua, aut perseuerans, qua nuda materia recipit formam.

Sic pendet à materia nuda.

Item sic pendet à materia disposita dispositionibus conseruantibus.

Hæc dependentia est posterior, illa prior toto tempore rei genitæ.

Ratio.

Recipere, & habere formã ne nõ differũt.

Eadem est receptio aut noua, aut perseuerans, qua nuda materia recipit formam.

25.

Forma materialis sicut fit de materia, ita pendet ab ea secundũ esse.

Pendet autem forma materialis à materia secundum esse; quia forma ista materialis sicut de materia fit, ita est quid imperfectum quod non potest esse per se, nisi simul cum materia; tum ob communem rationem, quia est pars, quæ sine alia parte existere non potest; tum etiam ob causam specialem, quia forma materialis est duntaxat forma materiæ, sicut materia est pura potentia; sicut ergo non potest intelligi quòd sit materia sine forma, quia est pura potentia; ita neque intelligi potest quòd sit forma materialis sine materia, quia est pura forma materiæ, quæ in se non subsistit,

1. Ratio communis, sc. partis materialis.

2. specialis, sc. formę materialis.

Forma materialis est pura forma materię. sicut materia est pura potentia.

A sed in materia. Dependet ergo forma à materia vt à fundamento, sine quo non potest ipsa existere; & idcirco dependet à materia secundum esse, licèt ipsa forma det esse materiæ, quia hoc ipsum esse quod est à forma, vt dicemus hoc libro, non habet forma per se nisi cum materia coniuncta. Anima autem rationalis sicut non fit de materia, ita neque pendet ab ea secundum esse; quia potest subsistere per se, & habet esse per se separata à materia; sed pendet à materia secundum esse compositi, vt est pars actu illius; quia illud esse compositi non potest anima rationalis participare, nisi in materia. Hoc autem non est animam rationalem pendere à materia, sed causalitatẽ animæ pendere à materia, quod verissimum est. Itaque informatio qua anima rationalis informat materiã, scilicèt ipsa causalitas formalis; & effectus eius, pendet à materia vt docet S. Thomas quæst. vnica de anima ad 12. & Hẽric. Gandau. quodlib. 6. q. 14.

Obiectioni occurritur.

Ipsũ esse quod est à forma, nõ habet forma per se, nisi cum materia coniũcta.

Anima rationalis sicut non fit de materia, ita neque pendet ab ea secundum esse.

Pendet à materia secũdum esse compositi, quod est causalitate animæ informationem, & effectu eius pendere à materia.

S. Thom. Gandau.

26.

2. Effectus materiæ est compositum.

Hæc pendet à materia per formam modis iam dictis.

Alter effectus materiæ est compositũ, quod pẽdet à materia per formam, modis iam dictis; pendet enim compositũ à forma, quæ dat esse essentiæ in genere causæ formalis, & à materia quæ sustentat formam, pendet ipsum compositum eadem causalitate, materiali, qua forma ab illa pẽdet; vnde immeritò negat Auicenna lib. 6. Metaph. tract. 2. c. 4. & Albert. Magn. lib. 2. Physic. tract. 2. cap. 1. materiam esse causam formæ, cũ potiùs materia per hoc quod est causa formæ, sit etiam forma compositi. An verò hæc causalitas materialis sit eadẽ numero ad formam, & ad compositum, parũ interest rei philosophicæ: ea enim disputatione tractare æquum est, sine quibus non possunt intelligi, quæ scitu vtilia sunt; reliqua aut mittenda, aut perstringenda breuiter. Sed quia ea causalitas per formam ad materiam protẽditur, potest dici aliquo modo eadem; diuersimode tamẽ se habet ad vtrũque; nam forma quidem recipitur in materia, non verò compositum: ipsa tamen compositio partium reuocatur ad genus causæ materialis; ità vt forma quæ est causa formalis compositi, quatenùs componit illud, & est pars illius, munus causæ materialis obeat cum materia.

Probatur contra *Auicen. Alb. Mag.*

Obuium dubiolum de causalitate materiali.

Notandum.

Solet etiam inquiri vtrum in his rebus quę sunt effectus materię, scilicet in forma,

Respons. Aliquo modo eadem est causalitas materialis ad formã, & ad cõpositum

27.

Quæstiũcula: Vtrũ informa

& compositō esse effectū materiæ sint modi reales additi?

Pro parte neg. ratio.

forma, & compositō, hoc quod est esse effectum materiæ sit quid additum rebus ipsis? & videtur non esse additum, quia cum materia modo quodam reali formam recipiat, forma verò alio modo reali informet materiam; hoc satis erit vt sic materia informata, & forma recepta, quo vtroque constat compositū.

28.

Pars affirm. tenenda.

Nihilominùs dicendum est, hoc quod est esse effectum in materia, & forma, esse modos quosdam reales additos. Illud autem præmittendum, non sic accidere in genere causæ efficientis; quia agens per id quod operatur extra se, non immutatur; & effectus agentis hoc satis habet noui, quòd de nouo existit in rerū natura; & ita res ipsa est noua, & est agētis effectus absque vllo addito. At verò materia non solùm alitèr se habet dum actu exercet officium suum, quæ est causalitas materialis; sed alio quoque modo se habet, dum per formā perficitur, qui modus alius in materia, est à forma prout materia ab illa pendet: & forma similitèr habet quendam modum realē, dum à materia sustētatur; alio enim modo se habet sic fulta à materia, & alium modum realem obtinet dum materiam perficit, quæ est causalitas formalis. Et ita in materia, & forma causalitas est modus realis, solùm modalitèr distinctus ab alterutra; & in vtraque prout est effectus alterius, est alius modus realis iam declaratus.

Secùs in genere efficientis.

Disparratio.

Res effecta ipsa est noua, & agētis effectus absque vllo addito.

Materia alio modo se habet, dum per formam informatur.

Item forma, dum à materia sustētatur.

29.

Circa prędicta, obseruanda quædam.

1. Obseruand. Omnes hi modi sunt ab agēte.

Quædam tamē obseruanda sunt. Primum, quòd hi omnes modi sunt ab agēte: nam in genere causæ materialis, & formalis nihil efficitur; omnis autem res habet efficientem causam: ergo hi modi reales efficiuntur ab agente, non verò à materia, aut à forma.

30.

2. Obseru. De multiplicatione modorū

Secundum est, non esse hæsitandum multiplicare modos reales, vbicunque ratio hoc persuadet. Nihil enim nouum potest cogitari in natura rerum, sine aliquo modo reali addito.

31.

3. Obseru. De ordine in his causis, & effectibus.

Tertium est, ordo in his causis, & effectibus. Primùm enim extat causalitas materialis, quæ est materiam sustinere formam. Secundum, eius effectus, qui est formam sustineri in materia. Tertiū, causalitas formalis, quæ est formam informare materiā. Quartum est effectus formæ, qui est materiam informari. Vltimum est compositū, quod est effectus vtriusque partis.

A

B

C

D

Adhùc illud aduertendum, quòd non omnis causa materialis est propria materia, vt diximus; nam & forma ad compositum concurrit in genere causæ materialis, & ad recipienda accidentia in composito: at verò ab ea causa materiali, quæ non est materia, dependentia effectus non est res addita, siquidèm effectus non est in ipsa causa, vt forma in materia. Et idcircò de sola materia prima, aut secunda loquimur; cum illos modos reales addimus: aliàs non erit necessarium illos modos addere.

32.

4. Obseru. Etiā forma cōcurrit in genere causæ materialis ad compositum, & ad recipienda accidentia in cōposito, vt cap. 7.n.8.& 17.

Soli materiæ 1. aut 2. addendi modi illi reales.

Postremum est quòd dicēt hactenùs dixerimus, causalitatem materiæ esse ipsum recipere formam, modo communi loquendi loquuti sumus: ipsa enim causalitas valdè occulta est. Nam si hæc sint perspicaciùs discernenda, recipere, & habere idem sunt, vt anteà diximus: & in hoc differunt, quòd recipere significat nouitatem; habere autem est effectus formæ in materia; quarè & recipere effectus est formæ, sicut & habere est effectus formæ. Et hoc confirmatur auctoritate Sancti Thomæ dicentis quòd terminus operationis est habere; quod maximè cernitur in productione formæ accidentariæ, in qua ipsum subiectum habet formam, & is est terminus operationis. Nam in generatione subiectum est materia prima, quæ in fine operationis habet quidèm formam; non tamen is est terminus præcipuus, sed compositum quod esse acquirit, vt vltimum terminum generationis. Perspicuum igitur est quòd habere, in materia est effectus formæ, & terminus operationis: causalitas ergo materialis est quòd materia actu se præbeat, & exponat formæ ad sustinendam illam. Et hoc quoque potest dici recipere, hoc est, præbere se, vt sustentaculum, & fulcimentum, seque supponere: sed recipere, vt indicat habere, est effectus formæ, non causalitas materiæ.

33.

Vlt. Obseru. Recipere vt indicat habere non est causalitas materiæ, sed effectus formæ.

Declaratur, vt n.22.

Confirm. ex *S. Thom.*

Recipere pro sustentare est causalitas materiæ.

SECVNDA PARS.

De causalitate, & effectibus formæ.

1.

1. pars inscriptionis.

1. certum ex p.1.n.10.& 12.

DE causalitate formæ quædam sunt quæ constant ex dictis, videlicèt formā per se ipsam absque vllo medio, sed nudam ipsam formam informare materiam, quod ex Aristot. accipitur 8. Metaph.

Forma nuda & sine medio informat materiam.

Aristot.

Metaph.cap.6.& lib.2.de Anima,cap.1. Et Comment. com.7. Et idem docet S. Thom.2. contra gent.cap.70.& 1. p. q. 76. art.7. Durand. in 2. d. 12. q. 2. Et Ioann.Scotus,q. 1. cum alijs.

Comment. S. Thom. Durand. Scotus.

Vnde colligimus in forma non esse meditandam vllam potentiã, quia cum forma semper sit in actu causalitatis suę, non intelligitur vt potentia a qua possit aliquid esse, sed vt actus quo aliquid est. Vnde Aristot. diuisit potentiam in actiuam, & passiuam; formalem verò potentiam non dixit. Sola est anima rationalis quæ non semper est cuusa in actu, cum extra corpus existat; sed prout est forma corporis, necesse est vt sit actu causa. Quamobrem in diuina generatione principium formale geniti dixit S. Thom. passiuam potentiam, vt more loquendi Philosophico nullam adderet potentiam præter actiuam, & passiuam. Quòdsi libet aptitudinem illam siue naturalem accommodationem,& coaptationem, qua anima rationalis apta est informare corpus, potentiam appellare, certè illa nihilo distincta est ab ipsa anima; sicut neque potentia passiua à materia distincta est re ipsa. In libr.de causis propositi. 3. esse, quod est effectus animæ, dicitur operatio animæ. Sed ea loquutio est impropria : operatio enim est potentię actiuæ,aut passiuæ:ibi verò accipitur operatio pro effectu.

2. Consect. vt ibidem.

In forma nõ est meditanda vlla potentia, sed tãtũ actus.

Ex Aristot. diuisio potentiæ.

Ipsa anima rationa. prout forma corporis, est causa actu.

S. Thomas annuit diuisioni.

Illud quoque ex dictis constat, quòd causalitas formalis non est vnio partiũ, vt quidam arbitrati sunt; siquidem vnio vt probatum est, aut actio est, aut relatio, aut minus propriè loquendo ipsa vnitas compositi vnio dicitur;vinculum aliud partium nullum est.

Aptitudo ad informandum corpus si dicatur potẽtia,nõ est distincta ab anima.

Exemplũ materiæ.

Aristot. explicatur.

Atqui de causalitate formali hoc quoque perspicaciùs cõmonstrabimus, illorum proposita sententia. Quantum enim potest percipi ex verbis conferendis aiunt, vnionem esse ipsam formam in materia : & formas quidem materiales quasi inhærere materiæ, quia pendẽt ab illa;rationalem formam quæ non pẽdet à materia, duntaxat vniri materiæ prout est in illa,quã dicunt puram vnionem: eam vnionem siue pura sit vnio sine inhæsione, siue sit inhæsio in formis materialibus, non esse à forma distinctam; eamque esse vinculum partium inter se; & eandem esse causalitatẽ omnium causarum mutuam, & in singulis A causis ortam in suo genere. De generatione autem quam dixerant esse causalitatem materiæ, non explicant vtrum sit etiam eadem causalitas formæ.

3. 2. Certum ex dictis p.1. n.8. contra *Soar.* cuius est 1. sẽt.

Causalitas formalis non est vnio partium.

Probatur 1. vt ibidem.

Primùm illud mirum est, quòd istam vnionem dicant esse causalitatem agentis; causalitas enim agentis est actio:hãc verò vnionem esse aliud aiunt ab actione.Nam & transeunte actione generantis, manent partes vnitæ; conseruatio autem creatricis potentiæ qua seruatæ durant, non est actio,neque de illa mentionem vllam faciunt. Deinde quòd eadem res sit causalitas materiæ, & formæ, est impossibile; causalitas enim nõ est res aliqua cui accidat esse causalitatem, vt causa dicitur ea etiam res cui hoc additur vt sit causa : causalitas verò nulla alia res est nisi ipsa causalitas, scilicet concursus causæ ad effectum;ratio autem qua materia concurrit, & qua forma, diuersæ sunt, vt liquet; ergo & causalitates re ipsa diuersæ;siquidem nihil est rei causalitas, præter ipsam rationem causandi. Fallũtur verò in eo quod aiunt hoc posse intelligi in diuersis generibus causarum : eadem enim res potest esse causa in vno genere causandi, & effectus in alio genere; quia vtrumq; rei additur & vt sit causa, & vt sit effectus; imò nulla res secundum idem est causa, & effectus, sed secundum diuersa; aliàs idem esset à seipso, si id quod habet causæ haberet ab effectu : causalitas verò quæ nihil rei est nisi sola ratio causandi, non potest esse eadem in diuersis generibus; nihil enim aliud indicat diuersum genus causæ nisi causalitatem distinctam;distinctam, inquam, re ipsa,siquidem definitione distinguuntur indicante quod quid est rei. Probatur hoc idem euidentiùs, nam ordine generationis causalitas materialis antecedit formam;ergo ante formam producta est res ista quam dicimus causalitatem; ergo non consequitur formam, sed antecedit : concursus autem formæ, & causalitas eius, vt formam consequatur, necesse est. Præterea;ergo,id quod impossibile est, causalitas ista esset producta ante formam, & post formam; ita vt ab vtraque oriretur, siue consequeretur vtramque. Quid autem significet formam esse in materia, statim explicabimus.

4. Probatur 2. proponẽdo, & impugnando hanc 1.sent.

1.eius assertũ: Vnionem siue sit dependentia, siue pura vnio, identificari cũ forma.

2.Assertum: Eandem vnionem esse causalitatẽ omniũ causarum.

5. 2. Asserti quoad causalitatẽ agentis, Impugnatio 1. vt p.1. n.6.

Quoad causalitatem materiæ,& formæ, Impugn. 2.

In materia,& forma diuersæ sunt causalitates,& concursus, siue rationes causandi.

Responsio.

Refellitur. Eadem res secundũ diuersa potest esse causa,& effect in diuersis generibus causandi, quia vtrũque ei accidit.

Causalitas cũ sit essentialiter ipsa ratio causandi, non potest esse eadem in diuersis generibus causandi.

Impugn. 3. Ante formam producta est causalitas materialis.

Confirmatur hæc impugn.

6. 2.Sententia *Caiet.*

Thom. Caiet. 1.p. q.76. art. 1. ad 6. exponens

1. eius assertũ: Causalitas formalis est veluti act' 2. & operatio formæ. Approbatur.

exponens causalitatem formalem, ait esse veluti operationem formæ per modum actus secundi. Et hoc quidem scitè docet, quod nos dicimus esse formam actu informantẽ in ipso exercitio; quod Caiet. ait, per modum actus secundi, & operationis: ita vt causalitas formalis habeat se ad formam, vt operatio agentis ad ipsum agens. Quam opinionem insequendo, certum est eam non esse causalitatem materialem, cum hæc materialis causalitas antecedat formam, illa verò formalis consequatur. Et hac in re cum Caietano sentimus.

Non ponit eãdem esse causalitatẽ materialem,

7. 2. assertũ: Eã causalitatẽ vocat vnionẽ. Hinc 2. assertũ 1. sententiæ, sed cõtra mẽtẽ *Caiet.*

Hanc causalitatem formalem ait ipse Caiet. vocari vnionem, quia est fundamentum relationis vnionis: vnde illi forsan acceperunt qui dicunt vnionem esse omnem causalitatem; quam tamen Caiet. (vt obseruauimus) post formam constituit, vtpote per modum actus secundi, & operationis. At verò elucidãs quid tandem sit iste actus secundus interpretatur, quòd formam esse in subiecto est ille actus secundus, siue causalitas formæ, de qua loquimur: & quòd hoc ipsum non est quid medium inter materiam, & formam; neq; est ipsa materia, neque forma, sed est vtraque simul in esse indiuiso.

3. assertum: Is actus 2. est formã esse &c.

Ad hoc ipsũ explicationis 1. pars, qđ non sit vnio media. 2. pars, quid sit.

8. Quoad 1. partẽ, approbatur. Ad cõunctionem partiũ ipsarũ cũ suis causalitatibus sufficiunt.

Consentimus ergo cum Caiet. etiam in re hac, quòd vnio non sit quid mediũ inter materiam, & formam coniungens has partes; nihil enim aliud necessariũ est ad coniunctionem præter ipsas partes cum suis causalitatibus, quibus mutuò pendent ab alterutris.

9. Quoad 2. partem, improbatur. Illud esse indiuisum, cum sit ipsum cõpositũ, est effectus formæ, nõ causalitas.

Verùm id quod Caiet. ait, causalitatem formæ neque esse formam, neque materiam, sed esse vtramque simul in quodam esse indiuiso, impossibile est. Illud enim esse indiuisum in quo forma, & materia coeunt, absque dubio est essentia composita; cum nihil aliud sit in quod duæ istæ partes coalescant: illud verò esse quod est essentia composita, potiùs est effectus formæ, quàm causalitas illius.

10. Vera explic. quid sit illud, formã esse &c.

At verò explicandum iam est, quid significet formam esse in materia. Illud enim esse non significat existentiam, sed inhæsionem quandam, vt aiunt: & ea inhæsio existentiam antecedit, vt hoc libro commonstrabimus. Forma autem inhærens non distinguitur à se ipsa nisi modo aliquo reali: qui modus realis vel accidit formæ ex eo quòd sustentatur à materia, & hic est effectus materiæ: vel accidit formæ ex eo quòd informat materiam, & hic modus est ipsa causalitas formæ.

Est forma inhærens, seu cũ modo reali vel effectus materialis, vel causalitatis formalis.

11. Ex dictis 1. consect. cõtra 2. assertũ 1. sẽt.

Ex quibus colligimus contra priorem opinionẽ, causalitates materię, & formæ esse modos reales diuersos. Contra posteriorem verò opinionem, quæ est Caietani, concludimus causalitatem formalem quæ significatur per hoc quòd forma est in materia, non esse quid conflatum ex forma, & materia, sed esse ipsam formam cum novo modo reali quo informat materiam. Quòd si formam esse in materia designet illud esse essentiæ quod est ex materia, & forma coniunctum, (vt innuit Caietanus) illud certè nihil est nisi ipsa essentia coniuncta ex partibus; quæ non est causalitas formalis, vt Caietanus vult, cum sit potiùs materiæ simul, & formæ effectus.

Iuxta prioris explicationis p. 2. improbatur, vt supra.

12. 3. & verè sent. 1. conclusio cõsect. vt n. 3.

Cõsequitur autem ex his vt vnio formæ cum materia non significet causalitatem formalem: si enim vnio significat illud esse indiuisum quod est compositũ, certè hęc vnio nomine proprio appellatur vnitas compositi, & ea est quæ fundat relationem vnionis, vt lib. 3. diximus. Nulla igitur vnio est nisi vel actio qua partes copulantur, quæ dicitur vnio ab vnitate compositi, quæ ex partibus compactis constat; vel relatio partium coniunctarum fundata in vnitate ipsa, vt S. Thom. docet 3. p. q. 2. art. 8. aut certè vnitas cõpositi vnio dicatur; quod ex ipsis verbis Caiet. extorquetur, qui ait vnionem esse indiuisum quoddam, quod est simul materia, & forma. Illud autem indiuisum quid est aliud nisi cõpositum vnum, cuius vnitas vnio quoq; appellatur, eò quòd confletur ex pluribus copulatis? Itaque à Caiet. accipimus causalitatem formæ per modũ actus secundi; & item non esse aliquid medium inter materiam, & formam quasi vinculum colligans vtrumque: vnionẽ verò præter ipsam vnitatem compositi non agnoscimus, nisi aut actionem, aut relationem. Et inuestigandum iam est, causalitas formalis quid sit.

Vnio non est causalitas formæ.

Vnio præter indiuisũ quod est vnitas compositi, non agnoscitur nisi aut actio, aut relatio, *S. Thom.*

13. 1. Conclusio. Causalitas formę est modus. &c.

Dicendum igitur est id quod superiori disputationi p. 1. capitis est cõsentaneũ, causalitatem formæ esse modum quendam realem ipsius formæ, non antecedentem, sed consequentem formã substantialem,

14. De conditionibus causādi, formæ.

Soar. in Met. d. sect.6.

1. conditio existentiæ.

15. 2. cōditio præsentiæ.

Expenditur.

Formæ ad materiam habent præsentiam secundum locū:

Item secundū substantiā negantèr.

Non producū tur extra materiā, licèt priùs naturâ producantur quàm in materia sint.

Hęc præsentia in formis materialibus est prorsùs necessaria.

In rationali est naturalis.

16. 3. condio præparationis explodítur.

Forma per se ipsam est causa in actu, indigens solo subiecto, cui tribuit esse.

17. Dubiū in hypothesi de anima rationali præsente materiæ, an possit illi se ipsā vnire?

stantialem, siue etiam accidentariam; eadem quippe est ratio causandi in istis formis.

Conditiones causandi quidam formis quoque assignant. Primam, quòd forma existat. Secundam, quòd sit præsens materiæ receptrici. Tertiam, quòd materia sit dispositа.

Secunda conditio præsentiæ, naturalis est omnibus formis. Potest autē hæc præsentia explicari vel secundum locū, quia producuntur formæ in eodem loco in quo est materia in tota illa extensione; vel secundum substantiam negantèr, quia non producuntur extra materiā, licèt prius naturâ producantur quā in materia sint: produci enim extra materiam est, quòd non sint in illo instanti in materia, quod falsum est. Nam etsi priùs naturâ producantur quàm in materia sint, in eodem tamen instanti formas esse in materia, necesse est, & non esse in materia in eodem instanti est impossibile; cum sint contradicentia. Hęc præsentia in formis materialibus ita est necessaria, vt non possint produci extra materiam: in anima autem rationali est etiam naturalis, quia ordine naturæ seruato non potest produci extra corpus; sed virtute diuina potest produci extra illud, siquidem de illo non fit, neque ab illo pendet secundum esse, cum existat extra illud.

Tertia cōditio, quòd materia sit præparata, non probè assignatur. Nam ad causalitatem quidem agentis, & materiæ ipsius, haud dubiè necessaria est; quia neque agens producere potest formam substantialem de materia non præparata; neque materia habet potentiam proximam ad formam, nisi præparetur, & dispositionibus exornetur. At verò ad causalitatem formæ, nihil conducit isthæc præparatio; cum forma per se ipsam sit causa in actu nulla dispositione indigens, sed solo subiecto cui tribuit esse. Animæ verò rationali sufficit præsentia in materia nuda, vt proferat causalitatem informando.

Sed ad rei istius enodationem proponitur non spernendum dubium, Vtrum anima rationalis per se ipsam vniat se materiæ absque alia actione; videlicèt si Deus creet animam rationalem in quodam loco, & denudet materiam corporis existentis in illo loco, vtrum anima per se ipsam copulet se materiæ sic nudæ?

1. Opinio affir. de materia nuda.

Aureol.

Capreol.

Gandau.

Richardus ait hoc probabile.

Argum.

Affirmat Aureolus apud Ioannem Capreolum, in 4. dist. 43. quæst. 2. Et Henricus Gandau. quodlib. 11. quæst. 14. Et hoc probabile tuetur esse Richardus dist. eadem, quæst. 1. Est enim anima ad hoc ipsum propensa vt corpori copuletur; propensio autem indicat efficientem causam; ergo ipsa anima efficiet vnionem istam, & copulabit se materiæ.

18. 2. Opinio affir. de materia præparata.

Argum.

Ait eam vnitionem nō futuram naturalem.

Ratio.

Admittit 3. conditionem.

Alij verò in materia dispositа contentur animam statim copulandam, etiam postquam est à materia separata, si fiat præsens, vt diximus; quia tunc copulatio illa habet causam agentem; non animam ipsam, sed Deum, qui materiam præparet; neque esse futuram illam copulationem naturalem, quia materia post egressum animæ solâ potentiâ Dei potest præparari eadem dispositione, qua per generans affecta fuerat ad animam recipiendam. Quòd si hoc verum est, videtur præparatio materiæ cōditio necessaria ad causalitatem formæ, qua de re differebamus.

19. Huic 2. opinioni alia coniuncta.

1. eius assertū.

Nullam esse actione generantis substantialem ad inducēdam animā rationalem in materiam.

2. assertum.

Ad id requiri dispositionem antecedentem:

Hoc 2. assertū prout arguit 1. opinionē approbatur.

Prout ponit 3. conditionē, improbatur, vt n. 16.

Hæc posterior opinio cum alia coniuncta est, quòd arbitrantur animam rationalem non induci in materiam per actionem substantialem in ipso instanti generationis, sed per solam dispositionem antecedentem: quo fit vt Deus disponens in illa hypothesi sit causa efficiens inducens animam in materiam: & in hoc quidem rectè arguunt Aureolum, & Henricum, qui existimarunt animam rationalem se ipsam inducere in materiam in genere causæ efficientis; hoc quippe falsum est, vt statim commonstrabimus. In eo autem quòd postulant materiam dispositam, si eius rei causa faciunt, quòd existiment dispositionem materiæ esse conditionem causæ formalis, falluntur: nulla enim conditio ea est in causa formali, vt diximus.

20. 1. Assertī cōfutatio 1.

Illud etiam falsum esse conuincitur, quòd nulla sit actio generantis substantialis ad inducendam animam rationalem in materiam: est enim vera hominis generatio, veraque actio substantialis; non qua producitur anima rationalis, sed qua ipsa anima materiæ immittitur:

Exemplum de assumptione humanitatis, quæ est vera actio substantialis.

sicut assumptio humanitatis qua illa copulatur diuino supposito, est vera actio substantialis: & sicut ea actione humanitas, quæ est terminus, non producitur, sed modus realis in humanitate, quo modo subsistit in Verbo; ita & per generationem non producitur anima rationalis quæ est terminus illius, sed modus quidam realis ipsius animæ, quo illa est in materia; & hic modus est ipsa causalitas formalis, quam admonuimus necessariò habere efficientem causam. Hoc idem probatur, quia illa generatio est mutatio substantialis cuius subiectū est materia, & res producta homo, per introductionem formæ in materiam.

Confutatio 2. ex definitione generationis.

21.

Resolutio ex *Scoto, & Capreol.* contra 1. & 2. opinionem: In ea hypothesi, præter præsentiam localē, & dispositiones antecedētes requiri nouā actionē Dei substantialem.

Rectè ergo sentiunt Ioannes Scotus in 4. d. 43. art. 3. & Ioannes Capreolus, q. 2. art. 3. etiamsi in materia dispositā collocetur secundum præsentiam realem anima rationalis, non fore per se ipsam copulandam materiæ, nisi noua actione Dei inducentis illam, quæ esset actio substantialis terminata ad animā cum nouo modo reali vt in materia esset, vti de generatione diximus. Nec sufficeret vt anima collocaretur per localem presentiam in materia, quam animam Angelus in eum locum posset deferre; actio enim locandi non est substātialis: sed alia actio necessaria esset planè diuina, vt induceretur forma etiam in materiam dispositam; esset enim noua mutatio, productis accidentibus, qua produceretur homo. Et illa quidē actio qua ex parte consequitur dispositionem materiæ, videtur esse naturalis, hoc est, consequens naturali consequentia dispositionem proximam ad introducendam formam: sed esset ex parte causæ efficiētis supra naturam; tum quia esset à Deo sine media causa secunda: tum etiam quia esset quædam regeneratio, siue secunda generatio, quæ est naturæ legibus impossibilis; ergo non solùm ex parte dispositionis, sed ex parte causæ, illa noua productio miraculo contingeret: neque esset resurrectio quam expectamus, quia illa erit non præparatâ materiâ; neque erit regeneratio, sed mutatio alia præter omnem causam naturalem.

Illa actio vt cō sequens dispositiones esset naturalis.

Ex parte causæ efficientis esset supernaturalis.

1. Ratio.

Secunda.

Non esset resurrectio, quā expectamus.

Ratio.

22.

Colligitur 3. cōditionis explosio.

Ex quibus omnibus colligimus nihil conducere ad causalitatem formæ præparationem materiæ; neque eam esse conditionem causandi in formis: neque A verò præsentiam sufficere nisi sit agens quod inducat formam. Hanc ergo causalitatem formæ non potest efficere ipsa forma, quia ageret in se ipsam, si ipsa sibi esset causa vt causalitatem suam exerceret: sed omninò necesse est ad aliam causam efficientem hoc reuocare, quæ animam in materiam inducat, & in ipsa anima producat causalitatem formalem.

Iterū 3. & 2. opinio refutatio.

23.

2. pars inscrip. de effectibus formæ.

Reliquum est vt disputemus de effectibus formæ. Effectum formæ propriè diximus ipsum compositum, quod est materiæ etiam effectus; & hic est primarius effectus formæ, sed non solius formæ nisi concurrat simul materia. Nam homo non est materia informata, neque forma informans, sed est quid concretum ex istis duobus, & de isto effectu nihil amplius occurrit dicendum.

Primarius effectus est compositum, concurrente etiam materia.

24.

Materia non est propriè effectus formę.

Materia propriè, & simpliciter loquēdo non est effectus formæ, quia non fit per formam: certum est tamen materiam pendere à forma, neque posse sine illa existere seruata lege naturæ. Hoc autem perspiciendum est secūdum quid pendeat materia à forma, aut quanam ratione ab illa pendeat? Qui materiam negant habere existentiam à forma, negant illam pendere à forma secundum esse, tanquam à causa à qua habeat esse; sed tanquam à conditione sine qua non haberet esse, vel tanquam à præcipua dispositione: quo pacto (vt aiunt) ipsa forma substantialis pendet à dispositione accidentaria, quæ formam consequitur.

Certū eā pendere à forma.

Dubiū secūdum quid, aut qua ratione pē deat.

Existimatio *Fons. 5. Met. c. 2. q. 3. sec. 1 Soar. in Met. d. 15. sect. 8.*

Instantia dispositionis accidentariæ.

Hi Doctores omittunt primam dependentiam materiæ à forma, quæ est secundum essentiam; eò enim quòd materia est pura potentia, & per formam reducitur in actum, & perficitur essentiali perfectione; tota eius perfectio est forma substantialis, à qua secundum hoc principaliter pendet: neque de re hac hominum quispiam dubitauit. An verò ea dependentia ostendat solam naturalem connexionem materiæ cum forma, an verò ita necessariam, vt nullâ potentiâ hæ partes possint deuelli, parte 4. capitis tractandum.

25.

Improbatur 1. vt omittens principalē dependētiam, sc. secundum essentiam.

Ostēditur hęc dependentia.

Declarabitur p. 4.

Deinde non scitè explicant dependentiam materiæ à forma secundum esse, hoc est, secundum existentiam. Nam si materia existit priùs naturâ, quàm forma, vt illi opinantur, certè non dependet

26.

Improbatur 2. vt sibi repugnans docenti materiam existere priùs natura, quàm formam.

Vnde est consequens illã ab hac quoad existentiam non pẽdere vt à cõditione sine qua non: Probatur.

dependet à forma, vel tanquam à conditione. Est enim ea conditio quæ ad rem aliquam desideratur prioritate quadam necessaria; re autem extante sine illa cõditione, ostenditur non esse necessaria conditio. Neque etiam dependet materia à forma tãquam à dispositione, quia dispositio concurrit in genere causæ materialis reali prioritate naturæ; dependentia verò est realis causalitas cũ prioritate naturæ; cum ergo materiam dicãt existere priùs naturâ quàm formam in genere causæ materialis; in illo genere non pendet à forma tanquã à vera causa reali disponente. Imò si priùs naturâ A existit materia, nullo modo pendet à forma secundum existentiam. Neque enim secundum idem est causa, & effectus, vt docuimus. Iam verò quis non videat paradoxon esse, & inauditum apud Philosophos quòd forma non exerceat causalitatem formalẽ in materia cuius est forma; sed sit cõditio, aut dispositio? quòd si exerceat causalitatẽ formalem in materia; aliquis effectus in materia considerãdus est à forma ipsa profectus, secundũ quem materia pendeat à forma.

Item neque vt à dispositione: Probatur.

Imò neq; vllo modo. Ostenditur ex lib.2.cap.4.p.3. n.4.

Improbatur 3. vt paradoxa.

26. Ad instantiam 1. ratio diuersa.

De dispositione autem accidentaria, B alia est ratio. Nam in instanti generationis consequitur formam, quasi in genere causæ efficientis; quia à generatione primùm producitur substantialis forma de dispositione antecedente, vt admonuimus; & per formam producitur similis dispositio præcedenti, ad conseruandam formam; quæ dispositio toto tempore consequenti perseuerat in genere causæ materialis conseruans formã. At verò materia in eodem instanti generationis pendet à forma secundum existẽtiam tanquam à causa; ergo non existit priùs quàm forma, quòd si forma existẽs C consequatur (vt illi aiunt) existentẽ materiam; neque tanquã à dispositione poterit materia pendere à forma. Deindè forma substantialis est coniuncta cum his accidentibus sibi coaptatis: materia verò cum nulla forma est suaptè natura colligata, cum omnibus æquè subiecta sit; ergo si priùs existit ordine naturę quàm forma, nõ pendet à forma, vt à cõditione, aut dispositione necessaria. Est igitur confitendum materiam non priùs existere, quàm formam, neque habere propriam existentiam; & ita pendet à forma recipiens ab illa perfectione A nem essentialem, vt antea diximus; & præterea existentiam; vnum, & alterũ in genere causæ formalis: quod ratio ipsa formæ, & materiæ persuadet; & post auctoritate Aristot. & S. Thomæ id ipsum confirmabimus.

Dispositio consequens prodit à forma effectiuè in instanti ad ipsã formã conseruãdam; materialiter tẽpore consequẽti.

2. Ratio diuersa. Forma est colligata cum dispositionibus.

Resolutio. Materia pẽdet à forma quoad essentiã, vt n. 24. & quoad existentiã tanquam à causa. Fundament.

PARS TERTIA.

Materia sine forma existere non potest etiam diuinitus.

1.

QVoniam primo loco tractauimus de causalitate materiæ, & formæ, in hanc quoque quæstionem incidimus, qua efficiemus prædicta dilucidiora, vtrum materia possit esse sine forma? Et quidem opinandi licencia hoc quoque dedit, vt nonnulli existimarint fuisse materiam sine forma in primordio vniuersi, vt refert Thomas Argent. in 2. d. 12. q. vnica, art. 2. Patres verò in illud Gen. 1. *Terra erat inanis, & vacua.* Informitatem quidem commentantur. At intelligendum est non nudę materię, sed substantiæ non exornatæ inuenustatem eos indicasse, vt interpretatur S. Thom. 1.p.q.66.art.1.

1. Sent. Materiam sine forma aliquando extitisse. Eam refert *Argent.* Patres in locũ *Gen.1.* Explicantur à *S.Thoma.*

2.

Inter Theologos tamen alia quæstio agitatur, vtrum miraculo, & virtute diuina id possit accidere, vt sit materia sine forma? Affirmat Ioan. Scot. in 2. d. 12.q.2. cum suis. Henricus etiam Gandau. quodlib. 1.q.10. Richard. d.12.q.4. Gregor. q 2. Marsil. in eodem lib.2. q.8.

2. Sentent. titul. opposita. *Scot. Gandau. Richard. Gregor. Marsil.*

3.

Hæc opinio connititur quasi firmissimo fundamento, quòd singulæ res singulas habeant existentias, & materia ipsa propriam existentiam; antecedit autem materia formam, vt docet Aristot. lib.1.Physic.tex.52. cũ ergo in illa prioritate existat, neque hoc habeat à forma, nihil mirum videtur esse, quòd sine forma possit existere. Confirmant hoc, quia forma accidentaria quæ dependet à subiecto, existit sine subiecto virtute diuina connixa, vt credimus firmiter de quantitate Eucharistiæ; ergo & subiectum scilicèt materia poterit existere sine forma. Et hoc ipsum explicant quidam; nam licèt Deus non subeat locum materiæ, aut vicem formæ; neque concurrat in genere causæ materialis, aut formalis; tamẽ in genere causæ efficiẽtis potest hoc cõpensare qđ forma habet à materia, aut materia à forma, vt in quã-

1. arg. à priori: quòd materia propriam habeat existẽtiã, vt antecedit formam. *Aristot.*

2. Argum. De exemplo quantitatis in Eucharistia.

Confirmatio *Soar. in Met. d.15. sect.9*

titate Eucharistiæ facit. Vnde colligunt quòd etsi existentia materiæ esset à forma dependens, illam dependentiã posset Deus compensare efficacia diuina.

3. argum. Deniq; testantur ordinẽ materiæ, & formæ non ita putari ab eis essentialem, vt vna non possit esse sine altera.

4. Ad 1. argum. alibi. Hæc tamen obiecta minimè efficient vt meliorem sententiam S. Thomæ, & Doctorum præcipuorum deseramus. Caputque illud opinionis, quòd materia suam habeat existentiam, alio in loco recidemus; ibidemque commonstrabimus quo pacto materia antecedens formam habeat à forma existentiã. Exẽplum autem de quantitate Eucharistiæ non est aptum; quia coniunctio naturalis quantitatis cum corpore, est per accidens, & potest dirimi; coniunctio autẽ formæ cum materia est intrinseca, & essentialis, vt explicabimus. At verò licèt dependentia quantitatis à subiecto sit necessaria necessitate naturalis causalitatis: tamen quantitas eò quòd ipsa est quanta, potest existere per se; quod non potest albedo, neq; forma equi, quæ est perfectior quantitate, vt statim declarabimus.

Ad 2. argum. Coniũctio formę cum materia est essentialis, vt n. 7. 8. & 9.

Quantitas eò quòd ipsa est quanta, potest existere per se: nõ sic albedo, forma equi, &c. vt n. 10.

5. Ad confirm. Potest Deus efficere, vt res quæ pendet ab alia materialitèr, aut quasi formaliter, nõ pẽdeat ab illa.

Exemplũ primi in Eucharistia.

Exemplũ secũdi in Incarn.

Denique id quod aiunt, Deum posse compẽsare id quod præstat materia, aut forma, non in genere causæ materialis, aut formalis, sed in genere causæ efficiẽtis; etsi appareat argutè dictum, nõ probè dicitur. Potest enim Deus efficere, vt res quæ pendet ab alia etiã in genere causæ materialis, aut quasi formalis, nõ pendeat ab illa: factũ est enim creatrice potentia vt quãtitas, quæ natura sua pẽdet à corpore vt à subiecto, nõ pendeat ab illo; & vt humanitas quæ secundum naturam pendet à propria existẽtia quasi à forma, non pendeat ab illa, sed existat per diuinam existentiam. Alterũ factũ in Eucharistia, alterũ in Incarnatione Verbi. Sed hæc Deus facit immutando res ipsas, quas quidẽ in genere causæ efficientis immutat: nam quantitati dedit alium modũ entis, quo sit per se, & non pendeat à substantia; & humanitati cõtulit gratiã vnionis vt copulata Verbo existat per existentiam diuinam: efficiẽtia ergo diuina nihil per se ipsam cõpensat, neq; genus causę materialis, neq; formalis; sed aliquid immutat in re, quo tollatur dependẽtia à materia, vel quasi à forma. Hoc ergo fuerat disputandum,

Hęc Deus facit immutãdo res ipsas effectiuè per modos additos.

Efficientia ipsa diuina nihil per se ipsam solam cõpensat, neq; genus causę formalis, neque materialis,

A

B

C

D

Vtrũ virtute diuina materia prima obtinere possit alium modum entis, quo sine forma existat? nam quantitas cum illo modo entis quo est per se, naturaliter existit sine subiecto; & humanitas cõiuncta Verbo cum illa vnione, naturaliter existit per existentiam Verbi. Vnde liquet quantum illi falluntur, qui aiunt materiam cum primùm creata est, potuisse vi creationis illius existere sine forma: consequens enim est, vt materia eo modo entis quo creata est, posset naturaliter existere sine forma; siquidẽ nihil mutato reali modo entis potuisset sine forma existere.

Agamus ergo id quod iure efflagitãt, explicemusque intrinsecam, & essentialem dependentiam materiæ à forma: ea enim non est secũdum existentiã solam, eò quòd materia non possit habere existentiam nisi à forma substantiali; posset enim materia sine forma existere per existentiã diuinam; sicut modò illa materia quæ cõiuncta est animæ Christi, nõ existit per existentiam derivatam à forma, sed per existentiam diuinam.

Prima ergo explicatio est, quòd ens per se non possit existere, nisi sit ens actu; actus autem est forma; ergo materia sine forma est ens nõ actu, quod impossibile est existere. Hæc ratio accipitur à S. Thom. 1. p. q. 69, art. 1. At verò Ioannes Scot. perperàm interpretatur verbũ hoc S. Thomæ, quòd ens in actu sit ens per formam: discernit enim duas potẽtias, & actus duos, scilicèt potentiam, & actum obiectiuũ, vt ille loquitur; & potentiam subiectam actui informanti. Potentiam obiectiuã vocat rem quampiã, quæ potest existere, sed non actu existit; & actus obiectiuus est res quæpiam actu existens. Ait ergo potentiam subiectam actui quę est passiua potentia posse quidem existere sine actu informante; sed non posse existere sine actu obiectiuo: hoc est non posse existere dum solùm est in potentia causæ, nisi sit etiam actu extra causam: & ita materiam creatã, quæ est actu extra causam, & est in actu obiectiuo, posse quidem existere absque alio actu informante. Alij faciliùs interpretantur materiam esse actum entitatiuum, hoc est, esse entitatem quandam actu productam; & ita posse existere sine forma. Et quoniam ipsa existentia est actus quidam, non desunt qui

Illatio contra *Soar.* Materia ex vi saltem creationis illius, qua primũ creata est, non potuit existere sine forma.

6. Ad 3. argum. Responsio est 3. Sent. in titulo assertę commonstratio. Prænotã dũ: Essentialis dependentia materiæ à forma non est secundũ existẽtiam solam. Ostenditur.

7. 3. Sententiæ 1. cõprobatio. Materia sine forma est ens non actu. *S. Thomas.*

1. Solutio *Scoti.* Ait esse ens nõ actu informãte, sed actu obiectiuo. Similiter distinguit duas potentias, passiuam, & obiectiuam.

2. Solu. facilior *Soar.*

3. Solutio aliorum.

qui contendant materiam posse existere sine vllo actu superaddito, etiam sine existentia,

8.
Hæc 3. solutio improbatur vt absona.

His cum vltimis non libet disputare, quicquid enim quantumuis impossibile poterit tueri, qui proteruissimè asseuerant materiam existere sine existentia: nisi fortè sentiant existentiam non distingui à rebus creatis: de qua re hoc libro vberiùs disputabimus. Ioannes verò Scotus parum philosophicè loquitur, dum rem possibilem vocat potentiam obiectiuam, quasi obiectum potentiæ; & confundit potentiam cum actu; quia potentia physica, quæ est materia prima, actu producta vocatur actus obiectiuus; & forma quæ est actus Physicus, antequam actu producatur, est potentia obiectiua. Sed cessamus disserere de vsu nominũ: nam & illud nomen quod vsitant, scilicèt actum entitatiuum, ineptissimum est. Quid enim addit entitas actui, nisi quòd sit verus actus, & ens verũ? cum ergo materia prima nullo modo sit actus, sed tota sit potentia, incassum, & vanè appellatur entitatiuus actus, siquidem non est actus; sed potentia passiua vt re ipsa est, erit aptè dicenda.

2. Solutio refutatur vt parũ philosophica, & cõfundẽs potentiam cũ actu.

3. Solutio refutatur vt inepta

Materia cũ non sit actus, non est actus entitatiuus.

9.
Contra istas solutiones,
1. cõprobationis declaratio

De hac ergo cõmonstratur quòd actu producta, vt nunc est extra causam in actu illo obiectiuo siue entitatiuo, non possit existere sine forma; ita quòd non possit exui formâ, neque obtinere modum aliquem realem, quo sine forma existat. Et repetimus argumentum Doctoris Sancti explicando illud: materia enim est pura potentia passiua, in qua si forma aliqua substantialis recipiatur, constabit essentia aliqua secundum actũ essentiæ, quæ est forma: remotâ autem formâ nulla manet essentia quę per actũ cõpletur; ergo neq; ens quod possit existere; essẽtia enim est cui cõuenit existere, quã S. Tho. vocat ens in actu. Quòd vero essentia non constet sine forma, testatur Aristot. 2. Physic. cap. 3. vbi docet formam esse qualitatis, siue essentiæ rationem. Et hoc quidem scitissimè dictũ à Philosopho; nam cum essentia materialis constet materia, & forma, ratio à qua sumitur definitio est forma, non materia. Cum ergo materia non sit essentia, sed essentialis potentia passiua, in qua recepto essẽtiali actu scilicèt forma constat essentia; non potest vllo modo materia existere sine forma, quia quod existit, essentia est. Hoc argumentum nulli dissoluunt; dicant enim, si placet, materiam quoque esse essentiam, aut rem quæ nõ est essentia posse existere: quod vtrumque quàm parùm philosophicè dicatur, potest quisque rectè consulere. Quòd si materia non est essentia, cum sit sola potentia passiua receptrix essentialis actus, quo essentia constat; & essentiæ proprium illud est, vt existat; consequentia euidens est quòd materia extra essentiam, quæ formâ constat, nullo modo queat existere.

Materia est pura essẽtialis potentia passiua receptrix essentialis actus, sine quo essentia nõ manet: ac proindè nec aliquid quod possit existere.

Ex Aristot. forma est ratio essentiæ.

Essentia materialis constat materia, & forma.

10.
Per eadem patet ad 3. arg.

Per hæc etiam liquet, quòd ordo essentialis materię ad formam, non potest immutari; non quia ordo variari nõ possit per eam potentiam diuinam, quæ est supra naturam: sed quia non potest intelligi essentia sine forma; & idcirco pura potentia non potest per se existere, neque iste ordo variari, vt materia priùs informetur substantiali forma, quàm existat.

11.
2. Declaratio: Sine forma nullum est subiectũ existentię.

Simile est quod aiunt à S. Thoma acceptum, materiam fieri capacem existẽtiæ per formam, quia sine forma nullum est subiectum existẽtiæ: existentia enim essentijs rerum aduenit; essentiæ autem ratio, vt Arist. docet, forma est, eademq; actus, sine quo actu nihil extra causam producitur. Hoc idem ostenditur in potentia passiua recipiendorũ accidentiũ: quantitas enim quæ est subiectũ accidẽtium materialium, potest existere sine illis; quia ipsa quantitas est actus, & essentia quędam; sed pura potentia quę nullo actu cõpletur, nullã habet rationẽ essentiæ; ergo non potest existere nisi vt pars essentiæ, per existentiam totius.

Confirmatio
Quantitas potest existere sine accidentib⁹ materialibus, quia est actus, & essentia.

12.
2. Cõprobatio: Materia sine forma in nulla specie est, vt possit existere

Ad hoc ipsum reuocatur illud argumentum, quòd materia sine forma in nulla specie est, vt possit existere: existẽtia enim est propria specificę naturę quę essentialibus constat; & ita alia est existentia debita homini, alia equo; & nulla est existentia, quæ non sit debita alicui speciei; cum enim vna sit existentia cuiusque naturæ specificæ, non est aliqua existentia vaga vltra existentias specierum singularum. Modi autem rerum existunt per existentiam essentiæ alicui' cõpletę, vt dicemus; ergo materię primę sine forma, quę in nulla specie est, nulla est debita existẽtia: neq; enim poterit existere per existentiam hominis

sine anima rationali; neque per existentiam ignis, sine forma ignis: imò neque per existentiam diuinam; quia illa non est debita materiæ, neque illi coaptata per se primò; sed potest Deus compensare existentiam alicuius essentiæ per suam existentiam, assumendo illam naturam. Cum ergo materiæ vt puræ potentiæ nulla debeatur existentia, non potest compensari per diuinam existentiam.

Potest Deus cõpensare existentia alicui' essẽtiæ per suã existentia assumendo illam naturam.

13. 3. Cõprobatio.

Vltimum argumentum est, quòd ea pars compositi quæ non subsistit, non potest separari à toto; ea autem subsistit quæ per se existit: cum ergo materia nõ habeat propriam existentiam qua per se existat; non subsistit, neque potest separari à toto. Confirmatur hoc, materia enim nihil aliud est quàm potentia passiua recipiendæ formæ, & forma materialis nihil aliud est quàm actus quidam informans materiam: & ita hæ partes sunt quædam causæ essentiales, quæ sine suis causalitatibus non possunt inueniri in natura rerum; sicut enim non potest produci albedo sine subiecto cui dat esse album; ita neque forma equi sine materia, quam informando, constituat equum; neque verò materia sine forma quam sustineat; cum nihil aliud sit materia quam pura potentia passiua, hoc est, pura causa materialis sustinens formam. Anima autem rationalis quia per se subsistit, per se quoque existit, & est separabilis; neque est pura causa formalis, sed ens quoddam imperfectum; cum hac tamen perfectione quòd à materia non pendet; & idcircò potest existere extra essentiam completam, quæ est homo.

Materia non habet propriã existentiã qua per se existat, non subsistit. Confirm.

Materia, & forma materialis sunt partes causæ mutuæ essẽtiales, quibus constat essentia.

1. Obiect. occurritur.

Anima rationalis nõ est pura causa formalis.

14. 2. Obiect. occurritur.

De quantitate verò Eucharistiæ tomo 4. vberiùs differendum. Sed hoc est certum, illam suapte natura esse capacẽ illius modi realis, quo per se cohæret; nõ eo modo sustinendi qui est proprius substantiæ, sed alio modo debito huic soli accidenti: quia quantitas ipsa est quanta; & est subiectum proprium accidentium materialium. Est autem quantitas ordine quidem naturæ causa formalis corporis cui dat esse quantum; sed non pura causa, cum ipsa quantitas sit quanta: & idcircò potuit separari à subiecto & causalitas eius potuit cessare: quod in materia & forma materiali, si æqua lance ponderemus, non inuenitur; quia nihil sunt nisi causæ mutuæ, quibus constat essentia.

Cum quãtitas ipsa sit quanta, & sit subiectũ propriũ accidẽtiũ matrialiũ, non est pura causa formalis.

Theologia ergo quæ nos ex principijs Philosophiæ deducit ad veritatem, haud certè docet, principia ipsa conuellere; sed si quid erratur in philosophia, arguere ex alijs principijs fide diuina stabilitis: nullum autem est fidei decretum, aut assertum Theologorum, quod cogat intelligere essentiam sine actu, formam sine causalitate, aut materiam sine sua causalitate; imò discrepant hæc à naturali intelligentia.

15. Notandum,

Confirmatio.

16. S. Thomas S. Bonau. Magist. Argent. Heruæu. Ægid. Hugo Vict. Capreol. Caiet. Ferrar. Soncin. Iauell.

FIrmatur hæc opinio, quòd materia sine forma non possit existere, auctoritate S. Thomæ 1. p. q. 66. art. 1. & de potent. q. 4. art. 1. & quodlib. 3. art. 1. Et idem sentit S. Bonauent. in 2. d. 12. q. 1. Magister dict eadem, cap. 5. Thom. Argent. q. 1. Heruæus quodlib. 6. q. 1. Ægid. lib. 1. examer. cap. 1. Hugo Victor. lib. 1. de Sacramentis, 1. p. cap. 4. Legito Ioann. Capreol. in 2. d. 13. q. vnica. Et Thomam Caiet. lib. de ente, & essentia, cap. 5. q. 8. & 9. Franciscum Ferrat. lib. 3. contra gent. cap. 4. Paulum Soncin. & Iauell. 8. Metaph. 1. cum alijs Thomistis.

PARS QVARTA.

Nuda materia est indiuiduationis principium, eaque est per quantitatẽ designata.

1. Prænot. ex cap. 5. n. 2.

DEclaranda est iam ea thesis, quòd materia signata per quantitatem sit principium indiuiduationis. Recolendum verò est id quod obseruauimus cap. 5. in confutatione multarum opinionum, quòd absque dubio indiuiduũ quot habet causas, tot habet indiuiduationis principia: eadem enim est causa entis, & vnius entis. Quare præter causas indiuidui extrinsecas, scilicèt finalem, & effectricem, materia quoque & forma causæ sunt intrinsecæ indiuidui, siue indiuiduationis. Cum autem inquirimus indiuiduationis principium, non præcipuum, sed primum inuestigamus: præcipuum enim est forma quę dat esse; materia verò est primum, quia antecedit ipsam formam. Atquì de hac re sic explicat a,

Istius indiuidui, siue indiuiduationis principium præcipuũ est forma: primũ est materia.

explicata, nulla foret controuersia. Sunt tamen in re hac, duæ quæstiones insignes, & satis dubiæ. Altera est, quod sit indiuiduationis principium adæquatum? Cum enim in vnaquaque specie contineantur indiuidua plura, quòd ab his causis naturalibus in vnum effectum concurrentibus, oriatur hoc indiuiduum, & non aliud, ponderandum est, vtrum ad eas omnes causas sint connexas referendum sit; an verò ad vnam illarum quæ sit principium indiuiduationis adæquatum principium? Hæc autem expenderè licebit posteà, cum de indiuiduatione formæ disputatum fuerit.

Quæstio de principio adæquato.

Ratio dub.

De hac quæst. in cap. 10.

Altera est quæstio quam nunc tractamus, cum materia sit principium commune cuiuscunque indiuidui, cuiuscunque speciei, quanam ratione fiat vt in genere ratione sit principium non commune, sed proprium istius indiuidui. Aliàs à principijs propijs indiuiduationis, de quibus disputamus, excludemus materiam; generans enim est principium proprium indiuidui in tali specie; forma quoque est principium proprium istius indiuidui non solùm in specie, sed etiam in illa vnitate indiuidua; vt nunc de adæquato principio indiuiduationis taceamus. Si ergo materia inter principia propria non numeratur, forma potiùs dicèda est indiuiduationis principium, scilicèt intrinsecum, & proprium; quod nunc inquirimus. Inter principia autem propria, inuestigamus primum.

1. pars inscript.

Quæstio de principio proprio.

Ratio dub.

Coniunctum est huic quæstioni dubium aliud; cum enim materia antecedat formam, & generationem qua forma producitur, & vnumquodque ens sit indiuiduum, & à quolibet alio diuisum; materia hæc quæ isti formæ coaptatur vna est, & indiuidua, & diuisa ab alijs materijs, quæ sunt formis alijs subiectæ; qua autem ratione sit diuisa minimè appareret; quare de vnitate quoque materiæ disputandum est; & est eadem ferè quæstionis vtriusque enodatio.

3. Dub. connexum, de huius materiæ ab alijs materijs diuisione in antecedētia ante generationē, & formam.

Totam molem hanc, & dubiorum cumulum diruimus, assertione vnica verissima, quòd materia cum sola causalitate materiali est materia signata. Quid sit causalitas materiæ explicauimus, & quam habeat causam effectricem. Quòd ea causalitas permittenda sit in materia nuda, commonstrauimus. Nihil ergo addimus, nihil confingimus: sed quod

4. Quæstionis resolutio. Materia additâ solâ causalitate materiali, est signata à generante.

A ratio persuadet, quod scholastici Doctores consentiunt, quod necesse est contineri, ponimus in nuda materia causalitatem, & nâ posit â ostendimus materiam esse signatam. Materia enim est pura potentia, ergo non signatur per aliquem actum; ergo nihil manet quo possit signari in illa antecedentia, nisi per suam ipsius causalitatem. Explicatur hoc magis, nã causalitas materiæ nihil est aliud nisi materia in ipso exercitio, materiæ in quo exercitio iam est propria istius formæ; ergo per hoc ipsum designatur. Omnes enim hoc vnum cupimus, scilicèt inducere in materia proprium quid, quo fiat principium istius indiuidui, & hoc ipso designãdam esse materiam cõfitemur; sed materia cum illa causalitate, est propria istius indiuidui; ergo est materia signata, quam omnes hactenus inuestigarunt. Itaque materia est signata à generante, per hoc quòd generans efficit in materia ipsam causalitatem materialem, qua illam destinat ad recipiendam formam.

Declaratur. Materia cum sua causalitate seu in exercitio materiæ iã est propria istius formę, & illius indiuidui, atq; adeò signata.

Explicandum iam est quomodo materia sic designata, sit diuisa ab alijs. Quidam enim, qui materiam aliter designatam commentantur, aiunt, per hoc ipsum materiam esse diuisam ab alijs, quia non est isdem formis subiecta, quibus illæ subiectæ sunt; sed nuda; forma enim est quasi terminus materiæ: sicut si ponerem⁹ nudam materiam existentem sine forma; hoc enim ipso esset diuisa ab alijs materijs, quia expers est illarum formarum, quibus aliæ materiæ essent subiectæ. Et hoc quidèm verosimiliter dicitur; hoc enim videtur sentire S. Thom. in 2. sent. d. 2. q. 1. art. 1. ad 3. dicens materiam esse vnam numero non per vnam formam quam habeat, sed per remotionem omnium formarũ distinguentium. Sed videtur an p'ius dicendum, non omnem diuisionem oriri à forma, nisi eam quæ formalis est. Et ideo possumus in materia diuisionem materiæ aptam meditari, scilicèt asserẽtes ipsam causalitatem materialem diuisionis huiusmodi esse principiũ: neque enim est necesse, vt in illa antecedentia ante formam, diuidatur per formam; sed hoc est potiùs impossibile. Diuiditur ergo per suã causalitatem in ordine ad formam: Nam in instanti generationis materia priùs naturâ signatur per causalitatem

Materia à generante efficitur causalitatem materialem, est signata, & natura ad recipiendã formã.

5. Dub. connexi, resolutio verosimilis: Materiam esse diuisã ab alijs, per earum formas, vt per terminos, quia ijs non est subiecta, sed nuda.

Bañes 1. de Gen. c. 5. q. 3. art. 5. & 7.

S. Thom.

Resolut. plena. Huic diuisioni negatiuæ alia addenda.

Sola formalis est à forma.

Diuisio materiæ signatæ apta, à causalitate materiali in ordine ad formam.

Pater in antecedentia ante formam.

Diuisioni negatiuæ hic ponitur addenda, quæ magis di-

uidit materiã, sc. quòd sit subiecta huic formæ.

litatem istam, quàm introducatur forma: materia autem signata non solùm per negationem est diuisa ab alijs, quia non subijcitur formis aliarum, sed per aliquid positiuum, quia subijcitur actu, exercitio quodam causandi, istis formis. Si enim sola negatio quòd non subijciatur alijs formis, satis est vt sit diuisa ab alijs, affirmatio quòd sit subiecta huic formæ, multò magis diuidet materiam ab alijs. Ex quibus confutata etiam manet opinio Iapelli, qui 8. Metaph. q. 2. cõsiderat materiam diuisam, alia etiam negatione, quia non subijcitur quantitati in illa prioritate, & per hoc esse diuisam ab alijs materijs quãtitate affectis.

Ex his contra *Iauellum.*

6. Resolutionis plenæ probatio, in hypothesi de dupli generatione simul in duabus partibus materiæ continuis.

Quòd autem hæc diuisio non fit solùm negatiua, sed positiua, vt aiunt, confiteri, necesse est; cum enim possit accidere vt duo agentia diuersarum specierum disponant duas partes materiæ cõtinuas, ita vt in eodem instanti eueniat duplex generatio in duabus illis partibus materiæ, etsi illæ materiæ à cæteris materijs subiectis suis formis, & quantitatibus, discernantur quadam negatione iam explicata in illa prioritate, quia non sunt subiectæ formæ vllij; tamen inter se ipsas non habent quo discernantur; cum vtraque sit materia nuda; ergo necesse est in materia nuda ante formã aliquid ponere, quo à materia nuda sibi proxima diuisa sit. Et ita oportet esse diuisas per ipsam causalitatem materialem.

7. Obiectio ex p.1.c.14.

Sed hinc oritur dubiũ: Diximus enim p.1.cap. causalitatem materiæ quã recipit ipsam generationem effici primò ab agente; causalitas autem recipiendæ actionis non est substantialis causalitas; ergo non diuidit materiam quæ est substantia: materia autem ante generationem diuisa est cum sit proprium subiectum illius; ergo alia ratione diuiditur, & non illa causalitate.

8. 1. Responsio.

Ad hoc respondemus duobus modis. primùm negamus diuisionem substantiæ fieri necessariò per aliquid substantiale; quare etsi ea causalitas non sit substantialis, tamen potest diuidere materiam. Secundò facilè hoc damus, vt eadem et causalitas substantialis qua materia antecedit formam, antecedat generationem: quia ordine quodam recipitur in materia generatio, & forma substantialis; & eadem causalitate substantiali potest recipi in materia generatio quæ est accidens; vt est prauia ad recipiendam formam substantialem, sicut eadem causalitate agentis, quę est actio, producuntur forma substantialis, & accidentia consequentia; & ita causalitas materialis præcipua, & substantialis nõ erit effectus generationis, sed antecedet ipsam generationem.

2. Responsio. Potest concedi, quòd eadẽ causalitas substantialis, qua materia antecedit formam, antecedit generationem.

Exemplum: Eãdem actione producuntur forma substãtialis, & accidẽtia cõseq.

9. 2. pars inscrip. 1. sensus quo materia dicitur signata, sc. causalitate materiali.

In sensu itaque explicato materia signata, hoc est, propria, & assignata huic formæ, est materia cum causalitate materiali recipiendi hanc formam, qua causalitate posita in possibile est materiam informari forma alia.

10. 2. sensus prius aperiendus, quo materia cum sua causalitate dicitur signata, sc. quãtitate sensibili quasi signo.

Determinatus autem materiam designatam per quantitatem esse principium individuationis, longè diuerso sensu, scilicèt quòd illa materia, cuius quantitas sensibilis est signum, est principium individuationis. Et ita dicitur materia signata per quantitatem, tanquam per signum, & hæc est ipsa materia cum causalitate materiali recipiendi hanc formã, quæ his accidentibus formam sectantibus indicatur. Et hæc est sententia S. Thomæ, vt statim subijciemus. *S. Thom.*

11. Declaratio 2. sensus. Quãtitas quæ designat materiam est individuum vagũ, sc. quælibet ipsius mensuræ.

Quo fit vt quãtitas quæ designat materiam, non sit hæc individua, sed quoddam individuum vagum, scilicèt quantitas ipsius mensuræ; nam remota vna quantitate per diuinam potentiam, vel etiam per intellectum, & alia succedente, hæc vel illa quantitas eiusdem mensuræ eodem modo designat, siue commonstrat materiam individuam.

Ratio.

12. Consectariũ.

Dicendum igitur est individuationis principium nullo modo peti à quantitate, tanquàm à ratione, vel causa individuationis siue formaliter, siue radicaliter, vt Thom. Caiet. ait; sed petitur individuatio à quantitate tanquàm à signo individui, & idcircò dicitur materia prima quantitate designata principium individuationis: quia materia individua quæ est individuationis proprium principium, occulta est; quantitate autem designatur, scilicèt iodicatur, & ostenditur. Et idcircò ait Aristotel. diuisionem esse vel formalem, vel per quantitatem: quia tametsi res materiales remota quãtitate rectè intelligantur diuisæ individuis differentijs, vt Petrus, Paulus; hi enim conceptus antecedunt quantitatẽ; illorum tamen diuisio est per materiam, quæ per quantitatem ostenditur, & designa-

Indiuiduationis principiũ petitur à quãtitate, solùm vt à signo.

Ex Arist. diuisio vel est formalis, vel p quantitatem.

Elucidatur.

ſignatur. Et ad hunc ſenſum materia deſignata per quantitatem quaſi per ſignũ, eſt principium indiuiduationis.

13. Alius ſenſus quo materia dicitur principium indiuidui deſignati, ſed indiuiduationis, ſcilicèt, per formæ cõtractionem, quaſolâ fit numerus indiuiduorũ in ſpecie eadem.

Adhùc materia dicitur principiũ indiuiduationis alio ſenſu, quo ſola materia non forma eſt indiuiduationis principium, ſcilicèt quatenùs materia ex propria natura, & quidditate contrahit formam, qua contractione redditur numerus indiuiduorum in ſpecie eadem; forma verò ex propria natura, & quidditate dat eſſe ſpecificum: quare niſi cõtrahatur per materiam, nullus fit numerus in ſpecie eadem, vt in Angelis. De qua quæſtione poſteà tractamus. Hoc autem pacto principium indiuiduationis dicitur non materia ſignata, ſed cognita communi notione ex propria ratione, & quidditate; neque vt ſic eſt principium indiuidui deſignati, ſed indiuiduationis abſolutè.

Hoc pacto principium indiuiduationis eſt materia nõ ſignata, ſed cognita communi notione ex propria quidditate.

14. Appendix de vnitate materiæ.

Poſthæc conſentaneè diſputandũ eſt de vnitate materiæ: nam & ſuam habet vnitatem in ſe ipſa formalitèr, & aliam participatam à forma. Quòd habeat vnitatem à forma, innuit S. Thom. opuſc. 32. de natura materiæ, docens eo loco, materiam non ſolùm habere eſſe à forma, ſed ab ipſa forma ſortiri diuiſionẽ; diuiſionem autem ſequitur vnitas; igitur & vnitatem habet materia à forma. Meditatur autem S. Doctor in forma quaſi diſcretiuam, & diuidentem virtutem, qua poſsit materiam diuidere; & huic virtuti diſcretiuę, quæ ineſt formæ, quaſi paſsiuam potentiam occurrentẽ in materia, quam eſſe ait portionem partium.

De eius vnitate à forma *S. Thomas* explanatur.

Diſcretiuæ virtuti formæ, occurrit in materia quaſi paſsiua potẽtia, ſc. portio partiũ.

15. Virtus formalis diſcretiua formæ eſt ipſa forma quaſi in actu primo apta informare.

Arquì illa virtus diſcretiua in forma, nullo modo eſt actiua, vt iam admonuimus: ſed quia forma ante ſuum effectum formalem cogitatur, vt apta informare, poteſt cogitari quaſi actus primus, cuius cauſalitas, & effectus, ſit quaſi actus ſecundus: actus autem primus dicitur virtus, & potentia, quatenùs de illo proficiſcitur ſecundus actus; improprio igitur quodã loquendi modo tribuitur formæ virtus, & potentia: at verò ſimilitèr in materia conſideratur paſsiua potentia, quæ reſpiciat iſtam potentiam formæ non quaſi actiuam potentiam, ſed formalem, ſi ita libet dicere. Hęc autem potentia paſsiua in materia, quæ dicatur eſſe portio partium, nihil aliud eſt quàm ipſa materia cum ea partiũ multitudine, quæ eſt ad formam inducendã

Impropriè dicitur virtus, ſeu potentia.

Illa potentia paſsiua, ſeu portio partium eſt ipſa materia cũ ea partiũ multitudine, quæ ad formam inducendam prę requiritur.

A neceſſaria: & ea portio materiæ antecedit formam. Nam in generatione viuẽtium, quia illa habent terminum paruitatis, ſi minor ſit multitudo partium in materia, non eſt apta vt informetur per cauſam formalem, quæ plus materiæ ſibi vendicat informandæ; quare neque per eam formam poteſt diuidi; diuiſio enim iſta informatione materiæ præſtatur: in ijs autem rebus quarum forma eſt diuiſibilis ſicut & materia, de quibus præcipuè videtur eſſe loquutus Sanctus Doctor, & materia, & forma habent partium portionem. Et tanta oportet vt ſit portio formæ quanta eſt materiæ; quare cum vtræque partes ſibi mutuò coæquentur, diuidenti formæ reſpondet æqua partium portio in materia, & ea quidèm portio partium in materia antecedit formam, & diuiſionem, quæ fit per formã, vt modò dicebamus; eſt enim materia ante formam quaſi ſubſtantialitèr extenſa; quod elucidabimus libro iſto.

Declaratur.

In rebus quarum forma eſt diuiſibilis diuidẽti formæ reſpõdet æqua partiũ portio in materia. De his præcipuè locus *S. Thom.*

Materia ante formã eſt quaſi ſubſtantialitèr extenſa.

Ergo materia, quæ per formam diuiditur, eatenùs diuiditur per formã, quatenùs per illam informata trahitur ad hanc ſpeciem, aut illam: facta autem huius ſpeciei per formam diuiſione, per eãdem formã habet vnitatem conſequẽtem ſpeciem iſtam: neque ſolùm per formam trahitur ad hanc ſpeciem, ſed etiã ad hoc indiuiduum; forma enim dat eſſe hoc aliquid formalitèr; ergo & vnitatem hanc indiuidui ſub ſpecie habet materia à forma informante. Cum quo tamen conſentit vt materia ſit primum principium indiuiduationis; quia ipſa forma indiuidua fit per materiam, vt poſteà dicemus.

16. Materia per formam informantem habet vnitatem ſpecificam.

Item vnitatẽ indiuiduã ſub ſpecie.

Quamobrem probè quidam dixere vnitatem materiæ eſſe vnitatem in potentia, ſi tamen loquantur de ea vnitate quam habet materia per formam. Nam eodem planè ſenſu quo materia eſt ens in potentia, eſt vna in potentia; quia per ſe ipſam nullam habet vnitatem entis, ſcil. entis in actu; ſed per formam habet eam vnitatem; ſicut per formam eſt ens: quia per formam trahitur ad eſſentiam, completam, quæ eſt actu ens.

17. Sicut materia eſt ens in potentia, ita eſt vna in potentia ea vnitate entis in actu, ſeu quam habet per formã.

Ante eam vnitatem ſiue ſpecificam, ſiue indiuiduam ſub ſpecie, quam habet materia per formam; neceſſe eſt vt materia ſuam habeat vnitatem propriam. Quamcũque enim entitatẽ conſequitur vnitas:

18. Materia ante formam habet ſuam propriã vnitatẽ, ſicut & entitatem.

vnitas : materia autem ante formam est quædam entitas: est ergo & vna vnitate sua propria.

19. Materia siue in genere analogo, siue in specie, siue in indiuiduo habet proprias vnitates ante formã.

Neque verò neganda est materiæ cõmuni nomine, & intelligentiâ, sua vnitas quasi generica : materia enim cælestis, & elemẽtaris sunt quasi species materiæ, quas S. Thomas ob aliam causam ait differre specie, vt posteà explicabimus. Harum autem specierum sunt etiã indiuidua hæc,& illa materia : & horum indiuiduorum suæ indiuiduæ vnitates. Quæ omnes vnitates materię siue in genere illo analogo, siue in specie, siue in indiuiduo, cum sint propriæ materiæ, antecedunt formam.

20. Materia indiuidua adhuc habet vnitatẽ durationis sibi coruam,& immutabilẽ ante formam.

Materia autem indiuidua adhuc habet duplicem vnitatem, aliam sibi coæuam, & immutabilem; aliam mutabilẽ, & ipsa mutatione diuisã. Materiæ quippe elementaris creauit Deus de nihilo partes quatuor, formis elementorum subiectas. Semel itaq; creauit Deus totam materiam elementarem, & nullam posteà materiam creauit. Mitto productionem materiæ de quantitate Eucharistiæ intereunte, quæ productio non est creatio. Materia igitur elementaris semel creata eadem mmet est quæ creata est ab initio,retẽta sibi idẽtitate, & vnitate indiuidua coæua ipsi materiæ, & immutabili; quia semper est eadem, eò quòd non possit materia interire : quod autẽ est idem,est quoque vnum : & hanc vnitatem antecedere formam, non est dubium.

Nulla est creatio materiæ de nouò, etiam cũ quantitas Eucharistiæ interit.

21. Habet eadem materia vnitatem quę sequitur diuisionẽ. Vnde sũt multæ materiæ numero diuisionis; & est vna materia vnitate durationis.

Generatione tamèn mixtorum diuisa est materia elementaris : & quia diuisionem consequitur vnitas ; factæ sunt plures vnitates istius,& illius partis materiæ diuisæ. Itaque sunt multę materię numero diuisionis : & est vna materia vnitate durationis; quia est eadem materia,hoc est,non de nouo producta,sed eadem ab initio creata. De hac ergo vnitate disputandum est quanam ratione inueniatur in materia ante formam. Diximus autem materiam diuidi ab alijs per ipsam causalitatem materialẽ, quasi substantialiter materialiter; diuisionem autem sequitur vnitas : ergo materia sic diuisa etiam est vna vnitate sibi propria ante formam.

22. Obiectio.

Sed adhuc ex istis angustijs erumpit argumentum : nam causalitas materialis est quędam res singularis recepta in A materia; formam autem singularem antecedit subiectum singulare hoc; singulare autem est diuisum, & vnum : ergo ante ipsam causalitatẽ materialem materia est diuisa, & vna. Respondemus argumento conuicti consequens esse verisimum, quòd materia ante causalitatem materialem est diuisa, & vna: sicut enim qui opinantur materiam posse existere sine forma, concedunt partes materiæ diuisas per se ipsas, quia non sunt alijs coniunctæ, inter se autem cohærent : ita in illa prioritate naturæ ante causalitatem materialem concedendum est materiam diuisam, & vnam antecedere. Sed illa diuisio intimè considerata in partibus materiæ, non prohibet quin verisimè asseueremus, materiam ipsam diuidi adhuc per suam causalitatem materialẽ. Sicut corpus diuisum, & vnum in genere substantiæ antecedit quantitatẽ : & tamen per quantitatem diuiditur. Necesse est autem materiam diuidi per causalitatem materialẽ; quia sic diuisa,est designata ab agẽte, & proprium principium physicum indiuiduationis ; à cuius vnitate reali indiuiduum habet suam vnitatem, tanquã à vera causa reali : nam materia diuisa, & vna ante causalitatem materialẽ, est subiectũ cõmune pluriũ formarum; per illam autem diuisa & vna, est vnius formæ subiectũ, & indiuiduationis propriũ principium. Materia autem diuisa ante suam causalitatem, non est diuisa negatiuè, vt alij dicebant, quia non est subiecta alijs formis : neque verò est diuisa negatiuè, quia non est coniuncta alijs materijs ; sed est diuisa positiuè per partes suas sibi cohærentes : quemadmodũ philosophandum est de substantia corporea remota quantitate, vel prout antecedit quantitatem.

Responsio. Materia ante causalitatẽ materialẽ est diuisa,& vna positiuè per seipsã, seu per partes suas sibi cohærentes.

Exemplum.

Tamen diuiditur adhuc per suam causalitatem materialẽ.

Exemplum

Priori modo diuisa,est subiectum cõmune pluriũ formarum.

Posteriori, est principiũ propriũ indiuiduationis.

Confirmatio.

23. Confirmatur 1.pars inscriptionis.

QVòd materia sit principium indiuiduationis,sine dubio ab Aristot. asseritur pluribus in locis; lib. enim 5. Metaph. tex. 12. apertè docet, ea vnum esse, quorum materia est vna, quod de indiuidua vnitate necessariò explicandum : materia ergo vna scilicèt indiuidua est principiũ vnitatis, & indiuiduationis illius substantiæ, in qua est materia. Et lib. 7. tex. 28. *Tota* (inquit) *forma in hisce*

Aristot. 1. locus.

2. locus.

in hisce carnibus, atque ossibus, Socrates est, & Callias. Nomine autem harũ carnium, & horum ossium, indicat materiam designatam. Et iterum clariùs
3. locus. tex. 35. ait, *Singulare autem ex vltima materia iam Socrates est.* Ergo singularitatem Socratis refert ad materiam vltimam siue primam: quæ enim in resoluendo composito est vltima, in constituendo est prima. Denique lib. 12. tex.
4. locus. 49. planè docet ea quæ sunt plura in specie eadem, necessariò habere materiam, scilicèt vt per materiam designatam indiuidua reddantur.

24.
Ad hæc loca 1. interpretatio *Scoti*, ponẽtis materiã partis, quę est physica; & materia totius, quæ est hæccitas.

Ioannes Scot. his dictis explicandis ridiculam interpretationẽ excogitauit: ait enim sicut ponimus formam partis, & formam totius; hoc est, formam quæ est pars, vt anima; & formam quæ est totum, vt & humanitas: ita ponendam esse materiam partis, & totius; materiam quæ sit pars, ait esse physicam materiã; materiam autem totius, quæ scilicèt sit totum, dicit esse hæccitatem illam, scilicet differentiam indiuiduam, quam ipse Scotus sibi confinxit; &, quod magis miror, ait de illa hæccitate loquutum fuisse Aristotelem, cum ait, res distingui materiâ, scilicèt distingui materiâ totius, hoc est hæccitate. Nihil sanè magis futile potuit dici; tum quia hæccitas illa, si qua est, est forma, & nullo modo materia: tum maximè, quia à nullo hominum materia vocata est hæccitas, ne dicam vt Aristoteles illam vocauerit materiam quasi consueto iam tunc nomine, quod neque ipse interpretatus fuerit, sed simpliciter hæccitatem dixerit materiam. Alij verò non minùs ineptè interpretantur Aristotelem per quasdam non ductas analogias, siue similitudines; aiunt enim materiam dici principium indiuiduationis, quia indiuiduũ imitatur ipsam materiam; tum quoniã indiuidua sunt dissimilia; tum quoniam sunt subiecta prædicationis: materia autem etiam dissimilis est, hoc est, non similis; quia similitudo est à forma: & est præterea materia subiectũ, sicut indiuidua: ergo indiuiduũ imitatur materiam, & idcircò materia dicitur principiũ indiuiduationis. Profectò satius fuisset negasse Aristotelem, quam ita explicasse: si enim Aristot. materiam ipsam vocasset indiuiduum, benè quidem analogia nominis quæreretur; sed dũ apertè do-

Ait Philosophum dicentẽ res distingui materiâ, loqui de materiâ totius, id est, hæccitate.

Improbatur 1. vtutilis.

Secundò, & præcipuè.

Nemo materiam hæccitatem dixit.

2. Interpretatio non minùs inepta.

Improbatur Cũ Philosophus genus vocat materiam, rectè analogia

Acet materiam esse indiuiduationis principium, quæ nominis interpretatio exquirenda est, nisi vt affirmet indiuiduationem à materia esse petendam? Cum enim genus vocat materiam, rectè ibi attenditur analogia, qua sententiam istã interpretamur; siquidẽ nominibus propria significatione acceptis, materia nõ est genus. Sed in sententijs commemoratis nulla analogia accõmodari potest; ait enim esse vnũ numero, cuius est materia vna; Socratem esse singularẽ, quia constat materia singulari, & vltima; illa esse multa in specie, in quibus est materia. Hęc certè propria nominum significatione declaranda sunt, neq; per analogias exponi possunt.

Eadem est S. Thom. sententia valdè vsitata 1.p.q.3. art.3. ad 3. &. q.50.art. 4. & 3.p.q.77.art.2. & in 4.d. 12. q. 1. art. 1. & de ente, & essentia, cap. 2. quo loco Thomas Caietanus erit legendus, & Ioannes Capreol. in 2.d. 3. Et Franciscus Ferrar. 1. contra gent. cap. 21. Et Paul. Soncin. 7. Metaph. q. 33. & 34. Iauell. 5. Metaph. q. 15. Ægid. quodlib. 1. q. 5. art. 1. Eaque est omnium Thomistarum vna sententia.

Quòd verò materia signata per quãtitatem, intelligatur illa materia, cuius quantitas sensibilis est signum, expressa est sententia S. Thomæ opusc. de natura materiæ; vbi docet illud esse indiuiduationis principium, quod est primum subiectum: & subdit. *Materia cum tribus dimensionibus non est primum subiectum, sed secũdum se, & in natura sua.* Post hæc colligit. *Cum ergo forma recipitur in materia, circũscriptis omnibus per intellectum dimẽsionibus, fit aliquid existens in genere substantiæ, & vltimũ completum habens rationem indiuidui in substantia, sed non hic, & nunc demonstrabile sine dimensionibus determinatis.* Quibus in verbis tria aduertenda sunt: primum, quòd S. Thom. inde eruit principium indiuiduationis, quòd materia sit subiectum primum, vt cap. præcedente docuimus: secundum quòd S. Doctor ab hoc principio indiuiduationis remouet dimensiones, quantitatem scilicèt, etiam per intellectum; quia ad ipsam indiuiduationem neque consideratio quãtitatis necessaria est, ne dicam requiratur eius recipiendæ potẽtia passiua, aut radix: Tertium est, quòd cum aliàs

quæritur, siquidẽ nominibus propria significatione acceptis materia nõ est genus.

In locis citatis apertè docet materiam esse indiuiduationis principiũ.

25.
S. Thom.

Caiet.
Capreol.
Ferrar.
Soncin.
Iauell.
Ægid.

26.
Cõfirmatur 2. pars inscrip.

S. Thomæ 1. locus.

In hoc loco 1. notandum, pro doctrina cap. 5. n. 10. & cap. 6. & 7.

Secundum, pro doctrina cap. 5. n. 12.

Tertium, pro doctrina c. 8. n. 10. & 12.

aliàs sæpiùs idem S. Doctor affirmet, principium indiuidui esse materiam designatam quãtitate, nemo illum meliùs quàm semetipse explicauerit, dum ait, quòd indiuiduum fit remotis dimensionibus, sed non sine illis demonstratur, siue manu ostẽditur. Et subijcit clariùs. *Ideo dicitur quòd materia sub certis dimensionibus est principium indiuiduationis, non quòd dimensiones causent indiuiduum, sed quia per dimensiones creatas demõstratur indiuiduũ hìc, & nunc, sicut per signum proprium indiuidui, & inseparabile.* Hæc S. Thom. & in 1.d.26.q.1.art.2.ad 2.docet substantias corporeas distingui materiâ; proprietates autem, hoc est, accidentia propria ostendere distinctionem : quod eodem modo de quantitate affecta accidẽtibus, interpretandum. Quod idem docet q. 8.de potent. art. 3.ad 6.

Idem.

17. Obijcitur locus quidam *S. Thomæ.*

Sed est locus explicandus apud S. Thom.4. contra gent. cap. 81. vbi conceptis verbis docet, materiam hominis extincti manere cum ijsdem dimensionibus, à quibus hoc habebat vt esset indiuidua; ergo videtur eo loco retractasse sententiam, siquidem decernit dimẽsiones easdem adhærere materiæ, quibus scilicèt sit indiuidua, & eadem. Sed rectissimè respondet Francisc. Ferrar. eo loco, & Paul. Soncin.8.Met.q.18. S. Thomam non loqui ex propria sententia, sed respondere argumentis infidelium, iuxta eorum placitum in re philosophica, opinantium manere dimensiones in materia: vel fortè loquitur de dimensione substantiali materiæ, qua habet partes extra partes; hæc enim pertinet ad indiuiduam materiam. Iauell.8. Metaph.q.2. qui prędictum commentarium priorem improbat, non' scitè ipse interpretatur manere dimensiones easdem in potentia materiæ; tum quia manere non dicuntur quæ intereunt : tum maximè, quia eædem non manent; cum non possint de materia educi eędem dimensiones, sed aliæ numero.

1.Explicatio *Ferrar. Soncin.*

2.Explicatio.

Alia explicat. *Iauelli* improbatur.

1. Ratio.
2. Ratio.

CAPVT IX.

Argumenta refelluntur.

1. 1.arg.pro 1. opinione relata, cap.5.n.4.

COntra ea quæ constituta sunt de indiuiduationis principio, arguitur. Et primùm probatur, accidentia in singulis indiuiduis connexa, principium esse indiuiduationis. Hoc enim videtur sentire Auicenna 5.Metaph.cap.2.& 4. vbi docet indiuidua constitui ex natura vniuersali, & accidentibus. Et S. Thom. 1.p.q.3.ar.3.& q.2.de veritate ar.6.ad 1. & in alijs locis docet indiuiduum addere accidentia ad naturam specificam. Et ex definitione Porphiriana cap. de specie, collectio proprietatum facit indiuiduum. Et idem sentit Boetius, cap. de differentia, & 1.de Trinit.cap. 2. vbi ait varietatem accidentium facere differentiam in numero. Ratio autem est, quia indiuidua non differunt in essentia: quare necesse est vt differant accidentibus, quæ extra essentiam sunt.

Auicen. *S. Thom.* *Porphyr.* *Boet.* Ratio.

2. 2.Argum. pro 2. opinione, ibidẽ.n.6.

Secundò probatur, quòd existentia sit principium indiuiduationis. Ea enim est actus vltimus indiuidui, quo illud cõpletur, & absoluitur; ergo ea est principium indiuiduationis.

3. 3.Argum.pro 3.opinione, ibidem,n.8.

Tertiò probatur, quòd forma physica sit principium indiuiduationis. Ita enim videtur censuisse Aristot.2.de anima, cap.1. dum ait formam esse quæ cõstituit hoc aliquid; at verò hoc aliquid est ipsum indiuiduum. Et idem confirmatur, quia actus est qui distinguit, vt colligitur ex lib.7.Metaph.cap. 13.tex. 49. ergo per formam distinguitur indiuiduum; ergo vnitas indiuidua à forma est. Idem etiam affirmat Commentator lib.1.de anima.cap.7.& lib.2.cõment.7. 8.& 9.& 60. & lib.3. Physic. comment. 60. & lib.4. comment. 38. & Auicenna 6.lib.naturalium. 1. p. vbi docet formã dare vnitatem numericam subiecto; vnitas autem numerica est vnitas ipsius indiuidui; ergo à forma oritur indiuiduatio. Et hoc idem probatur, quia forma sicut dat esse, ita dat hoc esse; materia verò sicut non dat esse, ita neque hoc esse : sed hoc esse est esse indiuiduum: ergo non materia, sed forma est principium indiuidui. Et confirmatur, quoniam anima rationalis antequã coniungatur corpori, est imperfecta hypostasis, incommunicabilis tamen; in cõmunicabile autem est maximè vnum, & indiuiduum; ergo saltem in homine materia non est indiuiduationis principium. Et confirmatur secundò, quia anima rationalis trahit ad suam hypostasim ipsam materiam.

Aristot. 1.locus. 2.locus. *Comment.* *Auicen.* Ratio. 1. Cõfirmatio. 2. Cõfirmatio.

4. Contra 4. opinione ibidem. 4. argum.

Quartò probatur, quòd materia non sit principium indiuiduationis. Hoc enim

Proponitur 1. *S. Thomas* dicens materiâ non esse causâ distinctionis rerum.

nim videtur persuadere S. Tho. 2. contra gent. cap. 40. vbi ostendit, materiam nõ esse causam distinctionis rerum; tum quoniam forma non sequitur dispositionem materiæ, vt causam primam: tum quia quæ sequuntur materiam, vt causã primam, sunt præter intentionem agentis: tum quoniam materia, vt distinguatur ab alia materia, indiget aliquo distinguente præter ipsam materiam. Et hoc idem probatur clariùs, nam materia actu indiuidua non antecedit formã; ergo non est principium primum singularitatis, sed ipsa forma quæ est primò indiuidua actu. Probatur antecedens, materia est pura potentia; ergo nihil habet actu nisi per formam; ergo prout antecedit formam, non est actu indiuidua, sicut neque actu diuisa; diuisio enim est propria formæ. Et confirmatur, quoniã vnitas sequitur ens; sed materia ante formam non est ens actu: ergo neque est actu vna, aut indiuidua; ens enim in actu est vnum in actu, & ens in potentia est vnum in potentia. Et confirmatur secũdò, quia si materia est vna in actu ante formam, quid prohibet illam sine forma existere, quod S. Tho. negat posse fieri.

Probatur, 1. Secundò. Tertiò.

Proponitur 2. ratio.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

5. Argum.

Quintò: Eadem materia signata potest esse in distinctis indiuiduis, vt si materia tota aeris inflammetur; eadem enim erit materia signata in toto aere, & eadem postea in toto igne: ergo materia signata nõ est principium indiuiduationis, cum eadem sit in pluribus indiuiduis.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam materia aeris post totam dispositionem præcedentem, in momẽto siue instanti, quo fuit informanda forma ignis, potest per Dei potentiam informari aliâ formâ; ergo in illa antecedentia, qua præit vtrãq; formam, indifferens est ad vtramque; nõ ergo est principium designati indiuidui.

6. Argum.

Sextò: Materia designatur per quantitatem, vt S. Tho. docet; sed materia affecta quantitate nõ antecedit formã; ergo non est indiuiduationis principiũ.

7. Argum.

Septimò: Materia non potest dici signata per quantitatem cõmunem, materia enim designata est indiuidua, id autẽ quod commune est non facit indiuiduũ; non ergo quantitas communis designat materiam. Sed neque quantitas singularis: Probatur, quoniam quantitas singularis pendet à materia, & est posterior illâ; imò quantitas est singularis, quia est

A in materia singulari; non ergo quantitas singularis facit materiam singularem. Et confirmatur, quia ablata hac quãtitate, & aduenient alia numero, manet eadẽ materia signata; ergo quantitas singularis non designat materiam.

Confirm:

8. Argum.

Octauò: Materia, vt antecedit formã, est nuda potentia: ergo non est materia designata per quantitatem; nam hæc designatio est saltem ordo ad quãtitatem; ordo autem ille non est essentialis, quia variatur; modò enim materia designata est ad hoc indiuiduũ, modò ad illud; est ergo accidentarius: ergo in materia nu-

B da præexistit accidens aliquod, quod est impossibile; esset enim compositum per accidens ex materia, & accidente, cui non posset aduenire forma substantialis, quæ facit per se vnum, & essẽtiale. Item quia materia per se primò respicit formam substantialem, non accidens; ergo in illa antecedentia non est in materia aliquis ordo ad accidens; sed prior est ordo ad formam substantialem, & essentialem; ergo illa designatio per quantitatem, nõ antecedit istũ ordinem; nullo ergo modo quantitas designat materiã.

9. Argum.

C Nonò: Aliàs consequitur vt ipsa quãtitas sit principium indiuiduationis primũ, siquidẽ ab eius indiuiduatione petitur ipsa indiuiduatio naturæ. Et confirmatur, quoniam cum materia nuda, nisi designetur per aliquid, non sit principiũ proprium illius indiuidui; illud quo designatur erit poti' indiuiduationis principiũ, quàm materia. Confirmatur secũdò, quoniam agens maximè designat sibi materiam in qua operetur, quæ eadem designata est principium indiui-

Confirm. 1.

Confirm. 2.

D duationis; ergo agẽs est principium primum indiuidui.

10. Argum.

Decimò: Materia non est primum incommunicabile; ergo non est primũ indiuiduum; ergo non est principium indiuiduationis: illud enim est principiũ indiuiduationis primũ, quod est per se ipsum indiuiduũ. Quod autem materia nõ sit primum incõmunicabile, probatur; quia ipsa cõmunicatur cõposito, & ipsũ compositum cõmunicatur supposito; ergo materia non est incõmunicabilis potiùs, quàm forma.

11. Vlt. argum

Vltimò: Quantũuis ostẽdamus materiã destinatã ad vnũ indiuiduũ in generatione; non idcircò probatur illud fieri indiuiduũ per materiã; indiuiduũ enim

non variatur, sed est semper idem; materia autem trãsit successione partium, vt fluuius in loco per quem deriuatur.

Confirm. Præterea licèt hæc materia cum hac dispositione destinata sit ad hoc indiuiduũ, potuit fortè alia materia cũ dispositione alia eidem indiuiduo gignendo deseruire: itaque materia ista sic disposita erit propria huic indiuiduo, sed hoc indiuiduum non erit necessariò colligatũ cum hac materia, sicut est cum hac forma connexum: ergo non materia, sed forma est indiuiduationis principiũ proprium.

Aduertenda.

12. 1. Aduert. Indiuiduum accipitur 1. pro indiuiduo cũ accidentibus.

PRimùm hoc loco attendendum est, quòd indiuiduum accipitur dupliciter; primò pro indiuiduo cum omnibus contentis in illo; accidentia enim ad indiuiduum pertinent, quia primò sunt in illo: albedo enim non est primùm in homine, sed in Petro primùm est, & in homine est per Petrum: hoc pacto indiuiduum est ens per accidens, compositũ ex natura, & accidẽtibus. Alio modo dicitur indiuiduum prima substantia, vel indiuidua natura, seclusis omnibus accidentibus, & ipsâ existentiâ, quæ non cõtinetur in cõceptu indiuidui creati; quo pacto in conceptu indiuidui nihil continetur reale, nisi sola natura; nam differẽtia indiuidua nõ est res quæpiã à natura distincta, vt diximus. Quo pacto indiuiduũ est ens per se, non per accidẽs. Cum autem S. Thom. ait, indiuiduũ accidere naturæ, non est intelligendũ quòd in ratione indiuidui cõtineatur aliquid accidens, cũ S. Doctor indiuiduationem tribuat materiæ, quæ non est accidens: sed vult significare naturæ vt sic, accidere nostro modo intelligendi, quòd sit hæc, vel illa; eò quòd non necessariò sit hæc, neq; necessariò illa; quæ autem non necessaria sunt, dicũtur accidere: sicut animali ait accidere vt rationale, vel irrationale sit. Cum autẽ ait indiuiduum cõtinere accidentia, loquitur de indiuiduo primo modo, quod est ens per accidens. Ex quibus colligim' decipi eos, qui credunt aliquod accidens esse principiũ indiuidui, eò quòd indiuiduum sit ens per accidens: non enim hoc pacto vsurpamus indiuiduum, cum de eius constitutione quærimus, sed de indiuiduo per se, v.g. de Petro.

Sic est ens per accidens.

Accipitur 2. pro 1. substãtia vel natura indiuidua, seclusis omnibus accidẽtibus, etiã ipsâ existẽtiâ.

Sic est ens per se.

Explicatur *S. Thomas* dicens indiuiduum accidere naturæ, id est, accidere nostro modo intelligẽdi quòd sit hæc, vel illa.

Exemplum. In quæst. de cõstitutione indiuidui sermo est de indiuiduo 2. modo.

Post hæc memoriâ repetendũ est, quod docuimus de essentia cõmuni, & indiuidua, nempè esse inter eas solius rationis discrimẽ: at verò essentiã absolutè indicare naturam, & quidditatem communi quadam notione apprehensã; & eapropter differentiã indiuiduã non dici essentialem more loquendi philosophico; esse tamen intimam in indiuidua essentia.

13. 2. Aduert. ex c. 3. p. 1. n. 2. Intercssent ã cõmunem, & differentiã indiuiduã est solius rationis discrimen.

Ex qua notatione primũ consectariũ est, differentiã indiuiduã nõ esse accidẽs, neq; esse aliquid ex natura rei distinctũ ab essentia: quare neque ipsa est principiũ indiuiduationis nisi solâ mentis cõsideratione, vt propria differentia constituens indiuiduum.

14. 1. Consect. Differentia indiuidua nõ est principium indiuiduationis, nisi per solam rationem.

Secundum consectarium est, materiã non fieri indiuiduã per indiuiduam differentiam additam materiæ ex natura rei distinctam ab illa; neque formam per simile aliquid additum fieri indiuiduam, sicut neque ipsum compositum. Sed tamen, quia hæ partes substantiæ ab alterutris pendent, idcircò quærimus, vtra pars sit principiũ reale indiuiduationis alterius partis, aut ipsius compositi? De principio indiuiduationis partiũ differemus capite sequẽti. Modò facimus quæstionem de principio reali indiuiduationis cõpositi; differentia verò indiuidua non re ipsa, sed sola attentione mentis constituit indiuiduum.

15. 2. Consect. Materia nõ fit indiuidua per indiuiduã differẽtiam, neq; forma, sicut nec cõpositũ.

Tertiò colligimus quòd vnitas propria materiæ, quã explicauimus parte 4. capitis præcedentis, non est sola vnitas formalis propria materiæ cõmunis; sed est vnitas numerica materiæ, quæ tunc non est distincta ab illa vnitate formali, vt iam docuimus: sed vnitas numerica consequitur materiã indiuiduã, & creatam; & hæc materia indiuidua, & vna numero, habet suam vnitatẽ, & formalẽ, & numericam, secundum quod per formã collocatur in specie entis cõpleti, & in numero illius speciei, vt docuim'. Itaq; affirmamus materiam duas habere vnitates numericas, aliam propriã ante formã, aliam accidẽtem per informationẽ formæ; & cum his vnitatibus numericis, suæ etiam vnitates formales coniunctæ sunt: quatenus in materia nuda consideramus quasi speciem, & indiuiduum cum suis vnitatibus formali, & indiuidua: & iterum in materia informata consideramus speciem, & indiuiduum ad quod trahitur materia per

16. 3. Consect. Vnitas propria materiæ nõ est sola vnitas formalis, sed vnitas numerica.

Item habet a forma aliã vnitatẽ, & formalem, & numericam.

In materia nuda cõsideram' quasi speciẽ, & indiuiduũ cũ suis proprijs vnitatibus, formali, & indiuidua indistinctis re ipsa.

Iterũ in materia informata consideramus speciem, & indiuiduũ cũ alijs vnitatibus, formali, & indiuidua indistinctis re ipsa.

per formam cum vnitate formali illius speciei,& vnitate numerica indiuidui.

17. *Ex Arist.* duplex diuisio, alia per formâ speciei: alia per quantitatem.

At verò hoc in loco explicandum est Aristot. assertum 3 Metap. tex. 11. & 5. Met. tex. 12. vbi ait duplicem esse diuisionem, aliam per formam speciei, aliam per quantitatem: illa est diuisio essentialis,& formalis qua Angeli discernuntur; ista numerica, siue materialis diuisio, qua in specie eadem diuiduntur indiuidua. Sed vt constat ex dictis, aliæ diuisiones sunt istis addendæ: nam ipsa indiuidua per formas indiuiduas diuiduntur quasi formaliter indiuidualiter & substâtialiter, vt ita dixerim: per quantitatẽ verò diuiduntur quasi formaliter accidentaliter. Et ante vtramq; formã diuiditur materia quasi materialitèr subsiãtialitèr; quia sua causalitate materiali substantiali, qua formæ subijcitur, diuisa est ab alijs materijs, vt docuimus.

Ex dictis addẽ de diuisiones ipsorũ indiuiduorũ, alia per formas indiuiduas, alia per quãtitatẽ.

Adhuc prælibandũ est ex dicendis in disputatione de supposito, quòd incommunicabile dicitur duobus modis, vel quod est vltimum, & nulli alteri cõmunicatur, quod est suppositũ: vel quod non est commune vniuersale, sed singulare, & indiuiduum; quo pacto materia prima est primum incommunicabile, hoc est, prima pars indiuidua: quamuis alia significatione sit cõmunicabilis suppositi, vt posteà elucidabimus.

Ité ante vtrãq; formã diuisio materiæ per suam causalitatem.

18. 4. Aduert. Incõmunicabile vltimum, id est, quod nulli alteri communicatur.

Incõmunicabile primũ, id est, 1. pars indiuidua.

Postremò explicemus quomodo materia prima trahatur ad hypostasim animæ rationalis; nam si ad hypostasim trahitur, necessariò deducitur ad vnitatem animæ, vt docet Tho. Caiet. 3. p. imò ad maximã vnitatem quæ est hypostasis; ergo cũ indiuiduatio sit quædã vnitas, potiùs forma hæc erit principiũ indiuiduationis materiæ, quàm vt materia sit principiũ indiuiduationis formæ rationalis.

19. 5. Aduert. Dubium, q o-modo materia trahatur ad hypostasim, & vnitatẽ animæ rationalis. *Caiet.*

Aduertamus tamen animũ ad ea, quę diximus; neque enim modò inquirimus vnitatẽ vltimam, quę est suppositi, neque causam eius, quæ absque dubio est proprietas hypostatica: sed de vnitate indiuidua naturæ cõpositæ differimus: ergo illã quidem vnitatẽ suppositi habet materia ab anima rationali per hypostaticã proprietatẽ, quæ est propria animæ; istã verò vnitatem naturæ, habet compositũ à materia signata, vt à primo principio indiuiduationis,& vnitatis: imò ipsa anima habet à materia signata tanquam à principio finali vnitatem formæ, vt cap. A sequẽti declarabimus; sed vnitatem hypostasis, quæ est vltima, habet materia ab anima rationali.

20. 1. Solutio. Materia ab anima per hypostaticã proprietatẽ habet vnitatem vltimã, quæ est vnitas hypostasis.

Compositum à materia signata habet vnitatẽ indiuiduã naturæ.

Imò ipsa anima à materia signata vt à principio finali habet vnitatem formæ.

Præterea, etsi materia trahatur ad hypostasim animæ rationalis; tamẽ ex materia,& anima componitur perfecta hypostasis vnitate quadam perfecta; cuius vnitatis principium primũ est materia, licèt principale sit forma: vtrumq; enim simùl euenit, vt materia trahatur ad imperfectam hypostasim animæ, quæ ordine naturæ antecedit cõpositum; & tamẽ in cõpositione hypostasis perfectæ; quæ est composita ex corpore,& anima, materia prima sit primum principium illius vnitatis perfectæ,& incommunicabilis. B Et ita euincimus, vt materia sit principium primum, non solùm naturæ indiuiduæ, sed indiuiduæ hypostasis compositæ, quæ ex materia, & anima rationali concreta est.

21. 2. Solutio. Materia trahitur ad hypostasim, & vnitatẽ animæ imperfectam.

Est tamen primũ principiũ perfectæ hypostasis, & vnitatis.

Responsio.

ARgumentis respondere iam est facillimũ. Et primùm dicimus Auctores cõmemoratos in argumento primo non definijsse singularia per accidẽtia communia, sed qualicunque descriptione indicasse; quia accidentia maximè faciunt nota singularia, & illa definitio conuenit solis substantijs singularibus; C nam singularia accidentium non habent alia accidentia, quibus fiant singularia: sola ergo singularia in genere substantię per sua accidẽtia vtcunq; cõmonstrantur. Et idcircò S. Tho. ait indiuidua addere accidẽtia, vt signa indiuiduationis, quemadmodum de quantitate diximus.

22. Ad 1 argum. Ad Auctores. Singularia substantiæ per sua accidentia vtcunque indicantur. Vide 1. aduert.

Ad argumentum primum respondetur concedendo, quòd singularia nõ differunt in essentia, vt docuimus; sed neq; differunt re aliqua addita essentiæ, vt quoq; exposuimus: quare non consequitur vt differant accidentibus, quæ extra D essentiam sunt; sed differũt singularia re ipsa per hoc quòd sunt indiuiduæ essentiæ; logicè autem per differentias indiuiduas animo conceptas; at verò per materiam primam, tanquam per principium reale indiuiduationis.

23. Ad rationem. Respondetur ex 2. aduert. Singularia differũt re ipsa per hoc quòd sunt indiuiduæ essẽtię, logicè autẽ per differẽtias indiuiduas; per materiã verò, vt per principiũ indiuiduationis.

Ad secundũ respondetur quòd principium indiuiduationis non est vltimũ, sed primum, quare ea opinio maximè distat à vero, quæ ponit existẽtiam principium indiuidui: illud enim est primum subiectũ,& fundamentũ;& existentia est

24. Ad 2. argum. ex cap. 5. n. 6.

actus vltimus; nam & forma substantialis complet primò,& per se indiuiduum; & tamen non dicitur principium indiuidui, quia non est primum.

25. Ad 3.argum. Ad loca *Aristot.* Forma indiuidua constituit hoc aliquid,& distinguit,sed cum dependentia à materia, vt à fundamẽto quo sustinetur. Vide cap.10.

Ad tertium respondetur explicando priùs quæ ab auctoritate Arist. afferuntur. Verum enim est quòd forma indiuidua constituit hoc aliquid quod est indiuiduum,cuius vnitas specifica,& numerica à forma est,vt docuimus:& similiter actus distinguit indiuidua, & forma dat vnitatem numericam, vt ait Auicenna; sed omnia hæc præstat forma cum depẽdentia à materia, vt à fundamento quo sustinetur:& idcirco ea est indiuiduationis principiũ primum. At verò cap. sequenti,plus quàm arguẽdo petitur, ostẽdemus, scilicèt ipsam formam, quę dat esse indiuiduum,vt indiuidua sit,habere à materia.

26. Ad rationem. Materia non est principiũ formale quod dat esse, sed principiũ materiale quod accipit esse, & hoc est primũ.

Ad argumentum autem concedendũ quòd forma dat esse indiuiduum, & materia non dat esse indiuiduum; materia enim non dat esse : sed non probè colligitur quòd materia non sit principiũ indiuidui;consequitur enim benè quod nõ sit principium formale,quod dat esse;est tamen principium materiale quod accipit esse,& hoc est primum: non enim inquirimus principium prẽcipuum indiuidui,quod est forma, vt argumẽtum probat;sed principiũ primũ à quo ipsa forma pẽdet,vt à primo,& hoc est materia.

Ad vtramque confirm. ex 5. aduert.

27. Ad 4. argum. *Ad S. Tho.* explicatio de distinctione rerũ essentiali, aut specifica, aut generica. Ad 1. probationem eiusdem: Forma nõ sequitur dispositionem materię,intellige in genere causæ finalis.

Ad quartum respondetur adhibendo priùs cõmentarium doctrinæ S. Thom. nam eo loco probat materiam non esse principiũ distinctionis rerum essẽtialis, aut specificæ,aut genericæ: quod luculẽtissimè probat illis argumentis, quæ de distinctione indiuidua in specie eadem inualida sunt. Quod enim ait, formã nõ sequi dispositionem materiæ, intelligit in genere causæ finalis : & ideo subijcit materiam potiùs sic disponi ad recipiẽdam formam:forma ergo est prior in intentione agentis; sed in executione materia antecedit, vt cap. sequẽti declarabimus. Quod autem ait, ea quæ sequuntur materiam vt causam primã,esse præter intentionem agentis; interpretandũ est de intentione naturæ vniuersalis, cui accidunt indiuidua : natura enim generationis ope intendit per se conseruare hominẽ; Petrum autem, & Paulum per accidens. Et ibidẽ indicat hæc quæ sunt per accidens,sc.indiuidua,sequi materiã

Ad secundam. Indiuidua sunt præter intẽtionẽ agentis, sc. naturæ vniuersalis, cui illa accidunt.

A vt causam primã. Quod verò ait materiã indigere distinguente alio,scil.forma,est quoq; verissimum,quia secundũ vnitatẽ essentiæ specificæ additam, quæ est pars entis perfecti,est vna in potẽtia, & indiget actu diuidente, vt docuimus. Vnde ipsa non potest esse principiũ essentialis distinctionis,quæ fit per actum;sed indiget potiùs actu distinguente. Longè igitur abfuit à solertissimo ingenio Doctoris Sancti, vt non perstringeretur ijs argumentis,si illa probarent indiuiduã distinctionem non peti à materia , contra illius sentẽtiam; quibus ille cõprobauit nõ peti à materia essentialẽ distinctionẽ.

Ad tertiam: ex 2.aduert. n. 16.& ex cap.8. p.4.n.16.& 17.

B Deinde ad argumentũ respondendũ est,quòd materia ante formam est res actu producta,& eodẽ modo est actu vna, vt supra exposuimus.Negatur autem illa consequentia. Materia est ens in potentia;ergo nihil habet actu nisi per formã;nihil enim actuale habet nisi per formam : id verò quod est proprium materiæ, quod est recipere formã actu, habere per se;& eodẽ modo est actu vna,vnitate materiæ, & potẽtiæ ante ipsam formam. Addẽdum quoq; non esse formaliter diuisam illis diuisionibus quas Arist. tradidit, vt diximus in notatione; sed esse diuisam quadã indiuidua,& materiali diuisione sibi propria secundum propriam vnitatem. Ad cõfirmationem respondetur similiter, quòd materia ante formã non est ens actu, vt declarauimus, quasi habens essentiam, aut existẽtiam; est tamen actu res producta, & actu res vna. Ad posteriorem confirmationem respõdetur, materiam actu productam neque essentiam , neque vnitatem habere, vt possit existere sine forma,quod S. Thomas docet, & ex dictis anteà constat : habet tamen vnitatem aliquam quatenùs res quædam est,quam dicimus esse vnitatem propriam materię ante formam.

28. Ad rationẽ. Materia ante formã est res actu producta, & actu vna vnitate materię & potentiæ. Nihil autem actuale habet nisi per formã.

Ad 1.confirm.

Ad 2.confirm. ex c.8. p.3.n.7.

D Ad quintũ iam diximus, materiã nudã esse principiũ pluriũ indiuiduorũ successione generationis; materiã verò vt est iam causa in actu recipiens istam formam sua causalitate materiali,esse principium istius indiuidui determinatè, & vtroq; modo materiã posse dici indiuiduationis principiũ. Ad cõfirmationem respondetur materiã factã iam istius indiuidui per causalitatẽ suam materialẽ, hoc est,per actualem receptionem formæ,

29. Ad 5.argum. Materia vt est causa in actu, est principiũ istius indiuidui determinatè.

Ad confirm.

mæ, neque per Dei potentiam posse effici alterius indiuidui: neque enim potest intelligi materia actu recipiens formam hominis istius, & quòd non sit materia istius hominis, qua homo constet, & existat: benè tamen Deus in illo momẽto generationis potest occupare istã causalitatem materiæ non producendo illam; tunc verò non erit principium istius indiuidui, sed alterius cuius formã Deus intulerit materiæ. Sed de his cap. sequenti vberrimè disputabimus.

30. Ad 6. & 7. arg. ex cap. 8. p. 4. n. 11. Ad confirm.

Ad sextum, & septimum iam diximus quantitatem nil conferre ad indiuiduationem, sed duntaxat esse signum illius. Et item quòd non hæc quantitas necessariò designet materiam, vt argumentum probat; sed hæc, vel altera istius dimensionis: signum enim materiæ vt est indiuidnationis principium, est quantitas in hac mensura, siue sit hæc, siue alia; in alio verò sensu designatio materiæ quæ est causalitas illius, non est cõmunis causalitas, sed hæc, vel illa, vt sit principium propriũ istius, aut illius indiuidui.

31. Ad 8. argum. similiter.

Octauum argumentum nostras partes agit contra Thom. Caiet. & alios, qui crediderũt quantitatem aliquo modo conducere ad indiuiduationem substantiæ: nos verò dicimus esse duntaxat signum indiuiduationis quod omni modo est posterius indiuiduo, etiam secundum ordinem rationis, quo intelligimus materiam conferendo cum substantiali forma, & posteriùs cum quantitate.

32. Ad 9. argum. per eadem.

Ad nonum per eadem responsum est; neq; enim indiuiduatio petitur à quantitate vllo modo vt à principio, sed per illam commonstratur vt per signum. Ad cõfirmationem respondetur nos inquirere principium indiuiduationis, quod est materia; causalitas verò materiæ nõ est principium, sed principij causalitas: nam in rebus creatis causa, & principiũ idem sunt: quare causalitas sicut est ipsa ratio causæ est etiam ratio principij. Rectissimè ergo dicimus materiam esse principiũ indiuiduationis; cuius principij ratio propria est materialis causalitas. Itaq; materia in ipso exercitio causandi, nullo alio addito, est indiuiduationis proprium principium. Neque ea causalitas materialis est accidens, quod ante formam non potest inueniri in materia. Ad secundam cõfirmationem respondetur, quòd agens est principiũ extraneum, & est principiũ, vt indiuiduũ fiat: nos verò disputamus de primo principio intimo; neque de principio faciendi indiuidui, sed de eo principio quo indiuiduum constat, & existit.

Materia est principium indiuiduationis, cuius principij ratio propria est materialis causalitas.

Ad 1. confirm.

Ad 2. confirm. Agens non est principium intimum, & quo indiuiduũ constat, sed materia.

33. Ad 10. argum. ex 4. aduert.

Ad decimum iam respondimus incõmunicabile posse dici id, quod est singulare, & vnum. Et hoc sensu negamus materiam non esse incõmunicabilem cum habeat propriam vnitatem ante formã, vt diximus. Sed si incõmunicabile vsurpemus propriè, scilicèt quod alteri cõmunicari non potest, concedimus materiam non esse incommunicabilem, cum suo modo formæ connexa communicetur supposito incõmunicabili. Quo argumẽto non probatur eam nõ esse indiuiduationis principiũ, vt obseruauim⁹.

34. Ad vlt. arg. & ad confirm. ex cap. seq.

Ad vltimum respondendum est disputatione sequẽti, vbi cõmonstrabimus quo pacto forma per materiã fiat indiuidua, licèt possit manere forma eadẽ, & per formã indiuiduũ idem mutatâ materiâ. Ibi etiam ostendemus quo pacto hæc forma sit propria istius materiæ, sicut hęc materia signata propria est istius formæ; quod est materiã esse principiũ non modò propriũ, sed adæquatũ indiuiduationis. Hactenùs verò hoc solùm egimus vt tueremur eam esse principiũ propriũ, hoc est, istius indiuidui designati principiũ. Sed supereſt tractanda pars altera cap. sequenti, vtrum istud indiuiduum speciatim additum sit huic materiæ, vt illa sit principiũ indiuiduationis non solùm proprium, sed adæquatum.

CAPVT X.

Indiuiduatio formæ substantialis necessà materia petenda est.

HOc caput plures cõplectitur quæstiones, secandumque est in partes quatuor.

Prima pars: *Forma indiuidua, & designata ad agens naturale creatũ referenda est.*

Secunda: *Materia designata est principium adæquatũ indiuiduationis formæ substantialis.*

Tertia: *Mutatâ materiâ per augmentum manet eadem forma, & indiuiduum idem.*

Quarta: *Forma indiuidua diuinâ potentiâ potest induci in quamcunque materiam eiusdem rationis.*

PARS PRIMA.

Forma indiuidua, & designata ad agens naturale creatum referenda est.

1. Ratio dub.

CVm ab eodem agente, & virtute eadem actiua possint deriuari plures formæ eiusdem speciei, verbi gratia, ab vno igne plures formę similes in specie eadem, est enim virtus agentis indifferens ad plura; fit locus disputandi satis amplus, vnde id accidat, vt hæc potiùs forma quàm illa effluat ab agente: nam cum causalitas agentis occupet, & præcat causalitatem materiæ, videtur nõ posse hoc discrimen attribui materiæ, sed agenti.

2. Corroboratur.

Rursum, cum idem agens in eodem instanti, obnoxium ijsdem influentijs, cumque omnibus alijs circumstantijs, in diuersa materia diuersam formam inducat; quare in hac materia istam, & nõ illã, in illa verò materia illã, & non istã formã efficiat, nulla ratio suppetit verosimilis: Nam si agens naturale operaretur liberè, ad voluntatem agentis posset hoc referri, quod pro libito eligit hanc formam, non illam; sicut artifex ad conficiendum parietem, ponit hunc lapidẽ, vel illum, vt vult.

3. 1. Sent. tit. aduersa: Determinationé effectus quoad indiuiduũ esse à Deo. *Gregor. Nominales. Tolet.8.Ph. q.3. Fonſ.5.M.c. 2.q.14.ſ.3. Conimb. 2. Ph.c.7.q.15. Soar.in M. d.19.ſect.1. nũ.11. d.22. ſect.2.n.31. & ſ.4.n.5.*

Quidam igitur hac ratione inducti, discrimen istud indiuiduarum formarũ ab agente eodem, quòd scilicèt inducatur hæc forma cum potuerit induci illa, reducunt ad voluntatem primi agentis. Et ita aiunt agens creatum concurrere ad speciem effectus, Deum verò ad indiuiduationem effectus. Auctores huius sententiæ nulli sunt, qui olim commemorentur, præter Gregorium in 1.d.17. q.4.art.2. & d.35.q.1.art.1. & quosdã Nominales. Arripiunt tamen sententiã nunc quidam doctores.

4. Improbatur 1. vt dissentanea philosophiæ. Quòd natura agẽs, posita iã præparatione materiæ, sit indifferẽs, & ambigua, & impoteus' vt perueniat ad terminũ propria vi, est dedecus naturæ.

Hæc tamen opinio non est è re philosophica, & falsitatis manifestè conuincitur. Philosophiæ consentaneum non est referre physicos omnes effectus ad liberam voluntatẽ Dei, nulla causa naturali eorum inuenta. Meditantur enim naturam agentem, posita iam præparatione materię, indifferentem ad inducẽdam hanc vel illam formam, absque vlla vi discernendi ambiguam potentiam, iuuari ab Auctore naturæ Deo determinante indifferentiam illam ad hanc formam potiùs quàm illam producendam. Et ita natura agens sua operatione non potest peruenire ad terminum propria vi ingenita; quod quidem est conuitium naturæ, & dedecus. Et in hoc iterum erratur, dum causam vniuersalem aiunt determinare particularem; cum potiùs causæ cõmunes, & vniuersales per causas particulares, & subiectas determinentur: Sol enim indifferens est ad generandum equum, aut bouem: equus ad equum gignendum, & bos ad bouem habent definitam virtutem. Præterea, nullos effectus eueniret naturaliter hic, & nunc, si coeuntibus causis omnibus naturalibus adhuc penderet effectus secũdum ordinem naturæ, à libera voluntate primi agentis? nam ille effectus cum his omnibus causis collatus, adhuc cum illis nulla necessitate connectitur, vt illi aiunt; ergo non est naturalis effectus. At verò ijdem Doctores obiecta sibi difficultate cessant, neque respondendi viam sibi facere vllo modo queunt. Quò enim fit, vt ordine naturæ seruato non possit iterum produci quod semel interijt, si indiuidua forma designata nõ est ab agente creato, sed à Deo qui potest formam corruptam recuperare? Aiunt hoc quidèm possibile, sed non decere ordinem naturæ, quia esset confusio, & perplexitas. Nos verò nõ dicimus, corruptum reparari per naturam esse indecorum, sed esse aimus impossibile. Quod assertum esset falsum, si indiuiduum corruptum, quod virtute diuina potest redire, sola ea virtute rediturum esset assistente causa naturali quoad speciem indiuidui, quia diuinæ virtuti, ad quam refertur indiuiduatio vt aiunt, impossibile nihil est. Sed neque id indecorum esset, neque confusio, neque perplexitas, cum id quod attinet ad rerum ordinem ita præstetur per hæc, sicut per illa indiuidua, siue redeant, siue non redeãt. Dicant ergo huius rei causam esse occultam; & hoc verum est, nesciri causam quæ nulla est.

Improbatur 2. Causę cõmunes per particulares determinantur, non è contra.

Improbatur 3. Sequitur nullũ effectũ euenire naturaliter hic, & nũc.

Improbatur 4. efficaciter.

Sequitur corruptũ reparari naturaliter esse possibile.

Responsio.

Refutatio. Corruptũ reparari per naturã non est solùm indecorũ, sed impossibile.

Sed vt mittam rationes alias quibus rem istam tractabimus tom. 2. & de libero arbitrio difficultates maiores; certè isti auctores non vident diuidere se naturam specificam ab indiuidua, ita vt illa sit ab agente increato, hæc verò à creato: aiunt enim agens creatum concurrere ad speciẽ effectus, non ad indiuiduationem

2. Refutatio. In dicta sentẽtia indecorum quidẽ id esset.

5. Improbatur 5. Naturam specificam distinctam ab indiuiduis esse effectũ agentis singularis, paradoxũ est plusquã Platonicum.

uidua tionem. At paradoxum est Platonicum, aut Platoni impositum, natura illa specifica distincta ab indiuiduis. Quòd verò illa ipsa natura specifica sic distincta, sit effectus agentis singuralis, nec Plato ipse, aut vllus hominum somniauit. Quòd si non natura specifica, aut forma; sed indiuidua, & designata forma ab agente naturali profluit; hoc adhuc cogitãdum est, vnde accidat vt hæc, non illa sit quæ profluit. Nam etiam hoc posito, quod necessarium est, scilicèt agens producere hunc effectum virtute sibi insita quoad speciem, & quoad indiuiduationem; quia scilicèt natura specifica, & indiuidua omninò res eadem est: supereſt dubium quare hoc indiuiduum producatur potius quàm illud, ab isto agente hic, & nunc?

Posito quòd agens producit hunc effectum virtute sibi insita quoad speciem, & quoad indiuiduationem, procedit quæstio.

6.

2. Sententi *Soar. in Met. disp.5.sect.3 n.31. & tõ. 2.ad 3.p.dis. 44.sect.6.*

Alij hoc referunt ad circunstantias loci, vel temporis, vel ad oppositionem syderum, & influẽtias quibus agens particulare obnoxium operatur diuersa. nunc hoc, nunc illud. Et ita causa adæquata indiuidui designati, non est agens solum, sed cum circumstantijs. Sed adhuc his omnibus datis agens naturale est indifferens ad plures effectus, si admoueantur plura subiecta, vt igni cuidã plura ligna simul. Cum ergo his omnibus causis datis, idem ignis diuersas formas ingerat lignis diuersis, siue materijs lignorum; cur istam isti, & illam illi, siue istam in ista materia, & illam in illa; hoc quærimus, huius discriminis rationem indagamur; à qua petenda est indiuiduatio formæ.

Refutatur. Positis omnibus circumstãtijs, agens naturale est indifferẽs ad plures effectus, si admoueãtur plura subiecta.

7.

3. Sentent. Refellitur. De actione, & effectu est eadẽ quæstio.

Reuocant hoc quidam ad actionem; produci enim aiunt hanc formam per istam actionem, & per illam actionem formam aliam. Sed de actione, & effectu eadem quæstio agitatur: nam ab agẽte eodem possunt emanare actiones diuersæ solo numero distinctæ; quare ergo potiùs hæc actio, quàm illa.

8.

4. & vera sent. in tit. asserta. Generãs creatũ determinatur ad hanc numero formã, non ab alio agente, sed à materia.

Dicendum ergo est discrimen hoc referendum esse ad materiam primã, per quam ipsum agẽs determinatur ad producendum potiùs hanc formam, quàm illam. Itaque ipsum generans insita vi naturæ producit hanc numero formam, non solùm quoad speciem, sed in indiuiduo, nullo alio agente determinante; quia ipsa virtus naturalis agentis per materiam in qua operatur, ad hanc numero formam determinatur.

A

B

C

D

Sed hoc apparet difficile esse intellectu: cum enim causa efficiens antecedat materialem, videtur fieri non posse, vt generans quod in genere causæ efficientis concurrit, determinetur à materia. Est igitur perspicaciùs attendendũ, quòd cum dicimus generans determinari per materiam, non est sensus quòd agens aliquid accipiat à materia, quo eius virtus quæ erat indifferens ad producendas plures formas, determinata maneat ad producendam istam, nõ aliã; hoc enim falsum est: sed intelligimus ea quæ sunt ab agente, designari per materiam, tàm ipsam actionem, quàm formã per actionem productam. Et hoc modo agens determinatur per materiam quoad effectum: nam quia huic materiæ suâpte naturâ debita est hæc forma, & non alia; generans admotum huic materiæ sic dispositæ non potest producere nisi istam formam, & non aliam; neque potest generare nisi hac numero generatione in ista materia subiecta: ergo quoad effectum indifferentia agentis determinatur à materia.

9. Obiectio.

Explicatur hoc dilucidiùs: nam in virtute agentis ista indifferentia non explicanda est positiuè, quasi sit virtus cõmunis, quæ sit applicanda, & coarctanda alia virtute particulari ad hunc effectum, & illum; sicut virtus solis est communis ad generandum omne animal, & tamen ad singula generanda necessariũ est particulare generans. Virtus autem agentis particularis est indifferẽs negatiuè, quia non est determinata ad vnum solum producendum; sed in singulis materijs est determinata ad singulas formas designatas, & ita non indiget causa alia effectrice determinante: quæ est nõ negligenda obseruatio; hoc enim vno videntur decepti, qui in re ista de veritate decidерunt.

Sed adhuc videmur materiam præponere agenti in indiuiduatione formarum; siquidem à materia determinatur actio agentis, & forma per actionẽ producta. Occurrendum tamen est generationem, & formam geniti consequi materiam dispositam, non nudam, vt diximus; dispositio autem est à generante: vnde primum principium est ipsum generans quod disponit materiam. Hoc tamen responsum non satisfacit in productione ipsius dispositionis, quam non

Solutio. Generantis determinatio per materiam, Declaratur 1.

Ea quæ sunt à generante, scil. ipsa actio, & forma, designãtur per materiam.

Huic materiæ sic dispositæ suapte natura debita est hæc forma, & non alia.

10. Declaratur 2. ampliùs.

Virtus agentis particularis nõ est indifferens positiuè, quasi sit virtus communis ad generandum, vt virtus solis.

Est indifferens negatiuè, id est nõ est determinata ad vnum solũ producendum.

Vide c.2.n.29. & 32.

11. Replica.

1. Respõsio, Materia sic dispositа à generante, vt n.8. determinat ipsũ ad formã.

Non satisfacit in productione ipsius dispositionis.

præcedit alia dispositio, vt posteà dicemus de indiuiduatione accidentiũ. Præterea, ipsa causalitas materialis, quam consequitur generatio, & forma geniti, est effectus generantis: quare generans est causa prior quàm materia, quæ suam causalitatem habet à generante. Deniq; id quod est præcipuum, etsi materia sit principium indiuiduationis formæ, tamen generans est quoque illius principium modo iam declarato, quia determinatum est suapte natura ad hanc formam in hac materia: principium autem efficiens, quod coaptat materiam formæ, simpliciter est prius quàm principium materiale. Quare primum principium indiuiduationis est agens, sed illud est extrancum.

2. Responsio. Materia causalitate signata à generãte, determinat ipsum ad formam.

3. Responsio præcipua. In indiuiduatione formæ vtrumq; principium est primũ, sc. materiale, & efficiens.

Hoc est simpliciter prius:

Illud est 1. cõiunctũ, vt p. 2. hoc 1. extraneum.

Confirmatio.

12. *Aristot.* 1. locus.

QVòd indiuiduatio siue singularitas effectus reuocanda sit ad effectricẽ causam singularẽ creatam docet Arist. lib. 2. Physic. tex. 39. Nam cum nos admoneat coaptandos esse effectus suis causis. *Præterea* (inquit) *generum genera, & singulorum singula, vt statuarius statuæ, & hic huius.* Ergo hic statuarius non est causa statuæ, sed huius statuæ. Et idem docet Philosophus lib. 5. Metaph. tex. 3. Hæc eadem est doctrina S. Thom. multis in locis, 1. p. q. 19. art. 4. & q. 41. art. 2. Et lib. 2. contra gentes, cap. 23. Et lib. 3. cap. 99. & q. 3. de potentia art. 13. & 15. Quibus locis affirmat agens naturale esse determinatum ad vnum: quod etsi possit explicari, esse determinatum ad vnum secundum speciem: eadem ratio persuadet, esse determinatum ad vnum indiuiduum, iuxta subiectam materiam, vt exposuimus; quod insinuat S. Thom. 1. p. q. illa 41. ar. 2. dicens, eorum esse voluntatem quæ possunt sic, vel aliter esse; quicquid enim in effectu est indeterminatum, est liberum: naturalis autem effectus variari non potest, sed est determinatus: ergo à naturali agente necessariò deriuatur determinatus effectus, non varius, aut vagus. Et q. 47. art. 1. ad 1. cum de hoc ipso disputaret, ait Deum etsi sit vnus, posse operari multa, quia operatur per voluntatem liberam, quæ non est determinata ad vnum. Et q. 116. art. 1. effectum per accidens reuocat ad causam liberam; quia natura intendit vnum, & illud vnum intendit per se: effectum autem coniunctum qui est per accidens, non intendit natura; aliàs intenderet multa: ergo is effectus refertur in causam liberam, quæ est multorum. Cum ergo effectus singularis sit intẽtus à naturali agente, & illud non intendat multa, sed vnum; necesse est singulatim agẽs hoc esse determinatum ad hunc effectũ in hac materia: & non esse indifferens ad multa in materia eadem; quia natura est ad vnum, & libertas ad multa. Et lib. 5. Metaph. tex. 3. sect. 4. in effectu eodẽ solum ordinem rationis cõsiderat; cum dicatur statuarius causa statuæ, & hic statuarius huius statuæ; ergo sublato ordine rationis, hic statuarius nullo modo est causa statuæ, nisi quia est huius singularis statuæ artifex. Legito Caietanum, & Ferrar. locis recitatis 1. p. & contra gent. Et hæc est nota Philosophis, communisque sententia.

S. Thomæ multa loca affirmãtia agens naturale esse determinatũ ad vnum.

Explicatio.

2. locus.

Refellitur. Eadem ratio est de determinatione secundũ speciem, & indiuiduũ.

Idem docet, libertatẽ esse ad multa, naturam ad vnum.

1. locus.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

Gaiet. Ferrar.

PARS SECVNDA.

Materia designata est principium adæquatum indiuiduationis formæ substantialis.

1. 1. Sent. tit. opposita. *Soar. in Met. disp. 15. s. 6.*

DE indiuiduatione formæ per materiam præcipua est huius capitis disputatio. Sunt qui hanc inficientur vel etiam eo solo argumento, quòd materia est extra formam; principium autem indiuiduationis est intrinsecum rei indiuiduæ. Illud quidem verò asserunt; liquet enim formã esse extra materiam; sed hoc secundum falsò, & sine causa asseuerant: quod notauit S. Thom. quæst. vnica, de anima ar. 3. ad 13. docens principia indiuiduationis formarum non esse de essentia earum, hoc est, non claudi in ipsis formis; sed hoc solùm compertũ esse in cõpositis, in quibus materia quæ est principium indiuiduationis, est pars essentialis compositi. Nos ergo inquirimus principium reale indiuiduationis, & comprobauimus ipsum generans esse principium primum illius, quamuis sit extra formam, & compositum; nunc inuestigamus principium indiuiduationis coniunctum, quod est materia, etiamsi extra formam sit.

Argum. quòd materia est extra formam.

Responsio.

Ex S. Tho. Principia indiuiduationis formarũ non sũt de essentia earum.

Quæstio præsens de principio indiuiduationis coniuncto.

2. De forma generabili, 1. Assertio.

Dicendum igitur primò id quod ex physicis principijs constat clarissimè, materiam

Materia eſt principiũ indiuiduationis huius formę.
Probatur.

materiam eſſe principium indiuiduationis formarum ſubſtantialiũ, quæ de materia educũtur: quod enim eſt principiũ cuiuſque rei, eſt principium vnitatis illius; neq; res vlla producitur in ſpecie, ſed in indiuiduo: ſed formæ ſubſtantiales materiales producuntur de potentia paſsiua materiæ: ergo eadem materia quæ eſt principium reale formę ſubſtantialis, eſt principiũ reale indiuiduationis eius. Et adhuc non loquimur de materia ſignata.

3.
2. Aſſertio.
Materia ſignata eſt principiũ indiuiduationis hui' formæ proprium.
Probatur.

Sed quoniam materia eſt principium quoddam cõmune, de quo poſſunt educi multæ formę ſpecie, & numero diuerſæ; agendum iam eſt de materia ſignata, quę eſt principium indiuiduationis proprium. De qua illud etiam certum eſt, eam eſſe principiũ indiuiduationis formæ propriũ; cum enim materia ſit cauſa compoſiti per hoc quod eſt cauſa formæ; priùs materia ſubijcitur formæ, vt principium indiuiduationis illius, quàm compoſito: materia ergo quæ eſt proprium principiũ indiuiduationis cõpoſiti, eſt quoque principiũ proprium indiuiduationis formæ; priùs enim forma redditur indiuidua quàm cõpoſitum.

Priùs forma redditur indiuidua quàm compoſitum.

4.
Circa hanc aſſertionem difficultas:
In materia ſignata, quidnam ſit proprium huius formæ.

Iam inde emergit difficultas ſtudioſiùs tractanda in materia ſignata, quę eſt proprium principium indiuiduationis formæ, quidnam ſit proprium, an ſola deſignatio materiæ, quam dicimus eſſe ipſam cauſalitatem materialem; an ipſa quoque materia propria ſit; ita vt ſola hæc pars materiæ, quæ deſignatur, potuerit ſubijci iſti formæ? Quòd hæc materia non ſit propria huic formæ, ſcitum eſt, cum ſit contingens eam admoueri huic agenti, & potuerit alio loco eſſe agenti alteri ſubiecta: ſola ergo cauſalitas materialis eſt propria huic formæ: & cum ſint multæ cauſalitates in materia, quia modò ſubijcitur huic formæ, modò alteri; adhuc alia cauſa quærenda eſt prior, ob quam hæc cauſalitas materialis ſit in iſta materia; & illa erit principium indiuiduationis formæ.

Reſolutionis 1. pars.
Non hæc materia nuda, ſed ſola deſignatio materiæ, ſeu cauſalitas materialis eſt propria huic formæ.
Ratio.

5.
Pro declaratione aduert.
Has diſpoſitiones in materia ſequitur hæc forma, illas illa, vt terminus extrinſecus motus.

Aduertendum igitur eſt id quòd ex phyſicis diſciplinis anteà admonuimus, generationem naturalem non accidere niſi in materia diſpoſita; quia agens naturale de potentia proxima, hoc eſt, diſpoſitâ producit formam geniti: conſtendum igitur eſt formam geniti eſſe cõiunctam cum materia iuxta diſpoſitiones præcedentes; quia has diſpoſitiones ſequitur hæc forma, illas illa, cum quibus forma comparatur vt terminus motus. Cauſalitas autem materialis qua materia deſignatur, fortè non eſt effectus diſpoſitionum, ſed ſolius generationis; eſt tamen cum illis connexa, quia per hoc quòd generans diſpoſuit materiam his diſpoſitionibus, ipſum generãs inducturum hanc formam, efficit in materia hanc cauſalitatem, qua illam ſubijcit huic formæ.

Per hoc quòd generans diſpoſuit materiã his diſpoſitionibus, ipsũ efficit in materia hanc cauſalitatẽ ad recipiendã hãc formã.

6.
Diſpoſitiones præcedẽtes nõ ſunt principiũ indiuiduationis formæ geniti.
1. Ratio.
2. Ratio pręcipua.

Nihilominùs tamẽ diſpoſitiones prę-
cedentes non ſunt principium indiuiduationis formæ geniti, de quo quærimus: tum quia non ſunt coniunctæ cum illa, cum antecedant tempore, & in inſtanti generationis iam non extent; tum maximè, quia forma non fit de diſpoſitionibus, ſed de materia diſpoſita, tanquam de termino extrinſeco, vt iam declarauimus: & de materia deſignata, tãquam de intrinſeco principio; & ideò materiam deſignatam dicimus principium indiuiduationis abſolutè, & ſimplicitèr, etſi agens quoque, & diſpoſitiones agentis cõcurrant ad indiuiduationem formæ. Diſpoſitiones ergo præcedentes maximè conducũt ad indiuiduationem formæ geniti.

Materia deſignata cum ſit intrinſecũ principium, dicitur principiũ indiuiduationis ſimpliciter.

7.
2. Pars.
Hæc materia nuda licèt non ſit principium iſtius ſolius indiuiduationis, ſeu iſtius ſolius formę propriũ, tamẽ eſt neceſſariũ principium indiuiduationis iſti' formæ, vt p. 1. n. 9. & 11.

Verùm etſi confiteamur materiam hanc nudam non eſſe proprium principium indiuiduationis iſtius formæ, quia potuit eſſe in loco alio, & ſubijci alteri agenti, & recipere aliam formam; tamẽ hæc ipſa materia neceſſariò continetur in iſto principio indiuiduationis: ita vt etſi materia iſta non ſit neceſſariò principium iſtius ſolius indiuiduationis; tamen iſta indiuiduatio neceſſariò pendeat ab hac materia, quia ſi eſſet alia, præceſsiſſet ſub alia forma ſubſtantiali, & alijs diſpoſitionibus præpararetur; accidentia enim diſponentia ſunt indiuidua per ſubiectum in quo ſunt, vt docebimus. Itaque materia non eſt propria iſti deſignationi, ſed iſthæc deſignatio eſt propria huic materiæ; quia in materia alia, eſſet alia diſpoſitio, & deſignatio alia: eſt ergo hæc numero materia neceſſarium principium iſtius indiuiduationis; ſed ipſa materia nuda non eſt principium proprium: materia verò deſignata non ſolùm eſt principium neceſſarium, ſed etiam proprium iſtius indiuiduationis.

Materia non eſt propria iſti deſignationi, ſed iſthæc deſignatio eſt propria huic materiæ.

Atquì

8.
3. Assertio. ex dictis cõsectaria.
Materia signata est principiũ adæquatum individuationis formæ generabilis.

Atquì ex ijsdem pręmissis colligimus manifestè, materiam signatam non solũ esse principiũ individuationis propriũ, sed adæquatum; quoniam forma geniti coniungitur necessariò cum dispositionibus præcedentibus, ita vt non possit ex materia sic disposita educi alia forma, sed hæc: Materia autem signata per hoc ipsum signatur, quòd huic formæ, & nulli alteri subijcitur; ergo materia signata, & forma adæquata sunt, vt neque materia sic subiecta possit informari aliâ formâ, nec ista forma educi, nisi de ista materia signata, propter dispositiones præcedentes. Loquimur autem de potestate indita naturis rerum.

9.
Summarium duarum præcedentium conclusionum, & resolutionis interpositæ.

Igitur quoad ortum rerum, de quo nunc disputamus, iam habemus principium adæquatum individuationis formarum substantialiũ in lucem deprõptum, scilicèt materiam signatam. Et duo sunt quæ colligimus; primum, hanc materiã eandem numero vnitate sibi propria, de qua disputauimus, esse intrinsecè inclusã in principio istius individuationis formæ, quia non erit hęc designatio nisi in hac materia, hoc est, in hac parte materiæ distincta ab alijs sua vnitate propria. Secundum, materiam designatam esse principium non solùm proprium, sed adæquatum formæ substantialis.

10.
Coroll.
In formis individuis differentiæ individuæ à materia designata deriuantur.
Consonat proloquium Thomistarum.

Corollarium verò est, quòd si in consideratione Metaphysica, aut Logica, in formis meditemur differentias individuas, illæ à materia designata deriuantur, quasi à principio, vnde forma individua procedit. Et ita aiunt frequentèr Thomistæ, formam individuari per ordinem ad materiam, quod est formam intelligi individuam cum isto ordine, à quo petitur individualis differentia ipsius formæ. Sed illud principaliùs, quod rei philosophicæ interest, cõstituendum est, materiam esse reale principium individuationis formæ.

11.
Quæstio an idem dicendũ in compositis individuis?
1. Sent. negãs. *Scot.* *Durand.*
2. Sẽt affirmãs. *Caiet.* cum alijs Thomistis.
Consonat doctrina cap.3.p.1.n.3.

Per hæc quoque illa quæstio dirimenda est, vtrum non solùm in formis, sed in ipsis individuis cõpositis differentiæ individuæ sumantur à materia? Nam Ioãnes Scot. à forma illam petit; cum quo videtur consentire Durand. Thom. verò Caiet. & alij Thomistę contendunt esse petendam à materia, vt & nos anteà docuimus, idcircò etiam negantes has differentias individuas dicẽdas esse essentiales. Dissidium hoc tamen facilè sedatur: nam à forma quidèm sumitur hæc differentia, vt à formali distinguente, munus enim differentiæ, & formæ idem est, scilicèt distinguere: sed quia multitudo formarum à materia oritur, philosophicè dicitur eas differentias à materia peti, iuxta Aristotelis sententiã, qui diuisionem essentialem refert ad formã; quia forma dat speciem; materia individuationem: quamuis forma individua formaliter individualiter distinguat, vt anteà obseruauimus.

Conciliatio vtriusque sent.
Hęc differẽtia sumitur à forma, vt à distinguente formali individualiter.
Sumitur à materia, vt à principio multitudinis formarum.

12.
De anima rationali,
1. Præsciendũ.
Prout est res subsistens non habet materiã suæ individuationis principium.
S. Thom.

Reliquum est vt differamus de individuatione animæ rationalis, quæ sicut de materia non fit, ita neque materiã potest habere individuationis principium, quod obseruauit S. Thom. 1. lib. contra gent. c.75. & c.81. & in 1. d.8.q.5.art.6.

13.
2. Præsciendũ, iuxta tradita cap.8.p.1.n.25.
Prout informat corpus, habet materiam, &c.

In superioribus constituimus, animã rationalem secundum quod informat corpus, esse quoque effectum materiæ, & pendere à materia: quapropter haud dubiè secundum hoc ipsum materia erit principium individuationis animæ. Sed si inspiciatur penitus res ista, hoc asserto nihil indicatur individuationis animæ, prout est res quędam subsistens, sed prout est forma corporis; quod est individuari causalitatem animæ per materiã, non verò ipsam animam. Ergo ex ista individuatione solùm colligitur quòd anima in hac materia designata habeat hanc causalitatem individuam; sed non consequitur vllo modo, vt propter individuationem causalitatis suæ, ipsa anima sit individua.

Iuxta tradita ibidẽ explic. vt idẽ sit, at ij esse materiam principiũ causalitatis animæ.

14.
Thomistarum proloquium.
Explicatur.

Thomistæ interpretantur, animã individuari per ordinem ad hanc materiã designatam. Sed hoc est indicare causam differentiæ individualis, quæ est causa cognoscendi, scilicèt in ordine ad hanc materiam; ille enim ordo non est causa realis individuationis animæ. Præterea non indicant, quare hæc anima ordinetur potiùs ad informandam hanc materiam, quàm aliam.

15.
1. Assertio. vt in 2. præsciẽdo.

Primùm constituimus materiam signatam esse principium reale, & materiale individuationis animæ rationalis secundũ quod illa informat corpus; quod est, materiam esse principiũ reale ipsius causalitatis individuæ, qua anima informat; sed nullo modo materia est principium materiale ipsius animæ, cum de materia non fiat.

Secundo

16.
2. Assertio. Materia signata est principiũ reale finale indiuiduationis animæ rationalis.

Ostenditur. Anima appetit materiam.

Declaratur. Materia dicitur nõ propriè finis, sed medium ad finẽ.

Secundo loco decernimus materiam signatam esse principium reale, non materiale, sed finale indiuiduationis ipsius animæ; quia anima est pars hominis, & appetit materiam, quam informet; ergo materia in genere causæ finalis est prior, & principiũ indiuiduationis animæ: quod enim est principium rei cuiuspiam, est quoque indiuiduationis eius principium. Materiam autem dicimus non propriè finem, sed medium ad finẽ, quod etiam concurrit in genere causæ finalis: expetit enim anima materiam propter se ipsã; quia in materia est perfectiori modo quàm extra illam, vt docet S. Thom. 1.p.q.89.art.1. in corp. Et hac ratione interpretãdum est, quod docet in 1.d.8. q.5. art. 6. animam indiuiduari per corpus, scilicèt tanquam destinatam ad corpus.

S. Thomæ 1. locus. 2. locus.

17. Difficultas de principio proprio, & adæquato finali indiuiduationis animæ rationalis.

Sed hoc asserto nihil adhuc commonstrauimus de principio proprio, & adæquato ipsius animæ rationalis: nam vt materia est communis multis formis, quas respicit, vt finem, ita anima rationalis poterit esse communis multis materijs signatis, etsi materiam signatam respiciat, vt medium ad finem.

18. Resoluit eã 3. assertio. Materia signata est eiusmodi principiũ istius animæ.

Ad huius dubij dissolutionẽ sunt nobis duo aduertenda. Primùm quòd vnaquæque forma vnam habet causalitatẽ indiuiduam sibi adæquatam; vna enim albedo vnum album, & vna anima vnũ hominem constituit: quapropter sicut effectus adæquatus est vnus, ita & causalitas formalis vna est, & adæquata. Cũ ergo causalitas istius animæ dependeat naturalitèr à materia designata; iam propter id destinatur anima ad hanc materiam designatam; quia naturæ ordine seruato non potest in alia materia exercere suam causalitatem, quæ causalitas pendet, vt diximus, ab ista materia designata. Dirigitur ergo anima hæc ad istam materiam, vt ad finem, & est finis adæquatus, & eodem genere causæ finalis, adæquatum principium indiuiduationis animæ. Confirmatur hoc clariùs, quia ipsi effectus formales animæ, scilicèt hoc esse corporeum, hoc esse animatum, hoc esse sensibile, pendent ab hac materia signata in instanti generationis; ergo ex parte finis, vt anima rationalis præstet hos effectus, respicit hanc materiam signatam; ita vt non possit in hac materia signata alia anima induci vi vl-

1. Ratio. Causalitas animæ, quæ est vna adæquata, sicuti & effectus formalis, naturalitèr pendet ab hac materia signata.

Confirm. Ipsi effectus formales indiuidui animę pendẽt ab hac materia signata in instanti generationis.

A la naturæ.

Alterum aduertendum est, quod minùs negari possit: est enim finis cuiusq; rei eius operatio; accidentia autem materialia sunt quædã dispositio ad operationem animæ, vt docet S. Thomas 1.2. q.74.art.4.ad 3. ergo ea accidentia quæ disponunt ad operationẽ debitam huic animæ, sunt propriæ dispositiones materiæ, in quam hæc anima est inducenda. Et confirmatur, quia potentiæ sensibiles fiunt de materia disposita, hæ autẽ potentiæ sunt propriæ huic animæ; ergo hæc anima respicit, vt finem, siue potiùs, vt medium ad suam operationem, hanc materiam designatam: imò hoc ipsum B temperamentũ qualitatum est suo modo debitum huic animæ, quod temperamentum coniunctũ est consequentiâ quãdam naturali cum materia designata, quæ fuit simili temperamento dispositа.

19. 2. Ratio. Accidentia signãtia materiã sunt quædã dispositio ad operationẽ, atque adeò ad finem animæ.

S. Thom.

Confirm. Potẽtiæ sensibiles quę sũt propriæ huic animæ fiũt de materia dispositа.

Imò hoc ipsũ temperamẽtũ est suo modo debitum huic animæ, & est connexum cũ materia designata

20. Sũmariũ huius 2. partis.

Materia signata est adæquatum principium materiale indiuiduationis omnis formæ substantialis, & adæquatũ principium finale indiuiduationis animæ rationalis; à quo principio petuntur indiuiduæ differentiæ cuiuscunque formæ indiuiduæ.

C *Confirmatio.*

21. Forma generabilis indiuidua fit per materiã vt n. 2.

QVòd forma indiuidua fiat per materiam testatur Aristot. iisdem in locis, quibus affirmat materiam esse indiuiduationis principium. Nam speciẽ accipit à forma, indiuiduum à materia: ergo in ijs quibus formæ differunt indiuidualitèr, differunt per materiam; nam per se ipsas differunt specie: quod apertè docet Philosophus lib.1. de cœlo, tex. 92. *Aliud erit esse circulo, & aliud huic circulo: & illud quædam forma, hæc autem forma in materia.* Itaque hic circulus quod est indiuiduum, ad circulũ quę D est species, addit materiam, quæ est indiuiduum. Et eadem est ratio de omnibus formis, quæ in materia sunt, vt per eam fiant indiuiduæ. Hæc est sententia expressa S. Thomæ, 1.p.q.3.art.2.ad 3. Et idem indicat q.50. art.4. At verò 3. p.q. 77.art.2. tam substantiales, quàm accidẽtes formas docet indiuiduari per materiam, siue subiectum in quo sunt. Hoc idem docet in 1.d. 8.q.5. art.2.ad 4. & 6, & in 4. d. 12. q. 1. art. 1. Quod idem

Aristot.

S. Thom. expresse.

Formę substãtiales generabiles, & formæ accidentes indiuiduãtur per materiam, siue subiectum.

Idem

idem asseuerat haud dubiè lib. 2. contra gent. cap. 21. Et opusc. de ente, & essentia cap. 2. Et opusc. 32. q. 14. ait formas indiuidualitèr multiplicari per materiã; quod est fieri indiuiduas, vtpote numerabiles per materiam. Docet etiam formam finiri per materiam 1. p. q. 7. art. 1. & q. 44. art. 2. & in 1. dist. 43. q. 1. art. 1. & quodlib. 3. q. 3. Cum autem ipsa forma sit terminus speciei, & secundum speciem finiat materia, vt ijsdem locis S. Thomas docet, nõ potest finiri per materiam nisi indiuidualiter, quia fit individua per illam. Cui sententiæ facilè suffragantur ij, qui materiam aiunt esse principium indiuiduationis substantiæ; quos anteà commemorauimus.

Forma finitur per materiam.

Idem.

Non potest finiri per materiam nisi indiuidualitèr.

24.

Animarationalis non indiuiduatur per materiam.

Idem.

Eius indiuiduatio est propter materiam receptricem ipsius.

At verò animam rationalem non indiuiduari per materiam, quia non fit de materia, explicat S. Thom. in 1. d. 8. q. 5. art. 2. ad 6. & lib. 1. contra gent. cap. 75. & 81. Ita tamen, vt ipsa indiuiduatio animarum sit propter materiã receptricẽ illarũ, vt multis in locis disserit Doctor Sanctus.

PARS TERTIA.

Mutatâ materiâ per augmentum, manet eadem forma, & indiuiduum idem.

1. Ratio dub.

DE conseruatione rerum naturaliũ, assurgit maior difficultas: cũ enim idem principium indiuiduationis videatur attribuendum rebus, dum oriuntur, & durant; res autem duratione mutent materiam; necessarium esse videtur, vt materia quę transit in rerum dutatione, non sit principium indiuiduationis illarum, in ipsarum ortu.

Res duratione mutant materiam.

2. 1. Prænotandũ.

Formę materiales aliæ diuisibiles, vt lapidum, plantarum, sectiliũ.

Ad enucleandam veritatem considerandum est, formas materiales quasdam esse diuisibiles, quasdam indiuisibiles. Diuisibiles sunt omnes formæ rerum insensibilium: & formę etiam animatarum quæ sensu carent, diuisibiles sunt, vt plantæ: imò sensu vigentium quædam sunt, quæ diuidi possunt, vt imperfecta animalcula; quæ ideò dicuntur sectilia, quia partes sectæ adhuc viuunt superstite parte animæ. Aliæ sunt formæ indiuisibiles, scilicèt animæ perfectorum animãtium. Formæ autem diuisibiles, sicut in se ipsis habent partes quibus possunt diuidi, ita eæ partes coæquantur partibus materiæ; etenim illa quoque in se ipsa habet partes: indiuisibiles verò formæ cum partes non habeant, non coæquantur partibus materiæ partialitèr, sed adæquatè adsunt singulis partibus materiæ, & toti materiæ, vt anteà obseruauimus.

Aliæ indiuisibiles.

Priorũ partes coæquãtur partibus materiæ.

Posteriores partibus carẽt.

Est tamen in formis diuisibilibus discrimen, quia quædam habent partes heterogeneas, siuè dissimiles, quædam verò homogeneas, & similes; v. g. in planta ea pars formæ quæ constituit radicẽ, informat partem materiæ sic dispositæ; & pars formæ, quæ constituit stipitem, aut ramum, informat aliam partem materiæ aliter dispositam: quia hæ formæ substantiales plantarum, & sectilium, nõ solùm habent partes diuisibiles, sed eas habent dissimiles substantialitèr; quæ sibi vendicant dissimilem dispositionem accidentariam in materia; & materiam signatam sic, vel sic, secundum partes diuersas. Aliæ verò formæ diuisibiles quæ habent partes homogeneas, & similes, non exigunt in partibus materiæ diuersam dispositionem, aut modum causandi materialem diuersum; sicut in ijs omnibus partibus formæ, modus causãdi est idem, & effectus formalis idem. Nam forma ignis duntaxat constituit idem: forma autem plantæ vnà, & eadẽ constituit secundum partem sui radicẽ, secundum partem aliam constituit stipitem, aut ramum; hi autem effectus formales diuersi, quod est esse radicem, aut stipitem, cõtinuitate partium sunt vnũ, scilicèt arbor. Et partes formæ, & materię secundum hos effectus distinctæ, sunt etiam continuitate partiũ vna materia, & vna forma. At verò vbi forma est indiuisibilis, esse caput, & esse manum, sunt effectus solâ materiâ diuersi, quia forma substantialis est in his partibus indiuisa.

3. Formæ diuisibiles alię habẽt partes heterogeneas.

Hæ secundum partes materiæ diuersas vendicant dissimilẽ dispositionẽ, & materiã signatam sic vel sic.

Alię habent partes homogeneas.

Hę non vendicant diuersitatem dispositionũ, aut causalitatis materialis.

Mittimus quæstionem de formis partiũ in animantibus perfectis ijs, qui volunt esse formas substantiales distinctas, quod tamen absurdum esse censemus. Sed hoc vnum volumus, quicquid de illa quæstione decernatur, formam indiuisibilem, etiam in partibus dissimilibus, vt in capite, & manu, non habere partes, quas certè habent formæ diuisibiles.

Priorũ effectus formales diuersi, & partes heterogeneæ, continuitate sunt vnũ.

Vbi forma est indiuisibilis, esse caput, & esse manũ sunt effectus solâ materiâ diuersi.

Sèt. de formis partium in animantibus perfectis, absurdè iudicatur.

Deinde obseruandum est, quòd augmentum quibuslibet substantiæ est quędam particula generationis, quæ dicitur adgeneratio, quia additur pars substantiæ

4. 2. Prænot.

genito,

Iuxta tradita de generatione rerum, In adgeneratione materia augméti est in diuiduationis principium.

genito. Eodem ergo modo quo diximus in generatione rerum, materiam signatam esse principiū indiuiduationis formæ genitiadhuc affirmamus in adgeneratione, siue augmento substantiæ,illius particulæ quæ additur materiam esse indiuiduationis principiū; videlicèt non materiam eandem, sed materiam additam.

5. Vbi forma est diuisibilis, vniuersim pars adita formæ habet indiuiduationis principium adæquatum ęquā partē materiæ signatam.

Est tamen discrimen, nam vbi forma est diuisibilis, parti materiæ additæ in augmento, additur æqua pars formæ, cuius partis formæ indiuiduationis principium adæquatum, est ęqua pars materiæ signata: quare eodem prorsus modo in augmento substantiali, pars materiæ est principium indiuiduationis partis formæ, sicut in generatione tota materia totius formæ. Quòd etsi forma substantialis habeat partes heterogeneas,si tamen sit forma diuisibilis, adhuc pars materiæ parti formę respōdet; cum hoc addito, quòd materia dissimili dispositione præparata, & in instanti augmentationis designata diuersa causalitate materiali, subijcitur partibus formæ dissimilibus: vt facile cernere sit materiam signatam etiam in partibus additis, esse indiuiduationis principium, siue forma diuisibilis habeat partes homogeneas,hoc est similes;siue heterogeneas, id est, dissimiles.

In forma habēte partes heterogeneas addendum de dissimili dispositione,& causalitate,vt n. 3.

6. Difficultas in forma indiuisibili.

De formis indiuisibilibus non eodem modo licet nobis philosophari;quia addita parte materiæ in augmento substantiali, non additur pars formæ, cum forma non habeat partes: quare videtur quòd ibi materia non sit indiuiduationis formæ principiū; ergo formæ indiuisibiles in duratione sua non indiuiduantur per materiam.

7. 1. Responsio. Illius formæ indiuiduatio in duratione, & augméto animantiū perfectorū deriuata est à materia signata generationis.

Ad hoc argumentum possemus permisso antecedente negare consequentiam; cum enim indiuiduum animal in tota sua duratione sit idem, continuitate quadam partium materiæ succesiuarum per augmentum; eius vnitas ab ortu, siue natiuitate petenda est, in qua ostendimus formam per materiam indiuiduari; & ita in duratione animantium perfectorum indiuiduatio formæ deriuata est à materia signata, quæ fuit generationis illorum subiectum. Et hoc iterum probatur non solùm ex identitate indiuidui, sed ex identitate ipsius formę indiuiduę; hę enim formę, quę

a Probatur 1. ex idētitate indiuidui per cōtinuitatē, &c.

b Probatur 2. ex idētitate ip

A diuidi non possunt, quia non habent partes, in ipsa generatione totius semel oriuntur indiuisę, & eâdem vnitate indiuisa perseuerant: cum ergo principium illius vnitatis, sit materia designata in generatione; etiam in duratione, & augmento animantis, indiuiduatio formę reuocabitur ad materiam signatam generationis.

Verùm in his quoque perfectis animantibus commonstrabimus,materiam augmento additam esse principium adæquatum indiuiduationis formæ. Aduertendum enim est, has formas indiuisibiles, quæ â materia pendent, à tota B materia sibi subiecta pendere, & à singulis partibus materiæ secundum esse proprium indiuidui; sed non pendere à singulis totaliter. Illud primum,quòd pendeant eæ formæ ab omnibus partibus materiæ sibi subiectæ, explicatur; cum enim sint indiuisibiles, esse indiuiduum formæ equinæ verbi gratia, est vnum indiuisum; ergo si pendet à tota hac materia, à singulis partibus pendet totum; sicut totum illud esse cum singulis partibus coniungitur. Quòdsi loquamur de partibus homogeneis, non magis pendet ab his, quàm ab illis; licèt C magis pendeat à corde, quàm à manu, vel pede, quæ sunt partes hæterogeneæ: sed hæ quoque partes hæterogeneæ ex homogeneis concretæ sunt, de quibus iterum dicimus, quòd anima non magis ab his, quàm ab illis pendet. Explicatur secundum, quòd anima brutorum, verbi gratia, non pendeat à singulis partibus totaliter; quia ablatâ particulâ manet tota anima superstes, quæ est indiuisibilis; ergo licèt tota anima pendeat à singulis partibus materiæ secundum totum suum esse indiuisibile, D vt declarauimus; non tamen totaliter ab illis pendet singulatim, sed ab omnibus simul, à quibus separata interiret.

Iam ergo considerandum est,quòd in augmento animātium perfectorum addita parte materiæ, nō producitur noua pars formæ, cum forma partes non habeat,vt arguendo obijciebamus:sed eadem forma, siue anima introducitur in nouam materiam, ita tamen vt eodem modo pendeat ab illa parte materiæ addita secundum totum suum esse indiuisibile, sicut pendet à reliquis partibus

H materiæ

8. 2. Responsio. Etiā illius formę indiuiduationis adæquatū principium est materia augméto addita.

Ad prob. 1. præsciendū.

Ea forma ab omnibus partibus materiæ sibi subiectæ pendet secundū totum suū esse indiuisibile.

Licèt anima magis pendeat à corde, quàm à manu,v.c. tamen quatenùs partes hetero geneæ ex homogeneis cōcretæ sunt, nō magis pendet ab his, quā ab illis partibus.

Secundum. Ea forma non pendet à singulis partibus totaliter.

9. Probatio 2. Respōsionis.

In augmento animantiū perfectorū eadem anima introducitur in nouam materiâ, à qua pendet,sicut à reliquis partibus materiæ connaturalis.

materiæ connaturalis;ergo hæc materia addita non minùs est principium indiuiduationis animæ, quàm materia in generatione subiecta, & signata: solùm enim est discrimen in partibus materiæ augmento additis, & mutatis;sed materia siue augmento subiecta, siue generationi, semper est principium indiuiduationis formæ. Eodē modo anima rationalis,quæ secundum suum esse non pendet à materia,neque à partibus materię, tamen in augmento additâ parte materiæ sic præparatâ,destinatur ad illam informandam, & non ad aliam, & quoad suum effectum,pendet ab ista parte materiæ addita; sed non pendet ab illa secundum suum esse etiam in genere causæ finalis, quia non est condita à Deo ad informandam hanc materiā augmento additam,quod est contingens;sed ad informandam materiam generationis signatam, quod per se huic animæ conuenit: ergo in ipso augmento, materia addita est principium indiuiduationis formæ secundum effectum formæ,quæ pendet à materia. Hæc enim diximus, vt ostenderemus,materiam primam in suo genere, & modo causandi, esse perpetuum principium indiuiduationis, tàm in ortu rerum, quàm in augmento; ergo etiam in duratione formæ omnes pendent à materia signata, præter animam rationalem, quæ licèt secundum informationem ab illa materia pendet, quæ nutricando additur; tamen secundum suum esse, ad solam materiam generationis reuocatur eius indiuiduatio, vt ad causam finalem.

Similiter anima rationalis secundū informationem pēdet à materia, quæ nutricando additur.

Nō pendet ab illa secundum suum esse, etiā in genere causæ finalis.

Ratio.

Materia generationis signata, per se huic animæ conuenit.

Ad materiam generationis reuocatur indiuiduatio animæ rationalis, secundum suū esse, vt ad causam finalem, vt n. 7.

10.

Assertio inscriptionis.

His dictis in promptu est explicare, quomodo maneat indiuiduū idem mutatâ materiâ per augmentū: nam ea indiuidua, quæ constant formis diuisibilibus sola continuitate partium, sunt eadem; quia partes formæ intereunt remotâ materiâ in qua sunt; & addita parte materiæ per augmentum producitur pars formæ; ergo in eo statu in quo rem quampiā designaueris, indiuiduum cōpositum est idem sola continuitate partium tàm materiæ,quàm formæ. Vbi videre licet, quòd materia sit indiuiduationis principium, cuius pars designata in toto augmento coæquatur parti formæ productæ.

Ex dictis ostenditur 1. vbi forma est diuisibilis.

11.

Ostenditur 2. vbi forma est indiuisibilis.

At verò vbi formæ sunt indiuisibiles, indiuiduum post longū augmentū multis partibus materiæ mutatis, aut si placet omnibus mutatis, est idem indiuiduum ex parte formæ secundum esse indiuisum: ex parte verò materiæ est idem continuitate partium materiæ.

12. Obiectio.

Quòd si obijcias, in his saltèm indiuiduis formam esse principiū indiuiduationis;cum maneat indiuisa,seruata sua prima vnitate; materia verò non sit eadem nisi sola continuitate partium successiuarum. Respondendum est negando consecutionem; nam vnitas indiuidui compositi non est ita indiuisibilis in se ipsa, & cōpositum est diuisibile, quia intrinsecè constat materia, quæ est extra formam: ergo illa vnitas, siue indiuiduatio compositi absolutè,& simpliciter pendet ab hac materia signata, quæ est hæc continuitate partium. Nec mirum est,cum sit hic ignis idem,& hæc arbor eadem,mutatis partibus non solùm materiæ,sed formæ;quòd sit hoc animal idem, & hic homo idem mutatis partibus materiæ, sola continuitate successiuarum partium sub forma eâdem. Quare ipse homo (etsi constet anima rationali, quæ secundum esse nullo modo pendet à materia augmenti,vt diximus) à materia augmenti petit principium suæ indiuiduationis,secundum ordinem naturæ; quia est hic homo constans hac carne, & his ossibus, scilicèt hac materia signata concretus. At verò secundum quod est idem identitate formæ, adhuc petit suam indiuiduationē à materia generationis.

Responsio. Vnitas,seu indiuiduatio indiuidui cōpositi, non est indiuisibilis in se ipsa:quare simpliciter pēdet ab hac materia signata.

Declaratur.

13.

Quæstione illa supersedemus, vtrùm augmentū istud substantiale additâ parte materiæ fiat in instanti, aut in tempore, quia nostræ sententiæ nihil interest vtram partem elegeris;semper enim materiam quomodocunq; additam, cōtendimus esse indiuiduationis principium, tam formarum suo modo iam explicato,quam indiuiduorum omnium.

Confirmatio.

14.

NOstram sententiam de indiuiduatione substantiæ dum nutritur, nō possumus verbis expressis priscorū Philosophorū corroborare, apud quos non legimus quæstionē versatā; sed ex illorū assertis per consequentiam deducimus, quòd quicquid est indiuiduæ substantiæ, quod

quod formæ præstet, tam in ortu, quàm in nutritione viuentis, illud, inquam, quicquid est à forma, non est indiuiduũ à forma à qua est species, sed à materia, quæ formam multiplicat, & extendit. Quare & S. Thom. 3.p.q.77.ar.2.ab extensione partium colligit principiũ indiuiduationis: nam quod est principiũ extensionis partium, sola diuisione accedente, facit numerum indiuiduorum: ergo materia prima, quæ est primũ principium extensionis partium, est principium indiuiduationis substantiæ nutritæ: quæ nutritio fit per extẽsionem formæ in materia.

S. Thom.

Quod est principiũ extensionis partiũ, sola diuisione accedente facit numerum indiuiduorum.

PARS QVARTA.

Forma indiuidua diuinâ potentiâ potest induci in quamcunque materiã eiusdem rationis.

1.

Ratio dub. ex hac inscriptione, impugnãs inscriptionem p.2.

ADhuc ad explicandum indiuiduationis principium, suscipienda est disputatio de vnitate indiuiduorum, si Deus potestate sua inducat formas in materias nõ signatas ordine naturæ. Cũ enim Petrus non possit esse alter homo; videtur, quòd inductâ animâ Petri in materiam non signatam, neque generatione, neq; augmento, sed in aliã materiam exteram, quòd adhuc erit Petrus, cuius præcipua pars scilicèt anima eadẽ sit: ergo materia signata non est principium indiuiduationis intimum, & adæquatum, quandoquidem illo remoto est indiuiduum idem.

2.

Resp. Ad inscriptionẽ partis 2. satis est, vt sit vera de indiuiduo cũ ea vnitate, qua inuenitur in rerum natura, scil. per continuitatẽ.

Hoc argumento quidam videntur sibi labefactare nostram sententiã. Sed errant maximè; nam satis nobis hoc erit vt tueamur, indiuiduum cum ea vnitate qua inuenitur in rerum natura, quæ est vnitas aliquo modo mutabilis secundũ materiam, à materia signata petat principium indiuiduationis; ita vt causæ rerum effectrices per materiam destinentur ad hoc vnum, & non ad aliud; quod isti Doctores non credentes ad nouum concursum Deitatis, & ad rationes abditas, quas se ignorare confitentur, referebant. Præterea, vt Angelos secernamus è numero indiuiduorum, hoc nobis satis esset, quòd omnes formas numero diuersas etiam in creatione existimamus indiuiduari per materiam. Licèt enim Deus possit vti alia materia signata, illa materia erit principiũ indiuiduationis illius hominis, & principium indiuiduationis animæ informantis secundum effectum informationis, vt diximus de materia augmenti.

2. Resp. Item satis est omnem formã ab alia numero diuersã indiuiduari, per materiã etiam quam Deus accipit, ac signando efficit propriã, licèt aliã quoq; vti possit.

Sed rem istam satis implicatã aggrediamur, de rebus edendis per potẽtiam creatoris philosophantes. Quidam affirmant cum Abulensi in opusculo de statu animarũ, Deum quidẽ posse inducere animam rationalẽ in materiã non suam, quam nunquã occupauerit; sed hominẽ ex ea materia concretũ non esse eundẽ, sed esse alium hominẽ ab eo qui fuit cõiunctâ animâ cum sua propria materia. Itaq; si Deus hoc faceret in resurrectione mortuorum, vt materiæ permutarẽtur, non surrecturos homines eosdem, sed alios. Potest hoc persuaderi, quia anima nõ habitat corpus, vt domicilium quod possit cõmutare; neq; vt insessor, aut motor, quo possit hoc, vel illud corpus agitare, hoc, vel illo insidere; sed est forma definita suo corpore, à quo si extrahatur, non erit corpus idẽ; ergo neq; homo idem. At verò per augmentũ, siue nutritionem, etsi mutetur materia, tamẽ eo modo paulatim variatur, vt semper maneat realis vnitas propter partium continuitatem, vt S. Thomas indicat 4. contra gent.

Abulensis inscriptioni annuentis assertum: scil. mutatâ sic diuĩnitùs materiâ indiuiduũ non manere idem.

1. Argum.

S. Thom.

Atquì ex altera parte conuincitur, si illud fieri possit, vt anima Petri inducatur in materiam non suam, illud cõcretum esse Petrum, & non alium hominẽ. Attendendum enim est, quòd anima rationalis essentialiter est pars hominis; homo autem re ipsa nihil est, nisi multi homines, quorum vnus est Petrus: ergo anima Petri essentialiter est pars illius, & non alterius hominis. Materia enim non est essentialiter pars hominis, sed cuiuscunque compositi. Et probatur hoc euidentiùs, forma enim, & effectus formæ sunt adæquata, ita vt hæc forma hunc numero effectum obtineat, & non alium; ergo hæc anima constituit hunc hominem, & non potest fieri vllo modo, vt constituat alium: sicut proprietas hypostatica vnam solã hypostasim constituit, neq; aliud potest intelligi, aut mente capi. Quòd si proprietas non potest cõmutari, vt eâdem proprietate sit alia hypostasis; ita neq; forma potest permutari, vt eâdem formâ sit aliud indiuiduũ: nullo ergo modo potest intelligi, quòd

4.

Proponitur 2. assertum oppositum, & verũ.

Probatur 1. Anima rationalis essentialiter est pars hominis, atque adeò Petri, non sic materia.

Probatur 2. euidentiùs.

Hæc anima constituit hũc numero hominẽ vt adæquatum effectum, & non alium.

Exemplum proprietatis hypostaticæ.

anima Petri in aliam materiam inducta, fit anima Pauli; nam & Paulo cum sua fit anima, erit Paulus per animam alienam, quod est non minùs impossibile.

5. Ob hoc 2. assertum cõsect. ex inscriptione, 1. Sent. eã negat.

Alij ergo sunt, qui rei istius euidentiâ commoti, ne indiuiduationis principiũ à materia dimoueant, negant posse virtute diuina animam introduci in materiam non suam, quam neque in generatione, neque in duratione vitæ, informauit.

6. 2. Sent. inscriptionem tuetur simul cum asserto conlectario.

Videtur tamen hoc non esse denegãdum potentiæ creatrici: animus enim rationalis citra generationẽ potest induci in materiam, vel creato toto homine, vel condito de præexistẽte materia. Et ad vtramque hominis originem, prẽsto est Deo quęcunque materia, hæc, vel illa; verbi gratia, cum Deus sumpsit partem luti, vel pulueris ad formandũ corpus Adami, non est credibile in sola ea materia quam Deus sumpsit, potuisse Adamum creari, vt si aliam deligeret, necesse omninò esset creari alium; maximè cum conditus sit è terra, nulla dispositione naturali præcedente. Et Æuã ex vna vel altera costa Adę potuit Deus conficere; maximè cum fere tota materia corporis sit addita. Quòd si Deus animum Adami potuit copulare cui vellet materiæ, ex quacũque profectò conderetur Adamus; quia forma indiuidua in quocunque subiecto sit, constituit idẽ indiuiduum, vt antecà cõmonstrauimus: ergo materia Adami non est principiũ indiuiduum propriũ, cum eiusdem indiuidui possit esse alia materia per diuinã potentiã: forma autem est semper eadẽ; quare forma est propriũ, & perpetuum principium indiuiduationis. Non enim quæstio est de principio communi, sed de principio proprio.

Probatio inscriptionis.

Deo condenti hominẽ præsto est hæc, vel illa materia.

1. Exemplum de materia generationis Adami.

2. Exemplum de materia generationis Æuæ.

Probatio asserti consectarij, vt n. 4.

Hoc loco illud primum præfamur, S. Thomam nihil esse de quæstione hac, quod legerim, loquutum; sed de principio indiuiduationis naturalis; de potentia verò Dei nihil disputasse. Nam si quid eius placitis contrarium afferretur à nobis, neque fidem fortè alijs faceremus, neque nobis ipsis persuaderemus. Opinamur ergo nullam esse repugnantiam, quòd Deus eundem animum diuersæ materiæ pro sua potestate infinita coaptet; & quòd semper esset indiuiduum idem essentiali identitate numerica propter formam eãdem. Nam præter argumentum de Adamo, & Æua, admodùm credibile est hominem senem totam materiam commutasse, quod & S. Thomas non inficiatur: potuit autem absque dubio creari homo idem cum materia, in qua fuit puer, vel cum ea in qua fuit senex. Mihi profectò nullum est dubium de re hac.

Quòd autem animus non possit permutare corpora, siue materiam, & nos confitemur id non posse animum virtute sua; quia non introducit se virtute sua actiua, vt iam docuimus, sed ab alio agente: ipse verò est forma definita per materiam, nexu quodam formali coniuncta, quem ipsa non potest absoluere, aut variare; sed ab alio agente potest vel immitti, vel expelli. Et quidem per nullum agens naturale potest induci, nisi in materiam generationis, aut augmenti, vt docuimus: sed virtute diuina nihil prohibet ingeri eundem animum in quamcumque materiam.

Id verò quod secundo loco obijcitur, non futurum corpus idem in materia diuersa, nulla vnitate materiæ manente, refellendum iam est, vel potiùs explanandum. Aduertere enim opus est, quòd indiuiduum dicitur idem duobus modis, vel duas ob causas. Primùm dicitur idem identitate essentiali, quæ eadem est formalis; essentia enim est à forma. Dicitur etiam idem identitate materiali, quæ est à materia. Identitas autem indiuidui est numerica, est enim indiuiduũ vnum numero: ea autem identitas, & vnitas principaliter est à forma, vt diximus. Cum enim indiuiduum, mutatâ materiâ totâ dum nutritur (quod potest fieri saltèm diuinâ potentiâ) adhuc sit idem indiuiduum specie, necesse est vt sit idem numero in essentia; essentia enim, vt sæpiùs diximus, re ipsa non est communis, sed est hæc, vel illa; ergo essentialis identitas manet in isto indiuiduo; & eadem essentialis identitas est numerica, & indiuidua identitas, ita vt neque cogitando possit esse alia: non esset tamen identitas materialis, quia non esset materia eadem, sed tota mutata nutriendo. Quamobrem de resurrectione mortuorum alia quidem erit quæstio, possit ne animus hominis mortui inferri in aliam materiam, quam homine viuente non informauerit? Et adhuc alia quæstio,

Potuit homo idem creari in materia in qua est senex, cum tamen sit credibile eã omnino mutatã ab ea, in qua fuit puer.

8. Ad 1. argum, pro asserto *Abulensis*.

Anima nõ à se in materiã inducitur, vel expellitur, vt cap. 2. p. 2. num. 21.

9. Ad 2. arg.

Indiuiduum dicitur idẽ idẽ titate essentiali, seu formali. Itẽ identitate materiali.

Identitas, & vnitas numerica principaliter est à forma, vt n. 6.

Indiuiduũ mutatâ totâ materiâ dum nutritur, manet idẽ specie, atque adeò idẽtitate essentiali.

Non sic identitate materiali.

De identitate seruanda in resurrectione, hîc non tractatur.

Non materia, sed forma est principiũ proprium, perpetuum, & præcipuum eiusdem indiuidui.

7. *S. Thomas* solùm loquutus de principio indiuiduationis naturalis.

Non aduersatur inscriptioni, nec asserto ex ea consectario.

Vtriusq; probatio alia præ-

quæstio, sitne ea propriè resurrectio in qua suppeditata est diuersa materia? quas quæstiones hoc loco non tractam°. Sed quicquid de his dicatur, certum est tamen ad identitatem essentialem, vt sit homo idem resurgens, hoc satis esse, vt forma sit eadem, scilicèt ànimus idem; quia sicut homo mutata tota materia per nutrimentum, est homo idem, & habet carnes easdem, & ossa eadem, senex, & iuuenis; & verisimè ait se adhuc iuuenem vidisse oculis ipsis, quos habet senex: ita & in quauis materia Iob resurrecturus foret, verisimè diceret, *Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei* B *conspecturi sunt, & non alius.* Quæ quidem doctrina multò planiorem facit fidem resurrectionis. Certum tamen est resurrecturos in materia eadem, & seruandã esse idẽtitatem etiam materialẽ; nõ quidèm, quòd hoc sit simplicitèr necessarium ad eum finem, vt caro eadem donetur præmio gloriæ, quæ fuit animo administra meritorũ; nam in quacunq; materia, esset eadem caro identitate essentiali; sed propter conuenientiam, vt caro sit eadem nõ solùm formaliter, sed materialitèr, & ipsa quoq; materia, quæ fuit subiectum formæ, assumatur ad statum gloriæ. C

Certum est ad identitatẽ essentialem satis esse, vt forma sit eadem.

In quacunq; materia Iob resurrecturus foret, verũ esset illud ipsius, *Iob. 19. n. 27.*

Certum tamẽ est resurrecturam carnẽ eandem, non solũ formaliter, sed materialitèr.

Cõuenientia

10.

Declaratur hoc: Corpus hominis est materia coniũcta animo rationali, à quo habet esse corporeum.

In corpore maximè consideratur materia.

Ex S. Thom. propria resurrectio corporũ non perficitur sine identitate materiali.

Est autem considerandum, quòd corpus hominis non est sola materia, sed materia coniuncta formæ, animo sc. rationali, à quo habet esse corporeũ; quare idem corpus erit absque dubio in resurgẽte essentiali identitate. Sed quoniam in corpore maximè consideratur materia, quæ est per se pars corporis, forma enim etiam extra materiam inuenitur: identitas corporis maximè requirit idẽtitatem quoq; materialem, quamuis essentialis identitas à forma sit præcipua. D Et idcircò S. Thom. 4 contra gent. c. 81. & in 4. d 44. art. 1. cum disputaret de resurrectione corporũ, non solùm postulat ad hoc, vt indiuiduum sit idem, identitatem formæ, sed identitatem materiæ; sine qua identitate materiæ propria mutatio resurgẽdi, aut nulla est, aut imperfecta sanè est.

11.

Opposita solutio ex *S. Thom.* ad probationẽ de qua n. 7. expenditur

In suscitatione pueri in materia senis deesset

Quòd verò dicitur si moreretur puer, & suscitaretur corpore senili in alia materia tota diuersa, non futurũ fuisse corpus idem, auctore S. Thoma; hoc quoq; confitemur de alia identitate minori, sc. de identitate materiali, quia is homo nõ solũ nõ esset idem cõtinuatione partiũ; sed neque esset idem materiâ eâdem; si tota materia, quæ cõstabat, dum viueret, mutaretur: & quia idẽtitas materiæ maximè pertinet ad veritatem resurrectionis, de qua S. Thomas loquebatur, rectè collegit non futurum corpus idem, scilicèt idem materialitèr, quamuis foret idem essentialitèr, vt dictum est. Et forsan nõ esset ea reparatio, resurrectio; siquidẽ resurrectio est iterata cõiunctio materię cũ forma: nam vt iteraretur coiunctio, deberent esse eædem partes cõiunctæ. Saltèm nõ esset resurrectio, qualẽ Deus instituit mortuis corporibus, vt ea ipsa corpora in eadẽ materia repararet. Vbi notauerim corpora potiùs resurrectura cũ materia, cum qua vitâ defuncta sunt, quã cum ea, qua sunt genita; eas enim reliquias, & cineres defunctorũ præcipuè seruamus, sc. assumendas ad statũ glorię in resurrectione. Pertinet verò ad Dei prouidentiã, vt curet materias defunctorũ dum obeunt esse distinctas, aut integras, aut certè maiores, vt min° dimidio desideretur in singulis, quo resurgat homo idem, etiam identitate materiali: nam etsi hęc casu accidant, & sint homines, qui aluntur carnibus humanis; quibus vitâ functis non videntur posse manere materię singulorũ discretæ, & videtur posse casu accidere, vt nõ maneãt discretę, sed sit aliqua materia eadẽ duorum hominũ morientiũ, successione tẽporis. Euẽtum hoc videtur incredibile, quia necesse esset, vt multi homines, absumpto quodã corpore humanis epulis, statìm, vt illud cõuerterent in suã substãtiâ, emorerẽtur: tunc enim materia hominis defuncti tota esset in alijs infaustis epulonibus. Et adhuc ista materia potest secerni à singulis, cũ sit particula in singulis, manẽtibus maioribus partibus singulorũ. Sed etsi (inquam) euentũ hoc, aut aliud sit casu possibile, in casu quoq; est prouidentia, nõ, vt casu nõ fiãt, aut vt miraculũ postulemus; sed vt id casu eueniat, qđ rebus à Deo prouisis expedit. Et credimus, id nunquã euenturũ, Deo sc. aliud curante, vt materia quoq; resurrectionis eadẽ sit. Et hæc est facillima solutio dubiorum, quæ de materia resurgentium solent excitari.

In his ergo omnibus statibus eiusdem indiuidui, inuenitur maior, aut minor identitas materiæ; sed semper est aliqua

identitas materialis.

Forsan ea suscitatio nõ esset resurrectio.

Ratio.

Saltèm non esset talis, qualẽ speramus.

Ad not. Corpora potiùs resurrectura sunt cũ materia cũ qua decesserũt, quàm cũ ea qua sunt, genita.

Ostenditur. Propter eorũ identitatẽ materialẽ prouidet Deus, vt minùs dimidio desideretur in singulis.

Obiect.

1. Responsio. Euẽtus in quo materia hominis defuncti tota sit in alijs, est incredibilis.

2. Respons. Licèt daretur, posset ea materia secerni.

3. Respons. Nũquam dabitur, Deo aliud curante.

12.

Ex dictis dilucidior manet probatio tradita n. 7.

aliqua identitas: quæ varietas est in causa vt vnitas totius, siue identitas, quæ pendet à partibus, aliqualitèr varietur; non essentialiter quidem, sed materialiter. Ergo eodem modo si prorsùs materia tota sit alia, adhuc erit indiuiduum idem; nulla quidem identitate materiali, sed sola essentiali, quæ est à forma eadem.

13. *S. Thomæ Sent.* De identitate materiali partium dissimilarium in resurrectione.

S. Tho. in 4. d. 44. q. 1. art. 1. quęstiunc. 3. docet partes materiæ, quæ continentur partibus animantis dissimilaribus, non permutari in resurrectione: sed materiam cordis manere hac parte cordis contentam; & materiam cerebri parte cerebri; eæ enim partes sunt diuersæ speciei. In eadem autem parte dissimilari animantis potest mutari pars materiæ; quia partes assimilares sunt per accidens. Ex qua doctrina quidã colligunt opinatum fuisse Doctorem Sãctum, mutatâ materiâ partis dissimilaris, variari animal illud essentialitèr. Et ita nullo modo posse resurgere variatâ materiâ partis dissimilaris. Sed non rectè colligunt, & perperàm interpretãtur S. Tho. sententiam. Nam cum facilè permittẽdum sit, materiam alicuius partis dissimilaris vnius, puta articulum, aut neruũ, posse per nutritionem subijci animæ alterius hominis secundum partem dissimilarem: alter istorum nõ potest resurgere deficiente illa materia partis dissimilaris, quę nõ potest esse simul in duobus. Nec S. Thomas hoc innuit, aut significare voluit. Sed cum probè aduerteret partes dissimilares esse per se necessarias, vtpotè diuersæ speciei, assimilares verò per accidens: rectè colligit potiùs variari posse has, quàm illas partes materiæ: ita vt si huic homini attribuenda sit tota sua materia, eadem pars materiæ contineatur corde, quæ antea cõtinebatur dum homo viueret: quòd si non tota sua materia reddenda huic homini, aut multa materia sit addenda; tamen particula materiæ, quæ fuit sub specie cordis, seruetur sub eadẽ specie; hoc enim per se necessarium est in partibus heterogeneis, siue dissimilaribus: in homogeneis, & assimilaribus per accidens, Verùm hæc attributio partium materię intelligitur necessaria ordine quodam naturæ debito: nam aliàs quæcunq; materia ornetur dispositionibus cordis, erit sub corde: quia materia ex natura sua est pura potentia, non magis subiecta huic, quàm illi parti. Sed resurrectio postulat, vt seruetur eadem materia: & ordo naturæ, vt non varientur partes materiæ, quæ præfuerunt sub partibus dissimilaribus. Nequaquam verò affirmauit Doctor Sanctus variari essentialiter animal, permutatis partibus materiæ; nam partes dissimilares, quæ dicũtur diuersæ speciei, differunt dispositione materiali, non essentiâ, aut specie essentiali. Quòd etsi differãt specie essentiali, adhuc mutatâ materiâ, solùm materialitèr variarentur, vt satis comprobatum est. Itaque perpetuò affirmamus manere eundem hominem, quomodocunque variatâ materiâ.

Eam etiam postulat resurrectio.

Partes dissimilares, quę dicũtur diuersæ speciei, differũt dispositione materiali duntaxat.

Licèt differrẽt specie essentiali, maneret idẽ homo.

Et hoc idem cõfitemur in formis perfectis indiuisibilibus, quę partes non habent: nam etsi hæ formæ indiuisibiles pendeant à partibus materiæ, vt docuimus parte capitis secunda, tamen non pendent totaliter, vt declarauimus; quia possunt à singulis separari, & successione materiæ per augmentum possunt separari ab omnibus, mutata iam tota materia; ergo & per Dei potentiam poterunt in aliam materiam induci, manente eodem indiuiduo essentiali identitate, scilicèt ab eadem forma constituto. De formis autem diuisibilibus nonnulla est ratio ambigẽdi, vtrum partes formæ sic pendeant à partibus materiæ, vt non possint alijs partibus materię ingeri? Quam quæstionem absoluemus de indiuiduatione accidentiũ differentes.

14. In formis perfectis indiuisibilibus doctrina superior procedit.

De formis diuisibilibus maior difficultas, an pars formæ possit ingeri parti materiæ non suæ?

Resoluetur cap. 11.

Veniamus ergo ad rem: Consequens enim est, cum multa possint esse indiuidua in materijs distinctis suam identitatem seruantia; vt materia non sit indiuiduationis adæquatum principium.

15. Ad rationem dub. propositã, n. 1.

Isti obiectioni in vestibulo quęstionis occurrimus ostendentes satis esse ad tuendam opinionem S. Thomæ, quòd secundum ordinem naturæ materia generationis, & materia augmenti substãtialis, sit indiuiduationis primum principium. Cui doctrinæ hoc addimus ex dictis, materiam generationis & adgenerationis in tota duratione indiuidui esse continuitate partium eandem: quæ identitas necessariò conseruatur naturali causalitate, quicquid Deus possit supra naturam efficere. Prętereà in ipsa creatione materia signatur priùs à Deo efficiente causalitatem materialem in illa;

16. 1. Responsio, de vnitate indiuidui per naturalẽ causalitatẽ seruata.

2. Responsio, de principio indiuiduatio-

Sententiæ *S. Doctoris* vera interpretatio.

In partibus dissimilarib' idẽtitas materialis per se necessaria est, cũ sint diuersæ speciei modo statim explicando.

Hæc idẽtitas intelligitur necessaria ordine naturæ.

Interpretatio, & illatio *Soar. in 3. p. tom. 2. d. 44. sect. 2.*

Improbatur ex absurdo cõsequente.

nis proprio, licèt non adæquato.

illa; & ibidem materia est indiuiduationis principium, sed non adæquatũ, quia potest creari eadem anima in alia materia. Itaque etiamsi de potentia Dei effectiuè loquamur, materia, quam Deus accipit, est ptincipium indiuiduationis proprium, licèt non adæquatum.

17.
Pro 3. responsione de principio etiam adæquato, fund. philosophicum.

Sed tamẽ aliquid amplius in quæstione proposita affirmamus, quo tueamur materiam signatam esse indiuiduę,& essentialis vnitatis inuariabilis, tàm formæ, quàm compositi, adæquatum principium. Cui fulciendæ sententiæ ponimus fundamentũ philosophicum, Hominem v. c. esse naturâ suâ generabilẽ, quia constat materia, quæ est reale principium generationis, vt & formæ, quæ educitur de potentia materiæ; animus autem rationalis saltem in materiã dispositã naturali causalitate inducitur. Cũ ergo Deus hominem fecit de limo, vel si crearet de nihilo, ipse homo Adam de limo effectus, aut quispiam alius homo de nihilo conditus, fuit generabilis aliqua generatione naturali; & quòd iste homo sit de limo factus, aut de nihilo, est per accidens, per se enim fuit generabilis aliqua generatione. Singulis autẽ generationibus debitæ sunt formæ singulæ, ordine saltem naturæ; ergo nulla forma est, quæ non sit debita cuidam generationi, & non alteri. Tunc vlteriùs progrediendo, pluribus generationibus non est debita eadem forma, sed formæ plures; tot ergo sunt formæ posibiles, quot sunt generationes posibiles, & singulæ formæ cum singulis generationibus sunt connexæ: ergo materia signata, quæ est proprium subiectum generationis, est principium adæquatũ istius formæ; verbi gratia, materia ex qua Petrus fuit genitus, sic designata in diuina idea, ab æterno fuit cognita, vt principium naturale adæquatum istius generationis, & per consequens istius formæ cum hac generatione connexę, & adhuc per istam formam eadem materia principium est adæquatum istius indiuidui, essentiali identitate seruata.

Homo v.c est natura sua generabilis aliqua generatione naturali.

Singulis generationibus debitæ sunt formæ singulæ ordine saltem naturæ.

Materia signata, quæ est propriũ subiectũ generationis, est principiũ adæquatũ istius formæ.

18.
3. Responsio: Materia huius generationis sic designata in diuina idea, in eadem est principium naturale adæquatum ipsius generationis, formæ, & indiuidui.

Itaque vt rem absoluamus vno verbo, materia signata generationis est principium naturale adæquatum, vnde hæc forma, & hoc iudiuiduum deriuantur in ipsa idea diuina: & naturali quidẽ virtute generantis non potest hæc forma produci nisi in hac materia signata; A virtute autem diuina, etsi producatur in alia materia, semper tamen per se referenda est hæc forma ad hanc materiam signatam, cui debita est in sui ortu naturali: creatio enim, & productio in alia materia est per accidens. Et ita reuocamus omnem indiuiduationem ad materiam signatam generationis, tanquam ad principium adæquatum, secundum comparationẽ formæ cum materia sibi debita per se; quæ cõparatio fit secundũ rationem idealem per se, quia hæc est causa per se adæquata indiuiduationis. Per accidens verò forma coniungitur diuersæ materiæ ab ea, quæ fuit generationis materia, siue natutali augmento, quod accidit indiuiduo, siue potentiâ creatoris, qua id, quod est generabile, potest creari in materia diuersa. Itaque materia generationis in ipso rerum ortu est naturale principiũ reale adæquatum indiuidui geniti: & ab ea materia, vt à principio adæquato, petitur indiuidualis vnitas formæ. Et in diuina idea illud est principium per se adæquatum. Quòd si substantia creetur, quod est per accidens, alia materia etiam alitèr disposita poterit formæ subijci, quæ materia per suam causalitatem signata erit eiusdem indiuidui principium proprium, sed non per se, nec adæquatum.

Hæc forma semper per se referẽda est ad hanc materiã signatã, cui debita est in sui ortu.

Alia materia alitèr disposita, & per suam causalitatẽ signata, si subijciatur formæ istius indiuidui, erit eiusdem indiuidui principium propriũ, sed non per se, neq; adæquatũ.

19.

Qua ex sententia si probetur, vt esse apparet philosophiæ consentanea, illud colligitur euidẽtissimè, quòd tota multitudo formarũ in specie eadem, à materia petenda sit; quod nos arbitramur esse verissimum.

Confirmatio.

20.
Confirmatio 2. assertionis de quo n. 4.

ID quod hac disputatione præmittimus, inductâ animâ rationali in aliã materiam non suam, quæ sit diuersa à materia generationis, hominem esse eũdem propter eandem animam haud dubiè sentiunt, qui arbitrantur in materia diuersa posse resurgere eundem hominem. Quę sententia tribuitur Origeni in illud Psalmi. *Non resurgent impij in iudicio.* Et refertur etiã à S. Epiph. hæresi 64. At verò Durand. in 4. d. 44. q. 1. opinionẽ istam amplectitur, & tuetur. Nos verò resurrectionem fideliũ repromissam, de qua dicitur, *Omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius*, probè sentimus non constare posse, nisi resurgant

Subscribit Sẽt. tenens in materia diuersa posse resurgere eũdem hominẽ. Hæc tribuitur *Orig.*

Refertur à *S. Epiph.*

Defenditur à *Durando.*

Intellecta de resurrectione, de qua *Ioan. 5. n. 28.*

Refutatur ex hoc ipso loco,

surgant mortui in materia eadem propter quam esse dicuntur in monumentis, vt docet S. Tho. in 4. d. 44. q. 1. art. 1. & lib. 4. contra gent. cap. 81. Sed in materia diuersa homines esse eosdem formaliter ob identitatem animarũ, cum Durando, & alijs concordamus. Et hoc idẽ colligi potest ex doctrina S. Thom. contra gent. Nam ibi ad 3. palam docet diuersitatem aliquam in materia resurgẽtis non impedire identitatem, sicut & in homine nutriendo materia alimenti addita, & variata non tollit identitatẽ hominis. Et notanda sunt illa verba: *Quòd species eius manet.* Neque enim intelligit Doctor Sanctus manere speciem cõmunem, indiuiduum autem esse aliud, vt liquet, cum sit homo idem. Sed indicauit indiuidui identitatem ex parte formæ, a qua est species, mutatâ materiâ. Ergo & mutatâ materia totâ manet idẽ homo ex parte speciei, siue ex parte formæ, quæ est præcipua.

S. Thom. Intellecta vt coincidat cum 2. asserto, approbatur.

Idem

Illius verba quædam explicantur, vt confirment doctrinã superioré.

21. Confirmatur 3. Responsio, de qua n. 18.

Quòd verò mutatâ materiâ generationis, adhuc possit indiuiduatio formæ spectari penes ipsam materiam in idea diuina, tanquam à principio adæquato, cui hæc forma per se est debita, verosimile esse iudicamus: cui sententię sola sit ratio philosophica patrociniũ. Illud tamen constat iuxta sententiam Arist. & S. Thomæ, & aliorum Doctorum cõstituentium principium indiuiduationis materiam, quòd permutata materia adhuc est suo modo indiuiduationis principium; quod quęstione ista elucidatum est satis.

Sumitur ex ratione philosophica.

CAPVT XI.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Argum. Quòd indiuiduatio formæ non sit petenda à materia, probatur primùm; quia anima rationalis per se ipsã est indiuidua, ita vt à nullo alio principio eius indiuiduatio deriuetur; ergo saltem anima rationalis, quæ à materia non pendet, non est per materiam indiuidua.

2. 2. Argum. Secundò: Materia sine dispositionibus est indifferens ad omnes formas, cũ dispositionibus verò est ens per accidẽs, quod non est indiuiduationis substantialis principium; ergo nullo modo formæ indiuiduatio oritur à materia.

3. 3. Argum. Tertiò: Materia, quæ per nutritionẽ subijcitur eidem formæ, est alia à materia generationis, & àlijs dispositionibus præparatur; ergo neque identitas dispositionum, neque materiæ, necessaria est ad identitatem formæ. Et confirmatur, quia in nutritione per accidẽs est, quòd hæc, vel illa materia subijciatur formæ, prout sunt cibi diuersi, quibus animantia nutriuntur; ergo & materia generationis est indifferens.

Confirm.

4. 4. Argum. Quartò: Eadem est ratio durationis rerum, & ortus, vt formæ pendeãt à materia dispositа; sed in rerum duratione mutantur dispositiones, manente forma eadem substantiali; ergo eadem forma potuit introduci in materiam cum alijs dispositionibus; ergo & in materiam aliam, cum materia ex se ipsa sit indifferens ad omnes formas.

5. 5. Argum. Quintò: Potest accidere, vt materia eadem ijsdem accidentibus paæparetur ad generationem posteriorem, quibus fuerat dispositа in generatione priori; ergo si materia sic dispositа est determinata ad vnam formam, eadem forma genita priori generatione, restaurabitur in generatione secunda. Quòd si dicas, id non posse accidere naturalitèr: ponamus euenisse virtute diuina, vt eâdem numero dispositione præparetur materia, & sic dispositа admoueatur generãti; tunc generans causalitate naturali generabit corrũptum, scilicèt id, quod interierat, quod est impossibile.

Responsio.

Impugnatur.

6. 6. Argum. Sextò: Probatur idem argumẽto deprompto à natura formæ; est enim eadẽ numero forma indifferens ad materias diuersas, & diuersis dispositionibus affectas, siquidem informat materiam generationis, & nutritionis, quæ differunt substantia, & accidentibus: ergo hæc ipsa identitas formæ non petitur à materia hac. Et confirmatur, quia si dicamus peti eam à materia generationis, hoc falsum apparet esse; siquidem materiam nutritionis informat posteà; ergo & in generatione potuit eandem informare: cum ergo vtramque informet secundis vicibus, à neutra pendet eius identitas.

Confirm.

7. 7. Argum. Septimò arguitur, nam argumento proposito conuincitur eandem formam posse informare diuersas materias diuersis accidentibus dispositas; ergo etsi virtute agẽtis naturalis inducatur priùs in materiã generationis, non ideò identitas

titas formę istius sumitur à materia ista; maximè cum per potentiam Dei possit induci in materiam aliam. Et confirmatur, quia ab his, quæ sunt per accidens, non est petenda essẽtialis identitas formæ istius, quæ semper est eadem.

Confirm.

8. Vltimò: Si formæ indiuiduæ penderent à materia, cum in eadem parte materię possint esse plures formę temporis interuallo; consequeretur, vt eæ omnes formæ, quæ suam indiuiduationem consequuntur à materia eâdem, conueniunt inter se aliquali conuenientia essentiali; quod tamen absurdum videtur esse.

Aduertenda.

9. His argumentis nonnulla dubia excitantur, quæ animaduersione indigent; pleraque enim ex dictis capite antecedenti refringuntur.

20. 1. Aduert. ex c.10.p.3.n.4. Forma diuisibilis identitatẽ sumit similiter, suo modo, à materia gener. & nutr.

Principio aduertẽdum est, materiam nutritionis, & generationis suo modo concurrere similiter, quod antea declaratum est; vtraq; enim est indiuiduationis proprium principium. In hoc tamẽ est discrimen, quòd identitas formæ indiuisibilis, non sumitur à materia nutritionis, sed à materia generationis. Quoniam si forma indiuisibilis est materialis, & corporea, fit de materia signata in generatione; & idcirco ab ea materia de qua fit, obtinet vnitatem, & indiuiduationem: si verò forma sit incorporea, scilicèt rationalis anima, quæ de materia nõ fit, sed ad materiam hanc destinatur; eodem quoque modo habet vnitatem à materia generationis ad quam destinatur. Materia ergo nutritionis eo modo, quo est principium indiuiduationis, non est causa per accidens, sed per se: quia illo modo, quo forma pendet ab hac materia nutriendo addita, per se pendet ab illa; qui est modus quidam realis, & indiuiduus, ac substantialis necessariò intelligendus in augmento substantiæ, etiamsi forma sit indiuisibilis; pendet enim nouo quodam modo secundum esse ab ea parte materiæ, quæ nutritione additur: & forma rationalis pẽdet quoq; à materia addita secundum informationem nouo quodam modo, quo illa materia addita est propriũ principium indiuiduationis formæ, non per accidens, sed per se. Nam si alio cibo vesceretur idem animal, esset modus alius realis substãtialis in forma copulata cum materia alia; & ita illa alia materia quoad illum modum subijceretur per se formę. Nunquam ergò materia est causa per accidens indiuidui, siue in generatione, siue in nutritione.

Indiuisibilis non nisi à materia generationis.

Indiuisibilis materialis de ea materia fit.

Rationalis ad eâ destinatur.

Illatum: Materia nutr. eo modo causã di, quo est principiũ propriũ indiuiduationis, nõ est causa per accidens, sed per se.

Probatur. Modo causandi forma à materia pendet per se, etiamsi sit forma indiuisibilis.

11. 2. Aduert. Modi diuersi partiũ materię in nutritione adiectarum, & earũ modi sũt per accidẽs ad identitatem essentialẽ istius formæ.

Sed tamen est secundo loco aduertẽdum, quòd eidem formæ substantiali isti modi diuersi, quibus copulatur cum partibus materiæ diuersis sese alendo adiectis, quasi accidũt; etsi substantiales sint; quia non pertinent ad essentialem identitatem istius formæ. Et in hoc quidem rectè dicitur, quòd materia nutritionis est per accidens ad identitatem scilicèt essentialem istius formæ, quæ est eadem necessariâ quadam identitate, in diuersis partibus materiæ alimento accrescẽtibus. Materia autem generationis est causa per se istius identitatis inuariabilis formæ, quia forma eam identitatem habet à sua origine per materiam signatam, vt docuimus.

Materia generationis est causa per se eiusmodi identitatis.

12. 3. Aduert. Dispositio præcedens non potest naturaliter eadẽ nùmero in diuersis generationibus accidere. Ostenditur.

Post hæc considerandum est, dispositionem præcedentem, qua materia præparatur generationi, non posse accidere per causas naturales eandem in diuersis generationibus; eandem (inquam) numero: nam hæ dispositiones sunt accidentia, quæ intereunt in instanti generationis cum ipso composito quod corrumpitur; quod autem corruptum, nõ potest per naturam reparari. Necessariũ ergo est, vt nulla generatio fiat de ijsdẽ dispositionibus, de quibus altera generatio extiterit: & ita ordine naturæ seruato, quæcunq; differunt generatione, differunt quoque dispositionibus præcedentibus. Quòd si per virtutem creatricem eædem dispositiones redeãt in materia eadem, nullum agens naturale introducet formam, quia non generat nisi de materia à se ipsa dispositа. Sed Deus optimus præparans materiam, induceret formam, aut eandem, aut diuersam pro sua voluntate. Et hoc est euidẽtissimum. Nam ad illas easdem dispositiones denuò productas, inductasque, si existimemus naturali cõsequentia redire formam substantialem corruptam (quod tamen non crediderim) illa equidem introductio formæ substãtialis erit actio diuina, vtpotè quæ sequitur dispositionem à Deo inductam. Differunt ergo omnia in diuina dispositione præcedenti,

Agens naturale non generat nisi de materia à se ipsa dispositа.

Si eisdem dispositionibus diuinitùs redeuntibus, naturali consequentiâ redeat eadẽ forma, illa introductio erit actio diuina.

denti, sicut & generatione. Et ita omnia sunt in naturis rerum definitis; sola virtus diuina nullis finitur terminis.

13. De dispositionibus conseruãtibus dubiũ, an variẽtur ab ortu inditæ? Resolutio affirm.

De dispositionib° cõseruantibus formam, maius aliquid est dubij. Videtur enim non esse inficiandum variari eas dispositiones ab ortu inditas, etsi non omninò, tamen ex magna parte: quæ certè variatio in generatione esset satis fortasse, vt non hæc, sed alia forma substantialis produceretur. Respondendũ tamen est, neque hoc esse mirum, cum enim indiuiduæ differentiæ formarũ, eæ ipsę, quę sunt inuariabiles quasi essentiales, eueniãt ex materia dispositã; diuersa dispositio materię in ipsa origine formæ, variat formam numero: illa autem diuersitas formæ accepta à conditione ipsa suæ originis est intima, necessaria, & inuariabilis. Quapropter, mutatis postea dispositionibus, non mutatur identitas formæ, quia nó pendet ab illis, nisi quoad originem: sicut enim identitas formę non pendet à materia nutritionis, pendet tamẽ à materia generationis, de qua fit: ita quoque eà identitas inuariabilis, non pẽdet à dispositionibus quibus cõseruatur; pendet tamen ab illis, de quibus fit, quia per eas dispositiones designatur materia antecedentèr, vt docuimus.

Ratio. Dispositiones antecedẽtes designant materiam antecedẽter, vnde ab illis pendet formæ identitas inuariabilis.

A dispositionibus conseruãtibus forma non ita pẽdet.

Responsio.

14. Ad 1. Argum. ex cap. 10. p. 2. n. 12. & 16. Materia quæ de nullo fit, per se ipsam est indiuidua, Sic anima rationalis.

AD primum argumentum respondetur concedendo cõsequentiam; sicut enim materia, quæ de nullo fit, per se ipsam est indiuidua; ita & anima rationalis, quæ non fit de materia, per se ipsam est indiuidua: sed in genere causæ finalis nihil prohibet destinari hanc formam ad hanc materiam: & ita materia est indiuiduationis istius principium, vt docuimus.

15. Ad 2. argum. ex cap. 8. p. 4. n. 4. & c. 10. p. 2. iuncta p. 1.

Ad secundum cõcedimus, materiam cum dispositionibus non esse principiũ indiuiduationis, sed neque nudam materiam indifferentem; est tamen materia signata principium indiuiduationis, quod superiùs declarauimus: diximus autem, qd materiã ipsam signatã posse fieri, ad dispositiones præcedentes tanquam ad causam, sicut & ad agens reuocatur.

16. Ad 3. argum. ex 3. aduert.

Ad tertium concedimus totum, scilicèt quòd idẽtitas materiæ, & dispositionum, non est necessaria ad identitatem formæ in sui duratione; sed ad vnitatem indiuiduã formæ, quam habet à sua origine, necessaria est hæc materia designata, & his dispositionibus anteà præparata. Ad confirmationé respondetur, materiam nutritionis hanc, vel illam, non per accidens, sed per se concurrere ad effectum nutritionis, & ad modum illũ realem, quẽ forma in nutritione acquirit: sed ad idẽtitatem inuariabilem formæ concedimus totam materiam nutritionis esse per accidẽs; sola enim materia generationis est principium per se illius idẽtitatis, vt in notationibus prædiximus.

Ad confirm. ex 1. & 2. aduert.

17. Ad 4. argum. ex 3. aduert.

Ad quartum negatur maior propositio, quòd eadẽ sit ratio necessitatis in dispositionibus antecedentibus, & similibus conseruantibus formam, quoad identitatem inuariabilem ipsius formæ: nam à præcedentibus pendet per se hæc identitas; à conseruantibus verò non prorsùs pendet, vti obseruauimus paulo anteà.

18. Ad 5. argum. ex 3. aduert.

Ad quintum negatur antecedens, qd eædem dispositiones possint accidere in generationibus diuersis. Cum verò id euentum ponitur per omnipotentis virtutem, dicendum est, sic dispositam à Deo materiã non posse informari actione agentis naturalis, sed actione Dei disponentis ipsam materiam. Quòd si agens naturale iuuetur potentiâ diuinâ, vt instrumentum assumptum diuinæ potentiæ ad hoc miraculum edendum, iam non erit hoc factum contra physica præscripta, quòd corruptum non redit: nam intelligitur non redire corruptum, per virtutem naturæ inditam.

Ad resposionis impugnationem. Materia à Deo dispositа non potest informari actione agẽtis naturalis, nisi eleuati.

19. Ad 6. argum. ex cap. 10. p. 4. n. 18.

Ad sextum concedimus, virtutem informandi (si ita libet loqui) non esse sic definitam, vt solam istam materiam cũ his dispositionibus informet, vt commonstratur arguendo. Sed negatur consequentia, quòd eius vnitas non petatur à materia generationis: ea enim est vnitas formæ istius indiuisibilis secundum se ipsam, vt non varietur in materijs diuersis, & dispositionibus diuersis; sed hæc ipsa vnitas qualiscunque sit, deriuatur ab illa materia, de quâ fit forma, vel ad quam destinatur forma, quæ est materia signata, vt sæpiùs inculcamus. Cũ verò vltra obijcitur materiam nutritionis potuisse fieri materiã generationis, neque

Vtraq; materia, scl. generationis, & nutritionis suscipit formam.

De sola priore, forma producitur.

neque vnam potiùs, quàm alteram materiam inseruire suscipiendæ formæ: cõcedendum est vtramque suscipere æquè formam, sed non de vtraque formã produci; de sola enim materia generationis forma producitur, & ab illa origine trahit identitatem inuariabilem. Quod verò dicitur hanc formam potuisse informare in sua generatione materiam suæ nutritionis. Si intelligas de materia signata cum præcedẽtibus dispositionibus, impossibile est: nam etsi possit accidere, vt ea, quæ fuit materia generationis indiuidualitèr, varijs trãsmutationibus subiecta formæ per alimentum, fiat postea materia nutritionis; tamen necesse est dispositiones esse numero diuersas; cum illæ, de quibus facta est generatio, transierint, neque possint redire per vires naturæ agentis. Quòdsi materia nutrimenti sit diuersa indiuidualitèr, ea nullo modo potuit esse materia generationis; quia ea ipsa, & non alia, est materia designata illis dispositionibus præeuntibus, pręparata huic formæ naturali causalitate.

Ad confirm. Materia generationis signata cum præcedẽtibus dispositionibus, vt sic, non potest accidere vt sit materia nutritionis,

Ratio. Dispositiones præteritæ non possunt redire naturaliter.

Ea ipsa materia indiuidualiter, & non alia, potest esse materia generationis.

20. Ad 7. argum. ex cap. 10. cit.

Ad septimum concedimus, formam indiuisibilem per Dei potentiam posse induci in quamcunque materiam quomodolibet dispositam; sed illa materia non erit principiũ indiuiduationis adæquatum, ita vt ab ea sumatur identitas inuariabilis istius formæ, quæ scilicèt potuit quoq; induci in materiam aliam aliter dispositam. Cum verò forma inducitur naturali generatione in materiam, quod per se conuenit formis generabilium, scilicèt vt in generatione producantur; illa quidem materia generationis est per se principium proprium materiale, aut saltèm finale formæ indiuiduæ, & ab ea materia petitur idẽtitas illa inuariabilis istius formæ: quæ etiam in idea diuina est per se principium proprium istius identitatis, vt capite antecedenti docuimus. Cum verò obijcitur eam identitatem non sumi à dispositionibus, quæ sunt per accidens, neque à materia quæ per accidens admouetur generãti, cum potuerit apponi alia materia. Respondendum est, ipsa indiuidua esse per accidens ad intentionem naturæ vniuersalis; sed ad intentionem istius agentis hic, & nunc, hæc materia cum his dispositionibus per se concurrit ad hanc vnitatem inuariabilem istius formæ; quia Ionas per se genuit Cephã, non per accidens.

Ad confirm.

Responsio. Secundum intentionẽ singularis agẽtis hic, & nunc, hæc materia signata per se cõcurrit ad hanc vnitatem inuariabilem istius formæ.

Octauum, & vltimum argumentum futile est; neque enim à materia petenda esset essentialis conuenientia in formis, quia temporum interuallo possint inueniri in materia eâdem. Imò non cõuenientia, sed discrimen colligitur inter formas; quia earum vnitas non sumitur à nuda materia, sed à materia signata, quæ diuersimodè signatur, & disponitur, vt formis diuersis subijciatur.

21. Ad 8. argum. Non conuenięntia, sed discrimen inter formas colligitur ex materia diuersimodè disposita, & signata.

CAPVT XII.

Principium adæquatum indiuiduationis accidentium, est subiectum in quo sunt.

ILlustrat quæstio ista de indiuiduatione accidentium rerum illarum, quas tractauimus, intelligentiam. Caput diuidimus in partes quatuor.

Prima pars: *De indiuiduatione quantitatis, & accidentium materialium.*

Secunda: *De adæquato principio indiuiduationis cuiusque accidentis.*

Tertia: *In eodem subiecto non possunt inueniri plura accidentia solo numero discreta.*

Quarta: *Vtrùm accidens corruptum possit iterum produci?*

Nam & hæc identitas, vt quod corruptum est, iterum producatur, indiuidua est, & ad quæstionẽ istam reducenda.

PARS PRIMA.

De indiuiduatione quantitatis, & accidentium materialium.

CIrca indiuiduationem quantitatis, sciendum est, quòd S. Thom. quodlib. 7. art. 10. ait quantitatem ex situ partium fieri indiuiduam. Cum enim quantitas possit separari à subiecto; sic separata non habet à subiecto vnitatẽ; neque aliud occurrit vnde petamus vnitatem illius, nisi a situ.

Nihilominùs, suppressa interea expositione istius sententiæ S. Thomæ; videtur non esse negandum, quãtitatem idẽ habere indiuiduationis principiũ, quod habent cætera accidentia, scilicèt subiectum in quo est, quod est essentia completa, siue compositum concretum materia,

1. Inscriptionis 1. pars. Proponitur sententia *S. Thomæ*, sc. quantitatem ex situ partiũ fieri indiuiduam.

2. Hæc sent. exponetur n. 8.

Concl. Quantitas suę indiuiduationis principiũ habet subiectũ in quo est, scil. compositum.

teria,& forma substantiali,quod est actus A ens, à cuius existentia ipsa quantitas pendet naturali causalitate.

3. Probatur clarissimè,vt cap. 10.p.2.n.2. exemplo formæ substatialis generabilis.

Hoc autem comprobatur clarissimo argumento;quantitas enim absque vllo alio accidente interiecto consequitur compositum, quod est causa materialis ipsius quantitatis, de quo quantitas fit, & non fit quantitas in specie, sed in individuo fit hæc quantitas: ergo vnitas

Agens non est destinatum ad producendam istam quantitatẽ, nisi in isto subiecto.

individua istius quantitatis ab hoc subiecto sumitur; siquidem agens indifferens est ad producendas multas quantitates,& non est destinatum ad producẽdam istam, nisi in isto subiecto. Quo argumento antea vsi sumus, ad ostendendum individuationem formæ, quæ de B materia fit, à materia ipsa petendam.

4. Obiectio assimilans quantitatẽ materiæ.

Verùm in quantitate hoc est discriminis, quòd illa est subiectum accidentium materialium; subiectum autem est primum, quod scilicèt supponitur alijs; quare sicut materia prima, eò quòd est subiectum alijs substitutum,per se ipsam individuatur;posset existimari hoc idem de quantitate. Est tamen ratio diuersa,

Solutio.

quia materia est primum subiectum,quę ita est subiectum,quòd non est forma,& idcircò non individuatur per aliud:quãtitas autem est subiectum accidentium,

Quantitas ita est subiectũ accidentium, vt sit forma substantiæ.

& forma substantiæ. Quapropter, quia C est forma,potest per ipsam substantiam, cui inest,fieri individua.

5. Declaratur concl. Quantitas habet vnitatẽ inuariabilem.

Habet tamen quantitas vnitatem quandam, & individuationem essentiæ non immersam corpori; ita vt etsi non possit naturali modo existere, nisi in corpore; tamen per Dei potentiam immutato modo existendi, possit existere separata. Quam naturã quantitatis si penitùs inspiciamus, deprehendemus solertiùs,

In hac imitatur formas individuales.

quantitatem imitari formas individuales quoad hoc, quòd habet ista quantitas verbi gratia, quandam vnitatem in- D uariabilem, cui accidit esse in subiecto, & esse extra subiectum. Atque ad hunc modum,sicut diximus de forma substãtiali individuali,istam vnitatem inuariabilem habet quantitas ab ipso subiecto,

Istam vnitatẽ inuariabilẽ habet ab ipso subiecto,quod est compositũ, in ipso instãti generationis.

quod est compositum,in eodem instanti generationis; & hæc est causa per se individuæ quantitatis. Per accidens verò, per Dei potẽtiam poterit extra subiectum hæc eadem quantitas produci, cum alio quodam existendi modo, quo potest esse extra subiectum; imò cum illo modo miraculoso non potest esse in subiecto.

Ex quibus vlteriùs colligimus videri, quantitatem diuina virtute posse copulari diuersis corporibus. Est etenim magni momenti illud argumentum,quòd cũ possit existere extra omne corpus, possit quoque informare quodcunque corpus, vt de anima rationali antea decreuimus.

Quantitas igitur sic separata à corpore, habet quidem in idea diuina principium individuationis, scilicèt illud corpus in instanti generationis, cui debita est quantitas ista, & non alia, vt docuimus de formis individuibilibus: sed in illa separatione, qua potest produci à Deo, nullũ habet individuationis physicum principium materiale,cum à materia nulla,siue à subiecto nullo depẽdeat; sed in se ipsa est individua,quod S.Tho. docuerat loco commemorato. Hæc tamen individuatio est quasi accidentaria quantitati; sicut formæ individuibiles individuantur per materiam nutrimenti, quæ est causa per accidens vnitatis cuiusque formæ individuæ, ea quippe vnitas à materia generationis per se ducitur. Itaque quoad hæc omnia dicimus de quantitate, & formis individuibilibus individuandis,fermè similia.

Quod verò S.Thomas docet,quantitatem in isto statu individuari per situm partium, intelligendum est eodem modo quo frequenter ait individuationem substantiæ materialis sumendam esse à quantitate, scilicèt tanquam à signo individuationis, vt superiùs commonstrauimus: eodem ergo modo situs partium ostendit quantitatem esse individuam, etiam extra corpus,vt in quantitate Eucharistiæ confitemur;aliàs cum situs cõsequatur quantitatem, non potest esse principium reale individuationis illius. Erit ergo eadem ratio quæstionis de quantitate, quæ est de alijs accidẽtibus, vtrùm habeant à subiecto individuam vnitatem? Alias verò difficultates patitur adhuc isthæc sententia,quas postmodùm extricabimus.

Illud autem parte hac capitis obseruandum est, quòd sicut diximus de materia prima, quæ est eadem à primordio mundi creata, quæ nunc extat, licèt diuisione partium non fit eadem; quia tamen nullæ partes materiæ creatæ sunt, dicitur

6. 1.Consectariũ, vt cap.10.p.4. n.6. Probatio.

7. 2. Consect. vt ibidẽ n.18. Quantitas separata à subiecto habet in idea diuina principiũ individuationis,sc. illud subiectũ, &c. Quãtitas sic separata est individua in se ipsa.

S. Thom. Hæc individuatio est quasi accidentaria quantitati. Exemplũ formę individuibilis individuatæ per materiã nutrimenti.

8. Ad Sentent. *S. Thomæ* expositio. Quantitas individuatur per situm partiũ, intelligẽdam quam per signum. Probatur expositio.

9. Aduert. cõsonum traditis cap 8.p.2. n.20.

Hìc sermo est de vnitate quā titatis, quæ cōsequitur primęuam illius productionē, antequam diuidatur in partes.

dicitur materia eadem quæ diuisa est A suis segmentis, & partibus. Ita nunc loquimur de vnitate quantitatis, scilicèt de forma ista producta in rerum natura, quæ eadem dicitur, etsi consequentibus diuisionibus sit in partes dissecta: nam & eæ partes iterum possunt connecti, vt experimur in partibus aquæ, aut liquidi cuiuspiam coeuntibus: fit enim sola copulatione materia vna, aqua vna cū sua forma substantiali, & quantitas vna cum accidentibus quantitati adhærentibus. Illa ergo prior vnitas quantitatis, quæ consequitur rei productionem, dicitur duci à subiecto quantitatis in ipso instāti generationis substantiæ.

10.

Si non quantitas propria, ac debita, sed alia diuinitus profluat à composito, hæc indiuiduabitur vt accidētia communia.

Atquì dicimus vnitatem indiuiduam quantitatis petendam esse à composito in ipso instanti generationis compositi; quia de illo composito fit quantitas ista per se cum sua naturali identitate inuariabili. Quòd si Deus corpus quoddam spoliaret quantitate, relinquens illud corpus naturæ suæ, profluueret alia quantitas; cuius indiuiduatio similis erit indiuiduationi accidētium communiū, de quibus suo loco dicemus. Itaque accidentia propria habent indiuiduationē à subiecto in ipso instanti generationis, quia ab ortu per se insunt: quòd si remoueantur, & noua accidentia similia producantur, ea indiuiduari necesse est eo modo quo accidentia communia, de quibus parte secunda capitis differendum.

Sic de accidētibus proprijs philosophandum.

11.

Inscriptionis 2. pars.

Duplex mensura accidētiū, sc. extensionis, & intensionis.

De accidētibus materialibus, siue corporeis constituendū est, ea duplicem habere mensurā, scilicèt extensionis, & intensionis; extenduntur enim per quantitatem, intenduntur per augmentū proprīū intensionis. Hæc secunda ratio mēsurabilis omnibus accidētibus etiā spiritualibus cōmunis est, nisi sint naturales potentiæ, quæ intendi non possunt. Extensio verò per quantitatem solis accidit formis corporeis, quæ quantitate cui inhærent mēsurantur, per hoc ipsum quòd coiunguntur quantitati extensæ, vt anteà declarauimus. Hanc nos extēsionem principio contemplemur.

Agitur hic de accidentibus extensis.

12.

Prænotandū. Accidentia corporea sunt suo modo diuisibiles formæ.

Sunt enim hæc accidentia corporea suo modo diuisibiles formæ; quia non totus calor, verbi gratia, inest vni parti corporis, sed distribuitur pars extensionis caloris parti corporis; quarū portionum distributio sicut & extensio, fit necessariò per quantitatem mediam. Et quia quātitas cum sit proprijssimè subiectum accidentium corporeorū, est eorundem subiectum proximū; magis pendent accidentia hæc à quantitate, quàm à substantia cui insunt media quantitate. Cuius rei periculum facimus in quantitate Eucharistiæ, in qua naturali cōstitutione manent accidētia, nō manente substantia, quam informauerant: ergo etsi à substantia præcipuè pendeāt, quia ipsa quantitas qua nituntur, à substantia quoque pendet, naturali existendi modo; tamen coniunctione quadam magis intima pendent à quantitate, siquidem dissoluta illa copulatione priori cū substantia, adhuc adhærent quantitati naturali sua inhærentia.

B

Quamobrem arbitramur hæc accidētia non posse inhærere substantiæ sine quantitate; quia non habent aliū modū informandi, nisi extensione quadam; & non sunt extensa, nisi quatenus cū quātitate extensa copulantur. Præterea sicut omnes formæ substantiales corporeæ à materia essentialiter pendent, vt non nisi in materia possint existere: ita & hæc accidētia non minùs essentialiter pendent à quātitate, quæ est proximum illorum subiectum: nam scientia magis pendet ab intellectu, quod est proprium subiectum formæ istius, quàm ab homine, quod est subiectum illius remotum; & non potest scientia esse in homine, nisi habente intellectum, in quo illa existat.

C

Exemplum.

Ex quibus colligimus indiuiduationem accidentium materialium oriri à substantia quasi à subiecto præcipuo, sed à quantitate, vt à subiecto proximo, & adæquato. Neque hoc aduersatur S. Thomæ sententiæ, qui affirmat albedinem non posse existere separatam; certè intelligit separatam à quātitate: nam à corpore separatam intuemur in quantitate Eucharistiæ. Cum igitur quantitas possit separari à substantia, imò per diuinam potentiam informare possit aliam, atque aliam substantiam indiuiduam, modò hanc, modò illam: certè si quātitas cui adhærent, insit diuersis corporibus, si quod est principiū indiuiduationis adæquatū accidentiū materialiū, illud non est substātia, sed quantitas indiuidua; nam in ipsa quantitate separata, per actionem agentis naturalis producuntur

D

extensio necessariò fit p quātitatē mediā.

Ab hac magis, quā à substantia pendent.

Probatur in quantitate Eucharistiæ.

Licèt nō præcipuè, tamen coniunctione quadam magis intima pendēt à quantitate.

13.

Consect.

Hęc accidentia nō possunt inhærere substātiæ sine quātitate.

1. Ratio.

2. Ratio.

14.

Colligitur conclusio.

Horum accidentiū indiuiduatio oritur à substantia, quasi à subiecto præcipuo, sed à quantitate, vt à subiecto adæquato, & proximo.

S. Thom. explicatus.

Probatio 1. de principio adæquato.

Ad accidentiũ identitatẽ inuariabilẽ p accidẽs est, quòd ista quantitas sit in isto corpore, aut in alio.

ducuntur accidentia hæc indiuidua, ad quorum accidentiũ identitatẽ inuariabilem, per accidens est, quòd ista quantitas sit in isto corpore, aut in alio, in quo potest existere per diuinã efficaciã: ergo accidentia corporea magis intimè habent originem indiuiduationis à quãtitate, quàm à substantia; licèt habeant quoque illam à substantia, à qua pendet quantitas, dum de ea quãtitate fiunt accidentia. Quòd verò quantitas sit principiũ indiuiduationis accidentiũ sensibilium, expressa sentẽtia est S. Tho. 3. p. q. 77. ar. 2. vnde & colligit separatâ quãtitate à substãtia, necessariò manere accidentia adhærentia quantitati.

Expresse de accidentibus sensibilibus *Idem.*

Concludimus etiam hæc accidentia non posse separari à quantitate vlla ratione; quia cum sint formæ per se extensæ, non possunt sine partibus cohærere: atquì non sunt alio modo extensæ, nisi prout cum quantitate copulantur; non ergo sine quantitate existunt. Maximè verò quia cũ nõ possint esse in corpore alio, nisi media quãtitate, vt docuimus; oporteat autem ea esse in alio subiecto, si sint extracta à corpore, quod est subiectũ remotũ; conuincitur, non posse illa à quantitate etiam abstrahi, quę est eorũ subiectum proximũ. Quòd verò accidẽtia non possint omninò auelli à subiecto (vnam excipimus quantitatem) posteà commonstrabimus.

15. Confirmatur altera thesi illata ex prænot. Accidentia corporea non possũt separari a quãtitate vlla ratione. 1. Ratio ex prænot. 2. Ratio.

Igitur quòd quantitas indiuidua sit proprium principiũ proximum indiuiduationis accidentium materialium, probatur illo argumento vsitato à nobis. Nam hæc albedo, verbi gratia, fit hic, & nunc ex causa aliqua naturali; sed virtus agentis potest plures albedines producere; ergo quòd producat istam albedinem referendum est ad proximũ subiectum albedinis, quod est proxima causa materialis istius albedinis. Et cõfirmatur, quia quantitas ideò appellatur materia accidentium, quia est proximum subiectũ, & causa proxima materialis istorum accidentium, quæ corpori insunt. Et hęc de prima huius capitis parte.

16. Probatio 2. trita, De proprio principio proximo, vt n. 3. & alibi.

Confirm.

PARS SECVNDA.

De adæquato principio indiuiduationis cuiusque accidentis.

1. Ordo procedendi.

VT accidentibus attribuamus adæquatum principium indiuiduationis, necessarium est formam subiecto, & subiectum formæ coæquare, ita vt hæc forma in solo hoc subiecto sit, & subiectum hoc hac forma, & non alia eiusdem speciei informetur; scilicèt vt sit forma propria subiecti, & subiectum proprium formæ. Hac etiam philosophandi ratione de indiuiduatione formæ substantialis disputauimus. Principio autem de causalitate naturali commentabimur: postmodùm quid possit fieri diuina virtute, vt meliùs perspiciatur natura rei prout subditur summæ potentiæ.

Idem ordo seruatus c. 10. p. 2. De indiuiduatione accidentium spectata causalitate naturali.

2. 1. Concl. Subiectum accidentium est principiũ proprium indiuiduationis illorum.

Quòd formæ accidentariæ sit propriũ subiectum illud cui inest, ita vt non possit hæc forma fieri de alio subiecto naturali causalitate, nisi de isto, concluditur trito iam argumento; quia virtus actiua est indifferens ad producenda plura; ergo quòd producat hoc potiùs, quàm illud, referendum est ad causam materialem, scilicèt ad subiectũ proprium accidentiũ. Et ita decernimus subiectũ accidentium esse principiũ propriũ indiuiduationis illorũ, quia de subiecto fiunt tanquàm de materia, & eadem est causa vnitatis, & entis; & ipsa est causa propria istius indiuiduæ formæ, quia agens est causa indifferens. Hoc ergo argumentũ cõmonstrat subiectũ accidentium reddere illa indiuidua, vt principium reale materiale proprium.

1. Probatio trita, vt p. 1. n. 3. & 16.

3. 2. Probatio. Accidentia nõ possunt mutare subiectum.

Habent etiam accidentia omnia aliã quandam cõmunem conditionẽ, vt non commutẽt subiectum, cui semel insunt, & de quo fiunt, neque possint emigrare ab vno subiecto in aliud. Quod argumẽtum planè concludit, subiectum accidẽtium esse proprium principium indiuiduationis illorum.

4. Declaratur hæc probatio. Accidens diuisione partiũ subiecti mutat subiectum, seu hypostasim cui inest.

Aduertendũ tamen est, quòd diuisione partiũ potest accidens mutare subiectũ; quia calor qui est in parte aquę, diuisa parte illa, & cõiuncta alteri aquæ mutat quodammodò hypostasim cui inest: quia erat calor vnius aquæ, parte illa cõiũctus; & scissa parte eâdem est calor alterius aqnæ, cui pars additur. Sed non potest accidens mutare subiectum adæquatum, ita vt ab vna parte cui inest, transeat in aliam: sicut neque forma substantialis diuisibilis potest mutare materiam secundum partes, quia pars formæ diuisibilis perpetuò est in parte eadem materiæ; licèt pars hæc

Non tamen potest mutare subiectum adæquatum.

Exemplum formæ substantialis diuisibilis.

hæc formæ aquæ, quæ est istius aquæ A pars, diuisa fieri possit alterius aquæ pars.

5. Illatum generale. Informis diuisibilibus & accidētib' materiæ 1.aut 2.est adæquatū principium, &c.

Ex quibus colligimus, quòd naturali causalitate tàm in formis substantialibus diuisibilibus, quàm in accidentibus omnibus, materia prima, aut secunda est principium indiuiduationis adæquatum tàm in ortu, quàm in duratione rerum. Cum enim formæ hæ non sint separabiles à suis subiectis, toto tempore quo existunt habent ab ijsdem subiectis in genere causæ materialis indiuiduam vnitatem.

6. Pro maiori explic. Cōtra 1.concluſ. Dub. de subiecto, probans quòd indiuiduatio accidētis non fit illi tribuēda.

At verò huic rei maior explicatio opus est: nam formas substantiales producendas oportet anteire dispositiones in materia, quas sequitur generatio in materia signata. At verò accidētia producuntur nullis prequijs dispositionibus, quibus antecedēter designetur materia accidentium, siue subiectum illorū. Hoc autem subiectū accidētium est cōmune multis accidētibus tum specie, tum numero diuersis. Quid ergo est in subiecto isto vt fiat proprium principiū istius accidentis indiuidui, & nō alterius? Quòd si dicas ab actione peti hoc discrimen, vt scil. ab ista actione emanet hoc accidens, & nō aliud. Verū id quidē esto; sed de ista actione redintegratur quæstio, cur potiùs hæc actio, quàm illa exeat in isto subiecto, cum virtus agentis, & subiectum ipsum sit commune principium multarum actionū, aliud actiuum, aliud materiale? Præterea Arist. 5. Physic. c. 4. vnitatem actionis docet esse spectandam ex vnitate termini, scilicèt ex vnitate accidentis per actionem producti; non ergo vice cōuersa oritur vnitas accidentis ab vnitate actionis.

Quòd nō sit tribuēda actioni existenti in subiecto, idem dub.

Augetur ex *Aristot.*

7. Dubij præcipui de actione decisio *Durandi. Gandau.* Sumitur ex loco citato *Aristot.* Refellitur 1. ex eodē loco. Refellitur 2. & insuper probatur ad vnitatē actionis nō sufficere vnitatē mobilis.

Ad illud autem dubium præcipuum de vnitate actionis Durandus, & Henric. Gandau. quodlib. 7. q. 16. referunt hoc discrimen ad vnitatem tēporis, quā Aristot. eodem loco recensuit inter ea quæ sunt necessaria ad vnitatem motus. Sed tamen ex eodem loco colligitur ad actionis vnitatem plura requiri, scilicèt vnitatem termini, & mobilis. Præterea in eodem instanti possunt esse plures actiones eiusdem speciei; & videtur consentire natura ipsa rei, vt in materia eadē, si adhibeatur agens naturale diuersum, sequatur actio diuersa in eodem instanti, in quo ab alio agente alia actio emanaret. Nō ergo satis est vnitas temporis, neq; mobilis ad vnitatē actionis.

Postremò idēmet calor à diuersis agētibus produceretur, sicut idem potest à diuersis conseruari; ergo vnitas numerica caloris non petitur ab agentibus, neque ab eorum actione; sed neque à materia accidentis, siue subiecto, vt argumento ostendimus.

8. Quòd non sit tribuenda agēti, nec actioni, dubium augetur.

Ad decisionem dubij istius recolendum est id quod Aristot. indicat 5. Met. & 8. Physic. tex. 49. clariùs docet, vnum motum ab vno motore proficisci. Quæ ob verba quidam existimāt vnitatē motus accipiēdam esse ab vnitate motoris; B neque est negandum motorē vnum esse principiū actiuum indiuiduationis motus: sed videtur illud principium esse cōmune, non propriū; quia sicut ab vno agente deriuantur effectus multi, ita & actiones multæ possunt ab eodē emanare, scilicèt in diuersis subiectis, vt liquet. Et hoc quidem iam anteà decreuimus vt indubium, & scitum. Sed adhuc videtur quòd eadem actio possit esse à diuersis agētibus, ita vt vnitas agentis nō sit causa per se vnitatis actionis: idem enim effectus indiuiduus potest esse à C diuersis agentibus, cum lumen idem cōseruetur à diuersis facibus. Et in eodem instanti in quo hoc lumen producitur ab ista face, si hac remota alia adhiberetur, quod fuit contingens, idemmet lumen produceretur; ergo sicut idem lumen, ita & eadem illuminatio fieret à diuerso agente, & idem ignis à diuerso igne gigneretur, præcedente dispositione eadē, quæ potuit eadē induci per diuersū ignem: vnitas ergo agentis ad vnitatē formæ, & actionis, videtur esse per accidēs; per se autem reuocatur ad subiectū, quia in hoc subiecto hoc agens hanc actionē D habet & effectū istū per se, & necessariò. Et cōprobatur hoc, quia duo agētia partialia cōmunicant sibi mutuò actionem eandem, & effectū eundem; ita quòd tota actio sit vtriusque, & totus effectus vtriusque: ergo si agētia sint perfecta, totū idem, quod potest vnū, potest & alterum; ergo potest eundem effectum, & actione eâdem vnum, & alterum agens producere. Nam etsi actio sit causalitas agentis, non est necesse, vt ista causalitas sit vnius causæ extrinsecæ, scilicèt vnius agentis, in quo non est ipsa causalitas: si enim esset actio in

9. Pro vera decisione præmittuntur verba *Aristot.*

Vera decisionis 1. assertum. Motor vnus est principiū actiuum indiuiduationis motus.

2. Assertum. Principiū hoc actiuū non est proprium, sed commune. Probatur. Ab eodē agente possūt egredi multæ actiones, vt cap. 10. p. 1. n. 10.

Item eadem actio potest egredi à multis agentibus. Probatur hoc.

3. Assertum. Vnitas formę, & actionis, nō ad vnitatē agētis, quæ est per accidens, sed ad subiectū per se reuocatur. Declaratur, & cōprobatur.

Nō est necesse vt vna actio sit vnius tantùm agentis. Ratio.

Actio non est in agente, sed in passo.

agente, propria esset, adæquataq; agenti; sed quia est in passo, eadem est actio à diuersis agẽtibus, quia passum est idẽ. Et ita numerum rerum in specie eadem nunquam non reuocamus ad materiam, siue subiectum, vt ad indiuiduationis principium.

10.

Philosophus verò scitè dixit vnũ motũ ab vno motore proficiscì, tum propter continuitatem motus; quia hic motus semel defluens ab agente hoc, non potest esse ab alio agente, nisi interciſus noua admotione motoris, quod admouetur in tẽpore. Tum vel etiam voluit forte indicare causam vnitatis motus quoad speciem; nam in eodem subiecto erit motus diuersus, si adhibeatur diuersum specie agens. Denique vtcunque vnitas actionis, siue motus pendet ab vnitate agentis, quod est principium indiuiduationis, licèt non sit proprium, sed commune.

Ad præmissa verba *Aristot.* 1.explicatio.

2.explicatio.

3. explic.

11.

Post hæc aduertendum est, quòd accidentia non indigeant dispositione præcedente, vt inducantur in materiam, qđ perspicuum est; sed neque indigent materia signata ad hoc, vt illa designatione hæc materia diuidatur ab alia. Nam materia prima nuda antecedit formam, & est necesse vt antecedat diuisa; cum autem diuidatur per formã diuisione formali, fit vt ante ipsam formam diuidenda sit quadam alia diuisione proprię causalitatis materialis, vt docuimus; accidentia autem non diuidunt reali diuisione subiectum, cui insunt, sed manente vnitate partium subiecti, occupãt hanc partem, non illam; quare ad hoc non indigent designatione subiecti, qua partes subiecti diuidantur. Verùm illa causalitas materialis, quæ ordine naturæ antecedit ad recipiendã hãc numero formã accidentariam, est effectus agentis; quia potẽtia passiua nõ reducit se ad actũ, vt de materia prima disputauimus.

Ad decisionẽ dubij de subiecto, aduert.

Materia cum diuidatur per formã diuisione formali, fit vt ante formã diuidatur dispositionib⁹, & causalitate materiali qua signatur.

Subiectũ non ita se habet ad accidentia.

Causalitas materialis qua recipiuntur accidentia, est effectus agentis, vt c.8.p.1.n.13.

12.

Sicut hęc actio ita hęc causalitas materialis indiuiduatur per materiam, siue 1. siue 2.

Sicut ergo cõmonstrauimus, actionẽ istam posse effluere à diuersis agentibus in eodem instanti, ita & causalitas materialis ista eadem numero potest effici à diuersis: quòd ergo sit hæc, & non alia ad ipsam materiam siue primam, siue secundam referamus; quæ materia indubium est indiuiduationis principium.

13.

Decisio dubij de subiecto.

Ad quæstionem igitur propositã respondemus, accidens non indiuiduari per subiectum dispositum; sed tamen indiuiduari per ipsum, vt per causam primam indiuiduationis propriam; quia in eo ab agente hoc vel simili, in isto instanti non potuit vi naturæ produci aliud accidens, sed istudmet indiuiduum. Considerandum verò est, quòd etsi subiectum accidentium sit commune pluribus accidentibus recipiendis, est tamen principium proprium indiuiduationis singulorum; quia illa non possunt de alio subiecto fieri, neque alteri inesse: quod idem dicimus de formis diuisibilibus, quæ non possunt separari à materia sibi subiecta.

Licèt subiectũ sit commune pluribus accidentibus recipiendis, tamen singula accidẽtia nó possunt de alio subiecto fieri, neque alteri inesse.

14.

2. Concl.

Vt ergo accidentibus quoque demus principium indiuiduationis, non solùm proprium, sed adæquatum; illud est materia secunda signata, scilicèt substantia indiuidua signata, siue quantitas signata: nam hæc pars quantitatis cum ista causalitate materiali, qua signata dicitur ad recipiendum hoc accidens, non potest recipere aliud numero distinctum, neque alio accidente simili informari tota duratione accidentis. Et eodem modo materia signata est adæquatum principium indiuiduationis formæ substantialis diuisibilis in tota duratione; quia ea forma non est separabilis ab eadem parte materiæ. Discrimen est tamen vtriusque: quia materia prima illâ sui designatione diuiditur: materia autẽ accidentiũ nõ diuiditur, vt admonuim⁹.

Materia 2. signata, sc. substãtia indiuidua signata, siue quantitas, est principiũ non solũ propriũ, sed adęquatum accidentium.

Probatur.

Cõuenientia inter materiã 2. receptricẽ accidentiũ, & 1. receptricẽ formæ substantialis diuisibilis.

Discrimen.

Illa materia diuiditur sui designatione: hæc non ita.

Habemus ergo indiuiduationis accidentium non solùm proprium, sed adæquatum principium, spectata naturæ causalitate, & efficacia.

15.

Sũmarium vtriusq; concl.

Sed contẽplantibus potentiam creatricẽ, multa obuersantur dubia de principio indiuiduationis accidentiũ. Videtur enim quòd possit Deus in isto instãti producere in hoc subiecto aliũ calorẽ, nõ istum; & istum traducere de subiecto in subiectũ, & calorem futurũ tẽporis decursu producere in isto instanti. Quibus permissis nõ potest depromi indiuiduatio accidentium à subiecto, si loquamur de illa inuariabili vnitate, quæ propria est indiuidui.

16.

De principio indiuiduationis accidentiũ, spectata diuina virtute.

Ratio dub. vt c.10.p.4.n.1.

Hoc dubiũ facilè soluere possumus per ea, quę dicta sunt de indiuiduatione formæ substãtialis. Cũ enim omnia accidẽtia per se sint producẽda causaliate aliqua naturali, quæ quidẽ indiuiduatio ad subiectũ aliqđ signatũ reducitur, illud ipsũ subiectũ in idea diuina est adæquatũ principium

17.

Responsio, vt ibidẽ n. 18.

Fũd. vt ibidẽ. n. 17.

Accidentia per se sunt producenda causalitate aliqua naturali.

principium per se istius accidentis; etsi A potentiâ deitatis summâ possit separari ab hoc, & induci in illud.

17. Difficultas de accidẽtibus supernaturalib'.

Sed contra hoc pronunciatum opponuntur accidentia supernaturalia, quorum nulla est naturalis causalitas. Respondemus facili negotio, quòd etiam accidentium istorum indiuiduatio petitur à subiecto in quo sunt, tanquam à principio proprio indiuiduationis, licèt non adæquato; quia creatura non est subiectum istorum accidentium naturale, sed solâ obedientiâ subijcitur his recipiendis. Et quia agens est virtutis infinitæ, termini naturæ subiectæ transiguntur: & potest Deus pro sua voluntate quodcumque accidens quocunq; instanti in quouis subiecto producere. Sed hoc subiectum à Deo designatum vera causalitate materiali, est principiũ proprium materiale istius accidentis supernaturalis & in ortu, & in duratione: licèt idem accidens possit Deus in alio instanti, vel (si ita vis) in alio subiecto producere: ita vt hoc subiectũ sit principiũ indiuiduationis accidentiũ supernaturalium non adæquatum, sed proprium: addita tamen hac designatione, iam erit adæquatum, vt dicemus.

Pro resolut. 1. Assertio. Etiam in his hoc subiectum est principiũ indiuiduationis proprium, & in ortu, & in duratione, licèt nõ adæquatum.

2. Assertio. Addita hac designatione, iã erit principiũ adæquatum, vt n. 23.

18. Pro declaratione vtriusq; asserti ponuntur duæ extremæ sent. 1. *Scoti.* 2. *Durandi.*

Sed tamen aliquid amplius videtur de natura accidentiũ cogitandum. Sunt enim extremæ sententiæ Ioan. Scoti, & Durandi; illius quidem asserẽtis in eadẽ materia semper produci formã eãdem, quæ interierat. Durand. cõtra asseuerat neq; per potentiã Dei posse eãdem produci. Qua de re nonnihil habemus quarta parte istius capitis. Iuxta priorẽ sententiã dicendũ erit ita accidens indiuiduari per subiectũ, vt neq; diuinâ efficaciâ possit in hac materia produci aliud accidens, nisi istud, etiam in instanti distincto, vel tẽpore. De sentẽtia Durandi asserendũ erit accidẽtia indiuiduari per materiã sui ortus, ita vt nõ possint in alio instãti eadẽ produci. Verũ est qd Durãd. principiũ istius indiuiduationis refert ad tẽpus, vt 4. p. cap. disputabimus.

In 1. eidem subiecto idem accidẽs semper redit.

In 2. nec diuinitùs.

Eius fund.

19. Hæc 2. sent. reijcitur.

Ego verò non video repugnãtiam in natura accidentiũ, quo minus idem numero quod interijt, possit iterũ produci diuinâ potentia; cui rei fit cõsequens, vt in isto instanti in subiecto eodem, possit Deus producere distincta accidẽtia, quę alijs instantibus possent in eodem subiecto produci à naturali agente.

Consect.

Nihilominùs illud alterũ videtur impossibile omninò esse, vt accidens de vno subiecto transferatur in aliud. Neq; verò potentiã Dei metimur, quæ infinita est; sed res ipsas creatas, quæ vel etiã vt possibiles sunt, suis terminis sunt circunscriptæ. Itaq; existimamus nullũ accidens nobis notũ (excepta quantitate) posse mutare subiectũ; non quia necesse sit separari posse illud quod trãsfertur, ita vt possit etiam separatũ existere. Nã animas brutorũ credimus posse traduci ad alias materias, & tamen nõ posse existere separatas ab omni materia: aliud enim est posse separari ab ista materia, B aliud verò posse separari ab omni materia. Neq; etiam quia ille transitus fiat in tempore, in quo tẽpore foret necessariũ illud accidens in neutro subiecto esse. Hoc, inquam, inualidũ est argumentũ, quia accidentia spiritualia, quæ non mutant locum, in eodem iustanti desinerẽt esse in vno subiecto, essentq; in alio nullo tempore interiecto: accidentia etiam corporea, ab vno corpore in aliud contiguum possent trãsire per motum, & in tempore; sed ideo accidentia, quantitate excepta, non possunt mutare subiectum, C quia sunt formæ adeò immersæ subiecto, in quo sunt, vt tota illarum vnitas pendeat ab vnitate subiecti. Huiusmodi quoque esse putamus omnes formas substantiales diuisibiles, in quibus pars formæ fit de parte materiæ, vt declarauimus, ita vt non possit eadem pars formæ induci in aliam partem materiæ.

20. Ad obiectionẽ hinc deductã Responsio. Est tamen impossibile accidentia, quantitate excepta, de vno subiecto transferri in aliud

Ratio quędã. Improbatur.

Anima bruti potest separari ab ista materia, non tamen ab omni.

Altera ratio.

Improbatur

Vera ratio. Accidentia sũt prorsùs immersa subiecto.

Eadem est ratio de formis substãtialibus diuisibilibus.

Neque est vero dissimile, quòd Deus qui potest in eodem subiecto producere temporis excursu plura accidentia, illa eadem non possit producere in alijs subiectis: sunt enim formæ hæ accidentariæ suis subiectis definitæ. Sicut D etiam eidem naturæ potest Deus copulare distincta personalitates, scilicèt creatam, & increatam; & tamen propriam personalitatem creatam non potest coaptare alteri naturæ, nisi eidem cuius est propria; quia illa personalitas est definita per hanc materiam: & existentia distincta conferri potest eidem quod interijt, & reuixit; non enim est eadem existentia, sed diuersa: & tamen neque ista, neque illa existentia eiusdẽ viuentis potest attribui alteri viuenti. Quòd si dicas proprietatẽ, & existẽtiam

21. Suadetur dicta responsio. Hæ formæ accidentariæ sũt suis subiectis definitæ.

1. exemplum personalitatis,

2. exemplum existentiæ. In reuiuiscẽte non est eadem existẽtia.

Replica.

Solutio.

intrinsecè includere quid propriũ eius naturæ cui conueniunt : in accidenti quoque hoc ineſt intimum,vt ſuo ſubiecto inſit, ita vt nullo modo poſsit auelli ab illo.

22. Altera obiectio.

Neque argumentum illud momenti eſt,quòd iſta accidentia, quæ nõ poſſunt eſſe niſi in iſto ſubiecto, habeant inter ſe conuenientiam aliquam eſſentialẽ.Non enim eſt philoſophicum appellare conuenientiam eſſentialem, eam qua multa cõueniunt in materia eadem ſucceſsione temporis duntaxat, propter indiuiduam vnitatem ſingulorum : ſed ſolùm conſequitur, vt multa accidentia ſuccedentia indiuiduentur ab eadem materia, quod eſt veriſsimum. Idem verò dicendum eſt de formis diuiſibilibus; ita enim habent partes coæquatas, & immerſas partibus materię,vt non poſsint ſeparari ab ijſdem partibus materiæ.

Reſponſio.

Nõ eſſentialiter conueniẽtia, ſed diuerſa ſunt accidẽtia ſuccedentia qũ indiuiduentur à materia eadem.

23. Colligitur vtraq; aſſertio: de accidẽtibus omnibus.

Item de formis ſubſtantialibus diuiſibilibus.

Quibus præſcriptis colligimus, adæquatum principiũ indiuiduationis tum accidentium omnium etiam ſupernaturalium, tum formarum ſubſtantialiũ diuiſibilium, eſſe materiam ſignatam, vel primam, vel ſecundam: nam ex eo quòd hæ omnes formæ neque per Dei potentiam creatricem poſſunt induci in materiam aliam, ſicut ab vna in aliam traduci non poſſunt, conſequitur vt materia eorum, ſiue ſubiectũ,ſit proprium principium indiuiduationis illorum. Et ex eo quòd materia ſignata, ſcilicèt cũ iſta cauſalitate, iam non eſt communis pluribus, ſed huic ſoli ſubijcitur;conſequẽs eſt,vt ſit principiũ indiuiduationis iſtius formæ nõ ſolùm proprium, ſed adæquatum: ita vt neque diuina virtute poſsint eſſe,aut iſta materia ſignata ſine iſta forma, aut extra hanc materiam hæc forma.

Probatio 1.cõcluſionis.

Probatio 2. cõcluſionis.

Nec diuinitùs poteſt eſſe, aut materia ſignata ſine iſta forma, aut extra hãc materiam hæc forma.

Confirmatio.

24. *Ariſtot.* 1.locus.

QVòd accidẽtia fiant indiuidua per ſubiectum in quo ſunt,docet Ariſt. lib.1.de Cælo,tex.92.his verbis. *Aliud erit eſſe circulo,& aliud huic circulo:& illud quidem forma,hoc autem forma in materia.* Circulus enim deſignat ſpeciẽ, & illa eſt forma; hic circulus eſt indiuiduum, & illud eſt forma in materia: ergo forma, quæ à ſe ipſa eſt ſpecies, per materiam fit indiuidua. Et 5. Metaph. tex.15. accidentia quæ in eodem ſubiecto differunt,ait differre ſpecie:quia ſcilicèt in eodem ſubiecto non eſt indiuidualis differentia accidẽtium, quæ à diuerſitate ſubiecti petitur.Et hæc eſt perpetua doctrina Philoſophi, vt ſpeciem à forma,indiuiduũ verò à materia dignoſcat. Vnde & formam appellat rationẽ: quia ab illa petitur definitio, & ſpecies. Eadem eſt ſentẽtia S.Thomæ 1.p.q.29. art.1.& q.39. art.3. & q.50.art.4. & q. 75.art.7. vbi ait duas albedines nõ poſſe diſtingui niſi ſubiecto in quo ſunt. Et in 4.d.12.q.1.art.1. tam ſubſtantiales, quàm accidentes formas, ait per ſubiectum in quo ſunt indiuiduari. Præterea q.vnica de anima,art.3.ad 13.docet formas indiuiduari per extrinſecum principium,ſcilicèt per ſubiectũ in quo ſunt. Et 1.p.q.3.art.2.ad 3 formas indiuiduari per materiam. Quod ſubſtantiali, & accidentariæ formæ peræquè conuenit. Eademq; eſt conſentanea ſententia aſſerentibus principium indiuiduationis ſubſtantiæ, à materia petendum : & per eandem materiam indiuiduari formam ſubſtantialem. Subſcribunt etiam huic ſententiæ quicunq; opinantur,non poſſe ineſſe eidem ſubiecto accidentia plura eiuſdem ſpeciei, de qua re ſtatim diſputabimus.

S.Thomæ 1.locus. 2.locus. 3.locus. 4.locus.

Forma quæ à ſe ipſa eſt ſpecies, per materiã fit indiuidua.

2.locus.

PARS TERTIA.

In eodem ſubiecto non poſſunt inueniri plura accidentia ſolo numero diſcreta.

1. Accidentia habent à ſubiecto non ſolũ indiuiſionẽ in ſe, ſed diuiſionem ab alijs.

QVoniam illud eſt vnum quod eſt in ſe indiuiſum, & à quouis alio diuiſum; non ſatis fuerit oſtendiſſe, illã vnitatem accidentium indiuiduam, quatenùs in ſe ſunt indiuiſa, oriri à ſubiecto: ſed neceſſariũ eſt illud quoq; commonſtrare, quòd hoc habeant à ſubiecto, vt ſint ab alijs diuiſa; ita vt eidem ſubiecto nequeant ineſſe duo accidentia eiuſdem ſpeciei.

2. Ratio dub.

Et quidem cum apud omnes Philoſophos cõpertum ſit, non duas eſſe albedines in eodem albo, aut in eodem calido calores duos; alia verò accidentia eiuſdem ſpeciei videantur ineſſe eidem ſubiecto, vt plures ſoni in eodem aere, plures ſpecies ſenſibiles in eodem ſenſu, & alia huiuſmodi : circumferuntur variæ opiniones huic diſcrimini rerum ſuos

1. Sentent. *Capreol. Iauell.* dissona tit. quo ad accidentia incompleta.

suos terminos præstituentium. Ioannes A Capreol. in 2. d. 3. q. 2. Et Iauell. 5. Metaph. q. 16. aiunt accidentia cõpleta eiusdem speciei non posse inesse eidem subiecto; accidentia verò incompleta posse. Completa vocant, quibus subiectum est in actu vltimo; incompleta quibus inchoatur illa vltima perfectio, vt species intentionalis. Quod videtur acceptum à S. Thoma q. 8. de verit. art. 14. Et hoc idem indicat Thom. Caiet. 1. p. q. 85. art. 4. Sed ist hæc opinio nihil eius quæstionis interest, quam tractamus: neque enim vnitatem indiuiduam hi Auctores accipiunt ab vnitate subiecti, in quo nõ possint esse plura indiuidua; sed fortè à capacitate subiecti, quod non potest informari pluribus formis completis, & incompletis potest. Et sunt dubia alia, quæ hac distinctione non absoluuntur.

Pro ea locus *S. Thom. Caiet.*

Hæc sent. nõ agit de vnitate subiecti, sed de capacitate ad plura accidentia incompleta.

3.

2. Sentent. dissona quoad accidentia cõmunia. Confutatur.

Alij afferẽtes non causam vt causam, aiunt accidentia propria non multiplicari in eodem subiecto, communia multiplicari: quod posterius est falsum, cum albedo, & calor, quæ sunt communia, in eodem corpore non multiplicẽtur. Alij verò ea nõ multiplicari, quę motu fiunt. Sed & hoc falsum, lumen enim sine motu producitur, & tamen non multiplicatur in eodem aere. Et huiusmodi sententias commemorare superuacaneum est: Nullus enim eorum qui multa accidentia eiusdem speciei arbitrantur inesse eidem subiecto, certum aliquid potuit afferre, vt interiecto discrimine ostenderet, quæ possint multiplicari, quæ non possint.

3. Sentent. dissona quoad ea, quæ motu fiunt. Refellitur exemplo lumi nis.

4.

4. Sentent. *Soar. in Met. disp. 5. sect. 4.* dissona quoad aliqua accidẽtia, eo quod sint distincta munere, vt relationes, & species intẽtionales.

Quidam verò posteriores scholastici coaptantes regulam suæ doctrinæ, aiunt ea accidentia, quæ munere quodam distinguuntur, vt videlicèt ad aliud referant, vel faciant initium quoddam progressionis ad aliud, ea, inquam, multiplicari in subiecto eodem: nam plures paternitates ponunt in eodem Patre ad filios plures referẽdo, & plures species sensibiles in eodem sensu. Reliqua omnia accidentia non multiplicari, si sint eiusdem speciei in subiecto eodem. Nos verò exemplũ illud de relatione libr. 3. vberrimè confutauimus; de speciebus autem intentionalibus capite sequenti differendum. Nihil ergo obstat quin teneamus commune pronuntiatũ de accidentibus omnibus, quòd in eodem subiecto non multiplicentur solo numero,

Quoad relationes refutata est lib. 3. cap. 17. Quoad species cap. seq.

nisi sint species distinctæ accidentium. Regula autem illa vltima, qua ratione sit præscripta, incertum est: nam quòd hæc accidentia videantur obire diuersa mũnera, non indicat ea esse numero diuersa; multa enim possunt esse ab eodẽ indiuiduo. Videndum ergo est, an illa munera pertineant ad efficientem causam, an ad formalem: causæ enim formali damus effectum vnum, effectrici multa. Quare igitur species intentionalis, quæ est principium efficiens cognitionis, non poterit vna & eadem diuersas cognitiones inchoare. Præterea habitus scientiæ est principium diuersarũ cognitionum, & vtitur pluribus speciebus intentionalibus administris; obit ergo multa munera, vt illi aiunt; & tamen est qualitas vna indiuidua, vt communi opinione teritur. Non ergo consentanea est illa ratio, vt species intentionales numero multiplicentur, quia diuersis muneribus funguntur.

Ratio 4. Sent. refutatur. Vnum indiuiduũ potest multa munera obire, vt causa efficiẽs, cuiusmodi est species.

Confirmatur refutatio exemplo habitus scientiæ.

B

5.

5 & vera sent. in tit. asserta.

Dicendum ergo est cum S. Thoma, nulla accidentia eiusdem speciei posse multiplicari in subiecto eodem, repugnante multitudini accidentium ipsa vnitate subiecti, quæ est principium indiuiduationis eorum.

C

6.

1. Probatio ex *Aristot.*

Probatur primùm cõclusio isthæc ex illo proloquio Philosopphi 5. Metaph. c. 6. iamdudum commemorato, vbi docet ea quæ non diuiduntur specie, materiâ diuidi; ergo accidentia, quæ non diuidũtur specie, si in eadem materia insint, nihil supereſt quo diuidantur. Nam etsi velint Aristotelem loquutũ de diuisione substantiarum non accidentium: respõsio non facit satis; cum eadem sit ratio indiuiduationis, vt longissima disputatione comprobatum est; imò accidentia non solùm quoad ortum, sed quoad durationem etiam à materia indiuiduantur: tum vel maximè, quia ratio asserti facit assertum illud commune: vniuersim namque à forma, quæ dat speciem sumitur vnitas specifica; ergo diuisio, quæ specifica non est, à materia petenda. Hoc idem comprobatur, consequitur enim vt quod est productum simpliciter, reproducatur per naturalem causam: nam si quod est album potest recipere nouam albedinem, simplicitèr fit album denuò, quod album iam erat: eademque ratio est de omnibus accidentibus; quodcunq; enim accidens dat simpliciter

Obuia interpretatio. Refellitur 1.

Refellitur 2.

2. Probatio. Sequitur productum simpliciter reproduci naturaliter, si quod est albũ, potest recipere nouã albedinẽ

D

pliciter esse suæ speciei, & quidditatis: ergo aduenientе nouo accidente eiusdē speciei, simpliciter in eâdem specie accidentis ponitur illud subiectum, quod iam erat in specie eâdem constitutum.

3. Probatio euidens.

Tertiò commonstratur hoc euidentissimo argumento, accidentia enim eiusdē speciei non differunt perfectione essentiali, sed accidentaria; vnum ergo additum alteri auget perfectionem istam accidentariam, aut intensione, aut extensione; quod vtrumq; augmentum in habitu scientiæ cernimus: est enim scientia intensior, ea quæ est euidentior; & magis extensa, quæ est plurium rerum notitia: sed vtrumque augmentum pertinet ad vnum indiuiduum eiusdem speciei; ergo non sunt plura indiuidua in subiecto eodem. Assumptum certissimū est, nihil enim potest fingi quod vnum indiuiduum addat alteri, quod non pertineat aut ad accidentariam intensionem, aut saltem ad extensionem quandam. Aiunt, verbi gratia, duas relationes paternitatis esse in eodem: ecquis non videt accidens istud specificum paternitatis, in his duobus indiuiduis extendi quodam modo ad plura? Sed & minor propositio clarissimè commonstratur. Omnes enim confitentur gradus intensionis vnius accidentis non distingui numero, quia non sunt multi calores in vno corpore, sed calor vnus habens gradus multos intensionis: ergo & modo eodem in extensione perfectionis intra eandem speciem, non sunt multa accidentia quasi partes illius perfectionis extensæ; sed est vnum accidens quasi per partes extensum, vt habitus scientiæ, qui perfectione indiuidua quasi dilatata, protenditur ad conclusiones plures. Hoc ergo ipsum in omni indiuiduo accidente possumus meditari. Adhuc confirmatur sententia, quia absque dubio in vnaquaque specie eæ differentiæ, quæ inueniuntur in indiuiduis, accidunt ipsis indiuiduis; cum in quibusdam inueniantur: neque sunt essentiales differentiæ indiuiduæ, cum sint communes pluribus, vt accidit calori esse intensum aut remissum; ergo constitutis accidentibus per indiuiduas differentias, cætera accidunt ita, vt possint adesse, & abesse ab illis; sunt enim modi quidā reales variabiles etiam in accidentibus: sed accidentia indiuiduantur per subiectū saltem causalitate naturali: ergo omnis alia varietas, quæ cernitur in accidente istius subiecti, non indicat accidens numero distinctum, sed idem numero accidens reali modo immutatum; sicut experti aquam calidiorem, non iudicamus nouo calore affectam, sed eundem calorem auctum. Quod idem ob rationem eandem de accidentibus reliquis iudicandum est, vt capite sequenti explicabimus. Et confirmatur; nam etsi neges accidentia indiuiduari per materiam, siue subiectum; conferenda sunt duo accidentia solo numero differentia in eodem subiecto: certè illis nullum est discrimen, quod non accidat indiuiduo illius speciei, vt probatum est. Quòdsi accidit indiuiduo, potest ab eodem removeri: & aliud quærendum est, quo ista accidentia solo numero distincta inuariabiliter differant? Nihil autem inuenies quo differant solo numero, quod alijs accidentibus accōmodari non possit: quare & duas albedines in eodem subiecto confiteberis.

Alia varietas solùm indicat accidens reali modo immutatum.

Confirm.2.

Remoto discrimine accidentali nihil manet in his accidentibus quod alijs accommodari nō possit.

7.

5. Sent vera est etiam de potētia absoluta.

Hanc verò sententiam adeò certam tenemus, vt nullâ potentiâ arbitremur fieri posse, vt inhæreant accidentia duo eiusdem speciei eidem subiecto; sicut anteà constituimus, non posse accidentia subiectū mutare. Probatur hoc, nam si vna numero materia haberet formas substantiales numero distinctas, esset diuisa, & non diuisa: formaliter enim necesse est materiam per formas diuidi, & ita diuisa esset materia per formas duas, neque aliud potest intelligi; aliàs forma non daret suum effectum formalem materiæ, informando illam: sed diuisa non esset materia, siquidem esset vna; ergo & diuisa, & non diuisa esset. Eodem argumento in eodem corpore non posse inesse duas quantitates, cōuincitur, quia esset corpus diuisū formaliter per quantitatem, & non diuisum. Eadem ratione nequeunt esse duo calores extēsi in vna quantitate, siquidem per cōiunctionem ad quantitatem sunt extensi; ergo in vna extensione quantitatis continua, vnum esse accidens necesse est. Simili igitur rarione ostenditur non posse intelligi, quòd duo calores sint in subiecto vno, quia illi calores suam habent intensionem graduum, cuius intensionis vnitas tota petitur ab vnitate subiecti, vt cap. sequēti dicemus; ergo in subiecto vno

Probatur ex c 10.p.4.n.4. Plures formę substātiales numero distinctę non possunt esse in vna materia, aliàs hæc esset diuisa, & non diuisa.

Sic nec duæ quantitates in vno corpore.

Item nec duo calores in vna quantitate.

Item nec duo calores in vno subiecto.

Augmentum perfectionis accidentariæ aut est intensiuū, aut extensiuū.

Vtrumq; cernitur in habitu scientiæ.

Obiectio.

Responsio ex lib.3. cap.17.

Vtrumq; augmentum pertinet ad vnum indiuiduum.

Patet in gradibus intensionis.

Item in extensionis quasi partibus.

Exemplū habitus indiuidui scientiæ.

Confirm. 1. Constitutis accidentibus per indiuiduas differentias essentiales, quæ sumuntur à subiectis, omnis alia varietas accidit.

Hoc ipso duo gradus intensionis sunt calor vnus, quòd vnum est subiectum.

vno non possunt esse duo calores, siquidem hoc ipso est calor vnus, quòd vnum est subiectum. Eodem igitur argumento sicut vnitas subiecti est adæquata causa, vt duo gradus intensionis cõiungantur in vno calore (si tamen placet calorem intensum esse quid continuum, de quo infra disputabimus) ita & eadem vnitas subiecti causa adæquata est, vt duæ partes extensionis accidentis in eadē parte subiecti, confluant in vnitatem indiuiduam accidentis vnius. De qua etiam re postmodùm aliquid statuemus.

Similiter duę partes extensionis accidentis sunt vnum accidens.

8. Coroll. ex *S. Thoma.* Qualitas intensibilis non potest separari à subiecto, aliàs esset infinita non extẽsiuè, sed intensiuè.

Ex quibus colligimus scitam esse sententiam S. Thomę, quòd qualitas intensibilis non possit separari à subiecto, nõ solùm propter extensionem quam habet à subiecto, sed etiam propter intensionem; quia ipsa intensio definitur subiecto: quòdsi esset separata, nullos haberet fines, sed esset infinita. Credimus itaque accidentia nulla eiusdem speciei posse multiplicari in subiecto eodem, neque à causis naturalibus, neque à potentia creatrice.

B

Confirmatio.

9. *Aristot.* HÆc sententia absq; dubio ab Aristotele asseritur lib. 5. Metaphysic. tex. 15. asserente illa accidentia specie distingui, quæ cum in eadem substantia insint, differentiam habent: quæcunque ergo accidentia differunt in eodem subiecto, specie differunt, non solo numero. Ab hac regula Philosophi quidam eo loco excipiunt quædam accidentia: quæ exceptio si vera quidem esset, non tamẽ faceret Philosophum veracem, qui nulla facta mẽtione de motu, sed de rerum differentijs, eam legem præscripsit accidentibus. Verior est commentarius S. Thomæ lect. 12. affirmantis cum Arist. accidentia omnia, quæ eidem insunt, specie differre; nam quæ solo numero differunt, nequeunt inesse eidem. Hoc ipsum docet S. Thom. 3. p. q. 35. art. 5. Et Thom. Caiet. ibidem. Et idem Doctor sanctus in 4 d. 12. q. 1. art. 1. ait implicare contradictionem asserentes duo accidentia eiusdem speciei esse in vno subiecto: quia vnitas est ab vno; & duo in vno dicere, est quædam contradictio. Et idem sentit cum docet accidentia indiuiduari per substantiam. Ioannes Capreolus in 1. d. 7. q. 2. Heruæus quodlib.

Cõmentarius *Fonsecæ.* Improbatur.

Cõmentarius *S. Thomæ* consonus titulo.

Idem. *Caiet.* *S. Thom.*

Capreol. *Heruæus.*

A 3. q. 9. Henric. Gandau. quodlib. 5. q. 6. *Gandau.* Paul. Soncin. 7. Metaph. q 4. Et quidam *Soncin.* alij opinioni eidem libenter subscribũt.

C

D

PARS QVARTA.

Vtrùm accidens corruptum possit iterum produci?

AD finẽ istius capitis breuiter perstringenda est longa quæstio dę reparatione rerum pereuntium. Ioannes Scotus in 4. d. 43. q. 3. existimat naturali causarum concursu idem animal producendum, si contingeret materiã eandem iterum affici similibus dispositionibus. Qua opinione fit, vt accidens quod nullas dispositiones subsequitur, in subiecto eodem, & ab agente eodem producatur iterum, etsi corruptum fuerit. In eandem partem inclinat Richardus d. eadem, art. 3. q. 1. Et S. Thom. d. 44. q. 1. art. 1. videtur annuere, dum ait, non posse generari iterum idẽ animal quod interierat, quia non est materia eadem: quare cum materia accidentium eadem sit nullis dispositionibus præparata, poterit iterum produci idem accidens. Et Arist. 8. Metaphysic. tex. 11. indicat vnitatem effectus ab agente, & mobili venandam esse. Hæc opinio potest quadã explicatione videri verosimilis, si dicamus res quas metitur tẽpus, quoad durationem habere quasi partes tempore dimensas: quòd si earum duratio intercipiatur, & producatur eadem res, erit quidem eadem vnitate illa inuariabili indiuiduali, sed non erit eadem continuitate durationis, sicut diuisa aqua iam non est eadem. Et ad hunc loquẽdi modum explicabitur Philosophus, quòd nõ redeat idem, quia iam est duratione diuisum.

1. Sentent. *Scoti.* Affirmat posse naturalitèr.

Accedit *Richard.* Pro ea locus *S. Thom.*

Sed hac etiam cum explicatione falsa, & incredibilis est isthæc existimatio: nam res permanentes mẽsurantur tempore, quatenùs sunt mutabiles, sed non quòd earum entitas perpetuò fluat; hoc enim est propriũ motus. Quare etsi motus idem in eodem mobili interciſus, possit dici idem sola diuisione distinctus; cætera tamen entia quæ permanent, & in diuersis temporibus producuntur, non sola temporis interiectione diuersa sunt, sed sua propria entitate indiuidua, neque redit calor idem, sed alius

Locus *Aristot.*

Huius sent. explicatio verosimilior, sc. idẽ indiuiduũ si duratione sit diuisum, non esse idem simpliciter.

Iuxta illam explicatur axioma *Aristot.*

2. Hæc sent. cum explicatione confutatur 1.

Quicquid sit de motu interciso in eodem mobili, entia permanentia quæ intereunt nõ redeunt eadem indiuidualiter.

Confutatur 2. alius numero diuersus. Prætereà ipse motus, qui continuitate quadam est idē, est quidem diuisibilis, quia singulis partibus potest intermitti,& cessare; sed nō ita diuisibilis, vt cessante, & diuiso motu, motus sequens sit vera pars diuisa motus antecedentis; sed est aliud accidens habens suā vnitatē inuariabilē, vt paulò posthæc explanabimus. Aduersatur etiam ista doctrina placitis Orthodoxis: nam calor qui nunc denuò intruditur in aquam, absolutè, & simpliciter non est idem ille, qui anteà præfuerat in aqua eadem; sed absolutè,& simpliciter diuersus est,vt omnes confitentur,& isti eorum opinioni consentaneum est;nam ea, quæ diuisa sunt quantitate, simpliciter sunt distincta, cum discernantur numero reali prædicamenti, vt duo ignes, duo ligna; & similiter quæ differūt tempore, simpliciter diuersa sunt; ergo homo è morte reuocatus absolutè, & simpliciter nō erit idē qui fuit inter viuos, quod est hæreticum. Probatur,quia homo secundum durationem mensuratur tempore; ergo abscissa vita, & duratione non erit homo idem, sicut neque calor nunc productus est idem ille, qui præfuerat. Mitto quòd homo posset è mortuis reuocari à naturali agente, si euolutis orbibus cælestibus in eâdem oppositione astrorum materia eadē præpararetur ijsdem dispositionibus, vt illi volunt.

Diuiso ipso motu, is qui se quit, est aliud accidens diuersum ab antecedente.

Sequitur hominem è mortuis reuocatū nō esse simpliciter eundem.

Probatur sequela.

Confutatur 3. vt aduersās placitis Orthodoxis.

Confutatur 4.

Sequitur hominem posse è mortuis reuocari ab agente naturali.

3.

1. Concluſ. negat posse naturaliter.

Aristot.

S.Thom.

Explicantur vtriusq; loca adducta pro *Scoto.*

Retinenda igitur est communis opinio, quòd non possit agens naturale id quod interierat, reuocare ad esse. Quæ est sententia Aristot. lib. 2. de generat. Et S.Thom.4.contra gent.cap. 80, & in 4.d. 44. q.1. art. 1. Quod verò ibidem ait non posse reparari idem, quia nō est materia eadem; causam physicam indicauit generationis substantialis,& intellegit materiam dispositam. Hoc idem docet quodlib. 4. q. 5. & alijs multis in locis.

4.

Rationis reddendę difficultas, præsertim in accidentib⁹.

Sed quam ob causam agens naturale non possit iterum producere quod fuerat corruptum, certè res est suis recondita involucris : nam etsi generationes substantiarum cohæreant cum suis dispositionibus, & videatur esse incredibile. vt ijsdem, siue similibus dispositionibus præparetur materia eadem; fortè non sunt necessariæ eædem omninò dispositiones,vt capite antecedenti docuimus.Verùm de accidentibus nulla ratio redditur,cur non possint eadem produci; cum maneat eadem potentia actiua, & passiua; nam in corruptione,vt docet S.Thom.de potent.q,5.art.3.& 4.ad 9. fit quædam reuocatio de actu in potentiam, sicut in generatione de potentia actus prosilit. Itaque per hoc ipsum quòd albedo ab isto corpore extruditur, & desinit esse album,ille actus in potentiam trāsit, vt possit iterum esse album. Quid ergo prohibet, vt eadem albedo oriatur in corpore eodem, quæ interierat?

Ostenditur auctoritate *S.Thomæ.*

5.

1. Ratio iuxta sent.confutatā cap.10.p.1,n.4.

Quidam rati omne indiuiduum designari non à causis naturalibus, sed à Dei voluntate,vt diximus, aiunt ita quidèm posse produci quod corruprum est, sicut & quod adhuc non est genitum.Cum diuina potentia, qua isthæc designantur, nulli tempori seruiat; sed libera sit à tēporis angustijs. Quare solummodò est in causa congrua ratio,qua Deus decreuit non producere iam producta , sed nouis semper rebus exornare hunc mūdum.

6.

2. & vera Ratio ex *S. Thoma,*

Sed his missis quæ anteà confutauimus : à verbis quibusdam S. Thomæ 4. contra gent.possumus expiscari causam verisimi asserti, quòd corruptum non redeat per naturam; quod enim corruptum est, transit in nihil : non transit in potentiam,sed in nihil. Cum enim idem S.Doctor q. 3. de potent. ait, rem quæ corrumpitur transferri de actu ad potētiam, intelligendus est quoad speciem, non quoad indiuiduum : nam expulsa albedine corpus quod erat actu album, transit in potentiam, quia dum album fuit,non potuit fieri album. Per hoc igitur quòd desijt esse album, iam potest esse album; sed illa numero albedo non transit in potentiam, sed in nihil : quare illamet albedo,quę antequam existeret, erat in potentia passiua istius corporis, posteaquam cōparauit esse, & illud posteà amisit, transit in nihil; quoniam de potentia actus prodijt, actus deinde transegit tempus suum, nihilque mansit illius accidentis, neque actus, neque potentia. Deus verò qui de nihilo potest producere; illud ipsum accidens, quod iam non est in potentia naturali, neque actiua, neque passiua, potest reducere de nihilo. Eodem modo anima rationalis, quæ ante generationē istius hominis erat

Quo ipso reuocatur 2. & vera Ratio ex *S. Thoma,*

Qua simul ostenditur 2. cōcluſio affirmās posse diuinit⁹.

Idem numero quod corruptum est,nó trā sit in potentiā, sed in nihil.

Eiusdē auctoritas explicatur de transitu in potentiam quoad speciē, non quoad indiuiduum.

Albedinis indiuidux desinentis nihil manet neque actus nequepotentia.

erat debita his dispositionibus,& quoad effectus erat in potẽtia materiæ, de potentia in actum transiens; post mortem hominis, nulla naturali causalitate potest iterum introduci in materiam eandem : quia homo corruptus secundum esse illud indiuiduum totius transit in nihilum; de nihilo autem sola vis diuina reuocare potest. Itaque eâdem ratione extremis sententijs repugnamus, Ioãni quidem Scoto affirmãti posse iterum produci quod fuerat corruptum,& item Durando neganti posse id fieri vel diuina potestate.

Homo corruptus secundũ est illud indiuiduũ totius trã sit in nihilum.

Solus Deus de nihilo potest reuocare.

Hac vna ratione eneruantur extremæ sent. oppositæ.

7.

Examinatur hæc ratio.

Non negat caloré iam productum,& postea corruptũ posse produci in isto instãti, si adhuc esset in potentia.

Sed adhuc non acquiescit animus. Nã B etsi impossibile esse commonstremus, vt corruptum reparetur per agens naturale; adhuc tamen videtur fieri posse, vt id ipsum indiuiduum,quod fuit generabile in alio instanti, possit produci in isto instanti; ea sanè conditione, vt non fuerit antea genitum, neque in nihil transierit, sed sit adhuc in potentia naturali,siue actiua,siue passiua; verbi gratia, horâ præteritâ admoto igne calefactum est lignum (de accidentibus enim fortius imminet argumentum, remota omni dispositione antecedente) & potuit non calefieri; tunc quærimus, si calefactum non esset lignum istud, produceretur ne in isto instanti ille idem calor, C qui producendus fuerat, an diuersus? Nam si potuit produci idem, nisi esset anteà productus,& postea corruptus,nõ variatur numerus accidentiũ, nisi propter interitum eorum : quandoquidem, nisi gigneretur, & interiret, produceretur idem nunc calor qui fuerat producendus tempore præcedenti, si ita libet opinari. Hoc autem parum philosophicè videtur dictũ; nam cum in quocunq; instanti possit corrumpi calor, & alius calor numero distinctus induci, atq; ita D possint in eodem corpore successione temporis existere multi calores; non est verosimile multitudinem istam indiuiduorum in specie eadem obuenire ob eorum interitum; ita vt non potuerit gigni secundus calor ante primum, neq; tertius ante secũdum. Nam & inter hos calores indiuiduos non est ordo, vt ille sit prior,hic secundus;nisi hoc ipsum reuocemus ad aliquam physicam causam, aut causarum multarum congressum, vt potiùs hic, quàm ille calor producatur in isto instanti.

Hinc infertur absurdũ. sc. nõ variari numerũ accidentiũ, nisi propter interitum eorũ.

Probatur hoc esse absurdum.

Inter plures calores indiuiduos nõ est ordo, vt ille sit prior,hic secũdus, nisi hoc ad physicã causam,vel causas reuocetur.

A Dicendum igitur est, in quolibet instanti esse generabile quoddam accidẽs, & non aliud. Nam hoc accidens, & hæc actio coæquata sunt, & alia actione necesse est produci aliud accidens. Quapropter scitè docuimus, eandem actionem numero tàm ab vno agente, quàm ab alio solo numero distinctis, posse deriuari. Cum ergo actio sit quoque instãti suo coæquata, vel etiam tempori si ea sit motus,accidens quod in isto instanti, vel tempore producitur, in nullo alio vel instanti, vel tẽpore potuit produci.

8.

3.Ratio optima.

Sunt coæquata,hoc accidẽs, & hæc actio actio,& suum instans,vel tẽpus.

Qua quidem ratione Durandus probauit, neque per diuinam potentiã posse produci idem corruptũ (homine excepto) quia actio, qua est genitum transijt, & non potest iterum existere : cum sit suo tempori, vel instanti adæquata. Sed nos Durando non assentimur.

9.

Hæc ratio prout trahitur *à Durando* ad probandam suam sentent. reijcitur.

Quidam igitur respondent Durando, Deum posse ipsam actionem reproducere, quæ tempore transacta est, non quoad illum fluxum tempore dimẽsum, sed secundum idem esse indiuiduum, & inuariabile,quod non pendet intrinsecè à tempore. Hoc autem intellectu est impossibile : nam motus est ipse fluxus intrinsecè, & essentialitèr habens partes priores,& posteriores,quæ suâpte naturâ sunt dimensæ tempore etiam imaginario : sicut si Deus corpus collocet in vacuo loco, quod necessariò habet suas in loco dimensiones. Et eodem modo actio, quæ momẽto absoluitur, adæquatur ipsi momento temporis fixo, & non potest iterari; aliàs & tempus præteritũ posset reproduci.

10.

Adeã 1.Resp. *Soar.in Met. d.s.6.sect.9.*

Refellitur. Motus est ipse fluxus essentialiter habẽs partes priores, & posteriores tẽpore dimensas.

Aliter ergo respondendum est, effectum istum indiuiduum illa sua vnitate inuariabili,qua omni tempore est idem, adæquari actioni per quam producitur: ita vt neq; ea actione illud accidens,nisi istud; neque istud accidens alia actione, nisi eadem possit produci naturali causalitate : sed actione diuina,quæcunque illa sit, posse idem accidens produci in diuerso instanti,& tempore. Et hoc quidem quod per se ipsum apparet satis superque verosimile,fulciemus æquissima ratione ex doctrina S. Thomæ deprõpta : agens enim naturale solùm immutat res de hoc in illud traducendo, quia non est causa totius entis;& idcircò etiã non potest conseruare res, sed gignere, quod est de non esse ad esse educere,cõ-

Sic actio instãtanea adæquatur instanti.

11.

2.& vera responsio.

Effectus indiuiduus suę productioni naturali adæquatur causalitate.

Actione diuina quæcunque sit,potest idem accidens produci in instanti,& tẽpore diuerso ab eo cui erat debitum naturalicausalitate.

Suadetur ex *S.Thom.*

Agẽs naturale solũ immutat

seruare

res de hoc in illud traducendo, quia nō est causa totius entis, & idcircò gignit, nō conseruat.

seruare autem idem esse nisi immutando non possunt naturalia agentia. Hoc quippè sibi arrogat sola diuina potentia. Ea propter generatio naturalis, & causalitas clauditur suis finibus temporis; quia producitur res de non esse in isto instanti ad esse in eodem instanti; & huic instanti naturali causalitate debitū est illud indiuiduum; non quia tempus sit causa eius, vt dicemus; sed quia causa naturalis ad istud indiuiduum producendum est definita tempore, quo eius causalitas mensuratur, vt de non esse in isto instanti ad esse in isto instāti producat hoc accidens.

12. Diuina virtus non solùm immutat, sed cōseruat res.

Diuina verò virtus, quæ non solùm immutat, sed conseruat res, ea indiuidua quæ diuersis instātibus erant assignata, in singulis prout vult momentis, potest producere, sicut in toto tempore eadem conseruat. Quòd si obijcias actionē diuinam etiam mensurari tempore, & non posse iterari. Hoc quoque concedimus, & res à Deo solo effectas deduci de non esse in hoc instanti ad esse in illo: sed aimus per actionem diuinam, quæ fit in isto instanti, posse produci accidens debitum alteri instanti naturali causalitate. Quia Deus esse rerum debitum causis naturalibus præstituto tempore, potest anticipare tempore, vel protrahere; & idemmet indiuiduum quod fieret heri naturali causalitate, si causæ naturales admouerentur, & quod ijsdem causis concurrentibus non potest iam produci, diuina virtute idem produci potest. Hoc autem probatur communi Philosophorum sensu; omnes enim dum aliud agūt, constanter affirmant, hac generatione non posse gigni nisi hoc; sed generatio hæc est adæquata instanti, vel actio tempori: ergo quod in isto instanti generatur, aut producitur, in alio non potest generari, aut produci: aliter verò dicēdum de causa creatrice, quæ non solùm immutat, sed conseruat res.

Obiectio.

Solutio. Etiam actio diuina mensuratur instāti, vel tempore, & nō potest iterari.

At p eā quæ fit in hoc instāte potest produci acc idēs debitū alteri instanti: non sic per actionem agentis naturalis.

Probatur ex eo pronūciato, Hac generatione non potest gigni nisi hoc.

13. Colligitur responsio facilis, & noua. Rerum indiuiduatio cōnexa est naturali tātum causalitate cum tēpore, vel instanti sui ortus.

Quod assertum si verum esse credatur, habemus nouam respondendi, & perfacilem rationem, affirmantes à causa naturali nō posse iterum produci, quæ interierunt, quia eorum indiuiduatio connexa fuit naturali causalitate cum tempore, vel instanti sui ortus. Et eadē omninò ratione nullum indiuiduū substantiæ potest reproduci, quia per se pēdet à tempore sui ortus, propter generationem cui adæquatur, vt ista generatione generetur hoc, alia aliud. Negamus igitur constanter posse produci idem à naturali causa quod interierat, & posse fieri aimus diuina virtute: cuius rei vtriusq; asserendæ duas rationes proposuimus, explanauimusque.

14. Aduert. Tempus non est causa vnitatis indiuiduæ, sed indicium.

Sed tamen aduertendum est, tempus non esse causam vnitatis indiuiduæ, sed indicium: principium autem indiuidui propter actionem, & causalitatem tempore dimensam, definitur ad causandū hoc non illud, in tempore hoc non illo, vt ex dictis liquet. At verò anteà nō reuocauimus indiuiduationem substantiæ ad tempus, sed ad dispositiones; quia disputabamus de materia signata, & disposita; tum etiam quia hoc fuerat declarandum commodiùs isto loco; tum vel maximè, quia tempus idem est commune multis generationibus possibilibus, quæ possint simul existere: materia autem illas discernit. Sed quia ipsa causalitas prima materiæ recipientis denuò formam, prout subijcitur generationi, deuincta est tempori; concedimus in diuersis instantibus non posse produci idē, neque eandem substantiam, neque idem accidens. Quam ob rem principium indiuiduationis substantiæ adęquatum diximus esse materiam generationi subiectam; qua eadem ratione est quoque instanti eodem colligata. Ergo vniuersim tàm substantias, quàm accidentia aimus variari necessariò per suum ortum, si variantur instantia: imò & motus qui nullo modo possunt reproduci, quia coæquantur tempori, quòd sint diuersa accidentia habent à suo ortu; cuilibet enim instanti suus motus definitus est, vt ab isto instanti oriatur iste motus, qui nō oriretur ab alio instanti. Non tamen tēpus est indiuiduationis principium, sed indicium.

Tempus idem est commune multis generationibus possibilib', quæ possint simul existere.

Causalitas prima materiæ recipiētis denuò formam deuincta est tēpori, vel instanti.

Consect. Vniuersim tā substantię, quā accidētia, imò & ipsi motus, qui nullo modo possunt reproduci, variātur per suū ortum, si variantur instantia.

Ratio. Ab isto instāti oritur iste motus, qui nō oriretur ab alio instanti.

CAPVT XIII.

Argumenta refelluntur.

CONtra ea quæ diximus de indiuiduatione accidentium arguitur: & primùm confutamus illud assertū, quòd idem numero accidens possit produci à diuersis agentibus. Videtur enim effici, vt eadem substantia possit gigni à diuersis agentibus, scilicèt introducētibus dispositiones

1. 1. Argum. contra doctrinam assertam c. 12. p. 2. n. 9.

dispositiones eaſdem numero: ergo indiuiduatio ſubſtantiæ non reuocatur ad principium generationis actiuum, quod anteà docueramus ad illud referendum.

Confirm. Et confirmatur, quia indiuidua accidẽtia ſicut & ſubſtantiæ, pendent à cauſis cæleſtibus,quæ motu cæli variantur; ergo vnitas accidentium ad eas quoque cauſas reducenda eſt.

2. Secundò arguitur contra concluſionẽ præcipuam,quòd indiuiduatio accidentiũ petatur à ſubiecto cui inhærent;conſequitur enim, vt idem agens in ſubiecto eodem ſemper producat idem numero accidens; ergo accidens corruptũ poterit reſtaurari virtute agentis naturalis: eadem enim manet potentia actiua, & ſubiectum idem; ergo & idem numero accidens,quod prẽterijt tempore, iterum producendum eſt: aliàs ſi tempus obeſt quominùs idem producatur, neque diuina virtute poterit idem produci, cum iam ſit tempus illud accidentis intereuntis tranſactum. Et cõfirmatur, quia ſi hoc eſt ad temporis tranſcurſum referendum, vt id quod tempore præterito productũ eſt, non poſsit produci iterũ, ipſum tempus erit principiũ indiuiduationis rerum; quod nulla, quæ æqua ſit, ratione videtur poſſe defendi.

3. Tertiò cõtra alteram partem noſtræ ſententiæ præcipuã probatur,quòd ſubiecto eidẽ poſsint ineſſe multa accidentia eiuſdem ſpeciei: non enim minus repugnat plures ſpecies accidentium eiuſdem generis eſſe in eodem;cum capacitas ſubiecti per vnam ſpeciem cõpleatur; quàm quòd plura accidentia eiuſdẽ ſpeciei eidem inſint, etſi ſubiectum non videatur eſſe capax multorum in ſpecie eadem:ſed quædam accidentia eiuſdem generis ſunt in eodem,vt plures ſciẽtiæ, plures virtutes, plures ſpecies intelligibiles; ergo & plura accidẽtia eiuſdẽ ſpeciei poteſt capere ſubiectum idem.

4. Quartò hoc ipſum probatur rerum experientiâ magiſtrâ. Perſpectiui enim cõmonſtrant in eadem parte aeris eſſe lumina diuerſa, quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei: ſunt etiam ſoni omnes eiuſdem ſpeciei; & tamen in eadem parte aeris percipiũtur ſoni varij: ſpecies etiam ſenſibiles eiuſdem ſpeciei, puta albedinis, à ſenſu accipimus documentũ quòd ſint diſtinctæ; quia diriguntur ex diuerſis partibus ad ſenſum; & ipſis ijſdẽ experimentis cõparatur memoria, teſte Ariſtotele lib. 1. Met. cap.1. Sunt ergo multæ ſpecies ſenſibiles rei eiuſdem memoratiuæ in eadem potentia. *Ariſtot.*

5. Quintò comprobatur hoc ipſum, quia plures motus ſaltem ſpecie diſtincti poſſunt eſſe in eodem;habent autem motus ſuas continuitates,quæ ſunt quantitates ſolo numero diſtinctæ: ergo hæ quãtitates in vno,& eodem corpore accidentia ſunt ſolo numero diſcreta. His addunt relationes, quas conantur oſtendere in eodem ſubiecto ineſſe ſub ſpecie eadem relationis. 5. Argum.

6. Sextò probatur ſaltem potẽtia creatrice poſſe effici, vt inſint ſimul; tum ex eo quòd intenſio qualitatis eſt continua habens partes per aliqua indiuiſibilia copulatas; ergo diuinâ potentiâ poteſt diuidi illa continuitas, & ita erunt duæ qualitates in eodem ſubiecto: tum etiã quia annuentibus Theologis duæ quantitates poſſunt eſſe in loco eodẽ;ergo & in ſubiecto eodem. Quod eſt argumentũ Ægidij Romani quodlib.4,q.1. 6. Argum. *Ægid. Ro.*

Aduertenda.

7. PRimò ſtatim explicandũ eſt, quanta cõnexione cohęreant diſpoſitiones præcedentes cum forma geniti. Aduertendum enim eſt eam cõnexionem eſſe ſolius cauſalitatis naturalis,vt antea docuimus; cũ Deus de materia quomodolibet præparata poſsit producere iſtam eandã formam:ſed tamen naturali congreſſu cauſarum, quia iſtæ diſpoſitiones præcedẽtes habẽt quoq; vnitatẽ ab iſto ſubiecto in quo ſunt; ideo forma geniti pendet ab iſtis numero accidentibus;ita tamen vt ſi inducerẽtur alię numero diſpoſitiones diuina virtute, cõſequeretur forma geniti nõ alia,ſed eadẽ; quia eius vnitas inuariabilis non ſumitur à diſpoſitionibus, vt à principio adæquato, ſed vt à cauſa naturali generationis,quæ illi inſtanti eſt debita:iſtam autem generationem neceſſariò conſequitur hæc forma geniti,vt docuimus. 7. 1.Aduert. Harũ numero diſpoſitionum præcedentium cõnexio cum hac forma geniti eſt ſolius cauſalitatis naturalis.

8. Quamobrem concedimus libentèr à diuerſis generãtibus poſſe induci in materiam diſpoſitã,ſcil.ijſdem accidẽtibus eãdem formam ſubſtantialẽ: ſicut enim inducitur à partialibus agentib⁹, ita potuit introduci ab vno, & alio eadẽ forma, ſi cõtingeret illud agens admoueri loco iſtius. Hinc verò exoritur difficilis quæſtio 8. Conſect. Diuerſa generantia poſſunt inducere in materiã diſpoſitam,ſcil.ijſdẽ accidẽtibus,eãdem formam ſubſtantialem.

quæstio quam causam adæquatã habeat A illa designatio materiæ, cum qua materia est principiũ indiuiduationis. Quam nos quęstionem post pauca absoluemus.

8. Causę cælestes si variant dispositiones has specie, etiã formam gignendam variare possunt.

De cauſis verò cælestibus iam elucet, & constat, quid sit respondendũ: si enim eæ non variant dispositiones has, neque formam gignendã variare possũt. Quòd si immutant dispositiones quoad speciẽ (nam quoad numerum non possunt per naturam mutari in subiecto eodẽ) perspicuè liquet variari speciem geniti dispositionibus immutatis.

9. Maior difficultas de ijsdẽ accidentibus aliter tamen intensis, & remissis.

Maior difficultas est, vtrum eadẽmet accidentia quæ disponunt materiã, aliter tamen intensa, & remissa immutent vnitatẽ illam inuariabilẽ formæ gignẽdæ. Et quidem in elemẽtis hæc varietas non videtur esse tanta, vt indè euadant distinctæ formæ indiuidualiter: idẽ enim ignis est vbiq; cum similibus dispositionibus; & aqua pura eadem: mixta autem quæ exigunt quoddam temperamentũ, & ab ortu contrahunt propria quædam accidentia, quibus secernuntur ab alijs, vt Pyropus à Pyropo, fortè pendent à dispositione, ita vt varietur illa vnitas indiuidua propter dispositionem diuersam. Maximè verò hoc asserendum de viuentibus, quibus corpus est suis organis distinctũ: vnde Cõmentator mures à sole progenitos ex terra putrida credidit, differre specie ab alijs muribus semine genitali conceptis: & arbores agrestes à mitibus apparent longè diuersæ, etsi eiusdẽ sint nominis, & fortè eiusdem naturæ; quæ equidem videntur non alijs dispositionibus oriri potuisse aliter intẽsis, aut remissis in eadem indiuidua vnitate; sed ijsdem, & eodem modo intensis, necessariò quodam partu naturæ fuisse editæ.

Resolutio de elementis.

De mixtis.

In his vnitas indiuidua variatur propter dispositionem diuersam.

Maximè in viuentibus.

Comment. exemplum de muribus.

Aliud de arboribus.

10. Colligitur quid dicendũ in sent. concedẽte saltem in formis viuentibus quãdam latitudinẽ perfectionis indiuiduæ.

Quamobrẽ iuxta eam sententiã, qua multi affirmant saltẽ in formis viuentiũ esse quandam latitudinẽ perfectionis indiuiduæ, vt quædã alijs perfectiores sint indiuiduali perfectione: dicendũ est, variata dispositione in eodem instanti, & subiecto produci diuersam formã; vtpote perfectiorẽ, si dispositio intẽdatur, aut imperfectiorẽ, si remittatur. Quòdsi cõtraria sentẽtia magis placet, etiã variata dispositione orietur eadem forma indiuidua: quia in eodem instanti, & de materia prima signata eadem.

Item quid in opposita.

11. 2. Aduert.

Post hæc expẽdenda est veritas, & ratio ipsa veritatis illius enũciati, quod S. Tho. scriptũ reliquit 1. p. q. 85. ar. 4. impossibile esse subiectum perfici pluribus formis eiusdẽ generis, specie autẽ distinctis. Et idem docet q. 8. de verit. art. 14. declarãs nõ posse perfici diuersis formis specificis existentibus in actu perfecto: neq; enim potest (inquit ille) idem corpus simul affici coloribus diuersis, aut simul effingi diuersis figuris.

Expenditur enunciatum *S. Thomæ.*

Impossibile est subiectum perfici in actu perfecto pluribus formis eiusdẽ generis, specie autẽ distinctis.

12. Aduersantur *Scot.* *Durand.*

Contradicit Ioan. Scot. in 1. d. 3. q. 6. & Durând. in 2. d. 3. q. 18. nam species intelligibiles (quod exemplũ affert S. Tho. ibidẽ) sunt eiusdem generis, specie verò differentes; & sunt simul in eodẽ intellectu. Et quidẽ sũt in actu perfecto, vt Durând. obijcit, quia sunt formæ quædã perfectissimæ, & quibus nihil deest ad informandũ perfectè per modũ habitus. Qd verò Tho. Caiet. 1. p. respondet eas species intelligibiles secundũ esse reale informare perfectè ante intellectionẽ; sed secundũ esse intelligibile non perfectè, nisi cũ actu intelligimus, satis incertum est. Nam hęc distinctio secundũ esse reale, & secundũ esse intelligibile, nulla est in re ipsa; cũ hæ species essentialiter sint intelligibiles formæ, & nullũ aliud esse reale habeant. Præterea resp̃sio ista nõ coaptatur argumento quod potest confici de habitibus, qui cũ specifico discrimine sub genere eodẽ insunt in eodẽ intellectu, & in voluntate eadẽ. Dicẽdum ergo est potentiã actiuã quandã imperfectionẽ habere dũ non cõiungitur cum actu, & præcipuè in actionib⁹ immanentibus, quę sunt perfectiones agẽtis. Atq; ideo eæ qualitates omnes quę sũt actionis immanẽtis principia, tũ in actu perfecto existunt, quando cum sua actione: qualitates etiã cõtrarię in actu imperfecto insunt eidẽ, vt calor, & frigiditas. Et hoc idem qd S. Tho. docet q. illa de veritate, indicat 1. p. dum ait, subiectum nõ perfici actu scilicèt perfecto, per multas simul formas eiusdem generis.

Resp̃sio *Caiet.*

Eneruatur 1. In specie esse reale, & esse intelligibile, nõ distinguuntur in re ipsa.

Eneruatur 2. Posito exemplo in habitibus.

Vera resp̃s. Potentia actiua præsertim immanẽs quãdam imperfectionẽ habet, dum non coniungitur cum actu.

S. Thom.

13. Ratio enuntiati inquiritur.

Scoti Ratio, de ijs quæ in se ipsis spectata pugnant.

Quòdsi rationem propositę sententię inquiramus, Ioan. Scot. asserit eã nõ esse petendam à cõmuni natura aut subiecti, aut accidentiũ, sed singula accidentia in genere eodẽ inspiciẽda. Si enim habuerint inter se aliquã cõtrarietatẽ, aut repugnantiã, nõ possũt simul inesse, vt plures colores, & figurę plures specię distinctę; colores enim etiã medij quodã modo sũt cõtrarij, figurę differũt situ partiũ.

Verum

Vera est, sed non satisfacit quoad intellectiones, nec forte quoad alia exempla.

Verùm hoc quidem, quòd ea quæ in se ipsis spectata pugnant, nõ possint simul inesse videm. Sed quid dicendum de intellectionibus, quæ nõn possunt multæ simul inesse specie distinctæ? Et alia quoq; exempla forte occurrent.

14.

Vera ratio sumitur ex naturali subiecti capacitate definita per vnã speciẽ vnius generis in actu perfecto.

Dicendum ergo est hoc pronomine ex capacitate naturali subiecti: cum enim species eiusdem generis sint quædã perfectiones quasi vltimæ, si sint actu perfecto, natura quæ non intendit plura, & ipsa capacitas naturalis quę est contẽta vno, debuit esse per vnam speciem vnius generis in actu perfecto. Et ita species intelligibilis in actu perfecto, quo forte habet nõdum realẽm quem antea non habeat; & cæteri habitus similiter, quatenus determinantur ad suas actiones, nõ possunt plures simul in actu perfecto inesse, scilicet ad actionẽ appliciti, neq; qualitates contrariæ in gradibus intensis simul insunt. Hęc autem omnia simul inesse posse per diuinam potentiam non dubitamus; cui potentiæ non capacitas naturæ, sed obedientia naturæ subiecta est: nam in beatis sunt plures scientiæ in actu, siue plures actus scientiæ, quia capacitas naturæ dilatata est. Et ideircò S. Thom. 1. p. conclusionem istam, quòd non intelligamus simul plura, vt plura sunt, sive quòd non habeamus simul intellectiones plures, retulit ad species intelligibiles, vt ad principium magis notum; quia intellectus non potest informari simul pluribus speciebus intelligibilibus in actu. Quod loco eodem Tho. Caiet. probè, scitęque comprobat.

In actu perfecto sunt species, & habitus appliciti ad actionẽ, & qualitates contrariæ in gradibus intensis.

Idem

Ideirco refert ad species intelligibiles, quòd non intelligimus simul tot plura vt plura sũt, sive quòd non habeamus simul intellectiones plures.

Caiet.

15.

3. Advert. ad inscript. partis 5 cap. 12.

De sonis.

1. Existimatio, eos differre specie.

In quæstione autem illa famigerata, quòd possint multa accidentia eiusdem speciei eidem inesse, duo exempla faciẽt summum negotium, scilicèt de sonis, & de speciebus sensibilibus. Quòd soni differant specie posset quis existimare, & ita non inesse eidem multos sonos eiusdẽ speciei, sed diuersarum specierum. Neq; multitudo sonorum hanc opinionem coarguit: nam sicut ab albo in nigrum medij colores sunt innumeri, qui omnes specie differũt; ita à sono grauissimo in acutissimũ sonum, sunt medij multi soni, quos specie differre persuadet tũ similitudo inter multos eiusdem tenoris, tum etiã intensio, idẽ enim sonus eodẽ tenore vocis potest intendi ab eodem, vel à multis simul emittentibus eundẽ sonum, vt in musico cõcentu

Declaratur exemplo de medijs coloribus.

Probatur. Intensio soni per graue, & acutum indicat discrimen specificum.

A accidit; vnde intensio soni per graue, & acutum videtur variare speciem: intẽsio autem soni in eodem tenore grauis, aut acuti, indicat individuũ discrimen eiusdẽ numero soni. Quòd verò isti tenores soni multiplicentur in infinitũ penè, nihil interest; sunt enim quædã res sic cõparatæ, quæ cum non habeant extrema quibus finiantur, nullo numero constrictæ sunt, vt species intelligibiles, & relationes nullo sunt numero. Quòdsi obijcias eundẽ sonum cum diuersis cõparatum esse acutũ, & grauem. Hoc quidem cõfitemur; neq; enim eæ sunt differentię essentiales sonorum, sed à primo grauissimo vsque ad vltimũ acutissimũ poterũt cogitari species mediæ, quas musica ars quibusdã notis discernit. Quòdsi instes, inter duos quoslibet sonos adhuc interiacere alios minus, aut magis acutos. Hoc quoq; argumentũ dilui potest, nã illi soni medij sunt imperfecti, & pertinent ad speciẽ soni quã assimilant. Qd idem argumentum de coloribus medijs occurrit, qui tamen specie differũt. Nos igitur de hac re nihil certi statuimus.

B

Alij existimant, nodum hunc dissolui asserentibus sonos plures non inesse eidem parti aeris, neque deduci vsque ad aures motu physico, sed per species intentionales, vt colorata ad oculos deferũtur. Sed videtur vtrumq; esse falsum, imprimis enim apparet eandẽ partẽ aeris collisam sonũ reddere; cum enim singuli soni editi impleant totum aliquod spatium, omnes simul editi idem spatiũ obtinent. Et cõfirmatur hoc, quia singula organa, quæ sonũ edunt, collidunt totum aerẽ; ergo & omnia simul eundẽ aerem pulsant; ergo in toto aere sunt soni diuersi. Quòd verò soni deducantur, & deferãtur motu physico vsq; ad sensum, cõmonstrant organa auditus, quæ sunt receptacula aeris, quo aere repercusso sonus percipitur. Præterea soni absque dubio deferuntur ad auditũ aere moto; nam edito sono nõ statim audimus, nisi paulò post delato sono per aera: illi autẽ soni non possunt deferri in partibus diuersis aeris, cum totus aer à singulis pellẽtibus cõmotus sit; quod experimur in aqua cõmota à pluribus simul pellẽtibus; singuli enim totã impellũt, & ita quaqua versum mouetur agitata. Denique cum receptaculum auium sit brevissimum, non est possibile, quòd tot soni ad tot

C

D

In eodẽ tenore grauis, aut acuti indicat numericum.

1. Obiect. occurritur.

Vt tenores soni, ita species intelligibiles, & relationes nullo sunt numero definitę.

2. Obiect. Responsio.

Acutum, & graue nõ sunt differentiæ essentiales sonorum.

Quænam censeantur?

Replica.

Solutio.

Exemplum de coloribus medijs.

16.

2. Existimatio duo asserens.

Cõtra 1. assertum, scil. sonos plures non inesse eidem parti aeris.

1. Obiectio.

Confirm. ex sonis organorum.

Cõtra 2. assertí partem 1. resolutio.

Soni deducũtur, &

Probatur 1. ex organis auditus.

Probatur 2. Non audimus sonũ, nisi paulò postquam editus est, scil. aere moto.

Posita hac re solutione

2. Obiectio.

Exẽplũ aquę.

3. Obiectio.

aures deriuentur, tot diuisionibus secti A aeris, vt singuli omnes sonos percipiãt.

18. Pro 1. asserti explicatione à priori præmot. Causa propria soni est collisio aeris sonori quæ fit motu.

Res ista expẽdẽda est certissimo præscripto, scilicèt per causam propriam sonorum; causa autem illorum est partium aeris sonori collisio, quæ fit motu locali: diuersis autem motoribus pellentibus eundem aerem, accidit quasdam partes moueri ab vno versus vnam partẽ, alias ab alio versus aliam partem; alicuius etiam motoris præpediri motum ab alio fortiùs impellente ex aduerso, aut obliquo. Denique accidit eandem partem moueri non eo motu quo moueretur ab vno solo impellente, sed motu retardato, aut aliqualiter obliquo, & misto, vt in motibus Planetarum Astrologi ostendunt. Eodem ergo modo dicendum est, sonos qui tandem à motu locali quo fit collisio, oriuntur, quandoq; accidere in partibus aeris diuersis, & si ita perueniãt ad auditum, percipi ipsos puros sine vlla permistione, & idcircò magis percipi acutos, quia illa collisio penetrat magis, & scindit partes aeris (vndè etiam quædam voces in musico concentu supprimunt alias, quia sunt fortiores, aut acutiores) & nõ admiscetur motꝰ cõtrarius in aere sic moto, vel admiscetur tenuitèr in perpaucis particulis aeris moti.

Exemplum in motibus Planetarum.

Quandoque accidũt in partibꝰ aeris diuersis, & si ita perueniant ad auditũ, percipiũtur puri.

Sonus mistus.

19. Approbatur 1. assertum quoad sonos plures solo numero. Fundam.

De eadem verò parte aeris, certũ est non moueri motibus numero distinctis, neq; collidi pluribus actionibus solo numero discretis: hoc enim omnes confitẽtur; ergo valde verosimile est sonũ exortũ ab vno motu locali, & collisione vna, in eadem parte aeris esse vnum individuum, non plura; vna enim actione non fiunt plura.

20. Declaratio. In sono est intensio.

Dicendum igitur est in sono esse intẽsionem, & extensionẽ quandã: intensio accidit, cum in eodẽ tenore vocis fit sonus maior; quia ille sonus neq; est grauior, neq; acutior, sed in eodem gradu grauis, aut acuti editur sonus maior. Quidam hanc intensionẽ negãt, quia soni fluunt cum ipso aeris motu. Sed hæc ratio nulla est, nam & lumen temporis fluxu pendet ab illuminante spatium, & tamen intenditur. Præterea intensio nihil aliud est quàm perfectionis augmentũ quoddã, siquidẽ magis, aut minus dicitur tale; sed sonus est maior, aut minor; ergo intensus, vel remissus. Quis enim dubitet intendi, & remitti sonum in eodem tenore?

Aduersatur *Fons. 5 Met. cap. 10. q. 1. sect. 3. §. Sed*

Refutatur 1. exemplo luminis.

Refutatur 2. ex definitione intensionis.

Est autem extensio soni à graui ad acutum; licèt hæc ipsa extensio latinè dicatur intensio, quia acuta vox intẽsa dicitur; sed more loquendi philosophico, ille recessus à graui ad acutum, aut ab acuto ad grauẽ, est quędam extensio quasi per medium spatiũ. Quòdsi hæc extensio intelligatur esse continua, hoc ipsum videtur confirmare nostrã opinionẽ; neq; enim in eodẽ subiecto possunt esse duæ extensiones duorũ accidentiũ in specie eadem: sed est vnum accidens tota illa extensione in vnitate subiecti cõiuncta, vt antea cõprobauim⁹. Si verò sit extẽsio discreta suis terminis, soni sic discreti erunt specie distincti; siquidẽ cõueniunt in essentiali quadã differẽtia soni, & cõmuni, quæ si varietur, variatur species.

B

Est tamẽ in re ista penitus inspiciẽda quædã hæsitatio: neq; enim probè intelligitur extensio ista in sonis, qui aliàs sũt extensi extensione quãtitatis. Præterea, quòd in hac parte aeris adæquatè sit sonus vnus, simùl grauis, & grauior, & acutus, & acutior, non potest intelligi. Respondendũ tamẽ est, hãc extensionẽ esse similẽ extensioni relationis, quæ in subiecto corporeo est extẽsa saltem per accidens, & tamen suam habet extensionẽ propriã ad plura relata. Deinde hic sonus est permistus variatus modo quodã reali, & quasi temperatus, vt est effectus multorũ collidentiũ: neq; enim est mirũ qđ sicut est localis motus mistus, ita sit & sonus mistus; non ex pluribus accidẽtibus vnum per accidens concretũ subiecto eodẽ, cõtra philosophandi normã egregiã; sed vnũ accidẽs diuersis modis realibus diuersimodè variatũ, vt de speciebus sensibilibus in aere disputabimus statim: & de motu misto cõfitendum est.

C

Quòd verò à partibus remotis deducantur species sensibiles ad auditũ, non credã; quia cũ ipsis oculis cernamus cõcana organa, quibus excipiũtur soni naturales delati ipso aere, credendum est nõ alio nos modo posse fungi sensu isto: maximè quia sonus præsẽs auri secundũ esse naturale, impediret species sensibiles deferendas aliunde per eundem aerem diuerso sono strepentem. Quamobrem ad illud quod obijciebamus non esse credibile, vt tot partes aeris affectæ diuersis sonis recipiantur in tot auribus singulatim: Respondendũ est, aut percipi puros sonos in particulis discissis ipsius

D

21. In sono est extensio, sc. à graui ad acutũ, aut è contra.

Si extensio est continua, est vnum accidẽs.

Si est discreta suis terminis, soni sic discreti erunt specie distincti.

22. 1. Difficultas.

2. Difficultas.

Ad primam. Extensio soni est similis extẽsioni relationis.

Ad secũdam. Sonus mixtus est vnum accidens modis realibus variatũ, prout est effectus multorũ collidentiũ. Sic species sensibilis in aere.

Sic motus mixtus.

23. Contra 2. assert. partem 2. Resolutio.

A partibus remotis nõ deducuntur, &c.

Probatur 1. ex concauitate organorũ auditus.

Probatur 2.

Obiectio quæ est n. 17. proponitur cõtra hanc resolut.

Responsio ex dictis.

ipsius aeris, aut mistos sonos in parte eadem, vt ex dictis liquet. A

24. De speciebus visibilibus 1. Sententia, eas intra eandē speciē multiplicari in eodem subiecto.

De speciebus visibilibus sunt qui cōpertum habeant, eas intra eandem speciem multiplicari in eodem subiecto: nam in ipsis domibus quas habitamus, dum ex omni parte occurrunt albi parietes, species visibiles albedinis ab omni parte conijciuntur in idem spatium medium; illę autem species visibiles solo numero differūt, & sunt in spatio eodem. Quòdsi dicamus easdem numerò species toto illo dilatatas esse spatio: consequens erit vt è quaque parte domus aspicientes, habeamus easdem species in sensu productas; ijsdem autē speciebus idem cerni necesse est, cum tamē B nos hac parte illum, illa parte istum parietem intueamur. Prætereà vnūquodq; visibile dirigit species suas in aduersum; ergo species hæ ex partibus aduersis huc illuc protentæ, non sunt eædem, sed numero distinctæ. Prætereà si obiectum aliquod nouum occurrat quod album quoque sit, illud nouas species visibiles ex se profert in spatio eodem.

Probatio.

Responsio.

Impugnatur 1.

Impugnationis cōfirmatio.

De directione specierum visibilium à diuersis partib⁹.

Impugn.2.

25. 2.& vera sent. opposita.

Nihilominus dicendum est, species sensibiles eiusdem naturæ specificæ non posse multiplicari numero in spatio eodē; quia nihil est quo distinguantur duo qūrq; individua in eodem subiecto. Est C ergo accidens idem numero, sed quod habeat modos entis diuersos propter diuersitatem obiectorū; sicut enim vna species intelligibilis est principiū multarum intellectionum, ita verosimiliter asserimus easdem numero species visibiles, quæ sunt in spatio diuersis modis affectas, esse principiū diuersarum specierum in pupillis oculorum productarum. Et ita è diuersis partibus nobis cōstitutis diuersæ species producuntur in oculis, sicut & in speculis: in spatio tamen medio species visibiles sunt eædem aliter atque aliter se habentes, quatenùs à diuersis obiectis immutantur; species ergo quas habemus in oculo, variantur numero in partibus oppositis. Quòdsi obiecta similium colorū motu quodam continuo immutentur, variantur species extensione quadam numerica, mutatis partibus specierū, quod in speculo intueri licet. In aere verò eędē semper species sunt, nouo tamē quodā modo reali à singulis obiectis eiusdē coloris immutatæ, aç variatæ.

Fundamentū

Declaratio. In eodē spatio species visibilis est accidens idem numero, sed affectū modis entis diuersis, ob diuersitatem obiectorū.

Est principiū diuersarū specierū productarum in oculis, sicut & in speculis.

Quod verò obijcitur species visibiles dirigi à diuersis partibus, non operosè confutatur. De lumine enim eadem versatur difficultas; quod est idem, licèt emissum sit ab illuminātibus loco oppositis, & emittitur tamen rectè quasi per lineas rectas. Cui rei addēdum est emitti lumen ab illis multis vna & eadem actione. Dicendum enim est virtutem agentis in aduersum tendere, siue actione propria, siue communi actione, qua simul aliud agens operatur. Vnde interposito corpore solido inter duas lucernas, sequuntur vmbræ duæ, tendēte virtute duorum luminarium in oppositas partes. Eodem ergo modo obiecta visibilia conijciūt species suas rectis lineis, vel species præexistentes in aere immutant modo quodam reali, ita vt in oculis occurrentibus producant species suas, quas non producunt in oculis auersis: quamuis totum illud spatium ijsdem speciebus immutatis plenum sit; quia ille vltimus terminus operationis producendus in oculis, non producitur nisi in oculis conuersis ad obiectum. Hic enim est proprius modus speciei visibilis, quod in speculo quoque experimur. nam etsi has species dicas esse numero distinctas; quì fieri potest, vt cum sint in toto spatio, non omnes oculos vellant illa similitudine, sed eos qui ad obiectū conuersi sunt? Eadem ergo est ratio, siue numero, siue reali modo hæ species differant.

26. Ad respōsionis 1. impugn. Etiam lumē ab illuminantibus loco oppositis idem emittitur, imò & eadem actione.

Declaratur. Virtus agentis in aduersum tēdit, siue actione propria, siue cōmuni, qua simul aliud agēs operatur.

Ostenditur experimento,

Vltimus terminus operationis producēdus in oculis nō producitur, nisi in oculis cōuersis ad obiectū; sic & in speculo experimur

Eadem impug. retorquetur.

Hoc pacto illud quoque deluditur de nouo obiecto accidente; quod equidem non producit nouas species, si similes iam productę sunt, sed præexistentes immutat nouo modo reali. Quòdsi simul in instanti eodem, vbi nullæ erant huiusmodi species, v.g. albedinis, producātur duo alba, illa producūt in spatio eodem D easdem numero species diuerso tamen modo immutatas; sicut duo luminaria idem lumen diuerso modo, puta maiori intensione, quia non posset produci ab vno solo: nō enim idem effectus adæquatus potest attribui duobus agentibus.

27. Ad 2. impug. Respond. ex declaratione.

Reliquum est, vt de intensione qualitatis faciamus verba pauca, quæ quęstio iustum tractatū postulabat. Quidā arbitrantur qualitatē intensam habere quādam graduū latitudinē suis partibus diuisibilibus complexam, quæ indiuisibilibus terminis cōiunctæ, reddant quoddā

28. 4. Aduert. De intensione qualitatis 1. Sentent. *Soar. in Met. dis. 6. sect. 9.* Eam cōstare partibus diuisibilibus per indiuisibilia continuatis.

Coroll. contra tradita cap. 12. p.3.

continuum. Quâ sententiâ constitutâ aiunt posse diuina virtute hoc cõtinuum diuidi in partes in subiecto eodem; quæ partes diuisæ sunt accidentia duo eidem subiecto inhærentia.

29. Hæc sentent. confutatur.

At verò huius opinionis & antecedens, & consequens existimamus à veritate deflecti. Assumptum videtur esse falsum, quia etsi hæ qualitates motu cõtinuo acquirantur, tamen ipsæ non sunt dimensæ continuitate aliqua partium, cum veras partes non habeant; sed duntaxat variatur ille modus ab imperfecto ad perfectum, vt non maneat ille modus præexistens, quo qualitas erat imperfecta, sed alius modus acquiratur, & maneat, quo perfectior extat. Est autem qualitas perfectior per hoc, quòd magis penetrat subiectum: de qua re tom. 3. differendum erit.

In qualitate intensa licet motu cõtinuò acquiratur, nõ est vna pars parti addita, sed modus modo succedens.

30. Obiectio.

Falluntur autem, qui se putant hanc labefactare sententiam, eò quòd acquisito nouo gradu caloris, verbi gratia, gradus qui præerat non amittitur, sed manet: ergo idem modus (inquiunt) intensæ qualitatis qui præerat, durat adhuc adueniente nouo augmento. Quod argumẽtum facilè diluitur, si aduertamus gradus caloris non esse plures aliquas entitates quasi partiales vnius caloris; sed esse ipsos calores indiuiduos magis, & minus perfectos comparatos inter se, & nostro modo intelligendi gradibus distinctos: quòd enim magis, & minus perfecti sint, hoc est in ipsis caloribus res aliqua, scilicèt modus realis, quo magis, vel minus insunt subiecto; gradus autẽ non sunt partes caloris, sed mensuræ quædam in intellectu, quibus dimetimur perfectionẽ illorum. Et quoniam hęc perfectio acquiritur per motũ, totum illud spatium perfectionis cogitando descriptum, possunt occupare calores diuersi, hoc est, in diuerso gradu; sicut spatium loci dimetimur, & in singulis punctis loci collocatur mobile per motũ. Ad hunc modũ calor in eo gradu caloris quem acquirit, durat cessante motu absque vlla continuitate intensionis; sed per intensionis motum peruenit ad illud punctũ perfectionis, nihil amittendo perfectionis, sed comparãdo maiorem perfectionem.

Gradus caloris in re ipsa sunt dũtaxat modi reales, quib⁹ calor magis, vel minus inest subiecto.

Sunt mensuræ quædam in intellectu, quib⁹ perfectionẽ caloris dimetimur.

Calor per intẽsionis motum nihil amittit perfectionis, sed absq; continuitate comparat maiorem perfectionẽ.

31. Hic autem modus qualitatis intensæ apertissimè cõprobat, non posse in subiecto eodem diuidi partes intensionis, cum nullæ sint; sed intensa qualitas sit magis immissa subiecto.

Sed tamen si illud concedamus, scilicèt qualitatem intensam habere partes intensionis, adhuc non fit consequens, vt in subiecto eodem possit ea qualitas per partes diuidi: nam vnitas subiecti secundum partem eandem, omninò postulat vnitatem formæ etiam secundum continuitatem intensionis; sicut enim forma substantialis secundum esse substãtiale diuidit materiam necessariò secundum extensionem, neque aliud potest intelligi, vt anteà disputauimus; ita forma accidentaria secundum intensionem diuidit subiectũ. Nam albedo gradu quarto perfecta perficit corpus, vt eodem gradu sit album, neque aliud potest intellectu capi; illo igitur gradu perfectionis albedinis diuisum est corpus, neque plus habens, neque minus: addita ergo albedine, necessariò tollitur ille terminus perfectionis in ipso subiecto, & fit magis album. Quì enim fieri potest, vt habens plus albedinis in parte eâdem, non magis sit album? Ergo etsi perfectionem hanc albedinis intelligamus extensam secundum partes, tamen in eâdem parte subiecti diuidi partes albedinis, est impossibile.

32. Etiam eâ sent. admissâ Corollarium confutatur.

Iuxta tradita de forma substãtiali cap. 10 p. 4. n. 4.

Forma accidẽtaria secũdum intensionẽ diuidit subiectũ. Declaratur.

Aduertendum tamen est, quòd extẽsio accidentium, quæ aliàs intenduntur, non est continua, sed neque illo modo augmenti intensionis; sed sunt plures modi reales inter se distincti pluribus motibus acquisiti in qualitate eâdem; vt in habitu scientiæ quòd extendatur ad conclusiones plures; in relatione quòd respiciat eadem terminos plures; in sono quòd varietur modis quibusdã realibus, dum est mistus: quod etiam de speciebus visibilibus in spatio sitis cõmonstrauimus.

33. 5. Aduert. Extensio accidentiũ, quæ aliàs intenduntur, non est cõtinua, neq; etiã illo modo augmenti intensionis.

Responsio.

34. Ad 1. argum. Nonnullæ substantiæ corporeæ imperfectę possunt gigni à diuersis generantibus.

AD primum argumentum concedimus, nonnullas substantias corporeas imperfectas posse gigni à diuersis generantibus, ijsdem, aut similibus dispositionibus, vt docuimus: sed negamus consequentiam, quòd indiuiduatio earum non sit reducenda ad generans, non tanquam ad principium adæquatum, & proprium indiuiduationis, sed tanquam ad principiũ quoddam cõmune indiuiduationis

Earum tamẽ indiuiduatio reducenda est ad generans, vt ad principium cõmune indiuiduationis.

duationis: materia autem eſt proprium, & adæquatum principium. Ad confirmationem reſpondetur,quòd vnitas accidentium quoad ſpeciem pendet à cauſis efficientibus, ſed quoad numerum pendet à materia; quia ab eodem agente ſubiecto ijſdem cauſis cæleſtibus in ſpecie eâdem poſſunt plura accidentia produci; quòd autem hoc,aut illud indiuiduum producatur, à ſubiecto hoc, aut illo eſt.

Ad confirm. Vnitas accidẽtiũ quoad ſpeciem pendet à cauſis efficientibus, quoad numerum pendet à materia.

35. Ad 2. argum. ex cap 12.p.4.

Ad ſecundum negamus, idem numero accidens poſſe iterum produci,etſi agens ſit idem, & ſubiectum idem; tum quia vtraque potentia actiua, & paſsiua per actum, & corruptionem actus trãſit in nihil : tum quia duntaxat immutando tempori ſubiecta eſt creata potẽtia; diuina autem potentia, quæ non ſolùm immutat, ſed conſeruat res, non ſeruit tempori, vt capite præcedenti explanauimus. Ad confirmationem negatur, qd tempus ſit indiuiduationis principium, quia non eſt cauſa rerum, ſed ipſæ cauſæ naturales tempori obnoxiæ, ſunt principium indiuiduationis; tempus autem eſt indicium illius, vt loco eodem docuimus.

Ad confirm. Cauſæ naturales tempori obnoxię,sũt principium indiuiduationis.

Tẽpus eſt illius indicium.

36. Ad 3. argum. Subiecti capacitas poteſt à Deo ampliari.

Ad tertiũ reſpondetur in eodem ſubiecto non poſſe inueniri plures ſpecies accidentium eiuſdem generis in actu perfecto, propter naturalem capacitatẽ quæ finita eſt. At verò plura accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt ineſſe, quia ipſa vnitas indiuidua à ſubiecto petitur. Vnde illud prius poteſt Deus facere, iſtud ſecundum eſt omninò impoſsibile, vt docuimus. Quòd ſi vnitas ſpecifica accidentium à ſubiecto peteretur, non poſſent eſſe in ſubiecto vno ſpecies plures accidentium : ſed quia vnitas ſpecifica petitur à forma, vnius ſpeciei vna eſt forma, vt in homine forma vna eſt.

Subiecti vnitas non poteſt multiplicari.

Vnitas ſpecifica accidentiũ non petitur à materia, ſed à forma.

37. Ad 4. argum. Contra Perſpectiuos Philoſophi oſtendunt in aere videri lumina diuerſa, ſed eſſe lumen vnum à pluribus lucernis auctum.

Ad quartum argumentum negamus, vlla accidentia intra eandẽ ſpeciem cõuenire ſimul in ſubiecto eodem. Perſpectiui enim aſſerentes diuerſa lumina in aere eodem, à Philophis repelluntur oſtendẽtibus, videri diuerſa lumina, ſed eſſe lumen vnum à pluribus lucernis auctum. De ſonis diximus,& de ſpeciebus viſibilibus. De memoria idem iudicium eſto; nam repetitis actionibus ſenſus externi,eadem ſpecies ſenſibilis quæ eſt in memoria, magis immittitur potentię; & firmiùs retinetur : nam ſi multæ ſpecies eiuſdem rationis ingignerentur potentiæ memori, illa potiùs multis occupata impediretur; ſed retinet memoria quæ accepit,per hoc ipſum quòd ſpecies iam accepta firmiùs hæret, iteratis ſenſationibus externis, aut etiam internis.

Iteratis ſenſationibus, eadẽ ſpecies ſenſibilis, quæ eſt in memoria, firmiùs hæret.

38. Ad 5.argum. Reſpond. 1. Cõtinuitates motuum ſunt ipſi motus cõtinui.

Ad quintum reſpondetur, continuitates motuum non eſſe veras quantitates, ſed eſſe ipſos motus continuos, vt probabili admodùm opinione fertur. Quòdſi contendas eſſe quantitates, eæ adhærent motibus, vt proprijs ſubiectis; & ita non ſunt plura accidentia in ſubiecto eodem; neque enim plures continuitates eidem motui inſunt,ſed cuique motui ſua continuitas.

Reſpond. 2. Cuique motui vna ineſt continuitas, non plures.

39. Ad vlt. arg. Reſpond. 1. ex 4. aduert. n.28.

Ad vltimum reſpondetur negando, qualitatem intenſam habere partes extenſas, & continuas, vt diſputauimus in aduertendis. Secundò reſpondetur neq; diuidi poſſe in ſubiecto eodem, ſi haberent partes, quod ibidem oſtendimus. Ad confirmationem reſpendetur, duas quantitates poſſe eodem loco contineri, quia non habent vnitatem indiuiduã ab illo: ſed in ſubiecto eodem,à quo habent vnitatem, nõ poſſunt ſimul ineſſe; ſed vna vni neceſſariò hæret.

Reſpond. 2. ex n. 32.

Ad confirm. Quãtitates nõ habent vnitatẽ à loco, ſed à ſubiecto cui inſunt.

CAPVT XIIII.

Formas ſeparatas à materia, ſpecie differre neceſſe eſt.

1.

TOtius tractatus de principio indiuiduationis, quem fecimus longiſſimum, rei philoſophicæ conſulentes in tam multis quæſtionibus, coronis eſt,& meta illa quæſtio celeberrima de formis ſeparatis à materia, vtrùm poſsint exiſtere in ſpecie eadem numero plures, necne?

2. * 1.Sent.titulo oppoſita. *Alenſ.* *Durand.* *Scot.* *Marſil.* *S.Bonau.*

Affirmant Theologi, præcipuè Alexand. Alenſ. 2. pẽq. 20. memb. vltimo, art.2. & lib.7.Metaph. tex.41. Durand. in 2.d.3.q.3. Ioann. Scot. q.7. Marſil. q.3. art.3. & alij. Et S.Bonau. d.eâdem p. 2. contrariam ſententiam vehementer reprehendit. Videtur enim hoc ſaltèm negandum non eſſe diuinæ potentiæ, vt in eadem ſpecie producat Angelos plures. Hoc quoq; placuit nonnullis Thomiſtis, aiunt enim lege quadam naturæ præſcripta, nõ fuiſſe creatos Angelos plures in eadem ſpecie, quo diuino præſcripto potentia creatrix quaſi

Proponitur de potentiâ abſolutâ.

Sic nonnulli Thomiſtæ eã tenent.

diuincta, nõ posit creare Angelos plures eiusdem speciei, quam vocant potẽtiam ordinariam: absolutâ tamen potẽtiâ, & nullo præscripto addictâ, posse creari plures. Hoc pacto interpretantur S. Thomam negantem posse plures Angelos in specie eâdem produci, Ioannes Capreol. in 2.d. 3. q.1. Franciscus Ferrar. 2.contra gent. c. 93. Tho. Argent. d.3. q. 1. & alij. Nonnulli verò Doctores affirmantes posse creari, quid tamen factum sit diuino placito, iure ambigũt, an multi creati sint in specie aliqua, an verò nulli?

D. Thomam sic interpretantur *Capreol. Ferrar. Argent.*

3. Pro 2. Sent. præmot. Formæ expertes materiæ, sc. animę rationales per se possunt indiuiduari intra eandẽ speciem.

Nos verò cum S. Thom. sectantes aduersas partes, hoc primùm permittimus istis Doctoribus, formas expertes materiæ per se posse indiuiduari intra eandẽ speciem: nam animi rationales sicut de materia non fiunt, ita neque de ea habent indiuiduas vnitates, sed per se ipsos indiuidui sunt, vt docuimus; in ordine tamen ad materiam. Formas autẽ separatas Angelos dicimus, qui non solùm sunt in se ipsis expertes materiæ, sed neque materiam informare possunt, quia sunt perfectæ, hypostases, completæque essentiæ, quæ neque de materia fiunt, neque ad informandam materiã destinantur.

Formæ separatæ à materia Angeli dicuntur.

4. De his est 2. Sent. in tit. asserta.

Opinamur igitur vehementer, nullos esse Angelos eiusdem speciei in diuina idea, neque esse posibiles. Et illud argumentum vestibulo quæstionis tractãdum, quòd materiâ ablatâ, quæ est adæquatum indiuiduationis principiũ, nulla sint indiuidua in specie eâdem. Argumentum est Philosophi 12. Metaphysic. tex. 49. vbi docet formas separatas non posse esse numero plures, quia non habent materiam qua differant; quæ quidem est quasi inductiua commonstratio: cum enim omnia indiuidua quotquot nouimus, à materia habeant principiũ indiuiduationis adæquatũ; materiâ ablatâ non est credendum manere multitudinem ullam indiuiduorum in specie eâdem. Et confirmatur argumentũ, quia multitudo Angelorum in specie eâdem à nullo adhuc indicatur vnde proueniat. Hæccitates verò quas attulit Ioãnes Scot. putamus esse non obscurè refutatas. Quòd etsi hæccitas esset res addita, quod sanè non est opinabile, adhuc ostendendum esset, quare in specie eâdem plura indiuidua ponant in natura Angelica quam ignoramus; cum in natura corporea, quam cernimus, multiplicatio indiuiduorum constet materiâ. Satius quidẽ esset cum S. Augustino cõfiteri ignorantiam circa naturam Angelicam, quæ nobis incognita est. Sed ne ab aduersarijs postulemus rationem dictorum, quam nullam profectò afferunt verosimilem, ne dicam stabilem, & firmam, ratio S. Thomæ efficacissima est; distinctio enim omninò formalis, quæ nullo modo à materia petitur, proculdubio est essentialis: forma enim est, quæ dat speciem; ergo vbi forma omninò separata est à materia, distinctio est purè formalis; ergo essentialis. Explicatur dilucidiùs argumentũ: natura enim rerum re ipsa est singularis, scilicèt hæc & illa; accipiamus ergo in natura Angelica quæcunq; indiuidua, quæ Deus potest creare, singula illa indiuidua sunt puræ formæ omninò separatæ à materia; ergo inter singula est distinctio purè formalis; ergo essentialis. Qui ergo opinantur Deum posse diuidere essentias specificas Angelorum, id inscij credunt, quòd ipsa indiuidua possit Deus diuidere; cum enim indiuidua differant essentialiter, sunt certè vltimæ essentiæ indiuisibiles, quæ diuidi nulla ratione possunt. Et hoc firmatur auctoritate Arist. 8. Metaph. tex. 10. asserentis formas rerum esse sicut numeros: nam numero quidquid addas, variatur species: ita & in formis varietas omnis specifica est, nisi per materiam diuidantur.

2. Ratio similis, & efficacissima *S. Thom.* Distinctio purè formalis est essentialis, forma enim est, quæ dat speciẽ. Explicatur dilucidiùs.

Aduersantes inscij credunt quòd ipsa indiuidua possit Deus diuidere.

Confirm. ex *Aristot.*

Hæc ratio est quasi inductiua cõmonstratio.

Confirm. ostendendo nullã esse rationẽ pro 1. sent. cum in natura corporea, quã cernimus, multiplicatio indiuiduorum cõstet materiâ.

5. Contra 1. rationem obiectionis *Soar in Met. dis. 5. sect. 2.*

Quidam conantur infirmare rationem Aristotelis, & S. Thomæ, illam enim consequentiam inualidam esse, ex eo quòd materia est principium indiuiduationis in rebus corporeis, ablatâ materiâ tollendam esse indiuiduationẽ in substantijs incorporeis. Similem verò rationem S. Thomæ nituntur cõuellere, quòd forma afferat non numericã, sed specificam distinctionem, quæ dicitur essentialis, & formalis; materialem verò, & indiuiduam distinctionem oriri à materia. Aiunt enim diuisionem rerũ plures species diuisionum cõplecti; sunt enim præter diuisionem specificam, & indiuiduã, diuisiones aliæ, vt docuimus: nam & materia in se ipsa diuiditur diuisione sibi propria ante formam; & secũdum esse speciei diuiditur per formam; & secũdum accidens diuiditur per quãtitatem;

Contra 2. rat. 1. obiect. eiusd. iuxta tradita cap. 9. n. 7.

citatem; ergo & Angeli non diuisi specificè, neq; etiam materialiter possunt diuidi formaliter indiuidualiter. Nomina etiã ista formaliter, & materialiter ambigua sunt; nam diuisio per formas plures eiusdem speciei potest dici formalis, quatenùs à formis indiuiduis oritur, & potest dici materialis, quatenùs indiuidua cum specie comparata sunt quasi materialia. Perperàm igitur colligimus, diuisionem quæ fit per formam, esse formalem essentialem, cum possit esse formalis indiuidua. Præterea materia cæli, & elementaris differunt nõ solo numero, sed essentialiter; ergo non omnis diuisio esſẽtialis fit per formas: & duę materiæ elementares differunt numero, & tamen non differunt per materiam; ergo non omnis distinctio numerica fit per materiam.

Confirm.

2. Obiectio.

6. Ad obiect. contra 1. rat. Omnis vera materia est receptrix formę.

In Angelis veram posuit. *Auicebr.*

Perea materiã non herent formæ indiuiduæ intra eãdẽ speciem.

Exemplum de cœlestibus. *S. Thomas.*

Ratio.

Ea materia, quæ sc. nõ esset corporea, non esset diuisibilis per quantitatẽ.

Materia cœli contra

Illatum.

Licèt singulæ materiæ cælorum sint diuersæ rationis, tamen de à Deo possunt fieri in mũdo alio cœli alij eiusdem speciei cũ istis, diuisâ materiâ in singulis. *Ferrar.*

Angelorũ materiæ, si quæ essent, differrent essentialiter, imò, & genere,

Sed tamen cogitandum est, materiã communi notione esse potentiam passiuam recipiendæ formæ; vnde nulla materia potest fingi proprio conceptu materiæ, quæ non sit receptrix formæ. Et idcircò si in Angelis meditaremur verã materiam, vt posuit Auicebron in libr. fontis vitæ; etsi illa esset alterius rationis à materia corporea; tamen esset receptaculũ formæ. Verùm per eam materiam non fierent formæ Angelicæ indiuiduæ intra eandem speciem, vt docet S. Thom. 1. p. quia ipsa materia, quæ nõ esset corporea, non esset diuisibilis per quantitatem: esset ergo vna materia distincta ab alia quasi specie, quia esset alterius rationis passiua potentia; quare formæ non solo numero, sed specie differrent, vt de materia, & forma cælorũ philosophamur. In hoc tamen est discrimen, quòd materia cæli est diuisibilis per quantitatem; & idcirco etsi totum cælum constet suâ materiâ, & non sint cæli eiusdem speciei, quia singulæ materiæ cælorum sunt diuersæ rationis passiuæ potentiæ suis formis adæquatæ; tamen per Dei potentiam possunt fieri in mundo alio cæli alij eiusdem speciei cũ istis, diuisâ materiâ in singulis secundũ species suas. Nec hoc negauit S. Thom. vt probè admonet Franciscus Ferrar. Materia autem Angelorum si qua esset, singulis formis singulæ designarẽtur materiæ; & illæ materiæ essent indiuisibiles: quare non materialiter, sed essentialiter differrent; imò differrent genere, vt

A S. Thom. docet 1. p. q. 50. art. 4. quia distinctio à materia petita appellatur generica, vt lib. 5. explicabimus. Ex quibus liquet, omnem materiam nõ solùm elementarem, sed cælestem, & si qua alia confingatur, eâdem communi notione esse receptaculum formæ, & non diuidere formam, nisi ipsa materia sit diuisibilis per quantitatem; ergo tota indiuiduatio formæ cuiuscunque in specie eâdem à materia sumitur, & illa est adæquata causa indiuiduationis. Quòd si formæ cælestium corporum, quæ naturaliter non possunt multiplicari, diuinâ potentia operante adhuc non multiplicantur, nisi diuisâ materiâ; omnis indiuiduatio possibilis ad materiam diuisibilem reuocanda est. Assumpto igitur illo scito proloquio, quòd sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis; recte colligitur, quandoquidem materia est principium adæquatum cuiuscunque indiuiduationis, quòd illâ ablatâ tollatur indiuiduatio multorum in specie eadem. Diximus tamen argumentum hoc esse inductiuũ, quia ex eo quòd materia diuisibilis est principium omnis indiuiduationis nobis notæ etiam possibilis, colligimus in Angelis non esse possibilem indiuiduorum multitudinem; quia non est in illis materia.

S. Thom.

Formæ cælestiũ corporum etiã diuinitùs non possunt multiplicari, nisi diuisa materiâ.

Posito illo proloquio, sicut affirmatio, &c. rectè colligitur ratio Philosophi.

Cur hæc ratio dicta sit inductiua.

B C Valet quoque argumentũ illud, quòd diuisio formalis est essentialis, & specifica. Nam etsi verum sit plures esse species diuisionis realis, tamen illa quę simpliciter formalis diuisio dicitur, quæ oritur ex vnitatibus formalibus, à forma est, non à materia. Petrus enim, & Paulus si proprio, & Philosophico more loquendum sit, non differunt formaliter; quia non differunt vnitate formali in qua conueniunt, sed differunt materialiter; Petrus autem, & Brunellus formaliter suis formalibus vnitatibus discernuntur. Sed resecta nominum ambiguitate, vt de rebus, non de vsu nominum disputemus; cum esse specificum absque dubio sit à forma; vbi forma est nuda ab omni materia; ipsum esse specificum inuariatum est absque vlla differentia, quã possint secerni indiuidua plura in specie eadem. Quare vbi nulla est materia, nõ possunt differre indiuidualiter, quæcunque in specifico, & inuariabili esse conueniunt. Et hoc argumentum non est

7. Ad 1. obiect. contra 2. rat. Diuisio simpliciter formalis, quæ sc. oritur ex vnitatibus formalib⁹. est à forma, nõ à materia. Declaratur.

Ad confirm. Esse specificũ est à forma: ac proindè inuariatum indiuidualiter, vbi forma est nuda ab omni materia.

Hoc argumẽ-

tum nō est inductiuum.

est inductiuum à singulis notis ad vniuersale ignotū; sed indicat adæquatam causam indiuiduationis esse materiam; quia forma nisi hoc habeat à materia cuius est forma, non diuidit indiuidualiter, sed essentialiter specificè: ergo vbi nulla est materia, nulla est indiuiduorum multitudo in specie eadem.

3. Ad 2. obiect.

Quod verò obijcitur materiam cæli, & elementarem differre essentialiter, cùm sint formarum expertes, parui est ponderis, & momenti. Nam philosophico more loquendi non dicuntur differre essentialiter materiæ, quæ solùm sunt entia in potētia ad esse essentiale, quod est specificum, omne enim esse est à forma. Differunt tamen materiæ istæ suis rationibus formalibus plusquā numero, quia non possunt copulari eādem formā informante. Sed inde non probatur, quòd esse specificum essentiarum non deriuetur à forma, vt ab adæquato principio, sicut vnitas indiuidua à materia oritur; nam & materiæ quæ quasi specie differunt, differunt in ordine ad formas. Quòd verò duæ materiæ elementares differant numero, & non per aliam materiam, mirum non est, cum ipsæ sint materiæ duæ, & sint principium distinctionis cuiuslibet. Nam in principijs cessatur.

Philosophicè loquendo non dicūtur differre essentialiter materiæ, quæ solū sunt entia in potentia ad esse essentiale, quod est specificum.

Materiæ, quæ quasi specie differunt, differūt in ordine ad formas.

Duę materię elemētares differunt numero se ipsis.

9.

3. Ratio & pracipua *S. Thomæ.*

Formæ separatæ sunt infinitæ, quæ nullâ materiâ coarctantur.

Hui' ratiōnis 1 impugnatio *ex Soar.* cit.

2. Impugn.

Alia adhuc elegantissima ratione cōprobatur hæc sententia à S. Thoma. Ratio enim infiniti affert vnitatem; formæ autem separatæ sunt infinitæ, quia nullâ materiâ coarctātur; ergo singulæ sunt essentiæ completæ suæ speciei perfecta vnitate specifica. Hoc autē argumentū non probè consideratum, pluribus argumentis impetitur à quibusdam. Primò retorquetur in nos argumentum ipsum. Ratio enim infiniti est ratio vnius, quod nō potest multiplicari; sola autem essentia diuina est infinita; ergo ea sola multiplicari nequit: essentia autem Angelica quæ finita est, potest diuidi multitudine. Deinde quòd forma Angelica sit infinita, potest intelligi dupliciter, scilicèt aut intensiuè, aut extensiuè; intensiuè nō est infinita, quia tota perfectio vnius speciei Angelicæ est quodam gradu finita: quòd si dicatur infinita perfectio, quia non potest attingi ab alijs naturis inferioribus infinitis; eo quoque modo dicetur infinita perfectio humana, quæ excellit infinitis speciebus brutorum, & A tamen est indiuiduis suis diuisa. Imò etsi perfectio vnius Angeli esset quomodocunque infinita; nihil prohiberet multa indiuidua conuenire in illa perfectione specifica: sicut, inquiunt, si gratia in anima Christi esset infinita; nihil obstaret, quin esset alia gratia infinita eiusdē speciei in alio homine, aut Angelo. Quòd si dicamus eam perfectionem infinitā esse extensiuam, quia nō permittit in sui societate similem perfectionem. Petitur principium, asserendo quod probādum est. Quare enim illa perfectio excludit societatem? Præterea, extensio est coniuncta cum quadā multitudine, aut partium, aut indiuiduorum; forma autem Angelica est simplex, & vna; ergo nō est infinitè extensa. Quòd si dicatur extensio ista virtualis sine partium multitudine, ipsa est quasi intensio perfectionis? Parum enim refert vtro nomine dicatur; & argumentis ijsdē refellitur. Deniq; formæ istæ sunt finitæ per hoc quòd recipiunt hoc esse, aut illud esse; quare nihil impedimento est, quin multiplicētur indiuidualiter.

3. Impugn.

Solutio.

Instatur 1.

Secundò.

4. Impugn.

10.

Pro respons. 1. prænotandū.

Infinitum in essentia continet omne ens.

Infinitum in specie est infinitū ex parte.

Proloquiū. Omne infinitū ea ratione qua infinitum est, est quoque vnum.

11.

Proloqui impugnatio.

Solutio.

Proloquium intelligēdum est de forma, quæ à materia definita habet ab illa indiuiduam vnitatem multiplicabilem.

12.

Declaratur ex *S. Thom.*

Oportet igitur vt isthæc obiecta refellantur, vt clariùs perspiciatur, nulla vi refringi argumentum hoc S. Thomæ, quod est præcipuum. Aduertendū enim est id, quod nullos hominum ignorat; infinitum in specie nō esse infinitum in essentia; essentia enim est quid commune omni prædicamento; & infinita essentia continet omne ens, quæ est Deus beatissimus: infinitum autem in specie, est infinitum ex parte, & secūdum aliquid, quod simpliciter finitum est, vt infinita albedo, linea infinita. Omne autem infinitum ea ratione qua infinitum est, est quoque vnum.

Quòd si obijcias materiam sine forma dici infinitam à S. Thoma; & tamen nō esse vnam, sed plures materias infinitas; non ergo quod infinitum est, est quoque vnum. Respondendum est, hoc proloquium non esse intelligendum de materia, sed de forma, quę à materia definita habet ab illa indiuiduam vnitatem multiplicabilem: quare sine materia tollitur multitudo, & manet vnitas specifica, quæ est propria formæ.

Aduertendum enim est quod S. Thomas docet 1. p. q. 7. art. 1. formam definiri per materiam; quod enim recipitur, clauditur illo receptaculo, quo continetur,

netur vt aqua vase, & ita finitur, & circũscribitur: & ita forma in materia definita est, & coæquata materiæ diuisæ habenti fines quantitate præscriptos. Materia etiam, quia vaga est, definitur per formam, quia trahitur ad hanc speciem, aut ad illam: igitur forma quæ in nulla materia potest recipi, non est finita; quod autem finitum non est, infinitũ est: ergo est vnum, & non potest multiplicari. Vnde magis constat materiam esse indiuiduationis principiũ, quia definit formam; quæ si nullã respiciat materiam, infinita est, & vna.

Forma materiæ diuisæ in qua recipitur, habenti fines quãtitate præscriptos, coæquatur.

13. Declaratio proloqui, & 3. rationis, exemplo accidentium, quæ intenduntur.

In accidentibus quæ intenduntur, res hæc clarissimè percipitur. Nam albedo per subiectum definitur secundum gradus perfectionis; quia non potest intelligi maior, aut minor, nisi per hoc quòd magis adhæret subiecto, vt declarauimus; ergo si extrahatur à subiecto, non erit finita quoad gradum perfectionis; ergo infinita erit: infinita autem est vna, quia non possunt esse duæ infinitæ. Et confirmatur, quia albedo sic separata esset species, non indiuiduum, quia contineret in se omnes gradus albedinis, imò infinitos gradus. Quare eodem modo quo non possumus diuidere conceptum cõmunem albedinis in duas albedines communes; ita neq; duas albedines separatas possumus rectè meditari; quia vna albedo cõtinet totam rationem albedinis, scilicèt essentiam albedinis cũ omni modo reali, & perfectione possibili. Et idcircò S. Thom. subiunxit exẽplum humanitatis; quia nisi humanitas diuideretur per materiam, esset vna, vt idea Platonis, innuens albedinem separatam esse ipsam speciem, siue ideam albedinis.

Albedo non potest intelligi maior, aut minor, nisi quia magis adhæret subiecto.

Declarationis 1. Confirm.

Albedo sic separata esset species, quia contineret totã rationem albedinis, scilicet essentiã albedinis cum omni modo reali, & perfectione possibili.

2. Confirm. *ex S. Thom.*

Quòdsi obijcias, quantitatem separatam à corpore non esse infinitam. Occurrendum est quãtitatem esse formam corporis, & hac ipsâ naturâ, quæ variari non potest, esse finitam: actu tamen separata est quoque actu infinita per accidens, quia nullo corpore definitur. Quo etiam modo anima rationalis extra corpus est infinita: sed tamen quantitas sibi ipsi est forma, quia quantitas est quãta. Et idcirco ob rationem istam, etiam extra corpus est finita, propriâque mensurâ contenta.

Solutio: Quantitas vt est forma corporis, extra illud est infinita per accidens.

Vt est sibi ipsi forma, vbiq; est finita.

14. Declarationis impugnatio.

15. 2. Præmot. In natura specifica materiali contineri plura individua, quæ sunt alia alijs perfectiora indiuidualiter, iuxta illud adagiũ, Homo homini quid præstet. Quare si hæc inter se conferamus, mensura quædam perfectionis adhibenda est; & occurret quædam extensio perfectionis infinita, dum alij homines alijs meliores sunt: quæ infinitas perfectionis gradualis in cõceptu speciei continetur, non actu, sed confusione quadam, siue confuso intelligendi modo, quo homines infinitos vno cõceptu hominis intelligimus. Quòdsi homo cõmunis subsisteret, vt ponebat Plato, ille idealis homo esset infinitè perfectus. At verò forma Angelica, quia non est multiplicabilis per indiuidua, nõ habet infinitam perfectionem multorum, neque intensiuè, neq; extensiuè; sed habet perfectionẽ essentialem, quæ est finita, & nullam habet perfectionem gradualem indiuiduorum: & hoc ipso quòd nullam perfectionem gradualem indiuiduorum habet, sed solam essentialem, est forma vna non multiplicabilis.

Itaq; ex mensura perfectionis potest depromi efficax argumentum; vbicunq; enim est perfectio, potest æstimari quãta sit, ita vt metiamur perfectionẽ: forma autem quo magis limitatur à materia, est minùs perfecta; quo longiùs recedit, perfecta magis est; ergo ea forma quæ omninò est separata à materia, habet totam quãtitatem suæ perfectionis; igitur cum forma Angelica omninò sit separata à materia, habet totam perfectionem suæ speciei; ergo non potest esse alia forma eiusdem speciei, quæ sit magis, aut minus perfecta. Quidam respondent rectè colligere argumentũ obseruato ordine naturæ: sed Deum posse efficere alium Angelum eiusdẽ speciei, cuius perfectio, & gradus non proficiscatur ab ipsa natura formæ, sed à placito diuino. Sed tamen responsio bis peccat. Primùm, quia cum forma Angelica nullum alium habeat conditionis naturalis modum, nisi vt creetur à Deo; quãcunque perfectionem habeat à creatione, eam habet à natura. Præterea, hæc forma quæ est creata, est quoddam indiuiduum; quare ergo hæc habet totam perfectionem individualem, de qua est sermo, nisi credas, quia priùs creata est, totam perfectionem speciei occupasse? quod est ridiculum. Sed iterum erratur in respõsione, non benè percepto argumento:

In natura specifica materiali continetur latitudo, seu extensio perfectionis gradualis individuorum.

Hęc latitudo, seu extẽsio est infinita, & cõtinetur in conceptu speciei, nõ actu, sed cõfuso intelligẽdi modo.

Forma Angelica non habet perfectionem pluriũ individuorũ, neq; intensiuè, neque extensiuè, sed solã essentialẽ.

Hoc ipso est forma vna multiplicabilis.

16. Ex his Cõfir. 3. rationis.

Forma Angelica cũ sit omninò separata à materia, habet totam perfectionem suæ speciei.

Quorundam responsio.

Huius respõs. 1. erratum.

Cõfutatur 1. Forma Angelica quamcunq; perfectionem habet à creatione, habet à natura.

Cõfutatur 2.

2. Erratum ex falso intellectu 3. rationis.

Refutatur. S.Doctor vult ostendere formā Angelicā habere totam perfectionem, quia nō est capax maioris, aut minoris.

mento: nam S. Thom. per hoc vult ostēdere formam Angelicam habere totam perfectionem, quia non est capax maioris, aut minoris; maius enim, & minus à subiecto pendet, quod definit formam: formæ ergo separatæ habent totam perfectionem speciei, ita vt neque maioris, neque minoris sint capaces. Cum igitur indiuidua eiusdem speciei sint magis, vel minus perfecta, quia in omnibus rebus perfectis est æstimatio graduū perfectionis, proculdubio in specie Angelica, in qua non possunt fingi gradus perfectionis, non est possibilis multitudo indiuiduorum.

17. Responsio ad impugnationes 3. rationis.

Vt ergo illuc redeamus vnde defluxit oratio, firmum est argumentum S. Thomæ, ex eo quòd forma sine materia est infinita, commonstrantis esse vnam. Et argumenta huic argumento intenta facile est refringere: cum enim dicitur diuina essentia ideo non multiplicabilis, quia est infinita essentia. Occurrendum est, diuinam essentiam, quia est extra genus infinita, neque in specie eadem, neq; in genere multiplicari. At verò essentiā Angeli, quæ est infinita in specie, non multiplicatur in specie, quia non sunt multi Angeli in genere eodem: infinitū autem in specie, est infinitum secundum quid, vt explicauimus.

Ad 1. Impug. Essentia Angeli est infinita in specie, & secundum quid.

18. Ad 2. Impug. Perfectio cuiusque speciei Angelicæ dicitur infinita, nō intensiuè, aut extensiuè, nec quòd infinitos habeat gradus perfectionis indiuidualis, sed quia nullos habet quibus finiatur.

Alteri argumento occurritur, negando perfectionem cuiusque speciei Angelicæ esse infinitam intensiuè, aut extensiuè: nam in singulis Angelis est sola perfectio essentialis, quæ finita est: sed quia forma Angelica est separata à materia, dicitur infinita; quia non definitur gradibus perfectionis indiuidualis; nō quia habeat gradus indiuiduales infinitos, sed quia potiùs nullos habet, quibus sit finita. Et hoc est infinitū secundū quid, quod simpliciter est finitum. Itaque forma quæ per materiam diuiditur, duobus modis finita est, scilicèt perfectione essentiali, & perfectione indiuidua; forma autem separata perfectione quidem essentiali definita est, sed indiuidua perfectione non est finita, nō quia habet gradus perfectionis infinitos, sed quia non habet gradus vllos indiuiduales. Albedo autem separata habet gradus perfectionis infinitos modo quodam intelligendi confuso; & quia in rerum natura non potest habere gradus infinitos, non potest re ipsa separari à subiecto: forma autem Angelica est re ipsa separata, & nullos habet gradus indiuidualis perfectionis, quos habent omnes formæ, quæ informant materiam. Ad argumentum tertium negamus, gratiam posse esse infinitè intensam in aliquo subiecto, quia subiectum ipsum definit formam: est ergo contra rationē infinitæ formæ, quòd sit in subiecto. Quòdsi esset in subiecto, posset quidem multiplicari; sed hoc cōsequitur ex coniunctione cum subiecto, ex infinitate autem consequitur vnitas non multiplicabilis. Iam enim pridèm admonuimus, ex vnius propositionis subiecto, & prædicato consequi contradicētes, alteram ex subiecto, alteram ex prædicato: sed consequentia ex prædicato simpliciter est valida, & admittenda. Data ergo hac hypothesi impossibili, quòd in aliquo subiecto sit infinita gratia, aut infinita albedo; ex hoc quòd est in subiecto, sequitur quod multiplicari possit: ex hoc verò quòd est infinita, consequitur vt non possit: forma enim infinita hoc ipso est vna, & nullo subiecto contenta. Ad vltimum respondetur, formam Angelicam definiri per existentiam, vt subiectum per formam; neque enim negamus eam esse simpliciter finitā; sed in sua specie, quia est forma sine subiecto, est infinita, expers finitæ perfectionis indiuidualis, vt declaratum est.

Ad 3. Impug. Gratia nō potest esse infinitè intēsa in aliquo subiecto.

Si forma infinita esset in subiecto, posset multiplicari.

Declaratur ex traditis lib. 2. cap. 43. n. 4.

Cōsequentia ex prædicato simpliciter est valida.

19. 3. Rationis firmitas. Colligitur.

Est ergo firmissima ratio Doctoris Sancti, quòd forma separata infinita sit quoad speciem, & multiplicari non possit.

20. 4. Ratio. Sicut mutatur numerus addita vnitate, ita, cū forma det esse speciei, quidquid addas nudæ formæ mutatur species.

Declaratur.

Probatur adhuc ista sententia non aspernandis argumentis. Species enim rerum sunt quasi numeri, vt si quid adijcias, mutetur species, sicut mutatur numerus addita vnitate: forma autem dat esse speciei; ergò quidquid addas nudæ formæ, mutatur species: mutatâ enim causâ mutatur effectus. Igitur quæcunq; additio fiat nudæ formæ, eadem fit in specie; ergo nuda forma, quæ omninò est extra materiam, non patitur additionem indiuiduorum in specie eadem. Informis enim materiæ commixtis, quia cum materia diuiduntur, cogitando addimus differentias indiuiduas, quas à materia diuisa petimus, vt docuimus: sed formæ experti materiæ nihil potest cogitando addi, quod non mutet speciem.

In formis materię cōmixtis quia cum materiæ diuiduntur, cogitando addimus differentias indiuiduas, quas à materia diuisa petimus.

Item

21.
5. Ratio ex S. Dionys. Angeli superiores superat alios naturali cognitione, atque adeo perfectione naturę, seu specifica.

Item illuminatio qua Angeli superiores docent inferiores de rebus à Deo detectis, vt docet S. Dionysius, non efficitur per lumen gratiæ, sed per naturales notiones, siue conceptus quos alij ad alios conuertunt: superiores verò intelligunt per species perfectiores creatione traditas, vt ferè omnes Theologi consentiunt; ergo Angeli superiores superant alios ipsa perfectione naturæ: quod autem à natura est ad speciem pertinet; ergo sunt specie superiores.

22.
6. Ratio sumitur à prouidẽtia diuina.

Deus factus est homo præcipuè ad delendum originale peccatũ; quia erat cõmune speciei.

Si in Angelis essent plura individua sub vna specie, daretur specialis prouidẽtia circa speciem.

Posthæc petimus argumentum à prouidentia diuina. Nam species, quia est natura communis, magis diligitur à Deo, quàm singula individua; non quòd diligat Deus naturam separatam à singularibus per intellectum, sed vniuersitatem ipsam, & collectionem singularium, & factus est homo præcipuè ad delendum originale peccatum, quia erat commune speciei. Si ergo in Angelis essent quædam species, & vniuersitates individuorum cum specie, quasi respublicæ ordine naturæ distinctæ; videtur futurâ fuisse specialis prouidentia circa species: quæ omnia à nobis ignorantur. Et Hierarchiæ, siue ordines videntur proculdubio distingui essentiali differentia: nam virtutes destinatæ sunt agitandis cælestibus orbibus, eò quod vi rationis magis valeant. Et multa huiusmodi possunt obseruari. Quòd si ordines essentialitèr differunt, quæ ratio poterit adduci, vt homines possint transcendere ordines Angelorum pro dignitate meritorum, & Angeli non potuerint ordinem transcendere in quo sunt conditi? At verò S. Thomas sapientissimè dixit Deum optimum habuisse rationem specierum, ita vt singuli Angeli pro libero arbitrio suo, vel consequerentur vitam, vel perirent; sed tamen ea species fuerit prælata in donis gratię, quæ tota perfectione speciei præcellebat. Et confirmatur, quoniam aliàs dicendum erit in Angelis omnia individua superiora eiusdem speciei prælata fuisse in donis gratiæ; siquidem Angeli qui superiores à S. Dyonisio dicuntur, sunt etiam beatiores, cum Deo sint magis propinqui: & eosdẽ esse naturâ perfectiores probatum est, scilicèt qui perfectiores habeant species, & alios illuminent naturali quadam illustratione. At verò non videtur ordo prouidentiæ vt individua quæ non sunt specie digniora, propter perfectionem individuã qua præcellunt, prælata fuerint in donis gratiæ; cum non ita prouisum sit in animis nostris diligendis. Nostra autem sententia maximè exaggerat tum diuinam potentiam, quæ tot species Angelorum produxerit numero penè infinito: tum etiam dignitatem humanæ conditionis, quæ tot Angelos specie distinctos, quo magis sunt natura perfecti, potuerit meritorum dignitate superare: tum diuinam iustitiam, quæ pro meritis prætulerit homines luteos tot speciebus Angelorum.

Hic non videtur ordo prouidentiæ, cũ non ita prouisũ sit in animis nostris.

2. Sententiæ aliqua commoda.
Maximè exaggerat diuinam potentiam.
Item dignitatẽ humanæ cõditionis.
Item diuinã iustitiam.

Hæc autem dubia ab illis qui nobis obsistunt nulla ratione expediuntur. Sed neq; illud certum esse aiunt, vtrũm Angeli in eadem aliqua specie plures conditi sint; & ignorationem in omnibus his fatentur, quia certè veritatem ignorant.

23.
1. Sententiæ plura incommoda.

Præterea ex isto principio Philosophiæ, quòd forma sine materia sistit in specie, respuens individuorum multitudinem; non infirmum argumentum colligimus ad asserta fidei confirmanda: ita enim probamus diuinas personas non distingui differentijs absolutis; quia individuæ differentiæ absolutæ à materia sumuntur, quæ in Deo non est: oportet ergo esse differentias relatiuas, quæ quasi specie differant. Item quòd relatio spiratoris sit vna in Patre, & Filio, ex eodem principio cõmonstratur; quia nequeunt esse duæ spirationes individuæ, vbi non est materia: necesse ergo est vt relatio quasi specie vna sit etiam vna individua in duobus. Et multa alia in Theologia occurrunt ex hoc principio comprobanda. Est ergo in ijs, quæ à materia omninò separata sunt, ipsa forma principiũ individui; ita vt hoc ipso quòd à nullo subiecto definitur, sit vnum individuum speciei, & nequeant esse individua plura.

24.
Principij Philosophici in quo 2. Sent. fundatur, commoda.
Ex illo probatur diuinas psonas non distingui differẽtijs absolutis, sed relatiuis tãtum.
Item quòd relatiõ spiratoris sit vna in Patre, & Filio.

His ergo rationibus adducti, credimus opinionem S. Thomę, si rectè expendatur, esse non solùm admodùm verosimilem, sed multo equidèm probabiliorem.

25.
2. Sentent. iudicatur multò probabilior quàm prima.

Quòd si perconteris, vtrùm plures Angeli sint individua plura? Respondendum est non esse logica indi-

26.
1 Dubium.
Responsio.
Plures Angeli nõ sunt plura individua logica.

uidua, quæ differunt numero in specie eadem; sed esse res plures suis vnitatibus formalibus distinctas; quæ vnitates quatenùs sunt indiuisæ in singulis speciebus possunt dici indiuiduę; & sunt species distinctæ subiectæ generi, vt capite sequenti declarabitur. Itaque in Angelis hæc natura specifica hoc ipso quòd nulla habet indiuidua, est vna vnitate reali indiuisa. Si enim fingamus albedinem extra subiectum, vna erit, & non duæ: & idea hominis si mente effingatur vna est, vt omnis philosophia perpetuò agnouit. Ratio autem est, quia cum non sit definita ad istum, vel ad illum, sed sit abstractione infinita, continet omnia; & non potest multiplicari, quia iam esset definita, sicut si Deos multiplicemus facimus finitos. Sicut ergo diuina essentia ipsa infinitate est indiuidua, quia non definitur per hoc, vel illud; & hoc ipso quòd per plura non definitur, distinguitur ab omnibus: ita forma Angeli cum sit separata à subiecto consequitur vt non sit definita, sed infinita secundum substantiam; ergo ipsa infinitate sua est indiuidua; ergo non potest multiplicari, quia iam definiretur ad hoc, & illud. Per hoc ergo forma Angeli specifica est indiuidua, quia non est in pluribus indiuiduis; quod enim re ipsa non est plura indiuidua, vnum est vnitate reali, & indiuidua. Estque eadem proculdubio ratio de diuina essentia, de idea cogitatione ficta, & de forma Angeli specifica, & reali. Animorum verò multitudo magis ostendit, non esse in specie Angelorum multitudinem: nam animi intra eandem speciem sunt definiti, quatenus destinantur ad diuersa corpora, quæ ipsos capiunt, & definiunt, & illi suâpte naturâ sunt partes corporis, id est compositi, quod est homo; vbi autem partes sunt, partitio est, & partitio definit res, vt genus partimur per differentias, coarctando illud in speciebus singulis, vt homo non sit leo. Ablatis ergo istis finibus tollitur multitudo; ergo Angelica forma specifica, quæ non est pars, neque habet quo definiatur, & coarctetur, quia est simplex forma, non poterit admittere multitudinem.

Vnitates formales quib' distinguuntur Angeli, quatenus sunt indiuisæ in singulis speciebus, possunt dici indiuiduæ.

In creatis 1. Exemplũ.

2. Exemplum.

Ratio cõsona traditis n. 10.

In diuinis exemplum. Diuina essentia ipsa infinitate est indiuidua, atq, adeo immultiplicabilis.

Sic forma Angeli suo modo.

Quod re ipsa non est plura indiuidua, vnũ est vnitate reali, & indiuidua.

Obiectioni occurritur.

Animorum multitudo tacit pro traditis de Angelis.

Animus est pars corporis, id est, compositi.

Partitio definit res.

Ablatis finibus tollitur multitudo.

27.

2. Dubium. Quod sit principium indiui

Quòd si velis principium indiuiduationis naturæ Angelicæ inuestigare, illud est forma ipsa separata, quæ est principium speciei: in Angelis enim non est propria indiuiduatio, sed hoc ipso sunt singulares, quia non habent singularia; neque enim in illis est alia vnitas numerica, nisi ipsa formalis vnitas, quæ est principium numeri in Angelis vt S. Thomas docet. Nonnulli igitur arbitrantur formam Angelicam esse principium speciei, & indiuidui; quasi species, & indiuiduum sint duo entia logicâ consideratione distincta in Angelis. Hoc autem est falsum, vna enim, & eadem natura specifica nullâ additâ logicâ differentiâ est species subijcibilis, & singularis quædam res, quam (si placet) dicas indiuiduam. Sed dum dicis indiuiduam, etiam cogitando nihil addis; siquidem non addis indiuiduam differentiam, sed solùm aduertis rem conceptam conceptu communi, esse hoc aliquid, & non esse aliud: & ideo dicimus indiuiduam, aut singularem; sicut necessariò philosophandum est de diuina essentia: sola ergo materia est indiuiduationis principium. Quare in Angelis non est propria indiuiduatio, sicut neque indiuiduationis differentia, vt hoc libro dicemus luculentiùs.

Indiuiduationis in Angelis?

Responsio.

Esse formam quæ est principium speciei.

Declaratur. In Angelis nõ est propria indiuiduatio, sed sũt singulares, quia nõ habẽt singularia.

Nonnullorũ error.

Reijcitur.

In Angelis natura specifica nulla addita differentia logica, seu indiuidua est res singularis, & indiuidua.

Dicitur indiuidua quatenus aduertimus rẽ conceptã conceptu cõmuni esse hoc aliquid, & non esse aliud.

Sic philosophandũ de essẽtia diuina.

Confirmatio.

28. *Aristot.*

HÆc est indubia sententia Aristotelis 12. Metaphysic. tex. 49. asserentis primum motorem esse vnum, quia non habet materiam. Quod idem intelligit de singulis formis separatis. *Auicen.* Et idem censet Auicenna 5. Metaphysic. cap. 5. Hoc ipsum affirmat Theologorum, & Philosophorum princeps *S. Thom.* S. Thomas 1. p. q. 50. art. 4. & de spiritualibus creaturis art. 8. & libr. 2. contra gentes cap. 95. & de ente, & essentia cap. 5. Quem explanat, ac consequitur Thomas Caietanus ibidem q. 9. *Caiet.* Et Ioannes Capreolus in 2. d. 3. q. 1. conclus. 5. *Capreol.* Quas etiam partes tuetur doctissimus Abulensis Parad. 4. cap. 34. *Abulens.*

29. *Capreoli, & Ferrar.* cõmentarius, *S. Thomam* loqui de facto

At verò Ioan. Capreol. in 2. d. 3. q. 1. Francis. Ferrar. 2. contra gent. cap. 95. Tho. Argẽt. 2. d. 3. q. 1. Et alij interpretantur mentem S. Thom. quòd voluerit Angelos non reperiri plures in specie eadem,

Refutatur 1. ex ipso *S. Thom.*

eadem, posse tamen pro diuina potentia plures creari in specie eadem. Sed ista interpretatio non videtur germana, quia S. Thomas 1. p. ait, oppositum esse omninò impossibile. Et hoc idem comprobat argumentum S. Doctoris. Quare iure optimo Ioan. Scotus cóprobat hanc sententiam eo argumento innixam, loqui de impossibili logico, & idem sentit Thom. Cajet.

Scot.

Cajet.

29.

Refutatur 2. Maior pars Doctorum alteri parti quæstionis assentitur, & Patres nonnihil in eam inclinant.

Præterea cum maior pars Doctorum alteri parti quæstionis assentiatur, & Patres ipsi nonnihil declinent in eam, posset videri S. Thomam sine causa, & absque vrgente ratione ab illa discessisse, vt multi viri obijciunt S. Doctori. Idcircò ergo crediderim S. Thomam in tam multis locis nihil cunctatum asseruisse Angelos specie, non solo numero differre; quòd putauerit fieri nullo modo posse, vt solo numero differant. Nam & in Trinitate beatissima probat relationes non solo numero differre, quia ibi non est materia. Et vbicunq; in hoc incidit, remotâ materiâ tollit numericam multitudinem in specie eadem; vt 1. p. q. 50. art. 4. si albedo esset sine subiecto esset vna, & non possent esse plures, quia hæc, & illa albedo est in hoc, vel in illo.

Vbicunq; hoc incidit, remotâ materiâ, numericam multitudinem in specie eadem tollit *S. Thom.*

CAPVT XV.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Argum.

PRo partibus contrarijs arguitur. Et est primum argumentum ab auctoritate Patrum, qui videntur asserere Angelos vel omnes, vel plerosque esse eiusdem speciei. S. Athanas. in quæstionibus ad Antiochum ait Angelos esse eiusdē speciei, vt & nos sumus. Et S. Ioannes Damasc. lib. 1. Elementario cap. 7. in speciebus infimis Angelum, & equum numerat. Et S. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio, quòd si Deus Angelos in nihil redigeret, plures eiusdem speciei, & gradus posset iterum creare; & alia multa testimonia afferuntur. Et in Articulis Parisiensibus condemnatur ista opinio, quòd Deus non possit creare Angelos multos in specie eadem. Et S. Thomas opusc. 16. cum decreuisset, substantiam immaterialem non esse aptam, quæ participetur à multis; ait tamen, rudis esse ingenij inde colligere, quòd à Deo non possit multiplicari.

S. Athan.

S. Damasc.

S. August.

Art. Paris.

S. Thom.

Probatur ergo ista opinio; differentia enim est nobilior genere, ita vt genere vltimo differentia vltima sit nobilior; sed nobilissima res est natura intellectualis; ergo ea est vltima differentia omnium Angelorum; ergo omnes sunt eiusdem speciei vltimæ. 2. Ratio.

Secundò: Ea natura est species vltima, in qua proximè conueniunt omnia indiuidua; sed non potest negari Angelos esse plura indiuidua, & conuenire proximè in aliqua natura; ergo illa natura erit species vltima in qua omnes conueniant, vel dicendum est esse plures species infimas, in quibus indiuidua conueniant. Quòd autem conueniant proximè in aliqua natura, probatur: conueniunt enim absque dubio in aliquo genere; si ergo conueniunt in genere remotè per aliquam naturam mediam, illa erit species infima, seu vltima. Et confirmatur, quoniam inter indiuidua, & genus necessariò est media species. Confirm.

3. 2. Argum.

Tertiò arguitur; sicut enim genus definitur per specificas differentias, ita & specifica natura definitur per indiuiduas; ergo natura Angelica specifica, per differentias indiuiduas poterit definiri, sicut definiuntur animi rationales. Et confirmatur, quia Deus potest reuocare in nihilum hos Angelos quos creauit; ergo potest similes non eosdem iterum creare. Confirm.

4. 3. Argum.

Quartò: Singulæ formæ Angelorum, quas dicimus esse species distinctas, aut ita singulares sunt, vt neque cogitatione effici possint communes; quare non species erunt, sed indiuiduæ; ea enim est singularium natura, vt neque cogitando efficiatur vniuersalis: aut ita singulares sunt, vt natura in eis communis cogitando inueniatur; & ita in eadem natura communi poterunt esse indiuidua plura: natura autem communis in qua conueniunt indiuidua, est natura specifica: ergo sunt plura indiuidua in natura specifica Angelica.

5. 4. Argum.

Quintò: Naturæ speciei accidit esse singularem, quia natura ex se neque singularis est, neque vniuersalis est; ergo naturæ specificæ in Angelis acci-

6. 5. Argum.

dit vt sit hoc individuum; aliàs erit ex A se ipsa communis; quod autem accidit separabile est; ergo potest cogitari natura specifica in alijs etiam individuis.

7. Vlt. argum.

Vltimò: Natura est ex se communis, & efficitur individua per individuas differentias additas; ergo in Angelis natura specifica eodem modo poterit ex communi reddi individua, & multiplicari additis pluribus differentijs individuis.

Aduertenda.

8. Pro sentent. tuendæ fundamento 1. Aduert.

IN primis constituendum nobis est, quòd istæc quæstio omninò est physica, primæ inquam philosophiæ attributa, & nullatenus est Theologa; nullo enim fundamento, aut sacrarum literarum, aut Conciliorum, aut vllius Orthodoxæ sententiæ vtra pars innititur. Patres verò etsi quæstionem agitarent Physicam, non ideo redderent Theologicam, quam tamen vix attingunt. S. autem Augustinus in Enchirid. cap. 58. & de Genes. ad literam lib. 12. cap. 29. & ad Horosium contra Priscillianistas cap. 11. Et S. Ioannes Damasc. lib. 2. fidei Orthodoxæ, cap. 3. disceptatione ista abstinent tanquam incerta, & occulta. Ergo articuli Parisienses, qui alteram partem quæstionis censebant erroris, quasi quæstio esset de rebus fidei, in ea quidem censura futiles sunt, & nullius momenti, neque vltra commemorandi à Theologis; præcipuè cum retractati sint sapientissimè, & dignissimè ab ipsa Academia Parisiensi in omnibus, quibus visi sunt vllam coarguere sententiam ex placitis S. Thomæ.

Quæstio præsens est omnino physica, nō Theologa.

Patres vix eā attingunt.

Eā abstinet *S. Augustī.*

S. Damasc.

Articuli Parisienses de hac re futiles.

Retractati sūt quatenus aduersantur *S. Thomæ.*

9. In re philosophica ratio potiùs, quàm auctoritas pōdus habet.

Igitur in re Philosophica ratio potiùs, quàm auctoritas pondus habeat; tamersi vnius Thomæ sententia multis alijs Doctoribus pro dignitate illius præferenda sit. Agamus ergo disputando contra eos omnes, qui istam opinionem vt parum verosimilem expungunt. Et hoc quidem primùm præstandum est, vt persuadeamus non ea sola credi debere impossibilia absolutè, & quæ à Deo effici non possint, in queis reperitur euidens contradictio, aut rationis repugnantia. Hoc, inquam, pronunciatum falsum est; nam aliàs non licitum esset in istis rebus opinari; nam vbi ratio manifestè dissentit, tollitur opinio, quæ in rebus euidentibus non versatur. Si ergo in solis euidentibus, & perspicuis licitum esset opinari, nunquā licitum esset opinari. Et in ipso pronunciato est euidens repugnantia, scilicèt quòd in re clarissima possimus habere opinionem: falsum ergo est quod quidam aiunt, posse effici à Deo quicquid non indicat euidentem contradictionem. Accidit enim, vt in re ipsa sit contradictio, quę nobis euidens non sit. Fas ergo est dicere impossibile id, quod argumento saltem probabili ostenditur repugnare rationi: id autem credimus repugnare rationi, quod nostro ingenio non consentit; de alijs quippe non possumus iudicare. Et hinc oritur varietas opinionum in re incerta, sit ne possibilis, necne. Quæ opiniones apud Theologos à nemine reprehenduntur, cum sint ad naturam rerum meliùs inuestigandam institutæ, neque quicquam derogent potentiæ diuinæ, quæ ad omnia possibilia efficax est; nullius autem rei impossibilis, potentia fingi potest. Non igitur de potentia Dei quæstio est, quam certum est esse efficacem ad omnia, sed de rebus quærimus an sint possibiles.

Euidens est repugnantia qđ in re clarissima possimus habere opinionem.

Fas est opinari, ac dicere impossibile id, qđ argumento saltem probabili ostenditur repugnare rationi.

Opiniones de re incerta sitne possibilis, necne, à nemine reprehenduntur, & sunt vtiles ad naturam rerum meliùs inuestigādam.

Deinde in re incerta, cum facile sit assentiri falsis, censendum est, æquumne sit ad eam partem propendere perpetuò, vt credamus rem esse possibilem, sicut bonam existimationem habere de fratribus etiam in rebus dubijs tenemur. Certum est autem non pertinere ad bonos mores, vt omnes res dubias credamus esse possibiles, hoc est posse effici à Deo; aliàs peccarent qui contraria opinarentur. Cum ergo nihil aut tribuat, aut auferat diuinæ potentiæ ea quæstio, vtrùm res sint possibiles, necne: id duntaxat curandum est, ne falsa inducamus in animum; quia potius crimen aliquod est contra virtutem studiositatis, si per oscitantiam, & negligentiam, vel asserentes esse impossibile quid, vel etiam possibile, falsa nobis persuadeamus; quod facimus dum negligimus principia philosophiæ. Quare procedendum est à principijs Philosophiæ etiam non scitis, sed verosimilibus; adiunctis principijs fidei, & opinionibus Theologorum, ex principijs fidei

10. De rebus incertis non pertinet ad bonos mores vt credamus eas esse possibiles.

Potiùs crimē est contra virtutē studiositatis, si de his falsa credamus, p negligentiā sc. principiorum philosophiæ, licèt ea nō scita, sed verosimilia tātùm sint.

Adrationem in re præsenti præmittendū.

Non ea sola sunt impossibilia absolutè, in quibus reperitur euidens contradictio.

Ostenditur.

fidei ductis. Et id planè quod videtur magis credibile ex istis colligi, absque vllo metu sentiendum est; plurima enim falsa contra ipsam fidei Christianę virtutē colliguntur ex quibusdā opinionibus malè iudicatis, quòd Deus possit efficere quædam, quæ re ipsa possibilia certè nō sunt. Agamus ergo in similibus quæstionibus, & Philosophos, & Theologos.

11. Quoad ratio nē rei præsentis non multū interest quòd natura sit indiuidua per formā indiuiduā additam re ipsa, vel sola ratione. Ostenditur.

Re ergo proposita inter Philosophos, hoc primùm arbitror nō multum interesse quæstionis istius, quòd natura sit indiuidua per formam indiuiduam re ipsa additam. Nam etsi hoc esset verum; illa natura quæ non posset multiplicari in specie, vnam duntaxat formam indiuiduam habere posset. Ex aduerso autem etiamsi sentiamus naturam esse re ipsa singularem absque reali adiectione; adhuc tamen possemus meditari plures Angelos in specie eadem singulos per se ipsos indiuiduos, vt plures animas eiusdem speciei esse confitemur, quæ per se ipsas nullo addito etiam extra materiam singulares sunt.

12. Vera ratio, vt supra ex *Aristot.*

Ratio ergo quare Angeli non possunt esse plures in specie eâdem, ea est ab Aristotele iam pridem accepta, quia diuisio alia est per quantitatem, & materiam, alia est per formam: quæ ergo apta sunt diuidi materia, & quantitate, possunt diuidi in specie eadem; materia enim diuisibilis per quantitatem non mutat speciem: quæ verò apta sunt diuidi solâ formâ, diuiduntur essentiâ ipsâ; forma enim dat essentiam, & speciem; & diuisio formalis ipsa dicitur essentialis, vel specifica, vt docet S. Thom. 1.p.q.50. art.4.

Item ex *S. Thom.*

13. Pro soluendis argumentis 2. aduert. Quo modo Angelus sit species. Supponēdū. Omnes Angeli conueniunt in genere, qđ est natura intellectualis. Natura generis non est tota essentia; natura speciei maximè.

In soluendis autem argumentis vnum est obseruandum, quomodò scilicèt natura specifica in Angelo sit species logica: & vt priùs res ipsas contemplemur quàm logicas intentiones; negari non potest omnes Angelos conuenire in genere, quod est natura intellectualis: natura autem generis non est tota essentia, quia adhuc desiderat differentias essentiales, quæ sunt in speciebus. Natura ergo generis imperfecta est, neque potest existere, nisi concreta vltimis differentijs, quibus tota essentia absoluitur; indiuidua enim nihil addunt essentiale.

14. Assertio. Natura Angelica specifica est species subijcibilis, non autem prædicabilis. 1. partis probatio. Proponitur plenius.

Dicendum igitur est, naturam Angelicam specificam esse speciem subijcibilem, non autem prædicabilem. Ratio est, quoniam species subijcibilis est, quæ subijcitur generi; sed Angeli conueniunt in genere; ergo sunt species subijcibiles. Et probatur ipsa definitione speciei subijcibilis, quæ subijcitur generi in prædicatione indicante, quid res est incompletè; ita enim solet explicari: sed natura generica prædicatur de Angelis incompletè, & imperfectè; quia non est tota, & absoluta essentia, vt modo dicebamus; ergo Angeli sunt propriè species logicæ subijcibiles.

15. Obiectioni occurritur. Gabriel est indiuiduū ipso vsu nominis. Forma quæ Gabriel dicitur est species subijcibilis, & indiuiduum.

Attendendum est tamen quibus nominibus Angelos appellemus: nam nominibus singularibus non sunt dicendi species, sed duntaxat indiuidua; ita enim Gabriel est indiuiduum, & nullo modo species, vt Petrus: at forma ipsa Angelica, quæ Gabriel dicitur & species subijcibilis est, & indiuiduum; species quidem quatenùs intelligitur conceptu communi; indiuiduum autem cognita conceptu singulari Gabrielis: Gabriel autem conceptui singulari necessariò subijcitur, ipso vsu nominum. Natura autem diuina nullo modo est species subijcibilis, non quia est vna duntaxat, sed quia non est sub genere, vt libro quinto dicemus.

16. 2. partis probatio 1. Forma Angelica nō potest verè vna in multis cogitari. Ostenditur.

Quòd verò forma Angelica non sit species prędicabilis, probatur; quoniam species est vnum in multis; ea autem forma nec per operationem intellectus est vna in multis: nam intellectus cogitando non fingit res, sed meditatur illas suo modo; & quia Petrum, & Paulum contemplatur conuenire in suo conceptu communi, cogitat naturam communem in Petro, & Paulo; sed in natura Angelica specifica non sunt plura indiuidua; ergo non potest cogitari vnum in multis: nam & in simplici conceptu est aliqua falsitas non iudicij, sed ipsius conceptus; vt si Deum cogitemus corporeum. At verò dum enunciamus naturam Angelicam specificam esse speciem, iam iudicando asserimus illam esse vniuersalem, & vnam in multis. Verum est quòd ex modo intelligendi ita consideramus naturam Gabrielis remotâ indiuiduâ differentiâ Gabrielis, vt ex modo

Saltem non potest vna in multis enuntiari, seu iudicari. Obiectioni occurritur.

Quòd ex modo intelligẽdi non repugnet naturã esse in multis, nõ satis est, vt verè dicatur esse in multis.

intelligendi non repugnet naturam esse in multis; sed hoc non satis est, vt verè dicatur esse in multis: nam & albedinẽ conceptu abstracto ita intelligimus separatam à subiecto, vt ex modo intelligendi non repugnet esse abstractam; siquidem non intelligimus tunc concretam, sed abstractam; non tamen ideo verè asseremus albedinem esse abstractam, siue separatam à subiecto. Eodem modo, Deus, est nomen commune, vt dicemus lib. 5. quia non significat explicitè individuum; non tamen rectè dicemus, Deum esse naturam vniuersalem, quia vniuersali conceptu concipitur. Et eadem omninò ratio est de Angelis. Et confirmatur, quia ad hoc vt vnum sit in altero, opus est aliqua distinctione intellectus saltem, quo vtrumque distinguatur; & ideo Petrum, & hominem distinguimus, quia est homo, qui Petrus non est: hominem ergo intelligimus esse in Petro, vt naturam communem in singulari: sed natura Angelica non est communis, cum non inueniatur in alijs individuis; ergo neque vel in vno individuo rectè dicitur esse; & sicut Deus nõ est in hoc Deo, ita natura specifica Angelica non est in natura singulari; cum singularia in ea non contineantur: ad speciem vero prædicabilem, non solùm opus est vt natura sit in individuo, sed etiam vt sit in pluribus. Quòdsi species non est prædicabilis, neque differentia vltima speciei prædicabilis est, neque individuum in Angelis ad speciem refertur: hæc enim omnia coniuncta sunt.

1. Exemplum Albedinis abstractæ ex modo intelligẽdi.

2. Exemplum Dei, cuius est commune nomen, & cõceptus.

Confirm. Ad hoc vt vnũ sit in altero, opus est aliqua distinctione intellectus saltem.

Declaratur.

Sicut Deus nõ est in hoc Deo, ita natura specifica Angelica non est in natura singulari.

Consect. Individuum in Angelis ad speciem non refertur.

16.

Quòd autem in Angelis natura specifica non sit vniuersale logicum, neque species prædicabilis, nihil cunctandum est asserere. Nam intentiones, & relationes logicę inuentę sunt ad rerum naturam perscrutandam: quare intentiones coaptandæ sunt rebus, non res intentionibus. Sicut & S. Hilarius ait 4. de Trinit. sermonem rebus, non res sermoni esse subiectas. Non sunt ergo species prædicabiles in Angelis, profectò quia individua eiusdem speciei nõ sunt, si in eis species subijcibiles inueniantur.

Probatio 2. Intẽtiones logicæ inuentæ propter res, coaptandæ ijs sunt, non è cõtra.

Exemplũ ex *S. Hilar.*

17.

Aduertendum etiam est, quòd naturæ ex se ipsa consideratæ dupliciter accidit esse singularem; tum quia singularitas est extra conceptum naturæ; tum quia non est determinata ad vnum singulare, cum possit esse in alio. Primo modo naturæ Angelicæ accidit esse singularem, quia alius est conceptus singularis, alius conceptus naturę; & ita conceptus singularitatis est extra conceptũ naturæ; & hac significatione dicitur accidere naturæ. Conuenit tamen isti naturæ Angelicæ specificæ per se, vt sit re ipsa hoc aliquid, scilicèt hoc individuũ, & non aliud, verbi gratia vt sit Gabriel. Itaque individuatio accidit naturæ Angelicæ specificæ in hoc duntaxat sensu, quia non est de conceptu naturæ; quo pacto etiam Deitati accidit esse individuam; quia individuatio est extra conceptum Deitatis, qui est cõceptus communis. Meliùs tamen dicitur, quòd singularitas non est de cõceptu eius, quàm quòd accidat illi; dicuntur enim plerũq; ea accidere, quæ possunt re ipsa separari. Secundo modo non accidit naturæ Angelicæ esse singularem, hoc est, esse hanc, & non esse illam in specie eadem; quia suâpte naturâ est determinatè hoc aliquid, & non potest inueniri, aut intelligi alia singularis natura in hac specie, vt modò dicebamus.

Naturæ dupliciter accidit esse singularem.

1. Modo, scil. quatenùs conceptus singularitatis est extra cõceptum naturæ.

Sic naturæ Angelicę accidit singularitas.

Item Deitati. Meliùs dicitur quòd singularitas nõ est de cõceptu illius naturæ, quàm qđ ei accidat

Ratio.

2. Modo, scil. quatenus natura non est determinata ad vnũ singulare.

Sic nõ accidit naturæ Angelicę esse singularem.

18.

Illud etiam recolendum, quòd vnitas formalis in Angelo ipsa est vnitas singularis, & numerica, vt antea docuimus; quia his vnitatibus cõstat numerus Angelorum, & nulla in illis est differentia logica individua: quia vltima differentia singulorum, est differentia specifica.

4. Aduert. ex c. 3. p. 1. n. 11. Vnitas formalis in Angelo ipsa est vnitas numerica.

Responsio.

19.

AD testimonia igitur Patrum respondetur, libros illos S. Athanasij dubios esse, & forsan suppositos. Qđ si certi essent, in re saltem philosophica non minor fides S. Thomæ adhibenda esset. Verba autem illa S. Augustini non reperi, cum aliàs de hac re nolit proferre sententiam. Cæteri Patres qui solent recitari, aiunt Angelos esse eiusdem naturæ, quod & nos libenter fatemur: maximè quia in rebus creatis natura magis significat genus, quod est quasi principium specierum, quã species ipsas; neq; vllus dubitat Angelos omnes esse eiusdem naturæ, scilicèt intellectualis, quæ est generica. Aliàs aduersarij quoq; repugnarent Patribus, nam Patres aiunt, non aliquos, sed omnes Angelos esse eiusdem naturæ; isti autem rectè dicunt plures species in Angelis inueniri. Si ergo

Ad 1. argum. *Ad S. Ath.*

Ad S. Aug.

Ad cæteros Patres interpretatio.

Angeli omnes sunt eiusdẽ naturæ, scil. intellectualis.

Probatur interpretatio.

Etiam aduersarij negãt Angelos omnes esse eiusdẽ naturę, id est, eiusdem speciei.

ergo interpretentur ſententias Patrum, quòd omnes Angeli ſunt eiuſdē ſpeciei, etiam illi Patribus aduerſantur, cum dicant eſſe in Angelis plures ſpecies. Articulos Pariſienſes S. Thomæ doctrinæ ſubmiſſos fecit inclyta illa academia. At verò S. Thom. in illo opuſc. docet, Angelos non poſſe multiplicari, ſcilicèt per naturam ingenerabiles; rudiſque ingenij eſſe ſentire quòd ideo non poſsint à Deo multiplicari; ſcilicèt in ſpeciebus diſtinctis, creando adhuc alios Angelos.

Ad articulos Pariſienſes, vt in 1. aduert.

Ad S. Thom.

20.

Ad rationē Reſpond. cum *S. Thom.*

Ad primum argumentū reſpondetur cum S. Thoma 1. p. q. 50. art 4. quòd in Angelis non differt natura generica à natura differentiæ; ſi enim eſſent duæ naturæ re ipſa diſtinctæ, natura intellectualis quæ eſt generica eſſet minùs perfecta; & eſſet in ſingulis Angelis alia natura magis perfecta, ſcilicèt ſpecifica, quàm intellectualis generica, quòd nō eſt credibile. Ponit exemplum in animantibus irrationalibus, quæ conueniūt in natura generica, & tamen in ejs non eſt alia natura differentiæ diſtincta, vt libro 5. docebimus. Id autem videtur conſultò poſuiſſe, quia in homine natura rationalis differt à ſenſitiua, cum vna ab alia poſsit re ipſa ſeparari mortuo homine animo rationali ſuperſtite. In Angelis ergo in quibus natura generica, & natura differentiæ non diſtinguuntur re ipſa, non eſt neceſſe qđ differētia ſit re ipſa perfectior, quā natura generica, vt arguendo proponebatur; quaſi in ſingulis Angelis ſit alia natura præter intellectualem, & illâ perfectior, ſed ſolo modo concipiendi differentia eſt perfectior, ſicut ſolo conceptu diſtinguitur; quia natura intellectualis in genere eſt incompleta eſſentia; in ſpeciebus verò per differentias completur noſtro duntaxat modo intelligendi. Cum verò S. Doctor ait Angelos differre ſpecie per diuerſos gradus naturæ rationalis, ne exiſtimes eſſe gradus naturæ additos, quod eſt recidere in eundem errorem, quòd natura generis diſtinguitur à differentia: ſed dum concipimus animo differentias ſpecierum, quaſi quoſdam gradus perfectionis; æſtimamus vnam ſpeciem eſſe perfectiorem aliâ.

In Angelis non differt re ipſa natura generica à natura differentiæ.

Probatio notanda.

Exemplum de animantib⁹ irrationalibus.

In homine natura rationalis differt, & ſeparatur à ſenſitiua.

Probationis elucidatio.

In Angelis differentia nō eſt perfectior re ipſa, quàm natura generica, ſed ſolo modo cōcipiendi, quo etiam ab ea differt.

S. Thomæ locus quidam explicatur.

In Angelis dum concipim⁹ differentias ſpecierū, quaſi quoſdā gradus perfectionis, æſtimamus vnā ſpeciē eſſe perfectiorem alia.

21.

Ad 2. argum.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd in Angelis inter indiuidua, & naturam generis non eſt media natura ſpeciei, quæ ſcilicèt ſit communis indiuiduis, & inferior genere; ea enim eſſet ſpecies vniuerſalis, & prædicabilis. Neque verò eſt neceſſe ad rationem indiuidui logici, vt reſpiciat genus per mediam ſpeciē, ſed vt genus prædicetur de illo in quęſtione quid eſt incompletè; ipſum verò indiuiduū de nullo prædicetur: & ita Gabriel eſt propriè indiuiduū logicum. Quamuis ergo in Angelis natura generica ſit proxima indiuiduis; non tamen eſt ſpecies, quia non eſt natura completa.

Ad indiuiduū logicū non eſt neceſſe vt reſpiciat genus per mediā ſpeciē, ſed vt genus prædicetur de illo in quid incōpletè, ipſum verò de nullo prædicetur.

Ad tertium reſpōdetur, naturam genericam eſſe imperfectā, & ideò neceſſariò definiendam eſſe per differentias quibus perficitur in logica cōſideratione: eſſentia autem ſpecifica cum ſit perfecta, non eſt neceſſe vt definiatur per differentias indiuiduas, ſed accidit ſic definiri petitis differentijs à materia diuerſa; vt toto hoc tractatu elucidauimus. Ad confirmationem reſpondetur, Deum poſſe quoſcunque Angelos creare, his qui creati ſunt reuocatis ad nihilum; ſed nulli erunt ſimiles in ſpecie, cū natura ſpeciei Angelicæ non ſit multiplicabilis, ſed erunt in genere ſimiles; vel eoſdemmet quos in nihilum redegerat, reuocabit ad eſſe. Futile autem argumentum eſt, ex eo quòd Deus poteſt Angelos perdere, velle colligere quòd alij creentur in ſpecie eadem.

22.

Ad 3. argum.

Natura generica neceſſariò definitur per differētias ſpecificas: ſpecies non ſic per indiuiduas.

Ratio.

Ad Confirm.

Deus poteſt Angelos qui creati ſunt reuocatos ad nihilum, iterum creare.

Ad quartum reſpondetur, quòd natura Angelica ſpecifica re ipſa eſt vnum ſingulare duntaxat; noſtro tamen modo cognoſcendi priùs intelligitur ſub conceptu communi: quo quidem conceptu eſt ſpecies ſubijcibilis, & nō indiuiduū. Neque verò eodem conceptu communi eſt ſpecies prædicabilis: nam ſpecies ſubijcibilis ſolùm hoc exigit, vt ſubijciatur generi, præciſa omni ſingularitate; ſpecies verò prædicabilis poſtulat, vt ſit vnum in multis; natura ergo ſpecifica in Angelis ſub conceptu cōmuni eſt ſpecies ſubiicibilis; ſub conceptu verò ſingulari, vt Gabriel, eſt indiuiduum logicum. Sufficit ergo ad ſpeciem ſubijcibilem, quòd præſcindatur à ſingulari, ſiue vno, ſiue pluribus: ſpecies verò prædicabilis, cum ſit vniuerſale, & vnum in multis, oportet vt à pluribus præſcindatur.

23.

Ad 4. argum.

Natura Angelica ſpecifica re ipſa eſt vnum ſingulare.

At ſub conceptu cōmuni, eſt ſpecies ſubijcibilis, ſed nō prædicabilis.

Sub conceptu ſingulari, vt Gabriel, eſt indiuiduum logicum.

Ad quintum argumentum reſpondetur, naturam ſpecificam in Angelis ita eſſe re ipſa ſingularem, vt nec cogitando

24.

Ad 5. argum.

In Angelis natura ſpecifica nec cogitando

potest effici cõ munis plurib⁹: sed hoc non satis est vt sit in diuiduum logicum.

1. Ratio. Subijcitur naturæ genericæ incompletæ.

2. Ratio. In eius cõceptu singularitas, & hoc aliquid non clauditur.

25. Ad vlt. arg. Respond. 1. ex cap. 1. p. 1. & cap. 2. p. 2. Respond. 2.

In vna specie Angelorũ non possũt esse plura supposita creata.

possit effici communis pluribus; sed hoc A nõ satis esse, vt sit indiuiduum logicum. Illud enim subijcitur essentię completę, quo differt ab specie subijcibili, quæ naturæ genericæ incompletæ subijcitur. Angeli autem sunt species subijcibiles, non logica indiuidua. Præterea indiuiduum logicum claudit in suo conceptu singularitatem, & hoc aliquid, quod non clauditur in conceptu naturæ specificæ Angelicæ.

Ad vltimum respondetur, vtrumque fundamentum aduersæ opinionis esse falsum, & quòd natura ex se sit communis, & quòd efficiatur singularis addita B reali differentia. Et primum quidem si concederetur de natura materiali, in qua possunt esse plura indiuidua; meritò tamen negaretur de Angelica, in qua negamus posse esse plura indiuidua. Secundum verò etsi daremus, adhuc possemus dicere, in natura vna specifica vnam duntaxat differentiam indiuiduam posse dari, vt anteà notauimus: nam & suppositum creatum est res addita, & nihilominùs negamus in vna specie Angelorum posse esse plura suppositum creata.

CAPVT XVI.

Suppositum à natura distingui necesse est.

1.

Suppositum est id quod habet naturam.

Hìc confertur natura indiuidua cum habẽte naturam.

2. Circa distinctionem inter hæc, quorundam sent. Eam non pos-

QVoniam à cõmunioribus ducitur ordo doctrinæ, suppositum autem est communius quàm persona; quia persona est suppositum rationis compos, cum aliàs & bruta sint suppositа ratione carentia, à suppositо exordiendum: cuius tamẽ definitio cum definitione personę postmodùm explicabitur. Nunc satis sit indicare quid sit suppositum. Est D enim id quod habet naturã. Quapropter hactenus disputauimus de natura indiuidua: nam ea quoque distinguitur à suppositо, quod est vltimum indiuiduũ incommunicabile. Cõtulimus anteà naturam communem cum indiuidua, nihil discernentes de natura, & habente naturam. Nunc ipsam naturam indiuiduã comparamus cum habente naturam, quod est suppositum.

Sunt qui arbitrantur hæc Aristotelẽ, & Philosophos priscos non distinxisse, sed neque ratione naturali posse ostendi esse distincta. Aristotelis quidem sentẽtia obscura est, & quæ posteà in confirmatione explicanda sit. Quòd si rationem à natura informatam consulamus, illud primum compertum est naturam à suppositо distingui re ipsa per ea quæ conueniunt suppositо, & non naturæ etiam indiuiduæ. Quod satis comprobat omnium hominum ne dicam Philosophorum consensus: neque enim humanitas Petri est candida, aut musica, aut literis operam dat, sed Petrus candidus est, aut musicus, aut literas discit. Consuetudo autem loquendi indicat naturæ informationem, quæ cum sit à Deo instituente, nũquam errore aliquo imbuitur. Suppositum ergo cum his omnibus quæ sunt suppositi, & non sunt naturæ etiam indiuiduæ, necesse est à natura distingui re ipsa. Qua argumentatione decepti quidam existimarunt, accidentia esse propriam differentiam suppositi.

Est tamen alio modo considerandum suppositum his omnibus quæ accidunt reiectis, præcisum nudumq; suppositũ. Et hac quoq; consideratione persuadet ratio naturæ indita saltem in rebus corporeis suppositum esse à natura distinctum: contradicentes enim termini nõ possunt de eodẽ prædicari; sed illa prædicata accidentia prædicantur de suppositо, & non de natura; ergo necesse est suppositum saltem corporeum à natura esse distinctum. Et idem persuadet insitus à natura loquendi modus, quòd Petrus habet naturam humanã: cum enim suppositum sit quid habens naturam, & natura in suppositо sit, necesse est distinguantur, vt continens distinguitur à re contenta per aliquid quod adijciat ad illam; vt totum distinguitur à partibus singulis, quia præter singulas habet cæteras; & vas aquæ præter aquam quam continet, est vas. Meritò igitur quęritur cum suppositum contineat, siue habeat naturam, quid adijciat? Quid aliud sit in suppositо præter naturam? Hæc autem quæ sunt facilia argumenta, & cuiq; obuia videntur non delituisse primos illos Philosophos.

Sed tamen res est non ita perspicuè naturalis rationis ductu indicata, vtrùm discrimen hoc inter suppositum, & naturam sit in re ipsa, aut solo cogitandi modo percipiatur. Durandus in 1. d. 34. q. 1. & Henric. Gandau. quodlib. 4. q. 4. censent,

se ostendi ratione naturali.

1. Certum, Suppositũ cũ omnibus quæ sunt propria suppositi à natura distingui re ipsa.

Ostenditur ratione naturali.

Hanc satis indicat consuetudo loquẽdi, qua prædicata accidentia prædicãtur de suppositо, & non de natura.

Hinc enatus quorundam error.

3. 2. Certum, Suppositum nudum à natura distingui saltẽ in rebus corporeis.

Ostenditur ratione naturali.

Confirmatur ex insito à natura loquendi modo, quòd Petrus habet naturã humanam, & natura est in Petro.

Cõtinens distinguitur à re contenta.

Hæ rationes priscos Philosophos non delituere.

4. De genere distinctionis sententia *Durandi, Gandau.*

Eam esse solius rationis formalis.

censent, in rebus creatis suppositum à natura distingui sola ratione formali; quæ est rationis distinctio nullo modo realis.

5.

In eandem labitur *Scotus*.

In eandem sententiam labitur Ioannes Scot, qui ait, suppositum solam negationem addere naturæ. Quam opinionem posteà tractabimus; negatio enim cum non sit res aliqua, non potest afferre distinctionem in re ipsa: sed suppositum, & natura, vt vult Scotus, sola negatione differunt, quam suppositum addit, atque affert secum; ergo re ipsa non distinguuntur, sed sola ratione, siue definitione.

Negatio non potest afferre distinctionem in re ipsa.

6.

1. Asser. ex ratione naturali.

Dicendum igitur primùm est, suppositum à natura distingui saltem ratione: suppositum enim est quod habet naturam; ergo saltem modo significandi distinguuntur. Quòd autem distinguantur definitione nulla ratio naturalis euidenter ostendit, nisi de suppositis corporeis nobis notis: nam in Angelis id quod habet naturam, & natura solo significãdi modo distinguuntur, non verò definitione, vt posteà docebimus. Et eandem ob causam nulla ratio occurrit ex principijs naturâ notis, qua probemus in Deo suppositum, & naturam definitione distingui.

Suppositũ, & natura distinguũtur saltem ratione, seu modo significandi.

Prob. ex n. 3.

Additamentũ ad assertionẽ.

Quòd hæc distinguantur definitione nulla &c.

Probatur 1. in Angelis.

7.

2. Assertio ex fide.

Secundo loco confitendum est fide haud dubia, suppositum à natura distingui non solo modo significandi, sed quasi definitione, siue ratione formali, quæ dicitur à Theologis distinctio rationis ratiocinatæ, aut conceptæ. Credimus enim firmiter in Deo esse naturam vnã, supposita tria; ergo necesse est saltem cogitando distinguere naturam, quæ verè est vna, à suppositis quæ verè sunt tria. Et in rebus creatis eadem fide Catholica tenemus Filium Dei induisse humanam naturam, non suppositum humanum; ergo necesse est quòd saltem rationibus formalibus hæc sint distincta. Et in hoc omnes Theologi consentiunt: est enim pronunciatum istud Catholicæ fidei asseuerandum.

Hæc distinguuntur quasi definitione, sc. ratione formali, siue ratiocinata.

Probatur 1. ex mysterio Trinitatis.

Probatur 2. ex mysterio Incarnationis.

8.

3. Assertio.

Tertio loco dicẽdum est, suppositum diuinum à natura diuina distingui sola ratione; creatum verò suppositum quod corporeum est, à natura creata distingui re ipsa qualicunque distinctione. Illud primum de supposito diuino, docuimus lib. 1. Hoc verò secundum contra Durandum, & *Henric.* commonstrabimus ex principijs naturâ notis, non obscurè. Nam imprimis illa negatio, quòd non humanitas Petri, sed Petrus scribit, aut loquitur, indicat distinctionem in re ipsa: nam in rebus finitis de re eadem affirmare, & negare idem est impossibile, etiam secundum diuersas rationes, si prædicatum sit reale, vt lib. 1. commonstrauimus. Et ideo ex hoc quòd suppositum dicitur affectum accidentibus, & natura non ita dicitur; firmum argumẽtum colligitur in rebus creatis, quòd sit in re ipsa distinctio. Et idem confirmatur ex definitione vtriusque: eodem enim libro ostendimus, res creatas re ipsa finiri definitione sua; & ita re ipsa distingui quæ definitione distinguuntur; sed suppositum creatum definitione differt à natura; ergo re ipsa discernitur per aliquid reale à natura. Confirmatur iterum, quia suppositum addit aliquid reale ipsi naturæ, quod non includitur in conceptu naturæ, vt in sequentibus ostendemus; ergo per illud additum reale distinguitur re ipsa à natura.

Probatur 1. ratione naturali ex n. 2.

In rebus finitis affirmare, & negare idẽ, est impossibile, etiam secundũ diuersas rationes, si prædicatũ sit reale, vt lib. 1. c. 32. n. 19

Confirm. 1. ex diuersa vtriusq; definitione, iuxta dicta lib. 1. c. 32. n. 23.

Confirm. 2. ex dicendis.

9.

At verò ex fidei dogmatis hoc ipsum vehementiùs comprobatur: nam Filius Dei assumpsit naturam humanam, & nõ assumpsit suppositum; vel ergo suppositum non est res, vel est res distincta, quã Filius Dei non assumpsit. Quę consequẽtia in solo mysterio Trinitatis negatur, quia tres res sunt res vna; & ideo Pater communicat naturam, & non communicat Paternitatem; cum tamen Paternitas, & natura sint res vna; sed in rebus creatis semper est firma consequentia, cum Filius Dei assumpserit naturam, nõ suppositum, vt sint res distinctæ, quarum alia assumpta est, alia verò non assumpta. Et confirmatur, quotiescunq; enim vna res potest existere non existente alia, absque dubio sunt res plures: & hoc principium est per se notum; quia inter existentes, & non existentes necessaria est distinctio; aliàs eadem res esset, & nõ esset: sed natura humana in Christo existit non existente proprio supposito humano, quod aliàs potuerit existere, si natura non esset assumpta; ergo omninò necesse est cõfiteri suppositum humanũ, & naturam esse re ipsa distincta. Quamobrem contraria opinio non est verosimilis; imo non est consentanea fidei Catholicæ; vt hoc ipso capite pluribus elucidauimus contra Ioan. Scotum.

Probatur 2. vehementiùs ex fide de assumptione naturæ, & nõ suppositi.

In mysterio Trinitatis cõmunicatur natura, & non cõmunicatur Paternitas, cũ tamen hæc sint res vna.

Nõ sic in creatis eadẽ res affirmatur, & negatur.

Confirm.

Natura humana in Christo existit nõ existente proprio supposito humano.

Opposita sẽt. non est cõsentanea fidei, vt patebit ex dicendis contra *Scotum*.

Sed

10. Sententia à *Durando* indicata peior, scil. suppositum creatum, & natura distingui sola relatione rationis.

Sed magis incredibile est, & peius erratum id, quod Durandus videtur indicare, suppositum creatum, & naturam discerni sola relatione rationis concipientis, qua differunt concreta nomina ab abstractis; aut etiam relatione rationis, quæ est intentio logica; ita vt nomen suppositum significet non rem, sed intentionem logicam. Cum enim hæ relationes rationis nihil omninò sint in re ipsa; nullo modo suppositum, & natura creata distinguerentur. Verbum autem assumpsit naturam, & non suppositum. Præterea suppositum creatum, & natura non solùm non distinguerentur re ipsa, sed ne quidem ratione, & definitione; nam cum relatio rationis sit omninò extra rem, non potest variari definitio rei propter diuersam relationem rationis; ergo eadem esset definitio, siue ratio formalis naturæ, & suppositi, quod neque in Deo quidem potest intelligi; natura enim diuina, & suppositū distinguuntur suis rationib⁹ formalibus, quibus intelligimus suppositа esse tria, naturam vnam. Sed neque hoc possumus suspicari de Durando, qui naturam diuinam à supposito aliqualiter distinguit, vt possit intelligi in tribus suppositis natura vna.

Cōfutatur 1.

Cōfutatur 2.

Non potest variari definitio rei propter diuersam relationem rationis.

Etiam in Deo natura, & suppositū distinguūtur suis rationibus formalibus.

Durandus alienus ab hac sententia probatur.

11. Hæc sent. est error in fide. Ostenditur ex proximis cōfutationib⁹.

Quamobrem haud dubitamus errorem esse in fide, suppositum à natura distinguere sola relatione rationis. Nam etsi confiteamur hæc esse distinctis relationibus rationis affecta, prout intelligendo comparamus naturam cum supposito, conceptibus concretis, & abstractis; res tamen ipsas necesse est esse distinctas, vt sit natura assumpta, & suppositum non assumptum. Imò in Deo optimo hæc quoque distinguimus non solis relationibus rationis quibus possunt indui; sed saltem rationibus formalibus res ipsas diuersas discernimus, vt dicamus naturam vnam, suppositа verò tria.

12. *Scoti* sent. proponitur.

Declaratur.

Ioann. Scot. in 3. sentent. d. 1. q. 1. art. 3. & dub. 6. q. 1. & quodlib. 19. art. 3. suppositum, & naturam distinguit negatione quadam reali addita, quam suppositum addit naturæ: & ita re ipsa distincta videtur ponere; quo pacto aer obscurus distinguitur re ipsa ab illustrato aere; & eodem modo distinguitur homo videns à cæco ex natura rei, eo loquendi modo quo cęcitas dicitur esse in rerum natura. Existimat ergo suppositū addere naturæ duas negationes reales, de quibus posteà disseremus; & per eas negationes distingui suppositum à natura; quia natura non pendens, neque apta pendere ab alio est suppositum: natura autem pendens ab alio, quo pacto humanitas pendet à Verbo, non est suppositum; quare Verbum non assumpsit suppositum, quia non assumpsit naturam cum negatione illa, scilicèt naturam nō pendentem ab alio; siquidem assumpsit naturam pendentem ab ipso Verbo. Aureol. etiam apud Ioan. Capreol. in 3. d. 5. q. 3. probat suppositum non addere positiuum naturæ. Lychetus autem absurdam esse opinionem non ignarus, cō. tendit Ioannem Scotum ab illa vendicare; quod nos illi libenter damus, si sanè id ille pręstare poterit.

Ait naturam nō pēdentem, neq; aptā pendere ab alio esse suppositū.

Adeā accedit *Aureolus*.

Lychetus conatur ab ea vendicare *Scotum*.

Et quāuis eas negationes quas Scot. finxit, posteà ex parte refutauerimus; aliud nunc agimus; scilic. vt ostēdamus suppositū non addere naturæ indiuiduę solam negationem quæcunq; illa sit; sed aliquid reale positiuum. Probatur primùm; quia suppositum habet naturam, & natura est in supposito, vt omnes vna consensione, & vsu ipso loquendi fatemur; hæc autem significant distinctionē rei, & rei: est enim res quæ habet naturam, & res in qua est natura; neque enim natura habet se ipsam, neque est in se ipsa: suppositum ergo est res aliqua, siquidem habet naturam; & non est omninò ipsa natura, quia natura non habet se ipsam; ergo suppositum addit ad naturam aliquid reale positiuum. Si verò obijcias quòd Deus habet Deitatem, & tamen non distinguitur Deus à Deitate: inde facimus nouum argumētum. Cum enim Abbas Ioachimus credat, Deum non esse veritatem, eò quòd haberet veritatem; id autem quod habet, opus est distinguatur à re quam habet: Hoc Patres tribuunt diuinæ simplicitati, quòd res quæ habet, & ea quæ habetur sit eadem, scilicèt Deus, & Deitas. In rebus ergo compositis necesse est vt sint re ipsa distincta, id quod habet naturam, & natura ipsa. Et confirmatur ex communi sensu hominum: nam ego quidem habeo hoc corpus, & hunc animum; non tamen habeo me ipsum; ergo alia est res quæ habet hoc corpus, & alia est hæc humanitas corpore, & animo concreta.

13. Contra eam 4. Assertio.

Suppositum nō addit naturæ indiuiduæ solā negationē, sed aliquid reale positiuū.

1. Probatio ex ratione naturali, vt n. 3.

Suppositum est res aliqua, siquidē habet naturam; & nō est omninò ipsa natura, quia natura nō habet se ipsam.

Obiectio ex diuinis.

Retorquetur.

Contra *Ioachimū*, hoc Patres tribuunt diuinæ simplicitati, vt Deus, & Deitas sit res eadem.

Confirmatio probationis.

Secundò

14.
2. Probatio. Suppositū vt sic, sc. vt distinguitur à natura, est prima substantia, & maximè substantia, sustentaculum per se accidèntium, & principium ꝑ se operationis, atque adeò vt sic non est negatio, sed quid reale positiuū.

Secundò: Suppositum est prima substantia, cui omnia accidentia per se insunt, & quod per se operatur; neque enim Lentulitas est docta, sed Lentulus, neque Lentulitas operatur, sed Lentulus: distinguitur ergo suppositum, siue prima substantia à natura indiuidua aliqua ratione, vt iam probauimus. Sed suppositum vt sic, scilicèt vt distinguitur à natura, non est negatio; ergo vt distinguitur à natura non addit negationem. Consequentia est bona; id enim addit suppositum ad naturam, quo ab illa distinguitur. Minor propositio probatur, per hoc enim distinguitur suppositum à natura, quia suppositum est prima substantia, quæ maximè substantia est; & quia est id cui accidentia per se insunt, & quod per se operatur; sed hic modus entis quo suppositum distinguitur à natura, scilicèt quòd subsistet accidentibus, quòd sit aptum operari, non est negatio: ergo prout suppositum à natura distinguitur non addit solam negationem, sed quid reale positiuum, ratione cuius non solùm est prima substantia, sed maximè substantia, sustentaculum accidentium, & operationis principium.

15.
3. Probatio, ad hominē. Negatio realis sicut & priuatio postulat definitum subiectū, vt surditas, cæcitas, &c.

Tertiò: Negatio realis, sicut & priuatio postulat definitum subiectū; neque enim surditas est in aspectu, neq; in auditu cæcitas: ergo istæ ipsæ negationes propriæ suppositi, quæ non sunt proprię naturę, indicant in re ipsa suppositum esse à natura distinctum.

16.
Responsio *Scoti* concedit quoad negationes coniunctas cū repugnātia ad affirmationem oppositam: negat quoad alias.

Respondet Ioannes Scotus duo esse genera realium negationum, alterum earum cum quibus est repugnantia ad affirmationem, vt quòd homo non sit equus; est enim repugnātia vt sit equus. Alterum sine repugnantia, vt quòd Petrus non sit albus; nam etsi non sit albus, nil repugnat quin albus sit. Illas negationes ait postulare sibi definitū subiectum: istas minimè, quia vagæ sunt, & possunt separari. Sed tamen responsio non facit satis: quia negationes hæ ad Philosophiam non pertinent; sunt enim negationes per accidens; Petrus enim ex se nec est albus, neque non albus; est autem ex se suppositū: ergo vnitas suppositi non est negatio per accidens, quæ eidem naturæ accidat sine repugnantia affirmationis; sed in numero illarum negationum est, quæ cum repugnantia oppositi sunt coniunctæ.

Refutatio. Petrus ex se est suppositū: vnde vnitas suppositi non est negatio ꝑ accidens, quæ eidem naturæ accidat sine repugnantia ad affirmationem oppositam.

Quòd si pro Scoto adhuc respondeas ipsum nomen suppositi significare negationem illam separabilem à natura; & ita fieri negationem propriam suppositi, quæ naturæ non est propria. Hoc quoque erroris conuincitur; quia suppositum non est nomen negationis, vt cæcum, aut obscurum, sed est nomen substātiæ: suppositum enim pro prima substantia accipimus, scilicèt pro re ipsa primò subsistente, à qua ista negatio est separabilis; ergo hæc negatio nulli rei est propria, si res illa subsistēs quam vocamus suppositum, & natura nihilo differunt; quodest palmarium argumentum.

17.
Ad refutationē responsio.

Conuincitur erroris.

Suppositum non est nomē negationis, sed substantiæ, à qua hæ negationes, sc. quòd non pendent, neque pendere possint ab alio, sunt separabiles.

Quartò probatur idem clarissimè. Nam in Petro necesse est suppositum, & naturam distingui re ipsa, siquidem Petrus habet naturam, & operatur, vt antea ostendimus; non ergo distinguuntur sola negatione reali. Probatur consequentia, quia nulla negatio realis potest actu inesse Petro, & non inesse humanitati Petri, nisi Petrus, & humanitas Petri vllatenus re ipsa distinguantur: quòd si eædem negationes quæ insunt supposito, insunt naturæ, non distinguitur per illas suppositum à natura. Et confirmatur, quia si suppositum addit naturæ suæ solas negationes, scilicet quòd non pendeat, neque pendere possit ab alio; his negationibus additis ipsa natura est suppositū; ergo eæ negationes non possunt re ipsa actu inesse Petro, & non inesse humanitati Petri existenti in natura: ergo Petrus existens sicuti est, nihil omninò differt à sua natura, quod est falsum; ergo non solis negationibus distinguuntur. Explicatur argumentum, nam ista humanitas Petri iam habet illas negationes quibus differt à supposito; quia in nullo alio supposito est; & tamen adhuc ista humanitas distinguitur ab isto homine, quia hæc humanitas non operatur, sed hic homo; ergo re aliqua positiua distinguuntur, & non solis negationibus. Explicatur adhuc magis ratione philosophica, duo enim non possunt distingui per id quod est commune vtrique; in eo enim non distinguuntur, sed coniunguntur: natura autem Petri, verbi gratia, quæ in aliquo supposito nō est, hoc habet commune cum ipso suo supposito scilicèt Petro, quod non est in alio; ergo natura Petri nō distinguitur à Petro

18.
4. Probatio clarissima. In Petro necesse est suppositū, & naturā distingui re ipsa, ac proinde non solis negationibus realibus, quæ vtriq; insunt.

Confirmatur iuxta *Scotum*. Ijs negationibus additis, ipsa natura est suppositū: vnde insūt vtriq;.

Declaratur 1. Humanitas Petri iam habet illas negationes, & tamen adhuc differt à Petro.

Declaratur 2. ratione philosophica. Natura Petri hoc habet cōmune cum Petro, quòd nōn est in alio.

Petro per hanc negationem, quòd non sit in alio. Et hoc est argumentum planissimum.

19.
5. Probatio euidens in disciplina Peripat.

Quintò, idem firmatur; quia suppositum creatum est ens completum, & absolutum, magis quàm natura quæ est in supposito; sed non complectitur ens per negationem: ergo per aliquid reale positiuum necesse est compleatur; & illud cõplementum consequuntur reales negationes. Quod argumentum in peripatetica disciplina euidentissimum est. Et

Cõplementũ entis non est, negatio, sed aliquid reale positiuũ, quod negationes consequuntur.

Cõfirmatur. Vnitas incommunicabilis sequitur suppositum, & non naturam.

confirmatur, quia sicut vnitas sequitur ens, ita & tale ens talis vnitas; sed vnitas incommunicabilis sequitur suppositum, & non naturam, vt liquet: ergo hęc sunt re ipsa aliquatenus distincta ante ipsas negationes: vnde antea docuimus vnitates reales nõ distingui inter se, nisi consequantur res distinctas.

20.
Ex Trinitate 7. probatio.

At verò à mysterijs fidei petuntur efficaciora argumenta. Primum, quia suppositum diuina sunt res positiuæ, non negationes; ergo suppositum humanum non est negatio. Probatur consequentia; nam res vera, & negatio non possunt concipi conceptu communi etiam analogo: est ergo nomen hoc æquiuocum, quod duobus cõceptibus significat suppositum diuinum, & humanum, siquidẽ illud est positiuum, hoc negatiuum, vt aiunt; ergo cum loquimur de supposito, æquiuocè loquimur; in æquiuocis autem nihil est definitum, nihil certum, nihil quod credi possit; quia non constat ratio nominis; ergo confitendum est, suppositum quoque creatum esse quid positiuum, vt suppositum ipsum commune sub aliqua certa ratione possimus definire, & de illo philosophari. Nam quæ omninò sunt æquiuoca, non definiuntur; neque tractantur. Et confirmatur, quia in persona diuina sunt istæ negationes, quas Ioann. Scotus ponit; & tamen non ea est personæ ratio, sed realis proprietas; ergo neque in nobis negatio est proprietas personæ, siue suppositi.

Diuina sunt res positiuæ.

In æquiuocis nihil est definitũ, nihil certum, nihil qđ credi possit.

Confirm. In persona diuina sunt negationes quas *Scotus* ponit.

21.
Responsio.

Posset quis respondere pro Scoto, nomen suppositum etiam diuinis attributum, significare negationes. Imprimis

Confutatur 1. vt inaudita.

hoc est falsum, & inauditum; significatio autem nominis nota est omnibus. Præterea, vt non faciamus quæstionem de nomine, certum est res ipsas subsistentes in natura, quas dicimus tria suppositta diuina, non distingui à natura solis

Confutatur 2. Res subsistentes in natura, quas dicimus tria suppositta diuina, distinguuntur à natura proprietatibus relatiuis.

A negationibus, sed proprietatibus relatiuis. Itaque suppositum diuinum absq; dubio addit naturæ proprietatem, & nõ solam negationem; ergo vt abstrahatur communis aliqua ratio suppositis diuinis, & creatis, quæ sit apta definiri, & disputando tractari; necesse est quòd suppositum creatum non solam negationem, sed rem quampiam positiuam addat naturæ; quia aliàs nomen suppositum esset æquiuocum, quòd in Deo significat proprietates, in nobis verò negationes.

Præterea Catholicè credimus, qđ est ab Ecclesia sancitum, Filiũ Dei assumpsisse humanitatem, & nõ assumpsisse suppositum; ergo alia res est suppositum, quod non est assumptum, & res alia humanitas, quæ assumpta est, vt contra Durandum commonstrauimus. Et efficaciùs adhuc comprobatur; nam si suppositum non potest assumi à diuina persona, natura autem potest; profectò res distinctæ sunt, altera capax diuinæ subsistentiæ, altera minimè. Quod si vtrumq; potest assumi; ergo in hoc non distinguũtur. Quid ergo factum est, vt alterum fuerit assumptum scilicèt natura, alterũ non fuerit assumptum, scilicèt suppositum? Certè nihil video. Et quia quæstio est in fide admodùm periculosa, explanemus argumentum. Nam si mea natura potest assumi, & ego non possum assumi, hoc non prohibet sola negatio; remoueretur enim illa negatio, si ego qui sum suppositum assumerer: sicut in ipsa natura assumpta à Verbo sublata est illa negatio, quòd non sit in alio; est enim in alio, scilicèt in diuino supposito: illa enim negatio quòd non sit in alio, necessariò est tollenda per assumptionem, qua fit in alio, siue in alio collocatur; sicut negatio quòd aer est obscurus, adueniente luce remouetur: negatio ergo sola non prohibet, quin suppositum assumatur, cum possit assumi natura; sed est aliquid positiuum in supposito, quo repugnat assumi. Quòdsi vtrumque potest assumi; cogita humanitatem hanc meam assumi, & non assumi personam: certè si quicquid entis ego habeo assumatur, nulla omninò entitate relicta; ego certè ero is qui sum, nihil enim mei in me ipso desiderabo; & ego ero Deus, sola mea humanitate assumpta. Quod consequens est hæreticum; aliàs homo ille

22.
Ex Incarn. 8. probatio. vt n. 9.

Proponitur efficaciùs.

Natura creata est capax diuinæ subsistentiæ, suppositũ incapax.

Explanatur efficacia probationis.

Assumptionẽ sola negatio non prohibet.

1. Exemplũ naturæ assũptæ, remota negatione, quòd nõ sit in alio.

2. Exemplũ aeris illuminati, sublata negatione quòd sit obscurus.

Ex Scoti sent. sequitur, sola mea humanitate assũpta, quòd ego ero is qui sum, & ego ero Deus.

Hoc cõsequẽs esse hæreticũ ostenditur.

ille qui gignendus erat à Virgine, non assumpta humanitate, idemmet nulla entitate sui adempta fuit de Spiritu Sancto conceptus: & illum hominem adoramus, quod est hæreticum; sicut me adorarent Angeli assumptum, vt declaraui: & hic loquendi modus, quòd ego possum esse Deus sola humanitate assumpta, indicat planè humanitatem ipsam esse personam, & in Christo fuisse humanam personam, siquidem non esset sola humanitas assumpta, sed homo. Necessarium igitur omninò est confiteri aliquam entitatem meam, quæ non assumeretur, assumpta sola humanitate: & ita accidisse in Verbi Incarnatione.

Hoc indicat in Christo fuisse humanam personam.

23. *Scoti* assertū Quòd non solum natura, sed suppositū possit assumi.

Illud verò à Ioanne Scoto per oscitantiam dictum est, quòd non solùm natura, sed suppositum possit assumi. Hoc enim dissidet ab eius sententia euidentissimè: nam cum suppositum nihil addat naturæ, nisi negationem illam quòd non sit in alio; per ipsam assumptionem qua suppositum in alio esset, desineret esse suppositum; ergo suppositum non esset assumptum. Et confirmatur, quia suppositum assumptum non esset in alio; & adhuc esset suppositum, vt Scotus vult: ergo etsi humanitas Christi sit in alio, erit suppositum. Probatur consequentia, quia humanitas hoc solo distinguitur à suppositio ex placitis Scoti, quia est in alio. Consequens autem est hæreticū, quòd humanitas Christi sit suppositum.

Improbatur vt à dicta sua sent. dissidens.

Confirm.

Sequitur qđ humanitas Christi sit suppositum, quod est hæreticum.

24. Ex his 9. Probatio.

Aliud argumentum ex his conficitur; quoniam natura humana priùs condita est ordine naturæ, quàm assumpta; illa autem prioritas naturæ satis est, vt quædam affirmentur verò, quædam falsò; verbi gratia, quòd humanitas illa ordine naturæ fuerit priùs condita, verum est; assumpsit enim creatam naturam: quòd verò non fuerit suppositum, etiam verum est, & iuxta fidem Catholicam confitendum. Contra probatur, quòd iuxta opinionem Ioannis Scoti ordine naturæ illa humanitas priùs fuerit suppositum humanum, quā assumpta: nam humanitas in illa antecedentia naturæ ante vnionem Verbi non fuit in alio suppositio; sed hoc quod est, non esse in alio, facit esse suppositum, vt Scotus vult; quia est negatio, qua suppositum differt à natura

Natura humana priùs cōdita est ordine naturæ, quàm assumpta.

Quòd verò non fuerit suppositum, iuxta fidem Catholicā confitendū.

At in *Scoti* sententia, ordine naturæ humanitas priùs fuit suppositum, quā assumpta.

Ostenditur.

A indiuidua; ergo ordine naturæ illa humanitas fuit suppositum priùs quàm assumeretur à Verbo. Considero autem humanitatem illam nudam absque omni colligatione cum suppositio diuino, quæ vt sic absquè dubio non erat in alieno suppositio; ergo erat suppositum. Quod argumentum clarius est, si dicas illam humanitatem ordine naturæ factam existentem; existebat enim, & non in alieno; ergò erat suppositum.

Proponitur clarius.

Quòd si dicas humanitatem non esse conditam existentem ante assumptionem, & ideò non fuisse suppositum. Eodem argumento rem conficimus; consequens enim est, vt existentia pertineat ad rationem formalem suppositi; vt aliqui opinati sunt magis verosimiliter; non ergo negatio facit suppositum, sed existentia addita naturæ, quam tamen opinonem refellemus posteà.

25. Obiectio.

Retorquetur.

Hæc autem maximè confirmantur sententiâ illâ Innocentij, Verbum consumpsisse personam hominis: non enim potest dici consumpsisse personam, quia amouerit negationem; negatio enim amouetur affirmatione: quare ex sententia Scoti potiùs additum est suppositum naturæ, quàm aliquid è natura consumptum, aut imminutum, vt Innocentius Primus significat, cum ait personam consumptam. Iam verò quòd Theologi vno ore prædicant, Verbum substituisse suum suppositum vice humani suppositi, apertissimè indicat aliquid reale detractum humanitati illi, & impeditum, vt aiunt, quod fuerit supplendum, & compensandum diuino suppositio: negatio autem cum remouetur, nihil remouetur, imò aliquid ponitur; nulla ergo compensatio, aut supplementum necessarium erat.

26. Confirm. 1. ex sent. illa *Innocent. I.* sc. Verbū consumpsisse personam hominis.

In *Scoti* sent. potiùs additum est suppositum naturæ, quā aliquid è natura consumptum, aut imminutū.

Adhuc idem probatur: nam Verbum diuinum est verè, & propriè suppositum humanitatis, non proprium, sed alienum; maximè tamen propriè, verè, & formaliter suppositum subsistens in humana natura; aliàs non esset homo: ideò autem dicitur suppositum humanitatis, quia habet humanitatem, & humanitas est in illo: ergò hic modus habendi naturam est intrinseca ratio suppositi; licèt non

27. 10. Probatio.

Verbū dicitur propriè suppositū humanitatis, quia habet humanitatē, & humanitas est in illo.

Vnde hic modus habēdi naturā est intrin

M tota,

secta ratio suppositi, licèt nō completa.

tota, & completa ratio, vt posteà docebimus; ergo Petrus per hoc idem est suppositum, quia habet naturam. Hoc enim solum est discrimen, quòd Verbum habet humanitatem alienam, Petrus suam: sed naturā Petri non habet se; ergo in re ipsa est aliqua distinctio, quapropter Petrus naturam habet, natura non se habet: alias si habere humanitatem nō indicat in supposito modum alium entis ab humanitate distinctum; ipsa humanitas in Christo est homo, & ipsa humanitas operatur, & ipsa humanitas est Deus, & ipse homo est assumptus: quæ omnia sunt paradoxa Theologis, & omnium sensu refutata. Et illud est consequens contra definitionem Ecclesiæ, vt sit ipsa quoque humanitas, cui nihil deest hominis, humanum suppositum, scilicèt completa substantia in suo genere. Quæ consequentia in substantia composita, & materiali firmissima est.

Hoc modo Petrus est suppositum.

At natura Petri non habet se.

Si hic modus entis nō est in supposito alius ab humanitate distinctus, ipsa humanitas est homo, &c.

28.

Pro *Scoti* sent. ab errore vindicanda 1. interpret.

Hæc ergo opinio meritò repudiatur à Theologis. De qua vt dicam quid sentiam, vellem priùs Ioannem Scotum ab hoc errore vindicare: fortè enim philosophica quadā consideratione existimat, suppositum constitui per negationes illas, & per easdem distingui à natura; idem enim distinguit ab alijs, quod constituit vnumquodque. Quod assertum ab omni periculo errandi in rebus fidei liberum est, dummodò confiteamur aliquid rei contineri in supposito, quod non contineatur in natura; etsi illud existimet non pertinere ad constitutionem formalem suppositi, sed esse inter suppositum, & naturam medium. Patres enim nihil decernunt de his subtilioribus quæstionibus. Satis ergo erit viro Catholico aliquid rei agnoscere additum naturæ, quod in humanitate Christi impeditum fuerit, & compensatum personali subsistentia diuina. Sed contra hunc commentarium opinionis Scoti, occurrit illud argumentum ipsius Scoti affirmantis, nihil reale non fuisse assumptum; totum ergo ens solis negationibus reiectis in Verbo existit, quod falsum est, & necessariò improbandum. Alij declarant mentem Scoti, quòd loquatur de negationibus quasi priuatiuis, quæ postulant subiectum adæquatum. Sed hoc quoque præsidium Scotus sibi diruit,

Fortè tenet per negationes suppositū formaliter constitui, & distingui:

At non negat inter suppositum, & naturā aliquid rei mediū, in supposito aliàs, nō in natura contentum.

Interpretatio confutatur ex *Scoto* docēte nihil reale non fuisse assumptum.

2. Interpret.

Refutatur 1. ex doctrina

qui has negationes suppositi ait esse separabiles, & vagas, vt arguendo retulimus; negationes autem separabiles non sunt priuatiuæ, vt iam disputauimus. Præterea, si illæ negationes consequuntur rem additam naturæ, hoc ipsum additum quicquid rei sit, ait Scotus fuisse assumptum, solis exclusis negationibus.

Ergo licèt quidèm per nos alijs quibus visum fuerit explicare Scotum. Omninò tamen confitendum est, suppositum humanum, & naturam non differre re ipsa solis negationibus. Cui sententiæ contraire, valdè periculosum in fide esse existimamus, & parùm abesse ab errore. Nam cum definitum sit in Synodo Ephesina, & refertur in Calcedonensi actione 1. Verbum assumpsisse naturam, non suppositum; ea fides quòd in Christo Domino sit natura humana sine supposito proprio, non rectè declaratur sine distinctione aliqua rei, quæ est natura, & rei quæ est suppositum: nec enim res eadem distinguitur à se ipsa sola negatione. Quàm sit verò ea distinctio necessaria, probatum est, & manifestè conuincitur.

Verùm ad finem disputationis occurrit modus tuendi opinionem Durandi, & Ioann. Scoti. Quidam enim opinantur existentiam non distingui re ipsa à natura; & tamen alia est ratio formalis existentiæ, & alia naturæ: & existentia accidit naturæ, quæ non est perpetua: ergò eodem modo natura, & suppositum distinguuntur rationibus formalibus, vt vult Durandus, ita tamen vt suppositū physica actione adueniat naturæ, & possit impediri, sicut de existentia dicendum est. Et ad sentētiam Scoti hoc idem accōmodando, dicendū erit, suppositum præter id absolutum quod addit naturæ secundum rationem formalem addere etiam negationes.

Respondendum his est primùm; fortè illam opinionem quæ non distinguit existentiam à natura creata re ipsa, sed sola ratione formali, non esse verosimilem, de qua posteà disputabimus. Sed etsi illam probabilem esse permittamus, non idem sentiendum est de natura, & supposito. Nam essentia creata antequam producatur est nihil, & producta est verum ens, & ita dicitur existens: differunt ergo natura non existens, & existens,

Scoti, de qua n. 16.

Refutatur 2. vt 1. interpret.

29.

Sent. tenēda: Suppositum humanum, & natura nō differunt re ipsa à solis negationibus.

Opposita iudicatur periculosa in fide, & parùm abesse ab errore.

Definitio *Synod. Eph. Syn. Calced.* sc. Verbum assumpsisse naturam, non suppositum.

30.

Altera interpr. opinionum *Durandi, & Scoti.*

Opinio ponens non distingui existentiam re ipsa à natura, &c.

Aptatur 1. Sententiæ *Durandi.*

Aptatur 2. Sententiæ *Scoti.*

31.

Hæc interpr. refutatur 1.

Refutatur 2.

1. Ratio diuersa

Differuntne natura non existēs, & existēs,

vt nihil, & ens:

At natura, & suppositum simul existunt.

12. Ratio diuersa, ex n. 22.

existens, vt nihil, & ens. At verò non ita differūt natura, & suppositum creatum, cum vtrūq; simul existat; ergo necesse est vt aliquo positiuo distinguantur. Præterea in Verbo confitemur naturam humanam existentem, & suppositum humanum non existens, quod tamen potuit existere; & illud si existeret, non esset natura, sed suppositum. Est ergo necessarium inter has duas res etiam actu existentes discrimen aliquod reale agnoscere, vt commonstratum est. Argumenta autem istorum Doctorum quibus probāt suppositum creatum nihil addere naturæ quod sit re ipsa distinctū, post nonnulla quæ sunt aliquibus capitulis tractanda, refutabimus.

Confirmatio.

32. Cōtra quosdā, Verosimile est distinctionem inter naturam materialem, & suppositum, *Aristotelē* agnouisse ex parte.

1. locus.

2. locus.

QVòd suppositum distinguatur à natura materiali, ex parte videtur agnouisse Philosophus; ex parte (inquam) quatenùs suppositum subsistit, & natura quæ est in supposito non subsistit. Hac enim ratione naturali distingui suppositum à natura commonstrauimus. Arist. igitur lib. 1. Metaph. cap. 1. actiones attribuit singularibus, nomine autem singularium intelligit Calliam, aut Socratem, quæ sunt suppositа. Et lib. 1. de anima, tex. 64. negat animam misereri, sed hominem, his verbis: *Dicere autem irasci animam simile est, ac si quis dicat, eam texere, aut ædificare. Melius enim fortasse est non dicere, animam misereri, aut addiscere, aut cogitare; sed hominem animâ.* Quibus in verbis Arist. negat animæ proprias actiones; quia non est completa substantia: ergo verosimile est hanc distinctionē inter naturam, & suppositum quod habet naturam, Philosophum attigisse. Et 7. Metaph. cap. 6. in his, quæ habent materiam affirmat non esse idem, quod quid est, & cuius est. Nā quod quid est, est natura, & quidditas; & cuius est, est suppositum habens naturam. Quidam interpretantur finistrè Philosophum, quòd his verbis distinxerit singularia ab vniuersali natura; quasi vniuersalis natura dicatur quod quid est, & singulare cuius est. Sed nos potiùs debemus verba Philosophi in hunc sensum inducere, vt distinctionem suppositi, & naturæ materialis agnouerit, quod mysterijs fidei est consentaneum. Præterea Commentarius ille alienus est à mente Aristot. Nam in substantijs, quæ sunt materiâ concretæ, discernit quidditatem, & id cuius est quidditas; & hæc ait non esse distincta in substantijs primis, hoc est nobilissimis, quæ scilicèt à materia sunt separatæ, vt interpretatur S. Thom. Substantias enim materiales opponit primis, hoc est spiritualibus substantijs: in his spiritualibus ait non distingui quod quid est, & cuius est; de qua sententia posteà disputabimus. In substantijs verò materialibus ait hæc distingui. Denique cap. de substantia, suppositа materialia vocat primas maximèq; substantias, non quia nobilissima sint, sed quia substant accidētibus. Cum ergò perspicuum sit in re philosophica hanc humanitatē non substare maximè, & præcipuè accidentibus, sed hunc hominem; indicium est non spernendum, quòd Philosophus nomine singularium non naturas indiuiduas, sed suppositа intellexerit, planè discernens suppositа ab indiuiduis naturis. Nam & nos, quas Aristoteles dixit primas substātias, proprio nomine dicimus suppositа; negamusquè indiuiduas naturas esse primas substantias ab Aristotele definitas, vt posteà docebimus.

Philosophus in substantijs primis, hoc est spiritualibus, ait non distingui quod quid est, & cui' est.

Refutatur 3. Suppositа materialia vocat primas substātias, maximèq; substantias.

33. Pro tradita distinctione *S. Augusti. S. Anselm. S. Bernar. Leo Papa.*

Hanc autem sententiam, quę Catholicis indubia tenenda est, confirmant Patres, S. Augustinus 15. de Trinit. cap. 17. S. Anselmus Monolog. cap. 15. & 16. S. Bernard. Serm. 80. in Cantica. Leo Papa epistola 93. & alij, qui hoc Deitati ob simplicitatis excellētiam tribuunt, vt non sint distincta attributa ab eo, qui habet attributa, vt in lib. 1. disputatum est. Quod idem docet S. Thomas 1. p. q. 3. art. 3. & 4. Est etiam sententia ista cum fidei dogmat. coniuncta, vt nō possit citra hæresim negari distinctio aliqua saltē rationis formalis inter suppositum, & naturā. Quapropter Vigilius Papa lib. 2. contra Eutichetem, & S. Ioannes Damasc. lib. 3. fidei Orthodoxæ cap. 3. docet, hæreticos ignorantes distinctionem suppositi, & naturæ, in errores extremos incidisse; quosdam negantes personas plures diuinas, cum natura sit vna; alios ponentes naturas plures, eò quòd personæ sint plures. Sed tamen si naturam à personis cogitatione distinguamus, iam poterimus cogitare vnam naturam, & personas plures, quod sine distinctione suppositi,

S. Thom.

Illius distinctionis ignoratio fuit causa hæresum. *Vigil. Papa, S. Damasc.*

Ex ea ignoratione hęresis Sabelliana.

Item Ariana.

Sine distinctione nō poterimus cogitare vnam naturam, & personas plures.

3. locus. affirmans in his quæ habēt materiam non esse idem quod quid est, & cuius est.

Sinistra interpretatio *Soar. in Met. d. 34. sect. 3.*

Refutatur 1.

Refutatur 2.

positi, siue personæ, & naturæ, neque fingi potest cogitando: si enim suppositum, & natura idem omninò est, & nulla ratione distinguuntur, vel est vnum suppositum, quia natura est vna; vel tres naturæ, quia suppositа sunt tria. Illa est hæresis Sabelliana, ista Ariana. Et eandem causam hæresum obseruat Eusebius lib.10. Ecclesiasticæ Historiæ, cap.29. Et S. Epiphan. 7.Synod. actione 6. & S. Anastasius lib. 1. de rectis fid. dogm. egregiè disputat, personam, siue suppositum non esse naturam subsistentē, quia suppositа tria diuina essent tres naturæ,& Dij tres.

Euseb.
Epiph.
S. Anast.

34. *Bellarm.* pro eadem distinctione cōmemorat *S. Basilium, Nyssen. Damasc. S. Cyrill.* Eam docent *Caiet. Ferrar. Argent.* *Ægid.* *Alens.* *S. Bonau. Alb. Magn. Richard. Altisiod.*

Denique Bellarm. lib. 2. de Christo, cap. 4. commemorat S. Basilium, S. Gregor. Nyssenum, S. Ioann. Damasc. & S. Cyrillum asserentes, suppositum scilicet creatum addere aliquid naturæ; quæ est Theologorum explicatior sententia, quam tradidit Thom. Caietan. post Doctorem Sāctum 3.p.Et cum Caiet. sentit Francis. Ferrar.lib.4. contra gent. cap. 43. Sed olim hoc idem docuerat Thom. Argent. in 3. d. 6. q. 1. art.1. vbi testatur etiam auctorem opinionis Ægidium Romanum, quæ Doctorum consensu frequentissima iam est. Non minùs perspicuè firmant eandem sententiam Alexand. Alens. 3. p. q.4. memb. 6. & q.6. memb. 4. S. Bonauent. in 3 d.5.art.2.q.2.& 3. Albert. Magn. d. 3 art. 3. Richard. distinct. 6. art.1. Altisiodor.3.lib.suæ Summæ,tractat. 1. q. 8. qui docent proprietatem suppositi non esse intrinsecam entitatē naturæ; est ergo entitas addita naturæ, qua necesse est suppositum à natura re ipsa distingui.

CAPVT XVII.

Variæ sententiæ refelluntur de ea re quam addit suppositum naturæ.

1. QVoniam suppositū est habens naturam, necesse est vt naturæ quam habet, addat aliquid, quo ab illa distinguatur, tanquam includens ab incluso: in quo omnes concordant quotquot re ipsa distinguunt suppositum creatum à natura. Sed quid illud sit quod additur, discordant plerique, ita vt opus fuerit integro capite opiniones dispares confutare.

Prima opinio est asserentium, quòd suppositum addat naturæ materiam signatam cum dispositionibus accidentarijs. S. Basilius in Epistola ad Gregorium de differentia naturę,& hypostasis, discernit naturam ab hypostasi, hoc est, à suppositо, quia hypostasis habet differentias singulares, quas non habet natura. Et idem docet S.Ioann. Damasc. lib.3. fidei orthod. cap.4. & 6. At verò S. Thomas clariùs hoc idem tradere videtur 1. p. q. 3. art. 3. docens suppositum materiale distingui à natura, quia continet materiam signatam cum accidentibus. Et quæst.8. de potent. art. 3. ad 6.ait hypostases creatas distingui per essentiam, proprietates verò consequētes essentiam, indicare distinctionem.

2. 1.Sentent. addi materiā signatam cum dispositionib⁹ accidentarijs. Pro ea cit. *S. Basil.* *Damasc.* *S.Thomæ* 1. locus. 2. locus.

Hæc tamen opinio non est verosimilis, & euidentèr refellitur; suppositum enim est ens per se vnum, quod non includit accidentia. Quapropter sicut exclusimus accidentia ab indiuidua natura, ita etiam reijcienda sunt à suppositо naturæ, quod est ens per se completum. Accidentia etiam adueniunt suppositо; quare necesse est vt suppositum antecedat accidentia iam constitutum,& completum. Deniq; materia signata, & accidentia pertinent ad indiuiduationē naturæ; nos verò vltra naturā indiuiduam inquirimus suppositū quid addat ipsi naturę. Patrib⁹ verò illud fortè studio fuit, vt saltē ostenderent naturā cōmunē nō includere accidentia, quibus singularia ornantur; vt aliquo modo indicarēt posse in natura vna inueniri plura suppositа; quia cum hæreticis Philosophiæ rudibus disputabant; aut certè proprietates hypostaticas suppositis attribuunt,& illas vocant differentias singulares, non accidentia, aut dispositiones accidentarias. Et ita verisimè docent, hypostasim continere proprietatē, scilicèt hypostaticam, quam natura non continet. Præterea, quia suppositum subsłat accidentibus; natura autem materialis non subsłat illis, vt probatum est, hoc quoq; sensu suppositum distinguitur à natura per accidentia quæ habet, vt admonuimus antea; sed non ita, vt accidentia contineantur in conceptu suppositi, qđ est ens per se vnum antecedens accidentia. S.Thom. explicabimus de substantia Angelorum disputantes; est enim locus ille difficilis: constat tamen Doctorem

3. Refellitur 1. euidenter. Suppositum est ens per se vnum, vide cap.5.n.4. Refellitur 2. Accidentia adueniūt suppositо constituto. Refellitur 3. Ad Patres 1. interpretatio. 2.Interpret. 3.Interpret. ex cap.7.n. *Ad D.Tho.* infra ca 7. n.4. &5.

In Christo sunt accidētia, non tamen humanum suppositum.

4. Dictæ sent. 1. explicatio.

2. explic.

3. explic. *Heru.*

5. 1. & 2. explicationis de potentia passiua, & affectione qua natura afficitur accidentibus

1. Confutatio

2. Confutatio.

3. Confutatio.

Responsio.

Refutatur.

6. 3. Explicationis de ordine ad accidentia. Quoad prædicamentalem,

1. Confutatio.

2. Confutatio.

Responsio de transcend.

Doctorem sanctum non dixisse, suppositum constitui per accidētia, quòd certè incredibile est. Hoc autem argumento ducto ab Incarnatione Verbi, certissimè finitur. Nam in Christo sunt accidētia tàm à natiuitate insita, quàm alia vaga, quæ possunt separari; & non est in Christo humanum suppositum; ergo accidentia non constituunt rationem formalem suppositi.

Sed potest isthæc opinio tribus modis variari, vt dicamus suppositum addere naturæ potentiam passiuam accidentium: aut affectionem quandam, qua natura vt affecta accidentibus sit suppositum; aut saltem in ordine ad accidētia, vt existimauit Heruæus quodlib. 3.

Hæc opinio sic elucidata aliquid veritatis indagat, quod non attingit. Compertum enim est, suppositum esse subiectum accidentium, quod non est natura, quæ propriè loquendo non substat: sed vnde hoc conueniat supposito, non aperiunt. Præterea quid sit illud, quod suppositum affert, quo à natura discernitur per se primò, non norunt. Neque enim hoc additum est passiua potentia, vt capite sequenti commonstrabimus. Neque est affectum esse accidentibus; nam affectum esse accidentibus, est effectus formalis ipsorum accidentium, vt ostendimus disputantes de causalitate formæ. Et hæc item inueniuntur in humanitate Christi, in qua non est suppositum humanum; ergo hæc non pertinent ad rationem formalem suppositi. Sed posset quis dicere, diuinum suppositum attulisse humanitati hanc potentiam siue affectionem, qua accidētibus copulatur; & ita esse proprium hoc suppositi. Verùm etsi hæc non nisi in supposito sint, non tamen hæc ipsa constituunt rationem formalem suppositi, vt ostendimus.

Quòd verò suppositum constituatur per solum ordinem ad accidentia, est impossibile. Nam si per ordinem realem, qui sit relatio prædicamenti, erit suppositum relatiuum, quod est paradoxum, & impossibile; relatio enim nō facit naturam capacem accidentium, cum ipsa sit accidens: neque potest includi in conceptu entis per se, quod est suppositum. Quòd si dicas, esse relationem transcendentem (quod genus relatiuum lib. 3. improbauimus) recidis in

A sententiam damnatam cápite antecedenti, non distinguens naturam à supposito reali distinctione; quia hæ relationes transcendentes ideò dicuntur non esse accidentia, quia non sunt distinctæ ab ipsa substantia; suppositū autem, & natura sunt re ipsa distincta. Et euidentissimè refellitur ista opinio; nam si natura ante suppositum non est capax accidentiū, adhuc non habet relationem istam transcendentē ad accidentia; ergo aliquid reale illi additur, quo sit capax accidentium; & ad illud additum consequitur relatio transcēdens: quod necesse

B est fuisse additū à Verbo diuino per assumptionem humanitatis; aliàs suppositum esset humanum antecedēs assumptionē. Itaq; illa humanitas ante assumptionem ordine quodam naturæ non fuit capax accidentium, neq; habuit ordinē istum transcendentē ad accidentia, aliàs esset suppositū vt isti volunt; ergo per assumptionem aliquid acquisiuit, vt fieret capax accidentiū, & referretur ad illa.

Si tamen intelligas suppositū addere affectionem, hoc est modum realem, quo natura affecta est capax accidentium.

C Hoc quidem probabile est, vt dicemus: & absque dubio quicquid sit illud additum; suppositū acquirit per illud quod addit, hanc affectionem siue modum, vt propriè subsistet accidentibus. Nihilominus ordo iste ad accidentia posterior est in supposito, & ille prior, quo cum existentia comparatur; quia existentia suppositi antecedit accidentia, & est actus proprius suppositi, vt docebimus. Et hoc fortè indicat Ioannes Capreol. in 3. d. 5. q. 3. art. 3. dum docet suppositum in obliquo continere existentiam, quia scilicèt existentia est actus proprius suppositi, licèt non sit ipsa ratio suppositi, vt

D statim dicemus: intelligitur tamen suppositum cum ordine ad existētiam, quia est id quod est; & propter hunc ordinem dicitur continere existentiā in obliquo.

Est ergo secunda opinio non paucis Doctoribus approbata, quòd suppositū addat naturæ solā existentiā. Hanc opinionem complectitur Barth. Medina vir literatissimus, quem habui quondam magistrum. 3. p. quæst. 4. ar. 2. concl. 2. & in respōsione ad argumēta Capreoli, 4. concl. ad 1. Et Auctor concordantiarū S. Tho. dub. 114. & Hispal. in 1. d. 4. q. 2. ar. 3. & Siluest. in conflato 1. p. q. 29.

Refutatur 1. ex lib. 3. cap. 1. p. 1. n. 7.

Secundò ex cap. anteced.

Refutatur 3. euidentèr.

Naturæ aliquid reale additur quo sit capax accidētiū, ad qđ relatio trāscendens (si quae est) consequitur.

Illud reale additum est à Verbo assumēte humanitatem.

7. 2. Explicationis intellectus probabilis de affectione, id est, modo reali, quo suppositū propriè subsistet accidentibus.

Refutatur. Ordo ad accidētia posterior est in supposito ordine ad existentiam.

Hæc est actus proprius suppositi

Explicatur *Capreolus*, dicens suppositū in obliquo continere existētiam, propter ordinē ad illam.

8. 2. Sententia, addi solam existentiam.

Medina Auctoris mag. *Auct. Cōcor. Hispalens. Siluest.*

Palud. Pro ea cit. *S. Thom.*

art.1. Et Palud.in 3.d.1.q. 1. in eandem opinionem propendent. Patronum sibi asciscunt S.Thom.q.9.de potent.art.5. vbi ait personam significare naturam cũ modo existendi per se. Quæ verba facili commentario declarantur, neq; enim illum modum ponit in ipsa existentia,vt existentia cum illo modo sit ratio formalis personæ; sed ponit modum quendam in natura, quo per se apta est existere,vt posteà elucidabimus.

Ad hunc cõmentarius.

9. Hęc Sét.vt nõ verosimilis.

Hæc opinio manifestè confutatur, neque est verosimilis. Primùm, quia diuina suppositа etsi habeant relatiuas existentias, quod nos negamus; tamen non constituuntur per existentias, sed per ipsas relationes : ergo ratio propria suppositi non est existentia, sed aliud quid, quod appellamus hypostaticam proprietatem. Deinde Verbum assumpsit humanitatem ad suam personalitatẽ, quæ est ipsa diuina proprietas, non existentia,sed relatio hypostatica;ergo etiã in supposito naturæ creatæ,ratio suppositi est proprietas hypostatica,& non ipsa existentia. Præterea ab hac opinione necesse est dissentire & eos qui naturam ab existentia non distinguunt, & eos qui distinguunt cum S. Thom. Nam qui naturam ab existentia nullo modo distinguunt re ipsa,confitentur humanitatem Christi existentem existentiâ humanâ, quæ existentia est ipsa humanitas producta,non esse suppositum, ne hæresi consentiant Nestorianæ: ergo existentia humanitatis non est ratio formalis suppositi : cum illa humanitas existens non sit suppositum. Qui verò, vt æquum est,distinguunt re ipsa naturam creatam ab existentia,coguntur adhuc vehementibus argumentis,ante vltimam existentiam constituere completam substantiã, quod est suppositum; suppositum enim est id,quod aptum est esse,natura autem ante suppositum non est apta esse vt id, quod est : sicut enim hæc humanitas nõ est hic homo, ita neque est id quod est; nam hic homo est id quod est: ergo id quod aptum est esse, nempe suppositum, antecedit ipsum esse, quod est existentia; ergo existentia non est ratio constituens suppositum. Quòd etsi ponas existentias partiales, vt quæq; pars habeat suam existentiam, adhuc est necesse distinguere suppositum à natura. Nam etsi fingas naturam existentem ante suppositum, illa non existit vt id quod est; ergo existentia illa naturæ non est ratio completa suppositi; sed adhuc necesse est addere aliquid constituens id quod est, quod est suppositum; & illud additum inquirimus.

Improbatur 1. exemplo diuinorũ suppositorũ, quæ etsi habeant relatiuas existẽtias, constituuntur per relationes.

Improbatur 2. speciatim exẽplo Verbi diuini.

Improbatur 3. in opinione, quæ nõ distinguit naturã ab existentia, ne incidat in hæresim Nestorianam.

Itẽ in opin. *S. Thomæ*, quę distinguit, Improbatur 1. Cõpleta substantia,seu suppositũ sicut est id quod est; ita est id quod aptum est esse id quod est,atque adeò antecedit ipsum esse, seu existentiã.

Etsi fingatur natura existẽs partiũ existentijs partialib', illa nõ existit, vt id quod est.

10. Improb. 2. euidentius.

Repellitur adhuc ista opinio euidentiori argumento. Petrus enim, verbi gratia, est suppositũ humanitatis, vt liquet, constatque apud omnes; sed Petrus essentialiter est homo : ergo nihil continetur nomine Petri quod sit cõtingens; aliàs illo addito contingenti Petrus nõ esset essentialiter homo, sed contingenter, quod est falsum: ergo existentia quæ rebus creatis contingit, est extra conceptum suppositi,quod est Petrus. Huic argumento quidã occurrunt allato exẽplo, in quo sit eadem difficultas superãda; coniunctio enim animæ, & corporis est contingens, & tamen ipsum coniunctum quod est homo, est essentialiter animal, non contingenter : humanitas etiam contingenter vnita est Verbo, & tamen coniunctum quod est Christus essentialiter est homo. Sic,aiunt, licèt existentia coniungatur cum natura contingenter, tamen ipsum coniunctum;quod est Petrus verbi gratia, essentialiter est homo. Responsio tamen ista non satisfacit; nomina enim substantiarum materia constantium significant ipsum cõiunctum, & nomen Christus significat coniunctum Verbum cum humanitate; & hæc significata sunt per se entia, in quorum conceptu coniunctio est intrinseca : at verò in cõceptu suppositi creati existentia est contingens;ergo non includitur in ipso conceptu suppositi coniunctio naturæ cum existentia.

Quorundam Responsio, assignans instantiam in vnione physica.

Itẽ in vnione hypostatica.

Declaremus igitur argumentum;nam Petro accidit existere, cum sit ens creatum, quod potest non existere;ergo existentia non est ratio formalis Petri;ergo neque suppositi quod est Petrus. Et explicatur magis adhuc; conceptus enim Petri est inuariabilis, siue existat, siue non existat; non ergo est formaliter Petrus per existentiam, sed per aliquam aliam proprietatem suppositi. Quod argumentum etiam in ea opinione, quòd existentia non distinguatur à rebus, firmissimum est : nam & hi Doctores ostẽdunt necesse esse essentias rerum non semper existere; quia dum sunt in suis causis, non existunt : sunt autem rerum essentiæ

Refutatur. Nomine Petri significatur ipsũ cõiunctũ. Itẽ nomine Christi. Vnde in eorũ conceptu coniunctio est intrinseca. In conceptu suppositi creati existẽtia est contingens.

11. Declaratur. Petro accidit existere. Declaratur magis. Cõceptus Petri est inuariabilis, siue existat, siue non.

Hęc improbatio firma est etiã in priore opinione relata n.9.

essentiæ inuariabiles in conceptu proprio, quibus accidit existere. Cum ergo Petro accidat existere, & Petrus sit suppositum; necessariò colligitur existentiam esse extra conceptum suppositi.

12. Alix duæ euasiones. 1. Euasio.

Sed videtur duabus vijs euasio aliqua aperiri. Prima est, vt dicamus Petrum non esse idem omninò cũ supposito humanitatis; & ita Antichristus modò, qui non existit, est quidam homo, & essentialitèr homo, sed non est suppositum, quia non existit. Hoc tamen responsum est apertissimè falsum: suppositũ enim humanitatis est id, quod habet humanitatem proprietate quadam constitutũ, quæ proprietas significatur nomine Petri, vel nomine proprio Antichristi, qđ adhuc non est notum; ergo Antichristus etiam non existens est suppositum. Et confirmatur euidenti argumento; nam si Deus assumeret hunc hominem cum ista proprietate hypostatica, non assumeret solam naturam, sed etiam suppositũ; ergo hic homo intelligitur proprio conceptu suppositum, siue existat, siue non existat.

Præcluditur. Suppositũ humanitatis est id quod habet humanitatem proprietate hypostatica constitutam, quæ significatur nomine Petri, vel nomine proprio Antichristi.

Præclusionis confirmatio euidens.

13. 2. Euasio.

Secunda euasio est, vt cogitemus existentiam in sua causa, & extra causam; & suppositio non creato, quod est adhuc intra causam, attribuamus existentiam in causa: suppositio autem creato existentiam actualem extra causam: & hac ratione videtur non improbari, quòd existentia claudatur in conceptu suppositi; est enim nunc Antichristus suppositum cum sua existentia in potentia causæ: & cum fuerit creatus, erit idem suppositum cum existentia extra causam. Sed hæc responsio quæ apparet arguta, futilis est valde, & vana: nam quia existẽtia est actus vltimus rei cuiusque, quâ formaliter existunt res omnes; non potest intelligi res coniuncta cum existentia, quin actu existat; sicut res coniuncta cum albedine actu est alba: ergo existẽtia illa in causa, si in ipso conceptu coniungatur cum natura, intelligitur necessariò natura existens; sicut si cum corpore non creato coniungatur albedo, intelligitur corpus album, quod est ens per accidens. Et sicut corpore non creato impossibile est corpus esse album, ita impossibile est suppositum non creatũ, esse existens: & tamen intelligitur ipsum suppositum coniunctum ex natura, & proprietate antequã creetur; ergo proprietas ista non est existentia. Et confirmatur; quia cum illo suppositio nõ creato non coniungitur existentia, sed quod possit existere. Non ergo existentia, sed potentia ad existentiam pertineret ad rationem formalem suppositi. Quæ tamen potentia nihil est in re ipsa possibili: ergo neque illa cõstituit suppositum. Euincimus igitur, suppositũ tam increatum, quàm creatum, non constitui per existentiam.

Præclusionis confirmatio.

Cũ suppositio non creato cõiungitur potẽtia dũtaxat ad existentiã, quę potentia nihil est in re possibili.

14. 3. Sẽt. addi existentiam connotatã, vt n. 7. *Capreol.*

Ioannes Capreolus in 3. d. 5. q. 3. art. 3. arbitratur, suppositum includere existentiam, non intrinsecè vt partem, sed importare illam quasi connotatum, vt aiunt dialectici, quia suppositum est id quod est, siue aptum est esse. Et eandem sententiam sequitur Iauell. 7. Metaph. q. 17. Et quidem si hos Auctores interpretemur, quasi nullum aliud discrimen posuerint inter naturam, & suppositum, nisi quòd suppositum habeat ordinem ad existentiam, quem non habeat natura: meritò arguuntur à Francisco Ferrariense, & Thom. Caiet. tum quia in ipsis rebus distinctis necesse est aliquid insitum intelligere quo distinguantur; neque contrarium vel etiam cogitando fingi potest, vt scilicèt distinguantur res aliquæ, per id solummodò, quia res aliæ ad quas habent ordinem, sunt distinctę: sed neque ipse ordo, qui est relatio, potest distinguere, vt anteà comprobauimus. Præterea, si suppositum habet quẽdam ordinem ad existentiam, & natura ordinem alium; hoc ipsum comprobat aliquam aliam distinctionem esse inter naturam, & suppositum; quia suppositũ respicit existentiam vt quod, natura verò vt quo. Si autem solum suppositum habet ordinem ad existentiam, quem natura non habet; hoc ipsum habere ordinem, & non habere, indicat suppositũ, & naturam re quapiam alia distingui; quia de re eadem non affirmamus, & negamus. Sed tamen si hos Auctores alitèr interpretemur, vt per existentiam connotatam indicauerint modum entis diuersum in suppositio materiali, & natura: vera est sententia, quæ tamen ipsa inuolucra veritatis non detegit: vera, inquam, est, tum in eo quòd indicat modum entis diuersum in suppositio, & natura; tum in eo quòd existentiam ponit extra suppositum; etsi in obliquo quasi extrinseca, & cum quodam ordine continetur;

1. Eius explicatio, de solo ordine ad existentiam. Meritò improbatur à *Ferrar.* *Caiet.*

1. Ratio. Non dicuntur res distinctæ propter solum ordinẽ ad res alias distinctas.

2. Ratio ex num. 6.

3. Ratio. In suppositio ordo ad existẽtiam vt quod, in natura vt quo, vel in illo ordo aliquis, in hac nullus, indicat hæc re quapiam alia distingui.

2. Explicatio, de modo entis diuerso in suppositio, & natura.

Approbatur 1. vt vera in hoc. Itẽ in eo qđ existentiã ponit extra suppositum.

Nō tamen vt declaris rationem formalē suppositi.

15.

4.Sent. addi existētiam cū negationibus Scoti

Ait humanitate, v.c existēte eē adequatū subiectū illarum negationum.

Improbatur 1. vt suis auctoribus dissona.

Improb. 2. vt Scotus cap. præced. & vt 2.sent. hic sc. vtrâq; illâ opinione deterior.

16.

5.Sent. noua, addi existētiā cū modo reali, scil. vt natura existat separatim.

1.Explicatio.

2.Explic.

3. Explic. addens modū istum esse terminū existentiæ, non essentiæ.

Declaratur.

tineatur; suppositum enim est id, quod A potest esse: sed non declarat ipsam rationem formalem suppositi, qua habet istum modum entis, vt sit id quod est.

His subiecta est illorum opinio, qui existentiæ addunt negationes Ioannis Scoti; & eas aiunt complere rationem suppositi: negationes enim additas nudę naturę, nō sufficere ad rationem suppositi, imò esse communes naturæ, & supposito, vt anteà probauimus contra Scotum: sed negationes additas existētiæ esse quasi priuationes, quæ habeant adæquatum subiectum, scilicèt suppositum quod constituunt. Sed hoc imprimis est per incogitantiam dictum; cum enim hi Doctores ponant humanitatem in Christo existentem per existentiam creatam; quę tamen non est suppositum; necesse est fateantur, humanitatem etiā existentem non esse adæquatum subiectum illarum negationum, quæ constituunt suppositum; aliàs illa humanitas esset suppositū. Improbatur autem ista opinio ijsdem argumentis, quibus comprobauimus capite antecedente negationes Scoti non constituere suppositū; & ijs etiā rationibus quibus nunc ostendimus existentiam non includi in conceptu suppositi. V triſq; enim argumentis refellitur ista opinio, vtrâq; illâ opinione deterior.

Noua sententia est eorum, qui existētiæ adduot modum realem constituentem suppositum: modum autem realem additum illum esse, vt natura non solùm existat, sed existat separatim, scilicèt non in alio. Itaque non solam negationem addunt, qua non existit in alio, sed modum quendam realem, vnde habet natura vt non existat in alio; & hunc esse modum existendi separatim. Horum Doctorum quidam existimant rationem D formalem suppositi esse ipsam existentiam addito isto modo reali. Alij verò non existentiam, sed solum modum existentiæ affirmant esse rationem formalē suppositi. Et adhuc alij addunt, modum istum realem existentiæ, esse terminum realem ipsius existentiæ potiùs, quàm essentiæ. Itaque modum istum realem quem ponunt vt proprietatem suppositi, aiunt esse terminum non essentiæ, sed existentiæ; quia eandem naturam existentem aiunt posse terminari, vel proprio termino in suo supposito, vel termino extrinseco in supposito alieno puta diuino, si natura assumatur: vnde colligunt, quòd terminus attribuendus sit non essentiæ præcisâ existentiâ, sed ipsi existentiæ, quę per modum istum completur.

Hi omnes in hoc consentiunt, quòd modus quidam realis additus existentiæ, sit ratio formalis suppositi. Et in hoc ipso quo concordant ingenuè falluntur. Ignari enim affirmant id quod vellent negare, existentiam includi in cōceptu proprio suppositi; quod multis argumētis planissimis improbatum est. B Primæ ergo opinionis assertores hoc clariùs asseuerant, dum existentiam simul, & modum illius realem aiunt esse proprietatem suppositi; ergo ipsa existentia est ratio formalis suppositi. Neq; hoc euitat secunda sententia, quæ proprietatem suppositi ait non esse existentiam, sed modum existentiæ. Nam & modus existentiæ sine existentia percipi nō potest; verbi gratia, separatim existere est propria ratio suppositi; hoc ipsum sine existentia suppositi intelligi nō potest: neque enim potest cogitari existens separatim, nisi cogitetur existens, C nam & modus existentiæ consequitur existentiam. Tertia quoq; sententia hoc ipsum manifestiùs enunciat, asserendo hunc modum realem, qui est propria ratio suppositi, esse terminum non naturæ, sed existentiæ; terminus enim existentiæ consequitur existentiam. Cum ergo ille modus dicatur terminare non naturam, sed existentiam; profectò non coniungitur cum natura ante existentiā, sed cum natura existente, cuius existētiæ est terminus; ergo suppositum habens existentiam terminatam, intrinsecè includit existentiam, quod falsum esse cōprobauimus. Errant etiam sic opinantes in eo quòd aiunt naturam non terminari, sed existentiam, simul affirmantes naturam, & existentiam re ipsa non distingui; nam cum proprietas suppositi sit terminus realis, non potest terminare, & non terminare vnam, & eandem rem; ergo vel natura, & existentia sunt duæ res, vel vtraq; terminator per modum illum realem.

Causa verò errandi omnibus his vijs eadem est, & quæ manu, vt aiunt, possit indicari; nam materialis natura est imperfecta, quia non est id quod est; neque enim

17.

5.Sententię his tribus explicationibus communis,

1.Confutatio.

Inuitis suis auctoribus affirmat existētiā includi in conceptu proprio suppositi.

Quòd hoc affirmet conuincitur clarè

1. explicatio.

Conuincitur secunda.

Modus existētiæ, sc. existens separatim, sine existentia intelligi non potest.

Conuincitur tertia.

Terminus existentiæ consequitur existentiam.

Suppositum habens existētiam terminatā, intrinsecè includit existentiam.

2.Explicationis alius error in sent. nō distinguente re ipsa naturā, & existentiam.

Terminus realis non potest terminare, & nō terminare eandē rem.

18.

2. Cōfutatio.

Causa errandi his tribus vijs eadem.

enim humanitas Petri est Petrus, vt docuimus; & ideò aliquem modum realem addit suppositum ipsi naturæ, vt cõstituat ens completum, verbi gratia Petrum, qui est id quod est. At verò isti Doctores modum realem quem deberent addere naturæ, addunt existentiæ. Et in hunc lapidem manifestiùs impingunt tertię opinionis Auctores, qui proprietatẽ suppositi aiunt terminare existentiam, non naturam; cum potiùs debuisse nt docere naturam terminari, quæ adhuc incompleta erat etiam cum sua existentia, vt illi volunt. Explicatur hoc magis; nam etsi fingamus existentiam cum illo modo reali separatam, aut terminatam; ista existentia non potest conuenire humanitati, ita vt humanitas sit id quod existit: sed necesse est priùs cõstituere suppositum, quod istius existentiæ separatæ capax sit. Et hoc ipsum admonet philosophica disciplina, quia nũquam variatur existentia, nisi cum aliqua mutatione entis, vt ens sic immutatum sortiatur immutatam existentiã. Quare cum ponunt modum nouum existentiæ, alium modum realem antecedentem in ipsa natura rei debuissent meditari. Et ille modus realis additus naturæ, erit proprietas suppositi antecedens existentiam; saltem non includens illam in conceptu proprio suppositi. Et confirmatur, quia iste terminus naturæ materialis constituit subsistens; quia natura sine illo non subsistit; & ideò à Theologis ipse modus, siue proprietas vocatur subsistentia; natura autem est quæ indiget subsistentia; ergo iste modus est naturę debitus potiùs quàm existentiæ: quo videlicet modo reali natura subsistit.

Modus realis qui deberet addi naturæ imperfectæ, in illis additur soli existentiæ, præsertim in 3. via.

Quòd debeat addi naturæ, ostenditur 1. vt n. 9.

Ostenditur 2. Nunquã variatur existentia, nisi cũ aliqua mutatione entis.

Confirm.

Natura est quę indiget subsistentia.

19. Ostenditur 3. clariùs.

Hoc verò vt euidentiùs liqueat, aduertamus Petrum habere suam existentiam perfectam, siue illa sit simplex, siue ex pluribus existentijs composita. Quòd si qua existentia terminata est & separata, illa est existentia Petri; nam humanitas etiam existens in Christo (vt illi volunt) non habet istam existentiam separatam; aliàs esset suppositum, quod est hæreticum: sed Petrus antecedit suam existentiam sic separatam saltem ordine rationis; ergo in Petro ante illam existentiam terminatam est alius proprius terminus, & proprietas suppositi; cum nihil aliud sit

Petrus qui est suppositũ, antecedit suam existẽtiam terminatam, & separatam, saltẽ ordine rationis.

A suppositum, quàm Petrus, aut Paulus, & aliæ primæ substantiæ.

Nulla ergo ratione defendi potest ista opinio, quòd proprietas suppositi sit modus existentiæ, sed est modus ipsius naturæ, vel potiùs complementum, vt dicemus; ex quo complemento, & natura constituitur proprium subsistens, quod dicimus suppositum. Itaque etsi teneamus existentias esse partiales, aliã materiæ, aliam formæ, aliam humanitatis, aliã suppositi; debemus tamen proprietatem suppositi attribuere non existentiæ, sed naturæ; ita vt non modus additus existentiæ, sed modus additus naturæ constituat suppositum. Et iterum si ipsas existentias ab essentia, siue suppositio non discernamus re ipsâ; adhuc intelligendum est suppositum, præcisa per intellectum omni existentia; quia non modus existentiæ, sed modus additus naturæ constituit suppositum; vt ex disputatione præcedẽti haud dubiè colligitur. Posteà verò docebimus existentiam esse ab essentia, & suppositio distinctam; & non nisi suppositio integro conferri.

20. 5. Sententiæ reiectio in opinione fingẽte naturã existẽtem partium existentijs partialib⁹, vt n. 9.

Item in opinione non distinguente essentiã, siue suppositum ab existẽtia, vt ibidẽ.

Accedit igitur propiùs ad veritatem Ægid. Roman. de compositione Angelorum q. 5. dicens, proprietatem suppositi esse modum quendam ipsius quo cõiungitur cum existentia; dummodò intelligat coniũctionem non actu, sed aptitudine; coniunctio enim actualis cum existentia non pertinet ad rationẽ formalem suppositi, vt docuimus. Hęc opinio duo asserit, quæ vera sunt; primum assertum est proprietatem suppositi esse mediam inter naturam, & existentiam, & antecedere ipsam existentiam. Secundum assertum est, suppositum per suam proprietatem fieri cõpletum ens, quod aptum est esse; non quòd illa aptitudo ad existentiam sit ratio formalis suppositi; sed quia natura ante suppositum nõ est apta existere, saltem perfectâ existẽtiâ, vt posteà declarabimus. Illud etiam est probabile, quòd proprietas suppositi sit modus quidam realis. Sed probabilius existimamus non esse modum realem, vt posteà commonstrabimus. Præterea quid præstet ista proprietas suppositio, non rectè explicatur; neq; enim ponimus istam proprietatem, siue modũ realem, vt cõiungamus suppositum, aut naturam cum existentia; sed quo indicemus

21. 6. Sent. propiùs ad veritatem accedens Ægid.

Duo eius asser. Primum: proprietatem suppositi antecedere ipsam existentiam.

Secundum: per eam suppositum fieri cõpletũ ens, qđ aptum est esse.

3. Assertum probabile. Eam esse modum realem.

Oppositum assertum probabilius monstrabitur.

4. Assertum improbatum, Quod ponat eã proprietatẽ.

ad coniungẽdũ suppositũ, seu naturã cũ existentia.

Ponitur ad reddẽdum incommunicabile subsistens in natura.

cemus incommunicabile subsistens in natura, vt capite sequenti ostendemus. Sed in hoc Ægidius, quòd proprietatẽ suppositi indicat antecedere existentiã, scopum attigit veritatis; planè asserens proprietatem istam nõ esse modum existentiæ, sed naturæ, siue suppositi, quod cum existentia coniungitur.

CAPVT XVIII.

Suppositum addit naturæ proprietatem ab existentia distinctam.

HOc capite enarrandum est, quid sit ipsa proprietas quam suppositum addit naturæ, dissecta disputatione in partes quatuor.

Prima pars: *Quid sit proprietas hypostatica, & quo pacto distinguatur à natura, & existentia?*

Secunda: *De causa proprietatis hypostaticæ.*

Tertia: *De effectu proprietatis hypostaticæ.*

Quarta: *Vtrùm natura sine supposito possit existere?*

PRIMA PARS.

Quid sit proprietas hypostatica, & quo pacto distinguatur à natura, & existentia?

1.

Titulus cap. euidenter colligitur ex capitibus 16.& 17.

PRonunciatum illud inscriptione cãpitis assertum, quòd suppositum addat naturæ proprietatem distinctam ab existẽtia, ex duobus capitibus quæ pertractauimus, euidentèr colligitur. Nam ex altero liquet suppositum distingui re ipsâ à natura, scilicèt per illam proprietatem additam; & in capite proximo comprobauimus, existentiam non pertinere ad rationem formalem suppositi; ergo proprietas suppositi, quæ est ratio suppositi propria, ab existentia distincta est.

2.

De tit. partis De 1. membro dub. 1.

Sententia *Caiet. Ferrar.*

Proprietatẽ suppositi esse complementũ quoddam, subsistẽtiamquè, & terminum naturæ.

Hoc ergo supereſt explicandum quid sit hæc proprietas sic discreta à natura, & existentia. Thom. Caiet. qui egregiè de re hac philosophatur 3. p. q. 4. art. 2. quem sequitur Francisc. Ferrar. lib. 4. contra gent. cap. 43. assentientibus pleriſque Theologis, docet proprietatem suppositi esse complemẽtum quoddam, subsistentiamque, & terminum naturæ.

A Complementum ait, quia natura ante suppositum est incompleta; addit ergo suppositum naturę suum complementũ: illud ipsum complementum dicitur subsistentia; quia natura non subsistit ante suppositum; & idcircò suppositum addit naturæ subsistentiam; & per subsistentiã complet naturam: ergo ipsum complemẽtum naturæ quod est proprietas suppositi est etiam subsistentia ipsius naturæ: & id ipsum complementum est terminus naturam finiens, & terminans.

Illud ipsum complementũ dicitur subsistentia.

Ratio.

Item est terminus naturam finiens.

3.

Pro resolut. 1. assertio.

Et quidem si de natura materiali disputemus, nihil est quod excipiamus de sententia Caietani. Hæc enim omnia & verè, & scitè dicta sunt, de quibus accipiendum illud quod S. Thomas ait q. 5. de potentia art. 5. ad 13. in rebus creatis, scilicèt materialibus principia indiuiduantia esse quoque subsistendi principia: formæ enim separatæ non habent principia indiuiduantia, sed per se ipsas subsistunt. Sed quoniam formæ separatæ à materia sunt subsistentes, non habent à suppositо subsistentiam; neque complementum vt subsistant, quod tractatu de subsistentijs hoc eodem libro declarandum est: proprietas Angelici suppositi non est eo sensu subsistentia, quasi forma Angeli non subsistat; neque proprietas ista suppositi est in eo sensu complementum naturæ Angelicæ, quasi illa non subsistat per se. At verò de diuino suppositо liquet hoc idem manifestiùs, quia cum natura diuina sit omnibus modis completa, & perfectissimè subsistens; proprietates suppositorũ non addunt naturæ diuinæ complementum, aut subsistentiam.

Hæc sent. vera est intellecta de natura materiali. *S. Thom.*

2. assertio. In formis separatis à materia proprietas suppositi non est subsistẽtia, aut complemẽtũ, quasi per se ipsas nõ sint subsistentes, & cõpletæ.

Ostenditur in Angelis.

Item in Deo.

Meliùs ergo, & magis ad rem dicitur ista proprietas à Caietano terminus naturæ. Dicitur enim terminus ob id præcipuè, quia est vltimum indiuidui in subſtantijs. Meditatur enim Caiet. proprietatem terminum naturæ, vt punctũ est terminus lineæ: & accõmodat illud, quòd in assumptione humanitatis persona diuina dicitur terminus; assumpsit enim Verbum diuinum naturam ad se, quod autem dicitur ad se, significat terminum; quia ipsa persona fuit terminus ad quem natura est assumpta, vt docet S. Thomas 3. p. q. 3. art. 1. & 2. Quo tamen in loco S. Thomas non ait personã esse terminum naturæ, sed esse terminũ assumptionis. Sed quia persona est vltimum

4.

3. assertio. Meliùs dicitur terminus naturæ.

1. Ratio. Est vltimum indiuiduæ naturæ.

2. Ratio. Verbum diuinũ assumpsit naturam ad se, sc. vt ad terminum.

S. Thomæ locus solùm asserens personã esse terminum assumptionis.

5.
Confirm.
Sicut forma est terminus essẽtiæ; ita istius proprietatis effectus præcipuus est, quòd sit actus terminans, hoc est, distinguens supposita.

mum individuæ naturæ, rectè sanè dicitur terminus naturæ. Et hoc placitum Caietani receptissimum est.

A

Et hoc idem confirmatur; quia sicut forma est terminus essentiæ, quo vna essentia ab alia diuiditur: ita proprietas suppositi, quæ est actus distinguens suppositа, qui est effectus præcipuus istius proprietatis, vt explicabimus, iure optimo ob hoc ipsum appellatur terminus.

6.
Dubium 2. affine, an ea proprietas sit modus?

His proxima est alia quæstio, vtrùm proprietas ista, quam dicimus terminũ naturæ, sit modus realis ipsius naturæ, an res distincta, & non modus? Quidam arbitrantur esse modum quendam realem. Quæ quidem opinio verosimilis est, suppositũ enim est, quod separatim existit, quod videtur significare modum quendam. Nihilominus factâ distributione modorum realium, meliùs ponderabimus, sitne proprietas ista modus aliquis realis? Sunt ergo modi & intrinseci, & extrinseci; intrinseci duntaxat inueniuntur in consideratione rationis, vt quòd substantia sit ens per se: neque enim substantia est quid compositum ex ente, & per se, quasi sint res duæ; sola ergo ratione distinguuntur. Imò per se, separatum ab ente nihil est, sed simul cum ente intelligitur, & huiusmodi sunt modi intrinseci. Extrinseci verò sunt alij quasi formales (vt nonnullis placet) quia sunt formæ, aut quasi formæ rei alicuius, verbi gratia, forma, & figura in quantitate; eadem enim quantitas circuli ducta in rectum, mutat figuram, & non essentiam: quare figura videtur esse quidam modus quantitatis; situs etiã partium, & huiusmodi alia. Et hos modos extrinsecos indicauit Boetius libr. de Trinit. ad finem, vbi tria prima genera vocauit res, relationem verò, & posteriora genera vocauit modos, & circũstantias generum. Sunt autem alij modi etiam extrinseci, qui non intelliguntur vt forma rei; & potiùs vt syncathegorema Dialecticũ, apud Grãmaticos aduerbium; verbi gratia, quantitas panis in pane est modo quodam sibi naturali; consecrato pane cum existit separata, est modo alio miraculoso: & humanitas Christi producta absque vllis personalibus, adhuc se habet modo naturali, quia adhuc posset perfici illis; assumpta verò à persona diuina, iam alio modo se habet.

Modi intrinseci duntaxat inueniũtur in consideratione rationis.

Modi extrinseci, alij quasi formales.

Boetius relationem, & posteriora genera vocauit modos, & circũstantias generum.

Alij extrinseci non formales, sed vt syncathegorema dialecticũ, &c.

1. Exemplum in Eucharistia.

Secundum in Incarnatione.

Hæc verò nunc singula ponderanda sunt; constat autem proprietatem suppositi non esse modum naturæ intrinsecum; quia suppositum creatum non cõtinetur in conceptu naturæ, vt fides docet, aliàs non posset assumi natura sine suppositо, quod est hæreticum. Deinde non videtur esse purus modus extrinsecus, qui syncathegoremate explicetur; nam saltem in substantijs materialibus natura etiam in suppositо proprio, vel alieno non est id quod est, & id quod operatur, adhuc enim est forma suppositi: si verò proprietas constituens suppositum esset purus modus, quo natura aliter se haberet; adueniente eo modo reali, iam natura esset id quod est, & id quod operatur. Et confirmatur, quoniam aduenientе suppositо inuenimus in natura quendam modum distinctum à modo reali suppositi, nam natura in suppositо proprio est, & subsistit; suppositum autem in nullo est: aliquid ergo amplius est suppositũ, quàm modus naturæ purus; cum natura, & suppositum habeant modos diuersos. Denique probatur, quia suppositum habet modum quendam intrinsecum, vt sit id quod est; habere autem modum intrinsecum, est proprium entis; ergo suppositum distinguitur à natura, vt ens ab ente, & res à re, & non addit naturæ purum modum realem. Quòd verò non addat modum realem instar formæ, probatur, quia modi isti, qui sunt quasi formæ, pertinent ad prædicamenta, & dant esse speciei; proprietas autem suppositi non dat vllum esse, sed duntaxat constituit hoc incommunicabile; ergo proprietas non est modus vllus realis.

B

C

Residuum est, vt proprietatem quandoquidem dicimus non esse negationẽ, non existentiam, non modum existentiæ, aut naturæ, aliquo tandem nomine nuncupemus. Ecquid autem melius, quã vt nominemus proprietatem? sicut & dicimus proprietates diuinarum personarum; hæ quidem relatiuæ sunt, illæ autem absolutæ. Res itaque creatæ ita distributæ sunt, vt quædam sint substantiæ, quædam accidentia, aliæ modi reales. His ergo adijcienda sunt existentia rerum, & proprietas suppositi; quæ sanè proprietas hoc præstat formaliter, vt ista natura sit istius suppositi. Illud autem consequens est, vt tale reddat suppositum,

D

7.
Pro resolut. 1. assertio
Ea proprietas nõ est modus naturæ intrinsecus.

Ratio.

2. Assertio.
Non est purus modus extrinsecus, qui syncathegoremate explicetur.

Probatur 1. Aliàs eo modo aduenientе iã natura esset id quod est, & id qđ operatur.

Confirm.
Natura est in suppositо: suppositũ in nullo, vnde cum sit quid habẽs modum diuersum à natura, non est purus modus naturæ.

Probatur 2. Habere modũ intrinsecũ, est propriũ entis.

3. Assertio.
Non est modus extrinsecus formalis.

Probatur.
Non dat vllũ esse, sed duntaxat constituit hoc incommunicabile.

8.
4. Assertio.

Optimè dicitur proprietas.

Exemplum in diuinis.

Præstat formaliter vt ista natura sit istius suppositi, &

consequenter, vt suppositum sit habens naturam, & subsistens, & non in alio.

9.

3. Dubium, An sit forma.

Resolutio: Nō est forma quę det speciē, sed est quasi forma, seu forma indiuidua. *S. Thom.*

Sic in opinione *Scoti* hæceitas naturæ.

positum, quòd sit ens habens naturam, & subsistens, & non in alio; & hic est modus intrinsecus suppositi, non modus realis additus, sed modus entis intrinsecus, vt declarabimus de subsistentia disputantes.

Quòd si quæras, siquidem ista proprietas non est modus, sitne forma, necne? Respondetur non esse formam, quę det speciem, sed esse quasi formam; quia est actus vltimus cōstituens hoc aliquid; & posset rectè dici forma indiuidua: quā appellationem reperi apud S. Thom. q. 41. art. 5. Et in 1. d. 34. q. 1. ar. 1. ait proprietatem significare per modum formę B distinguentis. Nam etsi Ioannes Scotus hæccitatem naturæ ponat, quæ possit dici etiam forma indiuidua; tamen illa non est forma physica informans, vt cōprobauimus: sed proprio nomine dicitur indiuidua differētia logica. Proprietas ergo suppositi rectè appellabitur indiuidua forma. Est autem forma hæc in suppositis additum quid naturæ, vt ferè omnes concedunt, quamuis aliqui credant esse modum entis. Quod videtur

S. Damasc.

S. Ioannes Damascenus innuere lib. 3. fidei orthod. cap. 6. *Hypostasis*, inquit, *quod cōmune est cum proprietate habet.* C

10. Dicitur à Patribus differentia indiuidui. *S. Athanas.* *S. Basil.* *S. Nissen.* *S. Damasc.* *Nicet.* *Hel. Cret.*

scilicèt naturam cum proprietate.

Hanc suppositi proprietatem nuncupant Patres differentiam indiuidui. S. Athanasius lib. definitionum, S. Basilius epist. 4. S. Gregorius Nissenus lib. de differentiæ vsu, & hypostasis. S. Ioannes Damascenus lib. institut. cap. 1. & in sua Dialectica ca. 25. Nicætas lib. Thesauri cap. 20. & 34. Et Helias Cretensis orat. 24. Differentiam autem indiuiduam intelligunt aut ipsam proprietatē hypostaticam, aut accidentia sensu nota, quibus ea proprietas indicatur.

11. De 2. mēbro 1. Sententia *Caietani.*

Ad finem istius disputationis expendendum est, quo distinctionis genere D discernatur proprietas suppositi à natura. Thomas Caiet. existimat absolutè esse res duas distinctas; quia (inquit) sicut pūctum distinguitur à linea, ita proprietas suppositi à natura; punctum autē est res absolutè distincta à linea. Sed tamen tertia parte capitis ostendemus, proprietatē suppositi coæquari toti naturæ, quam terminat; vnde euidenter colligitur, quòd proprietas suppositi nō distinguitur à natura, vt punctum à linea, reali distinctione, & quasi pars à toto: punctū enim per hoc quòd est diuisum à singulis punctis lineæ, & à singulis partibus illius, distinguitur à tota linea, in qua ipsum continetur; proprietas verò neque à tota natura, neque à singulis partibus est seiuncta; neque hac ratione dicitur vltima quasi extra omnes partes, vt punctum vltimum lineæ: quare non est necesse vt reali distinctione quasi pars à toto secernatur; sed satis est formalis distinctio, cum sit quasi forma, vt explicatum est. Quòd ergo non distinguatur reali distinctione absolutè, probatur primùm ex eo, quòd hæc distinctio vix percepta est à nobis; at verò ab antiquis, & à S. Thoma nusquam apertè tractata est, vt posteà dicemus; quæ si tāta esset, faciliùs potuisset deprehendi. Deinde, quia vt diximus lib. 1. eæ res dicuntur absolutè distingui, quæ quasi per se ipsas cohærent, & non sunt aliarum appendices; proprietas autem naturæ est quoddam additamentum, & est ipsa natura coaugmentata; quia nihil est nisi natura iam absoluta, & terminata. Adhuc idem probatur; quia proprietas nō est pars compositionis essentialis; neque ita est terminus vt punctū vltimū, quod probatum est: pertinet autem ad constitutionem primæ substantiæ per se. Quare nō est credibile, quòd sit res distincta absolutè à singulis partibus, & à toto composito; & non sit substantia, & pertineat per se ad constitutionem primæ substantiæ. Et confirmatur, quia suppositum est distinctum à singulis partibus, non tamen ab omnibus, & est coniunctū cum singulis; non videtur ergo res absolutè distincta à natura, sed satis est distinctio quasi formalis per formam indiuiduam, siue proprietatem. Et hæc quidem probabilia apparent.

Eam proprietatē distinguì à natura, vt punctum à linea, sc. reali distinctione.

Pro vera sēt. prænot. ex 3. p.

Ea proprietas coæquatur toti naturæ; & neq; ab hac, neque à singulis eius partibus est seiuncta.

Non dicitur vltima, quasi sit extra omnes partes, vt est punctum.

2. & vera sēt. Distinguitur distinctione formali, nō reali absolutè.

Primū prob. ex n. 9.

Secūdū prob. 1. ex difficultate deprehendēdi hanc distinct.

Probatur 2. ex lib. 1. c. 27. p. 2. n. 4. & 6.

Proprietas naturæ est ipsa natura coaugmentata.

Probatur 3. Non est pars compositionis essētialis, neq; ita est terminus vt punctū vltimū: pertinet autē per se ad constitutionē 1. substantiæ.

Confirm.

SECVDA PARS.

De causa proprietatis hypostaticæ.

1.

HAc parte secunda capitis inquirimus proprietatis hypostaticę causas physicas. Cum autē proprietas suppositi sit forma eius indiuidua, duas causas illius oportet inuestigare, scil. materiam subiectam isti formæ, & effectricē causam ipsius formæ: causa enim finalis est effectus ipse formæ istius, ad quē præstandum destinatur: ipsa autem proprietas

Causa finalis est effectus ipse formę isti.

Causa quasi formalis ipsa proprietas.

prietas est causa formalis, aut quasi formalis. Primùm vt de causa materiali disputemus, aduertendum est proprietatẽ suppositi propriè loquẽdo non esse formam; forma enim dat esse speciei; & ea propriè est causa formalis, cui materia subiecta est: proprietas autem suppositi non dat esse speciei neque substantiale, neque accidentarium; sed esse specificũ substantiale, scilicèt ipsam naturam, trahit ad suppositum, vt libr. 3. docuimus de relationibus diuinis.

De materiali.

1. Aduert.

Ea proprietas non est forma propriè: nec dat esse specificum, sed esse specificum substantiale, sc. ipsã naturã, trahit ad suppositum, vt lib. 3. c. 31. p. 3. n. 23.

Est tamen discrimen, quia cum essentia diuina sit per se ipsã perfecta omni perfectione, relatio quæ est proprietas personæ diuinæ, non affert nouam perfectionem, sed perfectionem essentiæ trahit ad personam: natura autem creata est imperfecta, etiam Angelica, quæ per se subsistit; & perficitur per ea quæ adduntur naturæ; & idcircò proprietas suppositi perfectionem essentialem naturæ trahit ad suppositum, & addit naturæ suam perfectionem. Perfectiùs enim subsistit natura Angelica additâ proprietate suppositi, sine qua non potest existere, vt dicemus. Hæc autem perfectio quã addit proprietas, non est perfectio aliqua speciei, quia non dat esse speciei, sed est perfectio propria ipsius proprietatis.

2.

Discrimẽ quoad hoc inter proprietatem suppositi in diuinis, & in creatis.

In illis perfectionẽ essentiæ trahit ad personam.

In his insuper addit naturæ perfectionem suam propriã.

Ostenditur etiã in Angelis.

Non est ergo proprietas suppositi forma, quæ det esse speciei, & idcirco non est causa formalis; sed vel etiam propter hoc meritò dicitur terminus naturæ, nõ forma. Et hunc terminum naturæ compensat Verbum propriâ personalitate, terminando humanitatem assumptam; cum tamen nullam causam formalem possit Deus compensare, vt Theologi aiunt; quia non facit album sine albedine, neque sine intellectu intelligentem: quod interpretandum est de causa formali propriè dicta.

3.

1. Assertio.

Ea proprietas non est forma naturæ, sed terminus.

Ostenditur.

Terminũ naturæ cõpensat Verbum, cũ tamen nullã causam formalem propriè dictã possit Deus cõpensare.

Aduertendum adhuc est, quòd in omni coniunctione reali est potentia passiua, & actus; saltèm est imitatio potentię passiuæ, & actus. Illud autem subit vicem potentiæ passiuæ, quod supponitur alteri, & perficitur per illud, vt liquet. Cum ergo natura creata per suppositi proprietatem perficiatur, illamque antecedat quasi subiecta proprietati; haud dubiè passiuâ quadam potentiâ naturæ excipit proprietatem suppositi in genere causæ materialis. Natura ergo creata habet se vt subiectum proprietatis suppositi; tum in eo quòd quasi sustentat proprietatem, quæ sine natura non cohæret; tum in eo quòd supponitur illi antecedentiâ quadam reali; tum maximè quòd per illam aliquam perfectionẽ recipit: sed non est propriè subiectum proprietatis; quia propriè non informatur per illam; informare enim est causalitas formæ, quæ dat esse speciei, vt docuimus.

4.

2. Aduert.

In omni coniũctione reali est potẽtia passiua, & actus, saltem est imitatio vtriusq.

2. Assertionis 1. pars.

Natura creata habet se vt subiectum proprietatis suppositi.

Probatur ex requisitis ad subiectum.

Pronunciatæ sententiæ obsistit Thomas Caietanus, qui arbitratur punctum, & lineam nõ habere inter se vllam causalitatem formalem, neque facere compositionem: & idem dicendum esse de natura, & supposito, quæ habent se vt punctum, & linea. Sed hæc omnia, & singula quæ Caietanus affirmat falsa esse deprehendentur, indagando veritatem: omnes enim res creatæ inter se coniungũtur cum aliqua causalitate; quod euidentissimum est, cum in illa coniunctione ab sese inuicem pendeant; dependẽtia autem est causalitas. Et hoc videre licet in ipsis exemplis allatis; neque enim linea sine pũcto est terminata, neq; punctum existit nisi in linea. Imò ibi est propria causalitas formalis; sicut enim quantitas est terminus corporis, ita quãtitatis est terminus superficies, & superficiei linea, & lineæ punctus: superficies autem, & linea species quantitatis, sunt formæ quæ dant esse speciei; ergo & de puncto idem dicendum. Nam etsi non det esse speciei, est tamen formale principium ipsius formæ specificæ, scilicèt lineæ. Quare hæ omnes formæ non possunt compensari diuina virtute substituente aliud vice formæ.

5.

Huic 2. Aduert. obsistit *Caiet.*

Exemplum de puncto, & linea.

Item obsistit 2. assertionis parti 1.

Confutatur.

Omnes res creatæ inter se cõiunguntur cũ aliqua dependentia, seu causalitate.

Ostenditur in exẽplo allato.

Imò in illo esse propriam causalitatẽ formaliter probatur.

De natura autem, & proprietate hypostatica suppositi, quod attinet ad causalitatem, hoc idem sentiendum; si attendamus naturam non nisi per illam proprietatem terminatam accedere ad existentiam; & ita pendet natura ab illa proprietate, vt à termino necessario; & ipsa proprietas sine natura non cohæret.

Punctum etsi nõ det esse speciei, est tamen formale principiũ ipsius formæ specificę.

6.

Similis dependentia naturæ à proprietate, vt à termino, & è contra.

Quòd verò hæc coniungantur sine compositione, non potest intelligi; licèt enim Thomas Caietanus dicat coniunctum quod est suppositum, componi ex natura, & proprietate, vt cum quibus, non ex quibus: tamen libro 1. commonstratum est, omnem

7.

Caietani distinctio de compositione cũ quibus, non ex quibus.

Refellitur ex lib. 1. c. 25. n. 15.

realem coniunctionem rerum creatarũ A esse veram compositionem ex multis quasi ex partibus concretam, vtpote ex potentia, & actu. Et hæc eadem erunt magis perspicua actis quæstionibus, de substantia, & existentia.

8.
De causa effectrice.
Ab eodem agẽte à quo natura emanat, effi citur proprietas, si qua effi-citur.

De causa effectrice illud est certum, proprietatem suppositi ab eodem agente emanare, à quo emanat natura proprietate illâ terminanda; nisi natura producta assumatur à diuina persona: quia tunc non producitur alia proprietas suppositi, sed trahitur natura producta ad proprietatẽ hypostaticam diuinæ personæ. Itaq; si quâ proprietas producitur, ea producitur ab eodẽ agẽte à quo
Declaratur. natura substãtialis emanat. Creat enim Deus naturam Angelicã producendo simul proprietatẽ suppositi;& equus producit cũ natura equina genita ipsã proprietatẽ equi geniti: & in homine proprietas hypostatica animæ à Deo est; proprietas verò hypostatica totius hominis oritur à gignente, qui naturã totã generatione producit. Et hoc est aduer-
Probatur. tenti perspicuũ; quia suppositũ est, quod
Suppositũ est quod prẽcipuè fit. præcipuè fit: ergo qui naturã producit, si mul præcipuèq; producit suppositũ, cui° ratio formalis est ipsa proprietas, simul cũ supposito necessario producta, cũ in illo intimè includatur. Neq; potest intel ligi suppositũ produci aliter, nisi productâ proprietate suppositi, qua solâ à natura distinguitur. Et hoc indicat S. Tho.
S. Thom. 1.p.45.ar.4.vbi docet creari,& fieri propriè cõuenire subsistentibus, siue suppositis: ergo ab eodẽ agente à quo suppositum aut creatur, aut gignitur, proprietas suppositi simul producitur, nisi natura assumatur à diuina persona. Vtrũ verò proprietas eâdẽmet actione producatur qua producitur natura? quæstio est parui momẽti,& postmodùm tractanda circa causam existentiæ.

Quæstiunc. Vtru proprietas eâdẽ actione producatur qua producitur natura? infra tractabitur.

9.
Alia quæstio, Vtrũ aliqua ratione emanet à natura producta?

Verùm alia quæstio occurrit quæ nõ nihil faceſsit negotij; vtrùm proprietas suppositi aliqua ratione emanet â natura producta quam terminat? Persuadet autem proprietatem à natura emanare, ordo ipse realis causandi, quia naturali quadã consequentia rerũ, productâ naturâ producitur suppositũ cum sua proprietate; ergo in eodẽ genere causæ efficientis natura antecẽdit suppositum, sicut antecedit passiones, quæ à natura productа ducunt originem.

Pro p.affirm. argum. ex ordine ipso reali causandi.

Nihilomin° res est nõ minimè dubia. Nam argumentũ propositum inualidũ est, & quod non conuincat in re difficillima: nam etsi natura priùs producatur, quàm proprietas hypostatica, non fit vt in eodem genere causæ efficientis natura antecedat proprietatẽ; sed satis est qđ antecedat in genere causæ materialis: sicut causalitas materiæ priùs producitur, quàm forma ab ipsomet generante producatur, vt docuimus; nec tamẽ ideò illa causalitas antecedit in genere causę efficientis: sicut & materia priùs producitur à Deo creante cœlum, quæ in solo genere causæ materialis antecedit formam. Sunt verò aliæ difficiles rationes, quæ dissuadent proprietatem hypostaticã à natura oriri; tum quia illa proprietas hypostatica est complementum naturę, quod natura sibi ipsi afferre non potest, aliàs ageret in se ipsam efficiendo illud, quod sibi deest ad perfectionẽ substantialem: tum etiam quia causa efficiens est actu existens; natura autẽ ante suppositũ non existit, vt posteà docebimus; ergo proprietas suppositi nõ oritur à natura in genere causæ efficientis: tum etiam quia natura non potest iterũ producere, qđ semel est extinctũ. Igitur si Deus assumeret naturã suppositi existentis, quod sit generatione productũ, verbi gratia naturam Petri, & iterum exueret naturam, si ab illa natura sic relicta emanaret eadem proprietas Petri, id ipsum suppositum quod fuerat extinctum, produceretur ab agente naturali, quod videtur impossibile. Quòd si dicas posse ab illa natura emanare aliã proprietatem, & constitui suppositum aliud; hoc proculdubio est valdè incredibile, & falsum esse commonstrabimus de vnitate suppositi disputantes: neque enim cogitari potest, vt istius naturæ creatæ sit aliud suppositum creatum, nisi hoc ipsum huic naturæ proprium, cum hac proprietate hypostatica.

Dicendum igitur nobis videtur, proprietatem hypostaticam non oriri à natura in genere causæ efficientis. Adducimur autem ad hoc credendum illa ratione, quoniam si essentia producta per se ipsã emanaret, & efflueret in propriã personalitatem, prodiret etiam in actum existentiæ, quæ est actus suppositi, quod est impossibile; efficeret enim se ipsam

10.
Solutio.
Ex eo quòd natura priùs producatur quàm proprietas hypost. solũ fit vt antecedat in genere causæ materialis.
1.Exemplũ.
2. Exemplũ.
Pro pũ neg. 1. ratio.
Complementũ suũ natura sibi ipsi afferre non potest.
2. Ratio.
Natura ante suppositũ non existit.
3. Ratio.
Aliàs natura id quod semel extinctũ est, posset iterum producere.
Ostenditur in quadam hypothesi.
Responsio.
Refellitur.
Istius naturæ creatę non potest esse aliud suppositũ, nisi hoc ipsum, &c.
11.
1.Coroll.neg. de emanatione in genere causæ effect.
1.Fundam. est 1.ratio p.neg.
Aliàs natura efficeret suam existentiã, quę est actus suppositi, atque adeò se ipsam.

ipsam;nam agens quod deducit rem ad existentiam, producit rem illam. Quapropter illi etiam qui opinantur, existẽtiam naturę antecedere suppositum,hoc tamen nobis debent permittere, quòd essentia per se ipsam nó profluat in existentiam, sed ab agentę deducatur in existentiam : est enim existentia summa perfectio rei,quę non continetur in perfectione essentiæ; proprietas verò suppositi non continetur in essentia ; non quòd sit maior perfectio, sed quia est quoddam complementum, quod natura ex se non habet, sed ab agente, vt paulò ante arguebamus. Tum etiam illo argumento, quia nulla efficientia, siue actiua vis potest intelligi ante existẽtiam. Dicitur autem proprietas prosilire ab essentia, quia ea actio qua producitur essentia, non potest ibi sisti,sed necesse est vt vltrà fluat ad complementũ essentiæ.Quare Patres non dicunt naturam humanam in Verbo esse impeditã: actio ergo, & effectus impediti sunt,scilicèt ipsa actio qua efficienda erat personalitas substitit in natura productâ;& non est sequutus effectus, scilicet propria personalitas. Ex quibus consequitur vt si propriè loquendum sit, in natura humana Christi nulla sit propensio ad propriam personalitatem; propensio enim est actiua facultas ad motum, & ita natura est propensa ad suas passiones. Cum ergo natura nõ hoc modo sit principium suæ proprietatis, conficitur, vt non sit propensa ad illam.

De passionibus autem, siue affectionibus specificæ naturæ, longè diuersa est ratio : nam ipsa forma geniti est quędam vis actiua, à qua oriuntur passiones, verâ, & reali actione mediâ inter formam, & passiones : nam in ipsa generatione subitò absque motu, verâ tamen, & physicâ actione emanant passiones à forma : at verò cum aqua calefacta fuit,reuocatur ad frigiditatem pristinam per motum physicum continuũ, cuius motus principium proximum est forma substantialis aquæ : neque tamen aqua mouet se, quia forma geniti est quasi instrumentum generantis, sicut grauitas in lapide. Verùm quod ad rem est, sicut motus deorsum est à grauitate vt à principio proximo actiuo, ita motus refrigerationis, quo aqua reuocatur in frigidam, est à forma substantiali vt à principio physico proximo;quatenus est instrumentum generantis.

Aduertendum est itaque vim actiuam nihil aliud esse, nisi eminentem aliquam formam, & existentiam, quæ possit cõmunicari secundum similitudinem aliquam. Quare ipsa forma substantialis dicitur potẽtia actiua à S. Th. de pot.q. 2.a.1.ad 5. Atquì licèt forma substãtialis creata indigeat instrumẽto ad operãdum, qđ est accidens; tamen ipsa forma substantialis est instrumentum agentis, imò perfectissimum instrumentum continens summam perfectionem, quam passiones consequentes imitantur. Et ideo oriuntur à propria forma iam existente in genere causæ efficientis. Sed forma , siue natura ante proprietatem hypostaticam, & existentiam, nullam habent vim actiuam ad producendam ipsam proprietatem, & existentiã, quibus complenda sunt : & idcircò in genere causæ efficientis neque forma, neque natura composita producit proprietatem, aut suppositum, quia esset actio ista reflexa perficiens ipsum agẽs, quod in actionibus transeuntibus non potest intelligi. Imò natura tunc reduceret se in actum existentiæ, quod est impossibile, vt admonuimus.

Dicendum adhuc est secundo loco, proprietatem suppositi naturali quadã consequentiâ emanare à natura productâ; non in genere causæ efficientis, sed materialis; quia sicut forma materialis fit de materia naturali consequentiâ, quia materia sine forma existere nõ potest; ita de natura quacunque creata necessariò oritur sua proprietas hypostatica, sine qua non potest existere, nisi sit à diuino supposito assumpta, vt p.4.capitis demonstrabimus. Quam sententiã nos docuit S. Thomas in 3. dist. 5. q. 3. art.3.ad 3. vbi affirmat si humanitas dimitteretur à Verbo,hoc ipso futurã fuisse personã, quia naturali consequentiâ emanaret personalitas à natura;non tamen in genere causæ efficientis,sed materialis; cuius causa efficiens esset Deus conseruans naturam, vt capite sequenti dicemus.

Sed cõtra hoc occurrit dubium. Nam res extincta non potest iterum produci naturali causalitate, siue efficiente, siue materiali; quia nihil per naturam redit ab interitu ad existentiam : ergo si Deus

Existẽtia nõ continetur in perfectione essentiæ,quia est summa perfectio rei.

Item nec proprietas hypost. quia est cõplementum,&c.

2. Fund. est 2. ratio partis neg.

1. Ob. occur. Cur dicatur proprietas prosilire ab essentia?

1. Consect. Nõ natura humana in Verbo,sed actio,& effectus impediti sunt.

Declaratur.

2. Consect. Propriè loquendo,in natura humana Christi, nulla est propensio ad propriã personalitatem.

Ostenditur.

12.

2. Ob.occur. De passionibꝰ specificæ naturæ,diuersa rat. Ipsa forma geniti est quædã vis actiua, à qua illæ oriuntur verâ actione mediâ.

Declaratur 1. de earum ortu instantaneo.

2.De successiuo.

Ob.occur.

Exemplum grauitatis.

13. Vis actiua est eminés aliqua forma,&c.

S. Thom.

Forma substantialis est instrumentũ agentis perfectissimũ, continens sũmã perfectionẽ,quã passiones consequentes imitantur.

14. 2.Cõcl.affirm. de emanatione, consequentia, seu causalitate naturali in genere causæ materialis.

Exemplũ formæ materialis quę fit de materia naturali cõsequentiâ.

S. Thom.

15. Obiectio consona 3. rationi videndæ n. 10.

si Deus assumeret naturam existentem, A proprietate hypostaticâ extinctâ, & iterum exueret naturam illam; non posset redire naturali consequentia etiam in genere causæ materialis proprietas illa hypostatica antea distincta. Respondendum est tamen, potentiam passiuam naturalem coæquari potentiæ actiuæ naturali, siue naturali agenti; dummodò nomine naturalis agẽtis complectamur ipsum Auctoré naturæ, cuius potẽtia est infinita. Et hac ratione potest esse causalitas materialis naturalis, scil. ad recipiendã formã naturalẽ; cum tamẽ actio, & modus agendi sit supra naturã creatã: B est tamen illa actio naturalis, sc. ab Auctore naturæ, quia est debita ordine quodã naturæ, iureq; ipso naturæ: sicut enim agens naturale producit formam substantialẽ in materia non dispositа, vt constat in generatione, quæ fit de quantitate Eucharistiæ cũ accidentibus corrupta, in qua quantitate nõ prꝛexistebat materia prima; & ideò de materia tunc primò producta à Deo, & non anteà dispositа agens naturale educit formã geniti; quia ordine naturæ debito agenti naturali corrũpenti accidẽtia, substituit C Auctor naturæ in ipso instanti corruptionis materiam geniti: ita è contrario, quia naturæ assumptæ, & relictæ debita est proprietas suppositi in genere causæ materialis; proprietatẽ illam extinctã, quã agens creatũ non potest restaurare, producit Deus ipse, qui humanitatẽ cõseruat, vt Auctor naturæ, nã & cõseruare est qddã producere. Et ita illa humanitas nõ producit efficienter suam personalitatẽ, sed in genere causæ materialis naturali causalitate ad illã cõcurrit. Nos verò anteà docuimus agens creatum non posse producere quod erat extinctũ; sed D nõ negauimus hoc agenti naturali, videlicèt Deo Auctori naturæ, si quando expediret ipsi naturę. Quare illa productio personalitatis non esset miraculosa, quę est cõiuncta naturaliter cum actione diuina conseruante humanitatẽ; licèt productio rei extinctæ sit supra naturã agẽtis creati.

Responsio. Potentia passiua naturalis coæquatur agẽti naturali, si hoc nomine cõplectamur Auctorem naturæ.

Declaratur. exemplo.

Agenti naturali corrumpẽti accidẽtia Eucharistię in genere causæ efficientis, debita est in ipso instanti corruptionis materia geniti: & ideò illi Auctor naturæ eã materiã tunc 1. productã, nõ verò antea dispositã substituit.

Ita è contrario naturæ assũptæ, & relictę, & à Deo conseruatæ, in genere causæ materialis debita est productio proprietatis suppositi extinctæ,

Hæc productio agenti naturali creato negatur, non verò increato, sc. Auctori naturæ.

Non esset miraculosa.

TERTIA PARS.

De effectu proprietatis hypostaticæ.

1.

VT agnoscamus effectus proprieta-

tis hypostaticæ, quæ est suppositi proprietas; considerandum est, quòd sicut ex materia, & forma componitur individua natura, quæ adhuc non est suppositum; ita ex ipsa natura individua, & proprietate hypostatica cõponitur tertium quod appellamus suppositum. Et ita suppositum materiale neque est natura, neque proprietas hypostatica, sed tertium compositum ex his duobus: & sicut dicimus quòd forma substantialis habet suum effectum in materia, & in ipso composito ex materia, & forma; ita meditandum est proprietatem hypostaticã aliquid præstare naturæ, & aliquid supposito.

Et vt à præcipuis effectibus ducamus initiũ; proprietas hypostatica est complementum, & subsistentia naturæ materialis: nam formæ separatæ à materia non habent subsistentiam à proprietate hypostatica, sed à se ipsis, vt docebimus. Aduertendum igitur est, quòd sicut forma substantialis dat ipsi materiæ primæ esse specificũ naturæ, non ita vt materia informata sit ipsa natura specifica; sed quia est pars specificæ naturæ reducta p formam ad illud esse specificum: ita proprietas hypostatica dat naturę materiali subsistentiam; non ad hunc sensum, qđ ipsa natura materialis propriè subsistat, vt id quod est; quia humanitas etiã additâ personalitate non est homo, sed humanitas: nam ex intrinseca ratione est quasi pars suppositi, vt docebim' clarissimè de subsistentia disputantes: sed quia humanitas ante suppositũ est quid pendens quod oporteat fulciri, & additâ proprietate quasi nititur suppositо; ideò proprietas hypostatica dicitur dare subsistentiam humanitati, vel cuicunque naturæ materiali. Et ad eundem sensum dicitur complementum naturæ, non quòd natura ipsa additâ proprietate sit ens completum; semper enim humanitas est incompletum ens; sed quia natura est quasi pars suppositi, cui hoc deest ad sui perfectionem, vt coniuncta proprietati constituat suppositum.

Sicut forma substãtialis habet suum effectũ in materia, & in cõposito quod est quid tertium.

Ita proprietas hypost. aliquẽ effectũ præstat naturæ, & aliquẽ suppositо quod est quid tertium.

2.

1. Effectus præstitus soli naturę materiali, est complemẽtũ, & subsistentia talis naturæ.

Vide p.1.n.3.

Explicatur. Forma substãtialis dat materiæ primæ esse specificũ naturę, cum tamen intrinsecè, ac sẽper sit tantũ pars naturæ, non verò ipsa natura.

Sic natura materialis, v.c. humanitas intrinsecè est tantũ pars subsistentis, & entis cõpleti, nó verò propriè subsistens, vt id qđ est, aut ens cõpletum, etiam proprietate suppositi additâ.

Hæc proprietas dicitur dare naturæ materiali subsistentiam, & cõplementum, &c.

3.

At verò ipsius suppositi proprietas hypostatica est & complementũ, & subsistentia; quia suppositũ additâ proprietate ad naturam, fit ens completum, & subsistens. Est itaque ipsum suppositũ quasi effectus formalis proprietatis, quoad

Ipsum suppositum est quasi effectus formalis proprieta-

tis, quoad hoc qđ est ens cõpletum, & subsistens.

quoad hoc quod est ens completum, & subsistens. Num verò hypostatica proprietas sit præcipua causa subsistendi, an ipsa natura substantialis? postea elucidabimus. Difficile enim explicatu est, quomodo hypostatica proprietas, quæ quasi substinetur in natura substantiali, det ipsi naturæ subsistentiam.

4.

2. Effectus cõmunis proprietatis hypost. in genere, scil. terminare naturam.

Explicatur.

Alius est effectus communis proprietatis hypostaticæ in genere, scilicèt terminare naturam; dicitur autem terminare, siue finire naturam, per hoc quòd trahit illam ad hoc suppositum. Et quia res omnes terminis suis, & finibus inter se discernuntur, & distinguuntur, hic effectus proprietatis hypostaticæ capite sequenti explanabitur de vnitate suppositi differentibus. Inter ea obseruemus huuc quoque effectum proprietatis hypostaticæ clariùs cerni in supposito, quàm in natura; nam suppositum ita terminatur vt sit incommunicabile: natura autem ita terminari potest, vt maneat communis. Quod de diuina natura communi tribus personis Catholicè cõfitemur.

Hic quoq; effectus clariùscernitur in supposito, quàm in natura.

Ostenditur.

5.

Duæ quæstiones connexæ.

Hoc loco duæ quæstiones succedunt cõnexæ, cum enim suppositum sit quod præcipuè agit, & patitur, controuersia est, an ad hoc ipsum concurrat proprietas hypostatica, vt suppositum agat, & patiatur? vel quod est clariùs, vtrũ proprietas suppositi concurrat in genere causæ materialis, aut efficiẽtis ad actionem, & passionem? Primùm de causa materiali agendum.

Prima: vtrũ proprietas suppositi concurrat in genere causæ materialis ad passionẽ, seu receptionem?

6.

Assertum *Caietani* pro p. affirmãte, quoad receptionẽ existentiæ.

Thomas Caiet. attribuit proprietati hypostaticæ quasi præcipuum effectum, quòd constituat subiectũ proprium existentiæ, quod est suppositum. Videtur ergo quòd proprietas suppositi concurrat in genere causæ materialis ad recipiendam existentiam, siquidem ipsa cõstituit suppositum capax existentiæ. Et idem potest cõprobari, quia ex S. Thomæ placito subiectũ filiationis est suppositum; & ideò filiatio humana in Christo non est relatio realis, quia suppositum diuinum non est capax relationis accidentis; ergo proprietas suppositi quæ constituit illud subiectum accidentium, siue materiam accidentium, in genere causæ materialis concurrit saltem ad recipiendam existentiã, & filiationẽ.

Aliud assertũ *S. Thomæ* pro eadẽ, quoad receptionẽ filiationis.

7.

Circa 1. assert. aduert.

Rebus creatis maximè pro-

Ad huius dubij decisionem aduertẽdum est, rebus creatis maximè propriã A esse passiuam potentiam, sicut actiua est propria primæ causæ, quæ est actus purus: quare nihil est mirum, quòd ipsa proprietas suppositi sit in quadam potentia passiua ad recipiendam existentiam: omnis enim res creata est variabilis saltem secundum modum realem, in qua mutatione aliqua potentia passiua indicatur. Et quia existentia est actus vltimus cuiusque rei, cum ipsa quoque proprietate hypostatica comparata habet vicem actus; & proprietas hypostatica habet vicem potentiæ passiuæ, & concurrit in genere causæ materialis. Quare suppositum se toto recipit existẽtiam, non solùm ratione naturæ, sed ratione proprietatis, quæ in supposito existit; ita vt ratio recipiendi sit & natura, & proprietas. De principio autem quasi formali existentiæ posteà disputandum: nunc enim agimus de principio materiali. Aimusque in principio materiali existentiæ creatæ contineri ipsam proprietatem, quæ verè, & propriè recipit existentiam in supposito; suppositum enim est quod existit, natura autem, & proprietas existunt in supposito.

priaest passiua potentia, sicut actiua est propria 1. causæ, quæ est actus purus.

Suppositum se toto recipit existẽtiam, ita vt ratio recipiendi sit & natura, & proprietas, quę existũt in supposito.

Cogitãdum tamen est, quòd proprietas hypostatica non tribuit naturæ passiuam potẽtiam, quæ ita est propria naturæ, sicut & proprietatis: imò magis propria est naturæ, quia natura est substantia magis completa, quàm proprietas, quæ substantia non est, sed substantiæ complementum. Quare passiua potentia magis conuenit naturæ, quàm proprietati; neque natura habet à proprietate passiuam potentiam, sicut habet per quantitatem passiuam potentiã ad recipienda accidẽtia materialia; quia quantitas est subiectum illorum proximum, & medium per quod substantia recipit accidentia materialia: proprietas autem non est medium per quod natura aliquid recipiat. Sed quia natura non potest recipere accidentia, nisi sit per proprietatem hypostaticam completa, ipsa proprietas est complementũ quoddam passiuæ potentiæ, sicut & actiuæ, quod posteà declarabimus. Verùm quia ipsa proprietas hypostatica recipit existentiam, non solùm est complementum passiuę potentię quâ natura recipit existentiam, sed ipsa quoque proprietas habet potentiam passiuam ad existentiã recipiendam.

8.

Natura nõ habet à proprietate hypost. passiuam potẽtiã, quæ magis est propria ipsius naturæ, sicut habet media quantitate passiuam potẽtentiam ad recipienda accidẽtia materialia.

Ostenditur.

Proprietas solùm cõplet passiuam potẽtiã naturæ respectu accidentiũ, sicut & actiuã: At respectu existentiæ, insuper ipsa habet passiuam potentiam.

9. Approbatio 1. Asserti accepti à *S. Thoma*,

Dicendum igitur est verum id esse, quod Thomas Caiet. affirmat à S. Thoma acceptum, quòd proprietas constituit suppositum subiectum existentiæ; non quòd totam passiuam potentiam quam habeat suppositum tribuat illi hypostatica proprietas: neque verò quia proprietas afferat naturæ passiuam potentiam, cuius est duntaxat complementum; sed quia proprietas suppositi constituit suppositum, quod se toto recipit existentiam. Et ideò existentia dicitur proprius actus suppositi, quia adæquatur suppositio syncathegorematicè (vt aiunt Theologi) hoc est secundum omnem sui partem. Explicatur hoc magis; nam accidentium aliorum natura est subiectum quo; quia proprietas suppositi non habet passiuam potentiã recipiendi illa, sicut neque per illa perficitur: quamuis enim proprietas sit in supposito recipiente, non est necesse vt ipsa habeat passiuam potentiam recipiendi illa accidentia. Nam & anima est in corpore, & non habet passiuam potentiam recipiendi accidentia corporea, licèt homo per animam constitutus illa accidentia recipiat; sed tamen quia id quod recipit non est natura, sed suppositum, proprietas hypostatica constituit subiectum omnium accidentium, non tribuendo passiuam potentiam naturæ, sed complendo illam, vt docuimus. Diuerso autem modo constituit suppositũ. vt subiectum existentiæ; quia ipsa habet passiuam potentiam recipiendi existentiam; & ideò constituit subiectum existentiæ, quod se toto recipit existẽtiam. Et hoc satis est, vt peculiari modo suppositum dicatur subiectum existentiæ, & existentia dicatur actus suppositi, scilicèt syncathegorematicè secundũ omnem partem: tum vel maximè, quia natura ante suppositum non potest recipere existentiam.

Explicatur 1. Existentia dicitur proprius actꝰ suppositi,

1. Ratio, quia adæquatur supposito syncathegorematicè.

Explicatur 2.

Quãuis proprietas suppositi sit in supposito recipiẽte accidẽtia, nõ tamen habet passiuam potẽtiam ad illa.

Sic non anima incorpore, sed homo per animam cõstitutus recipit accidentia corporea.

At ea proprietas habet passiuam potentiã recipiendi existentiam.

2. Ratio, quia natura ante suppositum non potest recipere existentiam.

10. Circa 2. assertũ dubium.

De filiatione creata aliud est dubium, neque enim fingi potest, quòd proprietas hypostatica habeat receptricem potentiam istius relationis potiùs, quàm aliorum accidentium; ergò non constituit suppositum vt proprium subiectum filiationis. Respondendum tamen est, istius accidentis passiuam potentiam non esse partialem, scilicèt quia neque est in natura singulatim, neque in proprietate hypostatica, sed in ipso suppositalito, quod ab ijs distinguitur; quia est forma consequens vltimum terminum generationis, quod est suppositum, vt à natura, & proprietate singulatim discernitur; & ita proprietas hypostatica constituit subiectum filiationis non complendo passiuam potẽtiam naturæ ad illam, quæ nulla est ad hoc accidens; neque per passiuam potentiam ipsius proprietatis, quam etiam negamus ad recipiẽdam filiationem: sed per hoc ipsũ quod constituit suppositum, quod habet per se primò istam potentiam passiuam, & non per partes; rectè dicitur quòd proprietas constituat subiectum filiationis creatæ.

Atque ex his liquido colligi potest, quomodo proprietas hypostatica concurrat in genere causæ materialis, scilicèt ad existentiam, recipiendo illam; ad accidentia complendo passiuam potentiam naturæ: ad relationem verò filiationis non concurrit in genere causæ materialis, sed formalis; quatenùs constituit suppositum, quod est subiectum filiationis: verùm vt pars suppositi aliquatenus ad hanc quoque relationem concurrit in genere causæ materialis; sicut anima vt pars hominis ad recipienda accidentia corporea.

Alterum dubium supereſt, vtrùm proprietas hypostatica ad actiones suppositi concurrat in genere causæ efficientis? Quod non cõcurrat opinantur quidam, & hoc ipsum probant, quia proprietas ista est incommunicabilis; causa autem efficiens communicat se; ergo proprietas suppositi non habet efficientem causalitatẽ. Et hoc cõfirmatur, quia Theologi docent, Trinitatem personarũ per accidẽs includi in principio actiuo creationis, quod est diuina potentia. Et mysterium Eucharistię hoc idem persuadet, quia si in illa quãtitate sit calor perceptibilis, ille calor calefaciet manũ, & tamen ibi non est suppositum, neque proprietas suppositi. Denique videtur minimè explicari posse, quid habeat actiuæ facultatis proprietas suppositi.

Alij affirmant ipsam proprietatem suppositi concurrere ad actiones; aliàs actiones Christi non essent Dei operationes, si à sola humanitate orirentur, non autem à diuino supposito. Et hoc idem confirmatur, quia actiones sunt suppositorum.

Ratio: Filiatio est forma consequẽs generationis vltimũ terminum vt sic.

Explicatio 2. Asserti.

Proprietas constituit suppositum, quod habet per se 1. passiuam potẽtiã filiationis, & non per partes

11. Doctrina ex dictis collecta.

Proprietas hypost. cõcurrit vt causa materialis ad existentiam, recipiendo illam.

Ad accidẽtia cõplendo, &c.

Ad filiationẽ vt causa formalis tantum.

Itẽ aliquatenus vt materialis.

12. 2. Quæst. Vtrum ea proprietas ad actiones suppositi concurrat effectiuè.

1. Sent. neg.

Probatur 1. quia incõmunicabilis.

Confirm. ex diuinis.

Itẽ in Eucharistia.

Probatur 2.

13. 2. Sẽt. affirm.

Media

14.
3. Sent. media. Eam proprietatem esse per se necessariam in agente ex parte agentis, sed nó ex parte actionis, & effectus.

Media est aliorum opinio, quòd proprietas hypostatica, non per accidens, sed perse necessaria sit in agéte ex parte agentis, sed non ex parte actionis, & effectus. Agens enim priùs fit ens completum per ipsam proprietatem suppositi, quàm quod operetur, sed hoc est per accidens ad actionem.

15.
Pro concl. 1. præsciendũ. actiones sunt suppositorum. *S. Thom.*

Illud primum constituendum nobis est actiones esse suppositorum: quod est axioma omnium consensu tritissimum. Et hoc docet S. Thomas 1. p. q. 39. art. 5. ad 1. & q. 4. art. 1. ad 3. & 3. p. q. 19. ar. 1. ad 3. & 9. Quod Ioannes Episcopus retulit verbis conceptis, scilicèt actiones esse suppositorum, vt ostenderet nõ essentiam, sed Patrem generare in Concilio Florent. sess. 18. Et ait hoc ipsum esse omnium Philosophorum sententijs comprobatum. Vnde omnes concorditèr & Philosophi, & Theologi asseuerãt suppositum esse principium quod operatur; principium autem est id, à quo res emanat; vnde necesse est vt ab ipsomet supposito emanet actio.

Conc. Florẽt.

Vnde suppositum est principiũ quod operatur,

16.
2. Præsciẽd. Vt suppositũ operetur, non sufficit habere in genere causæ materialis ipsam virtutẽ effectricem: sed necesse est, vt ipsum suppositum priùs naturâ cõcurrat ad operãdum, quàm virtus suppositi. Probatur.

Perspiciendum adhuc est oculatiùs, quòd ad hoc vt suppositũ influat, & operetur, non est satis, quòd in genere causæ materialis sustineat virtutem operatricem, à qua actio emanat; tunc enim ipsum suppositum non concurreret in genere causæ efficientis ad operationẽ, sed in genere causæ materialis: sed necesse est vt ipsummet suppositum priùs naturâ concurrat ad operandum, quàm virtus suppositi. Probatur, quia necesse est omninò, vt ipsum suppositum concurrat in genere causæ efficientis, vt modò commonstrauimus, cum sit principium reale physicum efficiens; & concurrit per virtutẽ suam actiuam superadditam tanquam per medium; ergo priùs naturâ concurrit suppositum: neq; ideo fingenda est aliqua actio suppositi antecedens eam actionem, quæ à virtute eius actiua emanat; sed eadem actio est à duobus, scilicèt à supposito, & à virtute actiua illius. Quòd autem suppositum priùs naturâ operetur, indicat ordinem causarum, vt docuimus lib. 2. quia virtus actiua, quæ est principium quo, sequitur principium quod, scilicèt ipsum suppositum.

Explicatur. Non est alia actio suppositi antecedens actionẽ virtutis suppositi, sed eadem est à duobus.

Confirm. Principiũ quo sequitur principium quod.

17.
3. Præsciend. In supposito non est aliqua vis actiua ante

Prætereà in ipso supposito non est cõmentanda aliqua vis actiua antecedens physicam potentiam, qua operatur; v. g. A ignis non est vis vlla actiua ad calefaciendum præter calorem, & formã substantialem, quæ sunt principia formalia operandi. Sed neque id necessarium est, vt suppositum priùs naturâ concurrat, quàm forma; quia suppositum concurrit vt principium quod, forma autem vt principium quo: & vtrumque principiũ habet modum influendi proprium. Ex quibus clarissimè liquet, quòd Deus Pater proprijssimè generat vt principium quod, quasi per se, & maximè influens in Filium, cuius tamen generationis tota potentia quasi actiua, & diuina essentia, & nullo modo Paternitas, vt lib. 2. docuimus: neque est necesse fingere, quòd ipsa Paternitas, quę est Patris proprietas, sit vis actiua; sed sola natura diuina est vis actiua.

Ex eodem principio colligitur, proprietatem suppositi creati nullo modo esse virtutem actiuam: nam proprietas pertinet ad suppositum, quod est principium operationis non formale, sed est principium quod: at verò ad principium quod, non opus est fingere virtutem vllam actiuam ante ipsam physicam potentiam, quæ est forma suppositi; ergo proprietas non est virtus actiua.

Vtrumq; principiũ, sc. quod, & quo habet modũ influendi proprium.

Illatum. Deus Pater proprijssimè generat vt principiũ qđ.

Huius tamẽ generationis tota potentia quasi actiua est essentia, nullo modo paternitas.

18.
1. Concl cõsect. Proprietas suppositi creati nullo modo est virtus actiua.

Probatur.

Expendendum igitur est, vtrùm ad eum modum influendi, qui est proprius suppositi, vt est principium quod, concurrat proprietas hypostatica. Dicendũ tamen est, neque illo modo concurrere proprietatem hypostaticã: nam illo modo illud influit, siue concurrit, quod est principium quod; sed solum suppositum est principium quod; ergo solum illud illo modo concurrit: ipsa autem proprietas non est id quod operatur, vt liquet, cum sit forma suppositi; ergo non concurrit efficienter, neq; vt actiua vis, neque illo modo influendi, qui est solius suppositi. Quòd si obijcias, proprietatẽ constituere suppositum, & ideo concurrere cum illo. Negatur consequentia; mutatur enim genus causæ, quia constituit illud quasi in genere causę formalis; quo non fit vt concurrat cum illo in genere causæ efficientis. Est tamen hæc consequentia bona in formis, quæ dant esse speciei; non quia in causis liceat trãsire à genere in genus, vt à formali causa in efficiẽtem: sed quia forma est principium operandi, illa, inquam, forma quæ dat esse speciei, & ea est vis actiua;

19.
2. Cõcl. cõsect. Proprietas hypost. neque illo modo, qui est proprius suppositi, vt est principiũ, qđ cõcurrit ad actiones.

Probatur.

Obiectio.

Responsio.

Forma constituens, quæ dat esse speciei, etiã est vis actiua, & principium operandi.

20.
Dubium: An concurrat effectiuè, quatenus est complementū virtutis actiuę?

proprietas autem hypostatica non est vis actiua, neque dat esse speciei.

Sed adhuc aliquid supereſt, quo proprietas hypostatica concurrat in genere causæ efficientis, scilicèt quatenus est complementum ipsius virtutis actiuæ.

21.
Aduert. 1. Proprietas hypost. non dicitur cõplere naturã, ita vt ipsa natura subsistat, sed quia illam trahit ad ens cõpletum, qđ est suppositũ, vt p.3. n.1.

At verò vt hoc etiã nudiùs, atq; apertiùs detegatur, aduertẽdum est id quod docuimus, proprietatem non complere naturam, ita vt ipsa natura subsistat: sed dicitur naturam complere, quia trahit illam ad ens completum, quod est suppositum. Eodem autem modo complet actiuam virtutem; vnde cum nihil illi addat actiuæ virtutis, & tamen virtus actiua sine illo complemento sit imperfecta; videtur istud complementum posse rectè dici conditio necessaria virtuti actiuæ: nam agenti quod est suppositũ istud complementum, non est conditio vt sit aptum agere, sed est ratio formalis constituens id quod aptum est agere. Quamobrem, si loquendum sit propriè, nullo modo concurrit ad operandũ ipsa proprietas suppositi, nisi fortè vt conditio sine qua non (vt aiunt) prout comparatur cum virtute actiua; quia sine isto complemento virtus actiua non est idonea ad operandum.

Sic complet actiuã virtutẽ.

Propriè loquendo nullo modo concurrit ad operandum, nisi fortè vt cõditio sine qua non, comparata, non cũ agente, seu suppositо, sed cũ virtute actiua.

22.
Aduert. 2. Agens non potest intelligi nisi sit subsistens aliquo modo: imò neque actio, nisi deriuata ab aliquo subsistẽte; vnde hac in re 2. Sent. improbatur.

Adhuc obseruandum est, non solùm agens non posse intelligi, nisi sit aliquo modo subsistens; sed neq; actionem posse intelligi, nisi ab aliquo subsistente deriuatã. Quapropter ea in re improbamus tertiam opinionẽ cõmemoratam, quæ asserit subsistentiam esse necessariã ex parte agentis, non ex parte actionis.

Primum explicatur.

Primum explicandum est oportere, vt agens sit aliquo modo subsistens; quia id quod agit non est forma in subiecto, sed est subiectum formę, vel forma subsistẽs.

Probatur euidenter.

Probatur euidenter, nam si forma est in subiecto, id quod agit est id quod habet formam, scilicèt subiectum: quod si nõ est in subiecto, necessariò subsistit ipsa forma; ergo modis omnibus id quod agit, subsistit. Dicimus autem agens aliquo modo subsistere, quia quantitas separata per calorem quem habet calefacit; quæ tamen quantitas non subsistit propriè vt substãtia, sed hoc habet substantiæ, quòd in nullo est. Eandem ob causam actio non solùm refertur ad virtutem actiuam, sed etiam ad subiectum, in quo est actiua virtus. Probatur manifestè.

Quantitas separata nõ propriè subsistit vt substantia, sed aliquo modo, hoc enim habet substantiæ, quòd in nullo est.

Secundum probatur manifestè. A Probatur manifestè, quia ipsum subiectum habet realẽ modum influendi vt principium quod; necesse est ergo vt actio ad illud quoque referatur, cum ex propria ratione referatur ad principium vnde emanat: non ergo solùm ex parte agentis, sed ex parte actionis, scilicèt ex ipso intimo conceptu actionis, necessaria est in agente subsistentia; non quòd subsistentia conferat aliquid actioni, aut agenti, sed quia sine subsistentia non intelligitur agens, neque actio ab agente.

Actio ex propria ratione refertur ad principium vnde emanat.

Vltimò obseruandum est, proprietatem hypostaticam non esse necessariam agenti ad agendum; sed esse necessariam agenti materiali, cuius natura non subsistit, agens autem est subsistens: vnde proprietas hypostatica vsque hactenus dicitur necessaria, siue ad recipienda accidentia, siue ad agendum; non quatenus est terminus naturæ afferens vnitatem incommunicabilem; sed quatenùs constituit subsistens. Natura ergo Angelica completa est ad operandum, quia per se subsistit; & similiter ad recipienda accidentia: aliquo tamen modo est incompleta ante proprietatem hypostaticam, quia non est capax existentiæ antequam sit terminata sua proprietate; receptâ autem existentiâ fit capax accidentium, & operationi idonea.

23.
Aduert. 3. Proprietas hypost. non omni, sed materiali agenti est necessaria ad agẽdum; non quatenùs est terminus naturæ afferens incõmunicabilitatem: sed quatenus constituit subsistens.

Sic & ad recipienda accidẽtia est necessaria.

Ante illã naturam Angelicã aliquo modo est incõpleta, quia est incapax existẽtię.

Primum consectarium est, Trinitatẽ personarum non esse necessariã ad operationes, quæ ab essentia emanant: nam ad operandum sufficit subsistentia, & nõ est necessaria proprietas, quatenus facit incommunicabile: sed in sola natura materiali est necessaria proprietas suppositi vt constituat subsistens; ergo cum essentia diuina subsistat, ipsa per se, satis est ad operationem ipsius essentiæ, siue naturæ.

24.
1. Consect. Ad operationes non est necessaria Trinitas personarũ, nec proprietas, quæ facit incõmunicabile, sed subsistẽtia

Secundò consequitur quòd in diuina generatione Paternitas, quę est proprietas hypostatica, nullo modo sit generationis principium; sed neque sit conditio potentiæ generatricis, vt libr. 2. admonuimus: quia illa potentia non est imperfecta, & incompleta, sed est res subsistens; non ergo indiget conditione aliqua ad operandum, quam ponimus in natura materiali defectu subsistentiæ. Potest tamen Paternitas impropriè dici conditio, quia essentia diuina non est potentia generandi, nisi addita Paternitate, vt docuimus: sed propriè cõditio operandi

25.
2. Consect. In diuina generatione Paternitas nullo modo est generationis principiũ, imò neque conditio potentiæ generatricis, vt lib. 2. cap.

Ratio. Potest tamẽ dici impropriè conditio.

1. Ratio.

Secunda.

operandi non est, cum illi potentiæ infinitæ nihil desit. Alio quoq; modo potest dici conditio ipsa proprietas; quia potentia generandi, etsi subsistat, non generat, sed Pater.

26. 3. Consect. resoluens dub. Proprietas suppositi nullo modo cõcurrit in genere causæ efficientis, licèt in genere causæ materialis cõcurrat ad existentiam, & ad alia accidentia, vt n.6. vsq; ad 11.

Tertiò concludimus proprietatem suppositi nullo modo concurrere in genere causæ efficientis; licèt in genere causæ materialis concurrat ad existentiam, & vt pars suppositi in eodem genere concurrat ad alia accidentia. Sed in genere causæ efficientis non concurrit, neque vt vis actiua, neq; vt proprietas agentis, vt docuimus: sed neque vt est pars suppositi, quia non est necesse vt suppositum agat per se totum, sed per formam agit. Est tamen quasi conditio virtutis actiuæ in natura materiali, quæ non subsistit.

27. 4. Consect.

Quartò colligimus eorum quæ obiecta sunt dubiorum absolutionem, quæ nostram sententiam confirmant.

28. Circa 2. sent. argumentum ex num. 13. de actionib' Christi, opinio Soar. dis. 34. sect. 7.

Illud vnum argumentum explicandũ est, quomodo actiones Christi sint referendi ad personam ipsam diuinam, si proprietas personę nullo modo concurrit in genere causæ efficientis. Quidam arbitrantur eas actiones non magis à persona Filij, quàm à Patre, & Spiritu Sancto emanare, quia efficiens causalitas communis est Trinitati; & ita eludunt argumentum, confitentes personalitatẽ Filij non influere in illas actiones, sed esse conditionem, sine qua non.

29. Hęc opinio vt improbabilis Confutatur 1. ex philosophia, & ex fide.

Sed tamen isthæc opinio (nisi fallimur) falsa omninò est, & improbabilis. Nam è re philosophica si depromamus argumentum, ipsum suppositũ verè influit in actiones modo quodam sibi proprio, vt id quod habet formam operandi: & necesse est confiteri secundum fidem, quòd Filius Dei influat in operationes humanas vt proprium suppositũ humanitatis habens humanitatem; quo reali modo influendi non influit Pater, aut Spiritus Sanctus in operationes illas: licèt ergo causalitas efficiens, quæ est actio humana extra Deitatem, sit cõmunis toti Trinitati, vt est effectus diuinæ potentiæ; tamen modo singulari reali, est à Verbo solo, vt est actio deriuata à suppositio humanitatis. Et in hoc videntur fuisse decepti quòd non considerarint modũ principij actiui, sed modum actionis. Et actio quidèm cum omni modo reali actionis est à tota Trini-

Necesse est fateri secundum fidem, qđ Filiꝰ Dei influat in operationes humanas, vt propriũ suppositum humanitatis.

Declaratur confutatio ex fide.

Actio vt est effectus diuinę potentiæ, seu cum omni modo reali actionis, est à tota Trinitate,

A tate; sed modus actiui principij, quod est proprium suppositi habentis humanitatem, ille, inquam, modus realis agendi est solius Verbi Incarnati. Et hoc ipsum quod est Verbum agere, est effectus totius Trinitatis; sed modus agendi per vnionem naturę est suppositi vniti naturæ humanæ, quod est solum Verbum. Quare actiones Christi non sunt solius naturæ vnitæ Verbo cum hac conditione vt sit vnita; sed sunt actiones Verbi emanantes ab illo reali quodam modo proprio Verbi habentis humanitatem: qui tamen modus realis nihil est nouũ
B in Verbo, sed in humanitate.

Præterea personalitas Verbi re ipsâ est Verbum; & solo intelligendi modo distinguitur à Verbo, sed non re ipsa: quare ipsamet personalitas influit in operationes Christi, & non est conditio operandi, sed operans. Nam persona creata componitur ex humanitate, & personalitate additâ, & ideò re ipsâ persona operatur, sed personalitas nó operatur: persona verò Christi non componitur ex personalitate, sed est ipsa personalitas. Quapropter personalitas cõiuncta illi humanitati, quæ est ipsa per-
C sona diuina, non est conditio operandi, sed est ipsummet Verbum operans, verè influens in operationem, vt verum principium reale illius; non tamen alio influxu distincto ab operatione: sed dicitur influere in operationem, quia est reale principium illius; quemadmodum ipsa actiua potentia dicitur influere in operationem.

Quòd si vrgeas suppositum diuinum non posse influere in eam operationem priùs naturâ, quàm humanitas, cum illa sit operatio humana. Respondetur negando consequentiam, quia vt diximus, prioritas hæc naturæ indicat ordinem
D principiorum, non ordinem actionum distinctarum; vnde cum humanitas pendeat à Verbo, eadem actio humana quæ pendet ab humanitate, prioritate naturæ pendet à Verbo, à quo pendet humanitas. Et hoc ipsum indicat Verbum influere in actionem modo peculiari, quo non influunt Pater, & Spiritus Sanctus: sicut humanitas, & operatio humanitatis modo peculiari à Verbo pendent; maximè verò operationes immanentes quæ pendent à Verbo, vt ab eliciente principio; quia voluntas humana est

At vt est deriuata à suppositio humanitatis, seu cũ modo reali agẽdi per vnionẽ naturæ, qui est modus actiui principij, est à solo Verbo Incarnato.

Hic modus realis nihil est nouũ in Verbo. sed in humanitate,

30. Cõfutatur 2. Personalitas quæ est ipsa persona diuina humanitati coniuncta, non est conditio operandi, sed ipsũ Verbũ operãs, & influens in operationem.

Non influit in operationẽ alio influxu distincto ab operatione.

31. Obiectio. Solutio ex n. 16. & lib. 2. c. 40. n. 8. & 17.

Prioritas naturæ qua suppositum priùs influit, quã natura, indicat ordinẽ principiorum, nõ actionum distinctarum.

Humanitas, & eius operatio pendent à Verbo peculiari modo quo nõ pendent à Patre, & Spiritu Sancto: maximè operationes immanentes:

est voluntas Verbi,& intellectus humanus est intellectus Verbi, sed hæc tomo 4. vberiùs tractabuntur.

QVARTA PARS.

Vtrûm natura sine supposito possit existere?

1.

1.Sent. affirm. *Caiet.*

Modus eam defendendi,sc. naturam tunc subsistere solũ negatiuè.

Cõfirm.opinando naturã existere priùs, quã subsistat.

Probatur de natura Angelica.

2.

2.Sent. negãs longè probabilior, de natura materiali.

Probatur 1. clarè.

Huic, cũ non subsistat,sed sit forma suppositi, non minùs intrinsecũ est esse in supposito, quã suppositum, vt habeat naturam.

Probatur 2. Si natura posset existere per se,non in alio, seu absq; omni addito, esset suppositum.

Scot.

S. Thom. hoc docet de diuina essẽtia.

Ratio manifesta.

VT consensionem naturæ cum supposito probè intelligamus, pernecessaria est ea disputatio, vtrùm natura sine supposito possit existere ? Affirmat Thomas Caiet. 3.p.q.4.art.2. Quod videtur posse defendi,si dicamus naturam sine supposito subsistere negatiuè, quia non est in alio: sed non subsistere positiuè per subsistentiam propriam. Et videtur probabiliùs posse defendi ab illis, qui dicunt naturam existere priùs naturâ, quàm subsistere. At verò si natura Angelica ante suppositum subsistit,quid prohibet illam existere sine supposito?

Sed longè probabilior est negans sententia, quòd natura non possit existere sine supposito. Et quidem hoc existimamus dilucidè conuinci de natura materiali, quæ non subsistit, sed est in subsistente : cum enim humanitas sit quasi forma Petri, non minùs intrinsecum est in ipsa ratione formali naturę, vt sit in supposito, quàm suppositi vt habeat naturam. Igitur eodem modo quo fingi non potest suppositum sine natura, esset enim res habens quæ nihil haberet; ita neque natura sine supposito, quia esset res habita quæ à nullo haberetur. Deinde, quia existere per se, non in alio, est subsistentium;subsistens autem est,quod in nullo est, & ipsum est suppositum, vt anteà definiuimus : nam humanitas nõ est id quod subsistit:ergo non potest existere separata; si enim hæc humanitas existeret per se absque omni supposito, sanè in nullo esset, & esset subsistens, & suppositum : repugnantia ergo est, quia si in nullo est,ipsa est suppositum. Et ita commentabatur Ioannes Scot. cit.cap. 16.n.12.& citandus cap.19. p.3. naturam absque omni alio addito esse suppositum. Et verum id quidẽ si illa absq; omni addito posset existere. Quare S. Thom.3.p.q.3.art.3. ad 1. rectè admonuit, diuinam essentiã remotis proprietatibus relatiuis futuram fuisse suppositum. Et probatur manifestè, quia si ista humanitas existeret sine supposito, ipsa esset id quod est, & id quod operatur. Quid ergo necessarium erat suppositũ? si humanitas Petri ita viueret sine supposito, sicut Petrus, quid opus esset Petro ? aut quanam ratione negaremus eã humanitatem esse hominem,in qua omnia essent quæ sunt hominis ? Essent ergo res aliæ quæ possent esse beatitudine præditæ, præter homines, & Angelos, scilicèt ipsæ naturæ sine suppositis. Qd si dicas eam humanitatem non esse hominem, neque posse operari; certè esset pars entis completi,quæ sine ente completo, quod est suppositum, non potest existere separata. Non est ergo ea in re audiendus Thomas Caietanus, neque eius opinio vllo modo est probabilis, aut verosimilis; maximè cum ipse doceat existentiam esse proprium actum suppositi : sed humanitas sine existentia non potest existere; ergo neq; sine supposito existit.

Esset ea natura id quod est, & id quod operatur.

Absurda consequentia,

Responsio.

Ex ea infertur 2. Sent.

Probatur 3. cõtra *Caiet.* argumento ad hominem.

3.

De natura Angelica probatur.

De natura autem Angelica idẽ probatur. Nam etsi ea forma subsistat,tamẽ hoc ipso quod est per se,hoc est, separata ab alio subsistente, terminatur proprio termino, qui est proprietas suppositi, vt cap. sequenti ostendemus. Et hoc argumẽtum est commune ad commonstrãdum, quòd nulla sit natura sine supposito, quod à S. Thoma accepimus in 3.d.5.q.3.ad 3. vbi docet humanitatem assumptam,si dimitteretur, traducendã esse in personam, propter ipsam separationẽ, *Quia* (inquit) *separatio dat vtriq; partium totalitatem.* Illustramus rem exemplo : Qui diuidit lignum,ipsa diuisione facit, vt pars ligni non sit pars, sed totum, & nihil additur parti vt sit totũ, nisi terminus quo diuiditur ab alia parte; quæ etiam pars alia fit totum addito termino. Natura ergo Angelica cõpleta quæ est quoddam totum subsistens, quia non est pars naturæ, sed natura, si assumatur, est quasi pars amittens terminũ proprium,scilicèt suam personalitatem: quòd si dimittatur, necesse est vt sit tota separata, accedẽte termino,qui est propria personalitas. Neque tamen exemplum istud diuisionis continui omninò quadrat, vt cap.sequenti videbimus,nisi quoad hoc,quòd necesse est vnamquãq; naturam habere suum terminum, hoc ipso quòd est ab alijs separata; & hunc terminum dicimus proprietatem suppositi.

Declaratur exemplo,de diuisione continui,v.c. ligni.

Exemplũ non quadrat, nisi quoad doctrinam hìc declaratam.

positi. Et diuina ipsa natura si non esset in tribus personis, hoc ipso quòd esset separata ab alijs rebus, haberet suum terminum, & esset persona, vt præclarissimè docuit S. Thomas. Ergo non potest vlla natura siue creata, siue increata sine proprio suppositio intelligi.

Idem vt num.2.

4. Modi defendẽdi sententiam *Caiet.*

Quòd autem aiunt naturam sine supposito subsistere negatiuè, nullius põderis est. Nam, vt de subsistentia disputantes decernemus, subsistentia est modus intrinsecus rei, non additus: quare humanitas sine suppositio hoc ipso esset subsistens positiuè, quia nõ esset in alio. Nam res quæ non est in alio, ipsa est subsistens modo quodam intrinseco: imò etsi subsistentia esset res distincta, per hoc ipsum quòd humanitas non esset in supposito, mutaretur modus entis, & adderetur necessariò subsistentia, quæ nihil est (vt aiunt) nisi modus ille realis immutatus. Sed etsi permittamus naturam priùs existere, quàm subsistat, necessaria tamen est subsistentia: quia iuxta eam opinionem existentia partialis non compensat subsistentiam, sed res existens adhuc pendet secundum subsistentiam. Verum est, opinionem istam, quòd res priùs existat, quàm subsistat, meritò non probari, quia quod existit non pendet adhuc, cum habeat vltimum complemẽtum, & perfectum actum scilicèt existentiam, vt posteà disputabimus. Similiter de Angelica natura ostẽdimus, nõ ideò necesse esse illam in suppositio inueniri, quia ab illo habeat subsistentiam; credimus enim formas Angelicas subsistere: sed necesse est quòd terminentur per terminum, quem dicimus proprietatem hypostaticam, siue personalitatem. Nulla ergo natura sine suppositio existit.

1. Subsistentia est modus intrinsecus rei, non additus.

2. Cõfutatio.

Cõfirmationis 1. infirmatio eâ opinione datâ.

2. infirmatio eam refellens.

Ad probationẽ Responsio. Non ideò necesse est Angelicã naturã in suppositio inueniri, quia ab illo habeat subsistentiam: sed quia opus est qđ terminetur per terminum qui dicitur personalitas.

Confirmatio.

5. *S. Thom.* vbi supra n.3.

ISta opinio valdè consentanea est doctrinæ S. Thomæ, & verbis citatis ex 3. sent. quòd ipsâ separatione, si natura à Verbo separetur, erit constituenda persona, scilicèt adueniente termino, qui separationem consequitur; & ipse terminus est personalitas. Idem sentit Ioannes Scotus in 3.d.1.q.1.vbi probat proprietatem non distingui re ipsâ à natura, quia si distingueretur, posset natura existere sine proprietate suppositi, & sine suppositio: id verò affirmat omninò esse impossibile. Et est frequentior Doctorum opinio.

Scot.

2. Sent. est cõmunior.

CAPVT XIX.

Proprietas suppositi affert vnitatem vltimam indiuidui.

QVoniam suppositum est indiuiduũ completum, quia ipsi naturæ indiuiduæ supponitur indiuiduum suppositum; disputandum nobis est de ipsa ratione formali istius indiuidui, quod appellamus suppositum, deque eius vnitate incommunicabili. Diuiditur caput in quatuor partes.

Prima pars: *Quo pacto proprietas hypostatica distinguat naturã, & suppositum?*

Secunda: *Quòd proprietas hypostatica non sit composita, & quomodo diuidatur diuisâ naturâ?*

Tertia: *Quæ sint negationis debitæ suppositio?*

Quarta: *Quo sensu suppositum dicatur incommunicabile.*

PRIMA PARS.

Quo pacto proprietas hypostatica distinguat naturam, & suppositum?

IMprimis disputandum est, quomodò proprietas hypostatica distinguat naturam, & suppositum? Quòd enim distinguat suppositum, dubium non est, vt cõmõstrabimus. Sed quomodo distinguat naturã? difficilius est explicatu. Et quidẽ quòd proprietas hypostatica distinguat naturam, multa sunt quæ persuadent; tum quia est actus distinguens cõiunctus cum ipsa natura: tum quia dicitur proprietas non solùm suppositi, sed naturæ, quasi naturæ debita; proprietas autem distinguit vnamquamque rem ab alijs: tum etiam quia appellatur terminus naturæ; terminus autem est quasi finis præscriptus vnicuique rei; sunt autẽ res suis finibus discretę; ergo natura per hypostaticam proprietatem distinguitur.

1. Supponendũ. Quòd hęc proprietas distinguat suppositũ dubiũ non est.

Quôd distinguat naturam, 1. argum.

2. argum.

3. argum.

Aduertendum tamen est naturas indiuiduas esse inter se distinctas, vel materiâ signatâ vt docuimus, vel quia sunt formæ separatæ specie distinctæ: quare proprietas

2. Aduert. Non distinguit naturâ indiuiduã vnam ab alia, sed na-

proprietas hypostatica hac ratione non distinguit naturas, sed aduenit distinctis. Neque argumenta conuincunt naturam indiuiduam vnam ab alia distingui per hypostaticas proprietates: sed quia naturis indiuiduis sic inter se distinctis posset in suppositis esse confusio, si esset vnum suppositum naturæ alienæ, aut vnum suppositum multarum naturarum, aut vna natura multorum suppositorum: propter hoc, proprietas hypostatica quæ constituit suppositum, cõiungit naturam cum vno supposito, & diuidit illam ab alio.

Argumenta posita n.1. non conuincũt oppositum.

Cõiungit naturam cũ vno supposito, & diuidit illã ab alio supposito.

3.

Assertio 1. Proprietas hypostatica non est actꝰ intrinsecus distinguens naturã

Dicẽdum igitur primò est, quòd proprietas hypostatica sicut non est actus intrinsecus naturæ indiuiduæ constituẽs illam: ita neque est actus intrinsecus distinguens naturam. Itaque natura non habet vt sit hæc ab ista proprietate: sed potiùs hæc proprietas aduenit huic naturæ indiuiduæ iam cõstitutæ, & distinctæ. Et hoc sensu proprietas hypostatica non distinguit naturam; quia etsi coniungatur cum natura, non coniungitur cum illa, vt actus illius, neque vt proprietas illius; sed vt actus intrinsecus, & proprietas suppositi, quod constituit, & distinguit. Dicitur autem proprietas naturæ, non quòd sit propria passio cõueniens naturæ, sed quia necesse est naturam coniungi cum supposito, cuius est proprietas. Et ideò illa quidem proprietas ordine naturæ est debita isti naturæ: sed est proprietas suppositi.

Probatur. Non coniungitur cum natura vt actus, & proprietas illius, sed suppositi.

Dicitur proprietas naturę propter coniũctionẽ naturæ cũ supposito.

4.

Assertio 2. Natura quęcũque per suam proprietatẽ necessariò, & formaliter separatur à quocũq; supposito alterius naturæ.

Dicimus secundo loco propter illam coniunctionem naturæ cum supposito, cuius causa formalis est proprietas hypostatica, naturam quamcunque per suam proprietatem separari à quocunq; supposito alterius naturæ. Itaq; intrinsecum hoc est, & omninò necessarium, vt proprietas hypostatica diuidat naturam à quocunque supposito naturę alienæ. Probatur hoc manifestè, nam humanitas hæc Petri, verbi gratia, præcisè cõsiderata excluso supposito, nihil includit in sui ratione formali, quo nõ possit esse Pauli; additâ autem proprietate hypostaticâ Petri, iam includit aliquid quo non possit esse Pauli: ergo illa proprietas est ratio formalis separans humanitatem Petri à supposito Pauli. Confirmatur hoc iuxta doctiorum sententiam, quòd natura additâ proprietate hypostaticâ non possit assumi à persona diuina, & ante proprietatem additam potuit assumi, vt fidelitèr credimus; ergo proprietas hypostatica habet proprium munus, vt separet naturã ab omni supposito alieno. Hoc idem comprobatur, quia natura creata nisi assumatur à supposito alieno, per hoc ipsum quod est separata per se, terminatur proprio termino, quem dicimus proprietatem hypostaticam: atqui per ipsummet terminum formaliter separatur; nam terminus formaliter separat ipso munere terminandi, sicut punctum terminans lineam hoc ipso formaliter separat illam ab alijs lineis; ipse autem terminus est proprietas hypostatica; ergo ipsa proprietas separat ab omni supposito alieno. Neque enim cogitari potest, quòd sit formaliter separata, & quòd sit alieno supposito coniuncta. Explicatur hoc, si enim Verbum exueret naturã assumptam, separaret illam à se quadam negatione, dissolutâ vnione, quia non vnita esset separata: sed positiuè esset separata per terminum proprium naturæ, quẽ dicimus hypostaticam proprietatẽ; ergo hypostatica proprietas formaliter separat naturam ab alieno supposito. Similiter diuina natura etsi se ipsâ sit separata ab omni re, tamen nostro intelligẽdi modo suis proprietatibus hypostaticis est separata à suppositis alienis. Est ergo commune hoc munus hypostaticæ proprietatis, vt separet naturam ab omni supposito alieno: & ita meritò vocatur terminus naturæ, & quasi finis naturæ, non sinens illam esse in alieno supposito. Et hoc probant illa argumẽta, si quid probant.

Confirmatur ex incompossibilitate vnius proprietatis cũ alieno supposito.

Probatur 1. Humanitas aliàs indifferens ad plura suppositа, per proprietatem fit vnius.

Probatur 2. ex munere terminandi.

Exemplum puncti terminantis.

2. Probationis explicatio.

Natura assũpta si dimitteretur à Verbo, esset per nõ vnionẽ separata ab illo negatiuè, p proprietatẽ suam hypost. positiuè.

Similiter diuina natura nostro modo intelligẽdi est separata à suppositis alienis.

2. Assertionẽ vniuersim probant argumenta posita n. 1.

5.

Assertio 3. communis. Proprietas hypost. creatæ terminat naturã vnam in supposito vno.

Tertiò cõstituendum est, omnẽ proprietatem hypostaticam creatam terminare naturam in vno supposito. Et in hoc ferè Theologi omnes consentiunt. Imprimis integrâ potestate naturæ cõstat hic terminus, vt natura vna sit in supposito vno; proprietas autem hypostatica est quæ formaliter separat naturam ab omni alio supposito: terminat ergo formaliter naturam vnam in supposito vno.

Probatur 1. In rebus creatis proprietas & natura sunt omninò adæquata.

Prætereà ista proprietas est adæquata isti naturæ; ita vt nullâ potentiâ possit effici, vt ista proprietas coniungatur cum alia natura; neque alia natura cum proprietate creatâ alterius; neque multæ naturæ in vno supposito, neq; multa

suppositа

supposita in vna natura possunt subsistere: ergo in rebus creatis proprietas, & natura sunt omninò adæquata, ita vt nullâ potentiâ queant diuelli. Ecquis ergo neget proprietatem hypostaticam esse terminum naturæ? His adde, quòd probabilior opinio fert, naturam creatam addita proprietate non posse assumi à diuina persona; & colliges conclusionem scitam, quòd proprietas hypostatica creata terminat naturam, & coarctat illam in vno supposito, ita vt in nullo alio siue creato, siue increato possit simul existere.

Confirmatur.

7. Aduert. Hic effectus coarctandi naturam ad vnũ suppositũ, creatæ ratum conuenit proprietati hypost.

Sed tamen hic effectus proprietatis hypostaticæ non est communis nisi proprietatibus creatis; quia diuinæ proprietates non coarctant naturam ad vnum suppositum, cum sint suppositapluralia. Itaque proprietas vna, quæ trahit naturam diuinam ad suppositum vnum, non separat illã ab alijs suppositis eiusdem naturæ.

8. Natura, & suppositum finitũ inuicem sese finiunt, non sic suppositum, & natura increata.

Et quidem lib. 1. docuimus naturã, & suppositũ finita, sese inuicem finire; quia natura quoad speciem finit suppositum: est enim suppositũ habens naturam humanam duntaxat homo, & non potest esse Angelus, aut leo; suppositũ verò finit naturam, quia non potest natura humana Petri esse in Paulo: & ratio formalis separans humanitatẽ Petri à supposito Pauli, est proprietas hypostatica Petri. Et ita in rebus creatis hæc sunt mutuò definita. In supposito autem, & natura increata, quia infinita sunt, non finiunt se natura, & suppositũ, sed est natura diuina in supositis tribus; & suppositũ vnum scil. Verbũ subsistit in duabus naturis. Ratio igitur discriminis est finitas, & infinitas suppositi, & naturæ.

Ratio discriminis, est finitas, & infinitas naturæ, & suppositi.

9. Contra hanc rationem 1. Obiect.

Sed contra hoc nonnulla occurrunt dubia. Nam hic modus definiendi, videtur non repugnare infinito: nam ipsa natura diuina infinita terminatur per suas proprietates, & finitur, quoad hoc quòd nõ possit esse in alieno supposito, vt docuimus. Deinde ipsum suppositum diuinum ita est definitũ, vt necessariò sit distinctum ab alio. Præterea distinguere non est propriè definire, quia natura diuina infinita distinguitur ab alijs rebus, & non propriè definitur: ergo etsi per proprietatem vnius suppositi distingueretur ab omni alio supposito, non ideò esset definita. Denique natura humana

2. Obiect.

3. Obiect.

4. Obiect.

A potest esse in tribus suppositis diuinis, licèt ipsa sit finita; ergo natura finita addità proprietate, non coarctatur in vno supposito, quin possit esse in suppositis tribus.

Non tamen propter hæc argumenta mutamus dictum. Et imprimis loquendo de suppositis naturæ proprijs, non alienis, illa est ratio adæquata ob quam natura creata est in vno supposito; increata verò natura est in suppositis tribus; scilicèt quia illa est finita, ista infinita.

Deinde quòd suppositum creatum nõ possit subsistere in pluribus naturis, quod potest diuinum, illa quoque est ratio adæquata; quia suppositum creatũ est finitum, diuinum autem suppositum infinitum est.

Quòd si obijcias suppositum diuinum quasi definiri per naturam quoad speciem, sicut suppositum creatum per naturam definitur quoad speciem. Occurrendum est, naturam diuinam esse infinitam, & ideò constituere infinitum suppositum; quod etsi secundũ speciem, intimè sit Deus, & nullam aliam habeat essentiam: tamen quia continet eminenter perfectionem omnis speciei, potest terminare naturam, siue essentiam alienam. Et idcircò dicitur suppositum infinitum quoad hoc, quòd potest sustinere naturas alienas infinitas, de qua re vberiùs disputabimus tom. 4.

Verùm illa nobis quæstio superest, siquidem natura creata non potest esse in suppositis creatis pluribus, bene tamen in increatis, vtrùm hoc etiã accidat ob discrimen finitatis, & infinitatis? vt videtur docere Tho. Caiet. 3.p.q. 3. ad 6. Videtur autem non esse adæquata ratio infinitas suppositorũ: nã infinitas suppositi hoc præstat, vt suppositũ nõ sit definitũ per vnã naturã, sed maneat infinitũ quoad hoc quòd possit subsistere etiam in natura aliena. Quòd autem vna natura possit esse in multis suppositis, præstat infinitas naturæ, non suppositi: ideò enim natura diuina est in multis suppositis proprijs, nõ quia illa sũt infinita, sed quia est infinita ipsa natura, quæ est infinitè cõmunicabilis. Quare autẽ in suppositis diuinis pluribus possit esse vna natura creata, quæ finita est, ratio videtur esse anceps, & dubia, accidatne hoc propter infinitatẽ diuinorũ suppositorũ?

10. Decernitur positam rationẽ esse adæquatã, quare natura creata in vno esti supposito, increata verò in tribus.

11. Item quare suppositũ creatũ non potest subsistere in pluribus naturis; bene tamẽ diuinum.

12. Instantia.

Solutio.

Suppositum infinitum cõtinet eminenter perfectionẽ omnis speciei.

13. Quæstio: An finitas, & infinitas suppositi sit ratio adæquata, quare natura creata non possit esse in pluribus suppositis creatis: bene tamẽ in increatis?

Pro p. affirm. Caiet.

Pro p. neg. probatio.

Infinitas suppositi hoc solũ præstat, vt suppositũ possit subsistere in pluribus naturis, non verò vt natura sit in pluribus suppositis.

14. Pro resolut. 1. cõcl. annuẽs parti neg. & eĩ probationi.

Igitur ad istius dubij resolutionem dicendum est, infinitatem suppositi non indicare quòd natura sit in suppositis pluribus, sed potiùs quòd suppositum possit subsistere in naturis pluribus, vt modò dicebamus. Nam si natura diuina non esset communicabilis, esset suppositum vnum, & illud infinitum: & ipsa infinitas suppositi oritur ab infinitate naturæ, neque est distincta ab illa. Quare licèt fortè infinitas suppositi sit necessaria ad hoc, vt natura sit in pluribus suppositis, non finitis, sed infinitis; erit tamen quasi necessaria conditio istius non repugnantiæ, vt explicabimus statim.

Ostenditur. Illatum:

Infinitas suppositi solũ est quasi necessaria conditio istius non repugnantiæ, vt natura sit, &c.

15. Pro declaratione aduert.

Deinde aduertendum est, suppositũ diuinum esse infinitum ratione naturæ, ita vt personalitas non addat aliam infinitatem ad naturam, quemadmodum docuimus lib. 3. Quare non disputamus de infinitate suppositi quoad esse, sed de infinitate muneris, & officij sui. Nam diuinum suppositum in eo quòd subsistit infinitæ naturæ, & potest subsistere naturis infinitis, præstat infinitum quoddam munus, & officium suppositi.

Suppositi diuini infinitas quoad esse, est ipsa infinitas naturæ, vt li. 3. cap.

Habet ergo hoc quoq; diuinũ suppositum ratione suæ infinitatis, qđ personalitas eius non coarctat naturã in supposito vno. Sed id iam quæritur, vtrùm hoc habeat suppositum diuinum quatenus infinitum est, vt infinitas sit adæquata ratio istius non repugnantię, qua supposita diuina habere possunt cõsortium in natura eadem. Et videtur non esse infinitas adæquata ratio istius non repugnantiæ.

Hic quęst. est de infinitate suppositi quo munus suum.

16. Ab hac infinitate est, qđ personalitas diuina nõ coarctat naturã in vno supposito.

Quæst. tãdẽ proponitur. Pars neg. eligitur.

17. Pro inquirẽda ratione adęquata illi⁹ quęsiti: aduert.

Aduertendum igitur est, proprietates diuinorum suppositorũ esse quasdã relationes quæ non terminant naturam ad se, sed ad aliud; vnde natura terminata per vnam relationem diuinam, scil. per filiationem, satis quidem terminata est; quia iam est istius suppositi, scilicèt Filij: sed nihil prohibet quin terminetur per aliam relationem, sc. Paternitatem, qua relatione terminata natura iam erit alterius suppositi, scil. Patris, sicut nunc est natura Filij. Proprietas autem absoluta terminat naturam ad se, separando illam à quocunque alio; & ideò terminata natura per absolutam proprietatẽ, iam est separata vt non possit esse alterius. Et ideò verissimum est illud pronunciatum, quòd personæ diuinæ non excludunt sese in suo munere; quia cum constituantur relationibus, non separãt naturam ab alijs personis similiter relatiuis; separant autem necessariò ab absolutis; quia absoluta personalitas quæ est ad se, separat naturam, & non admittit consortium.

Licèt natura satis terminata sit per vnã relationẽ, potest terminari per plures, non tamen per diuersas proprietates absolutas.

Rat. discrim. Relatio terminat non ad se, sed ad aliud.

Proprietas absoluta ad se separando à quocunque alio.

Quamobrem arbitramur diuina suppositа permittere mutuum consortiũ in diuina natura, non præcisa ratione, quia infinita sunt, sed maximè quia relatiua. Probatur, nam si esset diuinum suppositũ terminatũ ad se ipsum, esset vnum, & esset infinitum; nõ ergo quà infinitũ est, sed qua relatiuum admittit consortium aliorũ suppositorũ. Verum est quòd nõ potest esse relatiuum suppositũ, nisi infinitũ; quia relatiuũ suppositũ est naturæ cõmunicabilis per intimam originẽ, vt generans, & genitum, siue eiusdem indiuiduæ naturæ; quæ origo propria est diuinis suppositis, & in sola infinita natura potest inueniri.

18. Infertur 1. ratio adæquata ex parte supposi. quare natura diuina sit in pluribus suppositis, sc. quia hæc relatiua sunt.

Probatur.

Explicatur; Relatiuũ suppositũ non potest esse nisi infinitum.

Probatur.

Ex quibus colligimus naturam vnam posse esse multorum suppositorum, per hoc duntaxat, quia eadem natura indiuidua est cõmunicabilis: hoc enim modo diuina natura est in multis suppositis, scilicet per originem cõmunicata; & natura humana, aut alia creata potest esse in multis suppositis diuinis, si assumatur ab illis: hoc enim modo natura creata cõmunicatur diuino supposito, dum illi coniungitur; sed communicari per originem est proprium infinitæ naturæ: communicari autem multis suppositis per vnionem hypostaticam, non indicat infinitam, sed potiùs finitam naturam.

19. Infertur 2. ratio adęquata ex p. naturę, sc. cõmunicabilitas eiusdem naturæ indiuiduæ.

Cõmunicari per originẽ est proprium infinitę naturæ: per vnionẽ hypost. indicat finitã naturam.

Habemus ergo causam adæquatam, quare natura creata possit esse in multis suppositis diuinis, ex parte suppositorũ non repugnantiam, non quia solùm infinita, sed quia relatiua sunt, quæ admittunt consortium: ex parte verò naturæ capacitatem, qua potest assumi, & vniri hypostaticè.

20. 2. Concl. colligens rationẽ adæquatam quæsiti ex parte suppositi. Itẽ ex parte naturæ.

Atqui ex dictis possumus breuitèr diluere argumenta, siue dubia proposita. Itaq; illud imprimis respõdendũ est quod sit commentarius Sancti Ioannis Damasceni, & aliorum Patrum, dùm aiunt proprietatem hypostaticam determinare diuinam naturam. Vel enim intelligendum est quòd determinet illam separando ab omni supposito alieno, quod

21. Ad 1. obiect. Respõs. simulque explicatio ad Damasc. cũ alijs dicẽtẽ proprietatem hypost. determinare diuinã naturam.

1 sensus: separando illã ab omni suppósito alieno.

2. sensus: trahẽdo illam ad suppositũ.

quod est commune munus cuiusq; proprietatis hypostaticæ, vt docuimus: vel potiùs si id non credatur esse ad mentem illorum, explicandum est quòd proprietas hypostatica determinat naturã trahendo illam ad suppositum, vt singulis proprietatibus additis fiat propria singulorum. Aliàs non determinat naturam diuinam, neque distinguendo illam quæ est vna in omnibus, neque verò coarctando illam ad suppositum vnũ, vt faciũt proprietates hypostaticę creatæ: quod fas non est credere de diuinis, cum sic natura vna in suppositis tribus.

Non determinat distinguẽdo illam, nec coarctando illam ad vnum suppositum.

S. Anast.

Quamobrem S. Anastas. lib. 1. de rectis fid. dog. disputans de diuinis suppositis, *Proprietas* (inquit) *essentiam nulla sui parte commutat.*

22.

Ad 2. & 3. ob. Quòd suppositũ coarctetur ad vnam naturã, vel qđ coarctet naturã ad vnũ supositũ, est cõtra rationem suppositi infiniti quoad munus suppositi.

Deinde si suppositũ diuinũ non posset subsistere in natura aliena, non esset infinitum quoad munus suppositi. Et idem dicendum, si non permitteret consortium aliorum suppositorum diuinorum. Præterea etsi vnum suppositum diuinum sit distinctum ab alijs, non ideò est definitum; quia non minùs obit munus suppositi: imò in hoc est infinitum, quia admittit consortium; quia infinitas est quasi necessaria conditio, vt plura suppósita coeant in natura eadem: distinctio autem non est contra rationem infiniti, cùm diuina natura sit distincta ab alijs rebus, quæ maximè infinita est; ergo & suppósita infinita distincta esse nihil vetat: quòd tamen coarctent naturam, est contra rationem infiniti suppositi. Denique etsi natura creata additâ proprietate diuina infinita, non maneat coarctata in suppósito vno, quia potest esse in alijs: tamen addita proprietate creata ita coangustatur, vt neque in suppósito diuino possit simul esse: quod maximè indicat proprietatem, quæ coarctat naturam in suppósito vno, esse finitam.

Non sic distinctio suppositi ab alijs.

Ad 4. obiect.

23.

Assertio. 4. Proprietas hypost. distinguit suppositũ vt actus intimus, & ratio formalis suppositi.

Hactenùs comparauimus proprietatem hypostaticam cum natura. At verò si illam cum suppósito conferamus, perspicuum est quomodò distinguat suppósitum, scilicèt vt actus intimus, qui est ipsa ratio formalis suppositi: ita vt nullo modo possit separari à proprietate suppósitum, aut à suppósito proprietas, sicut neque ab homine anima: neque hæc separatio vel cogitando fingi potest. Itaque omne suppósitum siue increatum, siue creatum intelligitur constitutum intimè in ipso conceptu formali per suam proprietatem hypostaticam, quæ est actus distinguens suppósita. Neque de re hac subit mentem ratio vlla dubitandi.

24. Dub. emergẽs contra tradita cap. 5. n. 10. & cap. 8. p. 4.

Ex hac tamen assertione alia quæstio excitatur: cum enim suppósitum sit præcipuum individuum completum, cuius adæquatum principium est proprietas hypostatica, & non materia signata; videtur quòd absolutè loquendo materia non sit principium individuationis.

25. Responsio.

Ad hoc tamen respondetur primùm, materiam esse principium individuationis naturæ: ita enim omnes disputant, & sentiunt. Præterea asserimus ipsam proprietatem hypostaticam quodammodò peti à materia signata in rebus materialibus. Nam licèt consequatur formam individuam, vt posteà docebimus, ipsa individua forma à materia signata oritur, vt declaratum est.

2. Responsio. In materialib⁹ ipsa proprietas hypost. quodãmodò petitur à materia signata, mediante forma.

SECVNDA PARS.

Proprietas hypostatica non est composita; sed diuiditur per accidens diuisâ naturâ.

DE simplicitate proprietatis hypostaticæ disputandum nunc est. Quidam videntur opinari proprietatem hypostaticam esse compositam: aiunt enim proprietatem hypostaticam, & subsistẽtiam idem omninò esse, & subsistentiam coniungunt cum partibus singulis, asserentes materiam habere propriam subsistentiam, cuius complementum sit forma, & ex substantia materiæ, & complemento formæ esse compositam subsistẽtiam totius; & cùm subsistentia, & proprietas suppositi idem sit, iuxta eorum sententiam, necesse est, vt ipsa proprietas hypostatica suppositi sit composita, scilicèt ex quadam proprietate materiæ, & complemento formæ: quam proprietatem, siue subsistentiam materiæ, & complementum formæ sentiunt impeditam fuisse à Verbo assumente materiam, & formam creatam.

1. Sententia *Soar. in met. to. 2. disp. 34. sect. 5. n. 17. 18. 22. 23.* Proprietatem hypost. esse cõpositam, sc. ex proprietate materiæ, & complemento formæ.

Declaratur.

De subsistẽtia materię, & formæ postmodùm faciemus quęstionẽ, vbi etiã explicabimus subsistentiã non esse aliquid additum rei subsistenti, neque impedire assumptionẽ. Sed illud nũc summoperè

2. Cõtra hãc sẽt. 1. certum.

Ex eo quòd materiæ 1. attribuatur subsistentia, & suppositas; sequitur materiam esse hypostasim, licet imperfectã

Hoc vt insigne paradoxum & falsum.

Improbatur 1.

Anima rationalis est hypostasis solũ imperfecta.

Improbatur 2.

Hypostasis nullius est, sed ipsius sunt omnia.

Subsistentia, si quã habet materia, non solùm est alicuius, sed cuicũque cõmunis.

Notio hypostasis est incomunicabilis.

3.

2. certum.

Forma materialis non habet proprietatẽ hypost. partialem.

Probatur.

Talis forma est alicuius, &c.

4.

Concl.

Proprietas hypost. rei materialis nõ est cõposita ex partialib' proprietatibus partiũ.

Moderatio: In solo homine est cõposita ex proprietate animæ, & augmento illius.

Ratio conclusionis.

Ratio moderationis.

5.

Expenditur in proprietate hypost. alia cõpositio quasi per accidẽs qua est extensa cũ forma, & quasi habet partes integrantes, vt possit diuidi.

Ratio dub.

6.

1. sent. negans suppositũ esse diuisibile.

Fons. 5. met. c. 8. q. 6. se. 5.

Probatur.

7.

2. sent. affirmãs formã hypost. habere partes integrãtes, & esse diuisibilem secundum propriam rationẽ.

Soar. disp. 34 sect. 5.

Moderatio.

miramur, quòd materię primæ attribuãt subsistentiam, quam aiunt esse suppositalitatem, quam latiniùs dicimus proprietatem hypostaticã: consequẽs enim est quòd materia sit quædam hypostasis saltem imperfecta, vtpotè habens proprietatem hypostaticam; quod est paradoxum insigne, & apud Philosophos inauditum. Et hoc ipsum facilè conuincitur falsitatis; hypostasis enim nullius est, sed ipsius hypostasis sunt omnia; nullo ergo modo materia est hypostasis. Nam anima rationalis quia separata viuit, & operatur, est hypostasis, imperfecta tamen; quia adhuc est pars apta hominis: sed materia cuius nulla est operatio, neque est id quod est, nullo modo est hypostasis. Præterea vanissimum est, & absurdicate plenum meditari hypostasim cõmunem pluribus indiuiduis, quæ modò sit istius, modò illius, & nullius sit determinatè: hypostasis autem nullius est, vt modò dicebamus; materia verò non solùm est alicuius, sed cuiuscunque, cum sit principium quoddam cõmune cuiuscũque rei materialis; subsistentia enim, si quam habet materia, est communis, cum possit substitui cuique formæ: ergo ipsa materia communis habet subsistentiam communem: ergo est cõmunis hypostasis: cum tamen notio hypostasis sit incõmunicabilis. Euincimus ergo materiam non esse vllo modo hypostasim; ergo nõ habet suam proprietatem hypostaticã; ergo proprietas hypostatica non est idẽ quod subsistẽtia; aut materia nõn habet subsistentiam, sicut non habet hypostaticam proprietatem. Hoc igitur primum constituendum est, materiam non habere suppositalitatem, siue hypostaticam proprietatem partialem.

Eodẽ argumento conuincitur, formã nõ habere proprietatẽ hypostaticã partialem; quia forma nõ est hypostasis, vel etiam imperfecta. Forma enim materialis (vt de animo rationali interim fileamus) est alicuius, scilicèt suppositi, & est actu pars, & non potest per se operari, aut esse; ergo non est hypostasis. Hypostasis enim est quæ maximè subsistit, quod est per se esse & operari, vt posteà enarrabimus. Nulla ergo forma materialis est hypostasis, etiam partialis, & imperfecta.

Cõclusio ex his firma deducitur, proprietatem hypostaticam rei materialis, A nõ esse compositam ex partialibus proprietatibus partium. In natura verò angelica, quæ non habet partes, perspicuũ est proprietatem hypostaticam non esse compositam: proprietas autem hypostatica hominis etsi non sit composita ex pluribus proprietatibus, est tamen composita ex proprietate hypostatica animæ rationalis, & augmento illius; quia sit quoddam augmentum in hypostatica proprietate hominis, quod explicabimus de subsistẽtia animæ rationalis differentes. Est igitur proprietas hypostatica etiã in rebus materialibus simplex, B cum neutrius partis sit propria, aut acta per partes. In solo homine, est aliquo modo composita ex proprietate animæ, & augmento illius; quia proprietas hominis est ipsa proprietas animæ auctæ; & diuisis partibus augmentum interit, quod pertinebat ad hominem; proprietas verò hypostatica ipsius animæ manet.

Alia tamen compositio potest considerari in hypostatica proprietate quasi per accidens; sicut enim forma substantialis diuisibilis est extensa in materia; C qua extensione habet partes integrantes ex quibus componitur: ita proprietas hypostatica videtur esse extensa cum ipsa forma, & quasi habere partes integrantes vt possit diuidi. At verò difficile intellectu est quòd suppositum incommunicabile diuidatur: quòd si suppositum non diuiditur, neque hypostatica proprietas suppositi diuisibilis est.

Quidam negant suppositum esse diuisibile; diuisâ enim aquâ, aut ligno interire suppositum, & alia duo produci quæ non erant. Et hoc probant, quia cum subsistentia siue hypostatica proD prietas non habeat partes, vel eadem manet nihilo immutata, vel si mutatur iam non est eadem, sed alia producta: per aliam autem hypostaticam formam, aliud suppositum constituitur; & ita diuisâ aquâ, noua suppositа producuntur.

Alij contrà hæc censent formam hypostaticam siue subsistentiam esse extensam, & habere partes integrantes, & esse diuisibilem secundum propriam rationem: licèt diuisioni obsistere possit natura non diuisibilis; vt natura cœli indiuisibilis est; & propter naturam, ipsa

ipsa proprietas hypostatica diuidi non A poterit.

8. Pro vtriusque sent. improbatione quoad aliquid, recolēdum ex dictis.

Et quoniam in vtraque opinione est aliquid quod improbandum sit, vt fundamentum ponamus, quibus quæstio superstruatur, oportet in animum reuocare, quòd productâ naturâ creatâ producitur vltro quidam terminus naturæ, & complementum, quem dicimus proprietatem hypostaticam;& ex natura,& proprietate addita constituitur id quod suppositum appellamus,suppositum autem est habens naturam : quamobrem si natura sit diuisibilis, est quoque suppositum diuisibile,scilicèt per ipsam naturam.

Suppositum est habens naturam.

9. Consect. Eodem genere diuisionis est diuisibile suppositum, & natura.

Probatur 1. si natura constat partibus homogeneis.

Pars quę erat, factâ diuisione iam est totū.

Ex qua notatione arguendo deducimus, eodem genere diuisionis esse diuisibile suppositum, & naturam. Nam si natura constat partibus homogeneis, & quæ possint actione naturali seiungi, easdem certè partes habet suppositum, & omninò necesse est, vt sit eâdē actione diuisibile. Et sicut in ipsa natura pars quæ erat, factâ diuisione fit natura tota, & integra; ita & in suppositō, quæ erat pars suppositi, cum diuiditur suppositū, ex parte transit in totum, vt sit iam totum quæ erat pars. Neque in hoc est aliquod discrimen inter suppositum, & naturam,quia eodem modo diuiduntur in C suas partes natura simul, & suppositum, in ligno,aut in aqua.

10. Probatur similiter, si natura habeat partes heterogeneas.

Quòd si natura habeat partes heterogeneas, eodem adhuc modo philosophandum est: nam si forma substantialis est diuisibilis in partes heterogeneas, vt in animantibus, quæ secari possunt & plantis, sicut tota natura diuisibilis est, ita vt partes maneant; ita & suppositum diuiditur: facta enim diuisione plantæ, aliud suppositum erit radix, aliud ramus, aliud folium, non productis nouis suppositis, sed diuisis. Quòd si forma sit indiuisibilis, sicut natura D per eam formam constituta diuidi non potest in partes quæ maneant, sed pars quæ separatur amittit esse naturæ illius; ita & suppositum ad eundem modum indiuisibile est. Quod argumentū liquidissimè ostendit,diuidi suppositum ratione naturæ.

Suppositum diuiditur ratione naturæ.

11. Hoc ipsum probatur 2.

Natura cōstituit suppositū secundum esse speciei.

Sed hoc ipsum comprobatur euidenter, scilicèt quòd suppositum diuidatur ratione naturæ. Nam natura constituit suppositum secundum esse speciei; quia tota ratio speciei est natura specifica; ergo diuisâ naturâ, cum iam non sit natura vna, sed naturæ duæ, necesse est vt duæ naturæ constituant duo suppositа secundum esse specificum, quod natura tribuit suppositо : ergo suppositum necessariò diuiditur ratione naturæ : quamobrem probè dixit S.Thomas de potentia quæst. 8. art. 3. ad 6. hypostases creatas diuidi per essentiam: nimirùm quia diuisâ essentiâ, vt potest diuidi, necessariò diuiduntur hypostases. Eodem autem argumento probatur quòd facta diuisione non producatur nouum suppositum, quia natura B est eadem; ergo & suppositum, quod est constitutum per naturam, idem est: igitur eodem modo quo pars integralis ipsius naturæ non producitur per diuisionem, sed duntaxat fit totum,ita & suppositi pars fit suppositum totum, & nō producitur suppositum, sed fit totum quod erat pars.

S. Thom.

Eodem fundamento probatur,quòd facta diuisione non producatur nouum suppositum, persistente natura eadē, sed pars fit totum.

12. Contra hoc 1. Obiectio.

Nihilominus contra hæc duo occurrunt quæ videntur posse obijci. Primum, quia etsi his argumentis ostendatur, non produci nouum suppositum existente natura eadem, quæ constituit suppositum : non tamen probatur non produci nouam proprietatem hypostaticam. Quòd si noua proprietas producitur, erit suppositum aliqua ratione idem, & aliqua ex parte diuersum: sicut viuens per nutrimentū mutatâ materiâ, ratione formæ est idē; & ratione materiæ aliqua ex parte diuersū.

13. 2. Obiectio.

Alterum dubium est, quòd suppositum est quidam terminus, qui oritur ex separatione, & ipsa ratio suppositi est ratio totius; ergo terminus qui facta diuisione producitur, est proprietas suppositi producta; & ipsa ratio totius, quæ est noua, indicat nouum suppositum.

14. Ad 1. obiect. ex p.1. n.6. Proprietas hypost. taliter coæquatur cū natura ad quam cōsequitur, vt istius naturæ tātum sit ista tantum forma hypostatica.

Probatur 1. ex ratione formali proprietatis hypostat. quæ est per se i. incōmunicab.

Primum dubium enodabimus facili negotio, si attenderimus proprietatem hypostaticam consequi naturam,& coęquari cum illa, ita vt istius naturæ ista sit forma hypostatica; & impossibile est istam naturam alia forma hypostatica terminari : quia per hoc ipsum quòd ista natura est separata ab alieno suppositо, est terminata inseparabili termino, & proprietate sua. Est quippè cōtra rationem formalem proprietatis hypostaticæ, quæ est per se primò incommunica-

bils, vt sit communis, videlicèt istius naturæ, aut illius: sed est duntaxat illius. At verò sicut ista proprietas non potest esse nisi in ista natura; ita neque ista natura diuelli potest ab hac proprietate, nisi assumatur à suppositio alieno: impossibile ergo est, vt factâ diuisione producantur in partibus diuersis, quæ sunt naturæ eiusdẽ, nouæ hypostaticæ proprietates. Præterea hypostatica proprietas cõiungitur cum omnibus partibus integrantibus, sicut & suppositum; non enim est ista proprietas in puncto: diuisio autem fit secundùm superficiem, quæ erat terminus cõmunis partium diuersarũ: ergo manent partes illæ diuisæ cum eâdem proprietate hypostatica, cum qua erant coniunctæ: neque enim fingi potest, quòd diuisio secundum superficiem diuidat à partibus distantibus formam hypostaticam; neque est aliqua intrinseca coniunctio proprietatis hypostaticæ cum superficie illa ante diuisionem, vt factâ diuisione proprietas hypostatica intereat. Et confirmatur, quia diuisio nõ est actio substantialis; sed suppositorum commutatio est substantialis actio, vt affirmant Theologi de assumptione Verbi: est enim suppositum completa substantia, quæ non potest mutari nisi substantiali mutatione; ergo factâ diuisione non producũtur noua suppositа. Et cõfirmatur adhuc, quia esset interitus, & ortus substãtialis; actiones enim, & passiones sunt suppositorum; ergo si definit esse suppositum quod erat, & incipit esse suppositum quod non erat, ortus, & interitus substantialis est; quod certè incredibile est. Denique istud figmentum stare non potest, si semel concedamus suppositum manere idem secundum naturam eandem, mutatis proprietatibus hypostaticis: ipsum enim concretũ naturæ, quod meditamur idem, in rebus materialibus est suppositum. Aliàs si cõcretum naturæ non est idem quod suppositum, potuit Verbum assumere hominem, non assumendo suppositũ, quod omnes Theologi negant; concretum enim humanitatis est suppositum, & concretum naturæ materialis est suppositũ: ergo manente vnitate naturæ, manet vnitas suppositi; & sicut factâ diuisione non producitur natura, ita neque suppositum.

Alterum dubium aperit nobis id, qđ fuit alijs causa errandi. Est enim duplex naturæ terminus, & longè alius ab alio diuersus: omnis enim natura materialis, diuisibilisque habet terminum diuisionis, vel secundùm quantitatem, qua est diuisa secundùm accidens: vel secundùm substantiam, qua est substantia hęc habens partes has, discreta à substantia alia habente partes alias: & hic terminus facit ipsas naturas diuisas ante suppositum. Et ista natura sic terminata secundum diuisionem partium, potest intelligi in isto, vel illo suppositо, non mutato conceptu istius naturæ: addita autem proprietate hypostatica, clauditur suppositо vno; & proprietas suppositi propter hanc causam dicitur terminus naturæ quasi extrinsecus, pertinens potiùs ad suppositum, quàm ad naturam. Sicut ergo natura terminata per terminum partium integrantium, quo termino diuiditur ab alia natura; adhuc potest terminari per hypostaticã proprietatem, qua diuiditur à quocunque alio suppositо: ita etiam vice conuersa, ea natura quæ terminata est per hypostaticam proprietatem potest manere coniuncta cum suo termino hypostatico, facta diuisione per eum terminũ, qui partes disecat integrantes: & iste terminus accidit suppositо ratione naturæ; & ille terminus hypostaticus accidit naturæ propter suppositum: facta ergo diuisione partium, non sequitur nouus terminus hypostaticus, sed nouus terminus proprius illi diuisioni, qui scilicèt separat partes integrantes.

Ratio quoque totius potest explicari duobus modis, aut comparatione partium, quas totum continet, & hoc modo id quod est pars totius, est etiam totum continens partes suas: aut absolutè, quo pacto pars non est totum, etsi habeat partes suas: suppositum ergo materiale per se est totum, hoc est habens partes; sed non est per se totum omnibus modis, ita vt nõ sit vllo modo pars; nam eodem modo quo pars aquæ est aqua, pars suppositi est suppositum. Negamus ergo quòd ipsa ratio totius sit ratio formalis suppositi: eodem enim modo pertinet ratio totius ad suppositum, sicut & ad naturam; est enim pars in potentia ens, siue pars naturæ, siue suppositi. Et nihilominùs factâ diuisione pars aquæ, quæ erat ens in potentia, fit actu ens,

Probatur 2. Cum proprietas hypost. cõiungatur cum omnibus partibus integrantibus, à partibus distantibus diuidi nõ potest p diuisionem, quæ fit secũdũ solã superficiẽ nullâ datâ inter hãc, & proprietatem cõiunctione intrinseca.

Cõfirmatur 1, Diuisio nõ est actio substãtialis, qualis est suppositorum commutatio.

Confirm. 2. Diuisio nõ est ortus, & interitus substantialis, atque adeò nec suppositorum.

Confirm. 3.

Concretũ naturæ materialis, v.c. humanitatis est suppositum,

Ostenditur.

15. Ad 2. obiect. quæ fuit aduersarijs causa errandi.

Omnis natura diuisibilis habet duplicẽ terminũ diuisionis: vel secũ dũ quantitatẽ: vel secundum substantiã, seu partes integrãtes.

Cum hoc termino si proprietas suppositi cõparetur, dicitur terminus naturæ quasi extrinsecus.

Natura potest manere coniũcta cũ suo termino hypost. facta diuisione per terminum dissecanté partes integrãtes.

Hic termin' accidit suppositо ratione naturæ; ille termin' hypost. accidit naturæ propter suppositum.

16. Ratio totius potest explicari, vel comparatione partium suarũ, vel absolutè.

Suppositum materiale est per se totũ, sed non omnibus modis, ita vt non sit etiam vllo modo pars.

Ratio totius non est ratio formalis suppositi.

Probatur. Facta diuisione pars quæ erat ens in potẽtia, fit ens actu,

non noua productione, sed separatione.

17.

Ex confect. supra num. 9. corollarium 1. colligens falsitatem 2. Sent. Declaratur.

ens, non noua productione, sed separatione; & pars suppositi, verbi gratia, pars aquæ, fit actu ens, non productione noui suppositi, sed separatione.

Colligimus posthæc falsam esse opinionem secundam, asserentem hypostaticam proprietatem habere partes, & esse per se diuisibilem, nisi natura, cum qua coniungitur, obsistat diuisioni. Nam vt ex dictis liquet, suppositum est diuisibile ratione naturæ quam habet, quia diuisâ naturâ diuiditur suppositum: quâobrem proprietas hypostatica est diuisibilis per accidens, quatenus coniuncta est cum natura, & supposito diuisibilibus; sicut de existentia posteà disputabimus. Et idcircò proprietas hypostatica non habet partes; terminat enim naturam non separando naturam à natura, aut partem à parte; sed separando naturam ab omni alio supposito. Est ergo quasi indiuisibilis terminus, & solùm per accidens est diuisibilis, quatenus cõiungitur cum natura diuisibili. Quo pacto etiam accidentia, quæ partes non habent, quia coniunguntur cum quantitate extensa, sunt per accidens diuisibilia diuisâ quantitate.

Exemplũ existentiæ.

Proprietas hypost. est quasi indiuisibilis terminus, & solùm per accidens diuisibilis.

Simile de aliquibus accidẽtibus.

18.

Coroll. 2. Quòd mutatâ materiâ per nutrimentum manet suppositum idem simpliciter, sed diuersis modis iuxta diuersitatem naturæ.

Postremò concludimus, mutatâ materiâ per nutrimentum manere suppositum idem simpliciter, sed modis diuersis iuxta diuersitatem naturæ: nam vbi natura tota immutatur secundum partes, quia materia per nutritionem mutatur, & forma etiam mutatur, dimissis partibus materiæ, & formæ; & alijs partibus materiæ, & formæ acquisitis, necesse est quoque proprietatem hypostaticam quasi cum partibus additis extendi, quia imminutâ totâ naturâ secũdum partes aliquas, & secundum partes alias auctâ, necessariò proprietas hypostatica, quæ naturam sequitur, intereunte parte naturæ, interit ipsa per accidens quasi secundum partem; & augmento accepto partis naturæ, cum ipsa parte accrescente, hypostatica proprietas per accidens augetur, aut dilatatur. Quòd si forma non est diuisibilis, & sola materia transit nutritione, proprietas hypostatica semper manet eadem, & suppositũ idem.

Declaratur duplici pronũciato.

Primum: Vbi natura tota immutatur, proprietas hypost. imminuitur, augetur, aut dilatatur p accidens adiminutionem, augmentum, aut extensionem naturæ.

Secundum. Vbi forma est indiuisibilis, proprietas hypost. nec per accidens diuisibilis est.

19.

Vtriusq; pronunciati principium fundamentale.

Vtrumque autem pronunciatum cõprobamus assumpto principio, quòd proprietas hypostatica sequitur formã; forma enim constituit indiuiduũ, quod variari nequit, sed semper est idem cum identitate formæ coniunctum; materia autem transit, & non est semper eadem. Fit igitur vt proprietas hypostatica, quę est semper eadem, & inuariabilis, consequatur formam, non materiam. Et iterum confirmatur, quia proprietas est vltimus actus indiuiduus continens in proprio conceptu speciẽ naturæ, cuius est proprietas: sicut enim suppositum equinum intrinsecè includit naturam equinam, quæ est forma suppositi dans illi speciem; ita proprietas hypostatica ipsius suppositi intrinsecum ordinem indicat ad equinam naturam, quam terminat; ergo proprietas suppositi consequitur formam, quæ dat esse speciei, & non materiam, quæ est communis multis speciebus.

Proprietas hypost. sequitur formam.

Probatur ex vtriusq; inuariabilitate.

Confirm. Proprietas hypost. est vltimus actus indiuiduus continens in proprio conceptu speciem naturæ, cuius est proprietas, sicut suppositũ includit, &c.

20.

Hinc ergo consequens fit, vt forma inuariabilis, scilicèt indiuisibilis afferat secum proprietatem semper eandem, quæ neque per accidens diuidatur: forma autem diuisibilis afferat proprietatem hypostaticam per accidens diuisibilem, vt docuimus.

Ex eo principio cõsequẽs 1. stabiliens vtrũque pronũciatum.

21.

Alterum consequens eadem ratione conficitur, scilicèt suppositũ, cuius proprietas neque per accidens est diuisibilis, ita vt ex vno supposito fiant suppositа duo, semper esse idem identitate suppositi. Nam etsi per alimentum renouetur materia secundum partes; hac mutatione mutatur suppositum ratione naturæ, quatenus habet naturam partibus materię succedentibus mutabilem: sed non mutatur, quatenus suppositum est, quia semper manet constitutũ proprietate eadem; verbi gratia, humanum suppositum est semper idem, & suppositum animantium perfectorum, quorum forma non diuiditur, & ideò proprietas hypostatica non diuiditur. Illud verò suppositum quod constituitur proprietate diuisibili, quæ scilicèt consequitur diuisibilem formam, non solùm ratione naturæ, sed quà suppositum est suo modo diuiditur, diuisâ hypostaticâ proprietate saltem per accidens. Est tamen suppositum idem cõtinuitate partium, etiã accepto augmento, etsi partes materiæ, & formæ cum hypostatica proprietate varientur, scilicèt in viuentibus imperfectis, & non viuentibus.

Cõsequẽtis 2. 1. pars.

In euentu 2. pronunciati suppositum sẽper est idẽ idẽtitate suppositi, licèt mutetur ratione naturæ.

Exemplum in supposito humano, & in suppositis animantium perfectorum.

2. Pars.

In euentu 1. pronunciati, suppositum non solùm ratione naturæ, sed quà suppositum est suo modo diuiditur. At est idẽ continuitate partium.

Quòd si quis obijciat proprietatem hypostaticã posse cõponi ex proprietatibus

22.

Cõtrar. Corol. Obiectio.

1.Reſponſio. Tradita doctrina non ponit proprietatem hypoſt.habere partes integrãtes.

tibus partialibus partium ſubſtantiæ, A quod anteà negauimus; ſicut per partes integrantes quaſi extenditur. Occurrẽdum eſt negãdo conſequentiã; primùm, quia nos non ponimus proprietatem hypoſtaticam habentem partes integrantes, ſed ſolùm per accidens extenſam, quatenùs coniungitur cum natura extẽſa. Deindè fieri poteſt vt forma indiuiſibilis ſecundũ vnam rationẽ ſit ſecundum aliam diuiſibilis, vt linea indiuiſibilis ſecundum latitudinẽ diuidi apta eſt ſecundum longitudinem. Partes autem naturæ eſſentiales, ſcilicèt materia, & forma, non indigent proprietate hypoſtatica, cum non ſubſiſtant per ſe, neque ſint partialia ſuppoſita: & ideò negamus proprietatem hypoſtaticam, quaſi extendi ſecundum partes eſſentiales, ſed aimus eſſe proprietatem ſolius coniuncti. Partes autẽ integrantes conſtant materiâ, & formâ, & conſtituunt ſuppoſitum, vt partes integræ, quę ſeparatę ſunt ſuppoſita: & ideò hoc illis opus eſt, vt hypoſtatica proprietas ſit quaſi extenſa in illis; ſicut quædam accidentia per accidens extenduntur in quantitate, ſiue in corpore quanto. Eſt ergo proprietas hypoſtatica ſimplex quoad C hoc quòd non conſtat quaſi partialibus proprietatibus materiæ, & formæ; & eſt quaſi compoſita ſiue extenſa ſecundum quod per accidens coniungitur cum natura materiali compoſita ex partibus integrantibus.

2. Reſponſ. Forma indiuiſibilis ſecundũ vnam rationẽ poteſt eſſe diuiſibilis ſecundũ aliam.

Exẽpl. lineæ.

Partes eſſentiales non indigent proprietate hypoſt.

Ratio.

Quoad has partes proprietas hypoſt. nõ eſt quaſi extenſa.

Quoad partes integrantes ratio diuerſa.

Hæ ſeparatæ ſũt ſuppoſita.

Infertur tit. Proprietas hypoſt. eſt ſimplex, & eſt quaſi compoſita, ſecundum diuerſas rationes explicatas.

TERTIA PARS.

Quæ ſint negationes debitæ ſuppoſito?

1. Sentent. *Scot.* de duplici negatione, ſc. dependentiæ actualis, & aptitudinalis, vt c. 16.n.5. & 12.

EXplicata notione propria ſuppoſiti, manifeſtiùs oſtẽdemus proprias negationes ſuppoſito debitas. Ioan.Scot. in 1.d.23. & in 3.d.1.q.1.art.3. & d.6. q.1.& in quodlib. q.19. art.3. attribuit ſuppoſito negationes duas dependentię actualis,& aptitudinalis, more loquendi ſcholaſtico; videlicèt quòd neque actu pendeat ab alio, neque aptum ſit pendere ab alio. Nam humanitas, quæ actu pẽdet à Verbo, non eſt ſuppoſitum; & anima ſeparata, quæ licèt actu non pendet ab homine, eſt tamen apta pendere ab illo, ſi ſit actu pars illius, ſuppoſitum nõ eſt. Itaque natura integra, quæ actu pendet à ſuppoſito alieno, non eſt ſuppoſitum; & pars naturæ, quæ apta eſt pendere à toto, ideò non eſt ſuppoſitum.

Exempla vtriuſque. 1. in humanitate aſsũpta. 2. in anima ſeparata.

Primum quod poteſt expungi in iſta opinione Scoti, eſt illa explicatio negationis: ſi enim negatur potentia, hoc ipſo negatur actus potentiæ; ſufficeret igitur dicere ſuppoſitum eſſe id quod aptũ non eſt pendere ab alio: quod enim aptum non eſt eſſe in alio, nullo modo eſt in alio. Sed quantum conijcio, Scotus actum, & potentiam retulit ad diuerſa: comminiſcuntur enim Theologi duplicem potentiam, videlicèt naturalem, & obedientialem; potentia naturalis eſt quam exercet ipſa natura: potẽtia obedientialis eſt creatura ſubiecta voluntati Dei, ad eas operationes, quæ ſunt ſupra naturam; & actus iſtius potentiæ ſiue actiuæ, ſiue paſsiuæ eſt cauſalitas aliqua ſupernaturalis. Quòd ſi Scotus faceret ſermonem de potentia naturali, & actu eius, duplex illa negatio non ſufficeret ſuppoſito: nam humanitas Chriſti neque actu naturali, neque potentia naturali pendet ab alio; & tamen non eſt ſuppoſitum. Rurſum ſi de potentia obedientiali ſit ſermo, cum iuxta opinionem Scoti Petrus ſit ipſa humanitas, quæ obedientiali potentia poteſt aſſumi à Verbo, Petrus non eſſet ſuppoſitum, etſi naturali potẽtia non poſsit eſſe in alio; quia deeſt illi negatio potentię obedientialis qua (vt Scotus credidit) poteſt aſſumi à Verbo; ergo negatio potentiæ obedientialis non eſt neceſſaria ſuppoſito. Eſt ergo duplex negatio neceſſaria ſuppoſito, ſcilicèt negatio dependentiæ actualis obediẽtialis, ſcilicèt quòd actu obedientiali non pendeat ab aliquo, vt humanitas à Verbo; & negatio potentię naturalis, ſcilicèt quòd potentia naturali non pendeat ab aliquo; ſuppoſitum enim naturali potentia à nullo pendet. Quòd ſi hæc fuit mens Scoti, debuiſſet profectò eam patefacere, ne quaſi diuinare cogeremur.

2. Hæc ſent. impugnatur. Negatá potentiá negatur actus.

Interpretatio pro *Scoto*.

Potentia naturalis, & obedientialis, eiuſq; actus explicatur.

Ad ſuppoſitũ nõ ſufficit negatio potentię naturalis, & actus eius, cum vtraque ſit in humanitate aſſumptâ.

Scoti ſent. non requirit negationẽ potentiæ obediẽtialis, cum in ea Petrus v.c. ſit ipſa humanitas aſſumptibilis.

Requirit duplicẽ negationem, ſc. dependẽtiæ actualis obedientialis, & potentiæ naturalis ad dependendum.

Hæc tamen interpretatio non ſolùm faſtidioſa eſt, ſed futilis quoque, & in multis falſa. Quòd enim hominem, & humanitatem arbitratur eſſe idem, iam erroris conuicimus in re philoſophica. Quod verò Petrus poſsit aſſumi à diuina perſona, cõmuni Theologorum diſſenſione improbatur. Satius ergo eſſet cum omnibus Theologis diſtinguere humanitatem à Petro, & naturam à ſuppoſito;

3. Huic ſent. cũ ſua interpretatione multa obſtant. Primum: Nõ idẽ homo & humanitas: Itẽ Petrus nõ poteſt aſſumi à diuina perſona.

sito; & negationem potentiæ obedientialis attribuere suppositо, quoad hoc quòd non possit assumi: natura verò etsi naturali potentia non possit assumi, potest tamen potentia obedientiali, & fit discrimen vtriusque notum: quia natura potest assumi potentia obedientiali, suppositum non potest.

4. Secundum: Anima Petri separata est suppositum, licèt imperfectum.

Item anima Christi, nisi esset vnita Verbo.

Probatur ex *S. Thom.* 1. locus.

Præterea anima Petri separata, certè suppositum est, licèt imperfectum; quare nō potest assumi à Verbo, cum illa proprietate hypostatica, quam habet: & anima Christi, quæ hypostaticè est vnita Verbo, abstracta fuit à proprietate hypostatica, quā haberet sine Verbo. Quarè anima separata non fuit omninò excludenda à ratione suppositi. Et hoc videtur indicare S. Thom. 1. p. q. 75. ar. 2. ad 1. vbi docet alia esse incompleta subsistentia, alia completa: anima enim separata absque dubio est saltem incompletum subsistens. Et q. 29. art. 1. ad 5. negat animam esse personam, quia est substantia incompleta; sed non negat esse incompletam personam eo modo, quo est incompleta substantia; siquidèm est proprietate hypostaticâ terminata. Imò & in ipso corpore anima rationalis est quoquo modo suppositum, vt posteà docebimus.

2. locus. In ipso corpore anima rationalis est quoquo modo suppositum.

5. Tertium: Sola negatio dependentię nō apprimè explicat rationē formalē suppositi.

Denique sola negatio dependentiæ, non apprimè explicat rationem formalem suppositi, quia formæ separatæ, scilicèt Angeli, antequam terminētur proprietate hypostatica, subsistunt, & à nullo pendent, & tunc adhuc non sunt suppositа. De diuina autem essentia nullum est dubium quin perfectissimè subsistat à nullo pendens, & tamen non est suppositum; ergo negatio dependentię non est propria suppositi, cum sit communis cuique naturæ subsistenti. Deindè ipsa dependentia non explicatur: si enim sit sermo de omni dependentia, falsum est suppositum vllum creatum non pendere ab aliquo; quia pendet absolutè à forma à qua habet speciem, & in ratione suppositi pendet à proprietate hypostatica; & in tota ratione entis pendet ab existentia creata, qua existit: ergo negatio dependentiæ nulli suppositо creato attribui potest. Quòd si interpreteris, suppositum esse quod ab alio suppositо non pendet; nugatio est, & ineptia. Nam & aliud suppositum quid sit non explicas. Quæro igitur quid sit suppositum? & tunc percipiam quòd suppositum non pendeat à suppositо. Relinquitur ergo in ista negatione dependentiæ illud exponēdum, quod maximè indicaret quid sit suppositum, scilicèt qua ratione suppositum non pendeat ab aliquo. Et potest dici quòd suppositum non pendet ab aliquo tanquàm à substinente, quia ipsum per se subsistit. Sed adhuc ista negatio dependentiæ non erit adæquata suppositо; quia natura angelica non pēdet ab aliquo eò quòd subsistat, qui est proprius modus independentiæ suppositi materialis; & tamen natura angelica non est suppositum; ergo negatio depēdentiæ non est propria suppositо.

Obtenditur 1. in natura angelica.

2. in diuina essentia.

Obtenditur 3. Dependentiæ quæ negatur, 1. explicatio de ōni depēd.

Refellitur. Huius negatio nulli suppositо creato attribui potest

2. explicatio, de dependentia suppositi à suppositо.

Refellitur. Huius negatio

Breuissimè igitur explanatur, & peræquè dilucidè negatio adæquata præcipuaque suppositi, etiam vt includatur increatum suppositum. Est enim suppositum id quod non est in alio; & hæc negatio quòd in nullo sit, est per se primò accommodata suppositо. Et istud pronunciatum petitur ab ipsa ratione suppositi: est enim suppositum id quod omnia habet, & in quo omnia sunt; ergo ipsum suppositū in nullo est. Si enim suppositum esset in aliquo, suppositum non haberet illud in quo esset; sicut aqua non habet vas in quo est, sed potiùs vas habet aquam. Et omnes consentiunt suppositum in nullo esse, quia in ipso sunt omnia. Hæc ergo simplex negatio de qua nulla est controuersia, est suppositо maximè propria, quòd non sit in aliquo; videlicèt quòd non sit aptum esse in aliquo, neque possit intelligi in aliquo: sic enim interpretandum est.

Aliquid tamen addendum vt quantitatem separatam excludamus à suppositо; quantitas enim separata in nullo est. Quòd si respondeas eam aptam esse vt sit in aliquo. Retundetur facilè responsio; quia quantitas separata habet modum quēdam entis, quo est quasi terminata, & separata, sicut suppositum, vt non possit cum illo modo entis coniuncta esse in aliquo; sicut natura creata quæ potest esse in persona diuina, terminata tamen sua proprietate hypostatica, qua constituitur ipsum suppositum, iam non potest esse in aliquo. Dicendū ergo est hanc negationem conuenientē rebus naturali modo earum, esse propriam solis suppositis: quantitas autem non est naturali modo separata. Vel dicendum

nō percipitur nisi intelligatur priùs suppositum.

3. explic. de dependētia ab aliquo vt à subsistente.

Refellitur. Huius negatio nó est propria, & adæquata suppositо.

Ostenditur in natura angelica.

6. Explanatur 1. negatio adæquata, & præcipua suppositi, sc. quòd in nullo sit.

Probatur. Suppositum definitur, id quod omnia habet, & in quo omnia sūt, vnde ipsum non est in aliquo.

Exemplum.

Intellige quod nō est aptum, esse in aliquo: vel intelligi in aliquo.

7. Instantia de quantitate separata.

Responsio. Retunditur. Quantitas separata cū modo existendi p. se non est apta esse in aliquo.

Instantiæ 1. solutio.

2.fol. melior. Negatio realis est quasi priuatio, quæ sibi vẽdicat propriũ subiectum.

cendum melius, negationem realem esse A quasi priuationẽ, quæ sibi vendicat proprium subiectum; verbi gratia, negatio potentiæ intuitiuę in organo auditus nó est cæcitas, sed in organo videndi est cęcitas. Similitèr negatio ista quòd in nullo sit, in substantijs est propria suppositorum; at verò extra substantiam, potest inueniri in aliquo accidente separato à subiecto per diuinam potentiam. Est ergo suppositum id quod, cum sit substantia, in nullo est.

Declaratur. Negatio essendi in alio in substãtijs est propria suppositorum.

8.

2. Negatio est negatio propria sup posito finito, sc. coniunctionis cũ aliena natura.

Alia negatio est propria suppositi finiti, vt liquet ex ijs, quæ anteà diximus omne quippè suppositum finitum supponitur vni naturæ, & est diuisum ab omni alia natura; diuisio autem est quædam negatio coniunctionis. Hæc ergo negatio communis est omni suppositio finito, vt naturæ alienæ nequeat copulari: suppositum autem infinitum sua infinitate perimit negationem istam; quia potest substinere naturam alienam.

Hic negationem infinitũ suppositum perimit sua infinitate.

9.

3 Negatio suppositi, sc. vnitas, est cõmunis rebus vniuersis.

Tertia negatio suppositi est transcendens, vtpotè communis rebus vtiuersis, scilicèt vnitas. Hæc autem vnitas permittit compositionem duplicem: nam si composita sit natura ex partibus essentialibus, & integrantibus; suppositum habens naturam eas quoque partes habet ex quibus componitur; & ita est suppositum vnum quod est actu indiuisum, licèt sit potentia diuisibile. Altera compositione suppositum conflatur ex natura, & proprietate hypostatica, quasi ex partibus essentialibus, quia dissoluta vnione harum partium non manet suppositum. Et hac ratione suppositum est vnum indiuisibile, vtpotè ex ijs concretum, quę si diuidantur, interit suppositũ. At verò quoad diuisionem partium integrantium repetenda animo sunt, quæ diximus parte 2. huius cap. Cum enim vnum sit quod est indiuisum; si forma est indiuisibilis, suppositum est vnum vnitate indiuisibili: si verò forma diuidi potest, suppositum est vnum vnitate actu indiuisa, sed potentia diuisibili: indiuisio quippè & vnitas eadem met negatio est. De negationibus hæc satis sunt, dãmodò de negatione communicabilis, quæ est propria suppositi speciali disputatione commentemur.

Quoad compositionẽ partium integrãtium, suppositum est indiuisibile, vel diuisibile, ratione formæ, vt p. 2. n. 19. & seq.

QVARTA PARS.

Quo sensu dicatur suppositum incommunicabile?

1.

Negatio incõmunicabilis dubia.

NEgatio incõmunicabilis, quæ omnium ore fertur, incerta est & dubia: communicari enim videtur id quod fit multis commune; hæc enim est nominis notatio siue etymon: fit autem quidpiam commune multis vel sola speculatione animi, vel re ipsa; speculatione fit communis natura vna in multis, quæ re ipsa non est communis, sed sunt multæ singulares naturæ; quo pacto res singularis appellatur aliquandò incommunicabilis, hoc est, non communis. At verò in rebus ipsis nulla res singularis est multis communis, nisi diuina essentia, quæ est communis personis tribus, & communicatur reali origine. Natura autem creata antequàm terminetur per formã hypostaticam saltem obedientiali potẽtia est communis, quia potest esse in supposito proprio, & in tribus suppositis diuinis, nisi à supposito proprio præoccupetur. Est ergo natura præcisa à supposito, adhuc communis re ipsa, cum possit esse in multis; dicitur autem communicari supposito, in quo futura est subsistens.

Commune multis, dicitur vel speculatione animi, vel re ipsa.

Natura creata antequam terminetur p formam hyppost. est re ipsa saltẽ obedięcialiter cõmunis multis suppositis.

2.

Hinc dub. 1. De supposito diuino, quòd cõmunicetur multis naturis

Sed indè erumpit ingens quæstio; cũ enim natura constituitur in supposito, dicitur communicari supposito. Quì ergo fit vt suppositum non dicatur communicari naturæ? suppositum autem diuinum quod potest subsistere in multis naturis, certè erit multis commune; ergo suppositum non est incommunicabile. Prætereà quodam etiam modo communicatur res, cum non est multis communis, sed res vna vni consignatur; verbi gratia, communicatur anima corpori vna vni: ergo eodem modo cum natura creata, & suppositum inter se coniungãtur, & sibi mutuò præstent suas operas, videtur quòd nõ minus communicetur suppositum naturæ, quàm natura supposito. Alia etiam difficultas est de proprietate hypostatica, quæ videtur communicari supposito; non ergo est incommunicabilis, neque facit incommunicabile suppositum. Et adhùc est quæstio de duobus suppositis si vniantur; videtur enim alterum alteri communicari; ergo suppositum non est ex propria ratione incommunicabile.

Istẽ de suppositio creato quòd cõmunicetur vni naturæ.

Dub. 2. De proprietate hypost. quòd cõmunicetur supposito.

Dub. 3. De supposito quòd communicetur alteri supposito, vt aqua aquæ.

Respon-

3.
Pro respõsion. Ratio incommunicabilitatis suppositi ex *Soan.in met. d.34. sect.5.*

Improbatur vt impertinẽs.

Terminatio rei non est ratio incõmunicabilitatis, sed distinctionis.

Ostenditur. Vnde terminatio per vlt. terminum arguit singulare, non verò incõmunicabile multis, aut saltem vni iuxa sensũ istius controu.

Ostẽditur 1. Res vna vni cõmunicatur, vt anima vna corpori.

Ostẽditur 2. Suppositũ diuinum cõmunicatur multis naturis.

4.
Pro vera ratione pręsciendũ. Suppositũ ex intima ratione quid sit?

Cõmunicari quid sit?

Colligitur vera ratio.

Suppositum est incommunicabile, quatenùs est id quod habet omnia, & à nullo habetur, & in quo sunt omnia, & ipsum in nullo est.

Hinc natura diuina non est suppositum.

Respondent quidam, suppositum esse A incommunicabile; quia est vltimo terminatum, ita vt non possit terminari per aliud suppositum, cum sit ens completum vltimo complemẽto. Sed hi extra chorum canunt, neque enim de suppositi terminatione, sed de communicatione disputamus; terminatio enim facit, vt distinguatur à quocunque alio, sed non facit vt alteri non communicetur; sicut natura per differentiam terminata distinguitur à quacũque alia natura, sed tamen suppositio communicatur. Quanuis ergo suppositum terminatum sit, adhùc poterit communicari; aliud enim est terminari, aliud communicari: igitur quòd suppositum sit terminatum vltimo termino, solùm indicat quòd sit vltimum singulare, sed non ostendit quòd non possit communicari multis, aut saltem vni; sicut res vna vni cõmunicatur, scilicèt anima vna homini cuidam. Si ergo accipiamus incommunicabile, hoc est singulare, optima sanè redditur ratio quòd suppositum sit maximè incommunicabile, hoc est singulare, quia est vltimo termino designatum. Sed alia significatione, qua fecit sensum istius controuersiæ, qua dicitur incommunicabile id C quod non potest communicari multis, nulla causa aperitur incommunicabilitatis hac via, quòd suppositum sit terminatum; siquidèm suppositum diuinum potest communicari multis naturis.

Considerandum igitur est, quænam sit ratio intima suppositi. Est enim suppositum id quod omnia habet, & in quo omnia sunt; ita vt ipsum à nullo habeatur, & in nullo sit: communicari autem dicitur id quod datur, & ipsa donatione fit communé; erat enim dantis; & fit, dum datur, accipientis. Qua verbi istius significatione enucleatâ aperta existit difficultas; omnia enim quæ sunt in supposito, dantur suppositio, vtpotè habenti omnia, & suppositum non potest dari, sicut neque accipi, aut haberi ab aliquo: ergo est incommunicabile suppositum ex propria ratione formali, quatenùs est id quod habet omnia, & à nullo habetur; & in quo sunt omnia, & ipsum in nullo est. Nam & natura diuina hac ratione non est suppositum, quia est natura suppositorum, quæ in illis est, & ab illis habetur, & illis per originem datur, quod est communicari.

Eodem igitur sensu quo natura est cõ muninicabilis supposito, quia datur illi, est suppositum incommunicabile, quia non datur: & non solùm dicitur communicari res, quæ est multis communis, sed vna res vni communicatur, vt arguendo obijciebamus; quia res quæ erat dantis, dùm ab accipiente habetur, fit quasi vtrique cõmunis, in quadam participatione similitudinis; & ideò dicitur communicari.

Quapropter philosophico more loquendo negandum est, diuinum suppositum communicari naturę assumptę; est B enim suppositum incõmunicabile, quod nulli communicatur, hoc est datur, sicut à nullo accipi potest: non enim natura accipit suppositum, sed suppositum naturam; sicut natura propriè non habet suppositum, sed suppositum habet naturam. Hæc autem ab vsu loquendi, & ampla quadam significatione variãtur; sed certè incommunicabile dicitur propriè, quia nulli communicari potest. Loquimur autem de communicatione per vnionem realem; nam extera communicatione suppositum quoque communicatur, & datur, *Quia filius datus est nobis*, vt Isaias prædixerat; de qua re libr. 6. differemus: sed reali cõiunctione suppositum est quod nulli datur, & cui omnia dantur, quæ insunt supposito; & idcircò est per se principium.

Ex quibus colligimus proprietatem hypostaticam esse incommunicabilem, quia non est dantis, sed est propria accipientis: id enim quod communicatur, est natura, vt S. Thom. docet in 1. d.2. q.1.art.4.ad 1.& de potent.q.2.ar.1. in corp.&in 1.d.4.q.1.art.1.ad 2. proprietas autem hypostatica nõ communicatur, quia non est communis danti, & ac- D cipienti secũdum similitudinem, vt sunt cætera, quę dicuntur communicari. Hoc autem omninò confitẽdum est in rebus diuinis, sunt enim proprietates omninò incommunicabiles, cum re ipsa sint suppositia diuina. At verò in natura creata licet philosophicè loquendo proprietas hypostatica non dicatur communicari, tamen quia est perfectio quædam addita naturæ, quæ suo modo præexistit in effectrice causa, imitaturq; illam in aliquo gradu perfectionis, potest dici communicata, siue data supposito.

Est itaq; proprietas hypostatica creata om-

5.
Ad dub.1. de supposito diuino, & creato.

Eodem sensu quo natura est communicabilis supposito, quia datur illi, est suppositũ incõmunicabile quia nõ datur.

6.
Suppositum diuinum philosophicè loquendo nõ cõmunicatur naturæ assũptæ.

Secus in amplo loquendi viu.

Dicitur etiã suppositum dari non reali vnione, sed extera communicatione. *Isai.cap.9.*

7.
Ad dub.2.
Proprietas hypost. est incommunicabilis, quia nõ est communis dãti, & accipienti secũdum similitudinem.

Quod cõmunicatur est natura. *S. Thom.*

Ita in diuinis.

In creatis, proprietas hypost. cũ sit perfectio addita naturæ, præhabita suo modo ab efficiente, potest dici aliquo modo cõmunicata, siue data supposito, vt vnũ vni,

8.

In sensu huius controuersiæ, de quo n.3. proprietas hypost. creata non est omninò incommunicabilis.

Proprietas nō oninò singularis non facit oninò singulare: tamen potest dari constituit suppositum quod nō potest dari.

Ratio discrim. Quod non est terminatū, nō terminat.

Vltimū cōplemētum rei quando datur & habetur cōstituit rē q̄ habet ōnia, & ipsa nō habetur.

Sic in natura materiali proprietas hypost. &c.

9.

Aduertendū. Proprietas hypost. tam creata, quā increata est incōmunicabilis, idest, non est re ipsa cōmunis multis.

10.

Ad dub. 3.

1. Responsio *Soar. in met. disp. 34. sect. 5. n. 5.*

Refutatur ex p. 2. àn. 9. vsq; ad 12. & 15.

Eadem est ratio diuisionis ibi, & cōmixtionis hic.

Supposita q̄ erāt diuisione duo confluunt in suppositum quod est vnū sola continuitate partium.

ta, omninò incommunicabilis, hoc est A singularis; sed non omninò incommunibilis posteriori significatione; quia communicatur, hoc est datur supposito. Et quamuis fieri non possit vt proprietas faciat omninò singulare, nisi ipsa sit omninò singularis; probè tamen intelligitur quod proprietas, quæ potest dari, constituat suppositum, quod non potest dari. Et subit huius discriminis luculenta ratio; quia singulare est finitum per suum terminum, scilicèt singulare; quod enim finit, finitum est, & quod terminat est terminatum. At verò proprietas hypostatica, quatenùs est vltimum complementum suppositi, constituit id quod habet omnia; ergo ipsa habetur, & non est id quod habet: quare in hac significatione proprietas hypostatica creata cōstituit suppositum omninò incommunicabile, cum ipsa non sit omninò incommunicabilis: sicut in natura materiali proprietas hypostatica, quę nō subsistit, constituit subsistens: est enim proprietas communicabilis eo modo, quo vnum vni communicari dicitur.

Aduertendum tamen est, quòd si cōmunicabile dicatur, quod potest esse multis re ipsa commune, proprietas hypostatica siue increata, siue creata incōmunicabilis est; quia vnius suppositi vna est proprietas coæquata; ita vt non possit intelligi proprietas hypostatica communis multis.

Residuum est illud dubium de duobus suppositis materialibus, si coniungantur, vt duæ aquæ in vnam confluentes, vtrum aqua aquę, & suppositum suppositio communicetur? Ad hoc quidam respondent, aquas commixtas siue coniunctas desinere esse suppositas, & ideò posse communicari. Sed hoc falsum esse liquet ex dictis: eadem enim est ratio coniunctionis, & diuisionis: quare sicut diuisâ aquâ, qua diuisione ex suppositio vnō fiunt duo, non tamen producitur suppositum, sed diuiditur; ita etiam cōmixtis aquis, vt ex duobus suppositis fiat vnum, non producitur suppositum, sed suppositia duo diuisa confluunt in vnum, quod sola continuitate partium, est vnum, sicut anteà erāt diuisione duo. Quapropter ratio formalis suppositi vt non sit in alio, & omnia sint in illo, eademmet manet, & eadem incommunicabilitas, quæ cōsequitur rationem formalem suppositi. Nam post coitū aquarum in vnum, vtraque pars aquæ quæ fuerat suppositum diuisum, est adhùc incommunicabilis, & in nullo est, & in ipsa sunt omnia.

Nihilominùs tamen quia partes aliquo modo sunt in toto, vt Aristot. docet, ipsæ partes suppositi, quæ participāt rationem formalem suppositi, sunt in toto quasi contentæ, & ideò absolutè nō sunt suppositæ. Vnde etiam accidit vt quodammodò hæ partes sint communicabiles, non quòd vna alteri communicetur; nam quoad hoc obseruant rationem formalem suppositi incommunicabilis; neque verò possunt communicari vllo modo alieno suppositio; nam & hoc prohibet ratio formalis suppositi in partibus suppositi integralibus: sed quia ipsæ partes quasi communicantur toti, nō mutata proprietate hypostatica, aut suppositio immutato quod proprietate cōstituitur; sed sola continuitate partium, quia partes coniunctæ sunt totius. Respōdetur ergo quòd partes suppositi integrales communicantur toti sola continuitate qua fiūt partes totius. Et quoad hoc verum est quòd desinunt esse suppositia tota, dum fiūt partes alterius; sed non desinunt omninò esse suppositia: sicut enim duæ naturæ desinunt esse integræ, dùm fiunt partes integrantes alterius naturæ; & tamen ipsæ naturæ non desinunt esse, sed desinunt esse integræ, & in actu entia, quia fiunt partes, & entia in potentia: ita duo suppositia non desinunt esse, dum in vnum confluunt, sed desinunt esse integra, & in actu, quia fiunt partes alterius suppositi. Et ita dūtaxat in ratione partis integrantis fiunt quodammodò communicabiles; manēte aliàs propria ratione formali suppositi, & incommunicabilitatis in ipsis partibus integrantibus suppositi.

Dicendum ergo est partes integrātes suppositi nō esse absolutè suppositia, sed esse aliquo modo suppositia, sicut & entia; & ita absolutè non sunt incommunicabiles cum sint in aliquo, scilicèt in toto; sed suo modo partium incommunicabiles sunt, quia neque vna pars alteri parti, neque omnes partes alteri suppositio, cuius non sunt partes, communicari possunt.

(*)

CAPVT

Commixtis aquis vtraq; pars seruat rationē formalem, & incōmunicabilitatē suppositi.

11.

Pro vera resp. prænot.

Partes suppositi non sunt absolutè ac simpliciter & in actu suppositia.

Aliquo modo sunt in toto. *Arist. 4. phys. tex. 23.*

Ratio.

Dicuntur quasi communicabiles toti, sola continuitate partium, quia coniunctæ sūt totius.

2. & vera resp.

Partes suppositi integrales communicantur toti, vt proximè.

Suppositia dū coniunguntur vt partes, desinunt esse suppositia tota, sed nō omninò esse suppositia.

Exemplum de duabus integris naturis, quæ fiunt partes, &c.

Illa suppositia in ratione partis integrantis duntaxat fiūt quodammodò cōmunicabiles

12.

Prædictæ doctrinæ summarium.

CAPVT XX.

Argumenta refelluntur.

1. Contra tit. cap.13. argumenta *Duran. Scot. Aureol.* apud *Capr.*

PEracto tractatu de supposito, suaque proprietate, commodum erit argumenta refellere, quibus nonnulli doctores conantur comprobare, suppositum non addere naturæ proprietatem aliquam, sed solam relationem, aut negationem. Hoc arguunt Durand. Ioannes Scotus, & Aureolus apud Ioannem Capreolum in 3. dist. 5. quæst. 2. art. 2. Durand. in hunc modum: Accidentia fiunt vltimò incommunicabilia, siue indiuidua absque vlla proprietate addita suæ naturæ indiuiduæ; ergo & substantiæ: eadem enim est ratio vltimi indiuidui in vtrisque; ergo suppositum nihil addit indiuiduæ naturæ: sicut igitur album, & albedo solo modo significandi distinguuntur, ita hic homo, & hæc humanitas. Et confirmatur, quoniam materia prima potest existere sine forma, & illa subsistit absque addita proprietate; ergo & natura absque vllo addito poterit subsistere. Et hoc ipsum videtur annuere S. Thomas 1.p. quæst. 39. art. 1. ad 1. vbi ait, suppositum creatum constitui per essentialia principia; essentialia autem principia continentur in essentia: ergo suppositum nihil addit essentiæ nisi negationem.

1. Argum. *Durand.* à paritate rationis in vltimis indiuiduis accidentiũ, & substãtiarum.

Confirm.

S. Thom.

2. Secundò arguit Ioannes Scotus ex S. Ioann. Damasc. libr. 3. fidei Orthod. cap. 6. vbi ait, id quod non potest assumi, non posse curari. Et iterum, quicquid plantatũ est in natura humana, assumptum esse: nulla ergo est res in homine creato, quæ non fuerit assumpta; ergo proprietas suppositi non est res, sed negatio: maximè quia si esset res, esset perfectissimum in natura complens illam; quare illud maximè quod est perfectum deberet assumi. Confirmatur idem ab Aureolo, quia illa proprietas si est res aliqua, est quidditas, & essentia; omne enim ens est habẽs essentiam: essentia autem potest assumi: ergo proprietas suppositi debuit assumi à Christo.

Scoti 2. Argum. *ex Damasc.*

Confirm. 1.

Confirm. 2. *ab Aureolo.*

3. Tertiò: Si proprietas esset res quæpiam perficiens naturam, natura indiuidua in Christo, quæ non habet suam proprietatem, careret illâ; esset ergo imperfecta, quod est absurdum; ergo ea proprietas non est res, sed sola negatio. Confirmatur, quia natura illa spoliata sua proprietate, esset per violentiã in Verbo, & appeteret suam.

3. Argum.

Confirm.

4. Quartò, quia non esset Christus vniuocè homo nobiscum; siquidem non haberet eam proprietatem suppositi, qua maximè quisque est homo. Et confirmatur hoc ab Aureolo, quia prima substantia est maximè substantia; substantia autem est natura; ergo per ipsam naturam est prima substantia, & suppositum: idem enim dicimus suppositum, & primã substantiam; non ergo proprietas, sed natura ipsa suppositum constituit.

4. Argum.

Confirm. *ab Aureol.*

5. Quintò: Si Verbum dimitteret humanitatem, illa quidem relicta sibi, vel per se ipsã, non addita proprietate, esset suppositum; & hoc Ioann. Scotus vult. Nam per hoc quòd natura dimitteretur, nulla proprietas, aut entitas illi adderetur, sed duntaxat tolleretur diuina subsistentia; dimittere enim non addere est, sed tollere: vel existeret sic dimissa sine vllo supposito, quod est impossibile. Et confirmatur Scoti argumentum: nam si Deus assumeret humanitatem Petri præexistẽtem, necesse esset destruere illius proprietatem; dimissa ergo iterum humanitate, vel illa natura existeret sine proprietate suppositi, & non esset suppositum; quod fieri non potest: vel eadem proprietas rediret, quod ordine naturæ effici nõ potest, scilicèt vt quod transijt in nihil, iterum redeat: vel sanè ab eadẽ natura proflueret noua proprietas creata; quod non minùs videtur absurdum; efficeretur enim vt eadem natura indiuidua successione quadam esset in pluribus suppositis creatis; suppositum enim variatur variata proprietate.

5. Argum.

Confirm.

6. Sextò: Si dimissa humanitate à Verbo, ordine naturę consequeretur eadem proprietas, illa esset affectio naturæ pertinens ad naturam, & profluens ab eius principijs; esset ergò accidens, & deberet assumi; aliàs Christus nõ assũpsit quæ naturæ erant propria. Et confirmatur, quia ista proprietas est complementum naturæ; ergo maximè pertinet ad naturam, & est aliquid naturæ; ergo id quoque assumptum est: nihil enim quod sit naturæ humanæ relictum est.

6. Argum.

Confirm.

7. 7.argum. Septimum est argumentum eiusdem Scoti. Nam ea proprietas consequitur naturam indiuiduam; id autem quod est prius, non pendet à posteriori; cum ergo natura sit prior supposito, & proprietate, si illud est quid reale distinctũ à natura, poterit natura existere sine supposito, quod tamen impossibile videtur. Alij verò adijciunt, quòd poterit suppositum existere sine natura, siquidem sunt res distinctæ.

8. 8. Argum. *ex Arist.* Octauò arguitur auctoritate Aristotelis 2. de anima cap. 1. Quicquid est in substantia materiali, aut est materia, aut forma, aut ipsum compositum: sed hæc proprietas suppositi neque est materia, neque forma, neque compositum ex vtraque; ergo nihil est in substantia. Confirm. Et probatur ratione; nam forma substantialis facit vnum per se, cui quicquid additur iam est per accidẽs vnum: sed suppositum est maximè vnum, quia est vltimum indiuiduum; ergo ex sola materia, & forma componitur, nulla re addita.

9. 9.Argum. Vltimò: Diuiso ligno in partes efficiuntur diuersa suppositа: ergo necesse est ponere in singulis proprietates suppositorum additas, & re ipsa distinctas ab indiuidua natura ligni; quod non est facilè credibile. Alia argumenta Aureoli de subsistentia naturæ postea tractanda sunt.

Aduertenda.

10. 1. Aduert. consonum *Caiet.* Quædam sunt propria naturæ, alia sunt propria suppositо. Hoc loco aliquid est quod ab ipso Thoma Caietano 3. p. q. 4. art. 2. mutuemus; doctè enim distinguit ea, quæ sunt propria, hoc est, conuenientia naturæ, ab ijs quæ sunt propria suppositо. Nam etsi natura suppositо, & suppositum naturæ consentiat, quædam tamen conueniunt naturæ ratione suppositi, quæ illo ablato remouerentur; quædam verò suppositо per naturam conueniunt: suppositum affert secum proprietatem quam addit naturæ; & iuxta opinionem S. Thomæ, quam veram esse ostendemus, affert quoque existentiam: hæc enim existentia est istius suppositi. Verbum ergo diuinum assumpsit naturam humanam cum omnibus quæ erant naturæ propria, hoc est, cum omnibus ijs, quæ ratione naturæ nobis conueniunt: sed non assumpsit suppositum, neq; quæ sunt propria suppositi.

Suppositum affert secũ proprietatem, & etiam existentiam.

Verbum diuinũ assũpsit naturã humanã, & quæ sũt propria naturę: nõ verò suppositi.

Obiectio.

Responsio. Accidentia cõmunia inhærent suppositо per naturã, tametsi sint posteriora suppositо.

De existẽtia, & relatione filiationis, *Caiet. & S. Thom.*

11. 2. Aduert. dissonum *Caiet.* Si ex eo quòd personalitas nunc est, et impedita à Verbo, humanitas, esset violenta, etiam in assumptione, vel creatione idem esset dicendum

Aliorũ assert. Sc. humanitatem modò in Verbo non habere propensionem ad suã psonalitatẽ, sed si dimissa esset, habituram.

Refutatur.

Responsio.

Instantia.

Huius puncti vera decisio.

Humanitas in Verbo impedita à ppria personalitate, per potentiam obediẽtialem, nõ patitur violentiam.

Exemplum. Humanitas simul erat propensa naturali ter ad suã psonalitatẽ; & na-

tum, neq; quæ sunt propria suppositi.

Obiectio.

Responsio. Accidentia cõmunia inhærent suppositо per naturã, tametsi sint posteriora suppositо.

De existẽtia, & relatione filiationis, *Caiet. & S. Thom.*

11. 2. Aduert. dissonum *Caiet.* Si ex eo quòd personalitas nunc est, et impedita à Verbo, humanitas, esset violenta, etiam in assumptione, vel creatione idem esset dicendum

Aliorũ assert. Sc. humanitatem modò in Verbo non habere propensionem ad suã psonalitatẽ, sed si dimissa esset, habituram.

Refutatur.

Responsio.

Instantia.

Huius puncti vera decisio.

Humanitas in Verbo impedita à ppria personalitate, per potentiam obediẽtialem, nõ patitur violentiam.

Exemplum. Humanitas simul erat propensa naturali ter ad suã psonalitatẽ; & na-

in Verbo

turaliter quiescebat tum obediendo; tum etiã in termino perfectiori.

Obiectio. Responsio.

Humanitas Christi nõ actu propendebatur ad suã personalitatẽ, sed retinebat habitualem propẽsionem naturę in genere causæ materialis, non efficiẽtis, vt c. 18. p. 2. n. 11. & 14.

12.

Consect. Proprietas est effectus agẽtis, & termin⁹ generationis, vel creationis.

Si natura Petri existens assumeretur, & postea sibi relinqueretur, flueret ei⁹ proprietas ab actione diuina conseruãte naturam effectiuè.

Probatur manifestè.

Sicut actio productiua, ita cõseruatiua perpetuò fluit in suppositum, nisi impediatur.

in Verbo non erat violenta quies, sed simul naturaliter propẽsa erat, & quiescebat: propensa quidem erat ex natura; quia non est destructa natura: quiescebat autem naturaliter, tum obediendo; tum etiã in termino perfectiori. Si autem obijcias quòd graue leuitat in centro, hoc est, non vltra propenditur. Verum id quidem est, sed tamen retinet pondus, vt si remoueatur, iterum petat centrum: ita & humanitas Christi non propendebatur actu ad suam personalitatem, ita vt impedita pateretur vim; sed retinebat propensionem habitualem naturæ, vt si dimitteretur, prodiret in naturalem emanationem. Propensionem autem dicimus in genere causæ materialis, non efficiẽtis; quod anteà declarauimus.

Consequens autem est, vt proprietas sit proprius effectus agentis; quare si natura producitur per generationem, proprietas suppositi, sicut & ipsum suppositũ, est terminus generationis; si natura creatur, proprietas est terminus creationis. Quamobrem in illo euentu, quo persona diuina assumeret naturam Petri existentem, dicendum est per assumptionem remoueri proprietatem, & suppositum, & existentiã Petri; tum verò posteà cum dimissa esset, & sibi relicta, eius proprietas non flueret à natura in genere causæ efficientis, sed potiùs ab actione diuina conseruante naturam. Qd probatur manifestè, cum enim Deus res conseruat, ipsa actione conseruandi efficit perpetuò rem quamlibet, & omnia necessaria ad eius existentiam; cõseruare enim est perpetuò efficere: sicut ergo natura ita producitur, vt actio nõ sistat in natura, sed vltra propendeat in suppositum, nisi impediatur; ita profectò actio conseruandi naturam perpetuò fluit in suppositum, nisi impediatur: impeditur autem perpetuò dum natura est in supposito diuino; imò potiùs ab ipso supposito diuino impeditur formaliter, quia natura creata in Verbo, non potest terminari sua proprietate hypostatica; ergo dimissâ naturâ ipsa actio diuina Dei conseruantis transibit in suppositum. Et est quidem res hæc clarissima. Et confirmatur, quoniam si proprietas tunc prodiret à natura dimissa in virtute præcedentis generationis, Petrus esset bis genitus, quod est falsum;

Confirm. In hac hypothesi, Petrus esset semel genitus, & postea restitutus,

A sed fuit semel genitus, & posteà restitutus.

Adhuc tamen expectat nos aliud dubium, An esset idem homo genitus, & restitutus? Videtur enim quòd esset alia proprietas, sicut suprà diximus futuram aliam existẽtiam rei, si medio tempore non existat. Dicendum tamen est existentiam esse durationem continuam, & idcircò habere partes in ordine ad tempus, ita vt intercisa non sit eadem existentia, sed duæ; proprietas autem suppositi, & suppositum non includit intrinsecè existentiam, neque ordinem ad tempus: quare si iterum producatur, idem omninò erit. Neque sequitur vt id quòd definit esse, redeat per virtutem naturæ: diximus enim non esse in natura eam facultatem actiuam, qua profluat in suum suppositum. Illi verò qui credunt esse in natura propensionem ad suum suppositum, siue proprietatem, multùm vrgentur argumento: nulla enim omninò est vis naturæ, qua id quod definit esse, reducat; non ergo hoc est vllatenus asserendum. De potentia verò passiua naturali, à qua fluit eadem proprietas, iam supra disputauimus.

Dicendum tamen est adhuc ad ordinem naturæ pertinere vt redeat eadem proprietas; quia istius naturæ nulla alia proprietas fingi potest; natura enim creata soli supposito diuino communicabilis est: nullum ergo aliud suppositum, aut proprietas creata potest fingi accommodatum isti naturæ Petri verbi gratia, nisi Petrus ipse, vt ibidem admonuimus.

Postremò obseruandum est, quòd id quod est album, est substantia; quæ cum albedine est vnum per accidens, scilicèt substantia alba; quod non potest vno conceptu significari, sed duobus. Et idcircò nomen albedinis non significat substantiam, sed solam albedinem, siue nomen sit concretum, siue abstractum, scilicèt album, aut albedo: vtrumque enim nomen significat solam albedinem modo diuerso; quia album quod est concretum ita significat albedinem, quod supponitur pro corpore, nomen verò albedo supponitur pro ipsa albedine quam significat. At verò proprietas, & natura constituit vnum per se, scilicèt

13.

In eadẽ hypothesi Dubium, An esset idem homogenitus & posteà restitutus.

Pro p. neg. argum.

Resol. affirm. qd proprietas hypost. eadem redit: non sic existẽtia, quia est durationc cõtinua, & habet partes in ordine ad tempus.

Obiectioni occurritur.

Vrget opinãtes esse in natura actiuã vim ad suã proprietatem, vt c. 18. p. 2. n. 9.

14.

Nihilominus ad ordinẽ naturæ pertinet vt redeat eadẽ proprietas, vt ibid. n. 15.

15.

3. Aduert. Substantia alba est vnum p accidens, vnde nõ potest vno conceptu, vel nomine significari.

Albũ, & albedo significant solam albedinem modo diuerso.

At proprietas, & natura cõstituũt vnũ p se,

quare eodé cõceptu, aut nomine vtrumq; significatur.

Accidens non habet proprietatem.

1. Ratio: Id quod est album addit albedini substãtiã. At id qd est homo non addit humanitati aliquid extraneum, quod faciat ens p̃ accidens.

2. Ratio. Accidens finitur, & fit incõmunicabile p̃ aliquid extraneum, sc. p̃ subiectum, nõ minùs quã natura per Proprietatem.

Accidentia nõ sũt incõmunicabilia, vt suppositũ, imò cõmunicãtur naturæ substãtiali, & ipsi supposito.

1. Ad 1. argum. ex 3. Aduert.

Ad 1. confirm. ex c. 8. p. 3. n. 13. & n. 6.

Ad 2. confirm.

Petrum; quare vtrumq; potest vno nomine significari; & aliquid amplius significat nomen, Petrus, quàm nomen, natura. Et hæc quidem quoad nominum significationẽ. Quoad res verò ipsas, ob eandem rationem accidens non habet proprietatem, sicut suppositum habet; quia id quod est album addit accidenti substantiam, & non est vnum per se ex substantia, & accidente: id verò quod est homo, non addit humanitati aliquid extraneum, quod faciat ens per accidens; & ideò additur proprietas hypostatica naturæ substantiali, non verò accidentali. Demùm accidens definitur, siue terminatur omninò per subiectum, non minùs quàm natura per proprietatem, ita vt accidens quod est in vno subiecto, omninò nequeat esse in alio: fit ergo accidens omninò incõmunicabile per aliquid extraneum, scilicèt per subiectum: natura verò non fit incommunicabilis, nisi per suam proprietatẽ; & vtrumque scilicèt natura, & proprietas constituit suppositum per se vnum. Accidentia ergo non habent essentiam terminatam per proprietatem incommunicabilem, sed terminatur eorum essentia per subiectum ipsum in quo sunt, & non sunt incõmunicabilia, vt suppositum; imò communicantur naturæ substantiali, & ipsi supposito. Multum itaq; differunt accidentia à supposito, & est in suppositis hypostatica proprietas, quæ accidentibus nulla est.

Responsio.

AD primum argumentum, quod est Durandi, respondetur, quòd etsi accidentia singularia non habeant vltra naturam indiuiduam aliquam proprietatem qua terminantur; eam tamen habent suppositа: & ratio discriminis tradita est nõtatione vltima. Ad confirmationem respondetur, materiam non habere hypostaticam proprietatem, neque posse existere sine forma, & vtrumq; iam anteà cõprobauimus. Ad aliam confirmationem respondetur, S. Thom. non loqui de hypostatica proprietate eo loco, sed de indiuiduatione naturæ materialis, quæ fit per essentiale principiũ, sc. per materiam signatã: sunt enim in pluribus suppositis plures naturæ diuisæ; natura autẽ diuina est vna in suppositis pluribus; & ideo non potest diuidi per essentialia principia, sed per relationes vt ibidem docet S. Doctor.

Ad secundum rectè respõdet Thom. Caiet. ea fuisse assumpta à Verbo, quę ad naturam pertinebant; non verò ea quæ erant suppositi propria; siquidem ipsum suppositum non est assumptum, vt Ecclesia docet. Aliàs eodem argumento probaretur, quòd necesse fuerit assumi suppositum, vt nostra suppositа curarentur; sicut ergo sanitas corporis, & animi nõ sunt propria suppositi, sed naturæ; ita etiam vt curaretur natura, in qua sanitas recuperanda erat, sat fuit assumi naturam. Ad hæc, vt Deus pro me satisfaceret, non opus fuit vt Deus efficeretur ego ipse, sed vt mihi similis efficeretur: similitudo autem non fundatur in supposito, sed in natura; similitudo enim fundatur in vnitate, vnitas autem est in specie, non in suppositis. Negatur etiam quòd proprietas sit maxima perfectio, benè tamẽ existẽtia, vt posteà dicemus: neq; tamen ideò fuit assumpta existentia; erat enim propria suppositi; sed data est loco existentiæ creatæ diuina existentia infinitè perfecta. Ad cõfirmationem Aureoli respõdetur, quòd non omnis res est essẽtia, & quidditas, si propriè loquendũ sit. Nã etsi ens propriè dictũ, sit id quod est, quod est aptum esse, quod habet essentiam; non tamen omnis res hoc modo est ens: imò ipsa essẽtia creata non est hoc modo ens, quia non est id quod est, sed quo suppositum est; solum enim suppositũ creatum est id quod est; ampliori verò significatione non solùm suppositum, sed forma, & quicquid nihil non est, dicitur ens, & est verè ens reale. Eodem modo hoc nomen, res, non solũ quidditatem propriè significat, sed ampliori vsu quicquid reale animo cõcipitur, appellamus rem: quamuis ergo proprietas suppositi sit res, & ens reale positiuum; non est tamen natura, neq; debuit assumi, sicut neque suppositum assumptum est.

2. Ad 1. argum. Responsio *Caiet.* vt in 1. aduert.

Vt curaretur natura, sat fuit ipsam assumi.

Deus non est factus ego ipse, sed mihi similis.

Similitudo fundatur in vnitate, quæ est in specie, non in suppositis.

Ad 1. confir. Proprietas nõ est maxima perfectio, sed existentia, quæ tamen non fuit assumpta, quia erat propria suppositi.

Ad 2. confir. Nõ omnis res est propriè essentia, & quidditas, aut ens, quia ens propriè est id qd est, &c.

Ampliori significatione quicquid nihil non est, ens est reale.

Item res.

Ad tertiam respõdetur, quòd humanitas Christi non habet suã proprietatẽ personalẽ, neq; suam existentiã; sed negatio ista nõ sufficit ad priuationẽ: quia cum loco suæ personalitatis, & existentiæ habeat personalitatem, & existentiã diuinam, nullo modo dicitur carere suis; quia hæc quæ sunt diuina, continẽt ipsa humana modo eminentiori: neque verò

3. Ad 3. argum. Negatio propriæ personalitatis, & existẽtiæ in humanitate Christi nõ sufficit ad priuationem, aut imperfectionẽ. Ratio.

Natura creata assũpta est adhuc imperfecta perficienda proprijs personalibus. *Caiet.*

verò potest intelligi imperfecta natura, quia non habet propria personalia, cum acceptis diuinis sit longè perfectior. Dicendum tamen est, quòd absque dubio assumpta est creata natura adhuc imperfecta, scilicèt quæ erat perficienda proprijs personalibus, vt inquit Thom. Caiet. & perfecta est diuinis vice propriorum. Ad cõfirmationem dictum iam est, quòd natura assumpta propriè loquendo non propenditur ad sua personalia virtute aliqua actiua; quia personalia nõ fluunt actione naturæ ipsius, sed actione agentis, aut conseruantis. Deinde quo pacto potiùs dicendum est, naturam esse subiectum in passiua potentia ad sua personalia, vt diximus; & ita ordine naturæ priusquàm illa habeat, potest intelligi appetere illa, non quòd careat sed quia expectat illa vt perficiatur. Natura verò in Verbo existens cum non careat proprijs, vt declaratum est, non appetit illa; sed cũ dimittitur, ordine naturæ seruato, antequam accipiat, appetit illa, quia tunc non habet illa. Nunquam ergo caret proprijs, quia semper habet vel diuina, vel propria; & cũ habet diuina, proprijs non caret, vt dictum est.

Ad confirm. vt in 2. aduert. n. 11. & 13.

Natura vt subiectum in eo priori antequã habeat psonalia appetit illa, non qđ careat, sed quia expectat illa.

In verbo existens nõ appetit propria, cũ nõ careat illis.

Secùs si dimitteretur, in prioritate qua non haberet illa.

19.

Ad 4. argum. Vniuocatio attenditur penès vnitatem naturæ, nõ suppositorum; sicut & similitudo.

Ad quartum respõdetur, quòd vniuocatio attenditur penès vnitatẽ naturæ, non suppositorũ: sicut enim similitudo fundatur in vnitate naturæ, ita & vniuocatio; ea enim quæ sunt similia vno conceptu apprehendimus: & ideò licèt persona Christi, & persona Petri non conueniant in vniuoco personæ, homo tamen est vniuocum Christo, & Petro. Ad cõfirmationẽ respõdetur etiam cũ Tho. Caiet. quòd hoc nomẽ concretũ, substãtia, non solũ significat essentiã, sed etiam id quod habet essentiã; quod maximè pertinet ad primã substantiam: proprietas itaq; nõ dat suppositio aliquod esse essentiæ, sed constituit illud quod essentiã habet. Et ita proprietas constituit primam substantiam, cuius proprium est habere essentiã. Quomodò verò prima substantia dicatur magis substantia, quàm secũda, posteà expendendum est.

Persona Christi, & Petri nõ conueniunt in vniuoco personæ; homo tamen est vniuocum vtrique.

Ad confirm. *ex Caiet.* Proprietas nõ dat suppositio aliquod esse essentiæ, sed constituit id qđ habet essẽtiã, hoc est 1. substãtiã, cuius propriũ est habere essẽtiam.

20.

Ad 5. argum. ex 2. aduert. n. 12.

Ad quintum iam diximus, naturã dimissam necessariò futuram fuisse in proprio suo suppositio per actionem Dei cõseruantis. Concedimus autẽ quòd id nõ efficeretur formaliter per dimissionem, vt argumentum probat; quia dimittere non est addere propria, sed auferre diuina. Esset tamen consequens ad dimissionem, vt actione Dei conseruantis adderentur propria, aliàs non cõseruaret. Quòd si obijcias Deum conseruantem res nihil illis addere. Concedendũ hoc quoq; est, dum res non mutantur; sed tamen dum res mutantur, vt nisi addatur illis, non possint conseruari; necesse est addantur ei quibus cõseruentur. Ad cõfirmationem similiter dictum est, quòd eo euentu reru natura dimissa maneret sine supposito, neque rediret diuersa proprietas, sed eadem: neque verò eadẽ rediret per sicutatem naturæ actiuam, sed per potentiam Dei conseruantis; bene tamẽ rediret iuxta ordinem naturæ, quia erat naturæ consentaneum, vt rediret.

Natura vt subiectum in eo priori antequã habeat psonalia appetit illa, non qđ careat, sed quia expectat illa.

In verbo existens nõ appetit propria, cũ nõ careat illis.

Secùs si dimitteretur, in prioritate qua non haberet illa.

formaliter, sed cõsequenter.

Obiectio. Responsio.

Ad confirm. ex 2. aduert. n. 13. & 14.

Item ex n. 11. & 12.

21.

Ad 6. argum.

Ad sextum negamus, proprietatem personalem esse passionẽ, siue affectionem naturæ; quare non oportuit assumi illam à Verbo. Ad confirmationem respondetur, personalitatem esse aliquid naturæ, scilicet complementum naturæ: sed si naturam à supposito distinguamus; personalitatem pertinere ad suppositum reperiemus, non ad naturam; & ideò non est assumpta proprietas, sicut neque suppositum.

Ad confirm. Personalitas est aliquid naturæ, hoc est, cõplementum eius: sed si naturã à supposito distinguamus, tũc ad suppos. non ad naturã pertinet.

22.

Ad 7. argum. Verbum, est, aliquandò existentiã, aliquãdò veritatem propositionis significat. *S. Thom.* Qđ est prius potest in alio genere dependere à posteriori, non verò in illo genere in quo est prius. Exemplũ corporis, & animæ.

Ad septimum respondetur, quòd verbum, est, aliquando significat existentiã, aliquãdo verò significat veritatem propositionis, vt S. Tho. docet q. 7. de pot. art. 2. ad 1. Si ergo significet existentiam, sanè id quod existit priùs, potest existere sine posteriori; quia non pendet ab illo quoad existentiam quam iam habet. Id verò quod non priùs existit, sed priùs est productum ordine naturæ; in illo quidem genere quo est prius, non pendet à posteriori; sed in alio genere pendere potest à posteriori, ita vt existere non possit sine illo propter necessariã colligationem; vt corpus est prius ordine naturæ, non tamen potest existere sine anima, quia est prius in genere causæ formalis. Quare mirum est quòd argumento tàm facili Thom. Caiet. sit conuictus, vt concederet naturam posse esse sine supposito. Dicendũ ergo est, naturã non priùs existere, quàm suppositum habeat, & ideò quodam modo pendere à supposito; nisi enim compleatur natura creata per hypostaticam proprietatem, non est capax existentiæ. Argumentum tamen est efficax contra eos, qui aiunt naturam

Natura non priùs existit quã suppositũ habeat, & ideò ab eo quodammodo pendet, vt existat,

Quòd personalitas posit existere sine natura, nec mẽte fingi potest. Ostenditur.

naturam priùs existere, quàm suppositum, vt posteà dicemus. Quòd verò personalitas sine natura possit existere nec mente quidem fingi potest: est enim persona prima substantia, habens scilicèt naturam; quae esset personalitas non solùm extra naturam, sed etiam extra personam.

23. Ad 8. argum. *Ad Arist.*

Ad octauum respondetur quòd Aristot. non loquitur de hypostasi, sed de

1. Expositio. natura; in qua quidem quicquid est, aut materia est, aut forma, aut compositum: personalia verò scilicèt proprietas, &

2. Expositio. existentia non pertinent ad naturam, vt diximus, sed ad suppositum. Praeterea cum dixit, compositum, potest intelligi sub his verbis ipsa proprietas, qua compositum perfectum est, & suppositũ est.

3. Expositio Deindè potest explicari, quòd Arator. loquitur de formis, quæ dant esse speciei; vnde probamus in vno composito esse vnam formã essẽtialem, quam aduenientes formę dant esse accidentarium: at verò ipsum esse speciei substantiale necesse est quòd cõpleatur, & absoluatur per hypostaticam proprietatem, & existentiam. Ad argumentum respondetur,

Ad rationẽ. Proprietas nõ aduenit naturæ existẽti, sed vt existat. quòd ens in actu est ens existẽs, cui quicquid adueniat facit ens per accidens; proprietas verò nõ aduenit naturæ existenti, imò aduenit vt existat. Argumentum verò vrget eos, qui ponunt naturã existentem ante suppositum.

24. Ad 9. argum. ex cap. 19. p. 2. Diuiso ligno nõ adueniunt alia accidentia quæ à supposito pendẽt, neq; existentia alia.

Ad vltimum iam diximus proprietatem suppositi simul cum ipso, esse diuisibilem; & non alias proprietates aduenire diuiso ligno; sicut neque alia accidentia aduenium, quæ à suppositio pendent, neque existentia alia.

CAPVT XXI.

Subsistere indicat modum entis intrinsecum.

PRopria notio subsistentiæ recondita est & ambiguitate nominis, & quodam veritatis inuolucro; quo fit vt à quibusdam cum suppositio confundatur, & ab alijs copuletur cum partibus naturæ essentialibus. Cum igitur & de natura, & de suppositio disputauerimus, operepretium erit, comparare cum his subsistentiam. Caput diuiditur in tres partes. Prima pars: *Numerãtur diuersi modi, & significationes subsistendi.* Secunda: *Quis modus subsistendi sit intrinsecus enti?* Tertia: *Quòd nulla sit composita subsistentia.*

PARS PRIMA.

Numerantur diuersi modi, & significationes subsistendi.

SVbsistere verbum est latinum, & philosophicum, & apud vtrosq; ambiguę significationis. Prȩcipua est vt significet consistere, quod est, non vltra progredi significat etiam residere vltimo loco, quasi subesse alijs. Adhuc significat constare quasi per se stare, & non niti altero. Et hæ significationes sunt apud Latinos vsitatæ. Quandoque significat verbum hoc stare, siue permanere, & esse verum ens; quo vsu loquẽdi Aristoteles de mundo ad Alexand. ait quædam esse in aere sola specie apparentia; quędam verò subsistentiam, siue hypostasim habere. Et S. Dionysius similiter vsurpat subsistentiam, dum ait, malum non habere hypostasim, siue subsistentiam, quia scilicèt non est verum ens. Hinc fortè decursum est, vt subsistere pro existere vsurpetur, quod est etiam apud Patres consuetum, & in 2. Concilio Hispalensi, cap. 13. decernitur esse in Christo duas naturas subsistentes, hoc est, existentes; nam aliàs natura illa humana non subsistit per se, sed in Verbo, vt posteà docebimus. S. Cyrillus etiam lib. 1. dialogo de Trinit. & S. Ioannes Damasc. lib. 9. fidei orthod. cap. 5. existentiam cum subsistentia confundunt.

Gilbertus Genebrard. ad Schegkium fol. 78. personam dixit in se hærere, quasi non pendeat, per seq; constare, quam esse loquutionem Ciceronianam ait. Itaque loco subsistendi vtitur, constandi verbo. *Persona* (inquit) *in se hæret, se nititur, se sustentatur, per se constat*, iuxta Aristot. in Prædicam. cap. de substantia, quòd primæ substantiæ sunt in se, quasi se ipsis nitantur. Et hoc nos dicimus subsistere: quam verò dicimus subsistentiam, cohærentiam appellat. Et Perionius elegantissimus interpres, illud Porphyrianum subsistantne genera per se? reddit verbo cohærendi, cohæreantne per se? & in versione libelli S. Maximi, de duabus Christi naturis personam per

B

C

D

1. Verbi subsistere 1. & præcipua significatio est consistere.

2. significatio, residere vltimo loco.

3. Constare. Quãdoq; denotat stare, siue permanere, & esse verũ ens. *Aristot.*

S. Dionys.

Hinc subsistere pro existere vsurpatur. *Cõc. Hispal.*

S. Cyrill. *S. Damasc.*

2. *Genebrar.* pro subsistere vtitur verbo hærere in se, seu constare.

Aristot.

Perionius.

Idem.

per se constare, & cohærere, vertit pro A subsistere.

3. Iuxta varias significationes variæ sentẽtiæ.

Hęc significationis varietas Philosophis (nisi fallimur) fuit causa variandi sententias de subsistenti natura, & supposito. Est enim natura quæcunque in

Prænot ex cap.19.p.4.n.1. 4.5.& 6.

supposito, suppositũ autem in nullo est, quod anteà luculentissimè cõmonstrauimus. Quapropter quídam non ab re dixerunt solum suppositum subsistere, quasi consistere, quia non vltra progreditur, cum in nullo sit : subsistere etiam solum suppositum probè dicitur, hoc est, subesse omnibus; nam & ideo dicitur suppositum, quia omnibus supponitur. Vtrâque igitur nominis significatione obseruatâ, solum suppositum dicitur subsistere. Alia verò nominis significatione S. Thomas de potentia quæst.2. art.1. & in 1. d.21. quæst.2. art.1. docet naturam diuinam subsistere, non quòd cõsistat ita, vt non sit in suppositis; neq; verò quòd suppouatur omnibus, quod est proprium suppositi, siquidem ipsa natura diuina est in supposito diuino: sed quia per se ipsam constat nulli subnixa. Non enim diuina natura est in suppositio quasi ab illo pendeat, cum sit ipsum esse subsistens à nullo pendens, vt vt postea docebimus : qua ratione q. 9. de potentia art.3.ad 6. ait subsistere impositum à subesse, sed significare per se esse.

Quidã probè aiunt solũ supposs. subsistere, scil.1. modo. Item 2.modo.

AS.Thom.

3. Modo, siue significatione natura diuina dicitur subsistere.

Idem.

4. De hac 3. significatione tota cõtrouersia.

Prætermissis ergo duabus prioribus significationibus subsistendi, quibus hoc verbum conuenit soli suppositio; de tertio modo, siue significatione subsistendi facimus quæstionem, qua dicitur subsistere id quod nullo nititur, sed per se constat.

5. Propter vocũ, & significationũ similitudinem in verbis substare, & subsistere, quidam arbitrãtur, omnẽ substantiã subsistere, sicut & substare.

Adhuc verò in ista verbi vsurpatione accidit philosophis æquiuocatio, res lubrica, & omni circũspectione cauenda, quæ pleraſque turbas excitat, philosophorumque disidia. Cum enim substare, & subsistere sint quadam vocum similitudine coniuncta, & significatione non multum distantia; quidam arbitrãtur omnem substantiam subsistere, sicut & substare; verbi gratia, humanitatem, & partes humanitatis subsistere. Et ipsum verbum substandi æquiuocum est, nam apud Philosophos dicitur substare id quod alia sustinet; quo pacto dicitur substantia, quæ accidentia sustinet : & nõnunquam significat constare inter

Substare est æquiuocum, 1.pro sustinere.

2. pro cõstare, seu consistere.

Latinos quasi consistere, iuxta illud Terentianum, *Metuo ne hospes subsiet.* Præterea, quia substantia est ens per se, dicitur quoque per se stare : & idem videtur per se stare, ac per se constare, quod est subsistere, cum tamen sint longè diuersa. Nam substantia incompleta, partesque substantiæ sunt per se entia, hoc est, non entia in ente, vt sunt accidentia; & quoad hoc dicuntur per se stare, quia non sunt in ente, scilicèt in existente, vt posteà declarabimus : sed nihil prohibet, quin sint in subsistente, à quo pendeant.

Terentius.

Per se stare, & per se cõstare, seu subsistere sunt longè diuersa.

Probatur:

6. Pendere dicitur 1. quod adhuc fultum nõ est, & fulcro non subdito ruet.

B Sed adhuc studiosiùs attendẽdum est, quòd pendere duobus modis intelligi potest. Primum vt id quod nullo adhuc nititur, quod scilicet ruet nisi fulciatur. Alio modo id quod iam fultum est & ruere non potest, pendet tamen à fulciente; quia si fulcrum illud rescindatur, ruet. Et quoniam id quod ruere non potest dicitur iam consistere, illud etiam quod pendet à fulciente, quia iam sustinetur, & stabile est, dicitur consistere; cum tamen pendeat ab eo à quo fulcitur. Non dissimiliter etsi natura pẽdeat à supposito, ea tamen natura quæ iam C suo supposito nititur, aliquando dicitur subsistere in supposito; non quia non pendeat ab illo, sed quia iam fulta est eo ipso à quo pendet : vndè S. Ioannes Damasc. lib.3. fidei orthod. cap. 9. ait, naturas in Christo non esse in subsistentijs : quia etiam humana natura subsistit scilicèt in hypostasi diuina, non per se seperatim. Diuerso igitur modo subsistit suppositum, quod à nullo pendet; & natura, quæ etsi supposito fulta subsistat, pendet tamen à fulciente. Sed propriè subsistere dicitur, quod non indiget sustentante, vt docet S. Thom. q.9. de po- D tent. art.1.

Dicitur 2. qđ iam fultũ est, nec ruet, nisi fulcro sublato.

Sic natura q̃ iam suo supposito nititur, aliquãdo dicitur subsistere in supposito.

S.Damasc.

Adhuc considerandum est, quòd cum omnis effectus pendeat à sua causa, ipsum suppositum creatum, quod est effectus naturæ simùl, & hypostaticæ proprietatis; pendet ab istis, vt à causa physica reali. Quãobrem sugillauimus Ioan. Scotum explicãtem suppositum per negationes dependentiæ, & non exponentem quæ sit ista dependentia. Pendet ergo effectus à causa, quia habet ab illa initium. Natura autem à supposito pendet vt ab eo in quo est, quia non potest per se constare nisi in supposito. Suppo-

Propriè subsistit, quod non indiget sustentante.

S. Thom.

7. Suppositum creatum vt effectus realis põdet à natura, & proprietate hypost.

Natura pendet à supposito vt ab eo in quo est.

Suppositum subsistit 3. modo.

Item natura diuina.

fitum autem quod in nullo est, ea significatione à nullo pendet, sed subsistit, hoc est, per se constat. Et eodem modo natura diuina, quia etsi sit in supposito non pendet ab illo, per se ipsam constat, & subsistit.

8.

Partes integrã tes nõ pendẽt à toto, nisi secundum continuitatem.

Postremò aduertẽdum est, quòd partes integrantes prout sunt partes suppositi diuisibilis, de quibus anteà disputatum est, etsi sint in toto, & ideò non sint actu suppositа; tamen non pendent à toto nisi duntaxat secundum cõtinuitatem, qua sunt partes vnius continui, & ita secundum hoc ipsum pendent à toto. Partes autem essentiales à toto essentiali diuerso modo pendent, à quo habent esse, vt dicemus; & ipsum totum essentiale adhuc pendet à supposito, si sit natura materialis, quæ incompleta est.

Partes essentiales pendent à toto, vt abeo à quo habẽt esse.

9.

Coroll.

Suppositum subsistit duob' primis modis sibi proprijs.

Ité 3. modo.

Eodẽ subsistit natura diuina.

Colligimus ergo diuersos modos subsistendi rerum: nam suppositum subsistit duobus modis sibi proprijs, scilicèt quia vltra suppositum nihil est, & ipsum sub omnibus est; & subsistit tertio modo, quatenus à nullo pendet modo iam explicato: natura autem diuina hoc etiam modo subsistit, quia à nullo pendet, vt dicemus. Et de natura Angelica idem existimamus. Natura autem materialis pendet haud dubiè à supposito; sed supposito coniuncta dicitur suo modo subsistere, de qua re postmodùm disputabimus, deque partibus essentialibus naturæ. Partes verò suppositi diuisibilis subsistunt imperfectè, quia pendent à toto secundum continuitatem partium; quæ continuitas satis est, vt simpliciter pendeant à toto, siquidem non sunt simpliciter entia.

Ité Angelica.

Natura materialis non ita.

Partes suppositi diuisibilis subsistunt imperfectè.

Qđ pendeant à toto secundũ cõtinuitatem partiũ, satis est vt simpliciter ab eo pendeãt.

PARS SECVNDA.

Quis modus subsistendi sit intrinsecus enti?

1.

Duobus primis modis de quibus p.2.n.1. & 3. idẽ est subsistens, & suppositum.

Ijsdẽ Theologi suppos. vocant subsistentiam.

Caietanus itẽ, & alij prouocant subsistentiam, quasi rationẽ subsistentis, quod est suppositum. Hac igitur significatione qua subsistens pro supposito accipitur, perspicuum est quòd addat naturæ hypostaticam proprietatem; quæ potest rectè dici subsistentia, ducto nomine à verbo subsistendi, prout supposito coaptatur.

2.

De 3. modo subsistendi, siue de ea subsistentia, quę in materialib' est propria suppositi, nó in immaterialibus, vt cap. 22. quęstio præsẽs est, sitne res addita naturæ, an modus intrinsecus entis?

Nunc nos aliter de subsistente commentamur, scilicèt de eo quod per se constat, siuè cohæret, & in nullo nititur; quo pacto Deitas quæ non est suppositũ, haud dubiè subsistit. Et quemadmodùm anteà explicauimus suppositum materiale esse id quod est; neque enim humanitas est id quod est, cum humanitas nõ sit Petrus, neque operetur, neque per se existat; quia non cohæret, sed pendet à supposito: ità nunc declarandum est, hæc nó esse propria suppositi in genere, sed duntaxat esse propria suppositi materialis, vt ibidem docuimus. Nam natura immaterialis (quod capite sequenti commonstrandum est) per se subsistit sęparatim, hoc est, à nullo pendens, & est id quod est, & quod operatur. Et vt clariùs loquamur, iste modus subsistendi qui non est proprius suppositi, sed inuenitur etiam in natura experti materiæ, appellatur subsistentia: quærimus vtrùm isthęc subsistentia sit res quædam naturæ, aut supposito addita. an potiùs sit modus intrinsecus entis? sicut modus substantiæ est quod sit per se, qui modus sola ratione vix distinguente à substantia discernitur, & solet dici modus intrinsecus.

3.

Sententia *Soar. in mt. d.34. sect.4.* esse rem additã omni naturæ creatæ.

Fundam.

Quidam arbitrantur, subsistẽtiam hoc modo dictam esse rem additam naturæ, fortè ducti opinione Thom. Caiet. discernentis subsistẽtiam à natura. Et quia arbitrantur nullam naturam creatam subsistere, siue corpoream, siue incorpoream, addunt naturę subsistentiam quasi fulcimentum, quo natura creata nitatur, & illud maximè pertinere ad excellentiam diuinæ naturæ, quòd hanc subsistentiam habeat in se ipsa, & non habeat illam à supposito; sicut habet natura creata, in qua proprietas hypostatica suppositi est ipsa subsistentia naturæ, vt aiunt.

4.

Oppositа sent. statuitur.

1. Probatio in ipsa natura materiali,

Hæc autem falsò existimari ostendemus, primùm in ipsa natura materiali, quæ absque dubio non subsistit, sed est forma, siue natura subsistentis: nam addita

Suppositū est quasi effect' formalis adæquat' proprietatis hypost.sicut cōpositū formę.

dita proprietate hypostatica primò, & per se constituitur suppositum; est enim suppositum quasi effectus formalis adæquatus proprietatis, sicut natura composita est effectus formæ primò per se: sed quòd suppositum subsistat per se cohærendo, nihil addit supposito; ergo subsistētia isto modo dicta, vt significat modum per se cohærendi nihil addit, sed est modus intrinsecus ipsius suppositi. Explicatur magis; natura enim materialis etiam additâ proprietate nō subsistit, ita vt ipsa natura sit id quod est, & cohæreat per se, semper enim pendet à supposito: non ergo natura subsistit propriè loquendo per hypostaticam proprietatem. Sed neque suppositum subsistit per illam, vt per formam subsistendi; subsistit enim per illam incommunicabiliter, quod est proprium suppositi; sed se toto cohæret, & per se stat, quod nunc dicimus subsistere, ex intima ratione, & per modum entis intimum. Probatur, quoniam subsistere, & incommunicabiliter subsistere vno, & altero modo, non sunt duo effectus proprietatis hypostaticæ, sed vnus includit alterum; suppositum enim includit hunc modū entis intrinsecum vt per se cohæreat, siquidem neq; cogitādo potest separari hic modus cohærendi à supposito.

Vnde subsistētia 3.modo nihil addit.

Explicatur Natura materialis etiam additâ proprietate nō subsistit, vt c.18.p.3.n.2.

Ratio autem est valdè perspicua, si nucem frangas (vt aiunt) & enuclees: id enim per se est, & cohæret, & operatur, quod est ens completum; ita vt nihil sit necesse addere enti completo, vt cohæreat, & subsistat: natura materialis est ens incompletum, & sola deest illi proprietas hypostatica, ex qua proprietate, & natura per se primò fit suppositum: illud ergo est ens cōpletum quod hunc habet modum entis intrinsecū, vt subsistat, & per se cohæreat; nihil verò necesse est addere ad subsistendum, hoc est, ad cohærendum; etenim ex proprio entis modo cohæret. Ad subsistendum autem incommunicabiliter, damus hypostaticam proprietatem. Explicatur hoc in natura seiuncta à materia, quæ quia non est incompleta subsistit absque vllo addito: est enim ipsa id quod est.

Suppositum quoque nō subsistit per proprietatē, vt perfor mā subsistēdi 3.modo; per illam enim subsistit incōmunicabiliter, seu 1. modo: sed se toto subsistit 3 modo.

Probatur hoc

Cum ergo anteà docuimus, suppositum materiale hoc quoq; habere à proprietate hypostatica vt subsistat, intelligendum est habere hoc à proprietate, quatenus per ipsam fit suppositum ens completum, sine quo supposito natura rueret; non verò quasi à forma subsistendi, quæ nulla est. Nam subsistere nihil indicat nisi modum intrinsecum entis completi, qui modus nullam causam physicā habet, cum sola ratione distinguatur à re cuius est modus.

Quòd suppositum subsistat 3.modo, nō est effectus addit' effectui subsistendi, seu supposito, sed in eo inclusus.

5.

Ratio horum proponitur.

Ens cōpletū ex proprio modo entis subsistit 3.modo.

Vnde nihil mirum, quòd proprietas quæ non subsistit, constituat subsistens; quia per hoc quòd illa additur naturæ, constituit quoddam suppositum cōpletum; cuius modus intrinsecus est subsistentia. Habet etiam suppositū hāc subsistentiam intrinsecum modū, magis à natura substantiali, quàm à proprietate, vt docuimus, quia natura est magis completum ens, & pars præcipua suppositi: hæc autem subsistētia nihil aliud est, nisi intrinsecus modus entis completi.

Perperàm etiam additur naturæ diuinæ subsistentia, quasi attributum distinctum ab alijs; necesse enim foret meditari, naturam diuinam imperfecto modo se habentem vno conceptu, & conceptu alio perfectè constitutam per subsistentiam: quicquid autem diuinū animo concipitur, modo perfectissimo meditandum est. Nam conceptu sapientiæ quo intelligimus sapientē, intelligimus sapientem, & sapientiam, & hoc est vnū attributum; sapiens autem qui est ipsa sapientia, ex propria ratione & intima subsistit, & est id quod est. Et eodē modo Deitas, quæ est Deus, ex proprio cōceptu Deitatis subsistit; ergo subsistentia nō est attributum additum diuinæ naturæ. Est igitur modus intrinsecus illius esse subsistentis. Et eadem ratione in rebus creatis est modus intrinsecus; nam perfectiones creaturarum, quæ nō sunt modi intrinseci, sed res additæ, in Deum traductas appellamus attributa, sed liquet in Deo subsistentiam naturæ non esse attributum; ergo in creaturis nō est res addita.

Ad subsistendum incōmunicabiliter datur hypost.proprietas.

Declaratur in natura immateriali.

6.

Colligitur 1. interpretatio ad tradita c.18. p.3.n.2.& 3.

Deniquè confirmatur paritate exempli; sicut enim substantialis natura per se stat, hoc est, non in subiecto per ipsum proprium modum entis; ita suppositum per se cohæret, & subsistit per intrinsecum modum completi entis. Et sicut conijcimus modum per se standi in substantiali natura esse intrinsecum, nō additum; quia neque cogitatione separari potest à natura, sed simul cum illa intelligitur;

Forma subsistē di 2.modo nulla est.

3. modus subsistendi nullam habet causam physicam.

Ostenditur.

7.

Colligitur 2. ratio cur proprietas quæ nō subsistit, cōstituat subsistens.

Suppositū habet 3 modum subsistendi magis à natura, quā à proprietate.

8.

2.Probatio, arguendo à diuinis ad creata.

Perperàm additur naturę diuinę subsistentia quasi attributum distinctum ab alijs. vide lib 1.c.30. p.1.n.7 & 8.& c.24.p.3.

Infertur subsistentiā in creatis esse modū intrinsecum.

Perfectiones creaturarū, quę nō sunt modi intrinseci, sed res additæ, in Deū traductas appellamus attributa.

9.

Confirmatur exemplo.

Modus per se standi, hoc est, non in subiecto, est intrinsecus in natura substantiali.

intelligitur, ita & de modo subsistendi oportet philosophari; quia supposito subsistere nihil addit. Et in ipso modo intelligendi suppositum clauditur hoc quòd subsistit, quia est id quod est. Ista igitur subsistentia non est res addita, sed modus intrinsecus.

10. Obiectio probans proprietatem hyp. esse fulcimentũ, & subsistentiam naturæ.

Quòd si obijcias, hypostaticam proprietatem esse complementum naturæ, quasi fulcimentum quo nititur, & ideò rectè dici subsistentiam, quia natura illo complemento nititur, siue subsistit. Totum argumentum vanissimum est; tum quia natura non subsistit etiam addita proprietate, quia non est id quod est, & quod cohæret, cum pendeat à supposito: tum etiam quia ipsa proprietas magis pendet à natura, quàm natura à proprietate; est enim natura ens magis completum: tum deniq; quia natura nihil producit quod sit purum fulcimentum, aut sustentaculum alterius rei, quod est sũmopere obseruandum: sed pendent res à se inuicem, vel propter speciem, vel propter indiuiduationem. Et idcircò natura materialis pendet quidem, quia est incompleta, & imperfecta; sed nihil illi deest nisi proprietas hypostatica, quę est vltima forma indiuidui. Hæc autem forma non producitur eo fine, vt fulciat naturam; nam & in Angelis quibus natura subsistit, producitur hypostatica forma; & hac ipsâ additâ naturæ materiali, natura non subsistit: non ergo proprietas est fulcimentum naturæ, sed terminus hypostaticus finiens illam in supposito; suppositum autem compositum ex natura, & proprietate subsistit non per illud fulcimentum, sed per intimum modum entis completi, vt diximus.

Resp. id negans.

1. Ratio ex c. 18. p. 3 n. 2.

2. Ratio.

3. Ratio notanda.

Natura nihil producit quod sit purum fulcimentũ alterius rei, sed pẽdent res à se inuicẽ, vel propter speciẽ, vel propter indiuiduationem.

Proprietas hypost. est forma vltima indiuidui.

Non producitur eo fine, vt sit fulcimentũ naturæ, sed est terminus hypost. finiẽs naturam in supposito.

11. Aduert.

Aduertendum tamen est, vt rem istã penitùs rimemur, improprio loquendi modo naturam materialem in supposito subsistere, eò quòd cum ipsa sit incõpleta pẽdens à supposito quod est completum ens, dum in eo est quo nititur, subsistens dicitur, vt explicauimus: ergo proprietas suppositi quæ additur naturæ, ea ratione erit illius subsistentia, & non modus intrinsecus. Nihilominus considerandum est naturam in supposito habere nouum modum realem, quem non habet ante suppositum: qui modus realis est ipsum esse in supposito: igitur ea ratione qua natura in supposito est modo quodam reali addito, nihil vltra addit quòd subsistat in supposito: sed ipsum subsistere hac significatione impropria est modus intrinsecus naturæ existentis in supposito: qua significatione proprietas suppositi non dicitur subsistentia naturæ, nisi extrinseca appellatione, quia addita proprietate natura est in supposito: quo pacto subsistens dicitur. Ipsum autem subsistere in rebus omnnibus est modus intrinsecus solo intelligendi modo inuentus, & nihil rei addit.

Impropriè dicitur natura materialis in supposito subsistere, ex p. 1. n. 6.

Hac ratione proprietas suppositi quæ additur naturæ, erit illius subsistentia appellatione tãtum extrinseca, & non modus intrinsecus.

At natura in supposito habet nouũ modum realẽ intrinsecum, sei. ipsum esse, seu subsistere in supposito.

Confirmatio.

B

QVæstionem istam non reperio ab antiquis tractatam; firmatur tamẽ nostra opinio verbis S. Thomæ 1. p. q. 29. art. 1. ad 3. disputantis de definitione personæ, vbi ait quòd licèt hoc nomen, indiuiduum, significet intentionem, ponitur tamen in definitione personæ ad designandum modum subsistendi, qui conuenit substantijs particularibus, scilicèt hypostasibus, siue suppositis. Et q. 2. de potentia art. 6. affirmat, quæ sunt in Deo absoluta nõ multiplicari: & quia esse est absolutum, non est aliud personale esse quod multiplicatur: ergo à cõtrarijs, cum in Deo sit subsistentia absoluta, & etiam personalis relatiua, vt dicemus; credendum est ex mente S. Thomæ subsistentiam nõ esse rem quampiã, quæ multiplicatur, sed esse modum entis.

12. S. Thom.

Idem.

PARS TERTIA.

Quòd nulla sit composita subsistentia.

C

1. 1. Sent. Soar. d. 34. sect. 5. in materialib' subsistentiã ese cõpositã ex partibus etiam essentialibus. Fundam. ex p. 2.

EOrum qui addunt naturæ subsistentiam, quasi sustinentem naturã, quidam arbitrantur illam esse compositam in rebus materialibus. Quod eo argumento conficiunt, quia subsistentia (vt ajunt) est modus quidam realis additus naturæ; natura autem est composita ex partibus integrantibus, & essentialibus: ergo ex ijsdem partibus constat subsistẽtia; quæ à natura non distinguitur nisi modaliter.

D

2. Huius sent. 1. assertum: Materiam habere propriam subsistẽtiã incompletam.

Eodem argumento comprobant materiam subsistere, quia cum subsistentia naturæ materialis sit composita, necesse est non esse distinctã à subsistentijs partium; saltèm vt pars altera, scilicèt materia

Probatur 1.

teria habeat propriam subsistentiam, quæ dilatata, siue completa sit subsistẽtia composita totius naturæ. Hoc autẽ persuadent, quia materia quodammodo subsistat formæ; ergo illi maximè conuenit partialis subsistentia. Formam aiunt non subsistere excepta anima rationali, quia forma materialis suapte natura est in materia: quare sicut accidentia, eò quòd sunt in subiecto, non subsistunt; ita neq; formæ substantiales corporeæ subsistunt, cum in materia insint: non habent ergo formæ substantiales partialẽ subsistentiam. Sed habere eas aiunt quẽdam modum complẽtem subsistentiam materiæ; & ex subsistentia materiæ, & complemento formæ confici compositã subsistentiam naturæ materialis: cum autem modum formæ substantialis, quo completur subsistentia materiæ non esse vnionem formæ cum materia; quia vnio formæ cum materia potest esse in natura materiali assumpta; modus autẽ formæ complens subsistentiam materiæ nõ potest esse in natura assumpta; sicut neq; subsistentia materię completa per illum modum proprium formę materialis, potest esse in natura assumpta à Verbo, cũ illa natura non subsistat.

Probatur 2.

2. Assertum: Formam non habere subsistẽtiam partialẽ. Ratio.

3. Assertum: Formam habere modũ complentem subsistentiã materiæ: Item ex eo & hac subsistẽtia cõfici subsistẽtiã naturæ.

4. Assertum: Subsistentiam 3. modo obstare assũptioni, & ideò modũ formæ non esse vnionẽ formæ cum materia.

In hac tota sententia nihil est quod non improbetur. Primùm, quòd subsistẽtia sit fulcimentum quoddam naturæ, à quo natura quasi pendeat, non est philosophicum inuentum, vt diximus; magis enim pendet proprietas hypostatica à natura, quam illi aiunt esse subsistentiam naturæ, quam pendeat natura à proprietate. Atqui commonstrauimus subsistentiam esse modum intrinsecum rerum.

3. Hæc sentent. improbatur 1. quoad fund.

(Magis pendet proprietas à natura, quàm è contra.

Sed etsi subsistentia essẽt res aliqua à natura distincta, non esset composita ex partibus essentialibus; sed esset aliquo modo composita ex integrantibus, vt anteà docuimus de proprietate hypostatica. Nam singulæ partes integrantes, verbi gratia singulæ partes aquæ, sunt partes suppositi, & sunt suppositæ in potentia; & ideò haberent subsistentiam partialem, qua essent connexæ, vt possent existere separatæ: materia autem, & forma materialis, quæ non possunt existere separatæ, non indigebant partiali subsistentia vt subsisterẽt, cum subsistere nequeant.

4. Dato fund. improbatur 2. quoad illud de compositione ex partibus essentialibus.

De partibus integrantibus diuersa ratio, vt cap.

Neque verò ex eo quòd subsistentia compleat naturam compositam, cõuincitur quòd sit ipsa composita ex subsistentijs partium: nam accidentia compositi non sunt composita ex accidentibus partium; candor enim, verbi gratia, niuis, non est cõpositus ex candore materiæ, & formæ niuis, quamuis sit forma, siue actus naturæ compositæ, scilicèt ipsius niuis. Quòd verò subsistentia solùm modaliter distinguatur à natura composita minimè comprobat quòd res vna habeat idẽtitatem cum rebus duabus, scilicèt vna subsistentia cum duabus partibus naturæ simul coniunctis: sicut enim natura est res vna, & habet identitatem cum duabus partibus simul connexis ex quibus componitur; ita & subsistentia vna, eò quòd habet identitatem cum natura, habet quoque identitatem cum illis partibus, quamuis ipsa subsistentia non componatur, sed natura sola sit composita. Exemplũ est in communi sententia non discernẽte relationem à fundamento nisi formaliter, quam & nos complectimur: filiatio enim non est res omninò distincta à natura geniti, & tamen non est composita ex multis filiationibus partium, aut essentialium, aut integrantium, vt liquet; ergo identitas ista non satis est, vt si natura est composita, sit quoque compositum id quod cum natura coniungitur identitate non perfecta cum distinctione formali, aut modali.

Occurritur: Exemplum: Candor niuis non est cõpositus ex candore materiæ, & formæ niuis.

2. Obiectio.

Occurritur: Natura est res vna cõposita, & habet identitatẽ cum duabus partibus simul connexis, ex quibus componitur.

Ita subsistẽtia habet identitatem cum illis, vt & cum natura, sed nõ est res composita.

Exemplum filiationis.

6. Summarium dictę doctrinę.

Non ergo colligitur probè, naturam habere partialem subsistentiam, siquidẽ subsistentia naturæ non est composita secundum partes essentiales; & cap. sequenti ostendemus, neq; materiam, neq; formam subsistere, quæ materiæ colligata est.

Est verò incredibilis compositio illa ex subsistentia materiæ, & complemento formæ. Primum, quia si forma materialis non habet subsistentiam, neq; certè habet modum complentem subsistẽtiam materiæ: nam modus ille non est informatio, siue vnio formæ cum materia; forma autem nullo alio modo complet materiã, nisi informando. Nam etsi materia dicatur magis completè subsistere informata, quam informis, hoc complementum prębet forma informãdo; non est ergo in ipsa forma alius modus complens subsistentiam materiæ. Et probatur euidentèr, quoniã formæ modus

7. Improbatur 3. quoad 3. assert. 1. ęius pars improbatur.

1. ratio ex aduers. declaratione.

Forma cõplet materiam, informando dũtaxat.

Rationis probatio euidẽs.

5. 1. Obiect.

Formæ modꝰ est esse in materia siue inhærere oppositus modo subsistẽdi.

dus est esse in materia, siue inhærere (vt illi aiũt) & iste modus oppositus est modo subsistendi, qui est materiæ proprius; ergo subsistentia materiæ nõ completur siue perficitur per modum formæ oppositum subsistentiæ. Denique illud est figmentum in re philosophica vanissimũ, quòd subsistentia naturæ sit composita ex subsistentia materiæ, & complemento formæ. Nam omnis compositio fit ex partibus integrãtibus, vel essentialibus; compositio autem ex partibus integrãtibus est ex similibus saltem in genere, vt corpus componitur ex partibus corporeis, quãtum ex quantis: quare isthæc compositio subsistentiæ non erit ex partibus integrantibus, siquidèm non est subsistentia composita ex pluribus subsistentijs quasi partibus integrantibus. Erit ergo compositio essentialis ex actu & potentia, vt subsistentia materiæ sit passiua potentia, cuius actus sit ille modus formæ materialis complens subsistentiam materiæ. Quod est paradoxon insigne. Et cum subsistentia naturæ non sit ens per accidens, erit profectò physicum compositum ex potentia, & actu essentiali, quod non est substantia. Ergo hæc quæ vera non sunt, si ad veritatis scopum collineentur, facile est deprehendere quàm longè aberrent. Vltimũ est quod displiceat in hac sentẽtia, quòd asserit subsistentiã de qua loquimur obstare quominùs assumatur natura creata à persona diuina.

Compositio ex partibus integrantibus est ex similibꝰ saltem in genere.

Subsistentia materię nõ est passiua potentia, cuius actus sit modus ille formæ.

Aliàs dabitur compositũ per se physicũ qđ non est subsitãtia.

Improbatur 4. quoad 4. assertum.

8.
Confirmatio harum improbationum ex dicendis.

Confirmatur autem nostra sententia singulatim ostendẽdo neque materiam, neque formam subsistere: quare perspicuum est subsistentiam naturæ non esse compositam.

CAPVT XXII.

Subsistere est entis completi.

CAput secamus in partes quatuor. Prima pars: *Natura materialis, eiusq; partes non subsistunt per se.* Secunda: *De subsistentia animæ rationalis.* Tertia: *Natura angelica subsistit per se.* Quarta: *De distinctione naturæ angelicæ à supposito.*

PARS PRIMA.

Natura materialis, eiusq; partes non subsistunt per se.

QVòd natura materialis non subsistat, satis superq; comprobatũ est, cum non sit id quod est; atque ita recisa ambiguitate verbi, vt non dicatur subsistere id quod in alio sustinetur, sed id quod per se cohæret, natura materialis non subsistit. Et ea in re cõsentiunt plerique Philosophi, qui naturam à supposito distinguunt.

1.
Natura materialis non subsistit, id est, nõ per se cohæret.

Illud etiam certum est, quòd sicut natura corporea dicitur subsistere non per se, sed in supposito; ita & partes naturæ siue essentiales, siue integrãtes in supposito subsistũt, quatenùs scilicèt sunt partes naturæ subsistẽtis in supposito. Modi autem reales additi partibus naturę, aut ipsi naturæ, non subsistunt in supposito per se, sed per ipsas partes, quarum augmenta sunt, aut per ipsammet naturam, si sint modi substãtiales naturę. Sed neq; proprietas hypostatica subsistit, quia nõ est substantia, neque pars substantiæ, sed purus terminus. Existentia autẽ, alia ratione nõ subsistit, quia est actus subsistẽtis posterior subsistentibus. Itaque hoc loquendi modo quo natura corporea subsistit in supposito, sola substantia siue sit pars, siue tota natura substãtialis, dicitur subsistere: nam etiam hoc modo subsistere est entis per se, scilicèt naturæ substantialis, & partium eius.

2.
Subsistit in supposito.
Similiter cũ ipsa eius partes.
Non subsistũt in supposito per se modi reales partiũ, aut naturæ.
Nec proprietas hypostatica.
Nec existentia, ob peculiarem rationẽ.

Accidentia autem nòn subsistere in supposito docet S. Thom. 3.p.q.77.art. 1. quod perspicuum est cum sint extra rationem suppositi completam; imò adueniunt supposito existenti: nam etsi per summam potentiam Dei possint cõiungi cum natura ante suppositũ (quod non arbitramur impossibile; nam humanitas Christi si dimitteretur à Verbo, retineret accidentia coniuncta cum humanitate, mutato supposito) tamen ipsa accidentia sunt extra rationem suppositi; est enim suppositum ex natura, & proprietate hypostatica concretum: ergo etsi accidentia vniantur supposito; non vniuntur vnione hypostatica, neq; sunt hypostatica forma; & ideò nullo modo subsistunt etiam in supposito. Satis illa ratio hoc persuadet, quòd subsistere vel etiam in supposito, est propriũ substantiæ.

3.
Accidentia non subsistũt in supposito.
S. Thom.
Probatur.
1. Obiect.
De potentia absolutâ accidentia possent coniungi cum natura ante suppositum.
Soluitur.

Vnum ergo est, quod animũ subeat, disputãdi argumentũ, scilicèt, vtrũ partes naturæ illâ antecedẽtiâ qua præunt naturã compositã, in aliquo subsistant, sicut

2. Obiectio.

4.
Dubitatio.
Vtrũ partes corporeæ subsistant in aliquo prius natura quã totũ?

ficut tota natura composita subsistit in A suppositο;ita vt illud suppositum in quo natura subsistit, sit quasi inchoatum per partes ex quibus componitur, & subsistāt partes in aliquo priùs naturâ quàm totum? Hac enim ratione videntur quidam posuisse partialem subsistentiam. Et hoc ipsum alia ratione videntur sibi persuadere, quia (inquiunt) Verbum priùs assumpsit animam,&corpus,quàm hæ partes copularentur. Et ideò Beata Virgo quæ actione generandi copulauit partes,genuit hominem Deum,etsi partes non copulauerit cum Verbo,sed inter se ipsas; ergo partes naturæ mate- B rialis sunt in aliquo, etiam ante naturam compositam suo ordine naturæ, quo priùs producantur, quàm compositum.

Pro p.affirm. 1.Ratio. *ex Soar. sect.5.*

2. Ratio *eiusdē disp. 31.sect.12.*

Dicendum tamen est, impossibile esse vt partes priùs naturâ subsistant in aliquo quàm ipsum totum (semper excipimus animam rationalem, de qua statim differemus) nam partes corporeæ subsistunt hoc modo quasi fultæ in aliquo subsistente; subsistens autem est ens completum, quod per se cohæret: est ergo dictum hoc se se ipsum implicans, quòd ante naturam completam C subsistant partes in aliquo; oporteret enim ante naturam completam,esse aliquid completum in quo partes subsistant. Figmentum ergo est abs re philosophica, attribuere partibus partialem subsistentiam qua subsistant scilicèt in aliquo, ante naturam compositam; quia consequitur esse completum ens in quo partes sint, ante naturam compositam. Hoc idem probatur alia ratione: Quia partes vel sunt in toto composito quod est natura, vel in suppositο quod est compositum ex natura, & pro- D prietate; sed suppositum nullo modo antecedit naturam, à qua habet speciē, & per quam constituitur secundum speciem; ergo ante naturam compositam, partes non subsistunt in suppositο; imò per hoc quòd sunt in natura composita subsistunt in suppositο. Confirmatur, quia aliàs hypostatica proprietas, quæ constituit suppositum, antecederet formam substantialem;& esset quoddam suppositum materiæ, commune omnibus individuis: quod portentum nullus qui sanus sit, animo finget. Nulla est ergo subsistentia partium antecedens naturam compositam, sed addita hypostatica proprietate constituitur suppositum per se subsistens, in quo natura, & partes naturæ suo modo subsistunt,nixa suppositο,& pendentia ab illo,vt declaratum est cap.præcedenti.

5. Resolutio negatiua.

Probatur. 1. Subsistens est ens completū quod per se cohæret.

Probatur. 2.

Partes per hoc quòd sunt in natura composita, subsistunt in suppositο.

Confirmatur ab absurdo.

6. Ad rationes *ex Soar.* Ad 1.alibi.

Quod verò dicitur de corpore,& anima priùs vnitis Verbo, & postea coniūctis actione generatricis Deiparæ, verissimum est;quia corpus quæ est pars physica, est informatum anima secundū esse corporeum, & adhùc informandum secundum esse vegetabile, & sensibile; & has omnes coniunctiones operata est VirgoDeipara actione generandi;& ipsam coniunctionem animæ cum materia, qua constitutum est corpus pars physica: sed materia non fuit priùs vnita Verbo, & deindè coniuncta animæ; sed priùs coniuncta animæ, quàm vnita Verbo; quare materia non subsistebat in Verbo ante vnionem partium,vt statim declarabimus, de subsistentia animæ præmissa disputatione. Illi autem qui gradus essentiales in homine non distinguunt ex natura rei, corpus quæ est pars physica accipiunt pro materia, aliàs corpus informatum apud illos est totum, non pars, vt libro 5. declarabimus. Et in eo quod aiunt corpus,scilicèt materiam, priùs vnitum fuisse Verbo quàm animæ, apertè falluntur, vt post pauca commonstrabimus.

Ad secundam Respond. in homine gradus essentiales distinguendo ex natura rei. Vide partē sequentem n.15. & lib.1.c.31.p. 2. n.4. & lib.3. c.12. n.6.

Qui illos sic nō distinguūt nulla ratione concedere possunt corpus,id est, materiam, priùs assumptū,quàm vnitum animæ.

PARS SECVNDA.

De subsistentia animæ rationalis.

1. Tres quæstiones.

DIcendum igitur est de subsistentia animæ rationalis; de qua quæruntur tria,scilicèt vtrùm priùs naturâ subsistat quàm informet materiam? & vtrùm in corpore in quo est subsistat? & illud postremum, subsistatne simpliciter extra corpus? Animam rationalem subsistere extra corpus, omnes consentiunt, cum per se separata existat, & operetur, quod S. Thom. commonstrat 1.p.q.75.artic.2. & in 1.d.8.q.5. art.2.ait in anima ita inueniri quod est, sicut in angelo. Quod autem est, dicitur subsistens.

Vltimæ resolutio.

S. Thom. probat.

2. Primæ resol. *Ex eodem* probatur.

Quòd verò anima rationalis priùs subsistat quàm informet corpus, videtur etiam colligi ex S.Thom. 1.p.q.45.ar.4. vbi probat creari propriè subsistentia;

Anima rationalis priùs naturâ creatur, quâ informet.

Obiectioni occurritur.

sed anima rationalis proculdubiò creatur à Deo priùs naturâ quàm informet corpus; ergo creatur subsistens. Nam etsi materia prima creetur priùs quàm forma, & non creetur subsistens; hoc ideò accidit quia non habet subsistentiam; sed anima rationalis, quam liquet habere subsistentiam, dum priùs naturâ creatur, priùs naturâ subsistit. Sed hæc argumentatio non constat apud omnes; nam qui opinantur animam non subsistere in corpore existentem, possunt respondere creationem esse subsistentium, quia terminatur ad subsistens; sed terminum creationis animæ non esse subsistentiam animæ, sed subsistentiam totius; quia vna actio potest terminari ad id quod per aliam actionem producitur. Sed neque indè concluditur, vt quidam putant, quòd anima subsistat corpori vnita, sicut est creata subsistens: nam vnita mutat modum entis, vt explicabimus.

Ad dictam probationem responsio in opinione negante animā in corpore subsistere.

3.
2. quæstio difficilis: Vtrùm anima in corpore subsistat?

Disputandum igitur de eo quod est magis difficile, scilicèt vtrùm anima corpori coniuncta subsistat? vt appareant hæc, quæ sunt magis perspicua.

4.
Affirmat *Caiet.*

Thom.Caiet.1.p.q.75.art.2. simpliciter affirmat animam etiam corpori coniunctam subsistere. Et idem docet q. 90.ar.2. & probat ex eo quòd anima per se operatur; quod autē per se operatur, per se subsistit, vt S. Thom.eo loco priori docet. At verò Ioan.Scot.in 4.d.43. q.2. negat hoc pronunciatum; quòd videlicèt illud subsistat quod per se operatur. Nam S. Thom. in articulo probat animam operari operationes spirituales sine organo corporeo; vnde colligit per se operari: hic autem modus per se operandi non est proprius subsistentis (inquit Scotus) nisi per se separatū operetur, & non vt pars. Thom.Caiet.multa respondet, & hoc tandem docet, animam non solùm operari per se sine organo corporeo, sed etiam per se absque alio proximo recipiente; sola enim anima sine corporis participatione recipit operationes suas: cum ergo anima in operatione non participet cum corpore aliquid, ita per se operatur, quòd subsistit. Hæc tamen ratio nulla est, nam si loquendum sit de proximo recipiente, anima non recipit operationes proximè sine medio, sed per potentias quibus operatur, scilicèt per intellectum, & vo-

Fundamentū. *S.Thom.*

Scotus negat fundamētum, scil animam per se operari vt subsistētem, dum per se non est separata.

Responsio *Caietani.*

Improbatur 1. Ad subsistendum non sufficit sine organo operari, & recipere operationes.

luntatem: quæ potentiæ cum suo modo operentur per se sine organo extraneo, & proximè recipiant operationes; non tamen subsistunt. Si verò fiat sermo de recipiente non proximo, non sola anima recipit operationes, sed præcipuè illas recipit suppositum, sicut & præcipuè operatur; anima autem recipit vt pars, & operatur vt pars; non ergo subsistit. Præterea corpus hominis operatur operationes alias materiales, & solùm recipit illas, quas cum anima non communicat; & tamen non subsistit per se; non ergo congrua est illa ratio Caietani. Imò ipse 3.p.q.6.ar.3. mutauit sententiam, negans animā in corpore subsistere simpliciter, quia est pars subsistētis.

Improbatur 2.

Caietan. mutauit sentētiam.

Sunt igitur qui cupiant litem componere quadam facili distinctione. Aiunt quippè ea dici subsistere, quæ vel non pendent ab alio; vel in alio non sunt vt pars, aut forma. Animam verò rationalem priori modo subsistere, quia non pendet à corpore, aut supposito in quo est; posteriori modo non subsistere, quia est in supposito vt pars, & forma. Sed vtrumque dictum æquè erit facile improbare; nam anima secundum informationem pendet à corpore, vt docuimus; & secundum operationem à supposito, cuius est pars: & ob vtramque causam neque est id quod per se est, quia non est homo, neque per se operatur, sicut manus non operatur per se, vt S. Thomas docet q.72. ergo anima est in numero eorum, quę pendent ab alijs, & non subsistit. Secundum verò assertum refellitur, quia Deitas est forma diuinæ hypostasis, & est in illa tanquam forma eius, & tamen subsistit; ergo & anima etsi sit forma suppositi, poterit subsistere. Hoc ergo ostendendum est, quid obstet esse partem, quominùs subsistat?

5.
Duplex assert. *Fonſ.5.met. cap.8. q.5. ſect.4.*

Cōtra primū Anima secūdum informationem pēdet à corpore, & secundum operationē à supposito.

S.Thom.

Contra 2. Deitas est in diuina hypostasi, vt forma eius.

Alij autem sunt, qui ponentes partiales subsistentias, aiunt animam in corpore suam subsistentiam retinere, quam habet extra corpus; neque verò animam accipere subsistentiam à supposito humano, sed potiùs animā suā subsistētiā partialē supposito humano cōmunicare. Sed quicquid sit de subsistentijs partialibus, de quibus iam disputatum est; illud adhùc erat explicandum, scilicèt, vtrùm anima suâ subsistētiâ partiali subsistat, dum est pars corporis, perfecto modo

6.
Sententia *Suar.disput. 34.sect.5.*

Improbatur.

modo subsistendi, quo subsistunt completa entia, quæ per se constant, & à nullo pendent, in quo sint.

7. Aduert. Anima separata per se subsistit: item per se existit: item terminatur hypostatica proprietate.

Imprimis igitur inuestiganda est natura animæ, quæ est forma quædam quæ potest existere separata, quæ sic separata subsistit, & existit per se, & operatur, estque terminata hypostaticâ proprietate. Nam anima Petri non potest assumi, nisi extinctâ priùs hypostatica proprietate; & anima Christi in triduo erat vnita Verbo vnione hypostatica excludente personalitatem naturalem illius animę. Estque anima separata imperfecta quædam persona, quæ idcircò B duntaxat non dicitur persona simpliciter, quia est pars apta naturæ humanæ. Videndum ergo est, ne quid horum amittat anima corpori coniuncta in resurrectione. Hæc enim omnia sunt spiritualia, quæ non corrumpuntur, & ideò videntur non amitti. Imprimis esse existentiæ non amittitur in coniunctione cum corpore; sed potiùs esse animæ cõmunicatur corpori; quod docet S. Tho. q.76. art.1. ad 5. & in 1.d.8. q.5. art.2. ad 2. docet animam habere suum esse perfectum, quod fit corporis illius, cui anima coniungitur: & hoc ipsum esse C anima accipit in creatione, priùs naturâ quàm informet corpus, quia esse est proprium animæ, & illa illud communicat corpori. Deindè proprietas hypostatica, quæ est inuariabilis, vt liquet ex dictis, non amittitur per coniunctionem cum corpore; imò etiam communicatur corpori; neque enim ponimus duas proprietates hypostaticas in homine, alteram animæ, alteram corporis. Et hoc quidèm non affirmat S. Thom. eo loco: sed consentaneum est proprietatem hypostaticam communicari, sicut D & existentiam, ipsi corpori, quo cum coniungitur anima; maximè cum proprietas hypostatica non sit composita ex partium essẽtialium proprietatibus, vt anteà commonstrauimus. Consequẽs verò est vt anima creata priùs naturâ habeat suam proprietatem hypostaticã, quàm copuletur corpori; tum quia illam communicat corpori, & non habet illam à corpore; ergo priùs naturâ quàm informet corpus, habet illam: tum etiam quia priùs naturâ existit; existentia autem, vt probabimus, est actus suppositi; ergo priùs naturâ constituitur anima

Item est persona imperfecta.

Difficultas, vtrùm coniũcta corpori aliquid horum amittat?

Pars neg.

Probatur 1.

Probatur 2. specialitèr de existentia.

Hæc cõmunicatur corpori. *S. Thom.*

Probatur 3. de proprietate hypostatica.

Hæc etiam cõmunicatur corpori.

Ostenditur.

Corollar. Anima priùs naturâ est suppositũ imperfectum, quàm vniatur corpori.

Probatur 1.

Secundò.

A aliqua hypostatica proprietate, quàm existat: sed existit ante informationem corporis naturali antecedentia; ergo eâdem antecedentiâ non temporis, sed naturæ, est aliquo modo suppositum hypostatica proprietate constitutum. Et confirmatur, quia S. Thom. 3. p. docet Verbum assumpsisse carnem per animam, scilicèt quia priùs naturâ assumpsit animam; ergo anima Christi priùs naturâ fuit vnita vnione hypostatica ipsi Verbo, quàm informaret materiam; quòd si non vniretur, eadem prioritate subsisteret hypostaticâ subsistentiâ.

Confirmatur *Idem.*

De ipso suppositio animæ constituto (si ita licet appellare) est minus dubiũ: nam anima communicatur suppositio humano; suppositum autem est incommunicabile; ergo anima in corpore nullo modo est suppositum. Itaque existentia animæ communicata corpori quodammodò extenditur ipsâ sui participatione; & de proprietate hypostatica eodem modo philosophandum est: sed ipsa anima, quæ est forma corporis, & in se ipsa est quasi suppositum constitutum hypostatica proprietate, non extenditur, ita vt fiat suppositum quoddam extensum, sed distinguitur re ipsa à suppositio humano, cuius est pars. Et confirmatur, quia anima non est id quod habet corpus vllo modo; sed humanũ suppositum est id, quod habet corpus, sicut & animam: & ratio est, quoniam anima non trahit corpus ad suum suppositum, sicut Verbum traxit humanitatem ad se: tum quia trahere ad se est entis completi, non partis; imò est infiniti suppositi proprium: tum etiam quia anima constituit essentialitèr suppositum, vtpotè pars essentiæ eius; & ita anima est essentialitèr humani suppositi pars, & non trahit alteram partem, quæ est corpus, ad suum suppositum; sed simùl cum altera parte constituit suppositum.

8. Pars affirm. animam intra corpus nullo modo esse suppositum, seu personã actu.

Probatur 1.

Anima separata tvt suppositũ non extenditur ad corpus, sed distinguitur re ipsa à suppositio humano.

Confirm.

Anima non trahit corpus ad suum suppositum.

Ostẽditur 1.

Secundò.

Aduertendum igitur est, quòd sicut diximus de partibus integrantibus suppositi diuisibilis; quòd sunt alio modo suppositia, scilicèt vt partes, eò quòd partes sunt entia in potentia, & eodem modo sunt suppositia in potentia; non in potentia causæ effectricis, cum iam sint productæ; sed prout sunt actu coniunctæ cum toto, & in potentia diuisibiles, vt sola diuisione continuitatis ma-

9. Aduert. Partes integrantes vt partes, sunt in potentia entia, & in potẽtia suppositia perfecta.

Sic anima rationalis intra corpus, est in potētia ens, & suppositū imperfectum.

Declaratur.

neant supposita : ita dicendum est de anima rationali ; est enim anima separata tale suppositum, quod cum sua proprietate hypostatica, & sua existentia, sic vt est constitutum, potest copulari cum altera parte, scilicèt cum corpore; neque amissa existentia propria, neque proprietate hypostatica extincta, neque pereunte ipso constituto ex anima, & proprietate : ergo hæc ipsa manent in anima coniuncta corpori ; & ita anima in corpore est suppositum in potentia, iam quidèm productum, sed ens in potentia quatenùs est pars actu, quæ sola separatione fit suppositum, semper tamen imperfectum : pars autem aquæ separata est suppositum perfectum. Ratio discriminis est, quia anima est pars essentialis, quæ etiam separata est pars non totum: pars autem integralis aquæ separata, est totum simpliciter & perfectum suppositum.

Ratio discriminis.

10.

Dicendum igitur est, animam etiam in corpore esse suppositum quoddam in potentia quatenùs est ens in potentia, scilicèt, pars entis ; sed quoad cætera iam productum, & constitutum hypostatica proprietate ; qua fit incommunicabilis cuique alieno supposito ; quāuis non sit incommunicalis ipsi supposito humano, cui actu communicatur, dum actu est pars hominis.

11.

Esse animam cōmunicabilē proprio suppōsito humanō destruit rationem suppositi imperfecti

Quòd si hæc communicabilitas destruit rationem suppositi, anima neque separata est vllo modo suppositum, quia in quolibet instanti sic vt est constituta, potest communicari corpori, & humano supposito : & in instanti generationis eodem statu, & conditione, creata est priùs naturâ, quàm informaret corpus ; scilicèt creata est actu constituta hypostatica proprietate, qua maneret separata absque vlla mutatione si non fuisset introducta in corpus. Cum verò anima separata non possit assumi à Verbo, & sit constituta hypostatica proprietate, & per se existat, & operetur; videtur non esse negandum esse aliquo modo hypostasim imperfectam, vtpotè partem. Quod si verum est, etiam in corpore est suppositum imperfectum, quia sola separatione fit suppositum.

Probatur.

12.

Dubium. Quem terminum anima separata acquirat?

Quòd si quæras, quem terminum acquirat anima separata à corpore? siquidèm res separatæ suos terminos habent

A quibus diuiduntur, & ipsa separatione terminantur, vt anteà docuimus. Respondeo est, alitèr separari animā à corpore, & partem integrantem à parte : nam pars integrans non acquirit separatione terminum hypostaticum, sed terminum continuitatis, ratione naturæ diuisibilis, vt anteà docuimus. Anima verò separata à corpore nouum terminum habet, & quoad essentiam, & quoad hypostasim : nouum autem terminum, non positiuum re vlla addita, sed potiùs negatiuum re aliqua imminuta. Nam pars aquæ separata acquirit B nouum terminum positiuum, scilicèt, nouam superficiem diuidentem aquam ab aqua. Anima autem separata amittit modum realem quo erat corpori vnita ; & illo modo reali extincto, terminatur negatiuè quoad essentiam, quia non est in corpore : quoad hypostasim verò, illius proprietas, & existentia anteà erat augmentata, dum erat anima coniuncta corpori : separatione autem sublato illo augmento, terminatur negatiuè, quia habet iam simplicem proC prietatem, & existentiam, neutram auctam, sed simplicem, & puram. Est ergo nouus terminus negatiuè, non augmentatus, sed imminutus.

Responsio. Pars aquæ separata terminantem, & diuidentem superficiem nouam positiuè, acquirit:

Anima separata terminū nouum negatiuè, & quoad essentiam, & quoad hypostasim, vtriusq; scil. vnione ad corpus sublata

13.

Dubium consectariū ad præcedens, vtrùm in anima modi subsistendi per se, & in alio sibi repugnēt in eodem instanti?

Sed est dubium, vtrùm modus quo anima est quasi hypostasis priùs naturâ creata, quàm introducta in corpus, repugnet modo illi quem habet in corpus introducta? Nam si modi isti reales repugnant, & non consentiunt sibi, impossibile est quòd in eodem instanti habeat anima modos contrarios, licèt dicatur habere vnum priùs naturâ quàm alium. Prioritas enim naturæ indicat ordinem rerum, sed non distinguit instantia temD poris : in eodem autem instanti habere modos repugnantes est impossibile, quia est simul habere, & non habere; quod enim repugnat non est. Videtur autem quòd isti modi repugnent sibi mutuò; nam si anima creatur cum proprietate, & existentia simplicibus non auctis, simplicia per se ipsa sunt diuisa ab alijs ; ergo impossibile est quòd in eodem instanti proprietas, & existentia animæ communicata corpori fiat extensa, & quasi composita: sicut etiam impossibile est quòd in eodem instanti pars aquæ sit diuisa, & coniuncta.

Prioritas naturæ indicat ordinem rerum, nō distinguit instantia temporis.

Pro parte dubij affirmantis ratio.

Ad

14. Responsio. Diuisio per terminum positiuum non potest esse simul in eodem instanti cum cõiunctione.

Ad hoc respondendum est ea, quæ diuiduntur per terminum additum, non posse in instanti eodem esse diuisa, & cõiuncta; quia necessariò coniungũtur pereunte illo termino diuidente: quo pacto ea quæ sunt quanta, quia diuiduntur superficie terminante, non possunt esse in eodem instanti diuisa, & cõiuncta; & natura quæ terminatur hypostatica proprietate, & illâ diuiditur ab alio supposito, non potest in eodem instanti in quo est terminata, & diuisa, coniungi supposito alieno. Sed quæ diuiduntur intrinseca entitate per negationem, in eodem instanti in quo sunt cõiuncta, diuisa sunt secũdum prioritatem naturæ: quod quidèm non significat in illo instanti esse diuisa; sed significat coniunctionem non antecedere in illa prioritate: est enim hæc diuisio per negationem explicanda, scilicèt vt dicatur diuisum quod est non coniunctum. Et quia anima in illa prioritate qua producitur, non producitur coniuncta, producitur non coniuncta, & negatione diuisa: & ad hũc sensum proprietas hypostatica animæ, & existentia eius in instanti quo producuntur in quadam antecedẽtia naturæ ante informationem sunt diuisæ à proprio augmento quod habent communicatæ corpori; & in illa antecedentia sunt simplices res negatiuè, hoc est, non compositæ in illa prioritate: & hoc non prohibet quin in instanti eodem recipiant augmentum, & communicẽtur posteriùs naturâ per informationem corporis.

Potest verò diuisio per negationem coniũctionis in antecedentia naturæ.

Ostenditur in anima separata.

15. Corollar. Anima priùs naturâ assũpta est quàm vnita materiæ. Ostenditur.

Ex his colligitur quomodò anima priùs naturâ fuerit vnita Verbo, quàm inducta in corpus; cum enim ex natura sua priùs existat, & terminetur hypostatica proprietate, necesse fuit in eadem prioritate naturæ hypostaticam proprietatem impediri; & animam vniri Verbo; aliàs non potuisset produci vnita Verbo, nisi post informationem corporis. Cum enim Verbum hypostaticè vniatur loco proprij suppositi; si ante informationem nulla ratio suppositi esset in anima, neque esset hypostatica vnio. Materia verò, quia non subsistit, vt probatum est, non est vnita Verbo ante informationem; sed vnita priùs animæ, per animam vnitur Verbo: & ideò S. Thom. docet 3. p. Verbum per animam assumpsisse carnem, scilicèt materiam informatam anima.

Materia priùs vnita est animę secundum esse corporeũ, quàm assumpta. *S. Thom.*

Vnionem autem hanc materiæ nudæ cum forma effecit B. Virgo actione generandi. Et quia materia secundum esse corporeum informata, adhùc erat in potentia physica ad esse vegetabile, & sensibile; & Verbo iam vnita erat secundum esse corporeum; ideò verissimè dicitur quòd Virgo Deipara partes essentiales vnitas Verbo, scilicèt, corpus & animã copulauit inter se generando hominem Deum, quod anteà reliquimus explicandum.

Posteriùs verò secundum esse vegetabile, & sensibile.

B. Virgo verissimè dicitur genuisse hominem Deũ, vniendo scil. inter se partes priùs à Deo assũptas.

De subsistentia animæ in corpore dicendum nunc est accipientibus subsistentiam non pro hypostatica proprietate, sed pro modo subsistendi, hoc est, per se constandi. Aduertendum ergo est ex dictis, quòd subsistere indicat modum intrinsecum entis nihil addens. Anima autem rationalis absque dubio extra corpus subsistit: id enim subsistit, vt docet S. Thom. q. 75. artic. 3. quod per se est, & per se operatur; anima autem separata secundum fidem Catholicam per se existit, & per se operatur, cum in nullo sit, sed in se ipsa cohæreat; ergo per se subsistit. Quòd si oculatè rem inspicias; anima additâ suâ proprietate non constituitur subsistens; sed ipsa est subsistens per modum intrinsecum suæ substantiæ; & addita proprietate fit hypostasis imperfecta; in quo imitatur naturam angelicam, vt dicemus. Comprobatur hoc proloquio Philosophorum omnium assensione firmato: negamus enim humanitatem operari, & esse id quod est; animam autem separatam operari dicimus, & per se existere: ergo ipsamet anima subsistit per se.

16. De subsistentia pro modo intrinseco per se constandi.

Anima separata absque dubio sic subsistit

Probatur 1. *ex S. Thom.* definiẽte subsistens, & ex fide docente animam separatã per se existere, & operari.

Anima ex se est subsistens: per proprietatem est hypostasis imperfecta.

Probatur 2. ex proloquio Philosophorũ

Deindè aduertendũ est, quòd etsi aliquæ res subsistant modo quodã intrinseco entis; addita tamen re aliqua addi potest modus subsistendi. Exempli causa, Angelus subsistit secundum essentiam; addita tamen proprietate subsistit hypostaticè incommunicabilitèr: & iste secundus modus subsistendi, est etiam intrinsecus; quia licèt sit additus essentiæ angelicæ, non est additus suppositо. Et idem dicendum de anima, nã priùs naturâ subsistit proprio modo intrinseco entis, quàm subsistat incõmunicabilitèr addita proprietate; aliàs non posset assumi, si in illa prioritate qua producitur anima, esset terminata

17. Aduert. Intrinsecè subsistentibus additur proprietas, vt subsistãt hypostaticè incommunicabilitèr.

Hic secundus modus subsistendi additus essentię, suppositо non est additus, sed intrinsecus.

In anima, & angelis prior naturâ est subsistẽtia quàm proprietas hypostatica.

Ostenditur 1. nata hypostaticè: neque id etiam secundum naturã animæ potest intelligi; quia cũ terminus hypostaticus siue proprietas, sit res addita, necesse est priùs naturâ produci animam; & deinde aduenire proprietatem, quæ à Verbo assumente impedita est.

Secundò.

18. Anima licèt vtrumque modum retineat acquisitâ vnione; tamen non est simpliciter hypostasis etiam imperfecta neque simpliciter subsistẽs.

Ad hunc ergo modum, quia ipsa substantia animæ, informatione corporis mutatur, non intrinsecè sed modaliter nouo modo reali substantiali, quo aliter se habet in corpore, & extra corpus; ita etiam anima in corpore retento illo modo subsistendi sibi intrinseco, acquirit alium modum subsistendi in supposito humano: & hoc modo acquisito quo subsistit in alio, iam non subsistit simpliciter, quia est pars subsistentis. Et hinc datus est locus diuersimodè opinandi de subsistentia animæ in corpore. Nam quidam attendentes ad modum illum intrinsecum, quem anima retinet etiam in corpore; ita vt ipsa existat per propriam existẽtiam, & operetur operationes proprias, ac si esset separata à corpore: & quòd non pendeat à corpore neque à supposito, aut secundum esse, aut secundum operationem; quia extra corpus, & extra suppositum humanum, suum esse retinet & operationem; & hæc communicat supposito, sicut corpori communicat esse: propter hæc omnia dixerunt animam subsistere in ipso corpore. Alij verò considerantes alium modum subsistendi, quo anima intra corpus est pars suppositi, & in quantum pars pendet à supposito, & secundum esse, & secundum operationem, vt rectè Ioan.Scot.commõstrat; vtrumque enim simpliciter loquendo est suppositi, & non partis; negarunt simpliciter animam intra corpus subsistere. Et hi attigerunt scopum veritatis: nam etsi anima considerata vt forma afferens secum esse, secundum propriam substantiam intimè subsistat; quia vt sic habet esse proprium, & operationem: tamen absolutè loquendo, dum est intra corpus pars suppositi humani, non est id quod est, & quod operatur; sed ipsum suppositũ est, quod est, & quod operatur: non ergo simpliciter subsistit anima intra corpus. Itaque sicut intra corpus simpliciter non est hypostasis siue suppositum; quia est pars actualis suppositi; ita neq; simpliciter subsistit: & sicut aliquo modo etiam in corpore retinet aliquid suppositi, scilicèt suam proprietatem, ita non est mirum quòd retineat nomen subsistentis secundum aliquid, sed non simpliciter.

Est igitur solum hoc discrimen animę rationalis separatæ, quominùs dicatur hypostasis absolutè, sicut absolutè subsistens: quia extra corpus cum sit essentialiter pars apta communicari non est simpliciter hypostasis, sed cum addito scilicèt imperfecta hypostasis: est tamen simpliciter subsistens extra corpus, quia tunc non habet alium modum impediẽtem dictum simpliciter: nam in corpore cum subsistat in alio vt pars, non subsistit simpliciter. At verò in corpore neq; est simpliciter hypostasis etiam imperfecta, sed hypostasis in potentia, neque est simpliciter subsistens.

19. Anima separata est simpliciter, & absolutè subsistẽs, non sic hypostasis etiã imperfecta.

Ratio.

Alij simpliciter subsistere negarunt.

Anima in quantum pars pendet à supposito humano, & secundũ esse, & secundum operationem.

Hi veritatẽ attigerunt.

Ostenditur.

Confirmatio.

20. *S.Thom.* explicatur.

HÆc omnia credimus à S. Thoma accepisse nos q. illa 75. art. 2. dum enim definit animam subsistere; nihil aliud videtur significare voluisse, nisi intrinsecum modum ipsius substantię, quę est forma subsistens; quem modum retinet etiam in corpore, dum non pendet ab illo secundum operationem. Pendet tamen ab ipso supposito, vt pars illius, quod rectè Ioan.Scot.arguit. Et idcircò docet S. Thom. in respõsione ad 2. propriè subsistens dici, quod non est pars, scilicèt actualis; & quòd operationes partium attribuuntur toti per partes. Et subijcit hæc verba. *Potest igitur dici quòd anima intelligit, sicut oculus videt, sed magis propriè dicitur quòd homo intelligat per animam.* Cum ergo ibidèm doceat id quod non operatur per se non subsistere; animam autem non operari simpliciter, sicut neque oculum intueri: concludendum est, animam dum est actu pars, non subsistere propriè, & simpliciter. *Scot.* *S. Thom.*

Idem explicatur.

Propriè, inquit ibi, *per se subsistens dicitur, quod neque est predicto modo inhærens, neque est pars.* Quæ intelligenda sunt de parte actuali; nam anima separata absque dubio subsistit, siquidèm per se existit, & operatur: cum tamen sit pars apta hominis.

PARS TERTIA.

Natura angelica subsistit per se.

1. Formæ separatæ subsistunt, iuxta omnes.

Conclusio. Natura angelica ipsa est se ipsam habens, *ex S. Thom. & Arist.*

Est contra quosdam.

Hi quod aiũt negant.

QVòd formæ separatæ à materia, qui sunt ipsi Angeli, subsistant, cum per se operentur, & existant, nullus Philosophorum, aut Theologorum hæsitat, quem legerim. Cum autem edocti à S. Thom. & ab Aristot. dicimus naturam angelicam subsistere, ita vt idem re ipsa sit natura, & habens naturam, mirantur multi, & modis omnibus hoc negãt per incogitantiam, non aduertentes se id negare, quod aiunt. Natura enim angelica est quędam forma sine vlla materia: quæ forma subsistit proculdubiò, cum per se existat, & operetur; & hoc confitentur: cogendi ergo sunt cõfiteri ipsam naturam subsistere, quæ nihil est præter formam. Explicatur hoc in anima separata, verbi gratia, de anima Petri; neque enim intelligimus vllam aliam personã habentem illam animam; sed ipsa anima quoquo modo est persona, & se ipsam habet: natura autẽ humana non est persona, sicut non est subsistens, neque habet se ipsam. Per hoc ergo quòd ipsa anima est suo modo persona, non erit mirũ quòd ipsa anima subsistat; & ipsa anima natura quædam est siue essentia partialis, quę per se subsistit; & addita proprietate est quasi persona incõmunicabilis: ergo forma separata à materia, quę nullo modo est pars, sed tota natura, perfectiori modo subsistit quàm anima; & ipsa forma separata per modum intrinsecum subsistens, addita proprietate fit persona. Quòd autem forma separata à materia subsistat, ex eo probatur, quia per se existit, & operatur. Et cum ipsa forma sit tota natura angelica, proculdubiò natura angelica subsistit, & per se existit, & operatur: & sola ratione distinguuntur habens naturam, & natura.

Explicatur. Anima separata v.c. Petri, ipsa vt persona se ipsam habet, non verò alia persona re ipsa distincta. Natura humana è contrà.

Forma separata subsistẽs addita proprietate, fit persona.

In angelo sola ratione distinguitur habens naturam, & natura.

2. Inquiritur ratio ob quã natura angelica absolutè subsistat: Corporea verò non nisi in alio.

Inquirenda tamen est causa quare natura corporea non subsistat per se, sicut formæ separatæ. Nam quòd natura corporea subsistat in supposito, est alius modus subsistendi, vt diximus cap. præcedenti, quo ipsæ partes compositi subsistunt in toto: subsistunt enim quasi alio nixę, quod est simpliciter non subsistere. Nos verò loquimur de eo quod per se absolutè subsistit nullo nixum, & quod est id quod est: quo pacto natura corporea non subsistit, natura verò angelica subsistit.

3. 1. Ratio. *S. Thom.* Natura corporea communis per hanc materiã indiuiduatur, & vt subsistat eandem hypostasis addit.

S. Thom. 1. p. q. 3. art. 3. & aliàs sæpiùs causam huius discriminis assignat, quòd in rebus corporeis materiã cõstantibus, hypostasis addit naturæ istam materiã, quæ est principium indiuiduationis, qua hypostasis distinguitur à natura cõmuni re ipsa: quare formæ subsistentes, quia non habẽt materiam, se ipsis subsistunt. Sed pro quæstione præsenti videtur doctrina hæc non satis apta; tum quia materia addita aliquo modo subsistit magis quàm forma, quæ est in materia, siquidèm materia in nullo subiecto est; non ergo materia addita impedit quin ipsa natura subsistat, vt subsistit angelica: tum etiam quia hypostasis in rebus corporeis addit quidèm naturæ cõmuni materiam indiuiduam; sed naturæ indiuiduæ, quæ continet materiam indiuiduam non addit illam. Quare neque per hoc ostenditur, quare minùs distinguatur natura angelica à supposito, quã natura corporea à suo; neque causam indicat, quare illa natura subsistat, non ista.

Non sic angelica. Impugnatur 1.

Secundò.

Dicendum tamen est, S. Doctorẽ sapientissimè rem obscuram indicasse, & à quæstionibus nouis, quæ eo tempore non excitabantur, abstinuisse. Aduertẽdum enim est, quòd per hoc quod hypostasis addit naturæ communi, scilicèt materiam primam, ostenditur naturam esse multiplicabilem; & per hoc quòd est multiplicabilis, ostenditur naturam non subsistere per se. Nam natura indiuidua est pars naturæ, non tota natura; & idcircò natura corporea est forma hypostasis; non vt pars physica, sed tamen vt pars metaphysica, quæ non est tota natura, sed quid incompletum, scilicèt natura ista, non illa: & quia pars est, non subsistit, sed est in subsistente, scilicèt in hypostasi. Quam rationẽ aliqua ex parte innuit S. Thom. in 3. d. 5. q. 1. art. 3. dicens naturam corpoream esse quasi partem. Naturæ verò angelicæ non additur aliquid, quo efficiatur indiuidua; quare non est multiplicabilis, neque est pars naturæ; & idcircò neque est pars hypostasis physica, aut metaphysica; sicut natura diuina constituit suppositum non vt pars, sed duntaxàt vt natura, quia suppositum est. Explicatur hoc alia ratione; quia quod infinitum est, subsistit,

4. Propugnatur.

Natura corporea est multiplicabilis, atq; adeò non subsistit per se, quia est forma hypostasis, vt pars ejus metaphysica, & vt pars naturæ, scil. natura ista, non illa.

S. Thom.

2. Ratio ex eodem.

Natura Angelica est quodã modò infinita, id est, nõ habens partes, se inuicem finientes.

vt S. Thom. sæpiùs docet, nihil enim expectat quo nitatur; quare natura Angelica, quæ est separata à materia quodãmodò est infinita, hoc est, à nullo principio essentiali coarctata, & idcirco subsistit: natura autem corporea definita est, quia materiam habet; vt optimè explicat ipse S. Doctor 1.p.q.7.art.1. & q. 3.art. 2.ad 3. quare non subsistit, sed habet modum suum definitum entis, vt in subsistente sit, & non subsistat.

S. Thom.

5.

Eiusdem 3. Ratio metaphysica, ferè coincidens cũ superioribus.

S. Thomas eo loco sententiarum vtitur argumentatione alia metaphysica, non physica; accipit enim essentiam secundum essentialia specifica, more loquendi philosophico; & ait indiuidua materialia addere aliquid extra essentiam, scilicèt materiam signatam, quæ est extra essentiam specificam non re ipsa, sed modo intelligendi, prout essentiam præscindimus cum solis essentialibus specificis. Vnde colligit indiuiduũ materiale esse aliquid præter essentiam, quia non est ipsa essentia separata, sed participat essentiã. Angelus autem qui est ipsa essentia separata specifica, ipse est sua essentia. Quare argumentum est ferè idem quod fecimus, scilidèt naturã Angelicam non esse partem naturæ; vel esse infinitam naturam: & ideò subsistere; ita vt habens naturam, & natura sit idem. Potest & alia ratio non inepta proponi, quia materia non subsistit; id enim subsistit quod est: materia autem absolutè non est ens, sed ens in potentia; quamobrem magis impedit subsistentiam, quàm vt ipsa subsistat: dicitur tamen subsistere æquiuocè, quia in nullo subiecto est. Forma verò etiam rationalis non subsistit simpliciter, quia est in materia. At verò natura composita ex vtraque, propter compositionem non mutat modum entis vt subsistat, sed sicut forma non subsistit, neque materia subsistit, ita natura composita retinet eundem modum entis vt non subsistat, sed sit in subsistente. At verò in substantijs separatis à materia, ipsa forma est species, & indiuiduum, & tota natura: Quapropter ipsa est id quod est, & quod subsistit. Præclariùs explicabitur ratio discriminis, si attendamus, existentiam non sequi materiam, sed formam, quæ dat speciem; existentia enim, & operatio formã sequuntur; formæ autem quæ non habent esse proprium, non operantur per se, neque per se existunt; quare neque subsistunt: forma autem rationalis intra corpus non subsistit simpliciter, quia est pars. At verò natura ipsa corporea, quæcunque sit, cum non sit forma, non operatur per se, neque per se existit; sed necessariom est, vltra naturam, suppositum, cuius est propriũ existere, & operari; & illud etiam subsistit. Formæ autem separatæ per se existunt, & operãtur: & idcircò per se subsistunt. Quare autem existentia non conueniat formis subsistentibus ante suppositum, posteà declarabimus. Confitendum igitur est quòd hypostasis non addit naturæ indiuiduæ materiã: nihilominùs quia addit illam naturæ specificæ, colligimus naturam indiuiduam esse partem, & definitam, & habere modum definitum, vt non subsistat, sed sit in subsistente.

Natura corporea nõ est forma.

Hic Angelus est ipsa elsẽtia separata specifica.

4. Ratio respondens ad 1. impugn. supra. Materia absolutè non est ens, sed ens in potẽtia, vnde impedit subsistentiã, & nõ subsistit, nisi æquiuocè.

Natura propter cõpositionẽ non acquirit modũ entis alium à modo partiũ vt subsistat.

5. Ratio optima. Existentia, & operatio formã sequũtur, non materiã.

Responsio ad 2. impugnationem supra.

His tamen aliquid est coniunctum, quod facesit multum negotij. Quia videtur consequi, vt natura Angelica non possit assumi à persona diuina, quod viris sapientibus non placet, neque consentaneum est Patrum doctrinæ. Et S. Thom. 3.p.q.4.art.1.ad 3. docet potuisse assumi naturam Angelicam à diuina persona. Cõsequentia autem probatur, quia si natura Angelica subsistit per modum intrinsecum, & inseparabilem, id quod subsistit, videtur non posse assumi. Præterea si natura Angelica est id quod habet naturam, natura assumpta à Verbo esset Verbum, & ita natura creata esset Deus.

6.

Duplex difficultas contra conclusionẽ.

Prior.

S. Thom.

In hac difficultate de natura Angelica assumpta à persona diuina, duo proponuntur dubia, alterum de subsistentia naturæ, alterum de communicatione idiomatis: & oportet vtrumque nodum soluere. Circa subsistentiam naturæ aduertendum est, naturam Angelicã assumptam à diuina persona, verbi gratia, à Verbo, acquirere aliquem modũ entis, vt sit in alio: nam natura Angelica non assumpta, in se ipsa cohæret, quia ipsa est id quod est; in Verbo autẽ est natura, quam Verbum habet; ita vt habens naturam, scilicet Verbum, sit res distincta à natura. Præterea, natura Angelica assumpta à Verbo pendet à Verbo secundum esse, quia cùm habeat esse diuinum proprium Verbi, & non propriam existentiam, ad hunc sensum non est per se, sed per Verbum. Adhuc tamen

Posterior.

7.

Circa priorem de subsistentia naturæ Angelicæ, si hæc ponatur assumpta à Verbo, Aduertendũ.

Hæc natura imprimis acquireret modũ entis in alio subsistentis, & habens naturam esset Verbum.

2. Penderet à Verbo secũdũ esse.

tamen ipsa natura angelica considerata A in se, subsistit per modum intrinsecum, vtpotè inseparabilem; est enim ipsa natura forma separata, & ipsa natura est angelus, sicut natura animæ est ipsa anima. Quæ omnia ex præcedente parte cap. perspicua sunt.

8. Habemus ergo compertum, & quòd natura angelica assumpta, per suum intrinsecum modum adhùc subsisteret; & quòd esset in subsistente distincto, scilicèt in Verbo, pendens ab esse ipsius. Et illud est ponderandum, vtrùm subsistat simplicitèr sic assumpta; an verò subsistat secundum quid, vt docuimus de anima intra corpus existente? Et videtur dicendum quòd natura angelica assumpta à Verbo, nõ subsisteret simplicitèr: sicut anima in supposito humano nõ subsistit simplicitèr. Nam etsi illud discrimẽ notum extet, quòd anima est pars, & incõpletum ens, & ideò non subsistit in proprio supposito absolutè loquendo: forma autem separata est tota natura angelica, & completa; tamen in alieno supposito est quasi pars, ita vt operationes attribuantur potiùs supposito, quàm naturæ; sicut & existentia naturæ illius assumptæ esset existentia propria suppositi diuini: tum maximè quia natura illa assumpta penderet à Verbo secundum existentiam, quia existeret per existentiam Verbi: quod autem absolutè subsistit, non pendet ab alio in quo est, vt docuimus: cum ergo natura assumpta penderet à Verbo, non simplicitèr subsisteret. Non est tamen negandum, quin natura angelica sic assumpta subsisteret saltem secundum quid, & imperfectè; quia operationes tribuerẽtur etiam naturæ, vtpotè subsistenti ex intrinseca ratione: quod probatur, quia anima Christi separata à corpore per se operabatur; ergo subsistebat; eodem ergo modo subsisteret angelica natura assũpta; imò magis perfectè quàm anima. Quarè de anima Christi hoc quoque dicendum est; quòd nõ subsistebat etiam separata simpliciter, sed secundum quid; quia pẽdebat secũdum esse à diuina hypostasi, siue supposito in quo erat.

1. Assertio. Ea natura nõ subsisteret simpliciter.

Probatur 1. exemplo animæ rationalis in supposito humano.

Obiectio.

Responsio. Ea natura esset quasi pars.

Probatur. 2.

2. Assertio. Subsisteret secundum quid.

Probatur exemplo animæ Christi separatæ in triduo.

9. Hoc autem vt intelligamus aduertẽdum est, magis perfectè subsistere animam in Verbo hypostaticè vnitã, quàm corpori coniunctam: nam corpori coniungitur vt pars, quæ simplicitèr non est id quod operatur; at verò in Verbo dum est à corpore separata, nõ est actu pars, sed habet se ad modum partis, quia pẽdet à supposito alieno. Ad hunc ergo modum, natura angelica assumpta non subsisteret simplicitèr, quia penderet à Verbo secundum esse, atque ideò secũdum operationem; vnumquodque enim operatur ad eum modum, quo existit. Itaque, vt dicam clariùs, quòd natura sit in aliquo, scilicèt in supposito, nõ obstat quominùs subsistat simplicitèr: natura enim diuina est in supposito, & tamen subsistit perfectè, & simplicitèr. Sed quòd sit in aliquo à quo pendeat, imminuit perfectam rationem subsistendi: sicut ergo diximus de anima, quæ licèt per modum intrinsecum subsistat, tamẽ addita informatione corporis subsistit secundum quid; ita dicendum est de natura angelica, quòd secũdum propriam rationem subsistit simpliciter; sed addita vnione hypostatica subsistit secundũ quid, & imperfectè; & operationes naturæ assumptæ tribuuntur potiùs supposito, quàm naturæ: etsi magis propriè tribuantur naturæ angelicæ assumptæ à Verbo, quàm animæ rationali informãti corpus, vt explicauimus. Natura autẽ humana etiã in hoc fuit congrua vnioni hypostaticæ, quia nullo modo subsistit, neque illi tribuuntur operationes; sed omni ex parte operationes Christi erãt supposito ascribendæ, non naturæ compositæ, quæ non subsistit. Quam rationẽ inueni indicatam à S. Thom. 4. contra gent. cap. 55.

Hæc inseparatione habebat se ad modum partis.

Esse in supposito nõ minuit perfectam rationem subsistendi, sed esse in illo dependenter, & ad modum partis

Corollariũ. Cur natura humana assumpta, non angelica?

S. Thom.

10. Responsio ad rationem prioris difficultatis.

Quod autem obijcitur, naturam angelicam non posse assumi, si intrinsecè subsistat, verũ est de subsistẽtia hypostatica incommunicabili; quod enim subsistit incommunicabiliter per hypostaticam proprietatem additam, non potest assumi: sed natura subsistens, hoc est, cõstans, & cohærens per se, antequam sit hypostasis siue suppositum, & existat, potest assumi, sicut assumpta est anima rationalis.

11. Circa posteriorem difficultatem de cõmunicatione idiomatum, si natura angelica esset assũpta.

De communicatione idiomatum dicendum est; & liquet ex dictis quid dicendum sit. Communicatio enim idiomatis fit propter vnitatem subsistentis in duabus naturis; & fit nominibus concretis, quæ indicant subsistentia: vbi autem natura subsistit, ipsa quoque natura significata nomine abstracto, cõmunicat

Ea cõmunicatio fit nominibus indicantib' subsistentia

idioma

idioma in vnitate subsistentis. Explanamus rem exemplis; Deus non est humanitas, quia humanitas non subsistit; sed est homo, quia nomine hoc concreto significatur subsistēs, vt docet S.Thom. 3.p.q.16.art. 4. & 5. Deitas autem est homo, quia deitas subsistit, & res est eadem significata nomine concreto,&abstracto. Natura autem angelica assumpta non subsistit simpliciter, & est in supposito alieno à quo re ipsa distinguitur. Quare hæc propositio simpliciter esset neganda, Verbum est natura angelica, seu, natura angelica est Verbum; sed secundum aliquid propositio esset vera in sensu identico, & esset communicatio idiomatis: quia natura angelica, & angelus sola ratione differunt; est enim angelus forma quædam subsistens, & ipsa forma est tota natura angelica; sicut natura animæ,& anima est res eadem: sed Verbum assumptâ naturâ esset angelus; ergo esset ipsamet natura angelica, cōmunicato idiomate.

Idem. Hæc est vera, Deitas est homo.

1. Assertio. In illa hypothesi, hæc esset simpliciter falsa: Verbum est natura angelica, & è contrà.

2. Assertio. Eadem esset secundum quid vera in sensu identico.

Ostēditur 1.

12. Ostenditur 2. Aduert.

Hæc autem vt magis persuademus, obseruandum est, quòd hoc nomen, homo, significat habentem humanitatem, & illud est suppositum; quia est distinctio inter naturam corpoream, & habentem naturam, quod S.Thom. docuit 1.p. q.3. ar.3. Hoc verò nomen, angelus, etsi supponi possit pro ipso physico supposito, quia est nomen concretum; significat tamen habentem naturam; quod non distinguitur à natura, cum ipsa natura subsistat. Quamobrem per hoc quòd Verbū esset angelus, esset quoque natura angelica, quæ ab angelo sola ratione distinguitur. Et hoc confirmatur, quia anima Christi descendit ad inferos,& Verbum descendit; ergo communicatione idiomatum Verbum in illo triduo erat anima. Hoc autem negatur à S.Tho. idcircò, quia anima est pars, quæ etiam separata non dicitur simpliciter de supposito; ergo secundum quid posset communicari idioma (si Deus esset angelus) inter naturam assumptam, & personam assumentem, in sensu identico, quemadmodùm explicauimus.

Idem.

Confirmatur exemplo animæ Christi separatæ in triduo.

Idem.

13. Pro prima assertione aduertendum.

Aduertendum tamen est, quòd communicatio idiomatum vsitanda est cum summo Deitatis cultu,& obseruantiâ: & ideò quæ simpliciter non conuertuntur, aut aliquo sensu formali absona sunt, nullo modo enunciantur. Negat enim S. Thom. in illo triduo Verbum fuisse corpus quod erat in sepulchro, quod corpus erat ens completum; quia scilicèt cadauer est pars hominis mortui; & itē sanguis est completa subsistantia hypostaticè vnita Verbo: & tamen Verbum non dicitur sanguis, quia sanguis pertinet ad integritatem hominis; ergo etsi natura angelica etiam assumpta, esset angelus quoad essentialia; tamen simpliciter loquendo non esset Verbum, neque Verbū esset natura angelica; tum quia his omnibus abstractis in sensu formali significatur identitas realis; Verbū autem esset res distincta à natura: tum etiam, quia natura angeli in Verbo collocata, non subsisteret simpliciter. Sed aliquo modo, quatenùs natura esset ipse angelus, & angelus esset Verbum, natura ipsa subsistens esset Verbum; sicut si diceremus Christi animam separatam in illo triduo aliqua communicatione idiomatis esse Verbum.

Idem. Verbū non dicitur fuisse corpus quod erat in sepulchro. Nec dicitur sanguis.

Prima assertio probatur 1. Secundò.

Primā tēperat 2. assertio.

Sed contra hoc occurrit argumentū quoddam S.Thom.3.p.q.17.art.1. quo probat humanitatem non prædicari in abstracto de Christo; quia si duæ naturæ prædicarentur in abstracto, non esset Christus vnum, sed duo, scilicèt naturæ duæ: ergo nullo modo natura angelica in abstracto potuisset prædicari de persona diuina assumente: vel illa persona esset duo, non vnum. Ad hoc respondetur nomina abstracta indicare identitatem, & non solam communicationem idiomatū: & ideò illa prædicatio propter hoc non est admittenda; nam ex idētitate personæ assumentis cum natura assumpta, sequitur quòd illa persona nō esset vnum, sed duo. Nam S.Thom. argumentabatur de natura materiali, quæ nomine abstracto nō potest dici de supposito cōmunicatione idiomatum, quia idioma communicatur in vnitate subsistentis; natura autem corporea non subsistit: sed natura immaterialis, & subsistens potest in abstracto prædicari non simpliciter, & formaliter, sed secundum quid, & identicè; quia ipsa natura est forma subsistens, & est ipse angelus.

14. Cōtra secūdā, Obiectio ex *S. Thom.*

Respons. Nominibus abstractis insē su formali significatur idētitas realis.

Idem, explicatur.

Confirmatio.

QVòd natura angelica per se subsistat, colligit S. Thom. ex doctrina Aristotelis 7.Metaph.tex.41.lect.11.i sui

15. *Idem.* *Arist.*

sui commentarij ad finem, docens verbis conceptis, quòd forma separata est suum quod quid est, hoc est, sua quidditas. Et idem indicat Aristot. 3. de anima tex. 9. & Auicen. lib. 5. suæ Metaph. cap. 5. Id autem quod est sua quidditas, subsistit, quia est idem quod quid est, & cuius est; ergo ipsa quidditas est id quod subsistit. Huius autem sententiæ habemus Auctorem indubium S. Thomam 1. p. q. 3. art. 3. affirmantem formas separatas à materia subsistere, & non distingui in eis essentiam ab eo, qui habet essentiam; quod 7. Metaph. docuerat, & 4. contra gent. cap. 55. idem confirmat, & in 3. d. 5. q. 1. art. 3. Et eandem sententiam ita consequutus est Alb. Magn. d. 2. art. 2. vt crediderit naturam Angelicam non posse assumi, quia subsistens sit.

Idem. *Auicen.* *S. Thom.* *Alb. Magn.* plus ait.

PARS QVARTA.

De distinctione naturæ Angelicæ à suo supposito.

1. Pars negans distingui est *Alb. Magn.*

QVòd suppositum Angelicum non distinguatur à natura, docet Alb. Magn. paulo ante commemoratus, qui ideo ait non posse assumi naturam Angelicam, cum sit ipsum suppositum. Et certè S. Thomas hoc ipsum non annuit modò, sed affirmat, vt in confirmatione tractabimus. Quapropter eandem sententiam firmat Dominicus Flandria Auctorem testatus S. Thomam.

S. Thom.

Flandr.

2. Pars affirmãs. *S. Thomas* infra explicandus.

Nihilominùs dicendum est, non dissentiente S. Thoma. distingui naturam Angelicam à supposito in aliquo positiuo; cuius mentem aperiemus exacta quæstione. Sed ad probandum enunciatum istud, nullæ suppetunt rationes ex parte subsistentiæ; commonstrauimus enim naturam materialem non subsistere, suppositum autem subsistere; & hoc esse discrimen rei, & rei, vt sint res ipsâ distincta natura materialis, & suppositum. Cum ergo natura immaterialis subsistat per se, nullum inde conficitur argumentum, quo indicetur distingui illam à supposito; imò potiùs fit cõiectura quòd non distinguatur.

Ratio ex parte subsistẽtiæ potiùs est pro negantibus. Ostenditur.

3. Ratio ex assũptibilitate discutitur.

Deindè non est perspicuum illud argumentum ex eo assumpto, quòd natura Angelica potest assumi à diuina persona, deducens eam non esse suppositũ.

A Hìc enim habet locum opinio Ioannis Scoti, quòd ipsa natura Angelica separata est suppositum; quæ coniuncta supposito alieno desinit esse suppositum. Neque est necesse quòd sit separata per terminum additum, sed per negationẽ; sicut enim anima est separata à corpore per hoc ipsum quòd non habet illũ modum realem, quo coniungitur cum corpore; & eius existentia est separata per hoc ipsum quòd non est communicata corpori, vt antea docuimus; ita natura Angelica per hoc ipsum quòd non est coniuncta supposito diuino, est separata; & sic separata erit suppositum sola negatione distinctum à natura.

Scotus ait naturam cõstituisuppositũ, non per terminum additum, sed p negationẽ alieni suppositi, vt de anima separata, hìc p. 2.

B

4. Opposita sent. probatur 1.

Sed tamen contra hanc sententiam Scoti etiam in natura Angelica subsistẽte, occurrunt nonnulla argumenta superiùs tractata; illud scilicèt, quòd nomẽ suppositi, vel hypostasis non significat negationem, sed substantiam; sicut hoc nomen, anima, non significat animam separatam, sed solam animam significat: ergo si suppositum, quod est quædam substãtia completa, ex intrinseca ratione est separatum; non est separatum per negationem additam, vt anima; sed per entitatem additam naturæ; quæ natura ex propria ratione non est separata, sed est eadem separata, & coniuncta. Præterea natura Angelica non est incommunicabilis, cum possit communicari diuino supposito; at Angelicum suppositum incommunicabile est: sunt ergo res duæ, altera communicabilis, & altera incommunicabilis; est enim risu dignissimum interpretari suppositum esse incommunicabile, quia significat ipsam negationem quæ obstat cõmunicationi. Et hoc ipsum minimo nixu conuellitur: nam si suppositum significat quod actu non est communicatum, illud est communicabile in sensu diuiso, sicut tenebrosum potest illuminari: maximè quia suppositum non significat solam negationem, sed simul substantiam; substantia autem quę communicari potest etiam dum actu non est communicata, absolutè, & simplicitèr est cõmunicabilis; ergo substantia Angeli etiam separata, & actu non communicata est communicabilis; ergo non est suppositum. Quòd si nomẽ, suppositum, significat non solùm actu incommunicatum, sed incommunicabile, iam non conuenit nomen istud substantiæ

Suppositum significat substantiam, non negationem.

Ex intrinseca ratione est separatum.

Probatur 2.

Responsio.

Refellitur facilè, siue suppos. dicatur actu incõmunicatũ, siue incõmunicabile.

C

D

stantiæ angelicæ, quæ cõmunicabilis est. A
Et confirmatur, quia si natura angelica,
Probatur 3. & suppositum sunt omninò idem, potest
Aliàs Gabriel posset esse Deus, & assumi à diuina
& assumi. persona assumptâ naturâ eius; siquidem
nomine Gabrielis significatur sola na-
tura, quæ absque dubio potest assumi;
quod tamen consequens Theologi non
permittunt. Illud etiam consequitur, vt
Probatur 4. nomen Gabrielis non significet suppo-
Gabriel non significat nega situm, siquidem non significat vllam ne-
tionem illam. gationem, sed completam substantiam:
non est ergo Gabriel nomen personæ;
sed necesse est addere, Gabriel non cõ-
municatus, vt significetur suppositum,
siue persona; quod est absurdissimum, &
exibilandum.

5. His ergo rationibus euidentissimè
comprobatur, suppositum angelicũ, &
naturam non differre sola negatione,
neque sola speculatione animi. Quòd
enim natura creata sit res communica-
bilis, suppositũ autem res incõmunica-
bilis, indicat in rebus ipsis distinctionẽ.

6. Confirmatur hæc sententia induc-
Probatur 5. tione. Nam suppositum diuinum consti-
in inductione. tuitur hypostatica proprietate; & suppo-
situm omne corporeum constituitur simi-
litèr hypostatica proprietate: ergo & in
Angelis est concedẽda hypostatica pro-
prietas. Et hoc ipsum persuadet ratio
Probatur 6. nominis; suppositum enim, siue hypos-
ex significatio tasis significat substãtiam completam; no-
ne horum no- men autem naturæ significat solam na-
minum, natu- turam: ergo aliquod complementũ est
ra, & suppositum. in supposito contentum, quod non con-
tinetur nomine naturæ, aut essentiæ.

Vnde eruimus aliud argumentũ, sup-
positum enim, & natura differunt defi-
nitione, vt liquet; ergo differunt re ipsa.
7. Quæ cõsequentia in rebus creatis haud
Probatur 7. incerta est, vt lib. 1. ostendimus. Dices
ex lib. 1. cap. in definitione suppositi solùm addi ne-
32. n. 23. gationem indiuidui, aut incõmunicabi-
Responsio. lis, scilicèt qd̃ sit indiuidua, vel incõmu-
nicabilis substantia. Sed iam ostẽdimus
Refutatur. suppositũ, & naturam non differre sola
negatione, si alterum cõmunicabile, al-
terum incõmunicabile esse credatur; er-
go necesse est per hanc negationem, in-
dicari in re ipsa aliquid reale quo dis-
cernantur.

8. Adhuc probatur hæc sententia, quia
Probatur 8. ab incõmodo. si naturam angelicam subsistentem non
distinguamus à supposito nisi sola ratio-
ne; posset quis dicere ex natura huma-
na, & cõplemento quodam naturæ fieri
quoddam compositum subsistens; quod
separatum sit suppositum, & coniunctũ
diuino supposito iam non sit suppositũ,
sed natura. Et ita Verbum assumpsit ali-
quod subsistens, & assumpsit hominem:
cui consequenti omnes Theologi refra-
gantur. Dicendum ergo est, cuique na-
turæ siue increatæ, siue creatæ, addi pro-
prietatem hypostaticam, quæ est actus
intrinsecus suppositi, in ipso conceptu
suppositi contenta. Et ideò naturæ hu-
manæ nihil additur, nisi hypostatica pro-
prietas, quæ à Verbo assumente cohibi-
ta fuit; & ideo non fuit constitutum sub-
B sistens humanum, neq; assumpsit homi-
nem. Quòd si naturam angelicam assu-
meret, etiam impediret hypostaticam
proprietatem naturæ, & traheret natu-
ram angelicam ad proprietatem hypo-
staticam diuinam. Et ita suppositum, no-
men est commune significans hypostа-
ticam proprietatem, in quacunque na-
tura, siue increata, siue creata.

Est tamen summopere aduertendum
hypostaticam proprietatẽ alitèr adue-
nire naturæ humanæ, alitèr angelicæ; ex
eo enim quòd natura humana non sub-
C sistit, ipsa proprietas constituit subsistẽs,
quod non erat: & quia natura angelica
per se ipsam subsistit, proprietas adue-
niens non constituit subsistens, sed ad-
uenit subsistenti vt actus hypostaticus,
solùm distinguens hypostaticè ab alijs
hypostasibus, siue suppositis.

Vndè colligimus, quòd etsi vtraque
hypostatica proprietas suppositi huma-
ni, & angelici, eadem distinctione reali
à natura discernatur; tamen suppositum
ipsum humanum magis distinguitur à
sua natura, quàm angelicum à sua: quia
D suppositum humanum non est humani-
tas, suppositum autem angelicum est
ipsa natura angelica. Idcircò enim quia
humana natura non subsistit, suppositũ
quod subsistit non est natura, sed solùm
est habens naturam; quod idem dicen-
dum est de omni supposito corporeo.
At quia natura angelica subsistit, suppo-
situm, quod est ipsummet subsistens, est
ipsamet natura. Atq; ita loquendo sim-
plicitèr, & absolutè natura angelica non
distingitur à supposito, sed est ipsum
suppositum. Probatur, quia ea dicuntur
distingui, quorum vnum non est aliud;
sed absolutè, & simpliciter loquendo
suppositum

Concluditur, vnicuiq; naturæ addi proprietatẽ hypostaticam, vt cõstituatur suppositum.

9. Ad resolutionẽ principalẽ Notabile. Proprietas hęc naturã humanã constituit subsistentem: Angelicã subsistentem inuenit.

10. Consectariũ. In eodẽ genere distinctionis realis formalis inter naturam, & proprietatem, sup positũ humanum magis distinguit à sua natura, quàm Angelicum à sua. Ostenditur.

Resolutio principalis. Probatur.

suppositum angelicum est ipsa natura; ergo absolutè & simplicitèr non distinguuntur suppositum, & natura: licèt secundum proprietatem additã suppositũ angelicum à natura distinguatur re ipsa.

11. Inquiritur ratio maioris distinctionis suppositi à natura in nobis, de qua proximè.

Quòd si perconteris, quì fieri possit vt cum eadẽ distinctione inter proprietatem hypostaticam, & naturam in angelo, & in nobis, supposita corporea magis distinguantur à sua natura, quàm angelica à sua? Respondendum est euenire id ex diuerso modo compositionis: est enim crassior compositio ex natura materiali, & proprietate; & in eodem genere distinctionis formalis, magis distat proprietas hypostatica à natura materiali. Quòd compositio sit crassior ostẽditur; quia natura materialis est quasi pars, cum non subsistat; & ita est compositio quasi ex partibus, quia neutra pars est ens simplicitèr: Ens enim simplicitèr est id quod est, quod subsistit: est ergo cõpositio quasi ex partibus, scilicèt ex jjs quæ non sunt simplicitèr entia. At verò natura angelica quæ subsistit, est simplicitèr ens, & ipsa est suppositum addita proprietate, & illa coniunctione naturæ cum proprietate nõ fit compositio quasi ex partibus, sed quasi ex ente, & complemento entis. Quòd verò in eodẽ genere distinctionis, proprietas naturę materialis magis distet à natura; ex eo probatur, quia cum sit proprietas subsistentis, non conuenit naturæ vt subsistenti, sed solùm coniungitur cum illa vt simul constituant subsistẽs. At in angelis proprietas hypostatica aduenit subsistenti; & vbi est minor compositio, est maior vnitas, & coniunctio.

Resp. 1. Ratio, est in nobis cõpositio crassior inter naturam, & proprietatem hypostaticam.

Probatur.

In nobis est cõpositio quasi ex partibus.

In angelo quasi ex ente, & cõplemento entis.

2. Ratio vlterior, est maior distantia proprietatis hypostaticę à natura materiali.

Probatur ex notabili supra.

12. Modus loquẽdi resolutionis principalis firmatur exẽplis.

At verò quoad modum loquendi, ex ipso modo entis oritur magna differentia, quia simplicitèr dicimus suppositum angelicum non distingui à natura; eò quòd natura est subsistens, & angelus est ipsa natura angelica; non est autem homo ipsa humanitas, eò quòd non subsistat humanitas.

13. Primum exẽplum.

Itaque sicut licet nobis dicere eundẽ esse Petrum, & Petrum album, & non distingui à se ipso; licèt secundum accidẽs re ipsa distinguatur: meliori iure licet affirmare naturam angelicam esse ipsum suppositum, & non distingui à supposito, quod est ipsa natura; quamuis proprietate addita distinguantur: siquidem ipsa proprietas non est accidens, sed complementum naturæ: quemadmodũ Petrus non distinguitur à Petro existente; tametsi existentia sit quid additũ Petro.

Secundum aptius.

Ad finem quæstionis aduertendũ est, quòd quia suppositum est id quod est, quod etiam operatur, & accidentibus perficitur; aliquãdo accipitur suppositũ, vt includit hęc omnia, quo pacto suppositum angelicum absolutè & simplicitèr distinguitur à natura, vt includens naturam, & multa alia. Nos verò loquimur de suppositо sola proprietate hypostatica terminato, quomodò collocatur in linea Prædicamẽti recta. Hoc enim modo suppositum angelicum est ipsa natura subsistens: est enim idem subsistens, suppositum, & natura.

14. Aduertend.

Suppositum aliquando accipitur, vt includens etiam accidentia.

Confirmatio.

15. *S. Thom.*

QVòd natura angelica non distinguatur à suppositо affirmat S. Thomas 1.p.q.3.art.3. vtrumque enim asseuerat scilicèt quòd formæ separatę subsistant, & quòd sint suppositа. Et idẽ clariùs docet 4. cõtra gent. cap.55. num.4. & in 3.d.5.q.1.ar.3. planissimè hoc ipsum ait. Et in 1.d.34.q.1.art.1, ait, quibus differũt natura, & hypostasis, necesse esse materiam addi; ergo in angelis expertibus materiæ, non differunt natura, & hypostasis. Idem docet planissimè q.7.de potent.art.4. & in eandem sententiam testatur Auicen.lib.5.Metaph.c.5. dicentem, quod quidditas simplicis est ipsem simplex.

Auicen.

16. *Ad S. Thom.* 1. interpretatio *Caietani.*

Thom. Caiet. ad ar.3.q.3. commentatur in hoc assertũ Doctoris Sancti, quod non intellexerit suppositа angelica non distingui á natura, sed non distingui intrinsecè, hoc est, per principia indiuiduantia ipsius naturæ, vt ipse clariùs explicat lib.de ente, & essentia, cap.5. & placuit hic cõmentarius Francisco Ferrar. lib.1.contra gent. cap.21. Sed ipse Caiet. postea fuit ab hac opinione emotus 3.p.q.4.ar.2. dicens suppositum angelicum etiam intrinsecè distingui à natura.

Ferrarienſ. *Caietanus* alibi cõtrarius

At verò Caiet. ait S. Thom. eo loco 1.p. q.3. dixisse nõ distingui suppositum angelicum à natura, quia nõ tractasset adhùc mysteriũ Trinitatis, quasi resipuerit re meliùs versata. Prauus est hic cõmentarius posterior Caietani, & ipse quidèm sententiam pro deteriori cõmutauit. At verò vtrũque enunciatũ Caiet. poterat

2. interpretatio *Caietani in S. Thom.*

Praua censetur.

1. interpretatio potest explicari de nõ distinctione per intrinseca naturæ alius ille locus de distinctione per intrinseca suppositi.

consentire, scil. quòd suppositа angelica non distinguerentur per intrinseca naturæ angelicę, scilicèt per essẽtialia principia: & quòd distinguerẽtur per intrinseca ipsis suppositis, scilicèt per hypostaticas proprietates, quæ sunt intrinsecæ suppositis, vt Caiet. vult 3. p. Neque esset absre ille prior cõmentarius; nam ex eo quòd suppositа angelica nõ distinguuntur per essentialia principia naturæ, colligitur suppositum angelicum esse ipsam naturam, quod eo loco Doctor Sanctus vult. Et hoc quidèm verisimũ est nunquam S. Thom. quod legerim, posuisse hypostaticam proprietatẽ hoc ipso nomine in hypostasi creata; sed principia indiuiduantia in suppositis indicat; quæ quia nulla sunt in natura angelica, ideò concludit non distingui naturam à suppositо. De distinctione autem proprietatis hypostaticæ à natura angelica non memioit, fortè quia ea quæstio non agitabatur tunc temporis. Dicendum igitur est secundum sententiam S. Thom. suppositum angelicum non distingui à natura; neque S. Doctorẽ pœnituit sententiæ, quam iterùm tradidit 4. contra gent. & scriptam in 3. sent. non retractauit: sed non distingui ad modũ explicatum, quia ipsa natura est suppositum.

1. interpret. consona perpetuæ doctrinæ *S. Thomæ.*

Declaratur. Apud S. Thomã nulla mẽtio de proprietate hypostatica in creatis sub hoc nomine.

Nec de eius distinctione.

2. interpretatio falsa probatur.

17. Primæ interpretationi objicitur. 1. *S. Thomas.*

Quidam opponunt huic commentario verba quædam Doctoris Sancti 3. p. q. 2. art. 2. vbi ait in omnibus rebus in quibus extra essentiã specificã inueniũtur aliqua, differre suppositum à natura secundum rem; quare cum in angelis accidentia sint extra essentiam, etiã in illis distinguitur suppositũ à natura re ipsa. Sed eo loco comparat S. Thom. suppositum cum accidentibus coniunctum, quod certum est à natura differre secundum rem. Et solum suppositum diuinum non differt à natura, cum nullum accidens sit in diuino suppositо, sed sola natura. At verò q. 17. ar. 1. ait nullam naturam prædicari de suppositо, nisi in Deo. Sed ibi loquitur de natura corporea, & dicto exclusiua non excludit angelicã: subijcit enim hæc verba, *In quo* (scilicèt Deo) *non differt quod est, & quo est, vt in prima parte habitum est.* Recitat S. Thomas eundem art. 3. q. 3. in quo docuerat in solis formis simplicibus naturam, & suppositum esse idem, & ipsam naturam esse id quod est; quare non negat hoc quod affirmat de natura angelica, sed negat de natura corporea, de qua ipse differebat.

Explicatur.

Obijcitur. 2. *Idem.*

Explicatur.

Probatur explicatio.

18. Resolutio principalis exmẽte *S. Thoma.*

Idem non negat proprietatem hypostaticam addi naturæ angelicæ,

Affirmãdum igitur est cum S. Thom. absolutè & simplicitèr naturam angelicam non distingui à suppositо, quia natura est ipsum suppositum: & tamen rectè sentiendum, id quod S. Thom. non negat, proprietatem hypostaticam addi naturæ angelicę, vt ea quę subsistẽs producitur, fiat incommunicabiliter subsistens. Quapropter in 3. sent. cautè sunt legenda verba illa, *In quantum consideramus essentialia rei, sic dicimus ibi naturam: in quantum autem inuenitur ibi aliquid subsistens, sic dicimus ibi personam.* Loquebatur autem de formis simplicibus, & videtur quòd sola ratione distinguat naturam à persona: sed quia dixerat personam esse quoddam subsistens; indicat in formis simplicibus sola consideratione discerni subsistens, & naturam: sed persona addit subsistẽti proprietatem qua distinguatur ab alijs. Et eodem loco dixerat S. Thom. personam esse subsistens distinctum; quod repetit 1. p. q. 30. ar. 4. Et hoc nomine subsistentis distincti, includit proprietatem hypostaticam distinguentem.

Objcitur. *Idem.*

S. Thom.

CAPVT XXIII.

Existentia est res distincta à natura, siue essentia creata.

POst disputationem de suppositо, & de subsistentia, quæ maximè conuenit suppositо; succedit tractatus de existentia quæ est actus suppositi, vt tota notio suppositi absoluta sit, & perfecta. Primùm quærimus, Vtrùm existentia sit res distincta ab essentia, & suppositо? Quam quæstionem diuidimus in partes quinque.

Prima pars: *Quo sensu essentiæ rerum dicantur æternæ?*

Secũda: *Essentia creaturæ in diuino exẽplari est fundamentum perpetuæ veritatis, quæ in enunciatione cernitur.*

Tertia: *Essentiæ rerum ante creationem nihil sunt, & per creationem extra causam fiunt, ita vt sunt.*

Quarta: *Natura siue essentia sic producta est res distincta à sua existentia.*

Quinta: *Distinctio inter essentiam, & existentiam, est absolutè realis.*

PRIMA

PRIMA PARS.

Quo sensu essentiæ rerum dicantur æternæ?

1.

1. sent. fingẽs essẽtiale quoddam esse reale quod antecedit existentiã, & ipsam scientiam Dei.

EOrum qui distinguunt essentiam ab existentia, hoc quoq; discrimen nõnulli ponunt inter vtrãque, quòd essentia sit perpetua, existentia autẽ accidat in tẽpore;& ita fingunt essentiale quoddam esse rerũ, quod antecedat non solũ creationẽ,sed ipsam scientiã Dei. Aiunt enim hominem esse animal, esse aliquid reale; quod esse antecedit veritatẽ scientiæ diuinæ: quia ab eo quòd res est, vel non est, scientia dicitur vera, vel falsa.

Confirm. Et confirmant sententiam, quia essentia hominis est esse animal rationale;& hæc essentia est realis; aliàs non poterit per creationem produci; est ergo essentia hominis æterna,sicut æterna veritas est, hominem esse animal rationale. Essentię ergo rerum per hoc fiunt, nõ quòd producantur essentiæ secundum illud esse essentiæ æternum; sed secundum existẽtiam,quę æterna non est.

Obiectio. Quòd si arguas consequi ex istis,essentiam creatam non fieri de nihilo,quod est hæreticum cõtra illud ex cap. *Firmitèr. Qui vtramque de nihilo condidit creaturam.* Respondent essentiam creari de nihilo existentiæ,nõ de nihilo essentiæ, vt videre licet apud Ioan.Capreol. in 2 d.1.q.2.art.3. Quæ est sententia Henric.Gandau. in sua sũma,ar.2.q 23.& 25. & quodlib.8.q.1. & 9.& quodlib 9.q.1.& 2. & Godofredi cũ alijs, quos recitat Capreol. confutans eodem loco vanam eorum existimationem. Quod faciunt etiam Heru. quodlib.11.q.1. & Paul.Soncin. 9. Metaph. q.4. & alij Thomistæ 1.p.q.10. art.3. & q.46.ar.1. & Ioan.Scot.d.36.de eadem re arguit Henricum. Quapropter opus est declarare quonam pacto essentiæ rerum dicantur æternæ, vt indè ducamus argumento, qua ratione coniungatur essentia cum existentia.

C. *Firmitèr.*

Responsio relata à *Capreol.*

Eam docent *Gandau, Godofred.*

Confutant *Capreol. Heru. Soncin. Scot.*

2.

Notabile. Essentiæ rerũ, vel sunt in causis, vel extra causas, vel in intellectu. *S. Thom.*

Primùm igitur considerandum est,essentias rerum vel esse in causis, vel extra causas, vel in intellectu, vt docet S. Thom.in 1.d.36.q.1.ar.3.ad 2. & d.38. q. 4. In causis nõ est essentia formaliter & actu, sed virtute,& potentia; quia est in causa potentia, & virtus producendi rem;& idcircò rem esse in causa, non est rem esse,sed est posse esse; & illud posse

De essẽtia in causis. Essentiam esse in causis non est eã esse sed posse esse

A esse non est in re ipsa aliquid, sed est aliquid in causa; quia est ipsa potentia per quã potest esse id quod potest produci. Iam verò admonuimus quòd posse esse, vel significat veritatem propositionis significantis verũ, quæ veritas in re significata nihil est; vel significat aliquam potẽtiam realẽ, qua aliquid potest esse; potentia autem realis non est in re ipsa possibili antequã existat: quod enim nõ existit,non potest esse causa realis, neq; habet potentiam ad causandum. Nulla ergo ratione intelligi potest, quòd essẽtiæ rerum,quæ non sunt,sed possũt esse, per hoc quòd possunt esse, sint aliquid
B in se ipsis: sed posse illas esse, significat in propositione veritatẽ,in causa potentiam. Quod docet S.Tho. de potẽt.q.3. ar.5.ad 2. *Antequã esse habeat nihil est, nisi fortè in intellectu creantis; vbi non est creatura,sed creatrix essentia.* Quod parte secunda cap.magis declarabitur.

Posse creaturas esse vel significat in propositione veritatem;quæ veritas in re ipsa nihil est, vel significat in causa potentiã.

Idem.

3.

De essentia extra causas.

De essentia extra causam nihil est, quod dicamus. Est enim essentia extra causam id ipsum quod nominibus essẽtiarum significatur: homo,verbi gratia, extra causas est homo, & leo est leo; quod non potest intelligi, nisi existat, vt posteà dicemus.

Hæc non potest intelligi, nisi existat.

4.

De essentia in intellectu.

Notabile. Essentia apud Philosophos est natura specifica essentialia sola cõplectens,vt cap.3. p.1.n.3.&c.

C De essentia in intellectu quędam obseruanda sunt.Primum,essentiam apud Philosophos dici naturam specificam expurgatam ab omnibus,quę sunt extra rationem speciei, vt hoc lib.docuimus. Sola ergo essentialia hoc nomine essẽtiæ complectimur,si more philosophico loquendum sit.

5.

Ex hoc principio,

Ex quo principio nulli nõ noto colligitur,essentiã in intellectu esse inuariabilem;quia si intelligẽdo nihil addamus essentiæ quod sit extra essentiã, fieri nõ
D potest, vt varietur essentia; neque enim variatur quod semper est idẽ;sed essẽtia in intellectu semper cõstituitur ex ijsdẽ essentialibus, & nihil illi additur: ergo essentia in intellectu variari non potest.

Consect.1. Essentia in intellectu est inuariabilis.

Ostenditur. Sẽper ex ijsdẽ essentialib*,& nullis alijs cõstituitur.

6.

Ex eodẽ principio colligimus,essẽtiã in intellectu esse æternã; quod enim est immutabile æternum dicimus; sed essentia à quocunque intelligatur,semper est eadem absque mutatione vlla, vtpotè ex ijsdem,& nullis alijs concreta: ergo in intellectu est æterna.

Consect.2.est 2.sent. pars 1. In intellectu est æterna.

Ostenditur.

7.

Tertiò concludimus, essentias rerũ in solo intellectu esse æternas. Nã extra causas Catholicè cõfitemur in tempore

Consect.3.est 2.sent. pars.2.

In solo intellectu est æterna.
Ostenditur.

extitisse; at verò in causa prima fuerunt ab æterno, nõ æternitate essentiarũ, sed æternitate causæ in qua erant essentiæ. Cum enim essẽtias esse in causa nihil sit præter potentiam causæ; essentias fuisse ab æterno in causa creatrice, significat æternam potentiam causę creantis: nulla ergo est æternitas essentiæ finitæ, nisi prout est in intellectu.

3.
Additamentũ.
Est æterna in intellectu diuino positiuè, in creato per negationem,
Hęc negatio semper est vera saltem in diuino, qđ in creato essẽtiæ rerũ nullo tẽpore sunt variabiles

Et hoc quidèm pacto essentiæ rerum sunt æternæ in intellectu diuino: at verò in intellectu creato sunt æternæ per negationem, hoc est, nullo tempore variabiles, siue intelligantur, siue non intelligantur: semper enim hæc negatio est vera saltèm in intellectu diuino, quòd essentiæ rerum in intellectu creato non variantur.

9.
Infertur explicatio 1. ad hãc, Homo est animal rat. sc. qđ illud est, significat cõuenientiã prædicati cum subiecto.
Nõ significat existentiam, Ostenditur.
Nõ significat aliquod esse reale.
Probatur.

Per hoc autem intelliges luculentissimè, quid sit hominẽ esse animal rationale. Nam illud, est, non significat existentiam, neque aliquod ens reale, sed significat conuenientiam prædicati cum subiecto, vt aiunt dialectici. Quòd illud, esse, non significet existẽtiam, per se manifestè liquet; dicimus enim hominem esse animal rationale antequã homo sit. Quòd verò illud, esse, non significet aliquid reale probatur, quoniam homo antequam creetur vel est in causa, vel in intellectu; esse in causa significat potentiam causæ, esse in intellectu significat veritatem cognitam, vel etiam mentis intelligentiam; ergo extra potentiã causæ, & extra intellectum, illud esse ante creationem nihil est. Explicatur adhùc magis, quia illud esse vel est ipse homo, vel aliquid præter hominem; si illud esse est idẽ omninò quod homo, nihil est extra causam, & intellectum: homo enim antequam creetur, nihil est; ergo & hominem esse animal rationale, nihil est.

Explicatur magis. Si illud, esse, est idẽ omninò, quod homo, ante creationem homo nihil est:
Si est aliquid prętęr hominẽ
Sequitur 1. nõ esse æternũ vt nec homo cui conuenit:

Quòd si hoc esse, est aliquid præter hominẽ; cum hoc ipsum esse homini cõueniat; consequitur potentiam chymericæ fictionis, vt homo quidèm non sit æternus, & habeat esse quoddam reale æternum. Prætereà consequitur cõtradictorium sententiæ, quam pertinacissimè tuentur, scilicèt quòd illud esse animal rationale, nõ sit essentia hominis; siquidèm est aliquid præter essentiam: quicquid autem extra essentiam accipimus, non est essentiale. Quòd si esse animal rationalé est idem omninò quod homo, certè æternum non est, cum homo non

Sequitur. 2. non esse essentiale.

A sit æternus. Concedant igitur vel inuiti, quòd illud esse non est essentia, neque existentia, sed conuenientia prædicati cum subiecto: conuenientia autem hæc, est realis identitas; nõ in re ipsa, sed animo apprehẽsa, vt posteà elucidabimus.

Sed meliùs dicendũ est cum S. Thom. de potentia, q. 7. ar. 1. ad 1. quòd, esse, aliquando significat existentiam, aut essentiam; aliquãdo significat veritatem propositionis, etiam in ijs, quæ non habent esse, quod Aristot. docuit 5. Metaph. tex. 13. & S. Thom. commentatur, quòd hoc, esse, significat compositionem propositionis, quam facit intellectus componẽs & diuidens. Et 1. p. q. 3. ar. 4. ad 2. eodẽ modo interpretatur quòd hoc, esse, significat compositionẽ propositionis, quã anima adinuenit coniungens prædicatũ subiecto. Quodvt dicam clarissimè; verbum, est, significat affirmationem; non est, negationem mẽtis, iuxta illud Pauli. *Non fuit est & non, sed est in illo fuit:* hoc est, Non negaui quod affirmaueram semel, sed semper idem asseueraui quod dixeram. Est enim nobis inditus à natura intelligendi modus, vel componendo quo affirmamus, vel diuidendo quo negamus. Hoc igitur verbum, est, voce, aut scripto expressum indicat assẽsum animi: & quia significamus rem medio conceptu; significat quoque rem prout est in intellectu; itaque significat simul cõpositionẽ intellectus, & rẽ quam intelligimus cõponendo. Et idcircò S. Thom. in cõmentario Metaph. dixit meliùs legi quòd, esse, significat, quia verum est aliquod dictum; & non ita benè legi, quòd, esse, significat veritatem rei. Et 1. p. consentaneè loquitur ad hunc cõmentariũ, dicens, hoc, esse, significare compositionem mentis; & non dicit significare veritatẽ, quia hoc, esse, nõ significat veritatẽ formaliter, sed significat rem ita esse vt intelligitur; quod est significare simul rẽ & compositionem intellectus; & hoc est significare veritatẽ in actu exercito. In re igitur significata hominẽ esse animal nihil significat, nisi hominẽ; sed significat simul in mẽte illam affirmationem, qua aimus hominem esse animal.

B

C

D

Quamobrẽ hoc, esse, nihil est, nisi ipsa affirmatio in mente conformata cum re intellecta: & ita elucidat Doctor Sãctus scitum & manifestum esse Deũ esse, sed esse Dei non esse scitũ, aut manifestum: Nam

Conuenientia hoc loco est realis identitas non in re ipsa; sed animo apprehensa.

10.
Explicatio 2. melior.
S. Thom.
Verbi, esse, 1. significatio, seu 1. modus.
2. modus.
Aristot.
S. Thom.
Hoc 2. modo significat veritatem propositionis, id est, compositionẽ, seu affirmationem, & neg.
Idem

2. *Corint.* 1. explicatur.

Verbũ, est, significat assensũ seu compositionem animi & simul medio assensu rem, quã intelligimus componẽdo, seu rẽ prout est in intellectu.
S. Thom. vbi supra 1. locus.

2. locus.

Illud esse, significat veritatẽ in actu exercito.

11.
Illatum:
Illud, esse, nihil est nisi ipsa affirmatio inmẽte conformata cum re intellecta.

Exemplũ ex *S. Thom.* Scitum,& manifestũ est Deũ esse,sed esse Dei nõ est scitum, aut manifestũ, vt lib. 1. cap.8. n.11.

Nam hoc enunciatum,scimus Deum esse, significat quoque scimus verè affirmari à nobis Deum esse,nam certè Deus est: sed ipsum esse,quod est diuina essentia,non est scitum,aut manifestum. Itaq; scio Deum esse , quia scio verè copulari Deum, & esse siue existentiam ; sed existentiam Dei non scio, quia ignoro quid sit.

12.

2.Explicationis summa. Hominẽ esse animal,in re ipsa nihil est, nisi homo: sed formaliter est affirmatio.

Euincimus igitur, quòd hominem esse animal in re ipsa nihil est, nisi homo: sed formalitèr est quædam compositio in mente,scilicèt affirmatio,quam significat verbum,est;sicut,non est, significat negationem.

13. Pro 1. sent. obiectio ex 1. loco *S. Thom.*

Sed adhùc expendendum est id quod docet S.Thom. in illo commẽtario, Essentiam secundum se esse ens primo modo, scilicèt ens reale ; at verò secundo modo vt esse significat compositionem, accidere essentiæ esse ens. Nam si hoc esse quod in mente cernitur, accidit essentiæ; fit vt essentia secundum se,antecedat omnem intelligentiam;& prouoluimur in opinionem Henrici , quam radicitùs euellere conamur.

14. Pro solut. 1.aduert. Essentia secundum se nõ est in causa. Ratio. Non est extra causas. Ratio. Non est in intellectu. Ratio.

Propter hoc ponderandum est , quòd essentiæ rerum secundum se, neque sunt extra causam, neque in causa, neque in intellectu : quia si essentia secundum se esset in causa,eius essentia esset quædam possibilitas, quæ in causa est ; & nunquã posset esse extra causam , quia mutaretur essentia , quæ est immutabilis. Et si esset secundum se extra causas, semper esset extra causas ; quod est hæreticum, cum omnis essentia creata sit in tempore. Quòd si secundum se esset in intellectu, esset ens rationis , cuius essentia est quid intellectum, quod non existit neq; potest existere. Ergo essentia creaturæ secundum se , neque est in potentia , neque extra potentiam , neque in intellectu. Vbi igitur gentium erit?

15. 2.aduert. Essentia secundum se est cognita præcisis omnibus, quæ non sunt essentialia, antequã considereturin causa, aut extra causam,aut in intellectu p notitiã reflexã

Aduertendum est, essentiam secundũ se esse cognitam præcisis omnibus, quæ non sunt essentialia ; qua præcisione facta reflectitur intellectus ad essentiam sic præcisam,& aduertit omnia illa essẽtiæ accidere, quia neutrum horum clauditur in essentia sic precisa, neque esse in causa, neque esse extra causam ; neque ipsum intelligi clauditur in ipsa essentia; sed omnia hæc accidunt essẽtiæ. Aduertit enim ratio aliud esse essentiam, quã intelligit,& aliud essẽtiam intelligi à se.

A Hac ergo ratione magis exaggeratur figmentum Henrici; quia essentiam sic præcisam , qualem solus intellectus potest præscindere , cogitauit aliquid esse in rerum natura ; quæ in sola illa præcisione separata est ab omni conditione, vt neque in actu sit, neque in potentia, neque secundum se in intellectu: quia in hoc ipso statu præciso, intelligendi vi designatur essentia, antequam considereturaut in causa, aut extra causam,aut in ipso intellectu per notitiam reflexã.

Ex his exaggeratur figmentum 1.sen.

16. Solutio. Huius,Accidit essentiæ intelligi,nõ est sensus quòd essẽtiæ antecedẽti aduenìat, sed quòd intra essentiæ præcisæ rationem formalem nonsit intelligi.

Nulla ergo est consequentia, Accidit essentiæ intelligi; ergo ante intellectum B est:Neque enim est sensus quòd essentiæ antecedenti aduenìat intelligi, quo pacto substantiæ aduenit id quod accidit; sed essentiæ præcisæ ab intellectu illam speculante , siue intelligente , accidere dicitur quidquid non est intra ipsam rationem cognitam ; quodam amplo loquẽdi modo,quo dicitur accidens quicquid non est essentiale intra ipsam rationem essentię concluſum.Et quoniam accidens saltèm nostro intelligendi modo est posterius ea re cui accidit,ipsa essentia est priùs in intellectu, quàm essẽtia cognita, sola prioritate rationis, qua cognitum additur essentiæ;additur autẽ cognitione reflexa, qua cognosco essentiam esse cognitam. Igitur essentia in ipso intellectu præcisa ab omnibus per conceptum directum, ex ipso modo intelligẽdi, quo illam sic intelligimus sine alijs; hoc,inquam,modo cognita secundum se, neque est in potentia, neque in actu, neque in intellectu est vt cognita cognitione reflexa; quia nihil horum includitur in illa præcisione : quòd autem sit intellecta, est quid additum per secũdam cognitionem reflexam. Et ita accidit essentiæ cognosci. Et rectissimè dixit S. Thom. quòd esse vt significat cõpositionem propositionis accidit essentiæ , scilicèt essentiæ secundum se in illa præcisione ; qua tamen præcisione non est extra intellectum, cum sit in illo prima cognitione directa.

Essentia est in intellectu per conceptum directũ priº prioritate tantùm rationis,quàm essentia cognita ,seu prius quam cognitũ additur essentiæ;additur autem per cognitionẽ reflexã.

S.Thomas Essentia secũdum se in illa præcisione est in intellectu, primâ cognitione directa.

17. Instantia.

Sed videtur essentia secundum se non esse ens reale, siquidèm non est ens in potentia , neque ens in actu : sed neque ens rationis est,quia secundum se nõ est in intellectu ; entia autẽ rationis in solo intellectu habent esse. Ad absoluendam quæstionem recolenda sunt animo, quæ anteà tractauimus de natura communi

Pro solut. recolendum ex c.1. p. 1.2.& 3.

vbi de natura pręcisa à singularibus coniuncta cũ illis & vna &c.

secundum se; nam quadam operatione intellectus, qua scilicèt ipsa natura cognoscitur simplici intelligentia, est separata à singularibus; & alia operatione componente coniungitur cum singularibus. Petrus enim est homo, & Paulus est homo; homo autem specie idem. Ista autem identitas naturæ communis, quæ est eadẽ in omnibus indiuiduis, est identitas præcisionis, sicut & vnitas; qua idẽtitate, & vnitate rationis, vnus & idem homo specie, est in multis singularibus, à quibus distinguitur sola ratione. Ad eundem modum natura secundum se præcisa ab omni modo entis, quia secũdum se, neque est in potentia, neque in actu, neque in intellectu; hac, inquam, præcisione est vna, & eadem, identitate quadã præcisionis, vt est præcisa ab istis modis, siue statibus entis. Quæ præcisa vna & eadem natura, ipsa identitate, & vnitate præcisionis, coniungitur cum varijs modis entis, quia aliquando est in potentia, aliquando in actu, & aliquando in intellectu; vel etiam in intellectu diuino perpetuò est. Itaque accidit naturæ sic præcisæ vni, & eidem, seruata sua vnitate præcisionis, accidit, inquam, illi esse in potentia, aut in actu, aut in intellectu: sed modò consideratur in potentia, modò in actu, vel etiam aliquando in intellectu cognitione reflexa.

Sic natura secũdum se præcisa ab omni modo, seu statu entis, hac præcisione est vna vnitate pręcisionis ab istis modis, seu statibus, & sic vna coniũgitur cum illis.

Naturæ sic pręcisæ vni, seruata sua vnitate, accidit esse in potẽtia, aut in actu, aut in intellectu.

18. Discrimen inter naturæ prę cisæ cõiunctionem cum singularibus, & cõiunctionem cũ modis entis.

In hac non distinguimus etiam ratione vnam rem ab alia.

Attendendum igitur est perspicaciùs, quòd quando naturam cõmunem præcisam à singularibus coniungimus cum illis, enunciando Petrum esse hominem, Paulum esse hominem; distinguimus ratione Petrum & hominem; quorũ vtrũque est res, sed sola ratione sunt res distinctæ. Quando verò naturam præcisam ab omni modo entis, coniungimus cum ipsis modis entis; non distinguimus etiã ratione vnam rem ab alia; sed eidem rei scilicèt naturæ præcisæ secundum rationem, addimus modum entis, scilicèt quòd sit in potentia, vel in actu, aut in intellectu.

19. Aduert. Isti modi entis nõ sunt modi reales.

De esse in intellectu patet.

De esse in potentia contra *Fons. 5. met. c. 28. q. 4. se. 2* Probatur.

Quo in loco illud aduertendũ est scitu dignum, quòd isti modi entis sola cõsideratione intellectus attribuuntur enti, & nõ sunt modi reales, neque extrinseci, neque intrinseci. Et vt omittamus esse in intellectu quod est intelligi, & nulla res est: esse in potentia nõ est modus realis, quicquid alij dixerunt. Nam essentia dum est in potentia nihil est; nihil autem nullus modus realis est, cum modus realis in rebus ipsis extra causã inueniatur; res enim in causa non est res ipsa, sed si quid est, est ipsa causa, siue potentia causæ, vt probauimus. Sed neque esse extra causam est modus entis realis: non est extrinsecus modus additus, quia res extra causam nihil est, nisi res ipsa, quæ anteà fuerat nihil: sed neque est modus intrinsecus; nam ij modi intrinseci essentiales sunt, & intimi; sed esse extra causam non clauditur in ratione formali essentiarum: ergo esse extra causam non est modus intrinsecus essentiæ finitæ, aut rei cuiuscunque finitæ.

De esse extra causam, Probatur. Non est modus realis extrinsecus. Non intrinsecus.

Distinguit ergo ipsa ratio hos modos entis, propter suum modum intelligendi: cum enim intellectus obiectum adæquatum sit ens, nos verò intelligamus etiam non entia; intelligimus id quod est in potentia per modum entis, cum re ipsa nihil sit; & id quod est in intellectu, intelligimus quoque per modum entis, cum esse in intellectu nihil sit. Et vt id quod re ipsa est ens scilicèt extra causas, secernamus ab ente in potentia, & ente in intellectu, appellamus ens in actu, & intelligimus hoc verum ens extra causam, quod solum est ens, per modum entis in actu; cum iste modus entis sit modus intelligendi, non modus rei. Natura ergo præcisa ab istis modis, sola ratione distinguitur à natura coniuncta cum ijsdem; quia sunt modi entis sola ratione additi ad naturam ipsam.

20. Illatum: Distinguit ipsa ratio hos modos propter suum modũ intelligendi, scil. per modũ entis id quod re ipsa est nihil.

Si verò comparemus naturam in potentia, & in intellectu, & in actu extra causas, qui sunt tres status naturæ; dicẽdum est naturam in potentia, & naturã in actu extra causam distingui reali distinctione negatiuè, vt nihil & ens, quod posteà docebimus: neque enim distinguuntur re ipsa per modos entis à ratione excogitatos, sed quia ens in potentia est nihil re ipsa, & ens in actu est verum ens. Nam esse in potentia est modus entis additus naturę ab intellectu præcisę, quæ re ipsa est nihil: natura ergo quæ dicitur esse in potentia, si secundum rem comparetur cum vera natura, quæ dicitur esse in actu, distinguuntur vt nihil, & res aliqua; licèt modi entis in potentia, & in actu sola ratione distinguantur, vtpotè à ratione excogitati, & nihil reale significantes: quo magis cõuincitur eos non

Intelligimus verum ens extra causam per modum entis in actu, cũ iste mod⁹ entis sit modus intelligendi, nõ modus rei.

21. Distinctio inter hos tresmodos, seu status naturæ.

1. dictum: Inter naturam in potentia, & naturam in actu est realis distinctio negatiuè, sc. vt inter nihil re ipsa, & ens re ipsa.

Tamen modi entis in potentia, & in actu sola ratione distinguuntur.

2.dictum: Natura in intellectu, solo modo cogitandi addito distinguitur à natura in re ipsa.

Ostenditur 1. de natura in re ipsa prout est nihil seu ès in potentia.

Ostenditur 2. de natura in re ipsa prout est verum ens, seu ens in actu.

non esse modos intrinsecos. Natura autem in intellectu, solo modo cogitandi addito distinguitur à natura in re ipsa. Quapropter si natura est in potentia, & est re ipsa nihil, natura in intellectu distinguitur à nihilo sola ratione; quia id quod re ipsa nihil est, apprehendimus vt ens. Quòd si natura est extra causas, ipsamet natura est in intellectu sola ratione distincta per modum entis additum, scilicèt prout est in intellectu, vel prout est in re. Hæc autem omnia in quęstione ista non modò notanda sunt, sed memoriæ etiam commendanda, vt disputantibus præstò sint.

22. Instantiæ 1. solutio:

Essentia realis est essentia possibilis, scil. quæ potest esse; siue sit, siue non sit.

Declarandum iam est, quomodò essentia secundum se præcisa ab omni statu, siue modo entis, intelligitur esse realis. Et dicimus breuitèr, atque absolutè, essentiam realem esse possibilem, scilicèt quæ potest esse: cum enim essentia dicatur ab esse, & non semper existat, & sit; semper autem possit esse, etiam dum est; rectè colligitur essentiam realem esse essentiam possibilem, quæ potest esse siue sit, siue non sit. Itaque omnis essentia secundum se est possibilis; & sic præcisæ accidit esse, aut non esse.

23. Essentię possibilis acceptio, vt possibile significet veritatem propositionis.

Alia acceptio essentiæ possibilis apellatione extrinseca, in qua acceptione essentia realis est, quæ per effectricẽ potentiam potest produci. Improbatur 1.

Improbatur 2. Res quæ existunt, posse esse per causam effectricem, facit dubiũ sensum, & falsum si cõpositus sit.

Prior acceptio præfertur vtpotè complectẽs essentiam diuinam, & res adhùc non existentes, &c.

Liquet tamẽ ex dictis, essentiam possibilem accipiendam esse, vt possibile significat veritatem propositionis. Nam si possibile significet physicam potentiã in rebus possibilibus, res adhùc nõ existentes non dicerentur possibiles, nisi appellatione extrinseca; quia in illis nulla potentia est; sed possunt dici possibiles per potentiam extrinsecam: & hoc pacto essentia finita realis ea est, quę per effectricem potentiam potest produci. Sed tamen hæc explicatio minùs placet; tum quia eo modo sola essentia finita est possibilis; essentia autem infinita, quæ non habet causam, non est isto modo possibilis. quia non potest esse per aliquam causam: tum etiam quia res quæ existunt, posse esse per causam effectricem, facit dubiũ sensum; & est falsa propositio in sensu composito, quòd existẽs possit esse per causam, scilicèt quòd manens cum existentia possit produci. Melius ergo dicitur essentia realis, essentia quæ potest esse; nam & essentia diuina, quæ est necessaria, potest esse; & pariter quæ sunt, & non sunt possunt esse. Est autem hoc prædicatum commune omni naturæ in quocunque statu, siue naturæ in potẽtia, siue in actu, siue in intellectu: semper enim eadem est natura, siue essentia, quæ potest esse; natura autem in potentia dicitur, quæ adhùc non est; & in actu, quæ iam non est in potentia. Et ita hæc quidèm distinguuntur, vt ex dictis constat.

24. 2.Solutio: Essentia realis est, quæ est capax existẽtiæ. Explicatur. Ipsa essentia cuiusque rei hoc sibi vẽdicat vt possit à Deo accipere existentiam.

Exemplum.

Alitèr quoque potest dici, & satis propriè realis essentia ea, quæ est capax existentiæ, sicut homo dicitur capax disciplinæ; non quòd homo, verbi gratia, antequam producatur extra causam sit subiectum existentiæ physicâ quâdam potentiâ, sed quòd ipsa essentia cuiuscunque rei hoc sibi vendicet, vt possit à Deo accipere existentiam. Quod est cõsentaneum communi sentẽtiæ quòd ens sit id quod aptum est esse; tametsi antequam producatur essentia, nulla insit rei physica apritudo ad existendũ. Itaq; sicut dicitur homo risibilis antequã sit, quia vendicat sibi hanc affectionem; ita omnis realis essentia est capax existentiæ, & apta existere. Qui autem existentiam non discernunt ab essentia, non probè explicant essentiam aptam existere, vt postea videbimus.

25. 2.Sent.quoad 1.partem, ostenditur.

Quoad 2.p. ostenditur. 1. detegendo errores 1.sent. 1.error Vvicleph. *Vualden.* 2.error. 3.error Platonicus. 4.error. 5.error. 6.error.

Notandum.

Euidentissimum igitur est, essentias finitas antequam producantur nihil esse extra intellectum; nam in intellectu aliquid sunt, quia hoc ipsum aliquid cõuenit rebus in intellectu, sicut & ens, & prædicata alia. Et eodem modo, hominẽ esse animal, est ipsa essentia hominis in intellectu, vt explicauimus: sed extra intellectum nihil est præter potentiã causæ in qua est; aliàs essent ab æterno creaturæ extra Deum, quod meritò numeratur inter errores Vviclephi ab Vvaldensi lib. 1. doct. fid. cap. 8. & esset extra Deum numerus infinitus rerum, quod fingi non potest: & essentiæ vniuersales, & communes in illa communitate essẽt res veræ, essent siquidèm species extra singularia; nisi placeat ipsa singularia fuisse ab æterno omnia extra Deum: & fuisse vera entia ea, quæ neque existebant, neque poterant operari: & iterùm fuisse extra Deum, & non extra causam, cum Deus sit causa omnium rerum: & fuisse vera entia, quæ causam non habuerint, & tamen non fuisse increata. Si, inquam, hæc omnia placeant, liceat delirare Philosophis, & quod magis pudendum est, liceat hoc quoque Theologis.

25. 7. error dissipans creationem rerũ.

Præterea hæc doctrina absque vllo dubio dissipat creationem rerum. Nam si essentiæ rerum secundum se sunt ab æterno extra Deum scilicèt à Deo distinctæ reali distinctione, certè non possunt creari: nam quod creatur, de causa procedit in qua erat; quod verò in causa non erat, non potest de causa prodire: ergo si ipsa essentia est extra causam ab æterno, non prodit de causa, neque creatur. Neque etiam creatur de nihilo, quia iam erat aliquid. Illa autem responsio superiùs commemorata quòd procedat de nihilo existentiæ, nulla est, neque potest constare. Nam quòd existentia ante creationem fuerit nihil, commonstrat existentiam creari; quia fuit nihil, & posteà est aliquid: sed essẽtia ipsa, quæ creatur de nihilo, oportet vt fuerit nihil; vel quod sequitur euidentissimè, non fit de nihilo; siquidèm anteà nõ erat nihil, sed verum ens, contra illud ex cap. *Firmitèr. Utramque de nihilo condidit creaturam.*

Responsio vt n. 1.

Confutatur.

C. *Firmitèr.* 26.

Colligimus ergo essentias rerum esse æternas in intellectu, vt declarauimus; & addimus esse quoque perpetuas in singularibus negatiuè; quia nullo tempore definitæ sunt, quia eędem essentiæ identitate præcisionis sunt in singularibus tẽpore decedentibus, & nullo sunt tempore coangustatæ; at verò ipsam identitatem præcisionis in intellectu habent. Quamobrem extra intellectum, & causam, nulla entia æterna sunt, sed fuit æternum nihil nullis rebus existentibus extra Deum.

Traditorum summarium.

Additamentũ. Essentiæ rerũ sunt quoq; perpetuæ in singularibus negatiuè.

Ratio.

PARS SECVNDA.

Essentia creaturæ in diuino exemplari est fundamentum perpetuæ veritatis, quæ in enunciatione cernitur.

1. De enunciatis perpetuæ veritatis quæst. an sint vera ante rerum existentiam.

EX ista disputatione oritur alia de enunciatis perpetuæ veritatis, quæ quidèm videntur esse falsa ante rerum creationem. Quì enim fieri potest vt homo ante creationem sit nihil, & sit simul animal rationale, viuens & sensu præditum? nam si homo est omnia hæc, aliquid sanè est, non nihil. Præterea, si ante existentiam rerum nulla est essentia, quid rei significatur per hæc enunciata, nisi essentia? ergo falsa sunt, siquidèm non est id quod significant. Et hoc sibi sunt qui suadere possint?

Ratio dubit. pro parte neg.

Cõfirmatur.

Nos diximus libr. 1. cap. 36. p. 2. de enunciatis ab æterno veris, quæ in intellectu diuino, eo quo fuerunt modo, fuere verissima: sed quia non est necessarium præsenti quæstioni proponere enunciata æterna; nunc temporis non existentibus rosis, affirmat quis rosas esse viuentes, quæritur vtrùm verum enunciet an falsum?

Quorundam consensio.

2. Quæstionis propositæ exemplum: Vtrũ rosis v.c. existentibus hæc sit vera, Rosæ sunt viuentes?

At verò vt quæstio diluatur, quædam ambiguitas exponenda est. Nam si verbum, est, significat existentiam, antequã rosæ sint, impossibile est eas esse viuentes, hoc est, eas existere viuentes, cum prorsus non existant: quo pacto intelligendum est, quod Comment. ait lib. 1. Physic. tex. 63. quando res desinit esse, perdere nomen, & definitionem: quia rosa quæ interijt, rosa non est, neque viuens; quia non existit rosa, neque existit viuens. Et Aristot. docuit sublatis primis substantijs tolli secundas: quia intereũte homine, animal quoque interit: & homine genito gignitur animal: & ad hunc sensum eadem actione, qua homo fit, fit homo animal, quæ hominis productio efficit, vt homo sit animal, hoc est, vt existat homo animal; vt obseruarunt Heruæus quodlib. 1. q. 10. Paul. Sõcin. lib. 5. Metaph. q. 10. & Iauell. q. 12. Alter est sensus iste germanus harum enunciationum, homo est animal, rosa est viuens, vt verbum, est, non significet existentiam, sed compositionem mentis siue affirmationem, vt lib. 1. explicauimus. Et quia per has enunciationes aliqua res significatur, putà homo simul & animal, rosaque & viuens, antequam hæ res sint, valde est dubium quid significetur, quod verum sit. Quarè & nonnullis placuit eas esse contingentes, & rebus significatis non existentibus esse falsas: productis verò & existentibus esse veras.

3. 1. sensus verbi, est, vt significet existentiã. In hoc sensu resol. negat.

Comment.

Aristot.

Hominis productio efficit, vt sit homo animal, hoc est, vt existat homo animal.

Heru.

Soncin.

Iauell.

2. sensus germanus vt significet compositionem mẽtis, seu affirmationem.

Nihilominùs cõcors iudicium Theologorum, Philosophorumq; testatur esse necessarias, & perpetuò veras. Quod palàm docuit Aristot. libr. 1. periherm. & aliàs sæpiùs. Nam etsi ille credidit mũdum extitisse ab æterno, & species rerũ ab æterno extitisse: tamen rectè agnouit quasdam rerum species oriri, & interire statis temporibus, vt herbas, & flores, & rerum accidentia: de quibus tamẽ est

Circa quæst. 1. Sententia, eas enunciationes esse cõtingentes, & esse falsas rebus significatis non existentibus.

4. Vera sententia esse necessarias.

Aristot.

est scientia, & necessaria pronunciata. Et S. Augustin. lib.2. de lib. arb. c.8. affirmat, perpetuò verum esse, quatuor & tria esse septem, etsi nihil sit quod numeretur. Eademque est concors Theologorum, Philosophorumque sententia quasdam esse enunciationes necessarias, perpetuòque veras.

S. Augustin.

5. Ad rat. dubit.

Ad quæstionem igitur propositam, quomodò fieri possit vt hæ enunciationes sint æternæ veritatis ante res conditas. Respondet S. Thom. 1.p.q.16. & alijs in locis eas esse veras in intellectu æterno Deitatis.

Responsio S. Thom.

6. Contra eam *Soar. in met. disp.31.se.12*

Quidam verò arbitrantur non rectè explicasse S. Thom. veritatem perpetuã horum enunciatorum, meditando illam in diuino intellectu; in quo non solum est æternum hominem esse animal, sed me quoque scribere, quod est contingens, est in scientia Dei æternum: tum etiam quia hæc enunciata vera sunt, nõ quia ipsæ rerum essentiæ futuræ aliquãdo sunt, quæ ab æterno cognoscuntur; sed quia etiam non futuris essentijs, cõstant vera enunciata de essentijs, vt liquet: Nam etsi homo futurus non esset, fuisset æterna veritas, hominem esse animal rationale. Præterea, quia hæc non sunt vera, quia cognoscuntur à Deo; neque enim fiunt vera ab intellectu diuino speculante, qui non est causa rerum; neque ab intellectu diuino practico, qui est cum voluntate libera cõiunctus: homo autem est animal rationale, nõ quia Deus voluit, neque quia Deus cognouit; sed (vt inquiunt) etiam excluso intellectu diuino, est verum, hominem esse animal.

1. Obiectio.

2. Obiectio.

3. Obiectio.

7. Ad 1. obiect.

Hi Doctores in confutanda sententia S. Thom. decipiuntur primùm per quãdam incogitantiam, non attendentes enunciata ad intellectum pertinere, & ab æterno non potuisse esse vera, nisi in solo diuino intellectu, in quo ipso non erant formaliter, quia Deus non intelligit enunciando vt nos, sed erant obiecta cognita, vt docuimus lib.1. Igitur in intellectu diuino, sunt omnes res & possibiles, & actu existentes in tempore aliquo: & quia in intellectu diuino est præsens intellectus ipse creatus, siue possibilis, siue existens; enunciationes intellectus nostri, quæ ibi sunt præsẽtes, quædam sunt necessariæ, & perpetuæ veritatis, vt hominem esse animal, quædam sunt contingentes, vt me scribere. Est ergo discrimen ab æterno in intellectu diuino, inter enũciationes necessarias, & contingentes. Itaque Deus scientiâ suâ cognoscit hominem simpliciter, vel futurũ, vel solùm in potentia sua, si nullus futurus fuisset; sed in nostro intellectu cognoscit hominẽ esse animal, quod est quoddam enunciabile perpetuæ veritatis, & nihil est re ipsa, nisi homo. Non ergo cognoscit hominem esse animal ab æterno, quia decreuerat hominem creare in tempore: quis enim tam crassæ mentis sit, vt hoc dixerit? sed cognoscit ab æterno enunciatum istud, Homo est animal, & quòd sit verum, & necessarium in intellectu nostro.

Alius error accidit in illa confutatione doctrinæ S. Thomæ, quòd illi existimant, verum esse in rebus absque ordine ad intellectum, quod lib. 3. commonstrauimus esse falsum. Ibi etiam ostendimus quòd verum vt est obiectum intellectus speculantis, solo nomine verum dicitur; & ita verum esse, est verè cognosci. Quo loquendi modo hæc ab æterno non sunt vera, nisi quatenùs cognoscũtur esse vera ab intellectu diuino speculante: sed verum quod ducitur ab intellectu practico, ante creationem non est in rebus, est tamen in causa. Et ideò hominem esse animal rationale, est verũ in potentia ante creationem; hoc enim verum ab intellectu practico, est passio entis creati: & ante creationem, sicut homo non est ens, nisi in potentia causæ; ita neque verum, nisi intellectu practico diuino, vt post pauca explicabimus. Sed hoc ipsum quod adhùc in re non est verum ens, in intellectu speculante apprehenditur vt ens, & verum; sicut homo non creatus, qui nihil est, apprehenditur sub ratione hominis, & entis: secluso verò intellectu diuino nullũ est verum omninò, vt lib. 3. luculentissimè commonstrauimus. Concedimus ergo illud verũ quod est in intellectu practico conformabile, non fieri verum ab intellectu diuino speculante, neque verò ab intellectu practico, quia esse possibile non fit, sed est ipsa potentia per quam potest fieri: illud autem verũ conformabile intellectui practico, ante creationem est vt verum possibile; sed secluso intellectu diuino nullum est verũ, quia neque est conformabile intellectui practico,

8. Ad 3. obiect.

Verum non est in rebus absque ordine ad intellectũ, vt lib. 3. cap. 5. p. 2 n. 4.

Enunciata ad intellectũ pertinent.

In solo diuino potuerunt ab æterno esse vera enunciata de quibus hic; in quo *ipso* nõ erant formaliter, sed obiecti uè.

Enũciationes intellectus nostri quæ in diuino sunt præsentes ab æterno, quædã sũt in intellectu nostro necessarię, quędam cõtingentes.

Ad 2. obiect.

Deus scientiâ suâ cognoscit hominem, vel futurũ, vel purè possibilem: sed in nostro intellectu cognoscit hominẽ esse animal.

Enunciata hęc ab æterno sunt vera per denominationẽ extrinsecam, idq; nonnisi quatenùs ab intellectu diuino speculãte cognoscũtur verè, seu esse vera.

Verum ab intellectu practico ante creationem non est in rebus, cum sit passio entis creati; est tamẽ in causa.

Verũ conformabile intellectui practico ante creationẽ est vt verũ possibile; esse autẽ possibile nõ fit,

Secluso intellectu diuino nullum est verũ,

practico, neque cui possit conformari A intellectus speculatiuus. Et hæc nobis ratio persuadet; quia omne verum reuocandum est ad primam veritatem, quæ est in diuino intellectu, qua ablata nullũ est verum. Facile est carpere doctrinam S. Thom. sed cauẽdum est quàm sit difficile expugnare.

Ratio.

Notandum.

Constat igitur has enunciationes non esse ab æterno veras, nisi in intellectu in quo est prima veritas, sed adhùc est dubium non quidèm de veritate formali, qua formaliter intellectus est verus, sed de causa veritatis. Hoc enim spectat quæstio tota. Nam etsi hę enunciationes B potuerint esse veræ ab æterno in diuino intellectu, quæ veritas æterna est; non tamen apparet quomodò fuerint veræ nullis rebus existẽtibus: quia nullæ erãt res, quibus conformaretur diuinus intellectus. Ab eo enim quòd res est, vel non est, intellectus est verus, aut falsus; ergo nullis rebus existentibus, cum res ipsæ cognitæ sint causa siue fundamentũ veritatis in cognoscẽte, nulla potuit esse de illis rebus vera cognitio. Et quoad hoc eadẽ quęstio est in nostro intellectu. Cum enim dicimus rosa est vineus, non existente rosa, videtur esse falsa affirma- C tio, cuius nulla sit causa, siue fundamentum in re cognita, cui conformetur cognitio.

9. Quæstionis scopus præcipuus, nõ de veritate formali, sed de causa veritatis ex parte rei cognitæ, quando res nõ existit.

10. Quidam respondent has enunciationes esse quasi conditionales: homo est animal, hoc est, si homo existit, existit animal: & ita esse veram hanc enunciationem ante hominem existentem, quia non absolutè dicitur homo esse animal, sed quasi sub cõditione, si homo existat. Sed hoc euidentèr refellitur ipsa animi attentione; neque enim sub vlla conditione affirmamus hominẽ esse animal, D sed absolutè: neque verbum, est, significat ibi existentiam; aliàs falsa esset propositio. Nam conditio quæ non exprimitur verbis, non facit propositionem ueram, vt si quis dicat hominem habere alas; quod verum esset sub conditione, si ille volaret: qua tamen conditione nõ prolata, falsum est hominẽ habere alas. Quare si homo non est animal, nisi data conditione, quòd existat homo: homine non existente falsum est hominem esse animal. Et hoc solum verum est quòd si existeret esset animal. Nos tamẽ absolutè iudicamus hominem esse animal.

1. Sententia *Soar. thmet. disp. 31. sect. 13. n. 461.* has enunciationes esse conditionales.

Refellitur. 1.

Secundò. Verbum, est, non significat ibi existentiã conditionalẽ. Conditio non expressa verbis non facit verã propositionẽ absolutè prolatam.

Emendant igitur hi Doctores sentẽtiam, & permittunt has enunciationes esse absolutè veras etiam rebus nõ existentibus: causam autem siue fundamentum veritatis ponunt ipsam conuenientiam inter res significatas. Quòd si vrgeas quænã sit illa conuenientia, & quid rei sit; aiunt esse identitatem prædicati cum subiecto. Nam sive res existat siue non existat, sed sit in potentia causæ, perpetuò est eadem sibi. Refellunt præterea sententiam S. Thomæ, asserentis causam veritatis harum enunciationum inueniri in diuinis exemplaribus, quibus conformatur diuinus intellectus: quia, inquiunt, res in se ipsis sunt causæ veritatis, quæ est in diuino intellectu: quia ante ipsa exemplaria, quæ sunt forma intelligibilis, meditandæ sunt res in se ipsis, vt causa veritatis, quæ est in exemplaribus: & hoc confirmant, quia ipsa exemplaria repræsentant res; ergo res in se ipsis priùs cogitandæ sunt, quàm exemplaribus repræsententur.

11. 2. sent. eiusdem emendãtis prior em.

1. eius assertũ.

2. assertum.

1. argum.

2. argum.

12. 3. sentent. in titulo assertæ 1. pars contra 1. assertum.

Probatur. Identitas prædicati cum subiecto sũpta formaliter, nõ est causa veritatis æternæ.

Verùm hi Doctores longè abetrant ab scopo, deflexi à vera sententia Doctoris Sancti. Nam quod aiunt identitatem prædicati cum subiecto esse causam veritatis æternæ, si intelligerent identitatem formaliter, quæ est relatio rationis, admirandum quid somniare viderẽtur, nempè relationem rationis qua homo refertur ad animal esse causam huius veritatis, quòd homo sit animal antequam existat, quia scilicèt refertur relatione identitatis ad animal. Et hoc ipsum intelligi non potest, nam causa veritatis significatur per enũciationem formaliter veram: at verò quòd homo sit animal, non significat hominem referri, sed esse animal. Quòd si nomine identiatis materialitèr intelligãt res ipsas in quibus est identitas, quæstioni nõ faciũt satis. Hoc enim ipsum quærimus, vbi nam fuerint res illæ homo, & animal antequam existant, vt possint esse causa huius veritatis extra diuinũ intellectũ?

Ratio.

Item identitas materialitèr non est causa &c.

13. Aduersantes ponunt sent. Gãdau. traditam 1. p. n. 1. quã destruunt.

Hæc igitur opinio ea ponit, quæ destruit: nam identitas hominis cum animante, re ipsa nihil est, nisi homo; at verò homo ante creationem nihil est; ergo nullum est fundamentum veritatis istius quòd homo sit animal ante creationem; vel homo est aliquid ante creationem, quod illi iure optimo negant. Præterea exẽplaria diuina sunt primę causæ rerũ, à qui-

2. Pars contra 2. assertum. Probatur. 1.

Exemplaria diuina sunt primæ causę rerũ.

à quibus ipsa diuina potentia ducit initium rerum;ergo ante exemplaria nullũ fundamentum est veritatis rerum, neq; vlla identitas etiam entis in potentia. Nam illud ens in potentia in se ipso nihil est.Quod autem nihil est, non est sibi idem reali identitate, quæ sit fundamẽtum veritatis.

Quod nihil est non est idẽ sibi reali identitate.

14.

Probatur.2.

Res in potentia diuina est ipsa creatrix essentia.

*Ioan.*1.

Præterea ens in potentia consideratur in se ipso,etsi re vera nõ sit in se, sed in potentia. Nam homo in potentia diuina non est animal, neque verò est homo, sed est ipsa creatrix essentia, iuxta illud Ioan. 1. *Quod factum est,in ipso vita erat.* Cũ ergo dicitur,Rosa est viuens, antequam rosæ existant, rosa quæ est in potentia Dei consideratur secundum se, neque in potentia.neque in actu. Et hoc modo est in diuino exemplari; quamuis enim rosa communis non sit in potentia causæ, sed rosa singularis; quia nihil commune potest produci, sed singulare: tamen idem prout à nobis intelligitur est exemplar commune; ergo ad ipsum cõmune exemplar reuocandæ sunt enũciationes communes;imò & singulares, quæ in cõmunibus continentur.Et confirmatur, quia omnis veritas reducenda est ad primam veritatem; diuina autem exemplaria sunt prima vera, ad quæ veritas omnis creaturæ refertur: nam in diuino exemplari non est hominem esse animal, quod est in meo intellectu, sed est homo in quo est ipsa identitas hominis cum animante;nam & ibidem potest à nobis considerari identitas. Huius ergo veritatis,quæ est in nostro intellectu, fundamentum est homo in intellectu diuino, in exemplari. Et ab æterno comparauit Deus simplicissimâ suâ scientiâ, hoc enunciabile cum suo exemplari. Cũ ergo essentiæ rerum sint in exemplaribus vt in causis,& vt entia secundum esse intelligibile, nullo modo negandum est, illud esse fundamentum veritatis enuntiationum, quæ sunt necessariæ rebus non existentibus, scilicèt rebus secundum se consideratis.

Confirmatur.

Diuina exemplaria sunt prima vera adquę veritas omnis creaturæ refertur.

In illis non est hominem esse animal,sed est homo.

Ab æterno cõparauit Deus simplicissimâ suâ scientiâ hoc enunciabile cũ suo exẽplari.

15.

Aduert.

Quo in loco aduertendum est, ideas siue diuina exemplaria esse causas rerum, & easdem repræsentare: vt sunt causæ rerum alio modo se habent ad res futuras, & ad quas non sunt, vt tom.2.explicabimus. At verò quatenùs repræsentant res possibiles, omnes res actu repræsentant. Et ita res possibiles sunt in ideis necessariò, & perpetuò,& inuariabiliter, vt in repræsentante.Et hoc modo vt sunt in ideis sunt causæ veritatis, quæ inuenitur in intellectu diuino cõformato ideis suis.Itaque idea non est causa veritatis cognita, sed res in idea est causa cognita veritatis; quæ est ipsa res per has enunciationes significata,Homo est animal, Rosa est viuẽs: & his rebus non existentibus,intellectus noster sic enuncians est verus quatenùs conformatur rebus prout sunt in ipsis ideis diuinis. Prima enim veritas in intellectu diuino est causa omnis veritatis in intellectu nostro. Et idcircò hæ enunciationes quæ in diuino intellectu cognitæ, nullam habent causam veritatis, nisi ideas,in nostro intellectu in quo formaliter sunt, eandem habent causam veritatis.

Non idea, sed res in idea est causa cognita veritatis.

Intellectus noster est verus quatenùs conformatur rebus prout sunt in ideis diuinis.

16.

Duo autem illa argumenta facilè refringuntur. Quod enim aiunt res in se ipsis esse causam veritatis propositionis, verum est eodem modo quo res in se ipsis sunt.Res autem de quibus necessaria prædicata enunciantur,accipimus præcisas ab omni statu, puro conceptu præciso: non vt sunt in potentia, neque vt sunt in actu, neque vt sunt in intellectu, sed prout intelliguntur proprio cõceptu: quo quidem pacto sunt in ideis diuinis, vt in primis exemplaribus: & ita eo modo quo sunt, sũt causa veritatis harũ enunciationũ.Secũdũ arg.innuit falsam explicationẽ ideæ repræsentantis, quasi hæc repræsentatio oriatur à rebus repræsẽtatis:quod liquet esse falsum; idea enim non repræsentat eò quòd sit similis rebus cognitis, sed potiùs repræsentat vt causa assimilans sibi res cognitas: quare non cõformatur rebus repræsentatis, vt illi volunt, sed potiùs conformat sibi res: non ergo necesse est,neque possibile, vt res in se ipsis antecedant ideas: Quòd si velis ipsas ideas esse veras,non sunt veræ,vt conformabiles rebus, sed vt regula conformans sibi res: de quibus tomo 2. disputabimus.

Ad 1. arg.

Res in se ipsis sunt causa veritatis harum enunciationũ eo modo quo in se ipsis sunt, sc. prout intelliguntur proprio conceptu præcisæ ab omni statu.

Concludimus igitur quòd hominem esse animal significat compositionẽ quãdam, siue affirmationem in intellectu veram;cuius veritatis fundamentum est homo in idea diuina. At verò per hæc diluitur dubium propositum initio quæstionis: nam etsi homo ante creationem nihil sit, & animal etiam nihil sit; tamen homi-

Ad 2.arg.

Ideæ nõ sunt veræ vt cõformabiles rebus, sed vt causa & regula conformans sibi res. Vnde non est possibile vt res in se ipsis antecedant ideas.

17.

Summarium doctrinæ traditæ.

Ad rat.dubit.

Homini per intellectũ, seu prout concipitur secundum se cõuenit animal.

hominem esse animal, est in intellectu A compositio vera, qua non significatur hominem esse, aut animal esse; sed homini prout concipitur secundum se cõuenire animal. Cum verò dicitur, secũdum se est animal; ergo secundum se est

Ad confirm.

aliquid; cauillatio est: nos enim non negamus homini conuenire per intellectũ hoc prædicatum, aliquid, sicut & ens. Negamus tamen ante creationem hominem esse aliquid in re ipsa, extra causam, & intellectum.

Confirmatio.

18.

Veritas formalis æterna, est in diuina intellectione.

S. Anselm.

S. Thom.

B Quòd veritas æterna enunciationis necessariæ referenda sit ad diuinũ intellectum, & exemplar, docet S. Anselm. dialogo de verit. cap. 7. & 8. & S. Thom. 1.p.q.10.ar.3.ad 3.& q.16.ar.7. ad 1.& de verit.q.1.ar.5.ad 11. & art.6. ad 2.& 3. Causam autem veritatis æternæ, vt explicauimus reponit S. Doctor in diuinis exemplaribus siue ideis. Cui sententiæ concordat id quod Clem. Alexand. lib.5. stromatum refert ex Platone in Phedro, ideã esse veritatem: ideã autem esse id quod intelligitur. Veritas ergo formalis æterna est in diuina intel- C lectione; causa autem siue fundamentũ veritatis in idea.

Causa veritatis in diuina idea.

Idem.

Clem. Alex.

PARS TERTIA.

Essentiæ rerum ante creationem nihil sunt, & per creationem extra causam fiunt ita vt sunt ante existentiam.

1.

Prænotandũ. Nihil est negatio entis, & idem quod nõ ens.

Si ens accipiatur prout præcisum, & secũdum se est prædicatum commune, Omnis essentia est essentialiter ens.

Quòd essentiæ rerum ante creationem nihil sint, cõprobatur ijs, quæ hactenùs diximus satis, superque. Sed D aduertendum est, quòd nihil est negatio entis: ens autem sicut & essentia, dicitur duobus modis, scilicèt secundum se præcisum, vel non præcisum, sed coniunctũ cum aliquo modo, siue statu entis; scilicèt ens in potentia, vel ens in actu, vel ens in intellectu; nihil autem est negatio entis, & idem quod non ens. Quamobrẽ essentia ante creationem ijsdem modis potest dici non ens, & nihil. Si dicatur nõ ens, vt ens præcisum, & secundum se est prædicatum commune, falsa est propositio, quòd aliqua essẽtia sit nõ ens; & eodem sensu falsa est propositio, quòd aliqua essentia sit nihil: imò omnis essentia est secundum se essentialitèr ens & aliquid. Si verò accipiatur ens non præcisum, neque secundum se, sed coniunctũ cum aliquo statu: etiam isto modo essentiæ rerum ante creationem, sunt entia: sunt enim entia in potentia, & in intellectu; & ijsdem modis non sunt nihil, sed entia sunt, & aliquid sunt. Sed tamẽ ens in potentia causæ, & in intellectu simplicitèr non est ens; & ea quæ sic se habent, simplicitèr sunt nihil, & non entia. Vltimò non ens significat id quod extra causam, & intellectum non est; & hoc est re ipsa non ens quod in se non est, licèt vel in causa sit, vel in intellectu; & hoc non ens, simplicitèr est nihil. Isto autem modo essentiæ rerum ante creationem simplicitèr sunt non entia & nihil; quia non sunt in se ipsis; licèt vel in potentia causæ sint, vel in intellectu. Hoc igitur pacto dicimus essentias rerũ ante creationem nihil esse; & paruo discrimine philosophatus est de nihilo S. Anselmus.

Si verò ens accipiatur vt cõiunctum cũ aliquo modo, seu statu entis, essentiæ ante creationẽ sunt entia in potẽtia; itẽ sunt entia in intellectu: sed his modis, simplicitèr sunt nõ entia.

Vltimò: ante creationem sunt non entia in se ipsis, id est, non sunt extra causam, & intellectũ: & hoc est esse re ipsa, & simpliciter nõ ens.

S. Anselm.

2.

Assertio tituli: Essentia creata, seu producta extra causã est res vera in se ipsa, saltem nostro intelligẽdi modo antecedens existẽtiam, quam creatione accipit.

Cum ergo rerum essentiæ non extent in seipsis ante creationem, vt probauimus, necesse est eas per creationem fieri & extra causas produci; ita vt essentiæ sic productæ sint res veræ, quę ante productionem erant nihil: quare de nihilo creatæ sunt, siquidèm nihilum erant, & factæ sunt. Probandum tamen adhùc est essentias rerũ productas extra causam, & de nihilo factas aliquid, saltem nostro intelligendi modo antecedere existentiam, ita vt existentia quam creatione accipiunt, adueniat rebus productis: neque enim existentia coniungitur cum rebus nõ productis, quæ nihil sunt; aliàs coniungeretur cum nihilo, & ipsum nihilum existeret: additur ergo existentia essentiæ productæ, saltem nostro intelligendi modo: In qua additione essentia cui additur existentia, necessariò antecedit illam. Explicatur hoc; nam cum enuncio hominem existere, nomen, homo, non supponitur pro nihilo, sed pro vero homine: neque verò supponitur pro homine secundum se, quia homo secundum se non existit: neque pro homine in intellectu, quia homo in intellectu non existit, sed duntaxat intelligitur: neque verò supponitur pro homine in potentia causæ; nam homo in potentia causæ nihil est præter ipsam potentiam causæ; at non enuncio causam hominis existere,

Probatur. 1. Existentia nõ cõiungitur cũ nihilo, aliàs nihilum existeret.

Explicatur. In hac enunciatione, Homo existit, homo non supponitur pro nihilo, nec pro homine secundũ se, neque in intellectu, neque in potẽtia causæ, sed pro vero homine facto iam extra causas,

existere, sed existere ipsum hominem; ergo nomen, homo, supponitur pro vero homine, qui viuit, & operatur, & ille dicitur existere factus iam extra causas. Et hoc idem cõprobatur euidentèr; nam cum dicimus hominem existere, aimus existẽtiam esse cum homine coniunctã; coniunctio autẽ est entis cum ente; homo autem ante creationem est re ipsa non ens & nihil; ergo fit creatione aliquid, & verum ens; & ita cum existentia coniungitur. Neque hac in re immorandum est adeò perspicua. Præterea qui hac ratione non discernunt essentiam ab existẽtia, difficultatibus impediuntur, quas superauimus. Nam vel essentias ponunt extra Deum, & intellectum æternas: vel aiunt distingui essentiam ab existentia, vt non ens ab ente; ita vt essentia, quæ est non ens addita existentiã sit ens, quasi essentia transeat in existentiam. Quem modum dicendi sequuntur ij, qui essentiam ab existentia non discernunt, vt iam enarrabimus.

Probatur 2. euidentèr.

In eadẽ enũciatione aim' existentiam esse cum homine coniunctã, coniunctio autem est entis cum ente.

Probatur 3. inferẽdo duo falsa.

Primum refutatum p.1.n.6. & 7.

Secundum.

PARS QVARTA.

Natura siue essentia producta est res distincta à sua existentia.

1. Pro parte neg. argum.

QVidam existimant ijs, quæ hactenùs firmauimus, constitutis, transactam esse quęstionem, & nullum relictũ locum dubitandi, quin existentia non sit res addita essentiæ creatę. Nam cum ipsamet essentia creetur, hoc ipso quòd creatur, est extra causas, quod est existere; ergo nullare addita hoc ipso quòd sunt veræ res, non nihil sed vera entia, existunt: neque opus est addere rebus iam extantibus existentiam re ipsa distinctam, sed sola ratione speculante discretam. Nos verò studiosiùs confirmauimus existentiam non conuenire rebus, dum nihil sunt, sed rebus productis extra causam, cum iam non sunt nihil, sed vera entia: ne falsum illud asylum quærant, qui cum Sancto Thoma distinguunt existentiam ab essentia finita. Quamobrem argumento libentèr respondebimus.

Præ notanda doctrina partis 3.

Thomistæ nõ distinguunt essentiam ab existentia, vt non ens ab ente, vt p.3. in fine.

2. Pars affirm. in tit. asserta.

Dicendum igitur est, priùs ordine naturæ, & prioritate reali causæ, produci essentias rerum, fierique extra causas; & illis sic productis, & factis extra causas aduenire existentiam re ipsa distinctam, quæ est actus vltimus, & perfectissimus.

Exordiamur autem à refellendis sententijs eorum, qui existentiam ab essentia finita non distinguunt re ipsa. Gabriel in 3. d. 6. docet quòd esse, ens, & essentia solummodò grãmaticalitèr differunt; & ita, esse, est ipsa essentia: significatur autem esse quasi effectus essentiæ, sicut existere significatur vt effectus existentiæ. Quare synonima erunt existentia & essentia, existere & esse. Hoc autem quàm falsum sit licet aduertere cuique rationis compoti, qui cum audierit essentiam intelliget naturam, siue existat, siue non existat: cum verò audierit existentiam, quid animo cogitabit, nisi existendi actum? Huic errori subscripsit Lychetus in 2. d. 1. q. 2. solum discrimen grammaticum concreti nominis, & abstracti ponens inter essẽtiam, & existentiam: quare sola nominũ deriuatione hæc discernit.

3. Partis neg. 1. via. *Gabr.* sc. essentiam, & existẽtiam, esse & existere, solùm grãmaticalitèr differre, & esse synonima.

Refutatur. Per essentiam intelligitur natura, siue existat, siue non.

Per existẽtiã actus existẽdi.

In 1. via *Lychetus.*

Alij distinguunt essentiam ab existentia sola relatione causati, vt refert Durand. in 1. dist. 8. q. 2. quod falsum esse commonstrat Durand. quia tunc existere esset referri, quod est incredibile. Ratio est, essentia absoluta non est relatio, sed fundamentum eius, & ipsa absoluta essentia producitur ante relationem; quòd si ante relationem essentia producta existit; existentia non distinguitur ab essentia per consequentem relationem: quòd si ante relationem essentia non existit; ergo relatio ipsa est existentia, quod est impossibile, quia esse non est referri; imò esse est ad se, maximè in absolutis essentijs. Quòd si essentiam ab existentia diuidas relatione transcendenti (quod genus relationis iam explosimus) adhùc conuincimus non distingui ea relatione essentiam ab existẽtia; quia relatio transcendens est intima rei, & nihil omninò addit absolutis; ergo si essentia, & existentia in absolutis non discernuntur, eandem habent relationem transcendẽtem, vel nullam habẽt; neque possunt discerni per illam.

4. 2. via. Hæc differre sola relatione.

Refellitur à *Durand.*

Contra prædicamentalem ratio.

Existentia si antecedit relationem, non distinguitur p eam. Si nõ antecedit, coincidit cum ea.

Contra transcendentem, f. ratio ex lib. 3. c. 1. 2. ratio.

Sunt ergo, qui hæc separent arbitrati; rem quampiam essentiam dici, dum est in potentia causæ; dici verò existentiam dum est in actu extra causam. Quo fit, vt nunquam essentia existat, siquidèm quod existit non essentia est, sed existentia. Præterea consequitur vt es-

5. 3. via.

Refutatur 1.

Secundò.

Tertiò.

sentia sit nihil, existentia verò aliquid; A quarè non distinguuntur sola ratione, vt illi volunt, sed realiter negatiuè, vt non ens, & ens. Præterea sequitur vt non eadem essentia, quæ fuit in potentia causæ producatur: nam si essentia secundum rationem formalem est id, quod est in causa, ita vt esse in causa pertineat ad rationem formalem; conficitur vt extra causam non sit eadem ratio formalis. Quarè nulla essentia poterit produci; quia producta, iam non est essentia, sed existentia.

6. Responsio.

Dum ait essentiam ante, & post creationē esse eandē identitate præcisionis per intellectum, approbatur;

Dum ait id quod est extra causam nō esse aut dici essentiam; vtrūque improbatur 1.

Christus habet essentiam, siue naturā humanam productā extra causam.

Improbatur 2.

Improbatur 3.

Ad hæc illud potest responsum dari, quòd essentia eadem identitate præcisionis per intellectum, vt est in potentia causę dicitur essentia, & vt est extra causam dicitur existentia. Et ad hunc sensū est eadem. Quod vltimum verè quidem, probèque dicitur; nam re ipsa essentia ante creationē nihil est, & creatione fit aliquid: est tamen eadem idētitate præcisionis in intellectu, vt rectè illi cōsentiunt. Sed illud tolerari nō potest, quòd id quod est extra causam, nō sit essentia, siue non ita appelletur. Vtrumque enim falsum est; nam essētiæ rerū creatæ, sunt veræ essētiæ; & hoc negare est hæreticū, cum Christus habeat essentiam siue naturam humanā productā extra causam. Et negent solem, qui negant essentias rerū, siue naturas existere: ergo non hoc discrimine distat essentia ab existentia, quòd essentia dicatur ea quę nō est producta, quæ verò producta est dicatur existentia. Mitto quòd necesse erit viginti cathegorias disponere, vt in decem collocemus essentias non productas; in decem alijs productas essentias, quas appellemus existentias. Mitto etiam quòd communi animorum assensu, etiam existentes essentias ab existentijs discernimus. Neque in re planissima opus est vti excogitatis argumentis.

B

C

D

7. 4. via in sensu probabiliori,

Eadem in alio sensu.

Improbatur. Produci antecedit essētiam

Sed alia ratione potest hæc opinio defendi vt essentias dicamus siue existentes, siue non existentes; existentia autem nihil addat essentiæ præcisæ secundum se, nisi esse extra causam: esse autem extra causam nihil addit enti, nisi negationem quòd non sit ens in potentia causæ; & indicat simul esse ens causatum. Nam si intelligatur formalitèr existentiam esse essentiam productam, vt illud esse productū sit ipsa existētia; valdè futilis sentētia est; quia produci antecedit essentiam productam, & aliud est produci, aliud existere, quod essentiam productā consequitur, saltèm intelligendi modo. Nisi intelligant relationem producti esse existentiam rei, quod etiam improbatum iam est. Accipiamus ergo essentiā productam siue extra causas, illam quæ non est in causis, sed extra causas, vt modò explicabamus: aiunt essentiam secundum se non includere existentiam, essentiam verò productam, siue extra causam, includere suo conceptu existentiam, & esse re ipsa existētiam.

Hanc opinionem sequuntur quidam Recentiores, qui illam ipsam priùs refellunt, non attendentes esse eandem, quam sibi excogitarūt. Aiunt enim existentiam ab essentia sola ratione distingui; quia essentia sit ea, quæ in Cathegorijs ponitur; & eadem met res extra causas, scilicèt producta, est existentia, & ratio existendi, vt illi volunt, non sub ratione essentiæ, sed sub ratione existēdi. Atquì aiunt in conceptu essentiæ actualis, quæ scilicèt est extra causas, & non est nihil, sed aliquid, includi intrinsecè existentiam; sicut in conceptu corporis albi includitur albedo: at verò in conceptu essentiæ præcisæ secundum se, non includi existentiam. Itaque si comparetur existentia cum essentia præcisa secundum se, est extrinseca; si cum essētia actuali, scilicèt producta extra causas, intrinseca est. Et ita nō distinguunt existentiā ab essētia pręcisa secundū se, nisi ratione; ab essentia autē non producta, quæ est in causa distinguūt negatiuè realiter; quia essentia non producta est nihil; & producta est aliquid, & differunt vt non ens, & ens. Et hæc eadem erat sententia modò commemorata: nam essentia extra causas differt quidèm ab essentia in causa negatiuè realitèr; sed ab essentia præcisa differt sola ratione, vt liquet prima parte huius capitis. Et quod isti vocant essentiam actualem, illi vocauerant essentiam extra causas; & eidem essentiæ, siue dicas actualem, siue extra causas est intrinseca existentia, vt vtrique opinantur, neque in hac re est inter has opiniones dissidium,

In hac sententia non curo loquendi modum, qui perpetuò dissonus est, & abs re philosophica alienus. Nam quod nos aimus essentiam creatam recipere esse à Deo

productā, hæc verò existētiā.

Responsio refellitur, vt n. 4.

In priore sensu hæc 4. via ponitur.

8. Hæc 4. via est sententia; *Soar. in met. disp. 31. se. 6* ab eodē priùs refutata.

Declaratur hæc sent.

Concordia sententiæ Soarij cum 4. via in priore sensu

9. Hæc sent. improbatur. quo ad modum loquendi.

Essentiam creatam quã explicãt secundũ se, recipere à Deo entitatem suã actualẽ, id est, se ipsam in actu.

Deo, illi explicant recipere suã entitatẽ actualem; cum tamẽ entitas actualis sit ipsa essentia; & quia essentia extra causas, ipsa est, vt sic, actualis, vt existẽtiam ponant extrinsecã essentiæ finitę, interpretantur essentiã secundum se recipere entitatem suam actualem à Deo; hoc est se ipsam in actu. Et huiusmodi multas ineptias inculcant longissima disputatione, vt de ista confícta existentia faciant assimiles quæstiones ijs, quas inueniãt apud Philosophos celeberrimas. Nulla enim de existentia erit cõtrouersia quid sit, & vnde, & quid conferat, si nobis persuadeamus nullas esse rerum existẽtias, sed res productas per se ipsas existere. Irridẽdum enim est si quis quærat, vtrùm existẽtia necessaria sit ad causandum? si existentia nihil est præter rẽ ipsam, quæ est causa. Et illæ quæstiones, vtrùm res singulæ habeant existentiam? vtrùm habeat humanitas Christi existẽtiam creatam? & alia similia. Quę omnia vacant Theologo vna responsione collisa, quod nullæ sint existentię rerum, sed satis esse produci res, quæ per se ipsas nullo addito existant. Hæc ponderent sapientes, neque enim singula persequi possumus.

Hæc cõficta vt existentia ponatur extrinsecã essentiæ finitæ iuxta Philosophiam, & Theologiam, vtrique dissona esse ostenduntur.

10. Vis & energia huius sent. aperitur.

Perscrutemur igitur & inspiciamus penitùs vim ipsam & energiam opinionis, quæ in hoc sita est, vt existentia sit actus quidam metaphysicus (sic enim aiunt) inclusus in essentia actuali, & additus essentiæ præcisæ secundum se. Ita vt omnes res, quæ in se ipsis sunt res, non in causa, neque in intellectu, sed in se ipsis, in suo intimo cõceptu includant existẽtiam: antequàm fierẽt, erant nihil: factę in se ipsis existunt nullâ additâ existentiâ: si redigantur in nihilum, per hoc ipsum quod destruitur essentia, nulla alia re destructa, desinent esse. Et dum res in se ipsis sunt aliquid, intrinsecè, hoc est, nullo addito existunt, & sunt; & hoc esse intrinsecum est existentia, sola ratione distincta ab essentia. Atque ita existentia est quasi actus metaphysicus additus quidèm essentiæ pręcisæ secundum se, & inclusus in essentia actuali: à qua etiam essentia actuali distinguitur vt inclusum ab includente. Nam essentia actualis includit esse tiam, & actum quem dicimus existentiam, & est ratio existendi: sicut essentia singularis includit essentiam, & differentiam singularem; quæ differentia

Iuxta eam existentia est act⁹ metaphysicus additus essentiæ præcisæ secundum se, sed inclusus in essentia actuali.

Declaratur hæc inclusio,

Item distinguitur ab essẽtia actuali, vt inclusũ ab includente.

Ratio.

Exemplum differentiæ singularis additæ

A additur essentiæ præcisæ secundum se, & includitur in hac essentia, & ab vtraque distinguitur ratione.

Ad refellendam istam existimationẽ repetẽda sunt animo, quæ diximus cap. 23. p. prima, scilicèt quòd triplex modus entis in intellectu, in potentia, & in actu, est modus quidam à ratione inuẽtus, vt essentiam distinguat secundũ status, quos habet: quia essentia in re ipsa ea sola est, quæ non est in potentia, neq; in intellectu solo, sed in re ipsa est. Et quia essentiam in potentia, & intellectu cogitamus per modum entis; ad distinguendum ipsum modũ intelligendi, excogitarunt viri Philosophi hos modos entis, qui non sunt modi reales, sed modi intelligendi, vt liquet ex dictis. Cum ergo essentia actualis nihil addat essentiæ præcisæ secundum se, nisi modum intelligendi, in re ipsa intellecta nihil additur, quod possit dici actus metaphysicus. Vnde illud exemplum differentiæ singularis, quæ additur naturæ communi, non est ad rem: quia natura singularis in ipsa re significata addit naturæ communi, qua differt Petros à Paulo; sed essentia actualis non differt ab essentia in potentia per aliquid intrinsecum, sed potiùs se tota; quia essentia in potentia est nihil, essentia actualis est aliquid: ergo vel ipsa tota essẽtia actualis dicetur existentia; & essentia in potentia sola erit essentia, quod est impossibile, & cõtra fidem, vt docuimus c. 23: vel confitendum est, existentiam non esse actum metaphysicum essẽtiæ actualis; siquidèm essentia actualis ab ea, quæ est in potentia, non distinguitur per aliquid sui, tanquam per actum; sed se tota distinguitur, quia hæc est ens in se ipsa, illa nihil est. Hoc ipsum persuademus alia ratione euidentissima. Nam essentiæ quicquid additur est extra rationem essentiæ; ergo non est actus metaphysicus: nam is dicitur actus metaphysicus, qui clauditur in conceptu, & ratione formali rei; scilicèt, qui non informat, neque distinguit re ipsa, sed sola ratione: sed existentia additur non solùm naturæ communi, sed naturæ siue essentię singulari; ergo non est actus metaphysicus essentiæ communis, neq; singularis; ergo nullius essentiæ est actus metaphysicus. Poterit respõderi ad hoc, essentiam dici ampla quadam significa-

naturæ cõmuni, seu secundum se.

11. Ista sent. confutatur 1. ex c. 23. p. 1. n. 2. & 19. Tres modi entis in intellectu, in potẽtia, & in actu sunt modi non reales, sed à Philosophis inuenti ad distinguendum modũ ipsum intelligẽdi.

Vnde essentia actualis addit essentiæ præcisæ secũdum se modum intelligendi non actũ metaphys.

Ad exemplũ in contra resp.

Essẽtia actualis differt ab essentia in potẽtia se totã: non verò per aliquid sui tãquã per actum.

Confutatur. 2.

Actus metaphysicus dicitur qui clauditur in conceptu, & ratione formali rei.

Existẽtia additur non solũ naturæ cõmuni, sed naturæ siue essẽtiæ singulari, & est extra rationem essentiæ.

Responsio,

scil. esse actum metaphysicũ naturæ singularis actualis.

tione quamcunque rem, quouis nomine sit ens; existentiam verò esse actum metaphysicum, non essentię communis, aut singularis; quia non clauditur in ratione formali naturæ finitæ etiam singularis, vt cõstat; sed esse actum metaphysicum naturæ singularis actualis. Sed hæc quoque responsio eludetur vt inanis, & vana: nam actus metaphysicus constituit ens reale, & nouus actus nouum ens saltem ratione distinctum, vt sensibile cõstituit animal, rationale hominẽ, Petreitas Petrum. Vltra Petrum igitur, quod est ens aliud reale per istum actum metaphysicum constitutum, Certè nihil est vltra Petrum, quod fingatur constitutum actu illo metaphysico; ergo vel existentia nihil est; vel si aliquid est, profectò essentiæ siue rei cuique additum est, non vt actus metaphysicus, quia nihil constituit essẽtialitèr, sed vt actus physicus extra essentiam rei, vt statim declarabimus. Explicatur hoc magis; nam ea quæ ratione formali distincta sunt, sunt entia realia, sed non necessariò distincta re ipsa; Petrus autem in actu nihil reale est præter Petrum: quid enim præter Petrũ est Petrus, nisi secundum rem addas accidentia, aut existentiam distinctam? Petrus autem actu à Petro ipso nihilo distinguitur: sed Petrus (præcisa existentia) intelligitur sic constitutus in tota sua ratione formali: ergo existẽtia non est actus metaphysicus Petri in actu, sicut neque Petri. Confirmatur illo pronunciato scientissimo, quod tradidimus lib. 1. quia quę differũt diffinitione in rebus creatis, differunt re ipsa; sed essentia, & existentia differunt diffinitione, cum differant saltem rationibus formalibus; vt illi confitentur; & norunt omnes qui vel nomina ipsa norunt: ergo differunt re ipsa: non est ergo existentia actus metaphysicus, sed physicus, re ipsa additus essentiæ creatæ.

Improbatur.

Actus metaphysicus nou' constituit nouum ens reale.

Vltra Petrum nihil est quod constituatur illo actu metaphysico.

Explicatur hoc magis.

Quæ ratione formali distincta sunt, sunt entia realia: at Petrus in actu nihil reale est præter Petrũ.

Confirmatur confutatio ex lib.1 cap.27.p. 1.n.10.

12.

5 via verisimilior.

Alius modus opinandi verosimilior posset excogitari, scilicèt, quòd hoc nomen existentia non significet actum metaphysicum, sed significet essentiam cum illo modo entis, scilicèt essentiã in actu. Qua opinandi ratione diluuntur quę fecimus argumenta: concedimus enim, existentiam non esse actum metaphysicum; & concedimus essentiam in actu extra causam, solo intelligẽdi modo distingui ab essentia secũdum se. Et ipsam

In hac via respõdetur ad refutationes 4. viæ.

A essentiam cum hoc modo coniunctam, scilicèt actualem essentiam, posset quis dicere nomine existentię intelligendam esse. Et ita licèt hæc differant diffinitione; tamen quia in diffinitione existentiæ adderetur solus modus intelligendi, non est consequentia, vt distinguatur re ipsa: neque verò rationibus formalibus, vt illi volunt, sed solo intelligendi modo.

Ad confirm.

13.

Hæc 5. via refutatur exemplo perfectionis.

Sed hæc quoque existimatio est falsa. Nam si existentia significat ipsam essentiam actualem, non erit actus ipsius essentiæ; sicut perfectio quæ significat formam perficientem, non est perfectio ipsius formæ perficientis, sed est perfectio subiecti: ergo si existentia significat essentiam formaliter, non erit existentia essentiæ, sed ipsa existentia erit essentia; quod Deo soli tribuimus: imò & in Deo hæc discernimus secundum rationem, vt essentiæ diuinæ attribuamus existentiam. Quòd si existentia non significat essentiam formaliter, sed modum illum intelligendi; existentia non erit res, sed ens rationis; quod peræquè absurdũ est. Et confirmatur, quia si existentia est res, cum non sit intrinseca essentiæ, necesse est esse rem aliquatenùs distinctã. Quòd si existentia est ipsa essentia addito solo modo intelligendi, ipsæ existentiæ maximè sunt in genere, & specie: & homo productus erit existentia quædam propriè loquendo: & facimus cathegorias viginti. Quæ omnia absurda sunt, & cõtra Philosophorum consentientium mẽtem, qui ipsas essentias productas ab existentijs discernunt.

B

Existentia nõ significat essẽtiam actualem aliàs non erit essentia, sed ipsa essentia.

In solo Deo ipsa existentia est essẽtia: imò in Deo hęc discernuntur ratione.

Existentia non significat modos intelligendi.

Confirm.

14.

Debilitatis igitur opinionibus, & modis opinandi, quibus astruebatur existẽtia solâ ratione distinctâ ab essentia; modò comprobabimus re ipsa distingui, vt cõclusis falsis & veris firmatis, cõstet sẽtentia. Dicendum igitur est, essentiam singularem extra causas productam habere existentiam re ipsa distinctam; ita vt ordine reali causandi producatur priùs essentia, & posteriùs existentia, in eodem tamen instanti. Et ita propriè loquendo, essentia creata recipit esse, hoc est, existentiam à Deo.

C

D

Partis affirm. expositio.

15.

Et ante arguendum ponamus illud fundamentum, quòd existentia rerum sit res aliqua, non vacuum nomen; quod est per se euidens: neque enim existentia, qua res existunt est nihil, sed aliquid est, siue intrinsecum, siue extrinsecum rebus,

Fundamentũ. Existentia est res aliqua, imò summa rerum perfectio.

rebus, summaque rerum perfectio: quæ enim non existunt, nihil sunt.

16. 1. probatio. Existentia finita est quædam res, quæ secundum se non est extra causas; aliàs esset æterna: sed & in causis est, vt essentia, aliàs esset ens incausatum.

Esto igitur primum argumentũ quod aduersarij contra se ipsos conficiunt, sed minimè soluunt: Existentia finita est quædam res, quæ secundum se non est extra causas; aliàs ipsa existentia rerum esset æterna, si secundum se extra causas esset: ergo nullum est discrimen illud inter essentiam, & existentiam, quòd essentia etiam in causis consideretur, existentia non nisi extra causis; siquidèm & existentia in causas consideratur: aliàs si existentia non est etiam in suis causis vt essentia, cum existentia sit ens, & non sit in causa, erit ens incausatum, siue increatum. Respondent, existentiam posse considerari in suis causis, & ita non distingui ab essentia; sed vsitato loquendi more accipi existentiam in actu exercito, vt est extra causas. Sed hæc responsio illorum sententiam euertit: nam si existentia vllo modo est in causis, id quod formaliter est actu, est in causis, & in potentia; & ita ipsum esse actu, est in potentia, qui sunt modi repugnantes. Nam si illud esse in actu, est actus metaphysicus non distinctus ab essentia in potentia; ipsa essentia in potentia erit in actu, quod est impossibile: sicut differentia, quæ est actus metaphysicus, in potentia ipsa causæ conuenit naturæ suæ, vt homo in potentia causæ est rationalis; quia in ipsa potentia causæ cõiungitur rationale cum homine: ergo si existentia est idem cum essentia, in ipsa causa essentia erit existens; vel existentia, quæ in ipsa causa est coniuncta cum essentia non constituit existens, quod est impossibile. Dicendum igitur est existentiam esse rem distinctam ab essentia, & non coniungi cum illa in sua causa, sed extra causam per actionem producentis. Quod verò aiunt existentiam accipi in actu exercito, non satis intelligo: nam si existentia in actu exercito est qua res quæque existit, hoc habet omnis causa formalis, imò & actus metaphysicus vt coniunctus cum aliquo nominet illud; albedo enim necessariò nominat album id in quo est, & rationalitas rationale, & existentia existens: ergo in ipsa potentia causæ existentia cum essentia coniuncta, nominat existens. Quòd si existentiam in actu exercito intelligunt eam, quæ est extra causas, nihil ad nos quòd abutantur hoc nomine; qua nominis significatione fatemur non dici existentes res, nisi extra causas, scilicèt non dici existentes existentiâ quæ extra causas sit: sed illâ existentiâ, quæ est in causis, dicentur res existentes antequam productæ sint, quod est impossibile: vel confitendum est existentiam esse rem distinctam ab essentia, quæ cum essentia non coniungitur in ipsa causa identitate reali: sed quia distincta est, per actionem producentis cũ essentia coniungitur.

Sed probatur nostra sententia validioribus argumentis. Nam essentia finita non existit per se ex propria ratione; quia necessariò existeret, & esset æterna, quod est hæreticum: ergo existere est extra rationem formalem essentiæ finitæ; actus autem metaphysicus est intrinsecus, & intimus in ratione formali eius rei, cuius est actus: ergo existentia non est actus metaphysicus vllius rei finitæ: aliàs res ea erit ex intima ratione existens, & essentialitèr existens, quod est contra fidem. Augetur difficultas, nam essentiæ rerum ante creationem nihil sunt, & creatæ sunt res veræ in actu: ergo si totum hoc quod dico, res in actu, est res quædam non composita ex re, & actu, sed res ipsa vera extra causas; & in conceptu rei in actu includitur existentia intimè, & essentialitèr; consequens est vt res ista finita, ex intima ratione formali, & ex propria sibi essentia existat: ergo res ista vera, & finita non potest intelligi non existens, quod est contra fidem. Vel ergo dicendum est quòd illud, in actu, addit rei modum intelligibilem, vt docuimus, & illum modum esse existentiam: quod est dicere nullas esse existentias, sed solum nominari, aut intelligi sic, quod anteà impugnatum est. Vel si existentia est res aliqua, necessariò est res addita essentiæ, & non ipsa essentia. Itaque si existentia est actus metaphysicus, & includitur essẽtialiter in re aliqua, neque cogitatione poterit separari ab illa: & in ipsa potentia causæ si res illa sit, erit essentialiter existens; quod est etiam impossibile, vt statim dicemus. Præterea hoc proprium est Dei, vt à sua essentia habeat existentiam. Interpretantur illi Deum habere existentiam à se ipso in hoc sensu, quia non habet causam; & hoc esse propriũ Dei: Quòd

causas, nõ per hanc, sed per illam, quæ est in causis, dicetur res existẽtes ãtequã sint productæ.

17. 2. probatio validior. Quòd essentia finita sit ex intima ratione & essentialiter existens est cõtra fidem. Est autem sic existens, si existentia est actus metaph. ex n. 11.

Confirm. 1. Si totum hoc, res in actu, nõ est res cõpposita ex re, & actu, sed est res ipsa extra causas in suo conceptu includens existentiam essentialitèr, res ista finita non potest intelligi non existens quod est contra fidem.

Hoc probat 5. viã iam impugnatam, aut p. affirmantem in tit. assertã.

Confirm. 2. ex principio theologico.

Interpretatio principij.

Responsio 1. eius pars.

2. pars. Quoad 1. partẽ refutatur. Si existentia vllo modo est in potẽtia causæ, ipsa essentia in potentia est in actu, seu est existens.

Exemplum. Sic homo in potentia causæ est rationalis, quia in eo statu rationale cõiungitur cum homine.

Existentia cõiungitur cum essentia solùm extra causam per actionem producentis.

Quoad 2. p. refutatur. Existentia in actu exercito, si intelligitur ea quæ nominat; quæuis forma, vel actus metaph. coniũctus cum aliquo, nominat.

Si intelligitur existẽtia extra

Refutatur,

In personis diuinis, quæ etsi sint à principio nō sunt à causa, existentia est essentia.

Quòd autem ipsa essentia sit existentia, non esse proprium Dei. Et illo quidem modo etiam personæ diuinæ, quæ procedunt, nō sunt à se ipsis, siquidèm sunt à principio aliquo processionis, non tamen à causa. Quamobrem personæ diuinæ hoc sibi vendicant proprium, vt per essentiam existant: ergo existentia, quæ in sola diuina essentia clauditur, omninò est extra essentiam creaturæ. Imò indè probatur, finitas essētias habere causam, quia existentia earū non est essentia, vt statim dicemus. Nulla ergo ratione defendi potest existentiam esse actū metaphysicum, & intimum cuiuscunque rei finitæ etiam extra causas: quia res illæ essentialitèr existerent, & non possent intelligi non existentes.

Finita essentia habet causam, quia existentia eius non est essentia.

18.

Responsio ad 2. probationē.

Posset tamen alitèr dici, existentiam non esse actum metaphysicum, sed physicum, non tamen distinctum re ipsa ab essentia; sicut quidam dixerunt, relationem secundum rem nullo modo distingui à fundamento. Et hoc etiam refutatur euidentèr. Nam essentia finita non est per se ipsam coniuncta cum existentia, cum vnum non includatur in altero, vt probatum est; ergo coniunguntur per causam realem; quæ enim non sunt essētialitèr coniuncta per solam mentis cōsiderationem, necesse est re ipsa copulari vnione reali, & reali compositione per physicam actionem: sed coniunctio realis, & compositio constat ex rebus distinctis; ergo necesse est essentiam finitam, & existentiam esse res distinctas, quæ actione physica copulentur. Vnde probat S. Thom. egregiè Deum non habere causam, quia eius essentia, & existētia sunt idem; nulla ergo causa efficit, vt existat Deus. Quo etiā argumento probatur, vt paulò ante docebamus, essentiam finitam non habere causam, si re ipsa est idem cum existētia. Quod enim est idem cum existentia existit; nam si coniunctio contingens cum existentia facit existens, vbi existentia, & essentia distincta sunt; multò magis existit essentia, quæ est eadem cum existentia. Quod autem existit per se ipsum, nullâ causâ indiget vt sit; imò neque potest accipere existentiam, cum sit ipsa existentia: ergo necesse est distinguere re ipsa essentias ab existentijs, vt essentiæ habeant causam. Idem ostenditur euidentèr; nam essentia finita, aut potest coniungi cum existentia per actionem physicam, qua copulantur ea quæ re ipsa distincta sunt; aut non potest: si possunt illa coniungi physica actione, distincta sunt: si nō possunt; ergo vel intrinsecè coniuncta sunt, & ita necesse est esse coniuncta, & essentias rerum esse existētes, necesse est: vel impossibile est esse coniuncta, & nullæ vnquam erunt essentiæ existentes; quod enim coniungi non potest physica actione, vel ideò non potest conjungi, quia est idem; vel ideò, quia vnio aliqua ratione repugnat. Confirmatur ex opposito, quia contingens est essentias rerum existere; ergo neque est intrinsecè necessarium, neque impossibile. Hanc cōtingentiam illi explicant; quòd contingens sit existentiam coniungi cum essētia, quæ est in mente: at verò in essentia actuali essentialitèr includi. Sed nos indè probamus res eas, quæ sunt res veræ, & finitæ, non posse fieri existentes, siquidèm sunt essentialitèr existentes: homo enim non fit rationalis, sed homo qui est essentialitèr rationalis, fit à Deo; aliàs esset contingens hominem esse rationalem, sicut est contingens hominem existere: ergo existentia nullius rei creatæ est prædicatum essentiale. Quæ omnia postmodùm elucidabūtur magis. Quod verò Heru. ait hanc esse veram enuntiationē, Antichristus non est Antichristus, paradoxon est quod omnē philosophiā conuellit; quid enim verius quàm dicere idem de eodem? Quòd si Antichristus tempore quo erit persona actualis (vt aiunt) siue in actu, intrinsecè includit existentiam; nunc verò quandiù est in potentia non includit illam essentialitèr; profectò nulla est identitas Antichristi etiam in nostro intellectu; neque eædem res quæ futuræ sunt, sunt in causis. Quare nullæ res in causis sunt, siquidèm res extra causam nulla re addita, sunt essentialitèr existētes; & res in causis non sunt essentialitèr existentes; essentialitèr (inquam) hoc est intrinsecè ex intima ratione, quod idem est, atque essētialitèr ampliori vsu nominis. Quātum ergo satius esset acquiescere communi sententiæ, quòd distinguatur essētia ab existentia rerum.

Si essentia coniungi non potest physica actione cū existentia, vel obstat identitas perpetua & necessaria, vel vnionis impossibilitas.

2. Confirmatio ex opposito.

Contingens est essentias rerum existere.

Responsio 1. eius pars.

2. pars.

Refutatio quoad 1. p.

Si res extra causas sunt essentialitèr existentes, nō possunt fieri existentes, vt nec homo fit rationalis.

Vnde illud *Heru.* censetur paradoxū, sc. esse verā hāc, Antichristus non est Antichristus.

Refutatio quoad 2. p.

Hanc igitur opinionem existimamus non esse verosimilem, neque approbandam in scholis; cum creaturarum contingētiam difficulter tueatur, aut tollat omninò

Essentialiter hic amplè sumitur prout idem est, atq; intrinsecè ex intima ratione.

19.

Corollar. Opinio refuta tollit creaturarum contingentiam.

S. Thom. probat Deum nō habere causam, quia eius essentia, & existētia sunt idē.

Essētia finita si est idem cū existentia, existit per eā: imò nō potest aliūdè accipere existentiam.

Refutationis 1. confirmatio euidens.

omninò, ni fallimur. Momenta argumẽtorum alij ponderent; nobis satis sit, quid sentiamus aperire. Alijs etiam difficultatibus delassantur, ac premuntur, quæ in sequentibus erunt à nobis nullo negotio expeditæ.

Confirmatio.

20. Inscriptionis confirmatio.

HÆc certè videtur esse sententia Aristo. 2. Poster. 7. vbi docet apertissimè inter essentiam, & existentiam esse discrimen. *Quid autem* (inquit) *sit homo, aliud est quàm hominem esse.* Quid sit homo, hoc est quidditas hominis aliud est, & aliud hominẽ esse, hoc est existere. Et clariùs, *Esse verò nulli rei est substantia*, hoc est, essentia. Quod enuunciatum certissimũ est, & conuincit res etiã in actu non includere existẽtiam, vt dicemus. Et lib. 7. Metaph. ait esse imprimi rebus, quod est coniungi cum rebus; & apertam distinctionem significat. Eadem est sententia Auicennæ libr. 5, suæ Metaph. c. 1. & Boetij de Hebdom. c. 1. Quam sequitur S. Thom. multis in locis 1. p. q. 3. ar. 4 lib. 2. Contra gent. cap. 52. De ente, & essẽtia, cap. 5. & lib. 4. Metaph. lect. 2. & cũ S. Thom. Ioan. Capreol. d. 8. q. 1. ar. 1. Franciscus Ferrar. & Tho. Caiet. in suis commentarijs, & Paul. Sõcin. 4. Metaph. q. 12. Dominicus etiam à Soto in 4. d. 10. q. 2. & libr. 2. Phys. q. 2. nec non Iauell. tractatu de transcendẽtibus. Ægidius etiam in 1. d. 2. q. 4. art. 1. & quodlib. 1. q. 2. & vberiùs de ente, & essentia, q. 9. & sequentibus. Ferunt huic sententiæ suffragium Alber. Magn. lib. de causis, propositione 8. & Henric. Gandau. quodlib. 1. q. 9. & 10. & Ioan. Scotus in 3. d. 6. q. 1. & Durand. qui in 1. d. 8. crediderat non distingui essentiam ab esse, tamen posteà in 3. d. 6. q. 2. de re ambigit, aitque existentiam vel esse ipsam essentiam, vel immediatè sequi essentiam.

Auicen. *Boet.* *S. Thom.* *Capreol.* *Ferrar.* *Caiet.* *Soncin.* *Sot.* *Iauell.* *Ægid.* *Alb. Magn.* *Gandau.* *Scot.* *Durandus* dubius.

2. locus clarior

PARS QVINTA.

Distinctio inter essentiam, & existentiã est absolutè realis.

1. sent. de distinctione formali, aut modali.

1.

AD perspicuam intelligentiam eorum, quæ disputanda sunt, operepretium erit expendere, quo genere distinctionis essentia ab existentia distinguatur. Henric. Gandau. Ioan. Scot. & Dominicus à Soto locis commemoratis in cõfirmatione putant existentiam, aut formalitèr, aut modalitèr distingui ab essentia. Et hoc multis alijs placet; quia est quibusdam ingenijs insitum, conciliare opiniones discrepantes. Cum ergo aliqui contendant nihilo re ipsa distingui existentiam ab essentia, sat nobis fuerit distinctio qualiscunque realis, scilicèt formalis, aut modalis.

Gandau. *Scot.* *Sot.*

Ratio.

2.

Dicendum tamen est, distinctionem esse absolutè realem, non formalem tãtùm, aut modalem. Quod primum probatur ex præscriptis realis distinctionis lib. 1. sancitis: dicimus enim eam distinctionem esse absolutè realem, in qua res vtraque distincta perfecta est, & cohæret quodammodò, vt non sit alterius appẽdix; sed existentia est maxima perfectio essentiæ; & non est ipsa essentia quasi coaugmentata; sed potiùs est actus essẽtię, omninò distinctus ab illa, & additus: ergo ea distinctio est realis absolutè, & simplicitèr. Cõfirmatur, quia existentia est terminus essentiæ, quasi extrinsecus: nam proprietas suppositi ita est terminus essentiæ, vt vtrumque sit de conceptu suppositi, & vnum per se constituat; quare proprietas est quasi appendix essentiæ, & est ipsa essentia coaugmentata. Existentia verò est terminus quasi extrinsecus, extra conceptum entis per se vnius; terminus autem extrinsecus distinguitur absolutè à re terminata; ergo existentia absolutè est res alia ab essentia.

2. sent. in tit. asserta.

Probatur. 1. ex lib. 1. cap. 17 p. 2. n. 4. 5. & 6.

Existentia est maxima perfectio, & actus essentiæ, non verò ipsa essentia quasi coaugmẽtata.

Confirmatur.

Adhùc probatur, quoniam ea, quæ nõ absolutè distinguuntur, eandem habent existentiam; existentia ergo quæ non existit, sed dat existere, non est ipsa essentia existens, sed est existentia essentiæ duntaxat: ergo neque in sensu identico concedendum est existẽtiam creatam esse ipsam essentiam. Explanatur argumentum: nam figura est quantitas figurata, & personalitas est ipsa natura personata, vt ita dicam; sed existentia non est essentia existens, sed duntaxàt est existentia essentiæ: ergo distinguitur absolutè ab illa.

Proprietas suppositi est terminus essentię intrinsecus cõceptui entis p se vnius, scil. suppositi.

Existentia nõ ita, sed est termin⁹ quasi extrinsec⁹, qui distinguitur absolutè à re terminata.

Explanatur.

3.

Vltimò arguitur, & est efficax argumentum; quoniam essentia est in potentia passiua per se ordinata ad existentiam; sed potentia, & actus absolutè distinguuntur, vt probat S. Thom. 2. cõtra

Probatur 2. Existẽtia creata neque in sensu identico est ipsa essentia existens.

Existentia est duntaxàt existẽtia essentię.

4.

Probatur. 3. efficacitèr.

Potentia, & actus absolutè distinguũtur. *S. Thom.*

gent.cap.53.ergo essentia creata,& exi- A
stentia absolutè sunt res distinctæ. Scio quidèm non omnem potentiam passiuã distingui absolutè à quocunq; actu;nam quantitas recipit figuram vt passiua potentia actum, cum tamen non sint res absolutè distinctæ: sed potentia quæ per se ordinatur ad aliquem actum, semper distinguitur ab illo,vt res à re; maximè enim differunt potentia, & actus. Cum ergo existentia sit proprius actus essentiæ, ita vt vnum sine altero extare nequeat, valdè probabile est esse res absolutè distinctas.

Instantia de quantitate, & figura.

Solutio. Illud enunciatum intelligẽdum de potẽtia, quæ per se ordinatur ad actum.

Hęc autem opinio consonat maximè B
cũ alijs placitis S. Thomæ, scilicèt quòd materia non possit existere sine forma, & quòd vnius suppositi vna sit existentia. Solet autem probari alijs argumentis, quæ potiùs ostendunt existentiam ab essentia aliquatenùs distingui, quam esse res duas absolutè distinctas.

5. Concordia 2. sententiæ cum placitis *S. Thomæ.*

Contraria argumenta comprobantia
distinctionem esse formalem faciliora sunt responsu, quàm vt caput diuidant. Nam quod obijciunt ex Arist. 1.Poster. cap. 3. numerante in simplicibus quæstionibus vtramque simul quæstionem, quid res est, & an est;quasi quidditas, & C
existentia sit res eadem, de qua sit eadẽ quæstio: Nihil sanè impedit; duplex est enim commentarius aptus, alter, quòd quæstio an est, intelligitur an res sit possibilis; quia in prænotionibus scientiæ, de quibus disserebat, non supponimus rem existere, sed posse existere:possibilitas autem non est res distincta à quidditate rei, sed est res ipsa possibilis. Altera explicatio est melior, quòd cum existentia sit complementum rei, pertinet ad per se vnum completum: passiones verò quæ demonstrantur de essen- D
tia, sunt omninò extra ipsam, & versantur in quæstionibus non simplicibus,sed plura complectentibus.

6. 1.Obiectio *ex Arist.*

1. interpretatio Possibilitas est res ipsa possibilis: secùs existentia.

2. interpret. melior. Existentia vt complementũ pertinet ad per se vnum completum.

Cætera argumenta communes habẽt
solutiones, vt quòd existentia si sit res distincta, possit existere, imò separata existere: Futile argumentum hoc est, neque enim albedo est alba, neque separata existit; quamuis sit res à corpore absolutè distincta.

7. 2. Obiect. Respons.

Eadem etiam est responsio ad illas
quęstiones, an res ista distincta ab essentia sit accidens, vel substantia; & faciatne compositionem per se, vel per acci-

8. 3.Obiect.

dens. Nam etsi existentia solùm ex natura rei, & non absolutè distincta esset ab essentia, vt relatio quæ fundatur in substantia, possent quæstiones eædem simili ratione proponi; quibus posteà faciemus satis: existentia enim neque est accidens, neque substantia, sed actus essentiæ; neque facit compositionẽ vnius per se quoad vnitatem conceptus; facit tamen vnum per se completum, vt cap. sequenti dicemus. Et ad hæc omnia parùm interest, sitnè existentia distincta ab essentia simpliciter, an solùm formaliter?

1. Responsio eandem esse difficultatem in sent. opposita

2. Responsio. Existentia neque est accidẽs neque substãtia, sed actus essentiæ; neque facit compositionem vnius per se quoad vnitatem conceptus.

Adhùc, inquiunt, an illa potentia pas- 9.
siua, quam ponimus in essentia, sit essẽ- 4.Obiect.
tialis, an accidentaria? de quà posteà disputabimus, causas existentiæ inuestigãtes. Hæc autem argumenta si quid probarent, non solùm ostendunt distinctionem non esse absolutè realem, sed neq; formalem esse, sed rationis: qua de re disputandum cap. sequenti. Respons. 10.

Quod autẽ causantur, non esse mul- 5. Obiect.
tiplicandas entitates. Respondetur nihil hoc omninò curandum esse, ne multiplicentur: neque enim nos eas opinãdo multiplicamus,si illæ multæ non sint. Philosophandum est autem iuxta naturas rerum, prout maiorem, vel minorem distinctionem videntur postulare. De existentijs verò accidentium, sintnè res distinctæ? vtraque pars quæstionis est verosimilis. De qua re commodiùs tractabitur cap. sequenti. Respons.

CAPVT XXIIII.

Argumenta refelluntur.

QVòd existẽtia non distinguatur ab 1.
essentia, probatur primùm auc- 1.argum.
toritate Aristot. 4.Metaph.tex.3. vbi docet idem esse dicere hominem & ens hominem; ens ergo nihil addit homini: sed ens est quod est; ergo esse nihil addit,sed est res ipsa quæ est.Et 5.Metaph. tex. 14. cum diuersorum generum faceret mentionem. *Ipsum esse* (inquit) *idem quod vnumquodque istorum significat*. ergo esse nihil addit rebus. Et hoc est præcipuum argumentum Durandi. Et lib.2.Poster.docet Aristot.nõ esse duas quæstiones, sed vnam,quærere quid res sit, & an sit?

Aristot. 1, locus. 2.locus. Hoc præcipũ arg.Durandi. 3. locus.

Probatur hęc opinio à Recentioribus 2.
funda- Ratio.

fundamento quodam, quod sibi multis præmuniunt, quia essentia in actu extra causas,est ens in actu,siquidèm in causis est in potentia:& nullo addito ipsa essẽtia physicâ actione producta extra causas, est iam actu ens non in potẽtia ens; est itaque per se ipsam nullo addito ens in actu, ergo nullo addito existit. Et cõfirmatur;nam ens in actu,est ens existẽs; illud ergo est existentia quod constituit formalitèr ens in actu: sed essentia producta extra causas,nullo addito, est ens in actu; vtpotè non in potentia causæ, sed in se ipsa ens;ergo in ipsamet essentia extra causam oportet meditari existentiam, nulla re alia addita per quam existat. Quidquid enim addatur ad conseruandam essentiam,certè non additur ad existendum formaliter; cum ipsa essẽtia per semet sit ens in actu, & existat.

Confirm.

3.
2. argum. Secundò idem probant ferè argumẽto eodem; quia existentia est qua res quæpiam formalitèr constituitur extra nihil, & extra causam: essentia autem in actu per se ipsam constituta est extra causam,& extra nihil; ergo per se ipsam nullo addito existit. Et cõfirmatur,quia si fingamus essentiam produci nulla alia re addita, illa essentia existet in rerum natura,cum sit extra causas; esse autem extra causam est ipsum existere: ergo in essentia producta, omni alia adiectione præcisa, includitur ipsum existere.

Confirm.

4.
3.argum. Tertiò probant suam sententiam attribuendo essentiæ sic productæ extra causas ea, quæ nos ponimus vt propria existentiæ: nam essentia extra causas est ens in actu, & quod potest operari; non enim ad operandum indiget existentiâ: & est contingens, quod non semper est, & habet causam: nulla ergo necessitas cogit nos, vt addamus essentijs existentias, res superfluas.

5.
4.argum. Quartò probatur eadem opinio; quia sic se habet essentia adesse, sicut existentia ad existere; sed esse est existere; ergo essentia est existentia. Et confirmatur, quia ens est id quod est, quod scilicèt existit;ergo essentia quę est actu ens,per hoc ipsum existit actu.

6.
5.argum. Quintò: Essentia in potentia est ipsa res in potentia existens, & essentia in actu est re ipsa in actu existens: ergo hoc quod dicitur existens, nihil rei adijcit.

7.
6.argum. Sextò: in productione cuiusque substantiæ fit per se vnum; fit autem substãtia existens; ergo existentia non est quid additum substantiæ; aliàs fiunt duo non vnum. Cõfirmatur, quia substantia existens erit ens per accidens, scilicèt per existentiam additam cõtingenter, contingenti quadam coniunctione. Et confirmatur iterùm, quia ea sunt vnum quæ producuntur eadem productione, vt Aristot.affirmat;sed essentia,& existentia producuntur eadem productione; ergo vnum sunt, non duo producta.

Confirm.1.

Confirm.2.

Aristot.

8.
7.argum. Septimò. Si existentia distinguitur ab essentia, cum ipsa existẽtia sit quoddam ens, existit quoque ipsa existentia scilicèt per aliam existentiam,&erit processus infinitus. Quòd si per se ipsam existit, cum tamen sit ens finitum, & quod fuit in potentia causæ, quod suo modo intelligendi coniungitur cum suo esse actuali; quid prohibet de essentia dicere similitèr,scilicèt quòd nullo addito existat,quamuis sit finita & creabilis,& causam habeat.

9.
8.argum. Vltimò arguit Durand. quia si essentia producta extra causas adhùc non intelligitur existens; ipsa essentia completa,erit ens in potentia; eritque pura potentia in genere entis; quod videtur esse absurdum.

Aduertenda.

10.
1. aduert. ILlud primum aduertendum est, esse apud Philosophum accipi nõnunquã vt nomen; quo pacto significat essentiã, siue speciem, siue quod in idem recidit, effectum formæ à quo species rerũ nuncupantur, vt esse hominem,esse leonem: & hoc quidèm pacto esse non differt ab essẽtia. Cum verò verbum,est,idem significat quod existere, hoc esse essentia non est, sed rebus accidit,hoc est, contingit.

Esse accipitur 1. vt nomen, pro essentia,siue specie, seu effectu formæ specificæ.

11.
2. aduert. ex Lycon. 4. modis aliquid per se existit. Primus. Secudus. Tertius. Quartus.

Accipitur 2. pro existere, quod rebus cõtingit.

Adhùc aduertendum est quod Lyconiensis 1. Poster. c.4. affirmat, quatuor modis aliquid per se existere. Primò, quia non existit per causam efficiẽtem. Secundò, quia non existit per causam intrinsecam formalem; quibus duobus modis solus Deus per se existit; quia à nulla causa efficiente habet esse, neque habet esse adiectum essentiæ quasi formam; sed per essentiam existit. Tertiò, quia existit per se, hoc est, non in subiecto,quod est proprium substantię. Quartò minùs propriè, quia non constat materia,

Contra 3. modum instantia.

teria, vt Angeli. Hæc tamen distributio non est vsque adeò sufficiens; nam forma existit in materia tanquam in subiecto, & non est accidens; & natura existit in supposito, & est substantia. Sed hæc posteà melius declaranda sunt. Hoc dũtaxat hoc loco notandum est, nullam rẽ creatam per se existere, hoc est, non per causam siue efficientem, siue formalem. Et iterùm non existere per se primo, aut secundo modo dicendi per se; quia existentia neque est essentia rei, neque eius naturalis passio, siue affectio. Quæ enim per se dicuntur duobus modis per se prædicandi, necessariò coniuncta sunt; existentia autem contingit tam substantiæ creatæ, quàm hypostasi.

Notandum.

Duo priores modi existendi per se, sc. nó per causam siue efficientem siue formalem nulli rei creatæ conueniũt. Item nec existere per se 1. aut 2. modo dicendi per se.

12.
3. aduert.
Quædam coiunguntur cõtingenter, nõ quia contingit cõiungi res ipsas productas, sed quia ipsa cõiunctio est res contingens.

Tertiò aduertendum est quędam cõiungi contingenter; non quia contingit coniungi res ipsas productas; sed quia ipsa coniunctio est res contingens, quæ potest esse & nõ esse; quia habet causam non necessariam, sed liberam: verbi gratia, natura & suppositum contingenter coniunguntur, non quia possit natura esse sine supposito, aut suppositum sine natura, sed quia cum sint res distinctæ, coniunctio earum rerum habet causam non necessariam, sed liberam, siue contingentem. Quo etiam modo dicimus materiam coniungi contingenter cum forma materiali, quamuis neutra possit ab altera separari extra causas productas: sed quia ipsæ res productę sunt contingentes, & coniunctio earum habet causam non necessariam; dicuntur & verè sunt contingẽter coniunctæ. Hac eadem ratione dicimus naturam finitam coniungi cum existentia cõtigenter, scilicèt coniunctione contingenti; & si non contingat essentiam extra causas inueniri sine existentia, aut sine essentia existentiam. Hæc autem oportere esse contingentèr coniuncta, commonstrauimus cap. præcedenti.

1. exemplum de natura, & supposito.

2. exemplum de materia, & forma materiali.

3. exemplum de natura finita, & existẽtia.

13.
4. aduert.
Ens, vt nomẽ, pro essentia.

De ente illud est scitum vel etiam Dialecticis in primo vestibulo Philosophiæ, quod nonnunquam significat essentiam; quo pacto est quidèm nomen deriuatum à Verbo est, siue ab esse; sed non significat formalitèr esse: alio modo ens est participium ipsius verbi, non nomen deriuatum à verbo; & retenta significatione verbi, significat esse quod est existere. Priori modo ens in actu est sola essentia in actu extra causas. Posteriori modo ens in actu, & existens, synonima sunt, significantia idem & eodẽ modo, sicut esse & existere idem significant.

Ens, vt participiũ, significat esse quod est existere.

1. modo pro essẽtia in actu:

2. modo pro existente.

Considerandum tamen est, quòd ens in actu priori modo, scilicèt essentia in actu, nihil addit essentiæ, nisi intelligendi modum, oppositum enti in potentia, vt docuimus cap. præcedenti. Et ideò ens in actu non est aliquod constitutum reale, cuius sit actus metaphysicus constituens illud. In quo videntur contraria opinantes decepti. Sed essentia in actu habet vltimum constituens metaphysicum; differentiã specificam in Angelis, & in rebus materialibus differentiam indiuiduam; quod vltimum constituens nullo modo est existentia; aliàs illud reale constitutum essentialitèr existeret, vt disputabamus c. 23. p. 4. quod est euidentissimè falsum.

14.
Ens in actu 1. modo nihil addit essentiæ, nisi intelligendi modum oppositum enti in potẽtia: vnde entis in actu vltimum constituẽs vt actus metaphys. est differentia, nõ verò existẽtia, vt cap. 23. p. 4.

Præterea repudiãdum est illud quod quidam docent, posse Deum creare, & conseruare essentiam quamcunque sine existentia. Nam ipsa creatio est mutatio de non esse ad esse, & conseruatio est actio quæ terminatur ad esse rei: neque potest intelligi productio rei, quæ non terminetur ad esse. Cum ergo res non possint extra causas inueniri, nisi & factæ, & conseruatæ; impossibile est quòd sine existentia aut fiant, aut conseruentur. Ratio autem est; quia vnaquæq; res extra causas habet existentiam, vt omnes Philosophi, Theologique docent, & est naturalis informatio intellectus; omnes enim nouimus res factas existere. Hoc ipsum postulat ratio entis, scilicèt vt essentia cum existentia coniungatur. Quamobrem producere rem, est transferre illam de non esse ad esse: de qua re posteà disputabimus. Est ergo impossibile rem fieri, & conseruari extra causas sine existentia: tum ex intima ratione productionis, & conseruationis, quæ terminantur ad existẽtiam rei, tum ex ipsa notione entis, quia est ens quod habet existentiam; licèt ordine naturæ priùs producatur ipsum ens, quàm existentia, vt diximus cap. 23. p. 3. n. 2.

15.
5. aduert. cõtra *Cumel. 1. p. q. 3. art. 4.* Deus non potest creare, aut cõseruare essẽtiam quamcũque sine existẽtia.

Probatur 1. Ex intima ratione productionis, & conseruationis, q terminatur ad existentiã rei.

Probatur 2. ex ipsa notione entis.

Postremò obseruandũ est, quòd duobus modis potest intelligi ens per se vnum, aut vnitate conceptus, aut vnitate entis completi. Primo modo essentia creata existens, non est ens per se vnum; quia existentia est extra conceptum essentiæ

16.
6. aduert. Vnitate conceptus essentia creata existens non est per se vnum.

sentiæ creatæ: quapropter essentia, & existentia duo sunt, non per se vnum. Posteriori modo essẽtia existens est per se vnum, quia id quod additur pertinet ad complementum entis: quapropter S. Thom. quodlib. 2. q. 9. ait suppositum esse quasi quoddam totum, quod includit existentiam; loquebatur enim nõn de supposito præciso secundum rationem formalem suppositi; sed de supposito completo per existentiam, quod ante existentiam incompletum est.

Vnitate entis completi, maximè. *S. Thom.*

17. Ens absolutè dictum simpliciter est ens.

Aduertendum igitur quòd ens absolutè dictũ simplicitèr est ens; idem enim de eodem dicimus: sed ens in potentia iam est ens diminutum propter additũ quòd sit in potentia; & hoc dicimus non esse simplicitèr ens. Prætereà ens in potentia dupliciter vsurpatur, primo pro essentiali potentia, vt materia est ens in potentia, quæ nunquam poterit esse ens simplicitèr; & embrio est homo in potẽtia, quod nunquam erit homo, dum embrio manet. Alio modo dicitur ens in potentia, scilicèt quod est in potentia causæ agentis; & ipsum ens quod modò est in potentia, erit posteà in actu. De his igitur verum est quòd entia prout sunt in potentia cum addito isto, non sunt simplicitèr entia: sed ipsamet entia præcisè, & secundum se, quæ modò sunt in potentia, simplicitèr entia sunt; quia ens præcisum, & secundum se neq; est in potentia, neque in actu; & cũ vtroque coniungitur, deque vtroque prædicatur per operationem intellectus, vt docuimus. Et ita essẽtiæ creatæ sunt simpliciter entia, etiã dũ non existunt, quia accidit illis aut quòd sint in potentia, aut quòd sint in actu; & semper est idem ens identitate pręcisionis, vt docuimus.

Ens in potentia non ita. Explicatur hoc. Ens in potentia essẽtiali, nũ quã potest esse ens simpliciter, vt materia embrio. Secus de ente in potẽtia causæ agentis. Hoc ens in potentia vt sic non est simpliciter ens. Ens præcisè & secũdum se, maximè. Ostenditur. Sic essentiæ creatæ sũt simpliciter entia, etiam dum nõ existunt.

18. Ens in actu 1. modo, vt n. 13. sc essẽtia in actu, est in potentia, vt fiat ens in actu. 2. modo sc. existens.

Sed adhùc si comparemus ens vt significat essentiam, cum ente vt significat existentiam; ens in actu, primo modo, est ens in potentia secundo modo; scilicèt essentia producta, quæ est in actu essentiæ extra causam, est in potentia passiua recipiendi existentiam, qua fit ens in actu secundo modo, id est, existens. Durandus verò accepit ens pro existente, quo pacto non est prædicatum essentiale; & essentia producta antequam producatur existentia non est hac significatione ens, scilicèt quia non existit; sed est ens priori significatione, quod potest existere.

Durandus accepit ens pro existente.

Responsio.

19. Ad 1. argum. Ad 1 locum *Aristot.* accipit ens vt est nomen.

AD argumenta vt respondeamus, primò explicanda sunt verba Aristot. nam quod ait hominem & hominẽ ens, idem esse; accipit ens, vt est nomen significans essentiam rei; ens enim hoc modo nihil addit essentiæ. Alio verò in loco esse accipit, vt nomen, quod significat essentiam, vt iam notatum est; & ita substantia significat quoddam esse, & quãtitas aliud esse, hoc est, aliam, & aliã essentiam. At verò quæstiones non esse duas ait quid res sit, & an sit; quod intelligendum est de existentia rei: dicimus ea esse, quæ possunt esse; & essentiæ per se ipsas sunt res possibiles; vt sit de re eadem quæstio quid sit, & an sit? quem locum enarrauimus etiam alitèr capite præcedenti.

Ad 2. locum similitèr.

Ad 3. locum.

Alia explicatio in cap. 23.

20. Ad rationem ex 4 aduert. n. 13.

Ad primum argumentum respondemus, firmantes fundamentum idẽ, quòd essentia extra causas sit actu ens, illud, inquam, ens quod diuiditur in decem genera, quodque est prædicatum essentiale: eodem enim modo homo conditus à Deo, est actu homo, & actu ens; nõ ens in potentia causę, sed extra causam: sed omninò vana, & inutilis est consequentia, quòd existat nullo addito. Existentia enim non clauditur in ratione formali hominis etiã extra causas; quia sic extra causas, totum illud est essentia; quam oportet coniungi cum existentia actione physica, & reali. At in probatione consequentiæ patet vel etiam lippis æquiuocatio: cum enim dicitur ens in actu esse idem quod existens, accipitur ens vt participium verbi; quo sensu essentia creata extra causas, non est per se ipsam ens scilicèt existens; sed per additam existentiam existit. Et idcircò à contrarijs, quia essentia extra causas nõ existit per se ipsam, additur illi existentia ad existendum, tanquam formalis causa, cuius effectus est existere, vt posteà docebimus. Et per hæc patet ad cõfirmationem responsio.

Homo cõditus à Deo est eodem modo actu homo & actu ens sc. essentialiter extra causas nullo addito, non tamen est ens in actu, id est, existẽs nullo addito.

Ad confirm.

21. Ad 2. argum. ex 4. aduert. n. 14.

Ad secundum respondetur, quòd essentia extra causam, non est aliquid cõstitutum præter ipsam essentiam, cui attribuamus constituentem actum; nisi eũ actum quo essentia secundum se constituitur; quia sicut essentia ab intellectu pręcisa, & secundum se, non distinguitur ab essentia extra causas, nisi sola præcisione-

Actus constituens essentiã præcisam, & essẽtiam in actu idẽ est, sc. differentia specifica in angelis, & in materialibus indiuidua.

Amphibologia 2. argumẽti explicatur.

Verbum, esse significat. 1. cõpositionem siue veritatẽ propositionis.

Significat 2. existentiam.

Ad confirm. Si essentia produceretur nulla re addita, esset verum ens in rerum natura, sed nõ existeret.

In 1. significatione verbi, esse, negatur hęc consequentia, Est extra causã nulla re addita: ergo sic existit.

In 2. negatur antecedens.

22.

Ad 3. argum.

Rationes distinguendi essentias productas ab existẽtia.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

sione rationis; ita actus constituens essentiam præcisam, & essentiam in actu idem est, scilicèt differentia specifica in angelis, & in rebus materialibus differentia indiuidua. Fabulam autẽ narrant qui existẽtiam ponunt actum metaphysicum, vt docuimus. Est tamen in eo argumento quædam amphibologia: nam esse extra causas duobus modis potest intelligi, scilicèt vt verbum, esse, significet compositionem, siue veritatem propositionis; & ita essentia producta per se ipsam est extra causas; quod dicitur clariùs, per se ipsam est essentia extra causam; ad eum modum quo licet dicere hominem per se ipsum esse hominem. Alitèr potest accipi verbum, esse, vt significet existentiam, quasi dicas essentiã per se ipsam existere extra causas: & hoc est probandum, non assumendum; quod modis omnibus inficiamur. Ad confirmationem respondetur, quòd si essentia produceretur nulla re addita; esset verũ ens in rerum natura, sed non existeret. Hoc enim impossibile consequitur ad illud antecedens: si enim existentia non esset res, sed solum nomen, & intelligendi modus; liceret meditari essentias existentes nulla re addita; sed cum existentia sit res, & sit extra rationem formalẽ essentiæ, vt euidentèr liquet; non possumus cogitare essentias existentes sine addito; sicut neque corpus album sine albedine addita, quia albedo est extra rationem formalem corporis. Cum verò probatur essentias productas tunc existere, quia essent extra causam, si, esse, significet compositionem mentis, negatur ista consequẽtia; Est extra causam; ergo existit: si verò, est, significet existentiam; hoc erit probãdum quòd essentia creata, nullo addito, existat extra causas.

Ad tertium respondetur negando, posse ea attribui essentijs productis, quę sunt propria existentiæ; siquidèm essentiæ rerum non existunt per se ipsas: necesse est autem essentias non solùm fieri extra causas, sed existere; quia ipsum fieri terminatur ad esse, neque potest aliud intelligi: existentia ergo dat rebus existere, quod essentia non dat; neque essentia ante existentiam potest operari, vt posteà docebimus: & ipsa essentia si ab existentia non distingueretur, non esset ens contingens, neque haberet causam, siquidèm essentialitèr existeret, vt comprobatum est. Has ergo omnes ob causas necessaria est existentia, essentiæ addita.

23. Ad 4. argum. ex 4. aduert.

Ad quartum respondetur, quòd esse vt est nomen, est ipsa essentia; sed, est, vt verbum, & vt significat existere, non ita se habet ad essentiam, sicut existere ad existentiam: est enim synonimum esse, & existere, & vtrumque est effectus formalis existentiæ, sed non essentiæ. Itaq; essentia non est causa formalis, cuius effectus sit esse; sed est nomen deriuatum ab esse.

24. Ad confirm. Essentia extra causas est id, quod est, seu quod aptũ est esse, id est, existere.

Ad confirmationẽ respondetur, quòd illa est quasi definitio entis, quòd scilicèt sit id quod est: verbum autem in definitione significat non actum, sed aptitudinem; & ita ens est id quod aptum est esse, vel quod est existentiæ capax: quo pacto essentia extra causas priùs ordine naturæ est capax existentiæ; & tunc recipit existentiam à se distinctam.

25. Ad 5. argum. Existentia, & in potentia, & in actu distinguitur ab essẽtia.

Ad quintum respondetur, quòd existentia, & in potentia, & in actu distinguitur ab essentia, & non coniungitur cũ illa nisi vnione contingenti; quia existẽtia in potentia causæ adhùc non intelligitur coniuncta cum essentia: illa enim essentia in causa est nihil, & in nihilo nulla est potentia realis in qua sit existentia, vt anteà notauimus. Non ergo existentia inest essentię adhùc non productæ: at verò extra causas existentia non cõiungitur cum essentia, nisi vnione reali per causam & contingenter, vt explicauimus; & ita liquet semper esse distincta. Ad formam argumenti respõdetur concedendo, essentiam latentem in causa esse existentem in potentia, nõ in potẽtia reali ipsius essentiæ, quæ nulla est; sed in potentia causæ continentis essentiam. Et ita non coniungitur existentia cum essentia non producta. Secundò respondetur quòd essentia, & existentia in causis suis non sunt re ipsa, sed solo modo intelligendi, & ibidèm discreta sunt rationibus formalibus, vt res distinctæ, sicut re vera extra causas distinguuntur.

In forma respond. 1. Essentia in causa est existens in potẽtia reali nõ ipsius essẽtię, sed causę.

Respond. 2. Essentia, & existentia sunt in suis causis solo modo intelligendi, & ibi distinguũtur rationibus formalibus.

26. Ad 6. argum. 1. respons. ex 6. aduert.

1. terminus qui dat speciẽ actioni est essentia, siue etiã hypostasis.

Ad sextum respondetur, quòd essentia existens est per se vnum, non vnitate conceptus, sed quasi vnum ens completum; & is est terminus actionis naturalis. Primus quidẽ terminus qui dat speciem actioni, est ipsa essentia per se vna, siue etiam hypostasis; completus verò termi-

Completus terminus est

essentia existens.

2. Respons.

terminus, est essentia existens. Secundò respondetur, quòd actio naturalis terminatur per se ad vnum terminum formalem, sed non ad vnum terminum perfectum, qui dicitur terminus ad quem: nam calefactio terminatur ad esse calidum, vt ad terminum ad quem; at verò esse calidum est ens per accidens, vt diximus. Sola ergo generatio, vel mutatio terminatur ad vnum per se, scilicèt ad hypostasim, quæ est per se vnum; terminatur verò ad hypostasim existentem, vt ad vnum per se completum. Ad confirmationem respondetur concedendo, quòd res existens non est ens per se vnũ simplicitèr; ens enim per se est quod collocatur in recta linea: sed est per se vnum completum, quia existentia est cõplementum quoddam rei in suo proprio genere. Potest etiam intelligi existens per accidens, hoc est, per aliud; & hoc duobus modis, scilicèt per aliud, quia per existentiam additam, & distinctam; vel per aliud, scilicèt per aliquid priùs existens. Primo modo omnis essentia finita existit per aliud, scilicèt per existẽtiam à se distinctam. Secundo modo sola accidentia existunt per aliud, scilicèt per subiectum præexistens à cuius existentia pendet ipsa existentia accidentium. Ad alteram confirmationem respondetur Aristot. docuisse ea esse vnum quæ producuntur eadem actione primò & per se, vt ens & vnum; quod est exemplum Philosophi: at verò essentia, & existentia non producuntur primò per se, actione eadem; sed vel distinctis actionibus, vel vna actione dilatata, vltra priorem terminum essentiæ, ad vlteriorem terminum existentię, vt posteà elucidabimus.

Sola generatio vel mutatio terminatur ad vnum per se, scilicèt ad hypostasim existentẽ.

Ad confirm. Res existẽs nõ est ens per se vnum simpliciter, sed per se vnum completum.

Omnis essentia finita existit per accidẽs seu per aliud, id est, per existentiã à se distinctam: non verò per aliud, id est, per subiectum præexistens.

Ad 2. confirm. *Ex Aristot.* ea sunt vnum, quæ producũtur eadẽ actione primò, & per se.

Ad essentiam & existentiam si terminatur eadẽ actio, est eadẽ dilatata.

27.

Ad 7. argum. Respond. c. 25.

Ad septimum cap. sequenti respondebimus magis accuratè: sed dicendum est existentiam esse ens ampliſsima quadam significatione, qua modi reales entium dicuntur quoque entia. Quãobrem propriè loquendo neque ipsi modi reales existunt sua existentia, neque existentiæ existentiam addimus.

28.

Ad vlt. argum. x 4. aduert. c Essentia producta est ens in actu, id est, non in potentia causæ, nec pura potentia.

Ad vltimum respondetur, quòd essentia extra causas non est ens in potentia, cum sit species integra; neque vllus Philosophorum tale quidpiam suspicatus est. Itaque in ratione entis, quod est prædicatum essentiale, essentia specifica absolutè, & simplicitèr per se ipsam est ens: sed non est ens, hoc est existens, nisi per existentiam additam. At materia prima in ratione entis priori modo est ens in potentia; quia nulla species est cui sit debita existentia; sed est vagum principium speciei materia sublunaris; materia autem cœlestis est principium determinatæ speciei, sed purè passiuum, & purum receptaculum formæ specificæ. Quam ergo similitudinem habet essentia extra causas cum materia, vt dicatur ipsa essentia ens in potentia? imò concedimus essentiam productam esse ens in actu vt distinguitur contra ens in potentia causæ; & ens in actu vt diuiditur à pura potentia, quæ est materia prima. Pura enim potentia non dicitur, quæ est receptrix existentiæ; imò oportet esse ens in actu per formam specificam, quicquid est capax existentiæ. Nam materiæ primæ negamus potentiam per se recipiendi existentiã, quia est pura potentia; & colligimus essentiam receptricem existentiæ, hoc ipso non esse puram potentiam, sed actu ens in specie constitutum.

Non est ens in actu, id est, existens.

Materia 1. nõ est species per se receptrix existentiæ.

CAPVT XXV.

Existentia est rei alicuius actus physicus, & vltimus.

DIstinximus existẽtiam ab essentia; iam nunc quid sit existentia, inquirimus. Caput diuiditur in partes duas. Prima pars: *Existentia non est substantia, neque accidens.* Secunda: *Existentia non est modus rei, sed actus vltimus, & complementum rei.*

PARS PRIMA.

Existentia non est substantia, neque accidens.

1.

1. sent. quòd existentia etiã substantiæ sit accidens.

SVnt qui arbitrentur, existentiam esse accidens; decepti fortè communi vsurpatione accidentis, quo ea quæ cõtingunt dicimus accidere; quod S. Thomas obseruauit de potentia, q. 5. ar. 4. ad 3. videlicèt id quod est contingens appellari accidens; & quæcunque extra essentiam sunt, accidere dicũtur. Quo loquẽdi more S. Tho. ait naturæ genericæ accidere differẽtias specificas. Et eodem sẽsu (vt par est credere) Doctor Sanctus quodlib. 2. art. 3. appellauit existentiam

Argum.

Id quod est contingens dicitur accidens. *S. Thom.*

Item quæcũque extra essẽtiam sunt, accidere dicuntur. *Idem.*

accidens,cómemorans auctorem sentẽtiæ Cõmentatorem 5.Metaph.&eodem vius nomine Auicen.lib.eodem suę Metaph. Sed quòd existentia substantiæ nõ sit accidens propriè,ac philosophicè loquendo,accidés,inquam, cuius notionẽ propriam explicauimus, quod existenti inhæret,videtur esse certissimum.

Et probatur haud dubijs argumentis. Primùm, quia accidens pendet ab existentia substãtiæ; hoc enim est inesse accidentium proprium,quòd accidẽs existat in substantia pendens ab eius existentia; ergo existentia ipsa substantiæ cum non pendeat ab existente substantia,imò reddat substantiam existentem, accidens non est.

Deindè accidens cum adueniat enti in actu, dat esse speciei distinctum ab specie substantiæ; adijcit enim homini album esse, vel risibile; existentia autem non dat esse speciei alterius, sed speciẽ hominis perficit,vt existat: est enim existentia singularum specierũ vltima forma.

Tertiò: Si existentia esset accidens, ipsa existentia esset res formalitèr existens; accidentia enim insunt substantiæ per formalem existentiam qua existunt: quòd si ipsa existentia esset res formalitèr existens,existeret per aliam existẽtiam, & esset arguendo infinitus processus.

Quartò: Accidentia constant genere, & differentia, maximè verò ea quæ sunt perfecta; existentia enim est quid perfectissimum:sed quæ constant genere,& differentia, habent essentiam: ergo ipsa existentia est quædam essentia, quam necesse sit per aliam existentiam existere.Quòd si comminiscaris existentiam esse accidens, quod tamen neque pendeat ab existentia substantiæ, neque adueniat enti in actu, neque habeat essentiam, neque formaliter existat; solo nomine accidens dicis, naturam verò accidentis aufers. Nam aliàs & nos dicimus existentiã accidere essentiæ, quia contingit essentiæ existere.

Denique existentiæ rerum dicuntur esse singulæ in singulis generibus,quasi complementa singulorum,quia non dãt esse specificum, sed species imò individua perficiunt. Quod si existentia est verum accidens,necesse est quòd per se cõstituat genera, & species. Sunt ego alia decem genera existentiarum, quia cum cuique rei in communitate sui conceptus possit accommodari existentia,si illa quidèm genera habeat & species, cõsequitur vt decẽ sint genera existẽtiarũ.

Alij verò rem magis enucleantes ne videantur ponere accidens extra prędicamentum,non inopinabile credunt (si à communi tamen sentẽtia discedendũ sit) existentiam esse durationem ipsam rerum;hanc verò vel esse tempus ipsum in genere quantitatis collocatũ,vel esse in prædicamento Quando: quia durationes motuũ existimant esse ipsum tẽpus; alias verò durationes non tempus esse,sed in prædicamento quando, collocari.Quòd autẽ existentia sit ipsa rerũ duratio,siue tempus, siue in prædicamẽto quando,videtur probari ex sententia S.Maximi in centurijs, centuria 1.4. 5. & 6. & refertur à Ioan. Lyparisioto decade 8.c.3. vbi docet tempus siue æuum simul cum existentia cogitatum, subire dimensionem tanquam principium existentiæ capiẽs; duratio autem rei est accidens:ergo existentia, quæ est ipsa duratio accidens esse probatur.

Sed hi quoque in eo peccant, quia cum ponunt existentiam in genere, iam concedunt illam esse essentiam; quod assertum modò confutauimus. Deindè cum existentia rerum sit quidam conceptus communis, saltem analogicè, perperam explicatur quòd vel sit tempus ipsum, vel quando. Quando enim non est formalitèr tempus, sed est esse in tempore siue æuo,sicut vbi est esse in loco: diuersa est ergo ratio existentiæ; si alia est tempus, alia esse in in tẽpore.

Adhùc arguitur: Existentia enim rei est maxima eius perfectio; at verò esse in tempore vix mente deprehenditur, quid sit.

Præterea sicut ad hoc quòd res sit vbi, priùs intelligitur vt sit quanta; ita ad hoc vt sit in tempore,priùs intelligitur vt sit; tempus enim est adiacens: solus enim motus mensuratur per tempus intrinsecũ, & in ipso motu priùs intelligimus motum existere, quam esse tempus; tempus enim & motus diuersæ res sunt aliquali distinctione secretæ; motus verò antecedit; quare & existentia motus, si qua est, antecedit tempus. De rebus cæteris non est dubium, tempus adiacere quasi extrinsecum: ergo necessa-

·Comment. Auicen.

Hæc sentent. reijcitur loquendo propriè, & philosophicè.

2.
1. Ratio reiectionis.
Accidens pẽdet ab existentia substantiæ.

3.
2.Ratio.
Accidens dat esse specie distinctũ ab specie substantiæ.

4.
3 Ratio.
Accidens est res formaliter existens; non sic existentia, quia existeret per aliam existentiam.

5.
4 Ratio.
Accidens saltẽ perfectum cõstat genere, & differentia, ac proindè habet essentiam:non sic existentia.
Respons.

Refutatur.
Aufertur natura accidẽtis, si dicas existẽtiam esse accidens absque ijs cõditionibus.

6.
5. Ratio.
Existentiæ rerum sunt singulę in singulis generibus, quasi complementa, & perfectiones speciẽrum & individuorum: vnde si sunt vera accidentia, decem sunt genera existẽtiarũ.

7.
2.sentent. est additio ad 1. quòd existentia sit accidens tale,nempè duratio rerũ,quæ si sit duratio motus, sit in genere quantitatis, sc, tẽpus si alia duratio, in prædicamẽto Quando.

Argum. ex *S.Max.* *Ioan.Lypar.*

8.
Hæc sent.confutatur.1.
Existentia nõ habet essentiã, vt n 5.
Confutatur2.
Existẽtiæ est vnus conceptus communis saltẽ analogicè
Quando nõ est formaliter tempus,sed est esse in tempore vel æuo: sicut vbi est esse in loco.

9.
Confutatur. 3.

10.
Confutatur 4.
Ad hoc vt res sit in tempore priùs intelligitur esse,sicut vt res sit vbi siue in loco, priùs intelligitur esse quanta.
Ipse motus priùs intelligitur existere, quàm esse tempus.

Tempus adiacet alijs rebus à motu quasi extrinsecum.

11.
Confutatur 5. Existere nõest esse in tempore; quia intelligitur sine tempore: esse quãdo,nõ ita,sicut nec esse vbi sine loco.

necessariò ponenda est priùs in re ipsa existentia,qua possit esse in tempore.

Denique,id quod est de ratione alterius neque cogitatione potest separari: sed existẽtia optimè intelligitur sine tẽpore; nam in rebus etiam temporarijs separamus cogitatione vnum ab alio; ergo existere non est esse in tẽpore; nam esse vbi non potest sine loco explicari,& esse quando non potest sine tẽpore cogitari; existere autem res omninò cogitamus,nihil de tempore cogitantes.

12.
Ad arg. Existentia nõ est duratio; at duratio est quasi proprium accidens existentiæ temporariæ.

Ad id verò quod obijciebatur ex auctoritate S. Maximi, respondetur illum benè dixisse tempus siue æuum simul cũ existentia cogitatũ subire dimensionẽ: nõ quòd ipsa existentia sit duratio per tempus,& æuum mensurabilis; sed quia duratio est quasi proprium accidẽs existentiæ temporariæ; viuimus enim, hoc est, existimus tanto vel tanto tempore; nullus autem dixerit vitam esse durationem, sed vitam durare. Neque vlla hac in re est similitudo veri.

13.
3.sent. quòd existentia substãtiæ sit substãtia reductiuè *Caiet.*
4.sent. est additio ad 3. quòd ea existẽtia sit ipsa essẽtia cum modo reali,qui extra substantiã nõ sit,determinãte essentiam ad hoc,vt det esse
1.Exemplum
2.exemplum. Esse album nihil differt ab albedine,nisi p modum determinantem albedinẽ ad hũc effectum.

14.
3.sententiæ improbatio. Substantia accipitur pro essentia, & pro hypostasi: existentia neutrũ est.
Confirm. Existentia nõ est substantia

His ergo prætermissis alij sunt, qui credunt existentiam substantię esse substantiam, quod videtur sensisse Thom. Caiet.de Ente, & essentia, cap.5.q. 10. ad 8. non quidèm substantiam, hoc est, essentiã,sed alio modo substãtiã,vtpotè pertinentem ad genus substantiæ reductiuè, vt aiunt. Quidam verò hoc minimè repudiantes aiunt existentiam esse ipsam essentiam cum modo quodam, qui extra substãtiam non est: sicut enim forma in corpore(vt aiunt)habet modũ quendam,quo determinata dat esse speciei; ita ipsa essentia substantialis modũ habet sibi proprium, quo determinata existit. Et proponunt exemplum; sicut enim esse album nihil differt ab albedine, nisi per istum modum proprium formæ determinantem illam; ita existere hominem, significat modum humanitatis determinantem illam;quo fit formaliter existens, & per se vnum.

Vtraque tamen opinio est falsa. Nam quoad priorem, existentia non potest dici substantia; duobus enim modis accipitur substantia, scilicèt pro essentia, & pro hypostasi; sed existentia non est essentia, neque suppositum, siue hypostasis, vt liquet per ea,quę probata sunt: ergo neque est substantia. Et confirmatur, quoniam si esset substantia non esset quidèm completa; nam substantia A completa vel est tota essentia, vel hypostasis, vt modò diximus; ergo est incompleta substantia; est igitur pars, quod est impossibile. Nam ante existentiam ordine naturæ, essentia est iam composita ex suis partibus;ergo impossibile est quòd superueniat alia pars cõpositionis,scilicet existentia: ergo existentia neque est tota substantia, neque pars substantiæ,neque omninò vlla substantia. Et ad hoc valet quod dixit Aristotel. in substantia nihil esse, nisi aut materiam, aut formam, aut compositum. Quòd si quis credat existentiam esse substantiam, quia est ipsa essentia substantialis cum aliquo addito. Et hoc quoque falsum est; consequitur enim vt existentia contineat essentiam, & aliquid adijciat,quod est proprium suppositi: existentia autem non est essentia existens, sed est duntaxàt id, quo essentia existit;quare nullo modo est substantia. Neque arbitror Caietan. credidisse existentiam esse substantiam, nisi æquiuocè,& nomine tenus; eò quòd ad substantiam reuocatur,vt dicemus.

Altera verò opinio & falsa est & incredibilis. Nam quòd essentia hominis sit ipsa existẽtia cũ quodã modo reali, quo dat esse hominem; duobus modis potest intelligi; vel quòd det esse essentiale, vel quòd det esse cõtingẽs, quod est hominẽ existere. Priori modo nõ est existentia, sed essẽtia, quæ dat esse essẽtiale. At verò posteriori modo,si essẽtia dat esse cõtingẽs, vel hoc esse cõtingens quod est existere,est re ipsa distinctũ ab homine, vel sola ratione distinctũ. Si sola ratione distinguas hominẽ,& existentẽ,improbatę adhæres sẽtẽtię,quod existẽtia sola ratione distinguitur ab essẽtia; sicut & existens ab homine sola ratione discernis. Quòd si existere distinguitur re ipsa ab homine, etiã existẽtia res discreta est ab humanitate: siquidẽ existere est quasi effectus formalis existẽtię,nisi dicas ab eadẽ causa formali deriuari duos effectus: quo pacto meliori iure existentiã ducem° à forma,quã à tota natura, vt posteà docebimus. Præterea iuxta eam opinionẽ,existẽtia nõ esset causa formalis, sed potiùs esset effectus ab essẽtia deriuat°; & ita nõ esset essẽtia cũ quadã causalitate,vt forma cõiuncta corpori; sed esset potiùs ipsa existẽtia, quidã effectus essẽtiæ; de qua re posteà disputabim° de cau

B

C

D

completa; vt proximè nõ incõpleta, seu pars substantiæ.
Ratio.

Arist.

Responsio.
Refutatur.
Proprium est suppositi continere essentiã & aliquid adijcere: existentia solũ est id quo essẽtia existit.
Explicatur *Caiet.*

15.
4.sententiæ improbatio. Si essentia v.c. hominis cum eo modo reali dat esse essentiale, non est existentia.
Si dat esse cõtingẽs,vel hoc est indistinctũ & est opinio refutata cap. 23. p.4.n.11.vel distinctum,& sic existentia est res distincta ab humanitate.
Si ab eadem causa formali deriuarentur duo effect°,existentia melius à forma quã à tota natura educeretur vt effectus.
2.improbatio ex 1.exemplo pro ipsa 4. sẽt. adducto.
Iuxta 4. sent. existentia esset effectus essẽtiæ nõ verò ipsa essentia cum modo causalitatis, vt forma in corpore.

Ex 2.exemplo improbatio similis.

salitate existentiæ differendo. Exemplũ A etiã quod afferũt, labefactat eorũ sentẽtiam; nam album esse non est modus albedini additus, sed est coniunctum per accidens ex albedine, & corpore affecto albedine; & est effectus albedinis, & non causalitas, vt liquet ex ijs, quæ docuim⁹. Atquì in essentia cõposita, siquam causalitatem possumus meditari, ea sita est in coniunctione essentię cum supposito, qua constituit suppositum; homo enim est suo modo effectus humanitatis; illa autem coniunctione essentia præbet se vt essentiam, & obit munus essentiæ, nó existentiæ; constitutum enim est hypostasis: ergo si eadem essentia modo quodam reali causandi, dat existere; nouo modo reali erit coniuncta cum supposito, & esset actus suppositi cõstituti, dans illi nouum esse existentiæ, quod verosimile non est, & per otium ac iocum diceretur. Essentia ergo non est existentia etiam addito reali modo causalitatis.

Album esse est effectus albedinis, & non modus causalitatis.

In essentia cõposita si quaeit causalitas, est cõiunctio qua essentia præbet se supposito.

In hac coniunctione essẽtia obit munus essentię nó existẽtię, aliàs esset actus suppositi constituti, dans illi nouum esse existentiæ.

16.

In 3 sent. sunt, qui dicunt existentiam esse actum metaphysicum.

Illi verò, qui existentiam ponunt esse actum metaphysicum, videntur absolutè concedere esse substantiam; nam differentiæ essentiales, imò & indiuiduæ, sunt incompletæ substantiæ, incompletæ (inquam) nostro intelligendi modo, cum re ipsa non distinguatur à tota substantia: ergo existentia est ipsa tota; & in genere substantiæ est substantia. Et ij quoque qui existentiam aiunt esse modum intrinsecum substantię, vt modi intrinseci, quibus genera diuiduntur, substantiam quoque dicunt existentiam, cum modus intrinsecus sit ipsa substantia, cuius est modus. Illud autem confutatum iam est quòd existentia sit actus metaphysicus. Et hoc posterius statim refellemus, scilicèt quòd existentia sit modus intrinsecus substantiæ: & ita colligimus existentiam substantiæ non esse vllo modo substantiam.

Item qui dicũt eam esse modũ intrinsecũ substantiæ: nam modus intrinsecus rei est ipsa res.

Primum cõfutatum est c. 23.p.4.n.11.

Secũdum refelletur in 2.p.

17.

Cum igitur existentia non sit accidens, neque substantia, videtur à prædicamentis excludi. Et hoc quidam approbant, vtpotè, quia existentia non attineat ad disponendas res in cathegorijs. Et hoc confirmant, quia in chategoria non ponitur, nisi quod est constitutũ in recta linea prædicamentali; & ea per quæ constituuntur, quæ in recta linea sunt, ponuntur ad latus; & dicuntur reuocari ad cathegoriam: existẽtia autem non constituit rem in linea recta, sed

Ex dictis orta sentent. *Soar. disput. 31. sect. 8.* sq. existentiã à prædicamentis excludi.

Argum.

Confirm.

additur rei constitutæ: sed etsi existentia esset actus metaphysicus substantiæ, & poneretur ad latus; esset tamen substantia, identitate reali, de qua modò disputabimus.

Dicendum verò est cum S. Thoma q.5.de Potentia, art.4.ad 3. existentiam reuocari ad genus suæ essentiæ, & existẽtiam substantiæ ad genus substãtiæ. Iuxta quod Marius Vict. lib.1. contra Ariũ. *Omne* (inquit) *esse inseparabilem speciẽ habet.* Ergo esse sequitur non solum genus, sed speciem in genere, à qua non separatur. Quod etiam docet Ioan. Capreol. in 1.d.8.q.1. & Thom. Caiet. de Ente & essentia, cap.4. q.5. & cap.5. q. 10. quia existentia substantiæ est quoddam complementum substantiæ. Neque placet nobis existentiam dicere ens incompletum, & ideò non poni in linea recta: existentia enim est summa perfectio, & res absolutè distincta à substantia, vt dicemus. Sed quia ens quod diuiditur in genera, significat essentiam; existentia non est ens, sed esse, vt loquitur S. Thom. frequentèr. Alia quoque ratio occurrit, quia existentia est actus suppositi ex propria ratione singularis, & ideò etiã non diuiditur in genera, & species. Negatur autẽ assumptũ quòd ea sola reuocentur ad cathegoriã, quæ cõstituunt species, aut indiuidua in recta linea: sed ea quoq; quæ per se non sunt in genere, & sunt complemẽtum generis, ad genus reuocãtur, vt modi reales, & existentiæ.

18. Conclus. ex *S. Thom.* Existentia reuocatur ad genus, imò ad speciem suæ essentiæ. *Mar. Vict.*

Capreol. Caiet.

Probatio.

Aliquorum ratio, refellitur ex cap. 23. p.4. n.15.

1. Ratio tenenda. Existentia nó est ens, sed esse ex *D. Thom.*

2. Ratio. Existentia est actus suppositi ex propria ratione singularis.

Ad arg. & cõfir. Ea quoq; quæ sunt cõplemẽtum generis ad genus reuocãtur.

PARS SECVNDA.

Existentia non est modus rei, sed actus vltimus rei, & complementũ illius.

1.

1. sent. quòd existentia est modus realis cuiusque rei.

Differt hæc sent. à 4. tradita p.1.n.14.

EOrum qui distinguunt existẽtiam ab essentia, quidã affirmant illam quẽdam esse modũ realẽ cuiusque rei. Neq; ista opinio incidit in illã priorẽ reprobatã, quòd essentia addito modo causandi fit existentia. Nam illi ipsam essentiam aiunt esse existentiam; isti verò non essentiam, sed modum realem præcisum ab essentia affirmant esse existentiam.

2.

In hac sent. 1. via *Fons. 4. met. cap.2.q.4.* scil. existentiã esse modũ intrinsecum rei non realitèr, licèt ex natura rei distinctũ.

Quæ opinio suis partibus cõstat. Quidã enim arbitrantur existentiã esse modum intrinsecũ rei, ex natura ipsa rei distinctũ ab essentia, sed non reali distinctione: & hunc modum intrinsecum esse similem illis modis, quibus genera sũma

distin-

Alens.

Explanatur 1.pars.

Huius vix auctores distinctionem rationis inter rem, & modum intrinsecum eius vocant distinctionē ex natura rei.

Refelluntur ex lib.1.cap.28 p.1.n.3.

3.

2.via eiusdem lib.5.cap 6.q.6 sect. 2. variantis, aut retractātis priorem viam.

4.

Prior via coincidit cū ea sēt. quæ ait existētiam esse actū metaphysicū sola ratione distinctum ab essentia.

Ostenditur hoc.

Improbatur vt contraria fidei, & sensui.

5.

Posterior via melior, quòd existentia nō est modus intrinsecus, sed accidens, & distinctus modaliter ab essētia.

Sot.

Victor.

Scot.

Gandau.

Hæc via quatenùs ait existentiam esse modū essentiæ, est probabilis.

6.

1.assertio, vt in 1.p. tituli.

Probatur 1. ex cap.18.p.1.n.6.

Mod' extrin

distinguuntur inter se, vt esse per se, esse ad aliud; & restantur Alex. Alēsem opinionis patronū. Hi Doctores distinctionē rationis, qualis est inter modū intrinsecum & rem, quæ vix mēte percipi potest, vt si in substantia, quæ est ens per se, discernamus per se ab ente, hos, inquā, modos sola ratione distinctos, aiunt distingui ex natura rei. Nos lib. 1. distinctionem ex natura rei diximus esse realem inuentam re ipsa, non animo fictam aut excogitatam.

Videntur etiam hi Doctores variasse sententiā; nam cum aliàs recēseant modos rerum, eos modos quibus diuidūtur genera, ponunt in classe secunda, aiūtq; non distingui ex natura rei. Alios autem esse modos non intrinsecos, sed accidētes rebus ex natura rei distinctos, quos partiuntur in classe tertia, & in eis numerant existentiam; fortè retractantes, & in melius mutantes priorē sententiam.

Prior igitur dicēdi modus asserendo, existētiam esse intrinsecum modum re ipsa non distinctum ab essentia, nihilo differt ab ea opinione, quæ ait existentiā esse actum metaphysicum sola ratione distinctum ab essentia: nam & ipsi modi intrinseci genera, constituunt genera per modum actus in metaphysica consideratione; quare illud ens cuius existentia est intrinsecus modus, erit essentialitèr, & necessariò existens: quod nō potest defendi cum sit contra fidem, ac sensum. Cum igitur iam refutauerimus opinionem istam, nihil opus est addere.

Melior ergo opinio est eorum, qui putant existentiam esse modum non intrinsecum rei creatæ, sed accidentem, & additum, & re ipsa distinctum modalitèr ab essentia rei. Ita sentit Dominicus à Soto in 4.d.10.q.2. & lib.2. Physicor. q.2. quæ fertur fuisse sententia Franciſci Victoriæ viri sapientissimi. Et eadem tribuitur Ioanni Scoto in 3.d.6. q.1.& Henric. Gandau. quodlib. 1.q.10. & 91. Et quidèm quòd existentia sit modus essentiæ, probabile quidem est; neque enim res istas adeò penitùs inspicimus, vt certò deprehendamus quid quæque res sit.

Videtur tamen existentia nō esse modus rei ijsdem argumentis, quibus probatum est proprietatem suppositi non esse modum rei. Nam modus quidèm extrinsecus quasi forma, dat speciem, &

A non est complementū: speciei existentia autem non est huius generis modorum, quia non dat speciem; sed est speciei siue essentiæ complementum: modus verò syncathegoremate significatus, quod est rem aliter se habere, non est tanta rei perfectio quanta est existentia: neque existere est sic, vel sic esse, sed absolutè est esse; ergo existentia non est modus rei. Et confirmatur, quia diuersæ existētię diuersos modos habēt: est enim quod per se existit; & quod existit in alio; & ad hoc quòd sic & alitèr res existant, habēt

B existentias suis modis distinctas: existētia ergo non est modus, sed potiùs habet modos diuersos. Sanè existentia in quantitate Eucharistiæ, non commutata est, sed manens eadem mutauit modum realem, sicut & quantitas.

Præterea modi isti rerum, quos inter numerant existētiam, non sunt res simplicitèr distinctæ à rebus quarum sunt modi, quæ illis modis afficiuntur; existentia autem est res simplicitèr distincta ab essentia, vt docuimus. Quamobrem credimus hac quoque ratione inducti, existētiam non esse modum rei; vel etiā

C formaliter, aut modalitèr à re distinctū.

Nihil ergo facilius dictu est, quàm id quod consequitur ex tot dictis disputatisque rebus, existētiam esse quoddam complementum essentiæ, & substantiæ; non esse substantiam, non accidens, vt probatum est, non formam quæ det speciem, sed maximè formale principium, & actum vltimum speciei, & summam perfectionem; quibus nominibus differt à proprietate suppositi. Et vt dicamus vno verbo cum S. Thom. multis in locis, existentia est actus suppositi; tum quia ante suppositum nō inuenitur, vt posteà dicemus; tum quia est id primum quod

D suppositum cōstitutum ex proprietate, & essentia sibi postulat vt necessarium complementum sui, quo addito adhùc est vnum ens per se completum. Cum ergo existentia sit actus suppositi, atque adeò primò, & per se pertineat ad indiuidua, scilicèt ad suppositа; genus non habet, & speciē, vt post hæc docebimus: id autē qnod speciē & genus non habet satis est, vtcunque definire. Est ergo existentia creata creatū quid, non quidditas, quia nō existit, sed est ipsa existētia; nō substātia, non accidens, non modus rei, neque forma quæ dat speciem, sed

T 3

sectus quasi forma, dat speciē.

Modus syncategoremate significatus non est tanta perfectio, vt existētia.

Existere non est sic, vel sic esse, sed absolutè esse.

Confirm. Cum existentię diuersæ habeat diuersos modos, imò & eadē, vt in quā titate Euchar. distinguuntur existentia nō est modus.

7.

Probatur 2. Existentia est res simpliciter distincta ab essentia, vt c.23. p.5.n.2.

8.

2. Assertio, vt in 2.p.tituli. Existentia est complementū essētiæ, formale principium & actus vltimus speciei, & summa perfectio; & tandē est actus suppositi.

S. Thom.

Hoc vltimum probatur 1.

Probatur 2. Suppositum iam constitutū quod primùm sibi postulat tā quā cōplementum sui est existentia.

Existentia cū 1. & per se pertineat ad indiuidua, sc. ad suppositа, nō habet genus, aut speciem, & ideò satis est quòd vt cūq; definiatur.

Existentia in substantijs est 1.actus suppositi;in accidentibus est 1. actus essentię indiuiduæ.

sed principium maximè formale,& primus actus suppositi. Existentia autem accidentium est primus actus essentiæ indiuiduæ; quia in illis non sunt supposita.

CAPVT XXVI.

Vna est partibus substantiæ existentia, qua est actus suppositi.

HAbemus quid sit existentia, compertũ. Nunc consulendum est quibus rebus singulatim conueniat, vtrùm ne sint res singulę singulis existẽtijs prędicæ, an possint res multæ existere existentiâ vna? est autem ista disputatio admodùm philosophica; & ad inuestigandam rationem suppositi; & discrimen creati, & increati suppositi, admodùm necessaria. Multæ quoque sententiæ S. Thom.hoc pronunciato niruntur, quòd vnius suppositi vnica sit existentia. Caput secatur in quatuor partes.

In hac re fundamentũ assertionum *S. Thom.* Vnius suppositi vnica est existentia.

Pars prima. *Partes substantiæ cum supposito existunt vna existentia.*

Secunda: *Existentia hominis est eadem existentia animæ: estq; actus vltimus suppositi.*

Tertia: *Accidentia perfecta singulis existentijs sunt affecta.*

Quarta: *Existentia non aduenit rebus, nisi completis secundum modum entis in suo genere.*

PARS PRIMA.

Partes substantiæ cum supposito existũt vnà existentiâ.

1.
1. sent. distinguens sola ratione existentiam ab essentia, asserit res singulas licèt minutissimas, suas habere existentias.
Fund.

QVi existentiam ab essentia sola ratione distinguunt, & nullatenùs re ipsa, huic falso consentanea ponunt affirmantes, res singulas suas habere existentias, quantumuis sint res minutæ, & ferè nullius entitatis: nam quicquid illud rei sit, dum est actu extra causas, hoc ipso, & nullo alio addito existit. Et cum ex pluribus rebus conficitur ens vnum siue per se, siue per accidens, in illo concreto est existentia quędam totius, haud distincta à toto, nisi sola ratione.

2.
1.sent.assertũ. Materiam creatam nullo addito, per se existere.

Hi materiam quoque creatam aiunt per se ipsam nullo addito existere; & proponunt rem mirabilem, vt pura potentia habeat intrinsecè nulla re addita, perfectissimum actum, scilicèt existentiam. Quod vt persuadeant, distinguunt potentias duas, & actus duos: est enim potentia extrinseca rei illi, quæ dicitur esse in potentia; quo pacto ea quæ non sunt, sunt in potentia vt sint, scilicèt in potentia extranea, quę potentia non est in rebus ipsis possibilibus, cum adhùc non sint: quas res dixit Ioan.Scot. in 2. d. 16. q. 1. esse in potentia obiectiua, & diceret explicatiùs res eas esse in potẽtia obiectiuè, vt obiectum potẽtiæ quod est res possibilis. Huius potentiæ actus est res producta, & facta iam extra potentiam; quem actũ habet materia producta extra causam. Alia est potẽtia intrinseca rei ipsi, quæ dicitur esse in potentia, vt ignis est in potentia actiua calefaciendi, qui scilicèt habet potentiam calefaciendi; & materia prima est in potentia purè passiua, qua ipsa materia est potens recipere formam, cuius potentiæ actus est ipsa forma. Materia igitur isto secundo modo est ens in potentia, scilicèt habens potentiam purè passiuã: sed priori modo materia creata non est ens in potentia, sed ens in actu; scilicèt extra potentiam causę in qua erat antequam crearetur. Et istum actum volunt esse existentiam: neque materiam recusare omnem actum etiam metaphysicũ; quia suam etiam habet quasi differentiã essentialem, qua distinguitur ab alijs rebus, & qua distinguitur materia sublunaris à materia cœlesti.

Fund.ponitur distinguendo potẽtias duas, & actus duos.
1. Potentia est extrinseca rei, quę est in pot.
De hac res possibiles esse in potentia obiectiua dixit *Scot.* explicatiùs diceretobiectiuè
Huius potentiæ actus est ipsa res producta extra causã
2. Potentia est intrinseca rei, quæ est in pot. ad actum.
Hoc 2.modo ignis est ens in potentia ad calefaciendum & materia 1.ad formam recipiendã: at 1.modo materia producta est ens in actu: quem actũ hæc sent. vult esse existentiam.
Ratio.

Nos verò libentèr fatemur, diuersa significari cum dicimus aliquid esse in potentia, hoc est prædicum esse potentia, aut actiua, aut passiua; & aliud indicari cum dicimus esse aliquid in potentia, scilicèt in potentia causæ delitescens. Et quidèm esse in potentia priori modo, est rerum existentium; quæ enim non existunt non sunt potentia ad operandum. Esse autem in potentia posteriori modo est non existentium rerum, quæ nihil sunt, sed sunt duntaxàt possibiles, quod est esse in potentia causæ. At verò per hæc eadem comprobatur quòd materia creata extra causas, non existat per se ipsam: nam materia etiam extra causas nihil est, nisi materia, scilicèt pura potentia passiua; existentia autem est actus quo res quæque prædita est, cum sit summa perfectio, vt auctores istius opinionis confitentur; ergo

3.
Approbatur quod dicitur de vtraque potẽtia; quarum vna est tãtùm possibiliũ, altera solùm rerũ existentiũ.

Oppositum assertum de materia creata.
Ex eodẽ fund. probatur.
Materia extra causã nihil est nisi materia, sc. pura potentia passiua.
Existẽtia est perfectio summa, & actus.

Non opponitur potētię obiectiuæ,sed potētię realipassiuæ.

Sicut id quod est in potentia causæ nō ideo est prædituꝫ potētia,ita quod est in actu illi⁹ potentiæ,non ideo est prædi tum vllo actu. Ratio.

Essētia in actu hoc est extra causā ista significatione solū modū intelligēdi addit ad essentiā;nō actum perficientē, seu quo res ipsa sit prædita,aut perfecta, vt cap.23. p.4.num.11.

ergo hic actus nō opponitur potētiæ obiectiuæ,sed potentiæ reali passiuæ: sicut enim id quod est in potentia causæ,non est prædictum potentia, sed est in potentia alterius ; ita & id quod est in actu illius potentiæ,quod est esse extra potentiam, non ideo est prædictum vllo actu. Ratio est,quoniam essentia in actu, hoc est extra causam, non est essentia coniuncta cum aliquo actu,aut physico,aut metaphysico , hoc ipso quòd est extra causam;sed essentia in actu ista significatione solùm addit modum intelligendi ad essentiam, vt docuimus: Cum ergo existentia sit quidam actus perficiens rē in qua est; esse autem rem extras causas non sit actus,quo res ipsa prędita sit aut perfecta , vt probatum est ; consequitur vt per hoc solū quòd res est extra causam , non habeat aliquem actum : ergo materia prima quæ est pura potentia etiam extra causas producta , nullo actu intrinsecè prædita est aut physico , aut metaphysico ; ergo sic nuda non habet existentiam, cum existētia sit actus perficiens , vt omnes confitentur. Et hoc idem argumentū probat nullā rem perfici actu existentiæ per hoc solum quòd est extra causam : sed necessarium esse, vt essentiæ productæ addatur existētia.

4. Ad rationem.

Materia neque habet actū metaph.

Probatur 1.

Nō discernit ab alijs rebus, quę participāt actū,per differētiā: sed solū hoc ipso quòd est pura pot.

Detegitur æquiuocatio , qua appellatur act⁹ entitatiu⁹.

Melius appellatur entitas, seu res extra causas,qu ā actus,cūadhuc sit pura potēt.

Illud quoque falsum est,& apud sapientes insuetū, quòd materia habet actū metaphysicū: nequè enim materia propriè differt ab alijs rebus , vt per differentiam discernatur ab illis; sed hoc ipso quòd sola materia prima est pura potentia,distinguitur à cæteris rebus , quæ participant actum. At verò qui materiā appellant actum entitatiuum, ambiguitate nominis occultant verum,quod retecta æquiuocatione satis apparet : vocāt enim materiam actum entitatiuum, id est, entitatem in actu productam extra causam : sed cum ipsa potentia passiua possit produci extra causam, nulla necessitas cogit vt illam appellemus actum entitatiuum, sed entitatem siue rē extra causas; quæ etiam extra causas est pura potentia.

5. Materia elemētaris differt à cælesti;nō per differentiā,sed per capacitatē ad multas formas cōsideratā p modū actus.

Neque verò materia elementaris à cælesti distinguitur per differētiam ; sed quia altera est cōmunis multis formis, altera capax vnius. Itaque differunt in capacitate, quæ est potentia passiua ; & ipsa potentia passiua quæ verisimè nō est actus,considerata per modum actus, A distinguit vtramq; materiam. Nihil ergo in materia potest cogitari , nisi potētia passiua; sed existētia est verus actus; ergo non est intrinseca in conceptu materiæ etiam extra causas productę. Nam etsi dicant existentiam esse actum metaphysicum ; nullus actus metaphysicus est in pura potētia: quia actus metaphysicus est verus actus, etsi non distinctus; materia autem est pura potentia. Vnde S. Thom. doctissimè ait has materias differre genere,scilicèt,vt non per differentias diuidantur,sed quasi se totis;nō tamen negam⁹ in illis diuersitatem potentię considerari per modum differentiæ,& actus metaphysici; nullum tamen B actum metaphysicum in materia inueniri asseueramus.

Act' metaphysicus, licèt nō distinctus tamen est verus actus.

Ex S. Thom. vtraque materia differt genere , non per differētias,sed quasi se totis: licèt diuersitas potentiæ cōsideretur in illis per modū diff.

6. Probatur,2.

Sequeretur materiā nō esse purā pot. sed speciem,&ens in suo genere completum actu existens.

Hoc ipsum persuadet ratio ; nam si materia est quoddam compositum, metaphysicum ex genere & differentia , illud erit species, & aliàs ponitur materia existens per se ipsam ; ergo non erit pura potentia, sed ens in suo genere completum actu existens. Quæ sanè assertа nullis Phyłosophiæ legibus cohibentur.

7. 2.sentent. distinguens modaliter existentiā ab essentia , afferit omnes res suas habere distinctas existētias.

1. Id asserit de singulis partibus substantię,modis realibus illius, & partium eius. Item de materia ipsa,& forma,ac tota natura: suppositū verò habere eandē existentiā partiū cōagmentatā.

Alij autem sunt,qui cum existentiam C distinguant ab essentia re ipsa , & ex natura rei modalitèr vt diximus ; opinantur omnes res, quæcunquè inueniuntur in rerum natura suas habere distinctas existentias,ita vt distinctio entis,& existentiæ peræquè sit cōmunis. Et vt agamus priùs de substantijs , aiunt singulas partes substantiæ,& modos ipsos reales quibus substantiæ aut partes substantiæ afficiuntur, singulas quoquè existentias habere , adeo vt materia habeat suā existentiam, forma suam, tota natura tertiam;suppositum deinde eandem existē- D tiam coagmentatam. Philosophantur enim quòd sicut natura componitur ex partibus , est tamen vna ; ita existentia totius conficitur ex partium existentijs, & est vna composita & vltimò perfecta adueniente suppositо. Præter hæc autem,modus ille realis quo forma copulatur materiæ, suam habet existentiam. Imò & naturas communes credunt nōnulli suas existentias habere aliqualitèr distinctas ab existentijs naturarum singularium.

Fundam. 2. De modo quo forma copulatur materiæ.

3.De naturis cōmuibus iuxta nonnullos.

Quod attinet ad naturas communes aduertēdum est, eas rerum naturas,quæ à particularibus differētijs sola ratione

8. Hoc 3. refutatur quoad eas naturas quæ.

à particularib⁹ differentijs sola ratione distinguuntur.

Vnius rei vna est existẽtia.

Iuxta 1. sententiã tot essent rerum existentiæ sola ratione distinctæ quot essent differentiæ in eadem specie.

Exemplũ in albedine, & colore.

Quidã ex auctoribus 1. sẽt. hoc negant.

Soares in Met. disp. 31 sect. 2.

Improbãtur isti vt nõ cohærentes. 1. sent.

1. quia indiuiduũ genericũ ratione distinguitur ab indiuiduo speciei, quare similiter eorũ existẽtiæ

2. quia nõ dicitur consentaneè ad 1. sent. oportere essentialia inter se realiter distinguere vt multiplicarentur existentiæ.

Qui diuidũt existentiam ab essentia ex natura rei, non multiplicant existentias, nisi in re etiam diuisis essẽtijs. 9.

2. sent est *Conimbric.* 1. phys. cap. 9. q. 6. ar. 2.

Ait existẽtias esse modos extrinsecos, & aditos reipsa, cui q; reiproprios.

distinguũtur, non posse habere existentias proprias, vt alia sit existentia vnius, alia alterius; siquidèm natura generis, & differentia non sunt res duæ, sed vna & eademmet res, cuius vna est existentia. Sed tamen iuxta priorem sẽtẽtiam, si existẽtia esset actus metaphysicus sola ratione distinctus ab essẽtia; quot sũt rerum differentiæ in specie eadem, tot essent existentiæ; siquidèm tot essent res productæ extra causas, licèt in re ipsa esset res vna; verbi gratia, etsi albedo & color in metaphysica consideratione sint res eadem, alia esset existentia albedinis, alia coloris, sola ratione distinctæ, sicut albedo, & color sola ratione distinguuntur: nam esset albedo extra causas intimè includens suam existentiam in metaphysica contemplatione. Quidam autem hoc negant, quia naturæ communes non distinguuntur à singularibus. Sed duo sunt quæ non aduertunt. Primum, naturam genericam nõ solùm communi cõceptu præcisam, sed etiam in indiuiduo, distingui ratione ab specifica natura indiuidua, scilicèt hũc colorem ab hac albedine; ergo vtraquè natura in indiuiduo habebit suam existentiam, cum vtraq; proprio conceptu præcisa sit extra causam; & natura generis aliam habebit existentiam nostro intelligendi modo à differentia specifica; & tot erunt existentiæ quot prædicata essentialia. Secundum est quod non probè considerarunt, scilicèt necessariam esse distinctionem realem essentialium inter se ad existentias multiplicãdum. Quod non dicitur consentaneè; nam si existẽtia sola ratione distinguitur ab essentialibus, sufficit distinctio rationis ad multiplicandas existẽtias, quæ similitèr sint sola ratione distinctæ; & ita alia erit existentia generis, alia differentiæ. Qui autem existentiam diuidũt ab essentia ex natura rei, non multiplicant existentias nisi rebus quibus illæ insunt diuisis, eò quòd existentia non sit actus metaphysicus, sed physicus.

Missis ergo existentijs generũ & specierum; in rebus ipsis quibuscunquè ex natura rei formaliter, aut absolutè, aut modalitèr distinctis, multiplicãt re ipsa existentias ij, qui eas aiunt esse modos rerum non intrinsecos, sed extrinsecos & re ipsa additos. Quam nos opinionẽ plurimis argumentis labefactabimus.

Et vt à partibus progrediamur ad totũ, quòd materia prima non habeat existẽtiam specialem, quæ sit solius materiæ existentia, probatur communi argumẽto: quia est pura potentia; existentia autem est perfectissimus actus; cum ergo nuda materia nullum habeat actum ante formam, nullam omninò habet existentiam. Explicatur adhuc magis argumentum: materia enim est pura potentia essentialis; forma autem essentialis est actus eius primus; ergo ante formam nullum actum habet: quia ante actum primum nullus est actus. Hoc argumentum nunquam possunt refutare. Quod autem respondent, existentiam materiæ non esse simplicitèr distinctam à materia, nihil est ad rem; nequè enim modò asserimus distingui simpliciter, quanquam & hoc probatum sit anteà; sed cũ existentiam, etiamsi non sit res absolutè distincta, aliqualitèr tamen distingui à quacunque re necesse sit, vt diximus eò quòd per creationem adueniat contingenter, præter philosophandi rationem ponũt in materia ante formam actum perfectissimum, scilicèt existentiam: quare neque materia existens est pura potentia; neque essentialis potentia, cuius actus primus sit forma substãtialis; siquidem ante formam est in actu existens. Et confirmatur, quia materia prima est ens in potentia, etiam vt ens significat essentiã; ens autẽ est quod aptum est esse, scilicèt ratione essentiæ; sed materia simpliciter nõ est ens, sed in potentia ens, vt S. Thom. doctè obseruauit 1. p. q. 5. art. 3. ad 3. & q. 76. art. 1. ergo materia non est apta esse, nisi informata per formam ratione essentiæ, quam forma secum affert. Aliàs si materia ante formam existit, ante formam est simpliciter ens, & non ens in potentia essentiali. Hoc autem multis argumentis confirmauimus antea ostendentes, materiam non posse existere sine forma. Imò si materia ante formam habet suam existentiam; quodammodò erit magis dicenda ens in actu quàm forma; quod enim natura est prius, magis dicitur tale; sed materia ordine naturæ priùs existit quàm forma, vt aiunt: ergo magis est ens in actu quàm forma. Et cum forma pendeat à materia existente, existentia formæ pendet ab existentia materiæ; quo nihil potest dici absurdius

Cõtrariæ sẽt. 1. pars Demateria.

Probatio 1. Materia est nuda pot.

Explicatur. Materia est pura pot. essentialis, forma autem essentialis est primus actus eius.

Responsio.

Refutatur 1. ex cap. 23. p. 5.

Refutatur 2.

Confirmatio. Ens est quod aptũ est esse, scilicet ratione essẽtiæ

Materia est non simpliciter, sed in potẽtia ens etiã 1. modo de quo cap. 14. nu. 13. *S. Thom.*

Si materia ante formã existeret, vt sic esset simpliciter ens, contradicta cap. 8. p.

Imò esset magis ens in actu quàm forma.

Ratio.

Item existẽtia formæ penderet ab existẽtia materiæ, cũ hæc dependẽtia entis ab existẽ

tia priori sit p-
pria accidētis.

10.

2. Ratio.
Materia antecedit formam ingenere causæ materialis adquā causalitatem non requiritur existentia.

surdius : hoc enim est proprium accidentium, vt secundum esse pendeant ab existentia priori.

Idem probatur non infirmo argumēto; materia enim antecedit formam ingenere causæ materialis, in quo genere causæ existentia non concurrit ad causandum: sola enim causa efficiens operatur quatenus existit vt anteà diximus; ergo nō est necessaria existentia im materia ante formam. Quòd si necessaria non est, cum forma sit primus actus materię, præter philosophiam poneremus in illa existentiam ante formam. Dices forsan materiam exigere sibi existentiā vt possit produci, & creari; nihil enim sine existentia producitur. Sed hoc facilè refutatur, cum enim materia non sit essentialiter existentia, sed ab eā aliquatenus distinguatur, necessariò intelligendū est ordine naturæ priùs produci materiam quàm existentiam materiæ; non ita quidem vt in eodem instanti præexistat materia, sed prius naturā producatur quàm existat: posteriùs autem ordine naturæ habebit quidem existentiam, sed habebit illam à forma à qua omnem actum habet; & ita ante formam nullam habet existentiam; sed per formam habet existentiam totius, vt postea declarabimus. Et confirmatur, quia coniunctio materiæ cum forma est essentialis, hoc est, ex partibus essētialibus, ex quibus id quod componitur est essentia: ergo in ipsa materia, & in ipsa forma nihil antecedit contingens; sed existentia cōtingit rebus omnibus creatis; ergo ante coniunctionem materiæ & formæ nulla antecedit existentia.

Responsio.

Refutatur.
Necessariò ordine naturę priùs est intelligenda materia producta, quā existens cū aliquatenus distinguatur ab existentia.

Existentiā totius habet materia in posteriori naturę, sed à forma iam introducta à qua habet omnē actū
Confirm.

In materia nihil cōtingēs antecedit coniūctionē essentialē, hoc est, ex partibus essentialibus.

11.

2. pars:
De forma ante compositum.
Prob.
Forma non est simpliciter essentia, nec ens.
Confirm. 1.
Existentia non est necessaria ad causalitatē formalem vt lib. 2. c. 61. p. 1.
Confirm. 2.
Forma existētiā recipit ab agente, & prius naturā pro

Quòd autem forma non existat ante compositum, probatur ex simili principio. Nam forma compositi nō est essentia, sed est principium formale essentiæ; ergo non est simpliciter ens: ens autem est quod aptum est esse; ergo forma ante compositum quod est essentia, non potest existere. Et confirmatur ex altero principio, quia existentia non est necessaria ad causalitatem formalem, vt docuimus; ergo in illa antecedentia qua forma antecedit compositum, cum ipsa forma non sit simpliciter ens, non erit existens, sed satis est quòd sit producta extra causas. Confirmatur pari ratione. Nam cum forma sit re ipsa distincta ab existentia, & illam recipiat ab agente,

A priùs naturā producitur quàm existat: ergo satis est vt in eodem quidem instanti existat, sed per existentiam aduenientem ordine naturæ posterius, completā priùs essentiā. Hæc enim valde sunt & rationi & Philosophiæ consentanea.

Deinde probatur, quòd natura ante quam compleatur proprietate suppositi, nullam habeat existentiam: quoniam proprietas suppositi cum natura constituit per se vnum, scilicèt Petrum; existētia verò est quid additum & cōtingens; ergo prius ordine naturæ coniungitur
B natura ipsa cum supposito, quàm cum existentia. Et conficitur simile argumētum priori. Natura enim creata quæ antecedit hypostasim, in illa antecedentia non exigit existentiam; ergo nullam habet. Nam adhoc vt producatur natura priùs quàm suppositum, non est necesse vt prius existat: existentia autem non concurrit ad cōstituendum suppositum; nam humanitas existens non constituit solum Petrum, sed Petrum existentem, quæ duo sunt, scilicèt Petrus & existens,
C vt comprobauimus; ergo cum constitutum humanitatis sit solūmodò Petrus, humanitas est quę Petrum constituit, nō verò humanitas existens.

Adhùc probatur, quoniā natura materialis ante suppositum non subsistit; subsistere autem, vt diximus, est quidam modus entis, vt possit per se existere, non pendens ab aliquo in quo sit: ergo natura materialis quæ habet subsistentiam à supposito, ante suppositum nullo modo existit. Probatur quoniā ante suppositū adhùc non est perfecta & completa natura, & adhùc nō subsistit; ergo adhùc non existit. Et confirmatur quoniā
D suppositum est id quod est, natura verò est qua suppositum est tanquam principio existendi; existentia enim consequitur formam: ergo sicut humanitas ante suppositum non potest operari, neque velle aut nolle, ita neque existere. Iterum confirmatur, quia aliàs poterit natura existere sine supposito; cum enim existentia sit summa rei perfectio, si humanitas ante suppositum iam existit, quod est maximum, quare non habebit alia naturę ornamenta? nam & accidētia non aliàs pendent à supposito, nisi quatenus à natura pendent. Si ergo ipsa natura non pendet à supposito quin antecedat existens; poterit quoque antecedere

ducitur, quàm existat: vnde nō existit nisi completā priùs essentia.

12.

3. pars:
De natura ante proprietatē suppositi.
Probatur. 1.
Ea proprietas constituit vnū per cū natura, existētia verò est quid additū, & cōtingens.
Probatur 2.
Nō est necessaria existētia adhoc vt natura prius producatur, quā suppositum
Humanitas cōstituit Petrū
Humanitas existens Petrū existentem

13.

Probatur.
Natura materialis ante suppositū non est subsistens & cōpleta natura, & subsistentiam autem sit vnū quod q; capax vt existere possit per se.
Confirm. 1.
Suppositum est id quod est & operatur, natura verò est qua suppositum est & c
Confirm. 2.
Sequeretur naturam posse existere sine supposito, quia sicut existētiā alia ornamēta haberet, & accidentia ante suppositū, cū illa ab hoc nō pendeant nisi natura pendeat ab eodem.

tecedere cum alijs accidentibus ipsum suppositum: quare priùs in humanitate erit facultas visibilis, quã in Petro. Profectò nulla ratio poterit assignari quare humanitas existens antequam assumeretur, non possit manere ita separata absque omni suppositó; quod enim est priùs non pendet à posterioribus; & quod existit priùs potest sine posterioribus existere. Probatur, quoniam quod existit priùs nõ pendet à posterioribus, aliàs illa priùs existunt; quod enim pendet non est prius cum sit effectus: illa ergo existentia quam habet humanitas ante suppositum, cum non pendeat ab illo, poterit manere in natura separata; erit ergo humanitas sine suppositó quæ prædita sit vi intelligendi & appetendi; & illa quidem perfectius indiuiduum, quàm Petrus vtpotè simplicius; & loquetur humanitas non loquente homine, quæ absurdissima sunt, quantumuis crediderit esse possibilia Thomas Caiet. 3.p.q.4.ar.2. ad 4.Scoti.

A

Quod existit priùs potest sine posterioribus existere, Ostenditur.

Denique illud refellitur, quòd existentia totius suppositi componatur de partium existentijs. Quoniam nõ ita se habet existentia ad existentiã, sicut pars ad partem; verbi gratia, materia est potentia, & forma est actus: at verò existẽtia materiæ & existentia formæ, vtraque est actus; non ergo hæ duæ existentiæ efficiunt vnam compositam ex potentia & actu. Sed neque efficiunt vnam continuatione partium; nam existentia materiæ & existentia formæ cum inueniantur in subiectis actu diuisis, scilicèt materiâ & formâ, sunt actu diuisæ; ergo non efficiunt vnum quasi continuum. Oportet ergo comminisci fictam aliquã compositionẽ, qua existentia totius cõstet existentijs partium. Quòd si illa non est cõposita, aut nulla sane est, & ita nulla erit existentia totius; sed dũtaxat existet totum, quia habet partes existẽtes; quod non est verosimile; potiùs enim partes existunt per existentiam totius: at verò totum quod est species & essentia, maximè existit per existẽtiam suam. Aut est existentia totius omninò distincta ab existentijs partium, quare partes nõ existent per illam, quod est æquè improbabile. Probatur autẽ sequela, quoniam si partes habent suas existentias, quid adhùc existunt per existentiam totius? Quid enim semel atq; iterum existunt; vel enim prior existentia nõ erat sufficiens, vel secũda est superuacanea: neque enim potest fingi vt existenti superueniat existere; nisi per accidens, superueniente specie accidentis, quæ suã existentiam afferat.

B

Ex oppositó sequela, quòd humanitas erit perfecti' indiuiduũ, quã Petrus, vt pote simplici' & loquetur nõ loquẽte homine, quę sũt absurda, nat etiã impossibilia cõtra Caiet.

14.

4. Pars de existentia suppositi.

Prob. 1.

Existentia materiæ, & existẽtia formæ vtraq; est act', & sic non faciunt vnam cõpositã ex potẽtia, & actu.

Ratio.

Denique probatur, quoniam si composita est existentia totius ex existẽtijs partium, partes quidem suppeditant esse toti composito; nõ ergo accipiunt esse ab illo: neque enim quod dant accipiunt, hoc quippe impossibile est. Nos verò dicimus compositum quod primò existit, causam esse partibus vt existant; sicut illæ sunt causæ composito vt concrescat, & sit integra essentia. Et ita sunt sibi quidem mutuæ causæ, sed secundum diuersa, non secundum idem.

C

Dicendum ergo est cum S. Thom. 3. p.q.17.art.2. quòd partes substantiæ, & ipsa natura existunt per existentiã suppositi. Itaque ordo naturæ hic est: creatur materia; vel creata iam, designatur actione agentis: deinde producitur forma: tertiò coniunctione vtriusque producitur indiuidua natura; quæ quia absque proprietate adhùc est incompleta, adueniente proprietate cõstituitur suppositum; & omnia hæc antecedunt existentiã ordine naturæ: nam omnia hæc continentur in conceptu Petri, qui proculdubio antecedit existẽtiam; ea quippe extra conceptum Petri est: est ergo existẽtia primus actus suppositi. Quibus fit vt partes naturæ existant per existẽtiam totius completi, quod est suppositum. Et omnia hęc inter se apta sunt & cohærent; vera enim consonant veris.

D

Probatur opinio ista argumento vno & altero accepto à S. Thoma loco eodem. Vnius enim entis vna est existentia; sed Petrus est vnum ens; ergo in hoc vno ente vna est existentia. Itaque quoniam partes substãtiæ sunt partes vnius per se entis; & natura non est perfectum ens, quia non est id quod est; suppositum autem siue Petrus est vnum ens, vna est Petri existentia, qua existũt omnia quæ per se constituunt hoc vnum ens. Et cõfirmatur, quoniam si partes priùs existerent, constituerent vnum per accidens, quod intelligendum est, si constituerent quatenus existẽtes sunt; nam forma existens est ens per accidens; quia non est ens vnum sed duo, scilicèt forma, & existens; ergo si partes existentes componerent,

Existẽtia non superuenit existẽti, nisi aduenientẽ accidente.

15.

Probatur 1.

Cõpositũ est causa partibus vt existãt; sicut illæ cõpositó, vt concrescat.

16.

5. pars instit. asserta, *ex S. Thoma*

Partes substantiæ & ipsa natura existunt per existentiã suppositi.

Declaratur

In productione suppositi existentis, 1. creatur materia, & actione agentis designatur. 2. producitur forma 3. indiuidua natura coniũctione vtriusq; partis. 4. adueniẽte proprietate fit suppositũ, 5. aduenit existentia.

17.

Probatur 1. *ex S. Thoma* fundamentó de quo in diuisione cap.

Vnius entis vna est simpliciter existẽtia, Petrus verò est vnũ ens.

Confirm.

Forma existens est ens per accidẽs; vnde si existẽs componit, cõponit vnũ per accidẽs

Obiect. Occurritur. Anima rationalis cõponit quatenus est simplex forma quatenus verò præexistit suã existentiã cõmunicat corpori.

nerent, componerẽt vnum per accidẽs. Anima verò rationalis quæ ante compositionem totius subsistit & existit, nõ componit quatenus existit aut subsistit, sed componit quatenus forma simplex est: & quatenus præexistit, trahit totum ad suam existẽtiam, vel potiùs suam existentiam communicat corpori, cui coniungitur vt dicemus.

18.

Probatio 2. Suppositum existit simpliciter per existentiã substãtialẽ totius; p accidẽtia verò secũdum quid.

Secunda ratio est, quoniam suppositum per existentiam substantialem simpliciter existit, per accidentia verò existit secundum quid; scilicèt existit albus aut musicus: si ergo partes substantiæ, afferrent supposito aliquod esse distinctum ab esse totius, illud esset secũdum accidens, verbi gratia Petrus sine albedine existit simplicitèr, & sine manu existit simpliciter; albedo autem affert secum existere; quare necesse est vt illud quod affert sit esse secundum quid: nam ante albedinem existit simpliciter; ergo adueniente albedine non iterum existit simpliciter, sed existit secundum quid, scilicèt existit albus: ergo si partes substantiæ haberent esse distinctum, per illud esse existeret Petrus secũdum quid.

Hoc declaratur exemplo albedinis.

Probatur. Probatur, quoniam per esse totius existit simpliciter; ergo per esse partium existeret secundum quid: sicut ergo manus quæ est pars substantiæ non habet existentiam distinctam; ita neque materia aut forma. Verum est quòd in suppositis per se diuisibilibus vt in ligno, partes integrantes habent quasi partialem existentiam, per accidens extẽsam & commensuratam. Sed perpetuò hoc est verũ, vnius suppositi vnam esse simpliciter existentiam.

In suppositis per se diuisibilibus partes integrantes habent existẽtiã quasi partialẽ per accidẽs extensam & cõmensuratam.

19.

Probatur 3. Et probatur ducto argumẽto ab arg. S. Th. nã si partes essẽtiales habẽt distinctas existẽtias, illæ ipsæ existẽtiæ ad suppositum pertinent; fingi enim non potest quòd aliquid sit in suppositò, quod ad illud non pertineat: cum ergo suppositum per existentiam materiæ aut formæ non existat simpliciter, cõficitur vt per istas existentias existat secundum quid; quod est valde absurdum: vel dicendum est partes habere suam existentiam, & non præbere illam suppositò cuius est, quod non minùs alienum est à ratione; cum nihil sit in suppositò quod non pertineat ad illud.

Omne quod est in suppos. ad illud necessariò pertinet. Illatum, Aut qđ suppos. existãt secundum quid per existẽtias partiũ: aut quòd partes non cõmunicent suã existentiã suppositò.

20.

Ob. per cõseq. Quòd si obijcias, partes integrantes habere existentias quasi partiales, & tamen suppositum non existere per illas secũdum quid sed simpliciter; & ita partes essentiales posse habere existentias, quibus suppositum existat simpliciter. Neganda est consequentia; nam etsi fingeremus existentiam suppositi materialis esse extensam per se in partibus integrantibus, & in se ipsa habere partes (quod tamen est falsum cum sit duntaxat extensa per accidens per coniunctionem ad rem extensam) adhùc tamen sic extensa esset vna existentia simpliciter continuitate vna, sicut ipsum suppositum est continuitate vnum. At verò ex ipsis existentijs partũ essentialium, non potest fieri existentia cõtinuitate vna, vt antea probauimus, quæ tota existentia sit simpliciter suppositi: quare necesse est vt præter existentiam suppositi, sit existentia materiæ distincta, qua suppositum non sit simpliciter, sed secũdum quid. Vt ergo partes substantiæ coalescant in vnũ ens simpliciter, necesse est eas nõ habere existẽtias distinctas: quare neque partes integrantes habent distinctas existentias, scilicèt actu diuisas; licèt habeant existentiam per accidens extensam, cum forma extensa.

Ex his consequitur humanitatẽ Christi non habere existentiam creatam, sed diuinam per vnionem hypostasis; quia vnius entis, & vnius hypostasis vna est existentia: & quia aliàs Verbum secundũ humanitatem non existeret simpliciter, & esset humanitas accidens, si humanitas afferret secum existentiam, vt docet S. Thom. 3.p.q.17.ar.2. Sed hę rationes etsi præclaræ sint, & quas credimus secundum se ex principijs necessarijs inchoatas firma niti consequentia; tamen non conuincunt intellectum ad phãtasmata respicientem; neque faciunt conclusionem scitam sed probabilem, vt obseruat Thom. Caiet. 3.p.q.17.ar.2. quod tomo 4. disputabimus.

à pertibus integrantibus ad essentiales.

Respond ne gando consequentiam.

Existentia partium integrantium dato quòd esset per se extẽta, esset simpliciter vna cõtinuitate

Secus de partibus essentialibus, vt n. 14.

Vt partes substantię coalescant in vnũ ens simpliciter, necesse est eas nõ habere existentias distinctas.

21.

Corol. Humanitas Christi nõ habet existentiã creatam, sed diuinã per vnionẽ hypostas.

Ratio 1.

Ratio 2. *S. Thom.*

Hę rationes solùm faciunt conclusionem probabilem.

Caiet.

PARS SECVNDA.

Existẽtia hominis est eadem anima existẽtia: estq; actus vltimus suppositi.

1.

1. sent. nõ distinguentium existentiã ab essentia, ait existentiã hominis esse simpliciter materialem.

DE existẽtia hominis opus est separatim disputare, vt intelligamus illã quoque esse actum vltimum suppositi. Quidam aiunt existentiam hominis esse simpliciter materialem: nam immateriale

Soar.in met. d.31.sect.11 num.14.

riale dicitur quod nullâ materiâ concre A tum est; & cum existentiam ab essentia non discernant, dicunt existentiam simpliciter materialem, sicut & essentiam: quo eodem pacto dicent simpliciter corpoream, quia incorporeum negat omnem corporis coniunctionē. Sed hi certè Doctores solo nomine existentias ponunt, & possunt supersedere à quæstionibus existentiæ. Nam dictum putant de existentijs, quicquid de essentijs dicimus, solis nominibus commutatis.

Fund est. essentiam hominis nō esse immaterialē ob naturā negationis.

2.

2. sent. distinguentiū vtrāque ex natura rei, idem ait.

Qui verò ex natura rei siue modaliter, siuè formaliter distinguunt existentiam ab essentia, & distribuunt essentialibus partibus partiales existentias; vnā existentiam ponūt compositam ex duabus, quæ etiam dicenda sit materialis & corporea simpliciter; quia immaterialis & incorporea non sit; siquidem ex parte altera materialis sit: negatio autem hoc quoque remouet vt sit secundū partem materialis; neq; enim homo immaterialis est, sed simpliciter materialis, quia secundum partem cōstat materiâ. Hi quoque faciunt physicam quandam compositionem existentiæ impossibilē; in qua etiam illud sit portētum opinionis, vt constet illa existentia ex alia materiali, & alia spirituali; neque enim negabunt animę existentiam esse spiritualem.

Fund. est ipsam existētiā nō esse immaterialē ob naturâ negationis.

Hęc sent. improbatur eò quòd facit compositionē existētiæ impossibilē, imò cōstantis ex alia spirituali, & alia materiali.

At verò secundū sententiā S. Thom. quòd totius suppositi sit simplex existētia, posset quis opinari in homine esse existentiam totius, prętер existētiam animæ; & hoc esse in homine singulare, eò quòd anima sit immortalis, & quę per se existat, vt inueniantur in supposito existentię duæ, alia immaterialis, alia materialis. Vel etiam quòd existentia totius sit composita ex ipsa existentia animæ, & aliquo addito.

3.

Ex fūdamēto *S.Thom.* de quo nu. 17. 3. sententię. in homine aliam esse existentiam totius prater existentiam animæ.

Ioan Scot. in 4. dist. 43. quæst 1. & in quodlib. q. 9. probat necessariò distinguendam esse existentiam hominis ab existentia animæ; quia existentia hominis intereūte homine desinit esse, imò corrumpitur; neque enim manet extra causas esse hominis; cum tamen esse animę maneat, & corrumpi non possit. Versat quęstionem cum Scoto. Thom. Caiet. cap. 5. de ente & essentia, atque existētiam hominis esse quid alterioris ordinis quàm homo, & non causatum neque pēdens à corpore; sed hominem participare illud esse ab anima. At verò S. Th. loco eodem ait esse hominis esse vnum; & illud resultare ex anima & corpore; quod autem resultat ex partibus pendet ab illis, estque ab illis causatum. Itaque ait S. Thom. illud esse pendere à corpore, sed secūdū quòd est animæ nō pēdere à corpore. Quare difficile intellectu est, quid sit statuendum de re ista.

4.

Hæc est sent. *Scot.*

Fundamētū Existentiā hominis intereū te homine corrumpi.

Caietan. cōtra ait eam non pendere à corpore.

S. Thom. ait eā resultare ex anima, & corpore; itaq; ait eā pēdere à corpore, sed nō secundū quod est animæ.

5.

Assertio 1. Existentia hominis est eadem existentia animæ.

Probatur 1. Quòd suppositū existat secundū quid substātiali existētia, implicat

Probatur 2. ex eo fund. de quo n. 3.

S. Thom.

1. locus.

Primò dicendum est simpliciter, existentiam hominis esse eandem animæ existentiam. Probatur, quia quocunque modo, siue ob quamcunque causam ponas in supposito existentias duas substantiales, suppositum existet secundū quid substantiali existentia, quod implicat dictum: nam existentia substantialis est, qua simpliciter existimus; existere autem secundum quid, est per accidens existere. Prætereà vnius entis vna est existentia, quod vel vniuersim est verum, vel de Christo Domino non asserendum. Et hæc est sententia S. Thom. in 1. d. 8. q. 5. art. 2. ad 2. his verbis. *Neque per coniunctionem corporis efficitur ibi aliquod aliud esse; imò hoc ipsū esse quod est animæ per se, fit esse coniuncti.* Et prima p. q. 76. artic. 2. ad 5. apertè docet, quòd esse animæ communicatur materiæ, & esse totius hominis est esse animæ. Neque contraria docet ca. 5. de ente & esent: vbi etiam docet, quòd illud esse resultans ex partib⁹, est esse animæ, & quòd non pendeat à corpore prout est esse animæ.

2. locus.

3. locus, explicādus ex num. 10.

6.

Assertio 2. Existentia hominis non est cōpositaex existentia animæ, & quasi ex parte additaex istentiæ, quæ resultet à corpore.

Probatur 1. euidenter. Omnis existentia est à forma

Probatur 2. Existentia animæ corpori cōmunicata sufficit.

Probatur 3.

Secundò dicendum est, existentiam hominis non esse compositam ex ipsa existentia animæ, & quasi parte addita existentię, quæ à corpore resultet. Probatur euidenter, quia existentia nulla est à corpore sed à forma; ergo in ipso corpore id quod est existentię à forma est: sed existentia quæ ab anima oritur est existentia ipsius propria, qua cum producitur priùs quàm vniatur corpori; ergo nulla particula existentię aduenit ipsi existentiæ animæ quasi à corpore deriuata: aliàs deriuaretur existentia à materia, quod est impossibile. Prætereà hoc esset otiosum, sufficit enim corpori existentia animæ, quæ illi communicatur vt S. Thom. docet. Et adhùc probatur, quia illa existentia esset aliqualiter commixta ex spirituali & corporali, quasi cōplexio quædam & mixtio, quam posuit Auicena in anima rationali

Auicen.

Improbat hoc *S.Thom.*

tionali lib.de semine, & lib.alio de moribus animę;& improbat sententiam illius S. Thom.2.contra gent.cap.67.Nō est ergo credibile, existentiam hominis componi ex spirituali & corporea existentia.

7.
S.Doctoris assertū de quo n.4.explicatur

Illud ergo explicandum iam est,quomodò hoc esse hominis resultet à corpore,& anima. Et ponderandū est quòd in alijs cōpositis materialibus esse existētiæ nō resultat ex partibus essentialibus quasi cōpositū , vt abunde probauimus: quare hoc resultare est pendere vt causatū à causis. Et quia formæ materiales pendent secundū esse à materia,quia nō subsistunt;in his cōpositis, quę constant forma materiali, esse existentiæ pendet à materia,& non solū à forma. In homine autem cum esse sit proprium formæ vtpote subsistētis, & priùs naturâ existētis,videtur quòd nō pēdeat à materia.

Supponēdū.
In alijs cōpositis materialibus esse existētiæ non resultat expartibus essentialibus , quasi cōpositū vt p.1.n.14.

Aduertendum tamen est,quòd existētia animæ cōmunicata corpori,acquirit modū realem quem anteà nō habebat: nam coniunctio noua indicat nouū modū realem;& existentia sic cōmunicata, dicitur esse hominis siue existentia hominis.Et hac ratione diximus anteà existentiam hominis esse ipsam existentiā animæ cum quodā augmento; nō quasi addita parte existentiæ, sed addito solo modo reali; qui est coniunctionis & cōmunicationis proprius: & quoad hunc modū existentia hominis pendet à corpore,sicut de ipsa anima diximus secūdū informationē pendere à corpore. At verò quoad modum loquendi,esse hominis indicat totū hoc , scilicèt existētiam animæ coniunctā cum corpore.Imò indicat existentiā coniunctam cū corpore & anima.Nam in hoc nullū est discrimē existentiæ hominis & aliorū compositorum ; quia in omni cōposito existētia est coniuncta cū vtraque parte cōpositi,scilicèt cum materia & forma. Discrimen solū est, quòd existentia coniuncta cum anima rationali,est propria illius;&ideo separatâ materiâ manet existentia in anima.

Existentia animæ cōmunicata corpori, acquirit modū realē denuò.
Ostenditur.

Soluitur ratio dubitandi.
Quoad hūc nouū modum existentia hominis pendet à corpore.

Ipsa anima secundū informationē pendet à corpore.

Conueniētia existentiæ hominis cum alijs compositis,quòd sit cōiuncta cū vtraque parte compositi.
Discrimen.

9.
Consect. 1.
Existentia aliorū compositorū pendet à partibus cōpositi,vt à causis physicis, quia

Ex his autem duo consequuntur.Primum,existentiam aliorum compositorū pendere à partibus vt à causis physicis ipsius existētiæ;quia pēdet ipsa existētia à materia,à qua pendet forma. In homine autem non pendet existentia à materia, sed à sola anima, quia anima non pendet à materia; & existentia ipsa animæ quæ sola coniunctione fit existentia hominis,de sola anima producitur non de vlla materia;sicut & anima de materia non producitur, sed antequam materię coniungatur fit & existit: ergo ipsa entitas existentiæ hominis non resultat à composito siue à partibus componentibus,neque pendet ab illis,sed à sola anima resultat à qua fit.

pēdet à materia,a qua pendet forma.
Anima antequā materię cōiungatur,fit& existit.

10.
Consect. 2.
Existentia cuiusque cōpositi secundū quòd cōiungitur cū partibus cōpositi,ab ijsdē resultat, seu pendet.

Aliud consectariū est,existentiam cuiusque cōpositi secundum quod coniungitur cū partibus cōpositi,ab ijsdem resultare siue pendere: quod enim pendet ab alio, est effectus consequens , & ideo dicitur resultare quasi consequi, sicut anima rationalis secundum vnionē , qua corpori copulata est, pendet à corpore. Quo pacto existentia ipsius hominis secundū quod cōiungitur cū corpore & anima ab vtroq; resultat,& ab vtroq; pēdet,& est ab vtroque causata; quod planissime affirmauit S.Thom.c.5.de ente & essentia , & hoc indicat in lib. 1.sent. d.8.q.5.ar.2.ad 2.dūait quòd esse animę fit esse coniuncti; quod enim fit , aliquid habet noui;& quod fit coniuncti , aliquo modo pendet à cōiuncto. Et idē innuit 1.p.q.76.ar.1.ad 5. dum ait esse animæ cōmunicari corpori.Nam si esse animę, esset idē esse hominis, per hoc duntaxat quia anima est hominis, nulla facta coniunctione existentię cū corpore;nō verè diceretur existentia cōmunicari corpori;neque corpus existere,sed esset alicuius existentis. Imò & supposito necesse est cōmunicari existētiam cūipsa animaquę illi cōmunicatur. Ergo esse hominis ab esse animę non solū distinguitur per hoc quod est esse istius aut illius, vt Th. Caiet.loquitur , sed per hoc reale quod facta coniunctione accrescit,scilicèt per modū realem,quo esse animę coniungitur corpori; qui modus perit facta diuisione.Et fortè Caiet.hoc idē voluit,quia in hoc quod ait esse istius aut illius , includitur modus realis diuisionis,quo fit istius aut illius.

Exemplum.
Hoc modo existentia hominis,&c.
Probatur ex *S.Thom.*
1. locus.
2. locus.
3. locus.
Declaratur.
Vt esse animæ sit esse hominis,necesse est quòd ipsū esse coniungatur corpori , imò & suppositō,simul cum ipsa anima.

Explicatur *Caiet.*

11.
Ad fund.
Scoti
ex dictis.

Argumentū autē Ioan. Scoti refellitur his statutis;quia esse hominis formaliter definit esse secundū illū modū realem additū coniunctione cū copore;qua coniunctione dicitur esse hominis : sed res illa quæ est esse hominis, scilicèt existentia,manet,solo extincto modo reali coniunctionis.

Intereunte homine eadē res quæ est existentia hominis,manet, sed esse hominis formaliter, definit esse.

12. Difficultas, Quòd videatur sequi naturam compositã antesuppositum existere.

Hinc oritur alia difficultas, nam existẽtia animæ rationalis cõmunicatur corpori; qua existentia communicata, natura composita ex anima & corpore existit: impossibile enim est vt corpus communicatâ existentiâ non existat; consequens autem est vt natura composita ex existentibus existat, scilicèt ante suppositũ, quoniam ante suppositum informatur corpus anima existente: sed hoc dubium vno verbo diluitur, negando ante suppositum cõmunicari corpori existentiam: anima enim informat corpus formaliter per se ipsam, non per existentiã suã; & informando substantialitèr, non cõmunicat illi existentiã, neque hoc potest intelligi; informatio enim substãtialis est prior actus antecedens cętera: illius informationis effectus primus est natura cõposita; & cum sit effectus primus necessariò antecedit existentiã: naturã cõpositam statim, & absque medio consequitur suus terminus, nempe suppositi proprietas; ex qua & natura ipsa constituitur suppositũ vt proprius ac primus effectus naturæ & proprietatis terminantis naturã; neque vllus datur locus existentię in tota hac constitutione: tunc ergo constituto suppositio existentia animæ cõmunicatur supposito, & corpori per suppositum; vt existẽtia sit semper vltimus actus. Sed quia existentia suppositi humani est ipsa existentia animæ rationalis, vt cap. sequenti declarabimus, ideo existentia animæ rationalis dicitur communicari corpori non habẽti existentiam suam; quamuis hanc eandem habeat à suppositio; ab anima autẽ vt à principio quasi formali illius existẽtiæ, cuius est propria existentia.

Respons. Ante suppositũ non cõmunicatur corpori existẽtia.

Declaratur, vt p. 1. n. 16.

B

Existentia cõmunicatur corpori humano à suppositio, ab anima verò vt à principio quasi formali; existentiæ.

C

PARS TERTIA.

Accidentia perfecta singulis existentijs sunt affecta.

D

1. Certum, accidentia existere per existentiam suppositi, vt p causã realẽ à qua pẽdent

Quęst. de titulo.

1. sent. titulo opposita

Videtur nõ improbabilis.

HAc constituta sententia, quòd partes suppositi per eandem existentiam existant, cõiuncta est alia quæstio, an accidentia quoque existant per eandem? Neque verò est dubium accidẽtia existere per existẽtiam suppositi, vt per causam realẽ à qua pendẽt, quod postea erit declarandũ. Sed modò inquirimus vtrũ accidentia suas habeant existẽtias, an verò satis illis omnibus sit vna existẽtia suppositi. Pars affirmans videtur nõ esse improbabilis; potest quippe videri A ratio non disimilis de partibus suppositi & accidentibus. Sicut enim partes suppositi nõ sunt id quod est, sed ex quibus suppositũ est, ita accidentia absolutè non sunt id quod est, sed sunt formæ quibus suppositũ est album aut musicũ; non ergo accidentia exigunt sibi existẽtis, quibus existant: nam quod habet existentiã, simpliciter existit; accidẽtia autẽ non simpliciter existunt; non ergo habent existentias suas. Et exemplum facit rem magis verosimilẽ; nã humanitas Christi per hoc quòd coniungitur suppositio existenti existit; ergo & hoc satis est vt accidentia dicãtur existere, quod cõiungantur existenti. Quamobrem non esset dicendũ existentiam suppositi esse formã accidentium sicut est actus suppositi; sed esse formam, siue actũ suppositi cũ quo accidentia cõiuncta existerẽt. Istam opinionem sequutus est Domin. à Soto vir sapientissimus 1. Physic. q. 6. quã nos exẽplo & ratione elucidauimꝰ.

Probatur.

Confirm. 1.

Quam qui vellet sequi opinionẽ, duo oporteret attendere in mysterio Eucharistię. Primum quòd nullo modo manet ibi existentia panis, quę est proprius actus suppositi & non accidentium: quare sublato suppositio non manet eius actus proprius; neque id potest intelligi. Alterum quòd sit data quãtitati sacramẽtali noua existentia, siquidèm illa existentia panis sublata est; neque hoc est non verosimile: nam cum quantitas eam habeat naturam, qua potest separari à subiecto; id quoque habet vt separata à subiecto sit capax existentiæ, qua per se, hoc est, sine subiecto existat: non tamen illa quãtitas est substantia; quia semper apta est in subiecto.

Confirm. 2. exẽplo humanitatis Christi coniũctæ suppositio.

In hac sent existẽtia esset actus siue forma suppositi, nõ accidentiũ

Soto.

Nihilominus cõtraria sententia probanda nobis est. Primò ratione petita à S. Thom. 3. p. q. 17. art. 2. Nam partes eò quòd coeunt in toto ad conficiendũ ens simpliciter, illâ existentiâ existunt qua suppositũ simpliciter existit: accidentia verò, quia nõ pertinẽt ad hoc vt suppositũ simpliciter existat, non eandẽ habẽt existentiã suppositi, sed suas peculiares & imperfectas existentias. Et quia Christus Dñs humanitate simpliciter existit sicut & subsistit; idcirco quẽadmodũ vnâ subsistentiâ relatiuâ subsistit in naturis duabus; ita vnâ existẽtiâ existit in naturis duabus; quæ est S. Doctoris ratio maximè elegans.

2. In eadẽ duo attendenda in mysterio Eucharistiæ.

1. quod nõ manet ibi existentia panis

Ratio.

2. quòd quãtitati sacramẽtali datur noua existentia sublatâ aliâ panis.

Ratio verosimilis ex separabilitate quãtitatis.

3. 2. sent. in tit. asserta.

1. Probatio *ex S. Thom.* Partes coeunt in toto ad cõficiendum ens simpliciter. accidentia nõ pertinent ad hoc vt suppositũ simpliciter existat.

Confirm. Christus humanitate simpliciter existit, sicut & subsistit.

Hoc

4.
Declaratur Accidentia sũt quædam essentiæ, & species suo genere cõpletæ; forma vero quæ dat speciẽ, dat existentiã.

Hoc verò vt intelligamus explicatiùs, id quoque aduertendum est, accidentia esse quasdam essentias & species suo genere completas; ergo suas habent existentias: existentia enim sequitur essentiam, & eadem forma quæ dat speciem dat existentiam speciei; quare sicut ex corpore & albedine coniunctis id quod coniunctum est, est ens per accidens ex duobus entibus completis; ita est adiectio quædã existentiæ accidentis ad existentiam suppositi; & nõ est eadẽ existẽtia. Et confirmatur, quęcũque enim existunt per existentiam suppositi, quodãmodo subsistunt; est quippe ea existẽtia subsistentium; ergo quę adueniunt subsistenti, aliud genus existentiæ postulãt.

Confirm. 2. Quę existunt per existentiã suppositi, quodãmodo subsistũt, cum sit ea existẽtia subsistentium.

5.
2. Probatio, *ex S. Thom.* Accidentia existunt per substantiam tanquã per causã quasi efficientem, nõ formalẽ, quia pẽdẽt ab existente.

Exemplum proprietatum

Nulla causa creata efficiẽs potest cõmunicare suã propriam existentiam effectui: quia illa est prior.

Confirmatur.

Postremò idem probatur argumento alio S. Thom. 4. contra gent. cap. 14. Accidentia enim existunt per substantiam tanquam per causam, non formalem vt liquet, sed quodãmodo efficiẽtem; quia pendent ab existente, vt postea declarabimus; quod maximè cernitur in proprietatibus à natura specifica ortis: ergo necesse est quòd accidentia afferant secum nouum esse, & nouam existentiã quę est terminus actionis; nulla enim causa creata efficiens potest communicare suam propriam existentiam effectui; quia existentia causæ antecedit existentiam effectus; & anima quidem rationalis trahit corpus ad suam existentiam in genere causę formalis, sed nullo modo in genere causæ efficientis. Cum ergo existentia accidentium sit aliquis effectus existentiæ suppositi; non est profectò existentia eadem. Et confirmatur, quia suppositum antecedit existens, & concurrit saltem in aliquo genere causæ ad hoc vt accidentia existant; ergo cõcurrit ad existentiam accidentis; ergo illa est distincta ab ista.

6.
Ad prob. contrariam.

Ex dictis à n. 3. patet discrimen inter partes substantiæ, & accidentia ad hoc vt p eandem suppositi existentiã vel diuersam existant.

Discrimen verò inter partes substantiæ & accidentia perspicuum iam erit. Illę enim conueniunt ad ens per se vnũ, & subsistunt in suppositо; & non sunt essentiæ aut species: ergo existunt per existentiam vnius per se entis, quæ est existentia subsistentis, & non habent existentias peculiares: accidentia verò quę non veniunt ad ens per se vnum, quę nõ subsistunt, non habent existentiam suppositi; & cum sint species quædam siue essentiæ; & superadditæ suppositо existẽti; necesse est suas afferant existentias.

A Cum autem dicitur quòd si accidentia haberent suas existẽtias, simplicitèr essent entia: negandum est; nam accidẽtia possunt considerari collata cum his, quæ in ipsis accidẽtibus meditamur; quo pacto cõsiderantur vt id quod est: sed hoc quoque accidit accidentibus, cũ suapte natura sint formæ adhærentes subsẽtię: quia priùs naturâ coniunguntur cũ substantia, quã existũt, vt dicemus. Et ideo accidẽs consideratũ in se ipso est quoddam ens habens existentiam. Sed absolutè non est ens, quia suapte natura non est id quod existit, sed in alio existit. Aiunt ergo in prima consideratione cerni B analogiã proportionis, siue solã similitudinẽ: quia accidẽs imitatur substãtiam, quia est habẽs existẽtiã. At verò in collatione posteriori, qua accidẽs cõsideratur vt forma adhærẽs substãtię, dignosci analogiã attributionis, quia accidẽs non est simpliciter ens sed entis, vt ait Arist.

Vt auem adhùc curiosis inseruiamus, videndum est quantum & quatenus existentia accidentis à suppositо pendeat; & in quo genere causæ. Primum autẽ dicendũ est, accidentia (excepta relatione filiationis, quæ proximè cõiuncta est cũ C suppositо) proximè esse coniuncta non cum suppositо, sed cũ natura substãtiali; qua media coniunguntur etiã suppositо principaliter: neque enim conueniũt naturæ sed suppositо, quod est album & musicũ; natura verò neque alba est, neq; musica. Et ratio hoc suadet, suppositum enim est quod primò existit, & proximũ existentiæ subiectum, qua ipsum suppositum completur; accidentia autem sũt quasi species additæ speciei substantiali; & vel ab ipsa natura substantiæ profluunt, vel ex ipsa deducuntur tanquam D de potentia passiua in qua sunt; suppositum autem non est subiectum de cuius potentia accidentia educantur, nisi ratione naturę: coniunguntur ergo accidentia proximè cum natura, sicut forma cum materia: filiatio verò quia sequitur existentiam, quæ est terminus vltimus generationis, est propria forma suppositi: & antecedit ordine naturæ omnia alia accidẽtia. Vnde S. Th. 3. p. q. 35. ar. 5. in 3. d. 8. q. 1. art. 5. quodl. 1. art. 2. & quodl. 9. n. 4. colligit filiationẽ generationis humanę nõ esse in Christo relationẽ realẽ, quia suppositũ vtpotè diuinum nõ est capax relationis creatæ, quæ in gene-

Ad confirm. 1.
Accidẽs cõsideratũ in se ipso, considerat ur vt id quod est, & est ens.
Absolutè nõ ita; quia priùs natura cõiungitur cum substantia, quam existat.
1. modo datur proportionis analogia inter accidẽs, & substãtiam.
2. modo, analogia attributionis, qua accidens nõ est simpliciter ens, sed entis.
Arist.

7.
Dubium 1.

1. Assertio. Accidẽtia, prę ter filiationẽ, coniungũtur proximè cum natura substãtiali, & ea mediante etiã cũ suppositо principaliter.

Probatur Suppositũ est id quod 1. existit: sed nõ est id à quo accidentia profluunt, vel de cuius potẽtia deducuntur, nisi ratione naturę

Filiatio, quia sequitur existentiã, est propria forma suppositi, & antecedit omnia alia accidentia.
1. Illatum *S. Thom.*
Filiatio humana in Christo non est relatio realis.

2. Illatum: Aduenientepro prio suppositoaduenirerealis relatiofiliationis.

ratione humana fundatur, Ex quibus etiam colligimus, quòd si humanitas dimitteretur à Verbo,aduenientepro prio suppositoaduenirerelatio; & esset ille homo filius Virginis.

8.

Oseruãdũ 1. Accidentiaper ipsam naturã pendent à suppositoin genere materialis.

Post hęc obseruandum est,quòd accidentia per ipsam naturam pendẽt à suppositoin genere causę materialis: suppositum enim est,quod recipit,& receptaculũ est naturæ. Et ita appellant subiectum quod,& subiectum quo.Sed adhùc pendent accidẽtia à suppositoin alio genere causæ,quod est attentiùs considerãdũ.Accidentia enim ex propria ratione quà accidentia sunt,aduenium existẽti, vt docuimus: ergo ex intima ratione pẽdent ab existente;existẽtia autẽ est propria suppositi; & ideo accidentia peculiari quadã ratione à suppositopẽdẽt secundũ esse. Inquiramus ergo quo genere causę?Certè in genere causæ efficientis videntur pendere à suppositoexistente. Nam ipsa existentia pertinet ad illud genus causæ quo accidentia pẽdẽt à suppositoexistẽtia autẽ ad solũ genus causę effectricis pertinet.Cum ergo cõpertũ sit accidentia pendere ab existente;non in genere causæ materialis, quia materia non concurrit vt existens; neq; in genere causæ formalis, quia ipsa accidentia sunt forma:quod autẽ recipit accidentia materia est,scilicèt subiectum; ergo in hoc quòd accidentia pẽdent nõ solũ à substantia,vt substantia est,sed etiam vt existẽs est;pendentquodãmodo ab illa in genere causæ efficientis.Quod ratio philosophica persuadet, quia accidentia sunt quędã participatio substantiæ,& aduenium substantię existenti;ergo in genere causæ efficientisparticipãt illã, per hoc solum quia pendent ab existente. Accidentia ergo propria nõ solũ emanant ab existentia suppositi, sed ab ipsa forma quã suo modo participant & imitantur: accidentia verò cõmunia à sola existentia suppositi pẽdent,causalitate quadã imperfecta efficientis causæ.

B

C

D

Probatur 1. Non solù pendent à substãtia vt sic, sed vt existẽs est, cũ ex propria ratione aduenianexistẽti.

In hacconsider pendet à substantia, vt à causa tãtum efficiente.

Materia nõ concurrit vt existens.

Accidentia ipsa sũt formę.

Probatur 2. Accidentia sũt participatio substantiæ existentis.

9.

Dubium 2.

Ratio dub. In humanitatedimissaa Verbo solum suppositum mutaretur.

S.Thom.

Ex quibus venamur intelligentiã rei satis difficilis, quomodò scilicèt manerent accidẽtia eadem in humanitate dimissa à Verbo;nihil enim aliud mutaretur nisi suppositum vt ait S.Thom.in 3. d.5.q.3.art.3.ad 3. & d.6. q.1.art.2. ad 5. Dicendum ergo est quòd non solùm manerent; sed is esset ordo naturæ per causas naturales absque vllo miraculo.

Resolutio. Accidẽtia manerent eadem & absq; miraculo.

Attendendũ igitur est,quod diximus accidentia non coniungi proximè cũ suppositoposito,sed cum natura;hac ergo ex parte mutato suppositonon essent mutãda accidentia,sed manerent:existentia verò accidentiũ non mutaretur,quia & illa proximè fluit à natura accidẽtium,& illis manentibus, eorũ quoq; existentia supereſſet. Quamuis ergo natura humana mutaret existentiam,quia relictâ existentiâ diuinâ obtineret humanam; existentia tamen accidentium eadem esset semper. Hæc ergo natura est causa per se istius accidentis;quia est causa quodãmodo materialis,quę nõ potest mutari. aliàs transiretaccidẽs de suo subiecto in aliud. Existentia verò substantialis est duntaxat causa efficiens existentiæ accidentiũ;causa,inquam per accidens;sicut enim amoto vno igne potest conseruare alius ignis calorẽ eundẽ;ita remota vna existentia naturæ, quæ erat diuina,alia existentia aduenienscõseruaret existentias accidentiũ. Et ita refutatur argumentũ quod cõtra S. Doctorẽ posset quis obijcere.Accidentia pendent à suppositoposito, ergo illo sublato tolluntur. Obsistendum est enim,quoniã accidẽtia pendẽt à suppositotanquã à subiecto ratione naturę;ratione verò suppositi quatenùs existens est,pendẽt vt à causa efficiente: quare sublato suppositocũ natura simul,tolluntur accidentia; sed manente natura, & aduenientealia existentia naturæ in suppositoalio, adhùc manent eadẽ accidentia, vt declaratũ est.

Declaratur Hęc natura est causa p se istiaccidẽtis,quodãmodo materialis:existentia verò substãtialis est causa tantùm efficiensper accidẽs existentiæ accidentium.

Obiectio.

Illud etiam est consectarium, quòd anima rationalis priùs assumpta est à Verbo quàm haberet vlla accidentia, quapropter dixit S. Thom.3.p.q.7.art. 13. ad 2. gratiam collatam animæ Christi fuisse dispositionem consequentem, non antecedentem vnionem:priùs ergo animæ collata est diuina subsistẽtia & existentia; & inde propria effluxerunt accidentia,& cõmunia. Nihilominùs licèt ita factum sit congruo ordine naturæ;potuit anima creari simul cum accidentibus antequam subsisteret;quamuis oppositum credidimus cum commentaremur in 3.p. S.Thomæ. Ratio autẽ suppeditatur ex dictis; nam cum accidẽtia pendeant ab existentia substantiali duntaxat vt à causa efficiente; ablata autem causa efficiente creata nihil deficit virtuti diuinæ; illa coniunctio accidentium

Solutio ex proximè dictis.

Manente natura,& aduenientealia existentia in suppositoalio,manerent eadem accidentia.

10.

Consect. Anima rationalis priùs est assũpta à Verbo quã haberet vlla accidẽtia.

Probatur ex. *S.Thom.* Idpetit cõgruũ ordo naturæ.

Nõ tamẽ est necessariũ de pot.absoluta.

Probatur hoc. Sublata causa efficiẽte creata potuit diuinâ potenti à fieri

coniunctio & existentia accidentiũ in anima ante vnionẽ animæ cũ corpore, & ante existẽtiã ipsius humanitatis; sicut in Eucharistia existunt sine vlla substantia.

Confirm. ex num.9.

Hoc miraculũ creãdi animã cũ sanctitate antequã assumeretur, neq; congruũ erat naturæ, neque gratiæ, quæ tota deriuanda erat ab vnione Verbi.

11.

Aduertendũ Natura nó existit antequã subsistat vnde in casu miraculi esset coniuncta accidẽtibus, sed non esset alba aut sancta, sicut humanitas est natura hominis, sed non est homo.

Obiectio.

Responsio.

In eo casu satis est si albedo habeat suũ effectũ formalẽ in eodẽ instanti, in posteriori tamẽ naturæ, in quo iã suppositũ præsupponitur cõiunctum.

Ostenditur, exemplo formæ angelicæ

cidẽtium cum anima potuit fieri diuinâ potentiâ ante vnionẽ animæ cũ corpore; & ipsę existentię accidentium potuerunt produci, ita vt priùs natura existerent accidẽtia, quã ipsa humanitas; sicut & in Sacramento Sanctissimo existunt sine vlla substantia. Et cõfirmatur, quia si qua esset necessaria colligatio accidẽtium cũ existentia substantiæ, & ita necessaria & intrinseca vt omninò accidẽtia penderent ab illa; dum dimitteretur humanitas, mutatâ existentiâ mutarentur accidentia: effectus enim per se pendens ab aliqua causa, mutatâ causâ mutatur, saltẽ seruato ordine naturæ. Quod tamen est falsum, cũ docuerimus futura fuisse eadẽ accidentia in humanitate illa dimissa à Verbo. Quare nulla fuit repugnantia, si Deus potestate sua vteretur, quin animam Christi cũ sanctitate crearet antequam assumeret; sed id miraculum non solũ non erat congruum natura, sed neque gratiæ: omnis enim gratia deriuanda erat ab vnione Verbi, & nulla fuit præcessura.

Aduertendum denique est, quòd sicut natura antequam subsistat nó existit; ita etiam quamuis diuina virtute coniungeretur cum accidentibus ante suppositũ, natura non esset alba aut sancta; sed solum esset coniunctio quędam, quæ expectaret hypostasim siue suppositum: sicut enim humanitas est natura hominis, sed homo non est; ita humanitas coniuncta cum albedine alba non est. Accidentia ergo manentia in humanitate dimissa à Verbo, expectarent hypostasim de qua dicerentur; & in illa antecedentia naturæ antequam subsisteret, non esset alba, neq; posset operari. Et quãuis albedo sit causa formalis, & ipsa coniunctione cũ corpore exerceat causalitatẽ suam; tamen non est mirandũ, quòd adhùc non faciat album: nam esse albũ est effectus formalis consequens; & dũ corpus non subsistens pendet ante suppositum quo subsistit, pẽdet quoq; effectus albedinis, quod est esse albũ. Satis est quòd in eodem instanti, licèt posteriùs ordine naturæ, demus albedini suũ effectũ, quod est esse albũ, cõstituto priùs suppositio. Imò hoc etiã meditandũ est in forma Angelica subsistẽte, quæ si dimitteretur à Verbo prius natura fieret suppositum, quã esset intellectu prædita. Nam esse intelligentẽ est alicuius determinatè, & non

A

B

C

D

est quid cõmune, & est alicuius existẽtis; ergo prius necesse est constitui suppositum existens, cui tribuatur effectus formalis accidentis: & ante suppositũ natura adhùc non existens, non est accidentibus prædita, neque operatur.

His tamen constitutis quòd accidentia suas habeant existentias, quærendũ est vtrũ hę existentię accidentiũ sint res absolutè distinctæ ab accidentibus? parũq; vtilis est disputatio: & ferè eædẽ rationes, quibus probatum est existẽtiam substantiæ esse rẽ absolutè distinctã, persuadent hoc idem de existentijs accidẽtium. Sunt tamen accidẽtia imperfecta entia, quorũ existentiæ non adeo perfectæ forsitan sunt vt censendæ sint simpliciter distinctæ ab essentia. Hæc enim nobis perpetua est forma distinctionis. Quare probabiliter potest dici, existentias accidentium esse quidem actus, vel quasi actus illorũ: sed non esse res absolutè distinctas; quia neq; in accidẽtibus cernimus eã potentiam passiuam ad recipiendam existẽtiam, nisi modo quodã imperfecto; cui explicãdo satis esset formalis distinctio ex natura rei. Et hæc satis.

Confirmatio.

QVòd accidentia suas habeant existentias docet S. Thom. 3.p. q.17. art.2. negans in suppositoposse inueniri plures existentias substãtiales, sed benè plures existentias accidentiũ. Idem docet lib.4. contra gent. cap.14. & c.7. de ente & essentia, & in 1.d.2.q.2. art.3. & d.20.q.1.art.1. Quam sententiam consequitur Thom. Caiet. 1.p.q.28.art.2. & 7.cap. de ente & essentia, & Paul. Sõcin. 7.metaph.q.5. testatus auctorem opinionis S. Thomam. In qua etiam consẽtit Ioan. Scot. in 2.d.12.q.1.

subsistẽtis prius quam intelligẽtis.

12.

Accidentium existentias esse res absolutè distinctas ab accidẽtibus probatur eisdẽ fere rationibus quibus de existentia substãtiæ cap.23.p.5.

Accidẽtiũ existẽtiæ nõ sũt adeò perfectę, vt censeantur simpliciter distinctæ ab essẽtia vnde probabiliter dici potest, esse actus vel quasi actus accidẽtiũ, sed nó esse res absolutè distinctas.

13.

Idem.

Caiet.

Soncin.

Scot.

PARS QVARTA.

Existentia non aduenit rebus nisi completis secundum modum entis in suo genere.

1.

1. dubium. de formis subsistentibus.

PEr ea quæ hactenus disputauimus satis liquet, existentiã nõ aduenire rebus nisi completis, & verisimè dici solitũ, quòd existentia sit rei cuiusque vltimus actus. Sed hinc oritur primum dubium de formis subsistentibus: cũ enim

Quorundam sent. has formas priùs naturâ existere quâ constituãtur hypost. proprietate.

subsistere sit modus entis perfectus, subsistens enim est quod per se operatur & per se est; videtur quòd saltẽ eæ formę subsistentes priùs existant, quâ terminẽtur hypostatica proprietate. Et ita quidam opinãtur, imò aiunt hypostaticam proprietatẽ esse terminum rei existẽtis.

2.
Assertio 1. est dictæ sent. inuersio in oppositum.

Nihilominùs dicendum est ipsas formas subsistentes priùs naturâ constitui per hypostaticam proprietatem, quam existant. Prima ratio est quam superiùs proposuimus ad probandum hoc commune pronunciatum, quòd existẽtia adueniat supposito: quæ ratio est communis etiam in natura spirituali subsistente. Existentia enim aduenit enti constituto in genere, in cuius entis conceptu non includitur existentia, vt probauimus; sed suppositum etiam Angelicũ est ens in genere constitutum per ea quę non contingunt, sed sunt propria suppositi: ergo existentia quæ contingit & aduenit rebus in genere cõstitutis, non antecedit suppositũ, sed consequitur. Hoc ipsũ cõprobatur ex propria ratione suppositi spiritualis: est enim suppositũ illud forma subsistẽs addito solo termino, per hoc quòd non assumitur ab alieno supposito; ergo is terminus absque vllo medio consequitur ipsam formam subsistẽtem: sicut enim inter lineam & pũctum terminantem nihil medij interiacet, sed oportet lineam diuisam statim consequi terminum, qui est punctus; ita & formã subsistentem necesse est priùs natura terminari, quod est subsistere separatim, & deinde sic terminatam existere. Præcipua verò ratio est, quia existentia est actus vltimus, ita vt nihil iam vltra expectandum sit ad complementum speciei. Quamobrem quod per se existit, absque omni addito, potest separari per diuinã potentiam: quid enim non poterit separari, cum existat? Ergo posito fundamẽto quòd natura sine suppositõ potest à Deo cõseruari; eodem argumento colligitur naturam ante suppositum nõ existere; aliàs quare non existit separata à supposito, siquidem prius natura quam sit in supposito existit? Dicendum ergo est etiam in formis subsistentibus existẽtiam aduenire suppositis; & eas nõ posse existere antequam terminentur hypostatica proprietate.

Ratio 1. ex 24.p.2.n.6. & cap.25.p.1. num.16.

Existentia aduenit enti constituto in genere, seu supposito, & in eius cõceptu non includitur

Ratio 2. Suppositũ spirituale est forma subsistens addito solo termino per hoc quòd nõ assumitur ab alieno supposito.

Sic lineam diuisam statim cõsequitur terminus qui est punctus.

Ratio 3. & præcipua.

Existẽtia est actus vltimus pertinẽs ad cõplem. speciei; quare quod per se existit, potest separari diuinitùs: igitur posito fundamento, quòd natura sine supposito non potest cõseruari à Deo, colligitur naturã ante suppositum non existere.

3.
Assertio 2.

De anima verò dicẽdum est, eò quòd sit subsistens, produci ante informationem corporis terminatam sua hypostatica proprietate modo iã explicato; quo fit completa aliqualiter secũdum modũ entis sufficientem vt existat.

Ex quibus colligimus in eo sensu dici, quòd existentia sit entis completi, scilicèt talis entis quod possit per se separatim existere: nam anima rationalis est ens incõpletum, quia est pars, sed habet hoc cõplementũ vt secundum modum suæ naturæ possit separari; & ideo etiam producitur existens ante quam vniatur corpori. Et ad hunc modũ quantitas separata est ens cõpletum quoad modum entis, quãuis is modus illi non sit naturalis: est tamen natura quãtitatis capax illius modi, quadam obedientiæ potesta te, vt possit à Deo separari; sic autẽ separata habet suum modũ entis completi, quo existere possit separatim, & per se operari, & affici accidentibus.

4.
Corol. 1. In eo sensu dicitur existentiã esse entis completi, hoc est, talis entis quod possit per se separatim existere.

Hoc modo anima rationalis est ens cõpletum, & sic producitur existẽs antequã vniatur corpori.

Item quãtitas separata.

Ab eodem principio deducimus accidentia priùs coniungi subiecto quàm existant; siquidẽ nulla accidẽtia possunt existere sine subiecto excepta quantitate: & ipsa quãtitas etsi prius naturâ producatur quã cõiungatur subiecto (quod est de omni forma subiecti cuiuscunque affirmandũ) tamen in illa prioritate naturæ non existit; quia non est forma habens per se existentiã, sed per subiectũ: est tamen capax existentiæ extra subiectum, potentiâ quadã obedientiali. At verò naturali actione producta in illa prioritate antequã coniungatur subiecto, non existit; quia adhùc non est completa secũdum modum suæ naturæ, quæ postulat vt in subiecto sit. Aliàs si secũdum naturam suam prius existeret, quã copularetur subiecto; posset secundum naturam existere sine subiecto, quemadmodum de anima rationali philosophamur. De alijs verò accidentibus perspicuum est priùs naturâ coniungi quàm existere, siquidem per nullam potẽtiam possunt separari à subiecto. Hoc etiam persuadet illa ratio, quia accidens completur coniunctione cum subiecto; is enim est proprius modus accidentis secundum naturam illius, vt in subiecto sit: existentia autem aduenit enti completo. Denique existentia est actus alicuius singularis determinati; singularia autem accidẽtium determinãtur in subiecto, in quo sunt incommunicabilia cuicũq; alteri subiecto. Nam & quãtitas quæ

5.
Corol. 2. Accidentia priùs coniũgũtur subiecto quã existant.

1. Ratio, quia nõ possunt existere sine subiecto, excepta quantitate spectata secundũ pot. obedientialem.

2. Ratio fundamentalis.

Quantitas producta in eo priori antequã cõiũgatur subiecto non est completa secũdum modũ suæ naturæ.

3. Ratio ab absurdo.

De alijs accidentibus procedit non modò 1. ratio, sed 2.

4. Ratio.

Existentia est actus alicuius singularis determinati; singularia verò accidentium determinãtur in subiecto, vt q. 12.p.2.n.14.

Illatum: Existentia aduenit accidentibus coniunctis, vt determinatis, & incōmunicabilibus; sicut in genere substātiæ suppositis.

quæ forsan seruata identitate potest esse in subiectis commutatis, dum tamen est in vno, non potest esse simul in alio. Ergo hac quoque ratione existentia aduenit accidentibus coniunctis vt determinatis, & incommunicabilibus; sicut in genere substantiæ aduenit suppositis.

Aduertendum tamen est eos, qui opinantur, existentiam non distingui ab essentia, non secum ipsos concordare dicentes, priùs natura accidentia coniungi cum subiecto quàm existant, eò quòd à subiectis pendeant. Nam etsi pendeāt à subiectis in quocunque genere causæ id vellis, tamen priùs natura producuntur, quàm coniungantur subiectis; cum in coniunctione modus quidam realis adueniat formæ producti, vt ij Doctores probè aiunt. Cum ergo priùs natura produceantur, & in illis productis affirment claudi existentiam; dissentiunt à dictis, dum affirmant, priùs coniungi, quàm existant. Veritas autem constat quòd existentia ab essentia distinguatur re ipsa; & idcircò nos rectè aimus, & cōsentaneè priùs natura produci essentiā accidentis; deindè coniungi subiecto suo; tunc demùm existere.

6.

Aduertendū. de his qui nō distinguūt existentiam ab essentia, asserentibus priùs natura accidētia coniungi cum subiecto, quā existant, eoqđ à subiectis pēdeant. *Soar. in met. disp. 34. sect. 6. n. 11.*

Hos Doctores non secum ipsos concordare ostēditur.

7.

Assertio 3. Modi reales accidentium non habent existētiam propriam etiā cum subiecto coniunctam.

Claudimus quæstionem vno asserto, quòd modi reales accidentium non habent existentiam propriam, etiam cum subiecto coniunctam. Nam etsi illa coniunctione facta nihil desideretur complementi, quin possint existere; fit quidèm vt sic completi modi isti, & reculæ existant, quę sine coniunctione nequeūt existere: sed quia non sunt essentiæ rerum; esse autem sequitur essentiam; ideò non habent aliud esse, nisi ipsum esse rerum quarum sunt modi, vel quarum sūt appendices; verbi gratia, coniunctio ipsa albedinis cum corpore res quædam est, & nonnihil; sed non habent vllam existentiam propriam; satis enim est vt existant per existentiam albedinis, cum partes substantiæ existant per existentiā suppositi. Et hoc est consentaneum prę-finitis sententijs.

Probatur. Modi nō sunt essentię, & ideò non habēt aliud esse, nisi rerum quarū sūt modi, & appēdices.

Exemplum vsionis.

8.

Assertio. 4. Relatio habet suam existentiam propriā, quia habet veram essentiam totaratione formali distinctā ab alijs essentijs, & non pertinentem ad illas, sed per se constantem.

Relatio autem etsi non sit res absolutè distincta à fundamento; est tamen vera essentia tota ratione formali distincta ab alijs essentijs; & non pertinet ad vllam essentiam, vt calefactio pertinet ad calorem, quia est calor prout fit, siue via ad calorem: ergo etsi reculæ aliæ pertinentes ad essentias alias, quia ipsæ non sunt essentiæ, non habeant existentiam propriam; tamen relatio, quæ est essentia specifica non pertinens ad alias rerum essentias, sed per se constans; suā habet existentiam non relatiuam, sed absolutam, vt docet S. Thom. in 1. d. 20. q. 1. art. 1. Cuius rei satis firmum argumentum est, quòd esse sequitur essentiā.

Hæc existentia relationis non est relatiua, sed absoluta, vt docet *S. Thom.*

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

1. Contra tradita cap. 26 p. 1. 1. argum.

PRo partibus aduersis hæc argumenta occurrunt. Primùm probatur, quòd materia habeat suam existentiam: vnaquæque enim res dum producitur, esse siue existentiam acquirit; materia autem semel creata est, formæ generantur, & corrumpūtur: ergo materia suam habet existentiam perpetuam. Et confirmatur, quoniam si amitteret existentiam, desineret esse. Quòd si respondeatur formam aduenientem in eodem instanti, quo forma prior corrumpitur, dare esse materiæ: illud esse siue existentia illa, est noua, & numero distincta; materia autem semper est eadem numero, & æuiterna cuius esse est perpetuum; ergo non habet aliam & aliam existentiam à formis diuersis, sed sēper eādem propriā suam. Et iterùm confirmatur, quoniam materia est receptaculum formæ, quod antecedit illam ordine naturæ: ergo priùs existit materia, quàm forma; existit ergo propriâ suâ existentiâ, antequam quicquam habeat à formâ.

Confirm. 1.

Responsio. Forma aduenies in eodem instāti quo prior corrūpitur, dat esse materiæ.

Replica.

Confirm. 2.

2. argum.

Secundò: Partes compositi sunt in ipsa natura composita, antequam proprietate suppositi terminetur; ergo ante suppositum existunt in natura; esse enim in natura existere est, ergo existētia partium antecedit suppositum.

3. argum.

Confirm.

Tertiò: Partes sunt causæ totius; ergo priùs natura existunt: causa enim antecedit effectum. Et confirmatur, quoniam si non existunt, nihil sunt; ergo non sunt causæ reales compositionis.

4. argum.

S. Thom.

Quartò: Nulla res est extra causas producta, nisi secundum actualem entitatem, quæ est ipsa existentia, vt docet S. Thom. 1. contra gent. cap. 79. in fine; sed res, quæ non est extra causas producta nihil est, neque potest esse realis causa intrinseca compositionis; ergo partes priùs natura existunt, quàm componāt.

5.argum.

Quintò: Anima rationalis priùs existit quàm componat naturam humanã; & tamen existentia illius non impedit compositionem entis per se, quod est homo: ergo benè possunt partes compositi suas habere existentias, & nihilominùs componere per se vnum.

6.

6.argum.

Sextò: Existentia animæ rationalis est spiritualis; existentia autem hominis nõ est spiritualis, cum desinat esse intercũte homine: ergo existentia hominis alia est ab existentia animæ; Possunt ergo inueniri duæ existentiæ substantiales in supposito eodem. Et confirmatur, quia corpus non potest existere per existentiam spiritualem, ergo habet aliam existentiã corpoream sibi propriam; & ita sunt in homine partiales existentiæ.

Confirm.

7.

7.argum.

Humanitas fuit priùs producta, quàm assumpta à Verbo.

Probatur.

Fuit assumpta vera natura humana, quæ nõ erat nihil, sed producta.

Septimò: Humanitas fuit priùs producta, quàm assumpta à Verbo; ergo in illa antecedentia habebat suam existentiam, non à supposito cum quo adhùc non erat copulata, sed suam & propriã. Probatur antecedens, quòd priùs fuerit producta quàm assumpta; quia fuit assũpta vera natura humana, quæ non erat nihil, sed erat actu extra causas; aliàs Verbum vniretur nihilo, vel fieret vnio ad naturam in intellectu, quæ est vnio intelligibilis, non realis: & vtrumque blasphemum est & hæreticum. Deindè probatur consequentia ex eo quòd humanitas fuit priùs naturâ producta quã assumpta, quòd priùs etiam natura habuerit existentiam; quia productio est mutatio de non esse ad esse, scilicèt de non existente ad hoc vt existat; sed in illa prioritate naturæ humanitas producta erat: ergo existebat. Et confirmatur, quia existentia est rei singularis; nihil autem producitur per se primò, nisi singulare; ergo per se primò producitur existens.

Confirm.

8.

8.argum.

Octauò: Humanitas illa in vita mortali, conseruabatur à causis naturalibus; ergo conseruabatur secundum humanã existentiam; diuina enim existentia necessaria est, & non potest ab vlla causa conseruari: ergo in humanitate illa aliquid proprium est ipsius humanitatis, quo existat; propria verò naturæ antecedunt suppositum; ergo ante suppositũ ordine naturæ existebat humanitas.

9.

9.argum.

Vltimò: Natura humana in Verbo nõ est vnita proximè cum diuina essentia, imò neque potest ita coniungi (vt opinamur) sed existẽtia diuina est essentialis, & est ipsa essentia, vt posteà docebimus: ergo humanitas non est coniunctâ cum illa; ergo non existebat existentiâ diuinâ, sed sua propriâ existentiâ; quæ quidèm suppositum antecedat necesse est, cum sit propria naturæ.

Aduertenda.

10.

1. Aduertendũ ex lib.2. cap.4. p.3 n.5. & cap. 61 p.1. n.6.

Causa efficiẽs exigit sibi existentiã in causando: nam cõmunicat esse suũ qđ habet.

Non sic causa materialis, quia recipit esse.

Nõ formalis, quia forma est principiũ vndè res incipit esse, quatenùs est principium speciei, & essentiæ, cui conuenit existere: vndè non dat esse quasi communicãs esse suũ, sed per hoc qđ facit capax existendi.

Ipsa quoque anima rationalis non informat quatenùs est existens.

Corolli. Nisi forma sit per se subsistẽs nullam præhabebit existẽtiã

11.

2.Aduert. Necesse est ordine naturę priùs rem produci, quã existat.

Ratio.

Essentia creata recipit existentiam quasi subiectũ eius.

Sicut materia nõ potest esse sine forma; quãtitas sine figura; fundamẽtũ sine relatione, cũ tamẽ ante-

ID quod lib.2. docuimus rememorãdum hìc est, quòd sola causa efficiens exigit sibi existẽtiam in causando; quoniam agens cõmunicat esse suum, quod habet; neque enim dat quod non habet: quare necesse est vt habeat existentiam, ita vt nulla sit efficiens causa, in qua nõ antecedit existentia. Causa verò materialis, quia esse recipit, minimè postulat sibi existentiam ad causandum: formalis autem causa est principium vnde res incipit esse; est quippè principium speciei, & essentiæ; essentia autem est cui conuenit existere. Quare forma non dat esse quasi communicet suum esse; sed per hoc dicitur dare esse, quia facit capax existendi: non ergo necesse est, vt existẽtia formæ antecedat, cum ad causandũ necessaria non sit. Quamobrem capite superiori nequaquam voluimus probare, in ipsa forma non posse antecedere existentiam, cum anima rationalis priùs existat, quàm informet: sed probatum est formam non postulare existentiam ad causandum. Nam & anima rationalis non informat quatenùs est existens, sed vt simplex forma per se ipsam coniuncta cum materia. Indè tamen colligitur, quòd nisi forma sit per se subsistẽs, vnde habet vt priùs existat; necesse est vt nullam præhabeat existentiam.

Deindè necesse est concedere, quòd ordine naturę priùs res producatur, quã existat: essentia enim creata distinguitur ab existentia, & recipit illam quasi subiectum illius; subiectum autem prioritate naturæ antecedit formam, quam recipit: ordine ergo naturæ priùs res quæque producitur, quàm existat: sicut ergo materia non potest esse sine forma, neque quantitas sine figura, neque fundamentum sine relatione, cum tamen antecedant; ita quamuis essentia producta antecedat existentiam, non potest sine existentia esse; maximè cum esse existere sit. Neque ista opinio nobis propria est,

cedant: ita est ẽtia sine existẽtia, licèt, &c.

Hoc assertum esse debet cõmune.

Ex dictis sequitur totã essentiam cõstituj priusquàm existat.

Assignatur ordo in productione substãtiæ, vt cap.26. p.1.n.16.

Compositum quia nõ fit suppositũ per existentiam, antecedit quoq; illam.

12.

Contra hæc argumentum.

Responsio *Ioan.Vincẽt.*

¶ Refutatur 1. Intelligentia nostra non cõducit ad rerũ causalitatem.

Videlib.2.cap. 61.

Refutatur 2. vrgẽte eodem argumento.

Pro vera resp. præsciendum.

Prioritas naturæ, est ordo ipse causandi: & negationes

est, sed omnibus communis sit opus est, A qui essentiam confitentur esse subiectũ existentiæ. Quòd si res producta antecedit existentiam, ita vt sit priùs natura producta, quàm existens; illud est consequens, vt tota essentia cõstituatur priùs quàm existat. Itaque producitur materia, & forma, & per hoc ipsum compositum proprietate suppositi completum: & solum hoc productum, est primũ subiectum existẽtiæ: cum ergo singulæ partes substantiæ priùs naturâ producãtur quàm existant, & existentia non sit necessaria ad illarum causalitatem; compositum per se faciunt ante existentiã; & ipsum compositum, quia non fit suppositum per existentiam, antecedit quoque illam. Igitur ex ijs, quæ sunt probata, liquet priùs naturâ suppositum produci, quàm existat aut ipsum suppositũ, aut pars eius.

Hæc tamen veritas, quæ stabilis est, & firma, apud aliquos illo argumento vacillat, quòd res non existens nihil est; quod autem est nihil, non est realis causa. Ioan. Vincent. vir non mediocriter eruditus, cum de hac re multa disputaret, vt tandem se explicaret à quæstione, dixit naturam, verbi gratia, productam ante existentiam, non intelligi iam vt nihil, aut non existentem, sed neque existentem; benè tamen intelligi cum potentia quadam, vt existat. Id verò primum recusandum nobis est, quòd intelligentia nostra aliquid conducat ad rerum causalitatem: quare non hoc loco quid intelligatur, sed quid sit, de rebus ipsis inuestigamus. Et idcircò de prioritate naturæ differentes lib. 2. hoc ipsum præstitimus, vt non explicaremus prioritates has solo modo intelligendi, vt assolet, sed rebus ipsis illas coaptauimus. Deindè argumentum adhùc vrget: cum enim dicitur quòd materia producta sit in potentia, vt existat, percontandum supereſt, an sit in potentia causæ? hoc enim est nõ esse adhùc productam: an verò sit in potentia extra causam? & redit difficultas; quod enim non existit, nihil est; quare materia neque in potentia reali est, hoc est, non est prædita reali potentia. Dicendum ergo est quòd in illa prioritate significamus aliquod genus causæ; est enim naturæ prioritas ordo ipse causandi: quare negationes in illa prioritate, hanc habent vim, vt significent res non esse per se tales: nam si per se tales essent, in omni antecedentia naturæ tales essent; quod autẽ priùs natura non habent, & posteà habent consequente ordine naturæ, non ex se habent, sed ex aliquo addito, & per causã aliquam: verbi gratia, materia priùs naturâ quàm formam habeat non existit, hoc solum significat, quod ex se illud nõ habeat; sed per causam aliam: quæ negationes sunt veræ ex ipsa natura rei. Quãobrem nõ colligitur quòd materia producta in illa prioritate, fit nihil; nam hoc B nomen, nihil, amplius negat, quàm non existens, vt anteà docuimus; essentia enim rei producta aliquid est; in illa ergo prioritate naturæ est essentia; sed non est existens in illa prioritate: aliquid ergo est, & aliquid non est in prioritate illa; est aliquid, scilicèt est essentia iam producta, & aliquid non est, quia adhùc non est producta existentia in illa prioritate: nihil autem, vtrũque negat; quare essentia producta non nihil est, sed aliquid. Captione ergo æquiuoci, argumẽtum aliquos vexat: nam id quod absolutè non existit, nihil est; sed id quod in C alia prioritate non existit, quia adhùc non est producta existentia; iam tamen aliquid est, & non nihil, quia est ipsa essentia producta. Similitèr refellitur argumentum illud, quòd productio rei est mutatio de non esse ad esse; quæ per hoc ipsum traducitur de non esse ad esse: in illo ergo priori quo producitur essentia vt existentiam recipiat, in via est, vt recipiat existentiam; & esse in via est traduci de vno in aliud; quare maximè propriè accommodatur definitio mutationis. Neque aliter potest intelligi, cum D necesse sit vt substantia ordine naturæ priùs producatur, quàm ipsa existentia recepta in substantia.

Post hæc aduertendum est, quòd humanitas in Verbo habet quandam realem existentiam qua subsistit in diuina persona, & in persona ista, scilicèt in Verbo, non in Patre, aut Spiritu Sancto: existit autem per existentiam Verbi essentialem, quę est communis tribus personis; & quia existentia est actus suppositi; non est necesse quòd humanitas coniungatur cum existentia diuina absque medio, sed medio suppositio. Licèt enim in Deo essentia, & existentia sint idem, & existentia nõ sit proprius actus suppositi

in eo priori naturæ significãt res nõ esse per se tales, sed ex addito, & causa.

Sic materia dicitur in eo priori ante formã non existere.

Vera respons.

Falsum est qđ essentia in eo priori nihil sit, quia nihil vtrũque negat esse tiam productã & existentiã.

Æquiuocatio explicatur.

Qđ absolutè nõ existit nihil est, sed qđ in alia prioritate non existit, iã aliquid est, &c. essẽtia producta.

Aliud argum. refellitur.

In illo priori essentia producta est in via, vt recipiat existentiam: esse autẽ in via est traduci de vno in aliud, quod est mutari.

13.

3. Aduert.

Humanitas in Verbo habet realem existẽtiam qua subsistit in ista persona solùm, sc. existentiã Verbi essentialem; sed quia existẽtia est act. suppositi, necesse est quòd humanitas cũ ea cõiungatur medio suppositio.

In Deo existẽtia est actus naturæ.

At humanitas medio supposito obtinet existẽtiã diuinam; saltẽ ordine rationis, si vnio realis ad suppositum, & ad existẽtiã sit vna; si sunt duæ, hypostatica, &c.

14.
4. Aduert. Materia 1. non est æuiterna.

Probatur 1. Æuum est mẽsura existẽtiæ, *ex S. Thom.*

Materia licet habeat perpetuã existentiam in genere, non intermissam; tamẽ nõ habet eandem existẽtiã.

Confirm. ex *S. Thom.*

Probatur 2. Materia est per se mutabilis tẽporaria mutatione.

S. Thom. explicatur.

Materia etsi non inueteretur, mutatis existentijs innouatur secundũ quid.

suppositi, sed naturæ diuinæ, quæ primò exiſtit; tamen humanitas, quæ est creata essentia, suum ordinem seruat, vt priùs subsistat, quàm existat; & ita priùs est in supposito; & medio supposito obtinet diuinam existentiam; saltem ordine rationis, si vnio realis ad suppositum diuinum, & ad existentiam est vna. Si verò sentias esse vniones duas, hypostatica vnio erit prior non solo ordine rationis, sed prioritate naturæ. Hæc autem pertinent ad alium locum.

Denique aduertendum est, materiam primam nõ esse æuiternam. Nam æuum est mensura existentiæ rerum, vt docet S. Thom. 1. p. q. 10. ar. 6. sicut & aliarum rerũ existentias metimur tempore: materia autem prima etsi non intereat, sed semper duret, & ita habeat perpetuam existẽtiam in genere, non intermissam, quia nunquam desinit esse; tamen non habet eandem existentiam. Et confirmatur, quoniam auctore S. Thoma art. 5. æuum est totum simul, sicut & æternitas: vbi autem sunt diuersæ existentiæ, non est vna existentia tota simul; ergo neque æuum. Et idem probatur manifestè; quia materia est per se mutabilis mutatione temporaria; non quòd ipsa generetur, sed quia est subiectum generationis substantialis: quare tempore mẽsuratur, non æuo. Cum verò S. Doctor in illa q. art. 5. ait ea, quæ non innouantur neque veterantur, mensuram habere æuum; minimè significauit æuum esse mensuram materiæ; nam etsi non inueteretur, innouatur tamen secundum formas diuersas quarum est per se subiectũ; & ipsius mutationis per se subiectũ est; & mutatis existentijs non nihil innouatur, non simpliciter vt incipiat esse; sed secundum aliquid, vt incipiat esse commutatâ existentiâ, secundum species diuersas.

Responsio.

15.
Ad 1. argum. Responsio.

Sicut materia est pura potentia quoad essentiam, vt modò sit huius, modò illius speciei, quod præcipuè consideratur in materia; ita quoad existentiam, quæ contingens est, & minùs præcipua, nunc istâ, nunc illâ existentiâ existit. Quòd autem producta fuerit per creationem, non probat existentiam materiæ esse semper eandem: nam & forma materialis creata est simul cum materia, cuius tamẽ esse corruptibile est; neque enim esse variatur per diuersum genus actionis: nam homo creatus, seu productus de nihilo, & genitus idẽ esse haberet, non diuersum. Item quamuis formæ corrumpantur, & materia non corrumpatur; non est argumentum quòd materia habeat suam existentiam; sed quòd maneat cum aliqua existentia, nouâ formâ superueniente; forma verò ipsa corrupta, desinit in nihil, vt statim magis explicabimus. Ad confirmationem respondemus, quòd si materia amitteret esse, absque dubio interiret; materia autem nunquã amittit esse, sed hoc esse, vel illud esse, & dum alterum amittit, alterum acquirit. Est ergo argumentum ab eo quod est secũdum quid, ad id quod est simpliciter: nam absolutè & simplicitèr non amittit esse, sed amittit hoc esse, vel illud esse, corrupta vna forma, & inducta alia; amittere enim negationẽ continet, quasi nullum esse retineat. Et huic argumẽto aptanda sunt, quæ dicuntur de illa propositione; Christus desiuit esse in triduo; neque enim desiuit esse, quamuis desierit esse homo. At verò negamus materiam esse æuiternam; quare non est necesse, vt semper eandem habeat existentiam: neque etiam identitas materiæ exigit identitatem existentiæ, cum sint res distinctæ. Et ita refutantur omnia, quæ inter arguẽdum obijciebantur. Ad alteram confirmationẽ respondetur negando, quòd materia priùs existat, cò quòd sit formæ receptaculum: nam ad recipiendum (quod est genus causæ materialis) non est necessaria existẽtia materiæ, vt docuimus.

16.
Ad 2. argum. Partes compositi sunt in toto vt partes cõponentes antequam existãt. Exemplum accidentis.

Ad secundum respõdetur, quòd partes compositi vt antecedunt existentiã suppositi, non existunt neque per se, neque in toto: sunt tamen in toto vt partes componẽtes per quandam coniunctionem, etiam antequam existant; sicut & accidens priùs coniungitur ordine naturæ

existentiã, quæ contingens est & minùs præcipua, nũc istâ nunc illâ existẽtiâ existit.

Forma materialis facta est per creationẽ simul cum materia, & tamen eius esse corruptibile est.

Homo creatus, & genitus idem esse haberet.

Responsio iuxta hæc dicta.

Ad 1. confirm. Materia non amittit esse simpliciter, aliàs interiret; amittere enim negationẽ cõtinet, sed amittit secundum quid, id est, hoc esse, vel illud esse.

Christus nõ desiuit esse in triduo, licèt desierit esse homo.

Ad replicam ex 4. aduert. Identitas materiæ non exigit identitatẽ existentiæ, cũ sint res distinctæ.

Ad 2. cõfirm. ex 1. aduert.

turæ cum substantia, quam existat in eadem. Negatur ergo quòd esse hoc modo in toto, sit existere in illo; sed est coniũctum esse, vt pars contenta in continente.

Esse sic in toto est esse coniũctum, vt pars contenta in cõtinente.

17. Ad 3. arg. ex 1. aduert.

Ad tertium negatur, quòd ad causandum necessaria sit existentia, nisi in sola causa efficiente. Ad cõfirmationem iam docuimus, materiam productam non esse nihil, quamuis in illa prioritate naturæ non antecedat existens: & quod nõ idem est nihil, & non existẽs in illa prioritate naturæ; antecedit enim aliquid, scilicèt essentia, & non antecedit existens: quia existentia est res distincta, & aduenit essentiæ productæ.

Ad confirm. ex 2. aduert. n. 12.

18. Ad 4. arg. Nulla est realis causa, finali excepta, nisi producta sit extra suas causas.

Ad quartum concedimus nullam esse causam realem, excepta finali, nisi producta sit extra suas causas: at verò actualis entitas nomen est æquiuocum; significat enim vel entitatem, quæ est actus, vel entitatem in actu; vel etiam, vt Ioãnes Scotus vult, entitatem quæ actu est entitas, vt materia prima. In prima significatione forma producta, vt antecedit existentiam, est entitas actualis, scilicèt entitas; quæ est actus. In secunda interpretatione non est entitas actualis, id est entitas in actu, nisi dum existit: existentia enim est actus ipsius essentiæ, & ideò dicitur essentia in actu, essentia existens. In tertia explicatione ipsa materia producta est actualis entitas, vt illi loquuntur: & hoc sufficit ad causandum, vt diximus. Itaque existentia in solo efficiente requiritur.

Actualis entitas vel significat entitatem, quæ est actus, vt forma producta: vel entitatem in actu, vt forma producta, & iam existens: vel vt ait Scotus entitatem quæ actu est entitas, vt materia prima: & hoc sufficit ad causandũ, vt in 1. adu.

19. Ad 5. arg. ex 1. aduert. Pars existens potest componere per se vnum; non tamen vt existens est.

Ad quintum concedo, quòd pars existens potest componere per se vnum; nõ tamen vt existens est, quod iam anteà obseruauimus. Vnde colligimus quòd nulla pars compositi habet existẽtiam, vtpotè non necessariam ad componendum; nisi sola anima rationalis propter causam diuersam; quia est pars, quæ potest separari à composito, & per se subsistit.

20. Ad 6. arg. Esse animæ rationalis in se est spirituale purè: esse hominis vt sic est spirituale simpliciter, quia est idẽ esse animæ, sed coniũctum corpori.

Ad sextum respondetur, quòd esse hominis in se ipso vt est quædam res, est spirituale, cum sit ipsa existentia animæ; sed esse hominis, vt hominis est, est coniunctum cum corpore; & ideò simpliciter est spirituale; sed est cõiunctum corpori, vt de ipsa anima dicendum est. Esse autem animæ extra corpus est purè spirituale, quia in se spirituale est, & corpori non est coniunctum. Ex quibus nõ colligitur quòd sit diuersum esse, sed idẽ communicatum, & cõiunctum, vt liquet ex ijs, quæ dicta sunt cap. præcedenti, Et ideò S. Thom. ait cap. 5. de Ente, & essentia, quòd anima rationalis inter substãtias spirituales appropinquat rebus materialibus, quæ trahuntur ad participandũ esse animæ. Ad confirmationem respondetur, quòd id quod existit habet existentiam sui generis, & non potest corpus existere per existentiam spiritualem; neque anima per existentiam corpoream: corpus autem quod est pars compositi, non est id quod existit, sed est pars hominis existentis, potest suo modo existere per existentiam spiritualem. Quare enim non coniungetur cum existentia spirituali, sicut coniungitur formæ spirituali, scilicèt ipsi animæ.

S. Thomas ait quòd anima rationalis inter substantias spirituales appropinquat rebus materialibus.

Ad confirm. Corpus quod est pars hominis existentis potest suo modo existere per existentiã spiritualem: quia non existit vt quod.

21. Ad 7. arg. Humanitas antequã assumeretur erat producta, sed non in eo priori existens, sicut nec subsistens aut hypostasis; cũ tamen subsistẽtia magis coniuncta sit naturæ, quàm existentia.

Ad septimum respondetur, concedẽdo antecedens probè commonstrari illis argumentis; scilicèt quòd humanitas antequam assumeretur, producta quidẽ erat; sed in illa antecedentia non erat existens; hoc enim expectabat à Verbo: sicut etiam non erat subsistens, neque hypostasis; subsistentia autem & hypostasis magis coniuncta est naturæ, quàm existentia, cum pertineat ad compositionem per se: sicut ergo non priùs subsistebat, ita neque prius existebat. Ad rationem inductam, declarauimus etiã quomodò productio sit mutatio de non esse ad esse; ita vt esse sit terminus non proximus, sed vltimus: priùs ergo ordine naturæ producitur essentia, & per hoc ipsum quod producitur est in via ad esse. Ad confirmationem respondetur cõcedendo, quòd productio est rei singularis: est autem natura singularis ante suppositum imperfectè; in supposito verò est perfectè singularis, quia est incõmunicabilis. Et vtroque modo singulare est terminus actionis; ordine tamen quodam vt natura producta priùs terminet actionem, quàm suppositum. Et idcircò priùs producta est natura, quàm assumpta à Verbo: & adhùc supereſt vlterior terminus, scilicèt existentia; sicut ergo priùs producitur natura, quàm suppositum; ita priùs producitur vtrumque quàm existentia: licèt hęc omnia suo ordine sint terminus productionis.

Ad confirm. Productio est rei singularis: sed natura ante suppositum est singularis imperfectè; in supposito autẽ est perfectè singularis, quia est incõmunicabilis.

1. terminus productionis est natura, 2 esse suppositum, 3. est existentia.

22. Ad 8. arg. Causæ naturales non conseruãt nisi remo-

Ad octauum respondetur, quòd causæ naturales conseruant res materiales per suas dispositiones, quæ pendent à motu

tè,& per accidens rei materialis existentiam quatenùs earum dispositiones, quæ pẽdent à motu, impediuntur contraria,quibus res corrũperetur.

Declaratur. Deus conseruatpropriè ex istentias rerũ in genere causæ efficientis.

Humanitas Christi seruata erat, non quia existẽtia diuina, sed quia cõiunctio cũ Verbo conseruabatur,nõ per causas naturales, nec p accidẽs, cum nec etiam per illas effecta fuerit.

Quòd humanitas Christi existeret, etiã aliquo modo pendebat à causis naturalibus disponentibus quatenùs coniunctio hypostatica pendebat à physica. Et sic interitus sui in triduo causam habuit naturalẽ,sc.tormentũ crucis.

23.
Ad 9.argum.
1. Responsio ex 3. aduert.

2.Responsio. Existentia nõ est propria naturæ,sed suppositi:quare in humanitate Christi existẽte medio supposito non considerat ur aliquid es-

motu: & quidèm conseruant per accidens, dum conseruatis proprijs dispositionibus,impediuntur contrarię quibus res corrumperentur. Nam si Deus tolleret ab aqua omne accidens,adhùc maneret aqua;priùs enim non pendet à posteriori;accidentia autẽ posteriora sunt, & ab existentia substantiæ pendent. Si verò Deus induceret accidentia cõtraria induceret formam aliam substantialem,& corrumperetur aqua. Igitur causæ naturales non conseruant ipsam exi-
B stentiam rerum,nisi remotè, & per accidens,vt dixi;Deus autem cõseruat propriè rerum existentias in genere causæ efficientis. Respõdetur ergo quòd sicut humanitas in Verbo non habebat propriam existentiam, sed per hoc existebat,quia erat coniuncta Verbo; ita existentia eius, quæ nulla erat,non conseruabatur; sed per hoc humanitas seruata erat, quia coniunctio cum Verbo conseruabatur. A causis autem naturalibus ista coniunctio non conseruabatur etiã remotè,& per accidens, sicut neque per
C causas naturales effecta est: conseruabatur autem alia coniunctio antecedens scilicèt animæ,& corporis, quibus separatis homo interijt in triduo. Et quia illa coniunctio humanitatis cum Verbo, pendebat ab ista, scilicèt vt corpus,& anima essent coniuncta, aliàs non esset humanitas: quòd humanitas illa existeret,aliquo modo etiam pendebat à causis naturalibus disponentibus, & quòd interiret causam habuit naturalem tormentum crucis. Præterea negamus existentiam esse aliquid proprium illius humanitatis, cum per conuinctionem solũ cum diuina existentia existeret, vt dictũ est. Imò neque in rebus creatis existentia est propria naturæ substantialis, sed suppositi, vt est etiam notatum.

Ad vltimum dicimus, humanitatem non coniungi cum diuina essentia proximè, sed medio supposito; & hoc quidèm satis esse vt existat. Dicendum adhùc est existentiam non esse propriam naturæ,sed suppositi. Quamobrem,dum meditamur humanitatem illam existentem medio supposito, non meditamur aliquid essentiale compositum ex diuino,& humano,quod est impossibile; sed aliquid personale ex vtroque compositum,vt est certò asserendum: existentia enim ad suppositum pertinet. Hæc verò,quę sunt loco alio studiosiùs tractanda, non potuerunt hìc etiam non attingi ad tuendam opinionem S. Thomæ, quam verisimam esse iudicamus.

sentiale cõpotum ex diuino &humano,sed personale,

CAPVT XXVIII.

Agentia naturalia producunt rerum existentias.

Quæstio hæc noua,

DE causis, atque effectibus existentiæ disputandum nobis est. Circa causam efficientem quæstio noua est à Recentioribus excogitata,vtrùm agentia naturalia producant rerum existentias. Verba enim S. Thom. obscuriora pluribus in locis, dũ more Philosophorum loquitur, effecere vt nonnulli sibi in animum inducerent, sententiam esse S.Doctoris, quòd existentia rerum non sit effectus alicuius agentis naturalis, sed solius Dei. A qua opinione,quę procul distat à veritate, communem magistrum vendicabimus. Caput diuidimus in partes tres.

S. Thomæ verba obscuriora nonnullis suasere p. negantem.

Prima pars: *Refellitur opinio negans existentiam produci ab agentibus naturalibus.*

Secunda: *Agentia naturalia sunt principalia ad producendas existentias rerum,& non sola instrumenta.*

Tertia: *Qua actione producatur existentia?*

PARS PRIMA.

Refellitur opinio negans existentiam produci ab agentibus naturalibus.

1.
In hac op.neg. *Bañ.1.p.q. 3.ar.4.*

D QVi negant existentias rerum produci ab agẽtibus naturalibus,quatuor conclusionibus mentem exponũt, quæ singulatìm sunt refellendæ. Prima est, quòd existentia est primus effectus antecedens omnem alium effectum. Id autem quod omnia antecedit à solo Deo est per creationem;& ita existentia creatur;& est effectus solius creatoris. Secũda est, quæ deducitur ex prima, quòd existentia sit effectus solius Dei. Tertia est, existentiam quoad speciem, quam sortitur, esse quoque effectum agentis naturalis. Quarta est & vltima,quòd agens creatum ipsam existentiam creatã coniungat actione sua cum essentia,quæ producitur: & quòd eatenùs agens naturale

4.Asserta de existentia.
1.eam esse effectum,& creari.
2.Esse effectũ soli solius Dei.
3.Quoad suã speciem esse effectum agentis naturalis.
4.quòd hoc agens eam cõiungit cum essentia,&sic dat esse rebus.

turale dicatur dare esse rebus, quatenùs esse productum à Deo, coniungit cum essentia à se ipso producta.

2.
1.asserti quoad priorem partẽ, Improbatio 1.

Prima conclusio adeò abhorret ab instituto rationis, vt mirum sit viros doctos sic potuisse opinari: existentia enim est vltimum complementum, & terminus, vt omnes Philosophi vno ore conclamant; non ergo est primus effectus, sed postremus. Item existentia est actus essentię, & essentia est subiectum; necesse est autem vt subiectũ antecedat formã, siue actum, vt cum Aristot. omnes consentiunt. Adhùc, quod antecedit subiectum, est per se subsistens, neque enim pendet à subiecto; vt anima, quæ priùs producitur ordine naturę, quàm immittatur corpori: igitur si existentia antecederet essentiam ordine naturæ, proculdubiò subsisteret. Quæ omnia asserta S. Thom. passim confirmat, nullo dissentiente. Denique existentia est alicuius speciei, & essentiæ existentia; quod intelligi non potest, quin essentia antecedat existentiam. Nam vel ipso loquendi modo dum aimus res existere, supponimus res suis existentijs; sic vt fingi, vel cogitando, non possit, existentiã supponi rei cuius est existentia. Et hæc est expressa sentẽtia S. Tho. opusc. 37. vbi docet, quòd esse vt est principium formale antecedit; sed quatenùs fit, & ineſt, essẽtia antecedit esse: est igitur existentia, vt & formæ aliæ, quæ in genere causæ formalis antecedunt. Sed simpliciter subiectum antecedit formam; sicut enim albedo antecedit album, ita existentia antecedit existere. Itaque loquendo absolutè, ordine quodam productionis, sicut necesse est priùs produci corpus quod albedine fit album, quàm ipsam albedinẽ; ita necesse est priùs produci essentiã, quæ per existentiam existit, quàm ipsam existentiam; cum essentia sit subiectum existẽtiæ. Quidam aiunt existentiã creatam non subsistere, quia producitur in materia. Sed hi Doctores coguntur cõfiteri existentiam non esse primum effectum Dei, cum materia priùs producatur: pessimam verò incunt philosophãdi rationem, quæ à doctrina peripatetica, & ab ipsa veritate multùm dissentit: tum quia existentia sequeretur materiã, non formam, cum forma sit primus actus materiæ: tum quia essent plures existentiæ in supposito; nam existentia

Improb.2. Essentiã vt subiectum sequitur.

Confirm.1. Si à subiecto non penderet, subsisteret, vt anima.

S. Thom.

Confirm.2. Existentia est essentiæ existẽtia.

Idem.

Existentia vt est principiũ formale, antecedit.

Essentia ordine productionis, & vt subiectum, atq; adeò absolutè antecedit.

Quorundam responsio, Existentiam produci in materia, & ideò non subsistere.

Refellitur 1. vt non cohærens 1.asserto.

Refellitur 2.

Refellitur 3.

suppositi non potest antecedere suppositum, vt ante productum suppositum, producatur existentia suppositi in materia. Quòd si existẽtia producitur producto supposito, vt volumus, & S. Tho. planissimè docet; nihil prohibet produci ipsam existentiam ab eo agente, quod suppositum producit. *S. Thom.*

3.
1.asserti quoad posteriorem p. improbatio.
Creatio est totius substãtiæ.

Quòd autem existẽtia creetur absurdissimum est; nam cum creatio sit totius substantiæ, & partes substantiæ non creentur, nisi per accidens in toto ipso cõposito; etsi dicatur existẽtia creari simul cum toto (vt S. Thom. aliquãdo loquitur 1.p.q.45.art.4. & opusc.37. cap.4.) quando ipsum compositum creatur, aut aliqua forma subsistens: non tamẽ creatur existentia, dum generatur compositum; aliàs per se separata crearetur, quod est impossibile, vt iam probauimus. Docet aut S. Thom. existentiam esse vltimum effectum productionis apertissimè q.7.de potentia, art.2.ad 10. & eum effectum esse finem cæterorum, & aliàs sæpiùs.

Existentia creatur simul cum toto ex *S. Thoma.*
cum totũ creatur; non cũ generatur.
Non potest per se separata creari, quia est vltimus effectus productionis.
Idem.

4.
2.Asserti refutatio.

Secunda conclusio: Quòd existentia sit effectus solius Dei, refutatur clarissimè. Nam existentia non creatur per se separata, vt docuimus; dum ergo generatur compositum, non creatur existentia: quod autem non creatur, & pertinet ad naturam rei, producitur actione naturæ; aliàs actio naturæ deficeret. Et confirmatur, quoniam generans perficit genitum quoad omnia naturalia; ergo maximè perficit illud naturali existentia, quæ est proprius actus naturæ. Explanatur argumentum, existentia enim non est effectus quispiam excedens modum agentis, cum non indigeat creatione; & est actus naturalis antecedens in agente: ergo neque quoad terminum actionis, cum sit actus naturalis; neque quoad modum actionis, cum non creetur, superatur facultas agentis. Et hæc est planissima opinio S. Thom. sæpiùs enim asserit omnes causas conuenire in hoc, quòd causent esse, 3.contra gent. cap.66. & 67. & de Potentia, q.7. ar.2. & ibidem ad 10. argumentum.

Id quod non creatur & pertinet ad natu ã rei, producitur actione naturę aliàs actio naturæ deficeret.
Confirm.
Generans perficit genitum quoad omnia naturalia: existentia verò est proprius actus naturæ.
Explanatur.
Existentia nõ est effectus excedens naturã neq; quoad terminum actionis, cum sit actus naturalis, neque quoad modum actionis, quia non creatur.

5.
3.Asserti Improbatio:
Existẽtia producta, est ipsa singularis existentia, species

Tertia conclusio est adhùc minùs verosimilis, quòd scilicèt causæ naturales non producant existentiam, nisi quoad speciem; quasi species existentiæ, & existentia producta sint res distinctæ: existentia quippè producta, est ipsa singu-

autem non distinguitur à singularibus.

Improbat. 2. arguens ad hominem.

Quidquid producitur, singulare est, & non commune.

laris, & designata existentia; species autem non distinguitur à singularibus, vt suprà probatum est. Et arguitur ad hominem; quicquid enim producitur, singulare est; igitur in ista existentia producta, vel aliquid est quod sit productũ ab agente naturali, & illud non est existentia communis siue species existentiæ, sed est singularis existentia, singulare enim est quod producitur; vel nihil omninò producitur existentiæ etiã quoad speciem, ab agente naturali. Et iterùm; quia nihil est singulare, quod non sit in specie, quæ singularia antecedit in cognitione; si Deus producit se solo singulas existentias, etiam species illarum se solo producit. Postremò idem probatur auctoritate S. Thomæ, qui argutissimè ostendit existentiam non habere genera, & species; ergo si singulæ existentiæ à solo Deo producuntur, nullo modo ab agente naturali dimanant. Cęterùm tomo 2. disputandum nobis est longiùs de ista determinatione agentium, quæ multos præcipitauit ad falsum. Et anteà quoque commonstratum est agentia naturalia ad effectus singulares determinata esse; dicuntur verò determinare existentiam nostro modo intelligendi, vt in soluendis argumentis elucidabimus.

Improbatio 3.

Improbatio 4. *ex S. Thom.*

Existentia nõ habet genera, & species: vndè si singulæ existentiæ a solo Deo producuntur, nullo modo ab agente naturali dimanarent.

6.

4. asserti improbatio 1.

Si existẽtia à solo Deo produceretur, à solo Deo inducerctur in subiectum.

Creatio animę non terminatur ad coniunctum, scil. ad hominem, qui non creatur, sed gignitur.

Agens quod producit existentiam coniũgit illam cũ essentia.

Probatur inductione.

Improbatio 2.

Agens naturale non coniungit existentiam cum essẽtia dispositiuè: quia essentia per se est capax existentiæ.

Explicatur 1. exemplo materiæ, quæ indiget dispositione ad nouam formam, quia ex se nõ est determinata ad illam.

Explicatur 2. exemplo diaphani, in quo ipsa tamtũ diaphaneitas est dispositio ad lucem, sicut forma quoq; quodammodò disponit ad existentiam.

Improbatio 3.

Agens naturale non daret esse rebus, si solùm illud introduceret: nã animam introducit in corp', & tamen non dat animam.

Ratio.

Dare est causæ efficientis ipsũ donum.

S. Thom.

7.

De effectione existentiæ.

Aduert. 1.

Postrema conclusio æquè est improbabilis, scilicèt quòd agẽs naturale existentiam productam à Deo, coniungat cũ essentia à se producta: nã si existentia produceretur à solo Deo, à solo Deo induceretur in subiectũ; actio enim naturalis terminatur ad esse cõiuncti; nisi sit forma subsistẽs separata, vt anima rationalis: hæc enim sicut priùs existit, quàm informet corpus, ita nõ pẽdet à corpore; neq; creatio qua anima creatur, terminatur ad coniunctũ, scil. ad hominẽ, qui non creatur, sed gignitur: sed existentia rerũ nõ est subsistens, neq; creatur; ergo actio qua producitur, terminatur ad cõiunctũ, scil. ad essentiam cum existentia coniunctam; & ita agens quod producit existentiam, coniungit illam cũ essentia. Et idem probatur inductione, quia nulla est actio terminata ad formam, quæ per se non coniungat illam cum subiecto; nisi sit forma subsistens, vt est anima rationalis. Idem probatur, quoniam si agens naturale coniungeret existentiã cum essentia; hoc faceret disponendo subiectum: essentia autem per se est capax existentiæ; quoniam existentia est primus actus eius; ergo inter essentiam, & existentiam nulla est media dispositio. Explicatur hoc; nã licèt forma substantialis sit primus actus materiæ, & nullus actus sit medius inter vtramque; tamen materia prout antecedit sub alia forma, quia non est ex se determinata ad illam quam non habet, media dispositione generantis disponitur ad nouam formam; quare etiam ad recipiendam animam rationalem disponitur materia; & agens quod disponit materiam, inducit animam in materiam dispositã: sed essentia per se ipsam est capax existẽtiæ, & determinatum subiectum istius existentiæ; ergo non disponitur ab agente naturali ad recipiendam hanc existẽtiam: ergo si existentia à Deo solo producitur, ab eo solo etiam inducitur. Explicatur res hæc exemplo lucis, & diaphani, hoc enim modo forma quodammodò disponit ad existentiam; sicut diaphanum est dispositio ad lucem; sed tamen, quia hæc dispositio non determinat potentiam passiuam aeris ad recipiendam lucem; quia aer obscurus non est sub forma contraria; ab eo agente à quo lux producitur, infunditur aeri: ergo similitèr cum essentia per se ipsam sit capax existentiæ, imò determinata ad hãc existentiam; vt hæc existentia inducatur in essentiam, nulla dispositio agentis naturalis antecedit; sed id agens existentiã introducit, quod producit. Denique etsi existẽtia esset res, quæ posset à solo Deo produci in re genita, & iterùm Deus solus illam produceret, & agens naturale introduceret: adhùc tamen verum non esset, quòd agens naturale daret esse rebus: nam agens naturale introducit animam in corpus; non tamen dat animam, sed Deus nobis animam donat: dare enim est causæ efficientis ipsum donum; ergo si existentia non est effectus agentis naturalis; agens naturale non dat rebus existentiam. Sed quòd agens naturale det esse rebus, S. Thom. docet sæpissimè, & omnes cũ S. Thoma ea in re consentiunt; ergo agens naturale, non solùm inducit existentiam, sed producit illam, siquidèm dat illam.

His ergo meritò repudiatis ostendendum est, quomodò agens naturale producat existentiam. Aduertendum igitur

Vnumquodq; agit in quantũ est actu existẽs vt c.26 n.10.

Existentia in agente non est vis actiua, sed actus, & complementũ ipsius virtutis, ita in effectu non est forma producta, sed complementũ eius

Agens solam formam communicat, tamẽ producit etiã proprietatem hypost. & existẽtiam.

8.

Aduert. 2.

Id propriè dicitur communicari, in quo est assimilatio quę attenditur secundum speciem, vt lib. 3. c.12.p.2.n 4.

Existẽtia est analogum in quo nõ est propria assimilatio, sed consequitur formã assimilantem.

9.

Aduert.3.

Solus Deus cõseruat existentias rerum, sed non solus producit illas.

Similiter de essentijs.

Ratio.

igitur est, quòd vnumquodque agit in quantum est actu existens; quia existentia requiritur in agente, vt docuimus: ipsa tamen existentia non est vis actiua, sed est actus ipsius virtutis; sicut ergo in virtute agentis per se inuenitur existentia, non vt vis actiua, sed vt actus & complementum virtutis, vt posteà explicabimus; ita in effectu necessariò inuenitur existentia, non vt forma producta in qua est assimilatio inter agens, & effectum, sed vt complementum formæ productæ. Et sicut agens solam formam communicat, quæ est principium agendi; & tamen non producit solam formam, sed etiam proprietatem hypostaticam, & totum ipsum suppositum: ita etiam etsi solam formam communicet, tamen existentiam producit.

Aduertendum enim est, quòd propriè dicitur id communicari in quo est assimilatio; hæc autem secundum speciem consideratur, vt lib. 3. docuimus: existentia autem est analogum quoddam in quo non est propriè assimilatio, sed consequitur formam assimilantem, quæ dat speciẽ, & ita fiet vt existentia quoque producatur, siquidem consequitur formam communicatam siue essentiam specificam, vt proprium complementum illius.

Adhùc tamen obseruandum est, quod solus Deus conseruat existentias rerum. Vnde nonnullis visum est, solum Deum producere ipsas rerum existentias. Hoc tamen est à ratione alienum; nam conseruatio rei est effectio ipsius rei perpetua: quapropter sicut essentia priùs producitur quàm existentia; ita priùs ordine naturæ conseruatur essentia, quæ est subiectum existentiæ, quàm existentia in subiecto. Quòd si vtraque à Deo conseruatur, nullum argumentum efficitur, quòd existentia à solo Deo producatur; quia à solo Deo conseruatur: nam & essentia iam producta ab agente naturali, à solo Deo conseruatur, quia res omnes ex se ipsis non existunt, & idcircò vt perpetuò existant necesse est vt perpetuò efficiantur. Agentia autem naturalia, quia definita sunt, agunt cum quadam mutatione, scilicèt à non esse ad esse, vt in physicis docemur; verbi gratia, à non esse hominem ad esse hominem, vel à non esse calidum vt quatuor, ad esse calidum vt quatuor: & ideò res dum fiunt, mutantur de non esse ad esse. Deus autem, qui est primum agens, agit sine mutatione ipsius effectus; non immutando illum de non esse ad esse, sed conseruando, & perpetuò efficiendo vt sit: quæ tamen operatio diuina priùs terminatur ad essentiam, quàm ad existentiam, vt diximus. Vndè intelligere licet quare conseruatio æquiualeat creationi, & sit productio totius: cum enim totum conseruetur & non sola pars; & conseruare sit continenter efficere; conseruatio est productio, totius sicut creatio. Et solum discrimen est quòd creatio intelligitur, vt mutatio prima ex non esse; sed conseruatio potiùs est quædam manus diuinæ retinentia, ne res ad nihilum redeat. Cum enim res ex se ipsa non sit perpetuò, ad non esse rediret, nisi perpetuò efficeretur vt sit. Sicut ergo creatio excedit facultatem agentis naturalis, ita & conseruatio. Conseruatur igitur existentia, sicut & essentia, à solo Deo; sed non producitur existentia, aut essentia de non esse à solo Deo, sed à Deo & causis naturalibus simul.

Qua in re aduertendum est, quod lib. 2. docuimus, creationem non esse actionem, sed significari per modum actionis, eò quòd nullo modo antecedat rẽ creatam: & cum omnis actio sit in aliquo subiecto, creatio, quæ antecedit omne subiectum, in nullo est, & nulla actio est. Est ergo creatio ipsa res creata significata per modum actionis cum aliqua nouitate, vt sit ex non esse ad esse. Eadem ratione conseruatio non est actio, sed significatur per modum actionis; cũ enim tota substantia conseruetur, nullum est subiectum in quo ista actio insit: actio quippè antecedit effectum, & supponit subiectum; impossibile est ergo quod ipsum subiectum sit effectus actionis. Cum ergo per conseruationem sicut per creationem tota substantia efficiatur, conseruatio non antecedit in ipsa substantia, vt in subiecto, sicut neque creatio. Vnde conficitur vt eodem genere impossibilis, & creatio, & conseruatio repugnet agenti naturali. Et hoc idem confirmatur ratione iam inducta, quoniam agens naturale agit cum mutatione eò quòd non efficit totum ens, sed hoc ens, vel illud ens; verbi gratia, ex ligno producit ignem, ex semine

Res vt ꝑpetuò existant, necesse est vt perpetuò efficiãtur.

Agentia naturalia, quia definita sũt, agũt mutando effectum de nõ esse ad esse: solus

Deus agit perpetuò efficiendo vt sit.

Conseruatio æquiualet creationi: quia est productio totius.

Diserimen inter vtramque.

10.

Aduert.4.

Creatio nõ est actio: quia non est in subiecto cum antecedat omne subiectũ sed est ipsa res creata significata per modũ actionis cũ aliqua nouitate vt sit ex non esse ad esse.

Idem de conseruatione.

Impossibile est, subiectum quod actio necessariò supponit, esse effectũ actionis.

Eodem genere impossibilis repugnat creatio, & cõseruatio agenti naturali, vt n.9.

Confirm.

Agens naturale agit cum mutatione eò

quòd non efficit totum ens, sed partem efficit,& partem supponit.

mine hominem : non ergo totum producit; sed partem supponit, & partem efficit, quod necessariò accidit cum aliqua mutatione rei. Igitur re iam producta cessat actio agentis naturalis; aliàs si duraret non conseruaret rem productam, sed mutaret. Solum ergo primum agens quod potest efficere totum, & operari absque mutatione potest rem iam productam conseruare. Quod autem agens naturale producat existentiam, sicut & essentiam, nulla est repugnantia.

Re iam producta, actio agentis naturalis cessat: aliàs si duraret, nõ conseruaret rem productã, sed mutaret.

Ex quibus apertissimè liquet, quòd existentia rerum est effectus agentium naturalium, dùm res denuò efficiuntur. Id enim nullo modo repugnat; sed potiùs necessarium est; nisi forma ab alio agente producatur, vt in generatione hominis; quia est forma per se subsistẽs: & ideò generans non producit existentiam animæ, sed productam à Deo communicat corpori. Dum verò res conseruantur, non sola existentia, sed tota substantia est effectus solius Dei; & ita semper existentia est effectus agentis. Quòd autem humanitas Christi sit producta ab agente naturali, & eius existentia, quæ diuina est, non sit producta ab illo, potuit virtute diuina effici, vt declaratum est, substitutâ diuinâ existentiâ pro humana.

11. Corollar. Existentia rerũ est effectus agentium naturalium, dum res denuò efficiũtur, nisi quando forma ab alio agente producitur, eò qđ sit forma per se subsistẽs, vt in generatione hominis.

Confirmatio.

12. QVòd agentia naturalia producant rerum existentias, suadetur auctoritate Aristot. 5. Metaph. tex. 4. ponentis terminum generationis existentiam. *Generatio* (inquit) *in id quod est, quamuis ex eo quod non est.* Ergo sicut agentia naturalia corrumpunt corpoream substantiam redigendo ad non esse; ita & ex non esse ad esse deducunt, quæ generant. Eadem est sententia S. Thom. 1.p.q.8.ar.1. & q.45.art.5. & q.104. ar. 1. & lib.2. contra gent. cap.21. & lib. 3. cap.66. & de veritate, q.5. ar.9. ad 7. & q.3. de potentia, ar.1.4. & 7. & q.7. art. 2. alijsque multis in locis, quibus affirmat agentia naturalia dare esse rebus effectis, planè in genere causæ efficientis, quo solo genere agentia naturalia dant, qnicquid dicuntur dare. Sunt verò duo loci insignes, quibus sententia Doctoris Sancti liquidò constat. Nam q.3.

Aristot.

S.Thom.

Ait agentia naturalia dare esse rebus effectis

Duo loci insignes S. Doctoris.

1. locus.

A de potent. art.8. arg.19. cum vellet probare Deũ creare formas in materia, assumit principium ex lib. de causis: quòd esse rerum est per creationem; esse autem rerum est per formam geniti: ergo forma geniti creatur in materia. Respõdet S. Doctor, esse geniti non esse per creationem, sed per causam secundam agentem in virtute causæ creatricis: & idcircò illud esse geniti dicitur esse per creationem, hoc est, per actionem pendentem à causa creatrice. Qua responsione S. Thom. sentit proculdubio ab eodem agente deriuari esse & formam: & vtrumque proficisci à causa secunda. Et q. eadem 3. art. 16. ad 21. arg. affirmat impossibile esse, vt quę creãtur à Deo, habeant formas productas ab angelis; quia esse sequitur formam: quare qui producit formam, producit ipsum esse; sed cum Deus creat substantiam, ipse solus producit esse: ergo ipse solus producit formam per quam dat esse: igitur in opposito, cum agens naturale in generatione producat formam, vt liquet, impossibile est in sententia S. Thom. quòd esse sit à solo Deo: sed est simul à producta forma; per quam formam ipsum agens creatũ dat esse genito, vt S. Thomas alijs in locis affirmat. Idem affirmat Ioan. Scot. in 4. d.1. q.1. & contrariam sententiam, quam falsò credidit fuisse Doctoris Sancti, multis refellit. Consentiunt Thom. Caiet. 1.p. quæst.8. art.1. vbi testatur falsò imputari S. Doctori ab Scoto contrariam sententiam. Et Francisc. Ferrar. libr. 2. contra gent. cap. 21. licèt Ferrar. opinetur agentia naturalia vt instrumenta concurrere ad rerum existentias producendas, de qua D re p. cap. sequenti disputabimus.

2. locus.

Scot. Falsò ab Scoto imputatur *S. Thomæ* sententia impugnata. *Caiet. Ferrar.*

PARS SECVNDA.

Agentia naturalia sunt principalia ad producendas rerum existentias, & non solùm instrumenta.

1. 1.sent.

ALij sunt, qui affirmant existentias rerum produci ab agentibus naturalibus, duntaxàt vt ab instrumentarijs causis; produci autem illas à solo Deo, vt ab agente principali: quæ fuit sententia Francisci Ferrar. 2. contra gẽtes, cap. 21. Nam esse est proprium Dei, & participatur ab agentibus naturali-

Ferrar. Argum. Esse est proprium Dei, & participatur ab agentibus naturalibus

ralibus contingẽter, & sic operantur invirtute 1. causæ, cuius esse est essentia

Exemplum calidi per participationẽ caloris ignei. *S. Thom.*

2.

2. sent. in fit. asserta.

Aduertendũ. Omne creatũ agens dicitur instrumẽtum Dei.

Huius proloquij 1. causa. *S. Thom.*

Nullũ agens vniuocum est causa totius speciei: aliàs esset causa sui ipsius: vnde ponenda est alia causa totius speciei, prima æquiuoca, & principalis.

Item omne agens creatum est ens particulare, & definitum, & non potest esse causa totius entis.

Explicatur *S. Thomas.*

Agentia creata vocat non instrumenta, sed quasi instrumẽta, quia mouent mota, & sunt agẽtia posteriora; sicut ad producẽdas essentias, ita ad existentias.

3.

2. causa *Auicennæ.* *S. Thom.*

Agens naturale est causa motus, & agens diuinum est causa esse ipsius, causa motus est instrumentum, artifex enim

bus, quibus esse est contingens: ergo operantur in virtute primæ causæ, cuius esse est essentia; sicut omne calidũ quod participat calorem, qui est proprius igni, calefacit vt instrumentum ignis. Et hoc videtur docere S. Thom. 1. p. q. 45. art. 5. & de veritate, q. 5. art. 9. & quæst. 3. de potentia, articul. 1. & idem multis commonstrat 3. contra gent. capite 66.

Nihilominùs affirmandum est, agens naturale producere existentiam simul cum essentia, vt principale agens in suo ordine. Est tamen aduertendum, quòd omne agens creatum dicitur instrumentum Dei. Cuius proloquij duplex est causa. Altera quam assignat S. Thomas 2. contra gentes, cap. 21. quia omne agens vniuocum est quidèm causa alterius indiuidui in specie eadem; sed non est causa totius speciei: aliàs esset causa sui ipsius: ergo ponenda est alia causa totius speciei prima vniuersalis, & æquiuoca, cuius sit quasi instrumentum agens vniuocum. Et quia omne agens creatum est quoddam ens particulare, & definitum, non potest esse causa totius entis; esset enim causa sui: necesse est ergo, vt sit quasi instrumentum primi entis, quod est ipsum esse subsistens complectens omne esse, & infinitum; atque ita omne agens creatum est instrumentum Dei. In quo eleganti discursu perspicuum est, quod S. Thomas non negat agentia creata esse in suo ordine præcipua; sed illa ipsa agentia cum causa prima comparata, vocat non instrumenta, sed quasi instrumenta; quia mouent mota, & sunt agentia posteriora. Sicut igitur eodem loco hominem generantem hominem, vocat quasi instrumentum; ita cum agentia creata docet efficere esse rerum, vt instrumenta, in eodem sensu accipiendum est, vt potè ratione eadem deductum. Constat autem, agentia naturalia esse principalia ad producendas essentias, etsi instrumenta Dei ad hoc dicantur; ergo & modo eodem ad producendas existentias principalia sunt.

Altera ratio est Auicennæ libr. 1. sufficientiæ, cap. 11. quam affert S. Thom. in 1. dist. 39. quæst. 1. art. 1. quòd agens naturale est causa motus, & agens diuinum est causa esse ipsius: causa autem motus est instrumentum, artifex enim per instrumenta artis polit lignum, & coaptat, & perfectâ cathedrâ vbi cessat motus, cessant instrumenta. Eodem modo creatum agens, dum res efficitur, deseruit operationi, qua cessante cessat agens creatum: agens verò diuinum res iam operatas conseruat; & idcircò omne agens creatum est quasi instrumentum Dei. Nihilominùs tamen sunt inter agentia creata quædam præcipua, & non sola instrumenta, si cum effectibus comparentur; quia ad peragendam rem non mouentur ab alijs causis eiusdem ordinis, vt Philosophia testatur. Verba autem Auicẽnæ videntur significare, quòd solus Deus sit causa ipsius esse. Et benè hoc quidèm concedendum in sensu, quem ille sibi vult, scilicèt causa permanens, non cessans, vt cessant instrumenta. Et hoc ostenditur, causa enim naturalis non solùm est causa motus, sed rei effectæ per motum; sicut ergo est causa essentiæ, quæ per motum producitur, est causa existentiæ ad quam motus terminatur. Dicitur ergo causa motus, quia est causa rei, dum mutatur, & cessante mutatione cessat causa naturalis: agens verò diuinum perpetuò operatur conseruando, & iam non admouet agentia naturalia, quæ sunt quasi instrumenta, quæ reparata cessant; sed per se ipsum res conseruat, quia non solùm est causa motus, siue mutationis, sed causa entis; quæ ens iam factum conseruat, vt capite præcedente est expositum. Et hic est sensus verborum Auicennæ.

Habemus igitur explicatum, quo modo agentia naturalia dicantur instrumenta Dei, etsi in suo ordine sint agentia principalia. Quòd verò participent existentiam, non efficit vt sint pura instrumenta: nam & essentiam participant, & sunt nihilominùs agentia præcipua ad producendam formam, siue essentiam, quam participant. Adhùc quòd participent existentiam contingentèr, non excludit illa à numero principaliũ agentium: nam & secundum potentiam Dei calor est contingentèr in igne, & ipsa existentia est intrinsecè coniuncta cum agente naturali; quia operatur in quantum est actu existens: & est existentia propria cuiusque rei singularis, nulli alteri rei communicabilis; ergo hæc satis sunt vt agens naturale

sa autem motus est instrumẽtum, quod cessat cessante motu.

Inter agentia creata quędam sunt præcipua si cum effectibus comparẽtur: quia non mouentur ad operandum ab alijs causis eiusdem ordinis.

Explicatur *Auicenna.*

Causa naturalis dicitur causa motus, quia est causa rei, dũ mutatur, & ad quã motus terminatur, & cessat cessãte mutatione.

4.

Ad arg. 1. sent. Respond. 1.

Agentia creata essentiã quoque participãt, & tamen ad eã producendam sunt agentia principalia.

Respond. 2.

Calor est in igne cõtingenter secundù potẽtiam Dei.

Existẽtia est intrinsecè coniuncta cum agẽte naturali, & existẽtia est propria cuiusque rei singularis.

producat existentiam vt principale, & primarium agens in suo ordine. Et confirmatur, quia existentia cum essentia producta est effectus vnus completus, etsi sint res duæ; essentia enim ante existentiam est incompleta, & est terminus operationis incompletus; ergo agens naturale in eodem ordine numeratur ad vtrumque producendum; ergo illud agens quod ad producendam essentiam censetur inter principalia, est etiã principale agens ad existentiam producendam.

Confirm. Existentia cũ essentia est vnus effectus cõpletus.

Ratio autem aperta est; quia inter agentia creata, quæ ab alijs habent contingenter id quod illis est propriũ, sunt quasi aliorum instrumenta, quia quod est per accidens reuocatur ad id quod est per se. Comparata autem cum Deo, non propter hoc dicuntur pura instrumenta, quia habent per accidens quod Deus habet per essentiam: aliàs homo esset purum instrumentũ sapienter operando; quia in homine sapientia est accidens, quæ in Deo est essentia: sed tunc dicitur agens creatum purum instrumẽtum diuinum, quando eleuatur ad operandum id, quod est supra naturam. Cũ ergo ad producendam existentiam non eleuetur agens naturale, sed operatur per virtutem suam, qua producit formã, & existentiam vt complementum formæ; non est purum instrumentum Dei; sed principale agens ad producendum vtrumque.

5. Ratio. Inter agentia creata ea, quæ habent contingentèr ab alijs quod eis est, pro priũ, sunt quasi instrumenta aliorũ; quia quod est per accidens reuocatur ad id quod est per se: non autem ita se habent, si comparentur cũ Deo.

Probatur. Agens creatũ tũc dicitur purum instrumẽtum diuinum quando eleuatur ad operandum id quod est supra naturam.

6. 3 sent tit. opposita. *Ledesm. de diuina perf. q.10. ar.6.*

Alij sunt, qui admirabilem opinionẽ excogitarunt. Aiunt enim agentia naturalia esse pura instrumenta Dei ad producendas existentias rerũ; quia actio eorum sit duntaxàt instrumentaria, vel eleuata ad producendas existentias; vel coniuncta cum alia actione Dei producẽtis illas. Sunt enim duo genera actionis instrumentariæ. Altera, cum vna & eadem actio instrumenti eleuatur ab agente nobiliori, ad producendum effectum vltra virtutem instrumenti: sicut arrifex incisione ligni, quæ est vnica actio, non solùm ferro diuidit lignum, sed facit cathedram per artem. Alterum genus est actionis instrumentariæ quasi disponẽtis ad effectum nobiliorem, qui tamen effectus alia actione subsequente producitur à causa principali: quemadmodùm calor, vt instrumentum ignis, producit ignem per actionem calefaciendi, consequente tamen alia actione generantis, quæ est substantialis generatio ignis: ita vt sint duo effectus, alter instrumenti, alter causæ principalis, scilicèt calor, & ignis. Quod scitè obseruauit Thomas Caietanus 1. parte, quæstione 45. articul. 5. Aiunt ergo altero istorum modorum concurrere agens naturale ad producendam existẽtiam.

Declaratur. Duplex actio instrumẽtaria; altera eleuata ad effectũ nobiliorem.

Exemplum incisionis eleuatę ad cathed.

Altera disponens.

Exemplum calefactionis disponentis ad ignem.

Caiet. Hæc sent. ait altero istorum modorum cõcurrere agens naturale ad producendam existẽtiam.

Hæc tamen opinio in multis peccat. Nam si agentibus naturalibus præter actionem, siue generationem, qua producunt essentiam, attribuunt aliam actionem instrumentariam, qua producant existentiam; planissimè hallucinantur: actio enim instrumentaria præter effectum principalem, quem attingit vt instrumentum, habet alium effectum coniunctum, à quo actio primò specificatur; vt calefacto, qua generatur ignis, primò specificatur à calore producto; & cæsio ligni, qua fit cathedra, primò specificatur à diuisione partium, siue à terminis diuisis, quibus illæ partes terminantur. Comminiscendum ergo est in ea actione noua, qua post productam essentiam producitur existentia tanquam effectus principalis, quid per eam actionem instrumentariam producatur ante existẽtiam ipsam quod sit terminus specificãs actionem instrumentariam; quod fingi aut cogitari non potest.

7. Quoad actionem 2. modo, improbatur.

Actio instrumentaria præter effectũ principalem quem attingit vt instrumentũ, habet alium effectum coniunctum à quo actio primò specificatur.

Exemplum.

Quòd si ipsam generationẽ, siue productionẽ essentiæ, existiment esse actionem instrumentariam eleuatam ad producendam existentiam; multis alijs implicantur, quæ falsa sunt. Nam etsi permittamus existentiam esse perfectiorẽ, quàm essentiam; tamen ad hoc vt actio qua per se producitur essentia, non possit attingere existentiam, nisi eleuata vt instrumentaria actio, non satis est quòd existentia sit perfectior; sed vltra necesse est quòd sit alterius ordinis; vt substantia, quæ excedit accidens ipso ordine entis; aut artefactum, quod excedit ens naturale per causas naturales productum, quatenùs ipsum artefactum participat aliquid rationis. Hæc enim non possunt produci actione instrumenti, nisi eleuetur ab agente altioris ordinis. At existentia, quæ est complementum substantiæ, non postulat eleuatam actionem, & instrumentariam; etiamsi sit perfectior, quàm essentia.

Non sic productio existẽtiæ.

8. Quoad actionem 1. modo, improbatur.

Etsi existẽtia admittatur perfectior, quàm essentia, tamẽ vt productio essentiæ esset purè eleuata existentiæ productio necesse esset quòd existentia esset alterius ordinis.

Exemplum substantiæ excedentis accidens.

2. artefacti excedẽtis ens naturale.

Existẽtia quæ est cõplemẽtũ substantiæ, nõ postulat eleuatam actionẽ.

Præterea

Improbatur 2 Etsi productio essētiæ esset actio eleuata ad productionem existentiæ; hæc actio potest intelligi eleuata virtute ipsiusmet agentis.

1. exemplū actionis artificiosæ.

2. calefactionis.

Improbatur 3 Ex ipsa positione contraria, sci. si generatio esset eleuata instrumentaria, & eleuata ostenditur qđ generās sit agens principale quoad existentiam.

9.

Quādo actio eleuatur ab alio agente, effectus consequens est contingenter coniunctus cū effectu proprio illius actionis; & ipsummet instrumentū cuius est actionō dicitur disponere, nisi quatenus mouetur ab intendente finē.

1. Exemplū.
2. Exemplū.

Præterea ex hoc quòd actio est instrumē A taria, & eleuata, non cōsequitur vt agēs sit purum instrumentum; quia potest intelligi actio eleuata virtute ipsiusmet agentis, vt ipse artifex qui scindit lignū, dirigendo actionem secundum artem, eleuat illam ad cōficiēdam cathedram. Et idem ignis calefaciendo lignum, generat ignem vt principale agēs, quia vtitur instrumentis suis non alienis: ergo etsi demus generationē siue productionem essentiæ, esse actionem instrumentariam, ad producendam existentiam; nulla consequentia fit, vt agens naturale sit instrumentum purum Dei operantis. Iam enim anteà comprobauimus; B productionem existentiæ conuenire agentibus naturalibus tanquam præcipuis; ergo etsi generatio siue productio essentiæ, sit actio instrumentaria, ad producendam existentiam; conuenit tamen ipsis agentibus vt principalibus.

Imò si generatio essentiæ esset instrumentaria, quod tamen falsum est; inde conficeretur argumētum planissimum, quòd generans sit agēs principale, quod existentiam quoque producat. Nam in effectibus necessariò coniunctis, causa disponens ad effectum vlteriorem, est C causa præcipua ipsius effectus. Nam disponens, habet in intentione effectum vlteriorem. Et hoc non solùm ratio persuadet, sed inductio philosophica in omnibus rebus. Quare cum actio aliqua eleuatur ab alio agente, non solùm effectus consequens est contingenter coniunctus cum effectu proprio actionis illius; sed etiam ipsum instrumentum cuius est actio non dicitur disponere, nisi quatenus mouetur ab intendente finē. At verò, id agens quod eleuat instrumētum, dicitur disponere aliquid actione instrumenti; semper enim purum instrumentum est, quo aliud agens agit & disponit. Quo pacto Imperator per actiones tribunorum disponit prælium ad finem intentum, ignorantibus tribunis quo dirigantur, quia non agunt sed agūtur: & aqua lustralis eleuata non dicitur disponere ad gratiam alia ratione, nisi vt assumitur à Deo vt instrumentū; quia hic effectus non est coniunctus per se cū ablutione; sed Deus eleuans aquam, dirigit ablutionem ad hunc finem. Et ipsa intentio ministri sacramētorum est per accidens, quia Deus voluit vti ministri A intentione vt instrumentaria actione; sicut: si Imperator cōmunicaret consiliū cum tribunis: hęc enim per accidens sūt in instrumentis, quæ in causa principali inueniuntur per se. Cum ergo existentia sit effectus coniunctus per se cum essentia producta, & sit expetitus ab agēte naturali, consequens est vt ipsum sit principale agens, vel hoc ipso, quòd generatio est actio illius instrumētaria, ad hunc finem eleuata.

10. Improbatur 4. Postremò, etsi hoc verum esset quòd causæ naturales non possent producere existentiam; inopinabile est quòd producant existentiam vt pura instrumēta B diuina. Quando enim actio creaturę eleuatur vt aliquid producat, quod vi sua non potest producere, accidit miraculū ingens & portentum diuinæ potentiæ, quod Theologi vix explicare queunt, vt sit effectus actionis, id quod non continetur in efficacia & vi actionis. Cum ergo ipsa existentia possit produci à Deo non assumptis instrumentis; hoc potius esset consentaneum naturæ; & nullo pacto est ordo naturalis rerum, vt fiat perpetuum miraculum istud, in his actionibus instrumentarijs. Ergo agentia creata ita sunt instrumenta Dei ad producēdas existentias, sicut & ad essentias productas; non vera instrumenta, sed in suo ordine principalia agentia.

Quando actio creaturæ eleuatur, vt aliquid producat qđ vi sua nō potest, datur miraculum.

Non est consentaneū miraculum perpetuum in illis actionibus instrumentarijs

Confirmatio.

QVòd agentia naturalia quæ sunt quasi instrumenta Deitatis, suo ordine sint agentia principalia, ad producendas rerum existentias, probatur auctoritate S. Thom. illis in locis quibus affirmat ea esse instrumenta. Quia ea ra D tione qua dicit instrumenta ad producēdas existentias, dicit quoque instrumenta ad producendas rerum essentias: sed ad producendas essentias hæc instrumēta diuina, suo ordine sunt principalia agentia: ergo ex sententia S. Thom. confitendum est, ea quoque esse suo ordine principalia agentia ad existentias producendas. Quod satis apertè declarat libr. 2. contra gent. cap. 21. vbi docet, omne agēs vniuocum operari vt instrumentum causæ æquiuocæ: & eodem modò ad producendum esse concurrere vt instrumentum per modum motus. Et eodem cap. docet agens creatum esse

11. Idem docet *S. Thom.* in illis locis in quibus dicit agentia creata esse instrumēta existentiæ.

Probatur. Eadem ratione dicit instrumenta ad producendas existentias, & ad producendas essentias.

S. Thomæ.
1. locus.

2. locus.

causam essendi per accidens: quia dum generatur homo, non fit totum ens siue ens simpliciter, sed fit ens ex parte, siuè hoc ens in illo ente. Eodem ergo modo agens creatum est causa essendi, hoc est, existētiæ, & causa entis, hoc est, essentiæ. Et vtriusque est causa per accidēs, cum ex ente fit ens: cum verò fit ens ex nihilo, causa creans est per se causa entis, & essendi. At verò lib.3. cap.66. liquidissimè cōstat quanam ratione S. Thom. arbitratur agentia creata esse instrumēta Dei ad producendas existentias. Hoc enim probatur sex argumentis, quibus ijsdem ostenditur ea quoque esse instrumenta Dei ad producendas essentias. Argumento autem secundo ex eò quòd esse est effectus communis cuiuscunque agentis, probat omne agens esse instrumentum Dei; quia multa ad vnum non concurrunt nisi vnita, vt participant motum vnius primi agentis. Et idem argumentum conficit q.3. de potent. art.7. Constat autem existentias rerum nō esse vnius speciei, sed multarum: ergo à multis agētibus diuersarum specierum & principalibus per se oriuntur. Sicut enim vnum ab vno, ita multa à multis per se sunt: sed qua ratione esse est vnum vnitate analogiæ communis, reuocatur ad causam communem primam creatricem; cuius sunt quasi instrumenta causæ omnes particulares, licèt suo ordine sint principales. Idem ostendit S. Thom. q.3. de pot. art.1. Nam ex eò quòd agens creatum nō agit in quantum ens, sed in quantum hoc ens, probat quòd non fit causa essendi, nisi vt instrumentū primientis, quod agit in quantum est ens. Instrumentum autem huius generis in suo ordine est agēs principale, & sicut essentiæ ita & existentiæ productæ principalis causa. Et eodem sensu explicanda sunt quę dicit art.4. Neque exemplorū habenda ratio, quę ibi inducuntur ad explicandam dependentiam agentis creati ab increato: ad eum modum quo instrumentum pendet à causa principali. Et eadē ratione ar.7. docet, agētia creata esse instrumenta Dei, quatenus Deus est causa actionis illorum: qua quidem ratione generans quoque, quod absque dubio est causa principalis, est instrumētum Dei, siquidèm Deus est causa ipsius generationis. Vnde S. Thom. colligit quòd esse sit proprius effectus Dei, & agentis creati vt instrumenti. Ergo hoc idem instrumentū in suo genere est causa principalis. Et idē indicat S. Thom. q.5. de verit. art.9. ad 7. Et hoc idē tradidit in sententijs in 2. d.15. q.1. art.2. quamobrem de opinione S. Thom. ambigendum non est in ista quæstione.

3. locus.

Multa nō cōcurrūt ad vnū nisi vnita, vt participāt motum vnius primi agentis.

4. locus similis precedenti.

Existentiæ rerū sunt multarum: specierum vnde à multis agētib⁹ principalibus per se oriri necesse est.

5. locus.

6. locus. Exemplorum omniū nō est habenda ratio in omnibus.

7. locus.

8. locus.

Esse sit proprius effectus Dei, & agentis creati, vt instrumeti.

9. locus.

PARS TERTIA.

Qua actione producatur existentia.

1.

NOn nihil est negotij explicare volētibus, qua actione existentia producatur. Quidam existimant, actionem quamcunque qua producitur essentia, intrinsecè terminari ad existentiam, ita vt existentia claudatur termino intrinseco actionis, qui est ipsa essentia; nō distinguentes existentiam ab essentia, quę iam docuimus esse re ipsa distincta. Sed aduertendum est quòd actio, & res per actionem producta, differunt ex natura rei, vt Philosophi aiunt: quare ipsa res producta, quę est terminus actionis, non est quid intrinsecū in quidditate actionis contentum; sed dicitur intrinsecus terminus, quia actio explicatur per terminum; & ita terminus est intrinsecus non in ipsa quidditate actionis, sed in definitione eius: & non solùm terminus formalis est hoc modo intrinsecus; sed etiam terminus ad quem, qui est secundus terminus, etiam si per actionem nō producatur. Nam generationis terminus ad quem est suppositum; & tamen in generatione Deiparæ suppositum diuinum non fuit productum per generationem, sed terminauit illam assumēdo naturam. Ad hunc eundem modum cōcedimus, existentiam esse terminum intrinsecum actionis in definitione illius contentum; quia actio per se tendit ad esse rei; sed inde non solùm colligitur existentiam includi in essentia; sed neque concluditur per eam actionem produci necessariò existentiam, & valde imbecillum est argumentum istud.

1. sent. hanc actionē nō esse distinctā à productione essentiæ.

Fund. est nō distingui existentiā ab essentia.

Aduertendū Actio & res per actionem producta differūt ex natura rei: vnde termin' actionis non est intrinsecus in quidditate actionis, sed in definitione actionis.

Hoc modo est intrinsecus non solū terminus formalis, sed etiā terminus ad quē secundū⁹, etiā si per actionē non producatur; vt in generatione Deiparę suppositum diuinum.

Eodē modo existentia est terminus intrinsecus actionis.

2.

Distinguentibus igitur existētiam ab essentia, disputādum est de actione qua producitur existentia. Primùm illud videtur esse secundum philosophiam dictum, quòd eadem actione qua producitur essentia, producantur omnia quę sūt cum essentia, quæ producitur, colligata; & illa actio sit quasi origo vna omnium quæ

Difficultas est, posita distinctione inter existentiam & essentiam.

1. eius sensus:quòd efficaciâ illius actionis fiãt omnia coniuncta vt passiones, proprietas hypost.&existẽtia.

2.Quòd hęc solũ dicantur fieri per ipsam generationem quasi inchoatiuè.

Declaratur. Pronunciatũ illud in priori sẽsu verius est.

Sicut dispositio antecedẽs terminatur p se primò ad accidẽtia,secũdò ad substntiã: Ita viceuersa generatio &c.

S.Thom.

3.
Eiusdẽadhuc duplex sensus:
1.Sensus,qđ ea omnia per generationem producantur, nulla alia actione ibi reperta,cum omnia in 1. actione contineantur.

Ostenditur 1. exemplo in opinione aliquorum.

Ostenditur 2. ratione.

Caiet.

2.Sensusveridicus:quòd hæc omnia simul producãtur vi ipsa generationis,sed suis actionibus distinctis.

Ostenditur 1, exemplo cõtrario.

Ostenditur 2. ratione.

quę coniuncta sunt cum essentia. Hoc autem potest intelligi duplicit er. Primùm,quòd efficaciâ illius actionis fiant omnia hæc, scilicèt passiones, proprietas hypostatica, & ipsa existentia. Alio modò vt hæc omnia dicantur fieri per ipsam generationem, quasi per quandã inchoationem; quia non fierent nisi illa præcedente.Et ita potest dici vna actio, qua fiunt omnia; vel vnitate ordinis, vt multas actiones ibi inuentas dicamus ordine vnam; vel vnitate quadã simultatis,quia simul fiunt;vel vnitate principij,quia omnes actiones ibi inuentæ, ab vna exordiuntur, scilicèt à generatione substantiæ. Nobis magis placet omnia, quę consequuntur essentiam genitam, cõtineri in ipsius generationis substãtialis efficacia,non tanquam in actione disponente,imò vt in actione præcipua, in qua continentur cætera quæ essentiam genitam assequuntur: sicut enim dispositio antecedens quę per se primò terminatur ad accidentiã;Secundo loco ad substãtiã terminatur:ita viceuersa generatio substantiæ quæ per se primò terminatur ad substantiã,secundo loco ad omne complementum substantiæ se protẽdit,quod S. Thom.non obscurè innuit opusc.37.cap.4. & 1. contra gent. cap. 26. ad 5.

Sed hoc idem bifariam possumus interpretari. Primùm, quòd nulla alia actio ibi reperiatur. Nam etsi res productę sint distinctę à substantia genita;non tamen est necesse vt singulis actionibus producantur; siquidem continentúr in illa prima actione generandi: sicut quidam dixerunt ad generandam substantiam satis esse dispositionem antecedentem, tollentes è medio generationem substantialem. Quamobrem ordine immutato possum⁹ dicere,fieri omnia quæ coniunguntur cum essentia genita, per ipsam generationem,absque vlla alia emanatione reali; ita vt emanent ab essentia genita & ab ipsa generatione,sed non per aliam emanationem mediam. Neque enim impossibile est,quędã fieri non per actionẽ mediam. Hanc opinionem sequitur Thom. Caiet 1.p.q.50.ar. 5. vbi docet existentiam per se sequi formam siue essentiam,per se,inquam,hoc est nõ per mediam actionem. Existimat mus tamen,hæc quę simul producuntur cum essenria genita,etsi producantur via ipsa generationis, sed suis actionibus distinctis: sicut & essẽtia quæ producitur vi dispositionis præcedẽtis, præcipuè generatur generatione substãtiali. Agẽs enim eũdẽ effectũ attingit diuersis actionibus ordinatis, alterâ imperfectè,alterâ perfectiùs;vti necesse est confiteri in dispositione & generatione, quavtraque actione producitur essentia genita. Est autem consentaneum causis naturalibus, vt omnia producant actionibus medijs; nisi aperta ratio indicetur, qua negamus actionem mediam. Ergo eæ saltem res quę sunt simpliciter & absolutè distinctæ à substantia genita, producũtur per actionem mediam, quæ ab ipsis rebus productis modaliter solũ, aut formaliter distinguitur.

Igitur ij, qui existentiam ab essentia distinguunt modaliter aut formaliter, non distinguunt absolutè productiones vnius & alterius; sicut & res productæ nõ sunt absolutè distinctę. Est tamen aduertendũ eas productiones rerũ modaliter differentium nõ probe à quibusdã existimari actiones esse partiales quasi complentes actionem vnam. Nam inter vnam & aliam actionem, media est essentia siue res alia producta; quæ non pertinet ad rationem actionis, quasi ex illa re producta copulentur duæ partes actionis;sed sũt simpliciter actionesduę, quarũ vna alteram consequitur interiecta re aliqua producta per actionẽ priorem: quæ tamen actiones non sunt simpliciter res duæ,eò quòd termini producti non sunt simpliciter distincti,&habẽt hæc omnia identitatem realem.

Qui verò nobiscum sentiunt existentiam esse rem simpliciter distinctam à substantia;consequens est vt concedant productionem existentiæ propriam, si qua est, esse simpliciter distinctam à generatione substantiali; sicut essentia genita & existentia, sunt simpliciter distincta. Per hoc tamen quòd aimus existentiam produci propria actione,& eam actionem in ipsa generatione substantiali aliqua ex parte contineri; nõ affirmamus deriuari illam ab essentia genita in genere causę efficientis. De qua re posteà disputabimus. Neque verò est rei consequentia vt id quod per generationem producitur, producatur per essentiam genitam, vt ibi explicabimus.

Quòd siquis dubitet, vtrum existẽtia illa

2.sentent. ponẽtium distinctionẽmodalẽ,autform.

Quorũdã assertũ tales actiones esse partiales.

Soar.inmet. d.34.sect.6.

Improbatur.

Inter vnam actionẽ,& aliã mediat essẽtia seu res ꝓducta

Sunt simpliciter actiones duæ.

Non sunt, simpliciter res duæ,vtnec termini.

3.sentent.ponentiũ distinctionẽ absolutã.

Actioqua producitur existentia,aliqua ex parte continetur in ipsa actione generationis.

6.

Dubiũ, vtrũ existentia effectiue oriatur etiam ab essentia genita?

Resol. neg.

illa actione, qua producitur, oriatur nõ solùm à generante, sed ab ipsa essentia genita, vt passiones quæ fluunt ab essentia? Breuiter respondendum est, negando quòd existẽtia oriatur in genere causæ efficientis aut ab essentia, aut forma geniti: quia vnumquodque operatur in quãtum est actu, scilicèt vt existens est, vt postea docebimus; essẽtia ergo & forma geniti, quę priùs producuntur quàm existẽtia, minimè efficiunt ipsam existẽtiam. Et confirmatur, quia aliàs sibi ipsis præstarent vt essent, quod non potest intelligi. Et hoc docet S. Thom. 1. contra gẽt. cap. 22. & de ente & essentia cap. 5. in fine. Lege Paul. Soncin. 7. metaphisic. quæst. 22.

Ratio.

Vnũquodq; operat in quãtũ est actu, seu existens.

Confirm.

S. Thom.

Soncin.

CAPVT XXIX.

Argumenta refelluntur.

1.

1. Argum. Quòd existẽtia sit 1. effect⁹.

S. Thom.

Ratio.

Confirm. 1.

2.

2. argum. Quòd existẽtia sit effectus solius Dei.

S. Thom.

Idem.

Ex lib. de causis,

1. locus.

2. locus.

CONtra hæc arguitur; & imprimis probatur quòd existẽtia sit primus effectus à Deo productus, cæteraq; omnia antecedat. Nam id videtur docere S. Thom. 1. p. q. 45. art. 5. Et probatur ratione, quoniam agentia naturalia non operantur ex nihilo; necesse est ergo vt ipsum esse à solo Deo productũ antecedat generationẽ naturalẽ. Et confirmatur, quoniam saltẽ in materia debet antecedere; aliàs si materia acciperet esse à generãte, produceretur ab illo; ergo saltẽ in materia antecedit esse à solo Deo productum; quod per agentia naturalia determinatur ad diuersas species. Et iterum confirmatur, quia existentia est prima actualitas cuiuscunque rei; ergo vt ipsa forma habeat suum effectũ formalem, necesse est vt conseruetur existentia à solo Deo producta, qua ipsa forma existat.

Secundò probatur id quod est præcipuum, scilicèt quòd existẽtia sit effectus solius Dei. Nam quod existentia sit prius effectus Dei docet S. Thom. 1. p. q. 8. art. 1. & q. 45. art. 5. & q. 104. art. 1. & 2. contra gent. cap. 21. & libr. 3. cap. 66. quod autem est proprium Dei, est solius Dei; ergo solus Deus producit existentiam: & in 1. d. 37. q. 1. art. 1. docet, quòd esse sit à Deo immediatè, id est à solo Deo. Et lib. de causis proposit. 18. dicitur quòd esse rerum est per creationem, & propositi. 3. *Anima nobilis habet diuinam operationem, in quantum dat esse*: ergo dare esse, Dei solius est. Et probatur ratione; solus enim Deus est per essentiam ipsum esse; in agente autẽ naturali esse est extraneũ, & à solo Deo conseruatur: ergo sicut est in agente extraneum & à solo Deo conseruatur; ita & in effectu est à solo Deo productum. Et confirmatur idẽ; quoniã generãs hominem, non producit eius existentiam, quę est existentia animæ à solo Deo producta: ergo necesse non est, quòd agens naturale producat rerum existentias. Confirmatur idem, quoniam si agens naturale produceret existentiam, id efficeret mediâ formâ specificâ; ergo forma specifica concurreret ad sui existentiam in genere causæ efficientis, quod est impossibile: nam se ipsam efficeret & reduceret se in actum, quod negat Aristotel. 3. & 8. Physicor. & 12. metaphysic. & idem probat S. Thom. 1. contra gent. cap. 22. & de ente & essentia, cap. 5. & confirmatur tertiò, quia si agens naturale produceret existentiam alicuius cõpositi; agens esset in ipso cõposito, quod est impossibile. Sequela autem insinuatur à S. Thom. in 2. d. 8. q. 1. art. 5. vbi docet Angelum non esse in anima, quia non est causa eius existentię; ergo quod producit existentiam in aliquo, in ipso est in quo illam producit.

Ratio.

Confirm. 2.

Aristot.

S. Thom.

Confirm. 3.

S. Thom.

3.

3. argum. Quòd agens naturale determinet existentiã quoad speciem.

S. Thom.

Idem.

Locus ex lib. de causis.

Ratio.

Tertiò probatur quòd agens naturale determinet existentiam quoad speciem. Id enim sæpius videtur significare S. Thom. locis citatis dum ait, quòd esse absolutè est proprius effectus Dei; esse autem hoc vel illud, est effectus causæ particularis; sed causæ particulares sunt etiam efficientes, ergo in genere causæ efficientis determinant existentiam: & tamen non producunt illam, vt probatũ est; ergo duntaxat efficiunt existentiæ speciem, non ipsam existentiam. Legatur. S. Thom. de potentia q. 3. art. 1. & lib. 3. contra gent. cap. 66. & in 2. sent. d. 1. q. 1. art. 4. & lib. de causis propositi. 18. idem videtur affirmari; nam esse specificum tribuitur causis particularibus informantibus; esse verò simpliciter tribuitur primæ causæ scilicèt Deo. Et probatur ratione, nam existentia difinitur per essentiam, quæ est eius subiectum; quod autem definitur, determinatur: ergo causæ naturales quæ producunt essẽtiam, determinant existentiam; forma enim

enim à subiecto determinata, etiam ab agente determinatur.

4. 4. argum. Quòd causæ naturales dãt esse solũ dispo nẽdo ad illud.

Quarto loco probatur quòd causę naturales dent esse, disponendo ad illud duntaxat; hoc enim residuum est ex dictis superiùs. Cũ enim causæ naturales efficientes dent esse rebus, & non producant ipsam existentiam, sed determinent, quod pertinet ad genus causæ materialis; videtur quòd solùm disponendo sint causæ existendi. Et confirmatur, quoniam forma producta concurrit ad existentiam duntaxat in genere causæ disponentis & materialis: nam existentia est actus ipsius formę, & forma est subiectum illius. Et confirmatur iterum, quia licèt forma det speciem; ipsa species si comparetur cum existentia, est subiectum, & determinat illam; ergo solum in genere causæ subiectę & materialis concurrit forma ad existentiam; & ita agẽs quod producit essentiam, disponit ad existentiam.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

5. 5. argum. Quòd agentia naturalia solũ vt instrumenta Dei cõcurrant ad esse. S. Thomas Ratio.

Vltimò probatur, quòd agentia naturalia solùm vt instrumenta Dei concurrant ad existentiam producẽdam. Id enim apertè docet S. Thom. 2. contra gent. cap. 21. Et probatur ratione, quoniam existentia est ipsa Dei essentia; ergo sicut omne calidum calefacit, vt instrumentum ignis, qui est per se calidus; ita omne agens in actu, agit vt instrumẽtum Dei, qui est per essentiam in actu; ergo esse in actu, quod est existentia, est proprius effectus Dei: cætera verò agentia solùm vt instrumenta concurrunt.

Aduertenda.

6. 1. Aruertendũ Pronunciatũ indubium, qd esse sit proprius effectus Dei.

HOc capite illud est pręcipuum explicandum, quòd esse sit effectus proprius Dei: neque enim vllus Theologorum de hac re hactenus dubitauit, si auferamus ambiguitatem verborum; nõ enim dicitur effectus proprius, hoc est, solius Dei; nam & Dei proprium est misereri, sed nõ est solius Dei misereri. Vt ergo nomẽ hoc declaretur vsu philosophico, est duplex commentarius. Primus, vt dicatur effectus proprius, hoc est, adæquatus; quia homo generat hominem, equus equum: causa autem entis, quæ est nisi ens? quod est Deus; quia est ipsũ esse subsistens. Et ipse Doctor Sanctus de Potent. q. 7. art. 2. cum docuisset apertissimè omnes causas conuenire in hoc quòd producunt esse; colligit quòd esse est proprius effectus Dei, qui est causa vniuersalis continens omnes causas: planissime intelligẽs, quòd esse illud in sua communitate rationis, nulli causæ attribuitur adęquatè nisi primę causę, quæ est Deus Beatissimus. Et hoc loquendi modo non sola existentia, sed ipsa quoque essentia est proprius effectus Dei. Alius sensus est, quòd esse absolutè est effectus solius Dei; esse autem hoc & illud, est effectus agentis naturalis. Esse autem absolutè dicitur quando fit totũ ens, & non hoc ens ex alio, vt docet S. Thom. 2. contra gent. cap. 22. Cum enim homo generatur, fit homo absolutè, sed non fit absolutè ens; sed ex vno ente fit aliud ens, quod est fieri secundũ quid. Et hoc attingit Thom. Caiet. 1. p. q. 8. art. 1. dum ait, agentia naturalia nõ inchoare sed perficere; quia non producunt totum ens, sed immutant ex vno aliud. S. Thom. igitur, vt res fert de qua quoquo loco disputat, modò in vno sensu, modò in altero loquitur, cũ ait quòd esse sit proprius effectus Dei. Et hęc est sententia Thomæ Caiet. & Francis. Ferrar. in suis commentarijs.

In hoc sensu etiam essentia est propriùs effectus Dei.

2. Sensus, vt dicatur proprius Dei, id est solius Dei effectus esse absolutè, sc. quando fit totum ens, & non hoc ens ex alio.

S. Thom. Caiet.

S. Thomas loquitur modò in 1. sensu, modò in 2. *Caiet. Ferrar.*

7. Dubiolum. ex verbis. *S. Thom.*

Dubiolum autem breuiter perstringemus ortum ex verbis S. Thomę 3. cõtra gent. cap. 66. Nam argumento 3. assumit, quòd esse sit vltimum in generatione, & argumento 5. assumit quòd sit primum. Responsum est esse quidem vltimũ in generatione ordine naturæ reali, vtpotè eius terminum: nam eo habito (inquit S. Thom.) quiescit agentis actio: est ergo ipsum esse vltimum ordine naturę. Sed argumẽtum quintum est metaphysicum; & non comparatur esse cum generatione, sed cum hoc, aut illo esse: qua ratione esse est primũ, hoc est, communissimum, & ea cõmunitate est proprius effectus Dei, vt explicauimus. Potest etiam comparari cum alijs perfectionibus accidentarijs, quas esse substantiæ antecedit ordine reali naturæ: & hoc quoque innuit Doctor S. argumẽto illo. At verò Francis. Ferrar. priori sensu expositit quòd esse sit primum vt indeterminatum determinatis prius est, hoc est, commune prius particularibus. Sed nõ debuit dicere quòd esse hoc modo sit prius in generatione; sed prius in intellectu, sola communitate rationis. Et hoc idem significat S. Thom. q. 3. de potent.

Quomodo dixerit, esse, vltimum in generatione: & item primum Respons. Dicitur vltimũ ordine naturæ, tanquam terminus generationis. Dicitur primũ comparatione huius vel illius esse, id est, communissimum: vel primum comparatione aliarũ perfectionum accidẽtalium. *Ferrar.* expositit quôd esse est primũ in 1. sensu.

Quoad aliud improbatur. *S. Thom.*

Sic explicãd. *S. Thom.*

potent.art.3.docens,per causas particu lares,vel specificari esse,vel aliqua super addi ad esse.

8.

2. Aduertend. Ens & existẽtia sũt analoga: sed ens per differentias cõtractũefficitur genus vniuocũ,vt substantia:existentia nõ nisi eo modo quo analoga possũt determinatur,scilicèt conceptu explicito duntaxat.

Adhuc aduertendum est,quòd sicut ens est quoddã nomen analogum,ita & existentia. Ens autem contractum per differentias,quas modos intrinsecos dicunt, efficitur genus vniuocum, vt substantia,quantitas,&c. Existentia verò per nullas differẽtias cõtrahitur;sed est primus actus rei singularis, scilicèt suppositi, & non habet genera aut species. Qua propter dum existentia dicitur cõtrahi & determinari;semper intelligendum est determinari eo modo,quo analoga determinari possunt, scilicèt conceptu explicito duntaxat,vt lib.5.explicabimus. Quòd ergo existentia determinetur per subiectum,nihil aliud significat, nisi quòd in conceptu explicito istius existentię significetur aliquid determinatum,quod non significabatur in conceptu communi analogo & implicito.Non ergo in eodem sensu determinatur albedo per subiectum, & existentia: nam determinatio albedinis est physica & realis,quia habet quantitatem perfectionis, qua determinatur vt sit maior, aut minor. Existentia verò hæc iam producta, non potest esse perfectior,aut imperfectior, sed est res omninò definita & determinata. Cum ergo nomine cõmuni analogo, significẽtur omnes simul existentię solo nomine cõuenientes; dũ dicitur existentia determinari, intelligẽdum est,quòd in solo conceptu fit determinatio,vt scilicèt intelligamus cõceptu explicito istam existentiam, vel illã. Et idem dicendum quoque est in vniuocis, siquidem natura communis significata per vniuocum nomen,nullo modo distinguitur re ipsa à singularibus, vt diximus:quamobrem natura quoque cõmunis in solo conceptu determinatur. Quomodo verò anima determinetur à materia,est quoque superiùs explicatũ. Ex quibus perspicuum efficitur,quod ait S. Thom. agentia naturalia determinare esse; quia scilicèt dum homo generat hominem,equus equum,intelligimus generationem hominis terminari ad existentiam hominis,&generationem equi ad existentiam equi. Et quia hæc agentia sunt determinata ad hos effectus & non alios, dicuntur ipsa agentia determinare effectus. Quo loquẽdi modo dicimus materiam signatam determinare formam, quia est causa determinata istius formæ; nõ tamen quòd alia sit causa speciei & alia indiuidui, vt anteà comprobauimus: ergo agentia determinant existentiam,non physica determinatione, quasi existentia producta à Deo in genere substantię, producatur ab agentibus naturalibus in specie;hoc enim cõmentum est,& fabula: Sed quia cũDeus non sit determinatus ad producendam existentiam in vna sola specie; agentia naturalia singula ad existentiam in specie determinata sunt, eo modo quo existentia ad speciem pertinet. Quo argumentato nõ conficitur, vt agentia creata sint instrumenta ad producendam existentiam:nam eodem modo sunt determinata ad producendam substantiam; quam tamen producunt vt principalia agentia.

Determinatio albedinis per subiectum est physica, & realis, quia habet quantitatẽ perfectionis,vt sit maior vel minor: secus de existentia.

Existentia determinatur in solo cõceptu.

Sic etiã determinatur natura cõmunis significata per vniuocum nomen.

De determinatione animæ à materia, c.27. n.5.& cap. 10. p.2.n.12.16.& 18.

Ex S.Thom. Agentia naturalia determinant esse.

Exemplum ex cap. 10. p. 2.n.3.& 8.

Quod verò magis mirandũ est, ij Doctores qui affirmant, agentia naturalia determinare existentiam, negant illa esse instrumenta aut vllo modo producere existentiam: sed quia producunt essentiam,qua existentia determinatur vt à subiecto, ideo aiunt determinare existentiam. Reliquum est vt arbitrentur agentia concurrere in solo genere causa materialis ad existentiam, quatenùs producunt essentiam quæ est existentiæ subiectum. Imò aiunt agentia naturalia concurrere efficiendo & actiuè ad existentiæ determinationem: & alio loco aiunt agentia naturalia non producere existentias, neque in communi, neque in singulari. Quæ dicta nullo modo cõsentiunt. Perperam igitur interpretantur S. Thom. in reperspicua;liquet enim ex dictis agentia determinare existentiã,producendo singulatim determinatam existentiam; quia sunt ipsa agentia determinata ad suas quęque existentias producendas. Fortè volunt ij Doctores existentiã determinari ab agente, quatenùs illam cõiungit cum subiecto; quia existentia per subiectum determinatur. At verò hoc non sanè accipiunt, vt docuimus. Determinatur enim existentia à subiecto,nõ physica determinatione, vt sit magis, aut minùs perfecta; sed in solo cõceptu; quia istius subiecti ista est existentia,vt explicauimus. Neque etiã aduertunt existentiam priùs natura produci à Deo,vt volũt, & deinde ab agẽte naturali

Agentia dicũtur determinare existẽtiam, quia Deus nõ est determinatus adproducẽdam existẽtiã invna sola specie,agentia autem singulade terminata sũt in specie ad existentiam.

9.

Quidamdicũt agentia creata nullo modo producere existentiam; eam tamen determinare,in quantum producũt essentiã à qua determinatur existẽtia, vtà subiecto.

Idem aiunt agentia naturalia concurrere actiuè ad determinationẽ existentiæ.

In his dictis secũ pugnant. Refutãtur ex num.8.

Eòrum mens.

Improbatur ex cap.28.p.1. num.6.

Determinatur existẽtia à subiecto,non physica determinatione,vt sit magis vel minùs, perfecta;sed in solo cõceptu.

Improbatur ex eorũ doctr.

naturali induci in subiectum; producitur autem singularis & determinata existentia; ergo non determinatur ab agente naturali, sed iam determinata inducitur. Mutant etiam genus causæ perpetuò, dum ex hoc quòd agens producit essentiam, & essentia in genere causę materialis determinat existentiam; colligunt quòd agens in genere causæ efficientis determinat existentiam.

Improbatur 3.

10. Obiectio. ex verbis *S. Thom.*

Est tamē adhùc dubium quod oritur ex verbis S. Thom. in 2.d. 8.q.1.art.5. vbi docet, Angelum non esse in anima, quia non est causa eius existentiæ: cū ergo agens naturale non sit in genito, non erit causa eius existentiæ. Aduertendū est tamen id quod doctè & argutè S. Doctor ibidē obseruat, quācunq; rem creatam suos habere terminos: res corporea terminatur quātitate vt termino intrinseco, quo cōpletur. Agēs ergo corporeū non est in passo, quia secernuntur suis terminis, scilicèt quantitate, vt vnū non possit esse in alio: & quia Angelus non terminatur quantitate, potest esse in corpore quantitate terminato. At verò nō potest esse in anima, inquit S. Th. quia terminus animæ est existentia, quę existentia scilicèt animæ rationalis à Deo creatur. Cū ergo Angelus non operetur intra essentiam & intra terminum animæ, non potest esse in illa; in corpore autem est dum operatur intra terminos corporis, scilicèt intra quantitatē. Et his possumus addere, quòd ipsa existentia Angeli, quia finita est, terminat illum vt sit extra animam; sicut corpus est extra corpus propter suos terminos quantitatis. Existentia verò Dei quia non est terminus, neque terminata, sed infinita; non impedit quin Deus sit intra terminos creaturarum intimè in ipsis essentijs, dans esse omnibus. Ex quibus liquet S. Thom. non negare quòd agens naturale non sit causa existentiæ; sed Angelus quidem, quia non creat existentiam animæ, non est in anima: at verò corpus nō est incorpore, non quia non producit existentiam; sed quia quantitate distinguitur & secernitur.

Aduert. ex ipso S. Doctore.

Quæcūque res suos habet terminos; & ideo agens corporeū non est in passo, quia secernūtur suis terminis, id est, quantitate

Angelus non operatur intra essentiā, neque intra terminū animæ scilicèt existentiam.

Ratio.

Existentia Angeli, quia finita est, terminat illū vt sit extra animam; sicut corpus est extra corpus.

Existentia Dei è contra.

Explicatur *S. Thom.*

Solū docuit Angelū nō esse in anima, quia non creat existentiā ei⁹.

Responsio.

11. Ad 1. arg.

AD primum argumētum respōdēdū est, & ante alia explicādus locus ille apud S. Thom. clarissimè autem significat quòd esse antecedit omnia illa accidētia, quę superueniunt substantię; & cum actio creaturæ inducat accidentia disponentia, quę sequuntur esse substantiæ; illa dispositio non potest antecedere esse substantiæ, quando substantia de nihilo fit; quia non est alia substantia præexistens in qua insint illa accidētia. Docet ergo S. Thom. quòd esse substantiæ sit proprius effectus creationis, antecedens omnia accidentia: quare non ait esse primum effectum, sed proprium effectum creationis; & quod antecedat cætera, scilicèt accidentia, quæ aduenium existenti, & sunt dispositiones naturaliū agentium. Quod autem existentia sit vltimus actus & complementum essentię, pluribus in locis docet S. Doctor: quare nullo modo est sententia eius in dubio. Argumentum etiam procedit à cōtrarijs placitis doctrinæ eius; supponit quippe existentiam in materia, cū S. Thom. doceat existentiam esse actum suppositi, & vnam esse existentiam totius suppositi: aliàs in humanitate Christi materia habet creatam existentiam, quæ dicitur necessaria ad causandū; & erunt in supposito Christi existentiæ duę, creata & increata: nemini autē dubium est, quia hęc aduersentur doctrinę illius. Respōdetur igitur negādo quòd existentia materię antecedat generationē. Ad confirmationē negatur etiam quòd materia generetur, si accipiat existentiā à generā te: non enim simpliciter accipit esse, sed esse hoc istius speciei. Sicut ergo nō corrumpitur, dū mutat esse hoc & illud, vt antea explanatum est; ita neque generatur dum accipit esse hoc & illud, quia non simpliciter accipit esse sed esse hoc. Quòd si illi putant, materiam non accipere existentiam à generante; vel ponunt in materia eandem existentiam durare; aut erit distincta ab existentia totius, contra doctrinam S. Thom. aut certè existentia materiæ communicabitur formæ; quod dictum est ignorantis Philosophiam: aut tandem concedent immutari existentias materiæ in quauis generatione, etsi non producatur materia; quod nos aimus. Nunquā ergo extorquent, vt hæc existentia geniti, quæ est noua, sit à solo Deo, & nō à causa naturali.

Ad locum. *S. Thom.*

Nō ait esse substātiæ esse primū effectum creationis, sed propriū, quādo de nihilo fit vel primū, id est, antecedē t omnia accidentia.

Ad rationē. Existentia materiæ, non ancedit generationem, vt c. 26.p.1.n.3.

Ad secundum respondetur concedē-

Ad 1. cōfirm. Materia nō generat, quia nō simpliciter accipit esse à generante: sed esse hoc istius speciei, sicut nō corrūpitur dū mutat hoc esse, & illud: vt cap.27.n.15.

Necessariò fatēdum est in quauis generatione imutari existētias materiæ, & tamē materiam nō produci.

Ad 2 cōfirm. reponsum est cap.27.n.10

12. Ad 2. arg.

Ad S. Thom Explicatio 1. ex 1. aduert. num.6.

do cum S. Thom. quòd esse sit effectus proprius Dei, vt explicatum est, scilicèt quòd sit adęquatus secũdum totam cõmunitatem virtuti creatrici; sed non sequitur quòd solus Deus producat esse hoc & illud. Pręterea esse absolutè est proprium solius Dei creantis, aut conseruantis; sed esse secundum quod ex aliquo aliquid fit & acquirit esse, non est effectus solius Dei. Concedimus etiam quòd esse sit effectus immediatè à Deo fluens; sicut etiam rerum essentiæ, quæ ab agẽte naturali producuntur, sunt effectus Dei immediatè; quę quęstio non est istius loci: sed non sequitur quòd sit a solo Deo, aut essentia rerum aut existentia. Sed meliùs respondetur ad mẽtẽ S. Thom. qui loquebatur de esse per creationem rei producto, quod est à solo Deo; nõ verò de esse rei genitæ, quod non est per creationem communicatum, neque à solo Deo, sed simùl a generãte.

Esse est effectus à Deo immediatè fluẽs, sicut etiã rerũ essẽtię, quæ tamen ab agẽte naturali producuntur.

Explicatio 2. melior.

Ad illas propositiones ex lib. de causis respondendo: propositione 18. affirmari quòd esse simpliciter est per creationem; sed esse hoc ex hoc, scilicèt ex ligno ignem, est etiam per generationẽ: propositione verò 3. esse quod est effectus proprius Dei quemadmodum explicauimus, tribuitur etiam suo ordine causæ creatę, quod nos conamur. Ad argumẽtum respondetur, quòd quãuis forma in agẽte sit extranea, scilicèt extra essentiã; est tamen vis actiua eius in quo est; vt calor in aqua: quare etsi existentia sit in agente naturali extranea, nõ colligitur quòd non pertineat advim actiuã naturalem; aut quòd in effectibus naturalibus non numeretur; sed solũ consequitur quòd agens naturale sit instrumẽtũ quod participat formam principalis agentis. Et ita refringitur argumentũ opinantium existentiã non produci à naturali agẽte, vel etiam vt instrumentũ Dei. Secundò respondetur, quòd existẽtia est quidẽ extranea, hoc est, extra essẽtiã; est tñ cõplementũ essentiæ creatæ; quare agẽs creatũ, quod cõparatũ cum effectu, est agens principale, est agẽs in quantũ existit: ergo etiam in rebus creatis existentia pertinet ad agens principale, non vt vis actiua, sed vt complementũ virtutis actiuæ, vt dictum est. Quare non est negandum quòd agens naturale etiam vt principale agens producat existentiã. Quòd verò participet existentiã à Deo, nõ est in causa vt sit duntaxat instrumentũ: nã & intellectionem participamus; solus enim Deus intelligit per essentiam, sicut per essentiam existit: & tamen sumus agentia principalia dum intellectu specu lamur. Ad confirmationẽ respondetur, quòd omne agens producẽs formas specificas, producit existentiam quæ formã sequitur: & quia forma hominis non producitur nisi à Deo solo; existentia hominis geniti non producitur à generante nisi secundũ quid, scilicèt secundũ quod est existentia totius coniuncta cum partibus; vel vt emẽdatè loquamur, homo generans producit ipsum existere hominis, quod est superiùs declaratum. Ad alteram confirmationem cõcedimus, formam specificam non concurrere ad existentiam suam in genere causæ efficientis: quare agens naturale non producit existentiã media forma quasi causa media, sed vt termino medio operationis; quia priùs ordine naturę producitur forma quàm existentia. Ad tertiam cõfirmationem iam explicauimus locum illum S. Thom. quòd in substantijs spiritualib⁹ esse diuidit illas, & nõ possũt producere esse substantiale in aliqua substãtia spirituali; quia per actionẽ esset vna substantia in alia: agentia verò corporea distant quantitate, & possunt producere ipsum esse corporeum; quia non sunt per operationem in loco, sed per quantitatem: quare possunt producere esse in corpore, in quo non sunt.

Ad tertium iam explicauimus, quomodò causę naturales determinent esse scilicèt quòd ea determinatio nõ sit physica proueniẽs à physica operatione: sed sit in intellectu, dũ singulis causis singulas existentias determinatas tribuimus. Et hoc eodẽ modo elucidãda est propositio illa ex lib. de causis; nã causa informans est quæ ex aliquo aliquid producit attingẽs solã formã: ea autẽ determinata est ad vnã speciẽ. Deus autẽ est causa totius entis, vt explicauimus. Ad argumentũ concedimus formã determinari ab agẽte & à subiecto, diuersis quidẽ modis, vt explicatũ est in quæstione de principio indiuiduationis, sed etsi agẽtia naturalia sint determinata & particularia, nõ colligitur qđ sint pura instrumẽta vt diximus: neq; verò potest intelligi qđ agẽtia determinẽt existẽtiã in genere causę materialis, producẽdo subiectũ existẽtiæ;

Ad rationem. Respons. 1.

Sicut calor in aqua; ita, existentia etsi sit extra essentiam agẽtis naturalis, tamen pertinet ad vim actiuã naturalem: & inter effectus etiã naturales numeratur.

Respons. 2.

Etiam in rebus creatis existẽtia pertinet ad agens principale, vt cõplementum virtutis actiuę, vt cap. 28. p. 1. n. 7.

Intellectionẽ participamus à Deo; & tamẽ illius sumus causæ principales. Vide ca. 28. p. 2. n. 4.

Ad confirm. 1.

Existentia hominis geniti non producitur à generãte nisi secũdũ quid, in quantũ est existentia totius: vt cap. 28. p. 2. n. 7. & 8.

Ad confirm. 2.

Forma specifica producta nõ cõcurrit efficiẽtèr ad existentiã suam sed media illa, vt termino medio operationis producit agens naturale existentiã

Ad confirm. 3. ex 2. aduert. num. 10.

Agẽtia corporea nõ sũt per operationẽ in loco, sed p quãtitatem: vnde possunt producere esse in corpore in quo non sunt.

13.

Ad 3. argum. ex 2. aduert. num. 8.

Ad locum ex lib. de causis

Deus est causa totius entis, vt num. 6. & 8.

Ad rationem

Respondeo ex ca. 10. p. 1. & 2.

Forma determinatur ab agente & à subiecto, sed diuersis modis.

Item ex n. 8. his

stentiæ; sed vel actione sua attingunt ex istentiam, vel nullo modo determinant illam; quia mutatur genus causę efficientis, in materialem.

14. 2. Respons. ex cap.10.p.1.n.8 & hic n.8. Existentia nō potest à Deo produci in analogia quadā & à causis naturalib⁹ in specie: quia hoc non esset producere, sed speculari.

Quidquid autem de istis sentias: sanè existentia eadem specie & numero est; quare non potest produci à Deo secundum quod est vna numero, & ab agente naturali secundum quod est vna specie, vt supra ostendimus; neq; potest produci à Deo in quadam analogia, & à causis naturalibus in specie. Hoc enim est producere in intellectu nō physica actione, sed sola speculatione: non, inquam, est producere, sed speculari in analogia, in specie, in singulari; cum res sit vna.

15. Ad 4. argum. Causæ naturales determinant, atq; adeo producūt esse in specie, & in indiuiduo. *S. Thom.*

Ad quartum negatur, quòd causæ naturales producant existentiam solū disponēdò, vt liquet ex dictis: Imò si causę naturales determinant speciem existentiæ, profectò sunt causæ efficientes existentiæ; neq; enim sunt causę materiales, ipsa agentia. Cū ergo determinent esse, vt S. Thom. sæpiùs docet, negandū non est quin producant esse non in specie solū, sed in specie & indiuiduo. Ad confirmationē concedo, quòd forma specifica concurrit ad existentiā solùm in genere causæ materialis, si cū existentia conferatur; de qua re postmodū disputabim⁹: per hoc tamen non probatur, quòd agēs naturale non producat existentiam; sed quòd non producat illā mediâ formà vt causa efficiente media, quod nos cōcedimus. Ad secundā confirmationē idem iterū concedimus, quòd forma specifica dū speciem constituit, facit subiectū existētię, quod pertinet ad genus causę materialis, si conferatur cū existētia: negamus tamen cōsequentiā, quòd agēs disponat ad existētiā, producēdo essentiā; quod enim disponit materiā, præparat; quod autē producit materiā, non disponit. Agēs igitur quod producit essentiā, non disponit sed producit materiā existentiæ, quæ est essentia: neq; essentia potest disponi ad existentiam, cum per se ipsam illi copuletur. Neque rem hanc Philosophia prisca vnquam somniauit.

Ad confirm. 1. Forma specificageniti solùm in genere causæ materialis cōcurrit ad existentiam.

Ad confirm. 2 Forma specifica constituendo speciē facit subiectū existentiæ.

Quod producit essentiā nō disponit, sed producit materiam existētiæ, quæ est essentia: cap. 28. p. 1. n. 6.

15. Ad 5. arg. Ex cap. 28. p. 2. n. 1. & 2.

Ad vltimū satis iam dictū est, quomodò agens creatū dicatur instrumentum Deitatis, & quòd sit nihilominus agens principale, si cū effectu conferatur; quāuis habeat esse participatū à prima causa: aliàs quia Deus intelligit per essentiā, & homo participat intellectū, homo non A esset principale agens intelligēdo. Itaq; participatio primæ causę non impedit principalia agētia creata, quin sint principalia in suo ordine.

CAPVT XXX.

Existētia materialem causam habet, & finalem, sed non formalem.

VT peragamus quæstionē de causis existentiæ, cum disputatum sit de causis illius efficientibus: diuiditur caput in partes tres.

Pars 1. *Existētia habet causā materialē.*

B Secūda: *Existentia nō habet causam formalem.*

Tertia: *Existētia habet finalē causam, cui.*

PARS PRIMA.

Existentia habet causam materialem.

1. QVòd essentia finita, sit propriū subiectū existentiæ, liquet ex dictis; cū existentia sit actus physicus, & perfectio realis essentiæ. Itaq; etsi propriū subiectū existentiæ sit suppositū; & se toto recipiat existentiā; quia quicquid rei est in suppositoper illā existētiā existit: tamen essentia est subiectū quo recipiendi existentiā; essentia, inquā, cōpleta, non partes essentię. Et hoc indicat S. Th. 3. p. q. 17. art. 2. ad 1. vbi docet, quòd esse cōsequitur naturā vt qua aliquid est, suppositū verò vt id quod est. Et ita natura est subiectū quo (vt aiunt) recipiendi existentiā: forma autē subsistēs, est subiectū quod & quo, existentię: quia ipsa est, id qd est & est simul natura cōpleta qua est.

1. *S. Thom.* Forma subsistēs est subiectum quod & quo existētiæ.

2. Dubium. Educatur ne existentia de potētia passiua essētiæ producta?

Primum dubium in hac quæstione illud est, vtrū existentia educatur de potētia passiua essētię productę. Illi qui opinātur agētia naturalia nullo modo producere existentiā; cōsequens videtur esse vt affirmēt in essentia producta nō esse naturalē potentiam receptricē existētiæ. Nam potentia naturalis passiua respicit potētiā actiuam naturalē: sed aiūt existentiā non produci per vllam potētiam naturalē actiuam; ergo in essentia creata nulla est potētia naturalis passiua ad recipiendā existentiā. Quòd si dicāt in essentia esse potētiā naturalē recipiēdi existentiā, sicut in materia recipiendi animā rationalē; sed nō esse potentiā naturalē in essentia, de qua ab agēte naturali producatur existētia; sicut neque in materia est potētia naturalis, de qua

Sent. negans videtur cōsequens ad negātem agētia naturalia efficere existētiā.

Ratio. Potentia naturalis passiua respicit naturalem potentiā actiuam.

Resposio.

Occurritur ex cap.28 p.1.n.6.

producatur anima rationalis. Occurrēdum est; existētia enim ab eo à quo producitur coniungitur cum essentia, vt anteà probauimus: ergo si nō potest produci ab agēte naturali, neque ab eo potest coniungi cum essentia; ergo in essentia non est potentia naturalis recipiendi existentiam: quod tamen videtur esse absurdissimū. Nulla enim coniunctio magis naturalis est quàm illa, sine qua neutra pars coniuncti potest constare: sed neque essentia sine existentia, neque existentia sine essentia potest constare in rerum natura: ergo ea coniunctio maximè naturalis est.

Si no potest existentia ab agente naturali produci, nec poterit cū essentia cōiūgi.

Hoc esse absurdum, arguitur.

Nulla coniunctio magis naturalis est, quā existetiæ cum essentia.

3.

Eodē argumento comprobatur, quātopere ij etiam errent, qui productionem existentiæ aiunt paulùm distare à creatione. Sicut S. Thom. de potent. q. 3. art. 8. ad 3. ait productionem gratiæ ad creationem accedere; in hoc, quòd in subiecto non est naturalis potentia recipiendi gratiam; cum à nullo agente naturali possit gratia infundi. Hæc enim imitatio in hoc attenditur, quòd sicut creatio est de nullo subiecto, ita productio gratię est de nullo subiecto naturali, naturali potentia passiua concurrēte. Cum ergo in essentia producta, sit potētia passiua maximè naturalis ad recipiendam existentiam; neque hac ex parte productio existentiæ imitatur creationem. Et ipsi concedunt, existentiam rerum non omninò de foris venire, sed de potentia subiecti quodam modo educi; gratiam verò non educi de potētia subiecti; de qua re statim disputabim⁹. Nullo ergo modo productio existentię, imitatur creationem: sed est effectus naturalis de potentia subiecti productus.

Eodē arg. coarguitur assertū. *Ledesm.* citati cap. 28. p.2.n.6.

Declaratur hoc assertum ex simili asserto. *S. Thom.* de productione gratiæ.

Explicanda tamen sunt verba S. Th. q.3. de potentia, art.8. ad 19. vbi ait. *Esse per creationem dicitur, in quantum omnis causa secunda dans esse, hoc habet in quantū agit virtute primæ causæ creantis. Cum esse sit primus effectus, nihil aliud præsupponens.* Aduertendum est autem, quòd S. Thom. illa quæstione decernit Deum non creare res quę generatione fiunt. Et argumento 19. probat creari formam; quia creatur esse quod sequitur formā, vt dicitur in lib. de causis Propositione 18. Quòd si creatur esse, creatur (inquit) & forma quę dat esse. Et quidèm esse nunquam creatur propriè, sed concreatur (vt aiunt) hoc est simul cum essentia creata producitur à solo Deo; qui simpliciter producit esse ex nulla re præexistente: causæ autem naturales immutant vnum esse in aliud, vt antea explicauimus. At verò S. Thom. tacitè concedit consequentiam propositam, quòd si esse est creatum, est forma creata: ergo ex opposito, cū forma non creatur, sed generatione producitur, esse nō creatur siue cōcreatur; quod tamē illi volūt etiam per generationem quodam modò creari, vt gratiam infusam; constituētes causas naturales vt pura instrumēta. At verò S. Th. proposito argumento cōtra hāc doctrinā ex lib de causis, illi assumpto quòd esse creatur, respondet non concedendo sed explicando, quòd esse dicitur creari, quia agentia naturalia dant esse in virtute primæ causæ creantis: innuēs nō obscurè id quod scitum est; omnem effectum reuocandū esse ad causam creatricē; quia ipsæ causę producentes esse, dum aliæ ex alijs habent esse, tandem ad primam essentiam ordinis sui recurrunt, quæ sit creata de nihilo. Hoc autem probat S. Thom. quia esse est primus effectus nullū aliud præsupponens, scilicèt esse simpliciter ex nihilo: nam esse ex aliquo aliquid præsupponit, dispositionem scilicèt in præexistente, vt colligitur ex doctrina S. Th. 1. q. 45. art. 5. vbi hæc eadem verba legūtur. Nihil ergo minùs S. Thom. dixit eo loco, quàm existentiam creari, cū potiùs vt declinaret id dictum è lib. de causis, explicauerit, quòd creari dicitur quatenùs producitur à causis creatis. Et ita omne ens dicimus creatum, quia omnia producuntur virtute creatricis causę. Et hoc idē docet S. Th. q. 3. de potētia, ar. 1. vbi ait, causas naturales operari quasi per informationē, suppositio primo effectu, qui est proprius Dei, scilicèt esse rerū: neque enim cogitādū est quòd priùs Deus producat esse vt causa vniuersalis, & causæ particulares ipsum esse informent specificando, & cōtrahendo illud, quod est figmētū haud intelligibile. Sed quia nō producunt esse, nisi priùs dispōnāt; dispositiones autē sunt accidētia, quibus esse pręsupponitur, scilicèt in pręexistente subiecto, in quo agentia inducunt dispositiones. Et idciro dicuntur operari per informationem, disponendo subiectum per formas accidētarias. Et ibidē explicat, quòd esse est per creationem

Esse nūquā creatur ꝓpriè sed concreatur.

Ex loco obiecto colligitur quòd quādo forma non creatur, sed generatur, de esse idē dicendū vt c.28 p.1.n.12.

Ad assumptū ex lib. de causis interpretatio S. Doctoris

Esse dicitur creari, quia agētia naturalis dant esse in virtute primæ causæ creantis

Omnis effectus reuocandus est ad causam creatricē.

Ad illud, cū esse sit 1. effectus, &c.

Interpetatio de esse simpliciter ex nihilo.

Esse ex aliquo aliquid præsupponit. *Idem.*

Obijcitur 1. *Idem.* q. eadem ar 1.

Causę naturales operantur quasi per informationem.

Aduersariorū explic.

Vera explic. Hoc est, operārur priùs disponendo per formas accidētarias subiectū præexistens.

Propositur arg.

Confirm. ex aduersariorū concessis.

4.

Obijcitur 1. *S. Thom.* q.3. de pot. ar.8

Aduertend.

Hic locus expenditur vt c.28 p.2.n.2.

In ea q. docet Deum nō creare res quæ generantur.

Cōtra arguēs assumit ex lib. de causis, quòd esse creatur.

Respons.

Ad 1. obiectionē tradita, firmantur.

tionem, quatenùs supponitur actionibus disponentibus per informationem, hoc est, quatenus producitur ex nihilo simul cum essentia non genita, sed creata. Et huiusmodi multa sunt apud S. Th. quę facilè explicantur, si principia philosophię non ignorentur.

5.

Quæst. vtrum existētia educatur de potētia essentiæ?

Cōstat igitur, existentiā de ipsa essentia producta oriri in genere causę materialis virtute agētis naturalis. Et hoc iā quæritur, vtrū educatur de potentia receptricis essentiæ, quo pacto formę educuntur de potentia materię?

6.

Proloquium I deducitur de potentia subiecti, quod præest in potētia naturali subiecti.

Id requiri, Probatur exemplo gratiæ & habitus infusi.

Idem sufficere probatur.

Ex his resolutio quædam formas cælorū eductas esse de potentia materiæ, & existentiam de potentia essentiæ.

Proloquium est in physicis diciplinis, id educi de potētia subiecti, quod in potētia naturali ipsius subiecti præest: neq; enim satis est, quòd forma pēdeat à subiecto secundum esse, quia gratia & habitus infusi pendent secūdum esse ab anima, quia sunt accidentia; & tamen nō educuntur de potentia materię. Necessarium ergo videtur esse vt de potētia naturali producatur id quod dicitur educi de potētia. Et hoc iterū satis esse probatur, quia quod de aliquo subiecto fit, ab ipso pendet secundū esse, cum non subsistat. Ex quo principio deducitur, quòd formę cæli eductæ fuerint de potentia materiæ, vtporè de potentia naturali, quæ per se est coniuncta cum actu. Similiter quòd existentia educatur de potētia essentię; siquidem essentia habet naturalē potentiam ad existentiam, & existentia de isto subiecto fit pendens ab eo, cum non sit res subsistens.

7.

Prouera resol. Assertio. Educere de potentia passiua est proprium agētis per motum.

Ratio. Hoc educitur de potētia qđ præest in potētia cum priuatione adiūcta. Formæ esse sola prioritate naturæ in potēt. non significat eā esse in pot. in illo instāti.

Declaratur.

Nihilominùs videtur esse dicendum, quòd educere de potētia passiua, sit proprium agentis per motum; ita vt potentia proxima cū priuatione adiuncta antecedat actū. Hoc enim educitur de potentia, quod præest in potentia cum priuatione adiuncta. Cum verò in eodem instanti est potentia & actus, forma non præest in potentia materię, sed simpliciter est extra potentiam, licèt prioritate quadā naturæ sit in potentia; quod non significat formā esse in potētia in illo instāti, sed significat formā oriri de potētia: verbi gratia, in codē instāti materia cæli producta est, & forma; in illo instanti priùs naturâ fuit forma in potentia materiæ. Hoc tamen nō significat quòd in illo instanti forma fuerit in potētia causæ; ens enim in potentia est nihil, & forma in eodem instanti fuit verum ens: sed significat priùs natura fuisse productam

A materiam vt principium reale formæ. Et hæc prioritas naturę satis est, vt forma cæli fuerit producta de ipsa potentia materiæ, & non de nihilo. Sed quòd fuerit educta de potentia materię, videtur aliquid amplius significare apud philosophos; scilicèt quòd delituerit in materia, & quòd fuerit in potētia materiæ dū adhùc ipsa forma nihil esset: & hęc priuatio cum potentia proxima, significatur, cum dicimus, formam educi de potentia. Quod insinuat S. Thom. q. 3. de potentia, art. 9.

Colligimus ergo, formas cælestium orbium non fuisse eductas de potentia B materiæ: neque existētiam educi de potentia passiua essentię; quia essentia nūquam est in potētia cum priuatione adiuncta ad recipiendam existētiam: neq; lumen educitur de potentia materiæ, quia non fit per motum; nam si Deus in instanti eodem creauit mundum & solem, in instāti eodem colluſtratus est mundus solis lampade. Quæ autem agunt per motum, educūt formas de potentia in qua fuerant, cum adhùc nihil essent. Et in his assertis videntur cōcordare Philosophi; quorum consensu firmatur doctrina indicans apertam rationem assertorum.

C

Aduertendū tamen est, quòd hæc potētia passiua essentię finitę, dicitur à nōnullis potentia essentialis; non quòd essentia sit ens in potentia essentiali, vt materia quæ in genere entis est pura potentia; sed quia ex propria definitione respicit esse: essentia enim dicitur ab esse, & nō potest vllo modo in re ipsa separari à suo esse; nā si esse nō habet, nihil est

Vltimo loco ponderandū est quā probè cōsentiat doctrina hęc cū fidei dogmatis, quòd essentiæ rerum recipiant esse à Deo, vtpote habentes physicam receptricem potentiam. Qui verò negant distinctionem realem inter essentiam & existentiam; & aiunt existentiam esse metaphysicum actum; nulla ratione possunt tueri, quòd res creatæ recipiant esse à Deo. Notum est philosophis, quid sit recipere: causalitas materialis est; nullus ambigit: sine materiali causalitate passiuę potentię, nihil recipitur.

D

Illi autē loco huius potētię receptricis phisicę, meditātur sola ratione, essentias finitas vt entia potentialia (vt aiunt) & apta esse. At verò hæc potētia in rebus

Prioritas illa naturę satis est vt forma dicatur producta de potētia materiæ, non verò educta.

Educi significat, quòd in pot. materiæ delituerit forma, cū adhùc nihil esset.

S. Thom.

8.

Corol. Formæ cælestes nō fuerūt eductę, neque existentia educitur, neq; etiā lumen.

Ratio.

Quæ agunt p motū, educūt formas de pot. in qua fuerāt cū adhùc nihil essent.

9.

Aduert. Potentiā passiuam essentię dicunt aliqui essentialē, solū quia ex propria definitione respicit esse.

Existētia nō potest in re separari à suo esse

10.

Prædicta consonant assertō fidei, quòd essentiæ rerū recipiant esse à Deo.

Sentent. docens existētiā actum esse metaph. nō ita.

11.

Hæc sentēt. *Soar. immet. d. 31 sect. 13* ponit sola ratione, essētias finitas vt entia potentialia

non productis nulla est,sed sola possibilitas,vt anteà doçuimus: possibile autẽ est,quod est obiectum potentiæ: & hoc non comparatur ad existentiã vt potentia ad actum;sed comparatur cum sola potentia physica vt obiectum eius:quare neque vt potentia metaphysica, cõsiderari potest. Prætereà potentia metaphysica &actus,inueniũtur in rebus productis;aliàs non erunt vera entia,neque facient metaphysicam compositionem; illi autem concedunt quòd existẽtia destruit illam potentiam; quia quod est in actu,non est in potentia : potẽtia autem per actum non destruitur,sed perficitur. Denique hæc existentia euertit rerum essentias;quæ cum sint finitæ,secundum se sunt entia in potentia; & adueniente existentia non sunt entia in potentia. Quod autem secundum se inest,semper inest: fabula est igitur potentia ista metaphysica; sed est realis aptitudo siue capacitas; imò naturalis potentia passiua essentiarum,vt recipiant existentias.

Improbatur 1 Ens possibile cõparatẽ cũ potentia physica solùm vt obiectum eius.

Improbatur 2. Potẽtia metaph. & actus inueniũtur in rebus productis Ratio.

Potentia perficitur p actũ, nõ destruitur.

Improbatur 3 Secundũ illam positionẽ existẽtia euertit rerum essẽtias.

12.

Eadem sent. habet,quòd essentia sola mẽte concepta existẽriã recipit.

Improbatur 1 Sequeretur quòd essentiæ productæ non verè reciperẽt sed essentialiter haberent existentiam.

Improbatur 2. Essentiæ recipiunt existẽtiam per creationẽ atq; adeo extra intellectũ & causam: Nõ vt natura generica recipit differentias in specie.

Hoc modo reciperetur existentia,si esset actus purè metaphysicus.

13.

Improbatur 3. Ex dissonãtia cum sua doctrina concedente,materiã aut suppositũ esse receptaculũ existentiæ.

1psũ verò modũ recipiendi, mirũ est quomodò declarent. Nam cum essentia producta(ex mente illorum)includat in sui ratione formali existentiam; necesse est vt essentia solâ mente concepta recipiat existentiam:quę receptio fictitia est & non vera. Sanè si rerum essentię productę in sui intima ratione includunt existentiam; non recipiunt, sed essentialiter illam habent, vt probatum est. Prætereà essentiæ rerum recipiunt existentiam per creationẽ; ergo non recipiunt illam in actu intellectus;sed extra intellectum & causam. Natura enim generica recipit differentias in specie,sola speculatione animi; ad quam receptionem non est necessaria creatio. At verò si existentia similimodo est actus purè metaphysicus, nihil distinctus re ipsa ab essentia;non recipitur existentia per creationem in essentia ; esto essentia ipsa creetur, quæ actu & potentia metaphysica constet. Hoc ergo est eludere Theologorum enunciata,non explicare.

Nec verò consentaneum est ipsi eorũ doctrinæ,quòd concedant, receptaculũ existentiæ esse materiã,aut suppositum, vt illi philosophantur, propriæ mentis oblitis:sed potentia receptrix existentię, erit quoque metaphysica potẽtia;siquidem existentia est actus metaphysicus, ex illorũ sententia. Illi autẽ philosophãtur de existẽtia hac in re vt de actu physico, qui per materiam, aut per suppositũ,in quo recipitur, definitur ; cũ alias negent esse actum physicũ. Nam etsi nõ distinguant re ipsa essentiam ob existentia,sufficit tamen distinctio rationũ formalium ; vt existentiam non cõparẽt cũ physica potentia passiua,sed cum metaphysica potentia. Hæc autẽ omnia valde sunt futilia, & quæ nulla ratione reguntur.

Hæc sententia philosophatur de existentia hac in re vt de actu physico,cum aliàs negent esse actũ physicum.

Confirmatio.

14. *S.Thom.* 1. locus.

QVòd essentia finita sit subiectũ existentiæ,& habeat potentiã receptricẽ illius,docet S.Thom.multis in locis. 1.p.q.90.ar.2.ad 1.affirmat essentiã animæ esse quasi materiale, cuius actus sit ipsum esse.Et lib.2.contra gẽt. c.54. ostendit cõpositionẽ realem ex essentia & esse, vt ex potentia & actu; vbi verbis expressis essentię attribuit potentiã passiuam. Idẽ docet lib. de ente & essentia cap.5.Prætereà multis in locis existẽtiã appellat vltimã actualitatem;cuius act' potentiæ passiuę,est in ipsa essentia. Et opusc. 37 ait existẽtiã esse principiũ formale,quod essentiæ inest: est ergo essentia existentię subiectũ, cui scilicèt existẽtia inest.Et huiusmodi multa reperies apud Doctorem Sanctum.Et est frequens Theologorum opinio.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

PARS SECVNDA.

Existentia nõ habet causam formalem.

1.
Prænot.
Esse consequitur essentiam siue formã ex *S.Thom.*
Consequẽtia rei denotat dependentiã, & causalitatem.
Quod existẽtia pendeat ab essẽtia vt à receptaculo satis est ad causalitatẽ subiecti.
De formis subsistentibus p.1.n.1.
In rebus materialibus natura est subiectũ non quod sed quo existẽtiæ;formaverò neutro modo.

QVòd esse consequatur essentiã siue formã,docet S.Thom.multis in locis 1.p.q.45.art.5.& q 90.art.2.ad 1.& lib.2.cõtra gent.cap.54.& aliàs sæpiùs. Consequentia autẽ rerũ,indicat dependentiã & causalitatem; quia causa est ad quã sequitur effectus. Cũ verò definitũ sit essentiam esse receptaculũ existentię, hoc satis est ad causalitatẽ,quòd existentia pendeat ab essentia vt à subiecto. Et in ijs quidẽ, quæ sunt formæ subsistẽtes, eadem forma est subiectum quod est, & natura qua est, vt explicauimus: quare ipsa forma est subiectũ existentiæ vtroq; modo, scilicèt subiectum quod & quo. Sed in rebus materialibus natura nõ est id quod est; & ita non est subiectum existentiæ quod,sed quo:forma autem neutro modo est subiectum, quia non est natura

Natura compoſita eſt effectus formalis formæ.

natura, ſed pars naturæ. Sed quoniam ipſa natura compoſita, eſt effectus formalis formæ; quæ natura eſt ſubiectum exiſtentiæ; concurrit forma ad exiſtentiam in genere cauſæ materialis, eo modo quo diximus partes componentes, quatenùs partes ſunt, concurrere in genere cauſæ materialis ad componendũ totum; diuerſis tamen modis iuxta naturam vtriuſque partis: ergo & modo eodem, concurrunt ad exiſtentiam recipiendam in genere cauſæ materialis; quamuis neutra pars ſit proprium ſubiectum exiſtentiæ, neque quod, neque quo; forma autem alio etiam modo cõcurrit ad exiſtentiam in genere cauſæ formalis, ſcilicèt præſtando materiæ capacitatem exiſtentię; ſicut diaphaneitas præſtat aeri diſpoſitionem neceſſariam ad recipiendam lucem: & ideò materia pendet à forma ſecundum eſſe, vt docet S. Thom. 2. contra gent. Quare etſi vtraque pars tam materia, quàm forma, cõcurrat in genere cauſę materialis ad exiſtentiam totius, & exiſtentia totius ab vtraque pendeat: tamen ratio iſtius dependentiæ eſt in forma, quæ conſtituit ſubiectum exiſtentiæ, ſcilicèt eſſentiam, & tribuit materiæ quaſi diſpoſitionem ad exiſtentiam, conſtituens illam in eſſe ſpecifico eſſentiali. Quare exiſtentia nõ materiam ſequitur, ſed formam, vt omnes Philoſophi aſſeuerant.

Forma concurrit ad exiſtentiã in eode genere cauſæ materialis, quo cæterę partes componentes totũ; & inſuper in genere cauſæ formalis, in quantũ præſtat materiæ capacitatẽ exiſtẽtię; ſicut diaphaneitas aeri diſpoſitionem ad recipiendam lucem.

Materia pendet à forma ſecundum eſſe. *S. Thom.*

Ratio dependẽtiæ totius à partibus, eſt in forma.

Illatum: Exiſtentia nõ materiã ſequitur, ſed formã.

2. Quæſt. de eſſentia, aut forma, an eam exiſtentia ſequatur, non ſolum, &c.

3. Adnotand. 1. Cauſalitas materialis, & dicta ratio formalis cauſandi ſufficiunt ad illud, Exiſtẽtia ſequitur eſſentiam, ſiue formam.

Hic ſequi ſumitur latè etiã pro neceſſariò coniuncto cũ alio.

Exiſtẽtia nõ ſequitur materiam.

Ratio.

Sequitur diſpoſitiones materiæ.

His ergo ſtatutis, quæ erant ad quæſtionem propoſitam explicanda, conſiderandum eſt, vtrùm exiſtentia ſequatur eſſentiam aut formam, non ſolùm in genere cauſæ materialis, ſed etiam in genere cauſæ formalis?

Primò arbitramur, cauſalitatem materialem cum iſta ratione formali cauſandi, quæ eſt in forma non in materia, ſatis eſſe ad illud pronunciatum cõmune, quòd exiſtentia ſequatur eſſentiam, ſiue formam. Nam eodem modo dicimus, formam ſequi diſpoſitionem materiæ: ſequi enim hoc loco dicitur, quod non ſolùm pendet ab alio, ſed quod eſt neceſſariò coniunctum cum alio: materia autem eſt principium commune cuiuſque eſſentiæ, & ante formam eſt in pura potentia, non capax exiſtentiæ: ergo exiſtentia hoc loquendi modo, non ſequitur materiam: ſequitur tamen diſpoſitiones materiæ remotè, & proximè ſequitur eſſentiam, & formam. Et hoc A credimus aſſeri à S. Thoma, & Doctoribus in huiuſmodi enunciatis. Sed nunc quærimus de cauſalitate formali.

Deindè illud videtur apud pleroſque conſtare, quòd exiſtẽtia non ſit effectus formalis eſſentiæ; eſſentia enim ſiue natura, non eſt cauſa formalis, niſi aliquo modo dicatur formalis cauſa ſuppoſiti. An verò ipſum exiſtere, quod eſt quaſi effectus formalis exiſtentiæ, ſit effectus eſſentiæ, poſtmodùm diſputabimus.

4. Deeſſentia, ſiue natura, aſſertio: Ea non eſt formalis cauſa, nĩ ſi aliquomodo ſuppoſiti.

De forma igitur ſubſtantiali, quæ eſt pars compoſiti, dubitatur vtrùm ſit cauſa formalis exiſtentiæ? Affirmat Ioan. Capreol. in 1. d. 8. q. 1. ad 3. & Franciſc. B Ferrar. 2. contra gent. c. 54. & 55. Paul. Soncin. 5. Metaph. q. 5. & Dominicus à Soto in phyſicis, & alij. Et videtur patrocinari auctor libri de cauſis, propoſ. 3. affirmans animam dare eſſe.

5. De forma ſubſtantiali affirmãs eam eſſe cauſã formalem exiſtentiæ. *Capreol. Ferrar. Soncin. Sot. Lib. de cauſis*

Sed ſtatim occurrit argumentum ductum ab opinione S. Thom. quòd humanitas in Chriſto non habet exiſtentiam propriam; effectus autem formalis non poteſt ſeparari ab ipſa forma; ergo anima Chriſti non eſt cauſa formalis exiſtentiæ. Reſponſio communis eſt, quòd effectus primus formæ, non poteſt ſeparari ab illa, ſed ſecundus poteſt: exiſtentia autem non eſt formæ effectus primus, ſed ſecundus. Sicut extenſionem quantitatis corporis Chriſti in Euchariſtia in ordine ad ipſum corpus, aiunt eſſe effectum primum quantitatis inſeparabilem; & extenſionem in ordine ad locum, ſeparabilem eſſe, quia eſt effectus ſecundus, vt colligunt ex S. Thoma, & alijs Doctoribus in 4. d. 10. quæſt. vnica, art. 3.

6. Obiectio ex doctrina *S. Thom.*

Reſponſ. communis.

Declaratur exemplo.

S. Thom.

Hic verò dicendi modus iure optimo videtur eſſe in ſcholis antiquatus. Nam D effectus formalis nullus poteſt à forma ſeparari, aut effectus formalis non eſt: neque refert ſit effectus primus, aut ſecundus. Nam iuxta doctrinã S. Thomæ anima præſtat in corpore effectus formales plures ordine quodam, ſcilicèt eſſe vegetabile, & ſenſibile, & in nobis eſſe rationale: & neque tertius effectus poteſt ab illa ſeparari, ne dicam ſecundus. Ponderandum enim eſt, quòd effectus formæ, eſt ipſum coniunctũ ex materia, & forma conſtitutum: in quo coniuncto quicquid eſt rei, intrinſecum eſt coniuncto, & non poteſt ab illo ſeparari; ergo neque à forma poteſt ſeparari, quæ

7. Improbatur: Effectus formalis nullus poteſt àforma ſeparari, ſiue primus ſit, ſiue ſecundus.

Exemplum animæ præſtantis plures effectus formales ordine quodã.

1. Ratio. Effectus formę eſt ipſum coniunctũ; in quo quicquid eſt rei, intrinſecũ eſt coniuncto.

Declaratur. Sicut non potest intelligi coniunctũ sine sua causa formali, ita nec aliquid coniuncti, separari à forma, dum est in coniuncto causa formalis illius. Idem est de cõiuncto per accidens.

Extensio ad locum non est effectus formalis quantitatis, neq; etiam secundus.

8.

Confirm. Illa quæ vocãte effectus formales secũdos, sunt potiùs causæ formales.

Probatur 1. Extensio est actus coniũctus cum corpore extenso, & cõiunctum est effectus formalis extensionis.

Ex S. Thom. existentia est causa formalis huius coniuncti, suppositum existens, & nõ effectus formalis formæ.

Probatur 2. *Idem.* existentiã cõparat ad formam, vt actũ illius.

Hæc est mẽs *S. Thomæ*, ostenditur ex verbis eius relatis.

est causa formalis illius coniuncti, verbi gratia, anima rationalis est causa formalis, cuius effectus est hoc cõiunctum, humanitas, siue homo. At in isto coniũcto inuenies plures gradus essentiales distinctos re ipsa inter se, sed omnes sunt de ratione formali coniuncti: ergo sicut non potest intelligi cõiunctum hoc sine sua causa formali, quæ est anima; ita neque aliquid huius coniuncti potest separari ab anima, dum est in coniuncto causa formalis illius. Et eodem modo philosophandum est de coniuncto per accidens, vt de corpore quanto. Quare extensio in ordine ad locum non est effectus formalis quãtitatis, neque etiam secundus effectus formalis, quia non cõtinetur in ipsa ratione formali coniuncti. B

Hoc ipsum cõfirmatur; quia hæc quæ vocant secũda effecta formalia, sunt potiùs causæ formales suorum effectorum; & ita nomina resque ipsas confundunt, perturbantque. Nam extensio in ordine ad locum, si sit quid additum quantitati, est sanè causa formalis effectus istius, quod est esse extensum. Probatur, quia ipsa extensio est actus quispiam cõiunctus cum corpore extenso, & coniunctum est effectus formalis extensionis. Eodem modo existentia est actus quidã essentiæ, vt sæpissimè docet S. Thom. & nullus refragatur; & est principium formale, vt verbis conceptis docet opusc. 37. & libr. 2. contra gent. cap. 54. quod constituit coniunctum ex essentia, & esse; quod coniunctum est effectus existẽtiæ; ergo existentia est causa formalis, vt cap. sequenti docebimus: ergo non est effectus formalis formæ, cum sit ipsa existentia causa formalis. Imò S. Thom. eo lib. 2. contra gent. comparat existentiam cum forma, vt actum illius. Et ita in opinione S. Thom. nulla vacillandi causa est, quin existentia non sit effectus formalis substantialis formæ. Nam & indè à verbis eius petimus argumentum. Est enim coniunctum ex essentia, & existentia, cuius coniuncti principium formale est existentia, vt liquet: ergo ipsa non est effectus formalis in illo coniuncto, cuius potiùs est causa formalis; effectus autem formalis in ipso cõiuncto cernitur: ergo euidentissimè commonstratur existentiam non esse effectum formalẽ substantialis formæ. C D

Adhùc tamen supereſt dubium, si cõparemus formam, & existentiam cum ipso coniuncto, quod ex essentia, & esse componitur, vtrùm illius coniuncti, forma substantialis sit causa formalis? & idem dubium est, vtrùm ipsa essentia sit causa formalis illius coniuncti, quod cõstituitur ex essentia, & existentia? Coniunctum autem illud est suppositum existens quod ex essentia, & existentia constat. Docuimus autem superiùs, in supposito & naturam, & proprietatem esse quasi causas formales constituentes suppositum; quia constituunt per modum actus, aut formæ, licèt natura comparata cum proprietate hypostatica, sit quasi materia: quia proprietas in illo coniuncto est vltimus actus. Similiter ergo etsi forma substantialis siue ipsa natura cõposita, collata cum existentia sit quasi materia, siue potẽtia, cuius actus est existentia: tamen comparata cum supposito existente, quod est quoddam coniunctum ex essentia, & existentia, potest habere rationem causæ formalis.

Arbitramur igitur in omni coniuncto etiam per accidẽs, formam esse causam formalem coniuncti. Nam ipsum coniunctum per accidens, verbi gratia, homo albus, ideò dicitur ens per accidens, quia est coniunctum ex duobus entibus in actu; & ita habet duo principia formalia constituentia. Neque enim Petrus per albedinem est homo albus, sed per humanitatem, & albedinem; & vtrumq; in suo ordine est quasi formale principium constituens illud coniunctum. Hoc ergo coniunctum, homo existens, similiter est effectus formalis, aut quasi formalis humanitatis, & existentiæ; & quia humanitatis formale principium est anima, ipsa præcipuè est causa formalis huius coniuncti, scilicèt hominis existẽtis. Itaque forma comparata cum existentia est principium quasi materiale, & disponens, sed si conferatur cum existente est formale principium; sicut etiam in coniunctis per accidẽs est formale principium.

Est tamen aduertendum, quòd homo est etiam effectus materiæ; sed materiæ effectus est materialis, formæ verò formalis effectus. Cum verò coniunguntur duo actus, aut quasi actus; etsi vnus sit alterius quasi materia; tamen ipsius cõiuncti, vterque actus est quasi forma.

9.

Dub. an coniũcti ex essentia & esse, sc. suppositi existentis, cuius forma sit forma, aut etiam essentia.

Ratio dub. pro p. affirm. ex cap. 18. p. 3. n. 3. & cap. 21. p. 1. n. 7. & p. 2. n. 7.

10.

Resolutio affirm.

In omni coniuncto etiam per accidẽs forma est causa formalis cõiũcti.

Ideò coniunctum per accidẽs dicitur ens per accidens.

Exemplum hominis albi. Homo existẽs est effectus quasi formalis humanitatis, & existentiæ. Forma comparata cum existẽtia est principium quasi materiale; cũ existente est formale.

11.

Aduert. 1. Homo est effectus materialis materiæ, formæ verò formalis.

Quando coniungũtur duo actus, etsi vnus sit alterius quasi materia, tamẽ cũiũcti vterq; actus est quasi forma.

Nam

Exemplũ hominis albi.

Nam humanitas non est materia hominis albi, sed est quasi forma, secundum quod homo albus est homo. Et ad hunc modum dicimus, quòd anima verbi gratia, est causa formalis hominis existentis.

12. Additamentũ. Homo existens non est ens per accidẽs nisi per hoc intelligas cõtingenter.

His autem addẽdum est, quòd homo existẽs, nullo modo est ens per accidẽs, nisi per accidens, intelligas contingentèr; nam & accidere dicimus quod contingit. Quo sensu fatemur homini accidere existentiam, & esse ens per accidẽs: aliàs tamen existentia pertinet per se ad hominem, vt complementum essentiæ, & maximè pertinet ad suppositum: est enim suppositum id quod est. Suppositum ergo existens, est quoddam coniũctum per se, vt cap. sequenti explicabimus; cuius coniunctionis causa per se est forma substantialis, vt ibidem dicemus. Coniunctum autem ipsum est effectus formalis per se duorũ actuum, scilicèt formæ substantialis, & existentiæ. Et forma quidèm substantialis est principalis causa illius coniuncti; sed existẽtia est causa formalitèr, vtpotè vltimus actus à quo sumitur differentia entis, & nomen rei. Hoc autem conceptis verbis docet S. Thom. 2. contra gent. affirmans formam esse qua homo est, & existentiam esse à qua appellatur ens, scilicèt existens. Sicut igitur suppositum cõstituitur formalitèr per hypostaticam proprietatem, vt per actum vltimum; sed per naturam, vt per formam hypostaticam principalem: ita suppositũ existens per naturam, siue formam qua est, constituitur principaliter; sed per existentiam magis formaliter, vt per actum vltimum.

Aliàs suppositum existens est coniunctũ perse, vt c. 31.

Forma substãtialis est principalis causa illius coiuncti: sed existentia est causa formaliter, vt vltimus actus à quo sumitur differẽtia entis *S. Thom.*

Similitèr in suppositо, hypost. proprietas, & natura.

13. Aduert. 2. quoad modũ loquendi. Hominẽ esse albũ est effectus formalis solius albedinis. Ratio.

Aduertendum verò est aliquid amplius quoad modum loquendi; scilicèt quòd hominem esse album, est effectus formalis solius albedinis, quamuis homo albus sit effectus humanitatis, & albedinis, vt diximus. Ratio est, quia esse album non indicat totum coniunctum, scilicèt hominem album; sed tantùm album indicat, quod dicitur esse effectus solius albedinis; quia ibi est coniunctio duorum entium completorum, scilicèt hominis, & albedinis, & vnum non includit alterum. At verò hominem esse, non dicitur esse effectus formalis solius existentiæ, sed humanitatis simul, siue etiam formæ; quia in ipso esse contine-

Est ibi coniunctio duorũ entium completorum.

Hominẽ esse, dicitur effectus formalis existẽtiæ, & humanitatis simul, siue formæ; quia

A tur humanitas per esse completa. Quo sensu dicimus quòd forma dat esse siue existere in genere causæ formalis; non quòd ipsum esse, vt est effectus existentiæ, sit effectus formalis formæ substantialis: sed quia hominem esse siue existere, includit hominem existentem, cuius coniuncti per se, forma siue humanitas est causa formalis. Sicut si dicamus quòd Petrum esse suppositum est effectus humanitatis; quia etsi esse suppositum sit à proprietate, vt ab actu vltimo, & non ab
B humanitate: tamen in hoc ipso effectu hypostaticę proprietatis continetur natura suppositi, sine qua non potest intelligi suppositum. Est enim suppositũ per se coniunctum, & completum ex natura & proprietate. Eodem modo, quia suppositum existens est quoddam coniunctum per se ipsum, quod dicitur existẽs, dicitur effectus naturæ quasi formalis, quia suppositum humanitate existit. Et
C ita forma substantialis est principium essendi, quæ sunt verba S. Thom. 2. contra gent. & potest dici principium formale essendi: non principium formale existentiæ, sed existendi, qui est etiam effectus existentiæ; vel potiùs principiũ formale existẽtis; sicut diaphanеitas aeri est principium lucendi aliquo modo formale, non comparatum cum luce ad quam disponit, sed cum aere quem informat. Quod est exemplum S. Thomæ eo loco: sed diaphanum, & lucidum sunt coniuncta per accidens, & ideò non est omninò simile exemplum. In his autem
D nihil significamus, nisi loquendi modũ, vt illud proloquium in scholis tritum elucidemus, quòd forma dat esse, hoc est, existere; quia scilicèt forma cum existẽtia constituunt vnum per se coniunctũ, quod est hominem existere; aut ex parte albedinis hominẽ existere album, quia illud coniunctum existere album, ab albedine est, vt à causa principali formali, & ab existentia albedinis, vt ab vltimo actu. Igitur existentia nullo modo est effectus formalis formæ, aut naturæ; sed ipsum existere, siue potiùs existens, potest dici effectus formalis naturæ, siue formæ specificę; quatenùs indicat quoddam per se coniunctum, quod est formę, & existentiæ effectus formalis coniunctus. Quod videtur innuisse S. Thom. 1. p. q. 42. art. 1. ad 4. vbi ait quòd effectus primus formę est esse, secũdus operatio; quod

humanitas cõtinetur in esse quo cõpletur.

In hoc sensu dicitur forma dare esse in genere causæ formalis.

Exemplum de suppositо, qđ in eodem sensu dicitur effectus formalis humanitatis.

Ex S. Thom. Forma substãtialis potest dici principium formale essendi, id est, non existentiæ. sed existendi, seu existentis.

Exemplum diaphaneitatis comparatæ nõ cum luce, sed cum aere.

Ex his quoad modum loquendi elucidatur illud proloquium, quòd forma dat esse.

Hominẽ existere albũ, effectus est ab albedine, vtàcausa principali formali; ab existentia verò albedinis, vt ab vltimo actu.

Ex S. Thom. 1. effectus formæ est esse, 2. operatio.

Explicatur hoc in genere causæ formalis

quod possumus interpretari in genere causæ formalis: esse autem dicitur primus effectus cum operatione comparatus; quia aliàs est effectus secundus formæ, cuius effectus primus est essentia composita, Et q.8.de potent.ar.2.ad 11. esse appellat actum essentiæ: quasi effectum formalem. Et ijsdem enarranda est propositio illa 3. ex libr. de causis,

Idem.

Lib.de causis

Anima nobilis habet operationem diuinam, in quantum dat esse.

PARS TERTIA.

Existentia habet causam finalem, cui.

1.

Prænotatio de perfectione existentiæ.

HOc in loco occurrit nobis illa quæstio de nobilitate existentiæ; id enim quod est nobilius, est finis cæterorum. Vt igitur disputemus de causa finali existentiæ, priùs delibandum est aliquid de ista quæstione perfectionis.

2.

1.sentent. *Scot.* Exist entiam esse perfectionem minimã.

Ioan.Scot. in 4. d.1.q.1. ait existentiam esse inter cæteras perfectiones minimam: est enim solum complementum speciei, & vt arbitrantur quidam, realis modus. Et quod est argumentum Scoti, esse est communissimum, recipiens omnium rerum additamẽta, quod est summæ imperfectionis. At verò S. Thom. 1. p.q.4.ar.1. ad 3. ait existentiam, quam vocat esse, præcellere omnibus perfectionibus.

1.Arg.

2.Arg. Scoti.

2. sent. *S. Thom.* esse maximã.

3.

Aduert. 1. Quæst. hæc versari potest in metaphysica cõsideratione: vel in physica.

In consid. prior est 2. arg. *Scoti.*

In hac quæstione aduertendum est, quòd in consideratione metaphysica, & physica versari potest. In consideratione metaphysica, quæ abstracta est, consideramus rerum existentias, prout à nobis intelliguntur; quo pacto esse est cõmune quoddam prædicatum conueniẽs omnibus existentibus: quod autem est commune, additamento aliquo fit particulare, & ita imperfectum est: vnde colligit Scot. quòd sit imperfectissimum quid, ipsa existentia.

4.

1.Respons. Commune cõsideratur, vt est actu aliquid, vel vt est potentiâ plura.

1.modo, quod magis cõmune est, est magis perfectum.

2.modo, imperfectum est. In his cum essentia, & existẽtia sint pares,

Huic tamen obiectioni multa sunt, quæ respondeamus. Primum id, quod est commune potest considerari, vt est actu aliquid, & vt est potentiâ plura. Priori modo id quod est magis commune, est magis perfectum, quia est magis amplum, & minus finitum. Posteriori modo, vt in potentia quadam includit multa, imperfectum est: sed hoc quoque pacto essentia imperfecta est, quia est communis. Et cum in his pares sint essentia, & existentia, præcellit existentia, quæ est actus ipsius essentiæ: quod videtur respondere Doctor Sanctus illi argumento 1.p.loco nunc recitato. Deindè existentiæ nihil additur, sicut nequenti: quare existentia communis non fit particularis aliquo addito; sed intrinseco modo, qui non est additus quasi extraneus, sed intimus in simplici conceptu. Adhùc essentia quidèm quæ in genere est, species habet, & differentias additas: existentia autem etiam in genere non habet species, sed est actus indiuidui sola analogia communis: ergo ipso modo intelligendi existentia est quid perfectissimum, quæ omni ex parte intelligitur vt actus, & non vt potentia recipiens; cum neque in animi speculatione aliquid recipiat. Thom. Caiet. in illa respons. ad 3. ait existentiam esse communem non vt potentiam, sed vt actũ; & hoc Ioãnem Scot. non percepisse. Sed Scotus certè id probauerat, quod Caiet. negat, scilicèt existentiam esse communem secundum potentiam, siquidèm id quod commune est, est quasi potentia ad differentias contrahentes. Negandum ergo est etiam isto modo existentiã esse imperfectam; imò perfectiorem quàm essentiam, esse commõstrauimus, in hac consideratione actus, & potentiæ, quod posteà magis explicabimus.

pręcellit existẽtia, quæ est actus ipsius essẽtiæ.

S. Thom.

2.Respons. Existentia cõmunis non fit particularis aliquo addito, sed intrinseco modo, vt ens.

Existentia etiam in genere est solum actus indiuidui solâ analogia cõmunis.

Hoc modo existentia nec speculatione animi potentia est, sed actus.

Responsio *Caiet.*

Refellitur à *Scoto.*

Existentia vt est communis secundum potentiam nõ est imperfectior, quam essentia, vt in 1. resp.

Alio modo possumus conferre existẽtiam cum alijs perfectionibus, vt cum sapientia, & vita. Et quidèm si hæc considerentur nominibus concretis, sapiens est perfectius aliquid quàm viuens, quia includit viuens, & addit sapientiam; & viuens est perfectius, quàm ens, quia includit ens, & addit vitam. Nominibus verò abstractis vnum nõ includit aliud, & ideò viceuersa esse est perfectius quã vita; & vita est perfectior, quàm sapientia, vt docet S. Thom. in illa q.4.ar.2.ad 3. Et idem, nihil immutando, docet Frãcisc. Ferrar. lib. 1. contra gent. cap. 28. ex doctrina S. Thom. acceptum.

5.

Si comparatur existẽtia cum vita, &c. in cõcreto; perfectius est viuens, quã ens; quia addit vitam.

Si in abstracto; perfectius est esse, quàm vita, &c.

S. Thom.

Ferrar.

Qua in re aduertendum est, quòd sapiens non includit viuens essentialiter, cum sapientia adueniat viuenti; neque viuens includit esse, hoc est, existere essentialitèr, vt docuimus, cum existentia sit extra essentiã viuentis in rebus creatis: sed ea quæ sunt posteriora, & addita dicuntur includere quæ sunt priora, quia illis hæc supponuntur. Si verò comparatio

6.

Aduertẽdũ. Sapiens nõ includit viuẽs essentialiter; neque viuẽs, esse; sed posteriora includũt priora præsuppositiuè.

Perfectiones vt abstractæ & distinctæ significatæ, quanto communiores sunt, tanto nobiliores.

ratio fiat secũdum quod sunt res distinctæ, simpliciter dicendum est existentiã nobiliorem esse quàm vitam, & vitam quàm sapientiam. His enim nominibus abstractis significatur distinctio rerum; & vt distinctæ sunt, communiores perfectiones nobiliores sunt, vt existẽtia nobilior quàm vita, & vita quàm sapientia præstãtior, vt docet quoque S. Dyonys. cap. 2. & 5. de diuinis nominibus; cuius rei causam, rationemq; exposuimus lib. 1. quæstione de attributis.

S. Dionys. Lib. 1. c. 9. n. 4. ca 19. lib 2 c. 8. n. 6. c. 10. n. 16. c. 22. p. 1. n. 13. p 2. n. 1. c. 45. p. 1. n. 1.

7.

In consid. posteriori sapiẽtia hominis est simpliciter nobilior existentiâ equi, quia est altioris ordinis: licèt secundum quid sit ignobilior, quia est accidẽs, sicut gratia.

Sed hactenùs ista quæstio versatur in consideratione metaphysica, qua quidẽ dicitur id perfectius quod est communius, quia est amplius quid & magis abstractum. In physica verò consideratione, sapientia hominis videtur esse nobilior, quàm existentia equi; quia etsi existentia equi secundum aliquid sit nobilior, quia est complementum substantię; sapientia verò hominis est accidens: tamen simpliciter sapientia hominis est cuiusdam ordinis altioris; sicut gratia Dei, etsi sit accidens, longè tamen est excellentior, quàm existentia equi.

8.

Si comparetur existẽtia cum re cuius est existentia.

Comparanda igitur est in physica cõsideratione existentia cuiusque rei, cum re eadem cuius est existentia, vt existẽtia sapientiæ cum ipsa sapientia, & existentia hominis cum homine. Qua comparatione multi sunt, qui affirmant existentiam esse præstantiorem, quàm essentiam, etiam in specie & indiuiduo physica quadam consideratione; quia existẽtia semper est actus, & essentia est in potentia passiua ad hunc actum.

Set affirmãs nobiliorem esse existẽtiam.

Arg. 8.

1. Aduertendũ ex lib. 3. c. 7. p. 4 n. 1. & 2.

Existentia, & essentia comparantur, vt perfectio, & perfectum, ac proindè non secundum idem.

Aduertendum est tamen quod lib. 3. docuimus, perfectionẽ esse actum perficientem, & perfectum esse id quod per actum perficitur: cum ergo existentia sit actus essentiæ, & essentia perficiatur per existentiam, conferendo existentiam cũ essentia comparamus perfectionem cũ perfecto: quare non possunt comparari secundum idem.

9.

2. Aduert. vt ibidem.

Perfectio dicit actum vltimum: perfectũ dicit ens completum.

Adhùc aduertendum est, quòd perfectio significat actum vltimum, vt ibidẽ docuimus; & perfectum significat ens completum, & absolutum, quod est in actu vltimo. Quamobrem dum separamus existentiam ab essentia, neutrum est perfectum; nam existentia est actus perfecti, sed ipsa non est perfecta, cum non sit ens, sed solus actus entis, vt dicemus: essentia verò finita non est per-

1. Assertio.

Si separemus existẽtiam ab essentia, neutra est perfecta.

A fecta per se ipsam, quia non est absoluta, & completa ante existentiam. Si tamen accipiamus perfectum secundum aliquid, quod est ex parte perfectũ, magis conuenit hoc nomen essentiæ, quàm existentiæ ipsiusmet essentiæ. Nam essentia secũdum aliquid perfecta est, scilicèt essentialiter per formam, aut saltẽ per differentiam: existentia autem nullo modo perfecta est, sed duntaxàt perfectio in physica consideratione, qua illam meditamur, vt actum vltimum rei, cui nullus actus additur. Et hæc ipsa est præstantia existentiæ, vt nihil illi addatur; sed hoc nomine potiùs est perfectio, quàm perfecta. Et hoc idem probatur apertissima ratione: nàm existentia producitur propter essentiam, vt statim dicemus; quod autem est finis, simpliciter est melius.

B

Neque his obstat quòd essentia sit in potentia passiua ad existentiam. Nam etiam substantia est in potentia passiua ad omnia accidentia, & nullum est accidens quod substãtia non antecellat dignitate; quia anima est simpliciter nobilior gratia iustificante, vt docet S. Thomas in 1. d. 17. ar. 2. ad 3.

C

Vnde vltimò colligimus, quòd esse est nobilius omnibus accidentibus eiusdem hypostasis: quia tunc comparamus perfectionem cum perfectione; esse autẽ est prima, & maxima perfectio hypostasis, à qua pendent omnia accidentia. Et hæc est sententia S. Thom. eodem loco, quod firmat auctoritate S. Dionys. lib. 5. de diuinis nominibus. Et ita fit ipse Doctor Sanctus interpres sui, etiam in physica consideratione, vt cum ait quòd esse est perfectissimum si accipiamus non abstractè, & communiter, sed physicè in indiuiduo, intelligendum sit quòd esse substantiale præcellat cæteris accidentibus, quæ ab illo pendent.

D

His verò positis facile est iudicare, vtrùm existentia habeat causam finalẽ. Repetẽdum enim memoriâ est id quod docuimus, alium esse finem cuius gratiâ aliquid fit, & alium finem cui expetitur id quod fit, vt colligitur ex Aristot. 2. de anima, cap. 4. Nam existentia est finis cuius causa producitur essentia, & in eo genere finis est vltimus, quia partes substantiæ, & modi reales, & omnia, quæ fiunt in supposito ad hunc finem dirigũtur, vt tandem producatur existentia, quæ

2. Assertio.

Perfectum ex parte, & secundũ aliquid, magis cõuenit essentiæ, quàm existẽtiæ eius.

Ratio 1.

Essentia est perfecta essentialiter per formã; existentia nullo modo est perfecta, sed perfectio.

Hæc est existentiæ præstãtia, vt nihil illi addatur.

Ratio 2.

Existentia producitur propter essentiam.

11.

Ad arg. pro sent. affirm.

Substantia est in potentia passiua ad accidentia, & tamẽ omnia antecellit simpliciter.

S. Thom.

12.

Corollar.

Esse nobilius est õnibus accidẽtibus eiusdem hypostasis, quia est 1. & maxima perfectio hypost.

S. Thom.

S. Dionys.

S. Doctor ipse sui interpres.

13.

De titulo huius part.

Duplex finis cuius, & cui: vt li. 2. c. 4. p. 3. n. 1.

Arist.

Existentia est essẽtiæ finis cuius gratia, & vltimus in hoc genere.

Ratio.

Suppositum est finis cui existentiæ.

Hic simpliciter est prior & perfectior.

Anima, ex *S. Thoma* est simpliciter nobilior gratiâ; essentia, existentiâ.

Coniunctum ex vtroq; sine in omni cõsid. est finis vltimus actionis.

Exempla.

Resolutio tit. Existẽtia habet causam finalem, cui, sc. essentiam, & essentiam existẽtem.

14. Obiectio.

Respons. Accidentia fuerunt assumpta, quia pertinent ad naturã: non verò existẽtia, quia pertinet ad suppositum

quæ est actus vltimus, & in vltimo effectu quiescit intentio agentis: quare effectus vltimus qui est existentia, est causa finalis cęterorum; sed ipsa existentia expetitur suppositо, sicut actus beatitudinis, quæ est finis vltimus, expetitur animæ. Et ita simpliciter loquendo finis cui est prior, & perfectior. Vnde anima, vt docet S. Thom. in 1. d. 17. ar. 2. ad 3. simpliciter est nobilior gratiâ, & essentia simpliciter est nobilior existentiâ. Coniunctum autem ex vtroque est nobilissimum, & perfectum; & in omni consideratione est finis vltimus actionis, scilicèt anima beata finis est omnium mediorũ prædestinationis, & essentia existens est finis completus actionis. Habet ergo existentia causam finalem, tum ipsam essentiam, quæ est finis cui; tum etiam illud coniunctum, scilicèt essentiam existentem, ad quod & essentia, & existentia ordinatur vt ad vltimum simpliciter quod est causa finalis cæterorum.

Contra hæc quidam obijciunt, consequens esse vt Verbum non assumpserit id quod est præstantissimum in natura, scilicèt existentiam, iuxta placitum S. Thom. quòd humanitas existat per existentiam Verbi. Sed respondendum est cum Thoma Caiet. vt loco alio notauimus, existentiam pertinere ad suppositum, & ideò non fuisse assumptum; sed assumpta accidentia fuisse, quia pertinẽt ad naturam: per hoc autem nobilitata est natura ipsa, quæ existit per existentiam diuinam.

CAPVT XXXI.

Existentia est causa formalis, efficiens, & finalis.

IAm est nunc de effectibus existentiæ disputandum; & quia vnumquodque agit quatenùs est actu per formam, de causalitate formali existentiæ priùs diseremus, quàm de eius efficacia, immutato ordine causarũ. Caput habet partes duas.

Pars prior: *De effectu formali existentiæ.*

Pars posterior: *De causalitate efficiente, & finali existentiæ:*

Coniuncta enim hæc sunt.

PARS PRIOR.

De effectu formali existentiæ.

1.

QVòd existentia sit causa formalis existendi, liquet ex dictis, cum sit actus physicus essentiæ, & formale principium, vt docet S. Thom. opusc. 37. & alijs in locis hoc idem indicat. Neque occurrit quod his addamus. Quod verò ait Marius Victor. lib. 1. contra Arium, quòd esse est causa speciei vt sit: physicè loquendo de causa formali intelligitur: sed hoc non rectè quadrat in diuinas processiones, vt, esse, tribuatur Patri tãquam principio, species verò Filio, vt ibidèm ait; tum quia non est principium Filij quasi formale, sed quasi actiuum, vt lib. 2. docuimus; tum vel maximè, quia esse in Deo non est quasi forma speciei, sed est ipsamet species, id est, essentia.

S. Thom.

Mar. Vict. Esse est causa formalis speciei vt sit, in creatis; sed non in diuinis.

Ratio 1. ex lib. 2. c. 23.

Ratio 2.

Est tamen circa hoc, dubium vnum & alterum. Primùm quærimus vtrùm ipsa existentia existat, & quasi tribuat hunc sibi ipsi effectum formalem, vt ipsa quoque existat; sicut quantitas per se ipsam est quãta? Quibusdam enim videtur necessariò hoc confitendũ esse distinguentibus existentiam ab essentia, vt nulla sit res producta in rerum natura, quæ non existat. Et quidèm Thom. Caiet. 1. p. q. 44. ar. 1. affirmat quòd actus essendi, vt ille loquitur, est suum esse, scilicèt per se ipsum existens. Hoc enim videtur sentire Caiet. ibi, & libr. de ente, & essentia, cap. 5.

2.
Dubium. 1. Existatne ipsa existentia?
Ratio dub.

1. sent. affirm.

Caiet.

3.

Nihilominùs dicendum est existentiã non existere; neque enim ad hoc vt inueniatur existentia in rerum natura, necesse est vt ipsa existat; sed satis est vt per illam existant res: res enim finitę ita sunt comparatæ, vt aliæ sint perfectiones, aliæ perfectæ; & existentia propter hoc quòd est perfectio vltima, ipsa non est perfecta, sed est perfectio duntaxàt, maximaque perfectio, vt docuimus. Eodem modo si propriè loquamur, existentia non est ens, sed est actus entis; quia non est id quod est, sed duntaxàt est id quo aliud est; & significatur nomine entis in obliquo. Et ideò accidentia appellauerim entia secundum quid, & quascunque res alias dixerim entia; quia vel in ipsis subiectis quibus insunt, res quęq; est id quod est, quod existit; verbi gratia, albedo est id quod existit in corpore: nõ tamen

2. & vera sent. negat.
Ratio 1.

Rerum finitarum aliæ sunt perfectiones, aliæ perfectæ.

Existentia propriè accepta nõ est ens, nec id quod est, sed entis actus; & significatur nomine entis in obliquo.

Accidentia sunt entia secundum quid; quia non existunt simpliciter, sed in subiecto.

Sola substantia cõpleta simpliciter est.

tamen simpliciter est, sed sola substantia A cõpleta simpliciter est. Existẽtia autem per hoc quòd est actus vltimus, ipsa non est ens, sed cuiusq; entis actus, sẽper significata nomine entis in obliquo. Quòd si ens amplissimè accipias, vt significet quicquid nõ est nihil; cõfitemur existentiã esse ens, sed nõ sequitur, vt existentia existat: quia ens ita fusè accepũ nõsignificat id quod existit, sed id quod est extra causas, & nõnihil est; quare nulla est consequẽtia, vt quia existẽtia est hoc ens scil. extra causas, existat. Quòd si instes, B omne ens extra causas existere. Respõdẽdũ est omne ens priori significatione nominis indicatũ existere, sc. omne ens quod suo modo est id quod est: posteriori autẽ significatione, qua cõprehẽdis nomine entis existẽtias, negamus illud pronũciatũ, quòd omne ens existat, cũ existẽtia nõ existat. Hãc etsi nõ protulerit, insinuauit sententiã S.Th. in 1. d.8.q.1. ar.2.ad 2. vbi docet quòd esse creatũ nõ est per aliquid aliud tanquã formale, sed quòd ipsum esse creatura est; indicans quòd esse non est, sed creatura est quæ extra causas producitur. Existẽtia ergo C non est, sed per existentiam aliquid est.

Existẽtia est ens latè, sed nõ existit

Ens sic acceptum nõ significat id qđ existit, sed quod est extra causas.

Obiectio.

Respons. iuxta dictas acceptiones entis.

Cõfirmatur ista opinio auctoritate S. Doctoris, 1.p.q.4. & alijs in locis, quibus probat Deũ esse infinitũ, quia est ipsum esse. Quòd si esse finitũ existit per se ipsum, & est suũ esse, iam non finitũ est, sed infinitũ. Hoc enim implicat dictũ, quòd esse illud quod recipitur in alio, sit suum ipsius esse: quod enim sui ipsius est, nullius est subiecti, sed subsistit. Explicatur magis, nam si albedo esset alba, esset infinitè alba, quia prius naturâ quàm cõiungeretur subiecto, esset alba; & nullus esset gradus albedinis, nullusq; finis perfectionis: quod enim per se ipsum est tale, semper est tale: & quantitas quæ per se est quanta, antequam copuletur subiecto est quãta: ergo eodẽ modo albedo si per se ipsam esset alba, ante cõiunctionem esset alba nullo designato gradu, sed infinitè alba. Ergo similiter si existentia per se ipsam existit; antequam introducatur subiecto, existit: quod verò priùs naturâ existit, subsistit etiam; & ita existentiæ rerum essent subsistentes, quod est impossibile; aut omnes res existerent per existentiam diuinam, quod falsum esse commonstrat S.Thom. lib. 1.contra gent. & 1.p.

S. Thom.

4.
Confirm. ex *S. Thom.*

Si esse finitum per se ipsũ existeret, & esset suũ esse, iam esset infinitum.

Implicatio esset, quòd esset in alio receptũ

Ratio.

1. exemplũ albedinis, vt cap. 14. n.13.

2. exemplum quantitatis.

Si existentia esset sui ipsius, nullius esset subiecti, & existeret prius natura, antequã esset in subiecto, atque adeò subsisteret.

Idem.

Dices ad hæc, non esse bonam consequentiam, quia albedo ante coniunctionem cum corpore producitur, & tamen producitur in aliquo gradu determinato perfectionis. Respondendum tamen est quòd etsi albedo in genere causæ formalis priùs producatur quàm cõiungatur, & nihil tunc habeat à coniunctione; tamẽ in genere causę materialis ante ipsã cõiunctionẽ producitur de subiecto à quo determinatur: sed si albedo esset alba, ipsa esset subsistens, & id quod est, & non finiretur per subiectum. Hæc enim impossibilia ex impossibilibus cõsequuntur. Præterea vrget argumentũ aliud, quòd albedo quidèm ante coniunctionem esset alba: at verò si existentia ante coniunctionem cum essentia existit, non solùm existit, sed subsistit; ergo consultũ magis erit, vt non transgrediamur fines rerum, neque dicamus existentiam existere, sed esse actum existentium.

5.
Solutio cũ instantia.

1. Respons. Albedo, in genere causæ materialis, ante coniunctionẽ producitur de subiecto, à quo finitur, nõ ita si esset alba.

2. Respons. Diuersa ratio da albedine, & existentia.

6.
Ad rat. dub. Diuersa ratio de quantitate, & existentia.

De quantitate verò alia est ratio. Nã quãtitas in genere suo habet partes secundũ quas ex propria ratione formali est extẽsa siue sit cõiuncta, siue separata: & ideò priùs naturâ producitur extẽsa, quàm cõiungatur corpori, cui cõiuncta prędstat esse extensum per accidens, cum ipsa sit per essentiam extensa. Horũ nihil quadrat in ipsam existentiam: nam illa non est essentia, aut pars essentię, cui cõueniat formaliter existere; neque potest separari ab essentia: quòd si esset per se existens, separari posset, vt de anima rationali docuimus; neque priùs naturâ existit, quàm coniungatur essentiæ; quia si priùs naturâ ante vnionem existeret, subsisteret quoque instar animæ rationalis. Nulla ergo ratio persuadet existentiam existere; sicut neque albedo est alba, neque vllus effectus formalis nominat ipsam formam, nisi solam quantitatem, quæ nominatur quanta.

Quantitas habet partes ex sua ratione formali, secundũ quas est extensa, siue coniuncta siue separata: ideò priùs producitur extensa, quàm coniungatur.

Existentia si esset per se existens, aut si priùs natura ante vnionem existeret, posset separari, & subsisteret, vt anima rationalis,

7.
Obiectio.

Quod verò aiunt existentiam aliquãdo conuenire essentiæ in potẽtia causæ, aliquando essentiæ actu productæ extra essentiã causæ; & ideò ipsam existẽtiam indigere existẽtia; ridiculũ est. Nam cõiunctio existentiæ cũ essentia est realis, & contingẽs, & effectus creationis, siue realis actionis, quæ vltimò terminatur ad existentiæ vnionẽ cũ subiecto, & nulla alia existentia necessaria est; vnius enim cõiũcti vna est existẽtia. Quòd si cõiũctũ sit ex materia, & forma, existẽtia est

Respons.

Existentia est extranea coniuncto ex materia, & forma,

sed actus intrinsecus coniuncto ex essentia & existentia.

8.

Dub. 2. Sitne ex essentia, & esse coniunctum per se?

Aduert Duplex cõpositio in creatis.

Ex S. Tho. existentia proprie nõ est forma.

Ratio.

S. Thom. Caiet.

9.

Prænot. sent: *Caiet.* Istud coniunctum licèt sit per se, nec esse vnum per se, nec per accidens.

Coniunctum per se, quid indicet?

Idem. Vnum per se, quid indicet?

10.

1. Assertio. Existentia nõ oritur ex principijs essentialibus, sicut rerũ affectiones.

S. Thom. Nulla creatura dicitur per se existens, 1. aut 2. modo dicendi per se.

Caiet.

Ratio.

11.

2. Assertio. Essentia, & existentia productæ mutuò cõiungũtur per se.

Probatur.

S. Thom.

Existentia cõsequitur per se

extranea: si verò cõiũctũ sit ex essẽtia, & existẽtia, ipsa est intrinsec⁹ actus cõiũcti.

Altera quæstio est de cõiunctione existentiæ cum essentia, Vtrùm coniunctũ istud sit vnum per se, vel vnum per accidens? Aduertẽdum enim est quòd in rebus creatis est duplex compositio, scil. quædam ex subiecto, & forma, alia ex essentia, & esse. Nam existentia propriè loquẽdo nõ est forma, vt docet S. Tho. 1.p.q.3.ar.4. 2.contra gent.c.52.& 53. forma enim constituit speciem, siue essentiam; existentia autem aduenit essentiæ, & complet illam, atque absoluit. De vtraque compositione disputat S Thomas lib.2.contra gent.cap.54. & lib.de ente, & essentia, cap.5. vbi Tho.Caiet. has duas compositiones suis conditionibus quasi differentijs discernit.

Circa septimam differentiã affirmat Caiet.compositũ ex essentia, & existentia, neque esse vnũ per se, neque vnũ per accidens; etsi essentia cum existẽtia per se cõiungatur. Neq; sibi dissentit Caiet. nam per se coniungi indicat physicã cõiunctionẽ necessariam, vt ipse explicat 1.p.q.50.ar.5. vnum verò per se, indicat vnitatem entis in consideratione metaphysica; qua ens per se vnũ est, quod in Prædicamẽto ponitur. Prinicipio igitur disputandum est, vtrùm illud coniunctũ, quod est effectus formalis existentiæ, sit per se coniunctum; scilicèt vtrùm coniunctio sit per se, aut per accidens?

Dicendum igitur imprimis est existẽtiã non oriri ex principijs essentialibus, vt oriuntur propriæ rerum affectiones; quod commonstrat S.Thom. 1.p.q.3. art.4 Quamobrem nulla creatura dicitur per se existẽs primo, aut secũdo modo per se dicẽdi; quod obseruauit Tho. Caiet. 1.p.q.50.ar.6. Et hoc perspicuum est; quia quæ per se dicuntur de alijs, dicuntur necessariò; sed essentiam finitam existere non est necessarium, sed contingens, vt hominẽ existere contingens est.

Deindè affirmandũ est, quòd existẽtia per se coniungatur cum essentia mutua quadam coniunctione cũ extra causas producuntur. Probatur, quoniã existentia per se sequitur formam, vt docet S.Thom. 1.p. loco commemorato; forma autem est quæ dat speciem, & constituit essentiã, siue ipsa forma sit simplex essentia, siue formaliter cõstituat essentiam compositã: & ideò existẽtia sequitur per se, & formã, & essentiã, cuius est esse; consequitur autem in genere causæ materialis, vt docuimus; sed quoniã naturaliter, ac necessariò cõsequitur essẽtiam productã, consequitur per se: quod Thom.Caiet.ait perfeitate physica; nos possumus dicere perfeitate causæ, vt nihil addamus doctrinæ S.Thomæ. Nam ipsa consequentia causam indicat.

Ergo si existẽtiam compares cum essentia secundum se, non coniungitur cũ illa per se vlla perfeitate, cũ non coniũgatur cum illa necessariò. Si verò conferas existentiam cum essentia producta, & in rerum natura inuenta, coniungitur per se cum illa, non perfeitate prędicati primo, aut secundo modo, quia neutra pertinet ad definitionẽ alterius; sed sola perfeitate causandi. Et ita coniungũtur per se quarto modo.

Rectè ergo Tho.Caiet. etsi dicat coniungi per se existentiã cũ forma, siue essentia perfeitate causæ, potuit negare quòd ipsum coniunctũ, scil. essentia existens sit per se vnum. Nam & risibile cũ homine per se cõiungitur; & tamẽ homo risibilis non est per se vnũ: coniunctione enim per se siue sit intellectio, siue in causalitate aliqua potest coalescere vnũ per accidens; nam in intellectu coniungitur risibile cum homine per se, additamento quoddã, quia homo continetur in definitione risibilis: & ideò nõ sequitur, vt homo risibilis sit per se vnum. Et perfeitate causæ possunt coniungi, quæ faciant coniunctum per accidens, non per se. Neque in hoc dixit Caiet. quicquam improbabile.

Nobis tamẽ videtur dicendum, quòd homo existẽs nõ sit ens per accidẽs vnũ, sed per se vnum. Illud enim falsum est, quod Caiet. ait lib.de ente, & essentia, c. 5. nõ fieri per se vnũ, nisi ex partibus essentialibus. Nam ex proprietate hypostatica, & natura sit suppositũ, quod est simpliciter per se vnũ, vt omnibus notũ est; cũ suppositũ sit id quod maximè ponitur in prædicamẽto. Et ad eundẽ modum coniunctũ ex essentia, & existentia, quod est suppositum existens, est ens per se vnum; quia non existit per aliud, quasi per accidens, sed per complemẽtum ipsius generis, scilicèt per suum esse propriũ, quod appellamus existentiam. Videtur ergo dicendum, quòd homo existens est quid per se vnum; non

& formam, & essentiam productam in genere causæ materialis, vt cap. 27.n.10.

Ea perfeitas est physica, seu causæ.

12.

Declaratur hoc. Existentia cõparata cum essentia secundũ se, non coniungitur cum illa per se: benè tamen cum essẽtia producta, per se, sola perfeitate causandi, atque adeò per se 4. modo.

13.

Colligitur nõ esse sibi dissonam sententiam *Caietani.*

Exemplũ hominis risibilis

Cõiunctione per se potest coalescere vnum per accidens.

Ostenditur eodem exẽplo

Hæc doctrina *Caietani* nõ est improbabilis.

14.

Contra eam 3. Assertio. Homo existẽs est per se vnũ.

Cõtra *Caiet.* non ex solis partibus essentialibus, sit vnũ per se.

Probatur exemplo naturæ & proprietatis hypost.

Assertionis moderatio.

Homo existés est quid per se vnum nõ simpliciter,ex parte maximè.

Ratio. Existentia aduenit vni per se simpliciter, scil.supposito, non tamen aduenit extra genus.

non simpliciter,quia existentia aduenit supposito, quod est per se vnũ simpliciter; sed tamen est quid per se vnum ex parte,& imperfectè,quia existentia non aduenit extra genus,sed est complemẽtum ipsius generis, sine quo essentia siue suppositum incompleta sunt. Hoc ergo coniunctum, scilicèt homo existẽs, est effectus formalis existentiæ.

PARS POSTERIOR.

De causalitate efficiente, & finali existentiæ.

1.

1.Decisum. Existentia nõ est causa materialis.

Ratio, Non est necessaria ad hoc genus causæ, vt cap.27. n 10. Probatur.

Hoc genus causæ est entis in por. vt in pot. est.

Conditio causæ antecedit causam.

Coroll. Substantia ad recipienda accidentia præintelligitur existens, nõ obreceptionem.

1. Ratio præintelligendi.

Ratio 2. ex cap. 26. p. 3. n.1.5.& 8.

2.

2. Decisum. Existentia nẽ cõcurrit cum forma in genere causæ formalis.

Ratio ex cap. 27. n. 10.

Partes vt sic conficiunt cõpũctum, cuius est existere, vt in illo existãt.

Existentia est vltimus actus.

PErspecto effectu formali existentiæ, reliquũ est vt de alijs effectibus illius differamus. Et imprimis dicendũ est existentiã non esse vllo modo causã materialẽ,cum sit vltimus actus: sed neque necessaria est existentia in genere causæ materialis, quod sæpiùs quidèm docuimus. Sed adhùc cõfirmamus,quia quod est in potentia, quatenùs in potẽtia est, non est in actu: existẽtia autem est actus vltimus; ergo non est necessaria ad illud genus causæ, quod est entis in potentia, prout in potentia est.Quamobrem neq; vt conditio necessaria est in isto genere; conditio enim causæ antecedit causalitatem: existentia autẽ ex propria ratione non antecedit, sed cõsequitur causalitatem materialẽ,quæ est entis in potẽtia. Vnde colligimus quòd ipsa substantia, quæ præintelligitur existẽs ad recipienda accidentia, non præintelligitur existens quasi existẽtia sit necessaria ad recipienda accidentia: sed quia substantia est ens simplicitèr prius; & iterùm, quia accidentia aliquo modo in genere causæ efficientis, pendent ab existentia substantiæ,vt docuimus.

Superiùs etiã ostendimus existẽtiam non cõcurrere cũ formis in genere causæ formalis; quia ipse effectus formalis formæ specificæ antecedit existentiam. Neq; mirũ est, sed potiùs rationi cõsentaneũ,vt actus & potentia,ex quibus fit coniunctũ, cui existentia debita est,non priùs naturâ existãt. Nam vt partes sũt, conficiunt coniunctũ, cuius est existere; ergo non conficiunt illud,quatenùs existentes sunt,sed potiùs vt in illo existãt. Et ita existentia est sẽper vltimus actus; actus autem vltimus hoc ipso nomine non antecedit, sed consequitur cætera: & solus effectus existentiæ vlterior est, qui est ipsum existere.

Ergo in genere causalitatis efficiẽtis, quę causalitas est in alio subiecto distincto ab agẽte, existentia poterit esse principiũ actionis; ita vt existentia agentis, quę in agente est,sit principium rei productę. Est autẽ imprimis existentia causa existẽtiæ similis,vt existentia generãtis est causa existentiæ geniti. Hoc autẽ duobus modis potest intelligi: vel quòd existẽtia agentis nuda & sola, sit principiũ actiuũ alicuius effectus, putà existẽtiæ alterius,quæ producitur in re genita aut creata; videtur enim existentia existẽtiæ causa propria propter similitudinẽ;ita vt sola existentia ad producendã existentiam concurrat: vel quòd existẽtia concurrat simul cum forma agentis, quam ipsa existẽtia perficit;forma enim est principium agendi,& existentia perficit formam:& ita existentia simul cum forma agentis potest esse causa existentiæ in re genita, aut creata, aut quomodolibet effecta. Et hoc videtur magis philosophicum.

Aperiamus ergo rẽ nõnullis præscriptis Philosophicis. Primũ, videtur existẽtiã esse principiũ propriè actiuũ alteri° existẽtiæ. Nam existẽtiæ vt sic,maximè cõuenit operatio;tum quia Deus eò qd est ipsum esse, maximè est actiuus; & S. Thom.3.cõtra gẽt.c.66.rat.vlt.probat etiã alia agentia operari in virtute Dei; quia Deus est ipsũ esse;est ergo ipsa existẽtia maximè actiua:tum etiã, quia, vt statim declarabimus, vnũquodq; agit in quantũ est actu existẽs;ita vt existẽtia sit ratio actiui principij,non cõditio; ergo ipsa existẽtia maximè actiua est.Quòdsi actiua est, nullius rei poterit dici magis propriè actiuum principiũ, quàm alterius existentiæ, cui est quasi similis.

Quòd verò non sola existentia sit principium actiuum alterius existentię, probatur ex propria ratione existentię, quæ non est forma dans esse specificum, sed est complementum speciei: ergo similiter non habet operationem aliquã sibi propriam, cuius ipsa sit specificans principium: sed forma generantis est principium actiuũ quo producitur existentia geniti consequens formam geniti productam; & simul cum forma generantis concurrit existentia vt complementum speciei. Et hoc confirmatur,

3.

Pro titulo prænotandũ. Causalitas efficientis est in alio subiecto distincto ab agẽte.

Concl. Existentia generãtis est causa effectiua existentiæ geniti.

Huius concl. 1.sensus.

2. Sensus magis philosophicus.

4.

Pro explic. 1.Assertio. Existẽtia est propriè principium actiuũ alterius exist.

Ratio. Existentiæ cõuenit operatio

Probatur 1. *S. Thom.*

Probatur 2. Existentia est ratio actiui principij, non conditio vt n.8.

5.

2. Assertio. Non sola existentia, sed simul cum forma generãtis, est principiũ actiuum existentiæ alterius.

Probatur.

Confirm.

Ex Aristot. & S. Thom.
Omnis actio reuocatur ad principium,& terminum: & per hæc reuocatur ad diuersa genera.

quia omnis actio reuocatur ad principium,& terminum, vt Aristot. docet, & S.Thom.de potent.quæst.6.art 8. & per hæc reuocatur ad genera diuersa, vt calefactio ad qualitatem per calorem, & augmentatio ad quantitatem; ergo nulla est actio,quæ à sola existentia deriuetur, & ad solam existentiam terminetur. Nam etsi agnoscamus existentiam per actionem quandam physicam productam,cuius actionis specialis sola existentia est terminus: tamen illi actioni damus principium, non solam existentiam, sed simul etiam formam agentis; per quam formã poterit reuocari actio illa ad speciem; sicut & existentia ad speciem reuocatur, vt complementum formæ illius. Et hoc videtur magis esse Philosophiæ consentaneum.

6.
Declaratur. Forma cõmunicatur vt fundamentum similitudinis: existentia verò non ita, sed vt complementũ naturæ.

Est ergo diuersitas inter existentiam, & formam; quia licèt vtraque communicetur, tamen altera communicatur vt fundamentum similitudinis in vnitate aliqua naturæ fundata; existentia verò non communicatur vt fundamentum similitudinis, sed vt complementum naturæ,in qua est similitudo. Et ideò in rebus creatis forma est magis propriè actuum principium, quàm existentia. In Deo verò ipsa existentia est natura diuina, quæ communicatur, & participatur. Et ita ratio agendi,& forma agentis in Deo est idem;& ob eam causam Deus maximè actiuus est.

In creatis forma magis propriè & principaliter est actiuum principiũ quàm existentia: In Deo forma agentis, & ratio agẽdi idẽ est.

7.
3. Assertio. Existentia etiã ad alios effect' concurrit efficienter.

Quòd si existentiam comparemus cũ alijs effectibus,qui suis formis specificis tribuũtur, certò credimus ad illos quoque effectus existentiam concurrere in genere causæ efficientis;verbi gratia, ad calefaciendam aquam concurrit existẽtia ignis simul cum forma ignis;imò cõcurrit etiam existentia caloris,quo ignis est præditus cum ipso calore in igne. Vnũquodq; enim agit in quantũ est actu.

Exempl. Ad calefactionem vtra-q;,existentia caloris & ignis concurrit.

8.
4 Asser. cõsect. Existentia non est conditio sine quanó agentis.

In hoc autem displicet horum opinio, qui arbitrantur existentiam esse conditionem sine qua non,agentis causæ. Cõditio enim agendi est extranea actiuo principio, ita vt nihil iuuet agens,vt admotio vnius ad aliud secundum locum; quæ enim distant non agunt: existentia autem non solùm iuuat agens, sed quod maius est, cõplet & perficit. Nam calor vel minimus aliquantulum habet efficaciæ cum existentia, & ante existentiam calor vel maximus nihil efficit; ita vt

Probatur. Cõditio est extranea actiuo principio, nec iuuat agẽs: existẽtia & iuuat, & perficit.

Exemplum.

necesse sit priùs natura existere, quàm operetur. Et confirmatur,quia operatio consequitur modum agentis; agens autem naturale ante existentiam est incõpletum ens: ergo & virtus actiua incõpleta est ante existentiam;non ergo existentia est sola conditio, sed complementum actiuæ virtutis. Et potiùs dicenda est ratio agendi, quàm conditio: nam si vnumquodque operatur in quãtum existit, existentia est vltima ratio operandi; sed non est principium præcipuum actiuum, quia non fundat similitudinem naturæ, in qua attenditur cõmunicatio.

Confirm. Agens naturale est incõpletum ante existentiam: quarè & eius virtus similiter.

Existẽtia est vltima ratio agendi.

Probatur.

Itaque existentia, & forma dant sibi mutuas operas in actionibus: nam ad actionẽm qua producitur forma specifica substantialis,aut accidentaria, forma agentis cõcurrit vt principium specificans,&existentia vt complementum illius. Ad producendam verò existentiam, forma generantis concurrit, vt præhabens ipsam existentiâ producẽdã: existentia autem ad existentiam producendam concurrit, vt actus minùs propriè cõmunicabilis,& magis vt complementũ formę,quàm vt forma operatiua.

9.
Existentia,& forma mutuò se iuuant in actionibus.

Ostẽditur 1. in productione formæ.

Ostenditur 2. in productione existentiæ.

CAPVT XXXII.

Deus non est in genere physico.

EXacta disputatione longissima de rebus creatis, ordine eodem de diuinis differendum est. Vt autem diuinũ suppositum speculemur, quod est indiuiduum completum; indagare opus est ipsam Deitatis indiuiduam naturam. Et primò cogitandum, vtrùm sub aliquo vniuersali indiuiduum hoc collocãdum sit? Postmodùm quæstionem inibimus, vtrùm sit natura ipsa Deitatis vniuersalis? Postremò,si quod habeat indiuiduationis principiũ indagabimus. Facimus autem quæstionem primùm de genere physico in gratiam eorum, qui admirãtur, quòd aliud genus physicum, aliud logicum S.Thom.tradiderit. Caput dividimus in partes tres.

Pars prima: *Non omnia quæ sunt in genere logico collocantur perindè in genere physico.*

Secunda: *Quædam constituuntur in genere physico.*

Tertia: *Deus non collocatur in genere physico: imò neque Angeli.*

PARS

PARS PRIMA.

Non omnia quæ sunt in genere logico collocantur perindè in genere physico.

1. Aduert. ex cap. 29. n. 8.

IMprimis, vt declaremus quid sit genus physicum, animaduertere opus est, quòd sicut diximus, in analogis nihil esse commune, nisi vnitatem analogiæ; ita & in vniuocis nihil est commune, nisi vnitas similitudinis: quæ vnitas inuenitur in conceptu in quo cõueniunt plura, quatenùs sunt similia, siue reali relatione similitudinis, quæ attenditur in specie qualitatis, vt albedine, aut dulcedine; siue similitudine generica, quæ non est realis relatio, prout vnus conceptus æquè repræsentat plura: nam extra intellectum nihil commune est, sed in solo intellectu. Igitur in nullo cõceptu vniuoco licet inuenire aliquid re ipsa commune, sed sola similitudine, & vnitate conceptus commune: quia tamen ista vnitas vniuoci, quæ est vnitas rationis, fundatur in re; tunc dicimus naturam generis esse communem in cõsideratione physica, cum non solùm cõceptu est communis natura, quod pertinet ad logicum; sed ipsa natura distinguitur à differentijs re ipsa penes gradus essentiales: quia tunc abstractio illa, qua abstrahimus genus à differentijs, habet hoc fundamentum in re, quòd gradus essentialis à quo sumitur genus, distinguitur re ipsa à gradu essentiali à quo sumitur differentia: vbi ergo gradus essẽtiales sunt re ipsa distincti, genus physicum dicimus.

In vniuocis sola vnitas similitudinis est cõmunis in conceptu.

Relatio similitudinis in specie qualitatis, est realis.

Relatio similitudinis in genere, est rationis, vt lib. 3. c. 12. p. 2. n. 4. 5. & 6.

Genus logicũ, seu metaph. dicitur cum cõceptu est communis natura.

Genus phys. dicitur vbi gradus essentiales sunt re ipsa distincti.

2. 1. Sent. *S. Thom.* Substantia nõ est genus physicum angelis, & corporibus; 1. Causa. In corpore nõ est pars à qua sumatur genus.

Duas ergo ob causas S. Thom. in 2. d. 3. q. 1. ar. 1. ad 2. opusc. 42. c. 6. & 14. docet substantiam non esse genus physicum corporibus, & angelis; primũ, quia in corpore non est pars à qua sumatur genus, tam enim materia, quàm forma sunt partes substantiales; ergo re ipsa nihil distat substantia à corpore, quia nõ minùs substantia est materia, quàm forma. Quòd si dicas substãtiam esse compositam, & per hoc distingui à singulis partibus: substantia composita non est genus, quia Angelus est substantia, & nõ est corpus; igitur neque corpus ad substantiã ascendit, vt sit vltrà aliquid præter corpus: neque Angelus à substantia descẽdit, vt sit compositum aliquod, sed

Respons.

Refellitur.

A est simplex substantia, vt docet S. Doctor opusc. 42. cap. 6. Alia ratio est, quia in corpore non sunt duo gradus essentiales, vt ab vno petatur genus, & ab alio differẽtia; sed corpus, vt genus est, compositum est simplici cõpositione ex materia, & forma; & idcircò illud est primũ genus physicum, cui adduntur alij gradus essentiales: Angelis verò nullum est genus physicum commune; quia cum sint formæ simplices, se ipsis sunt substãtiæ, & sola ratione conueniunt in conceptu substantiæ, nihilque illis est commune, quod distinguatur à differentijs. Et eadem est ratio de accidentibus omnibus, quæ sunt formæ simplices, nulla reali compositione concretæ; quare nullum illis est genus physicum.

S. Thom. 2. Causa. In corpore nõ sunt duo gradus essẽtiales.

Angelis nullũ est genus physicum commune.

Ratio.

Eadem ratio de accidẽtibus omnibus.

Sunt igitur duo notata in doctrina S. Thomæ: alterum, quòd primum genus physicũ est corpus; & duo alia genera cõtẽta in recta linea, quibus differẽtiæ addũtur, scilicèt viuẽs & animal: quia viuẽti additur re ipsa sẽsibile, & sensibili additur rationale. Cætera omnia non sunt genera physica. Alterũ est obseruandũ, quòd solũ nodò in genere physico natura generis dicitur communis, ea scilicèt cõmunitate, quæ habet fundamẽtum in re: eò quòd natura generica est distincta re ipsa à differentia; in cæteris autẽ generibus solus conceptus est communis, & natura generica dicitur communis in consideratione logica, sed non physica: species etiam substantiæ materialis hoc modo communis est indiuiduis in consideratione physica; quia indiuiduum addit naturæ specificæ materiam signatam, vt libro hoc docuimus.

3. 1. genus physicũ est corpus. Duo alia sunt in recta linea, scil. viuens & animal.

In solo genere physico natura generis dicitur communis cõmunitate, q̃ habet fundamentũ in re.

Ratio.

Species etiam substantiæ materialis est hoc modo communis indiuiduis in consid. physica.

Plotinus lib. 1. Ennead. 6. corpus esse credidit summum genus logicum; quia nihil possit abstrahi quod neque corporeum sit, neque incorporeum: quem sequitur Albertus Magnus in Prædicamentis. Sed non est verosimilis opinio, quoniã abstractione rationis nihil prohibet substantiam abstrahi à corporea, & incorporea: est ergo genus logicum, sed non physicum.

4. 2. Sent. *Plotin.* Quòd corpus sit summũ genus logicum. *Alb. Magn.* Improbatur. Substantia abstracta à corporea, & incorporea est genus logicum non physicum.

Quod verò S. Thom. lib. 10. Metaph. lect. 10. docet corruptibile, & incorruptibile differre genere physico, longè aliter accipiendum est: nam cum hęc sint differentiæ corporis physici, non potest dici ipsas differentias, quæ genus idem intrinsecant, genere differre; cum gene-

5. *S. Thom.* docẽs quòd corruptibile, & incorruptibile differant genere physico, explicatur.

re eodem contineantur. Qua opinione A deceptus Auerr. ad Isagogen Porphyrij, dixit genus summum esse substantiã generabilem, siue corruptibilem; vt incorruptibilem ad aliud genus reuocaret. Sed quia corruptibile, & incorruptibile sumuntur à diuersa materia, scilicèt ab ea materia, quæ est subiectum mutationis, & ea est generabiliũ,& corruptibilium;& ab ea materia, quæ vnius duntaxat formæ subiectum est, nulli mutationi succedens; genus autem imitatur materiam, quia perficitur per differentias specierum; idcircò corruptibile, & incorruptibile dicuntur differre genere physico, hoc est, differre materiâ, quæ nonnunquam genus dicitur. Sed neque hæ sunt differentiæ corporis, quod est genus logicum; sed animatum, & inanimatum sunt illius propriæ differentiæ essentiales: corruptibile autem & incorruptibile sunt proprietates, quæ sumuntur à materia, & nulli speciei per se primò conueniunt; quia non conueniunt ratione formæ specificæ, sed potiùs ratione materiæ.

Auerroës sic opinando deceptus.

Ad S. Doctorẽ commẽtarius.

Differũt genere physico, id est, materia; q̃ aliquando genus dicitur.

Differentiæ corporis quod est genus logicum, sunt animatum & inanimatum.

Corruptibile, & incorruptibile sunt tantũ proprietates, q̃ sumũtur à materia, ac proindè nulli speciei per se 1. conueniunt.

6.

1. Sententia S. Doctoris explicatur.

Quidam autem multa obijciunt contra sententiam S. Thomæ, qui videntur non benè ipsam percepisse; neque enim S. Thom. negat, in communi conceptu substantiæ declarari communem rationem formalem in consideratione logica, cum sit verum genus abstractum, & sit ratio vna formalis vnitate præcisionis. Sed affirmat, si de re ipsa sermo sit, substantiam nihil addere corpori, sicut animal addit rationali sensitiuam naturam, & viuens addit sensitiuo esse animatum, qui sunt gradus essentiales distincti; & idcircò corpus per se ipsum esse substantiam, quia substantia, & corpus non continent duos gradus essentiales.

Non coincidit cum 2. sent.

Asserit in re ipsa substantiã nihil addere corpori: sicut addit animal rationali, & viuens sensitiuo.

Vnde corpus per se ipsũ est substantia.

7.

Posita igitur admiratione physici generis, quod non solùm S. Thomas, sed & prisci Philosophi agnouerunt, quos parte 2. capitis referemus; rursum nobis controuersia est cum duabus opinionibus extremis. Quidam enim opinantur omnem naturam genericam re ipsa distingui à differentia. Cui opinioni consentaneum est, vt omne genus logicum fateamur esse genus physicum. Alij affirmant nullam naturam genericam distingui re ipsa à differentia: & hi quidèm genus physicum conuellunt, cum quibus parte 2. capitis disputabimus.

Circa hæc duæ extremæ sent.

1. Sent: omnem naturam genericã re ipsa distingui a differẽtia

2. Sent. nullam, &c.

8.

1. Sent.

Nunc refellenda est prior sententia, quæ ait omnem naturam genericam distingui re ipsa saltem formaliter à differentia. Ita opinatur Ioan. Scot. in 2. dist. 3. q. 1. & libr. 7. Metaph. q. 16. & Anton. Andr. lib. eodem 7. q. 7. nec non Iandunus 2. Metaph. q. 9. & idem sentit Franciscus Ferrar. libr. 1. contra gent. cap. 24. & 42. & P. Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 4. sect. 3. & lib. 5. cap. 7. quæst. 7. sect. 3.

Scot. Ant. And. Iandunus. Ferrar.

Fonseca.

Nos verò exceptis paucis illis generibus, quæ physica genera appellamus, quæ sunt corpus, viuens, & animal; in cæteris omnibus negamus naturam generis à differentia distingui re ipsa vllo modo, nec realiter, nec formaliter, nec modaliter, nec virtualiter si ita liber loqui; sed sola ratione distingui: & ita cætera omnia genera logica esse aimus, sed non physica. B

9.

Assertio

Corpus, viués, & animal sunt genera physicá, reliqua omnia tantùm logica nullo modo distincta re ipsa à differentijs, nec etiam virtualiter

Probatur hoc primum in formis simplicibus; nisi etiam negent esse formas simplices in rerum natura. Nam si in eis est realis distinctio generis, & differentiæ, cum vtrumque actu insit in natura speciei, erit vtrumque actu distinctum; verbi gratia, in albedine inest hoc quod est esse colorem, & hoc etiam quod est esse disgregans visum, quod ponimus loco differentiæ: vtrumque autem inest formaliter; ergo vtrumque actu inest, & est distinctio in re ipsa inter hæc duo: ergo ex duobus actu re ipsa distinctis est realis compositio; ergo albedo non est forma simplex. C

10.

In formis simplicibus, Probatur 1.

Aliàs nulla esset forma simplex.

Exemplum albedinis.

Præterea in compositione reali alterũ est potentia passiua, alterum actus; natura ergo generis, quæ ponitur quasi potentia passiua, est vera potentia passiua realis in forma per differentiam; & albedo est essentiale compositum ex potentia essentiali, & actu, quod est paradoxũ inauditum. Et confirmatur, quoniam sequitur in Angelis esse eandem realem compositionem ex potentia passiua, & actu; qui fuit error Auicebron. refutatus à S. Thom. & Doctoribus omnibus: ille enim non ponebat in Angelis materiã corpoream, sed passiuam potentiam, quæ esset subiectum formæ, à qua natura generica duceretur: id autem ipsum concedere coguntur ij, qui inter genus, & differentiam credunt esse reale quodcunque discrimen in rebus simplicibus. D

11.

Probatur 2.

Albedo esset cõpositum ex essentjali potentia, & actu.

Confirm. *Auicebr.*

In angelis nõ materiam corpoream ponebat, sed passiuã potentiam subiectum formæ, vnde deduceretur genus, vt cap. 14. n 6.

Præterea

12.
Probatur 3.
Substantia genus summũ esset res distincta à differentijs;quæ proinde essent etiam extra subsiatiã existentes,atq; adeo accidentia.

Ratio.
Quod ex se habet actum,nó est in potentia passiua ad ipsũ actum.

Respons.

Obtinetur intentum.

13
Probtur 4.
Genus & differẽtia essent absolutè res distinctæ.

Obiectio.

Respon.
Graduũ essẽtialiũ,vnusnõ est in potentia ad alium, sed pars physica habens vnũ gradũ est in potẽtia essentiali ad ulterioem, vt p.2.

14.
Aduert.
Nullus philosoph' ea agnouit distinctionem realẽ

Declaratur.

15.
Probatur 5.

Præterea substantia, quæ est genus summum, esset res distincta à differentijs, quibus diuiditur; & illæ essent veri actus informantes substantiam vt passiuam potentiam: ergo illi actus essent extra substantiam; actus enim informãs est extra cõceptũ subiecti,&passiuæ potẽtiæ. Impossibile enim est quòd id quod habet actum proprio conceptu contentum,sit in potentia passiua ad ipsum actum; ergo differentiæ diuidentes substantiam, sunt actus existentes extra substantiam: ergo non sunt substantia, sed accidens,quod fingi nõpotest.Quòd si dicas substantiam quæ est genus summum,non distingui re ipsa à differẽtijs: hoc iam obtinemus quòd non omne genus distinguitur à differentijs nisi solo conceptu.

Denique id quod est in potentia essẽtiali distinguitur simpliciter & absolutè reali distinctione ab actu;nihil enim magis distinctum est quàm potẽtia &actus: ergo genus & differentia sunt nõ solùm formaliter, sed absolutè res distinctæ, quod ipsi non permittunt. Si verò objijcias,hoc argumentum probare gradus essentiales,quos ponimus in rebus compositis, esse res absolutè distinctas,quia vnus est in potentia passiua ad alium. Respondetur hos gradus non poni nisi in rebus cõstãtibus materiâ, ita vt vnus gradus non sit in potentia ad alium; sed pars physica habens vnum gradum, ratione solius materię qua constat, est in potentia passiua essentiali ad gradũ vlteriorem, vt parte 2. capitis elucidabimus.

Est tamen aduertendum nullum esse philosophum, qui cogitauerit eam esse distinctionem generis & differentię,quã nos ostendimus esse impossibilem, scilicèt vt ponant in indiuidno res duas distinctas, & speciem compositam ex illis duabus rebus reali compositione vt ex potentia & actu. Sed parúm ad hæc respicientes, attendentes autem ad conceptum rerum,& illam compositionem quam facimus meditando; per incogitantiam affirmant distinctionẽ esse realem,& compositionem realem, non per actum & potentiam physicam, sed metaphysicam; quia animal vt sic,& rationale vt sic, formaliter distingui existimant.

Sed cum iam probatum sit naturam vniuersalem nihil re ipsa obtinere nisi id quod cernimus in singularibus, omnis distinctio realis expetenda est in re singulari:& ita oportet vt natura generis & differentia sint res duæ singulares existentes in rebus etiam simplicibus; res,inquam,duę distinctę formaliter,aut modaliter,aut quomodocunq; realiter. Nam & metaphysicus etiam res prout existunt, considerat: quare in ipsa cõsideratione metaphysica si genus & differẽtia sunt res distinctæ,in indiuiduo existunt distinctæ, & faciunt realem compositionem, quod in rebus simplicibus fingi non potest.

Genus & differentia essent duæ res singulares existẽtes etiã in simplicibus distinctę realiter aliquo modo.
Metaphysicus res etiã prout existunt,considerat.

Confirmatio.

16.
S. Thom.
Heru.
Greg.
Caprel.
Caiet.

QVòd nõ sit necesse naturã generis à differentia distingui re ipsa,affirmat S.Thom. 1.p.q.50.art.4.ad 1.& q. 76.art.3. ad 4. & lib. de ente & essentia cap.4.& sequentibus,& lib. 7. metaph. lect.4. alijsque in locis. Idẽ sentit Herueus quodl. 1.q.9.& Gregor. in 1. dist. 36. Ioan.Capreol.d.8.q.2.art.3.Thom. Caiet. in suis scholijs.in S.Thom. locis recitatis,& alij Thomistarum.

PARS SECVNDA

Quædam constituuntur in genere physico.

1.
Aduert.1.
Concreta vt perfecta cõposita, distinguũtur re ipsa ab abstractis.
1.exemplum.
2.exemplum.
S. Thom.
Item animalitas distinguitur re ipsa à rationalitate.

RElíquum est vt cum alijs disputemus, qui nullam naturam generis à differentia distinguunt. Aduertendum enim est quòd in rebus compositis multùm interest si nominibus abstractis aut concretis significentur; concreta enim sunt composita perfecta,quæ re ipsa distinguũtur ab abstractis,vt homo ab humanitate: homo enim includit suppositum, quod non includit humanitas. Et eodem modo animal distinguitur re ipsa ab animalitate; quia animal concretum continet species quæ sunt composita,quorum animalitas est pars, vt docet S. Thom. de ente & essentia,cap.3. sicut corpus est pars animantis. Eadem ratione animalitas distinguitur re ipsa à rationalitate,vt pars à parte;animal autem non distinguitur re ipsa à rationali nisi vt totum à parte in consideratione metaphysica.

2.
Adueret 2.
Adhùc aduertẽdum est quòd nomen concre-

concretum differentiæ, etsi sit connotatiuum, quod significat aliquid per modũ formę, & pro aliquo supponitur; verbi gratia, rationale significat rationalitatẽ, & supponitur pro homine; tamen significatum formale, scilicèt rationalitas, includitur in homine pro quo nomen supponitur: rationalitas autem significata per nomen, non est forma, scilicèt anima; sed est effectus formę, qui est ipse homo. Ergo nomen hoc, rationale, significat hominem sub conceptu expresso rationalis, & supponitur pro ipso homine conceptũ quodam confuso hominis: & animal significat etiam hominem conceptu etiam cõfuso, aliter & aliter. Nam rationale significat hominem cõfuso, & sub cõceptu rationalis expresso; animal verò significat hominem solùm confuso conceptu, cum nihil hominis explicet. Discernuntur ergo genus & differentia in quauis specie nominibus cõcretis sola confusione conceptus. Et idcirco S. Thom. de ente & essent. cap. eodem ait hominem constitui ex animali & rationali, non vt ex rebus duabus, sed vt ex duobus intellectibus siue conceptibus obiectis, scilicèt ex duabus rationibus formalibus. Et ibidem ait animal & rationale significare idem diuersis modis. Et ita intelligẽdus est S. Thom. eo loco, & si quo in alio ait genus & differentiam non distingui: quod ibidem prosequitur Thom. Caiet. & Ioan. Capreol. in 1. d. 8. q. 2. art. 3. & Heruæ. quodlib. 1. q. 9. & alij Thomistæ.

Nominibus verò abstractis animalitas significat gradum illum entis realẽ, quem habet homo, quatenus sensitiuus, qui necessariò distinctus est à gradu illo entis, quem habet homo, quatenus rationalis est; qui significatur nomine rationalitatis abstracto. Itaque differentiæ à genere differunt solo modo intelligendi confuso & explicato; quia genus indicat totũ, & differentia totum: vtrũq; enim indicat speciem, quę est quasi totũ sola ratione cõstitutum ex his partibus: sed si in ipso toto, quod est species, separes id quod significat genus explicitè, & quod significat differentia explicitè, scilicèt naturam generis & differentiæ, quę sunt ipsi gradus entis: hoc pacto differentia ex natura rei distinguitur à genere; & hoc significatur nominibus abstractis.

Significatum formale cõcreti differentiæ v.c. rationalitas, includitur in illo proquo supponitur. v.c. in homine.

Non est forma, sed effect' formæ, v.c. homo.

Rationale significat hominẽ confuso cõceptu, & sub cõceptu rationalis, expresso: animal solùm conceptu confuso illam significat.

1. Assertio.

Genus & differentia nominibus concretis sola confusione cõceptus discernuntur.

Probatur ex *S. Thom.*

Idem explicatur.

Caiet.

Capreol.

Heru.

3.

2. Assertio.

Nominibus abstractis, animalitas & rationalitas significãt gradus hominis ex natura rei, siuè formaliter distinctos.

Declaratur.

A Et probatur quòd hi gradus sint distincti. Nam esse rationale est esse quoddã spirituale; esse autem sensitiuum est esse materiale; ergo non sola ratione distinguuntur hi modi, sed ex natura rei. Explicatur argumentum; nam existentia quidem animæ est spiritualis & communicatur corpori; esse autem rationale est animę rationalis proprium: quia esse rationale in anima est ipsa anima, & sola ratione discernitur ab illa: esse autem rationale in homine est res distincta ab anima, siquidem est effectus formalis illius; illa autem res quæcũque sit, spiritualis est: esse autem sensibile est materiale; ergo saltem ex natura rei distinguũtur hi gradus entis.

B Hoc idem alia ratione probatur, quia sensitiuum verbi causa, in omnibus brutis differt specie, additâ differentiâ sensitiui, quæ sola ratione distinguitur a sẽsitiuo communi. Et eodem modo necesse est meditari sensitiuum quoddam specificum in homine, quo differat à sensitiuo equi, & leonis, & cæterorũ animãtium, per differentiam additam quæ sola ratione differat à sensitiuo communi: eadem enim est ratio sensitiui communis

C & specifici in omnibus animantibus & in homine; & omnes hæ differentiæ sensitiuorum, sola ratione adduntur sensitiuo communi. Sed in homine vltra sensitiuum specificum est rationalitas, quæ nõ est differẽtia sensitiui, sed est vlterior differentia extra rationem propriã sensitiui; ergo est gradus hic entis realis ex natura rei distinctus à sensitiuo. Et eodem modo probatur de alijs gradibus entis, qui sunt additi naturæ genericę; verbi gratia, omne corpus inanime habet differentiam specificam, qua differt ab alijs speciebus: corpus autẽ animatũ simile habet differentiam, qua differt

D ab alijs corporibus secundum esse corporeum; & adhoc esse corporeum addit esse animatum: ergo illę quidem differentię quibus corpora differunt secundum esse corporeum, sola ratione distinguuntur á natura generis, & sola ratione adduntur illi. Constitutis autem rebus differentibus specie secundum esse corporeum, additur adhùc differentia, quæ est esse animatum; & hæc indicat gradum ex natura rei distinctum & additum. Constitutis etiam viuentibus specie distinctis secundum esse animatum,

differen-

4.
Prob. 1.
Esse rationale est spirituale; sẽsitiuum materiale.
Explicatur.
Esse rationale in anima sola ratione ab ea distinguitur; in homine verò est res distincta ab anima, siquidẽ est effectus formalis illius.

5.
Probatur 2.
Sensitiuum differt specie in omnibus brutis addita differentia sensitiui per rationem solùm distinctã à sensitiuo cõmuni

Rationalitas est differentia addita extrà rationẽ sensitiui specifici in homine.

Hæc eadem intelliguntur de cæteris gradibus additis naturæ genericæ.

Declaratur.

Constitutis rebus corporeis specie differentibus per rationẽ in esse corporeo, additur animatum, quæ differentia indicat gradũ entis ex natura rei distinctũ à corporeo

Similiter viuentibus distinctis in esse animati addi

sensitiuum; & huic rationale

differentiæ illæ secundum esse animatũ, non differunt ex natura rei ab animato communi; sed differentia sensitiui addita, indicat gradum entis ex natura rei distinctum ab animato: siue hęc in communi consideres, siue in indiuiduo. Et eodem modo rationale additum sensitiuo indicat gradum entis ex natura rei distinctum. Ita quidem vt non dicamus differentias distingui à genere, sed eas indicare gradum entis distinctum.

Differentię non distinguuntur à genere: sed indicant gradum entis distinctum.

6.

Probatur 3. ex affectionibus & efficientibus potẽtijs ad plures gradus pertinentibus.

Hæc autem distinctio formalis actualis inter istos gradus essentiales, ex eo etiam ostenditur; quòd cernimus in cõposito physico plures affectiones & efficiẽtes potentias ad plures gradus pertinentes, quę ostendunt ipsorum graduum inter se actualem distinctionẽ. Nam in homine est cõmixtio qualitatum elementarium cum cæteris qualitatibus secundis, quæ omnes oriuntur ab essentia corporis specifica: & sunt organa & facultates quibus corpus alitur & vegetatur; quæ etiam deriuantur à natura specifica viuẽtis: & sunt homini sensus proprij nulli animanti communes, qui effluunt ab specie hac animantis vt sensibile est; & sunt præterea rationales potentię coniunctę cum vltima differentia rationali. In quibus omnibus oportet aduertere quòd singuli gradus sunt vltimæ speciei proprij; ita vt prætermisso gradu consequente, in ipso antecedente gradu sit specifica distinctio à cęteris omnibus speciebus; verbi gratia, in homine natura corporea est communis cum corporibus in animatis, in quibus præter naturam corpoream nihil est nisi specifica differentia corporis; in corpore quoque humano est specifica differẽtia, qua distingueretur à cæteris corporibus, etsi nõ esset viuẽs. Homo etiã habet vegetatiui differẽtiam, qua sola distingueretur à cæteris viuentibus; & in gradu sensitiuo habet quoque similem differẽtiam, qua discerneretur à cæteris animantibus, etsi rationalis non esset. Et hoc obseruauit Thom. Caiet. de ente & essentia, asserens gradus essentiales esse specie distinctos in homine & brutis, propter coniunctionem ad animam rationalem: quod etiam in cæteris gradibus essentialibus dicendum est; scilicèt corporeũ in viuente distingui ab omni alio corpore; & animatum in sensitiuo; & sensitiuum in rationali ex coniunctione ad nobilius esse, distingui à cæteris imperfectioribus essentialiter specificè. Quod est maximum argumentum ad comprobandam distinctionem formalẽ essentialẽ istorum graduum.

Singuli gradus essentiales inqualibet specie, sunt specie distincti.

Declaratur. Corpus in viuente, v.c. in homine, habet specificã differẽtia, qua à cæteris corporibus differret, etsi non esset viuẽs.

Idem de gradu vegetatiuo in animali.

Idẽ de sensitiuo in homine.

Caiet.

Quòd si obijcias nos ponere in vna specie multas differẽtias vltimas, siquidem natura corporea in homine habet vltimam differentiam corporei, & sic de alijs. Respondendum est ad rem elucidãdam fuisse nos ita loquutos; more autem loquendi consueto vna est specifica differentia vltima; tum quia hæc continet virtute intelligentiæ omnes alias: tum quia hęc ipsa est vltima constituens speciem; nam homo secundum esse corporeum adhùc non est species constituta; idcirco enim ipsum corpus hominis dicitur pars, quia non est totum perfectũ & absolutum, vt statim dicemus: corpus enim lapidis non est pars, sed omninò totum; quia ipsum corpus est tota natura specifica. Est igitur in homine vnica duntaxat specifica differentia: sed tamen in singulis gradibus essentialibus possumus meditari suas differentias imperfectas, quę non constituunt speciem, sed partem speciei, vt naturam corpoream, vegetatiuam, sensitiuam. Quibus accedit vltima pars speciei, scilicèt natura rationalis.

7. Obiectio.

Respons. Vna est tantũ vltima differentia specifica.

Ratio 1.

Ratio 2. Homo secundũ esse corporeũ, adhùc non est species cõstituta.

In homine in singulis gradibus, propriæ differẽtiæ imperfectæ considerantur constituentes partem speciei.

8. Quęst. difficilis. Vtrum corpus pars physica distinguatur re ipsa ab animãte? v. c. corpus hominis ab homine

At verò ad explicandam hanc distinctionem graduum, perneccssarium est illud inquirere, vtrum corpus quod est pars physica distinguatur re ipsa ab animante? Nam si neque corpus quod est ipsum compositum secundum esse corporeum, distinguas ex natura rei à cõposito; verbi gratia, corpus hominis ab homine, neque alios gradus essentiales inter se discernes, quæ certè est minùs nota distinctio. Quòd si corpus hominis ab homine re ipsa distingui necesse est, ea distinctio est secundum gradus essentiales, vt disputando constabit. Et ita erit distinctio similis inter alios gradus essentiales permittenda.

Idem quoad cæteros grad.

9. Aduert. Sent. cõmunis *Caiet.* Anima est forma corporis. Declaratur de corporea anima informãte cõstituto. Exemplum,

Est autem ista disputatio satis difficilis, quam vix inuenio apud Auctores. Obseruandum est autem, communem esse opinionem Thom. Caiet. quòd anima sit forma corporis; ita vt nomine corporis, non intelligamus materiam prout est in potentia corpus, sed potiùs ipsum corpus quod anima informante constituitur: ad eum enim modum quo lux

lux est forma corporis lucidi, scilicèt quâ A formâ corpus est lucidum; ita anima est forma corporis, qua scilicèt anima informante corpus extat. Et hoc non obscurè docet S. Thom. 1.p.q.76.art.4.ad 1. Sed quomodocunque definitio Arist. explicetur, negandũ non est corpus physicum, quod est pars animantis, non esse nudam materiam, quę solùm æquivocè dicitur corpus. Communis autem animi informatio & cõsensus persuadet hominem constare corpore & animo: quo nomine non materiam sed corpus istud nobile quod gerimus, intelligimus. Et cùm auctore S. Thom. materia habeat esse corporeum ab eadem anima, absq; dubio corpus physicum, quod est pars animantis, constat ipsa anima informãte, quatenus dat esse corporeum, quod idem auctor sæpiùs docet.

S. Thom. Corpus physicum pars animantis, nõ est nuda materia, sed cõstat anima informãte quatenus dat esse corporeum.

10. 1. Sent. negat.

His cõstitutis quæstio excitatur, vtrũ istud corpus physicum, quod est pars animantis, distinguatur re ipsa à toto animante. Quòd non distinguatur re ipsa à toto animante, videtur sentire Thom. Caiet. eadem q. & art. ad 2. in suo cõmẽtario. Cum enim docuisset animum esse partem mouentem, & corpus partẽ motam, declarauit sensum verborũ affirmans corpus dici partem per synedochen, qua figura dictionis id quod est totum potest dici pars: itaque re ipsa non esse partem, sed animal esse concretum ex corpore & anima tanquam ex partibus.

Caiet. Ait corpus dicere partẽ per synedochen.

11. Iuxta hæc 1. sententiæ declaratio. In ea corpus solaformali ratione distinguitur ab animante.

Qua opinione retenta dicendum est corpus physicum, quod est pars animãtis, sola formali ratione distingui ab ipso animante: & intelligi dũtaxat vt partem physicam cum verè nõ sit pars physica; & definitonẽ quæ explicat animal, quòd corpore & anima cõstet, non significare veras partes essentiales, quæ sunt sola materia & forma; sed indicare alteram partem essentialem quæ est anima, & aliquid loco partis essentialis, scilicèt corpus, quod tamen nõ sit pars essentialis. Et quãuis hæc insueta sint in vsu loquendi, quia corpus & animam dicimus omnes esse animantis partes, & partes essentiales: tamen sapientis est communem loquendi consuetudinem accommodare veris, & commodè interpretari.

12. Improbatio 1.

Nihilominùs non videtur ista opinio verosimilis, quoniam in composito animantis ex corpore & anima est realis compositio, vt S. Thom. docet, & commune doctorum suffragium persuadet. At verò in omni compositione sunt partes reales componẽtes; ergo corpus est verè pars animantis. Et confirmatur, quia ista compositio non est rationis; nã in compositione rationis partes non distinguuntur nisi sola ratione; anima autem & corpus distinguuntur re ipsa; est ergo realis compositio ex partibus quæ verè partes sunt, & re ipsa componunt totum: neque verò ex toto & parte fit compositio realis: sed necessariò ex partibus fit compositio re ipsa. Prætered B homo subsistit ex corpore & anima, iuxta illud Symboli Athanasij de Christo Domino. *Ex anima rationali, & humana carne subsistens.* Subsistere autem nõ significat actum aut operationem intellectus, sed actum hypostasis realem; ergo est realis compositio ex carne siue ex corpore & anima, vt ex partibus realibus & verè physicis partibus.

S. Thom. In omni cõposito sunt partes reales componentes.

Confirm. Cõpositio animantis ex animo & corpore, nõ est rationis, sed realis.

Videtur igitur dicẽdum, corpus physicum esse partem animantis veram, essentialem, & physicam; quo efficitur vt sit re ipsa distincta ab animante. Tunc verò res est expositione difficilis; nam C cum corpus physicum constet materia & forma; quod autem constat materia & forma sit ipsum animal: vel dicẽdum est esse formam corporis ab anima distinctam, vt existimauit cum alijs antiquioribus Ioan. Scot. & ita corpus esse quoddam concretum ex materia & forma corporeâ, quod adhùc possit informari anima: aut declarandum est quomodo corpus, quod constat ex tota materia & tota forma compositi, distinguatur re ipsa à composito vt pars eius.

Ex toto & parte non fit cõpositio realis.

Improbatio 2. *ex Symbolo S. Athan.*

Subsistere actum realem hypostasis significat.

13 2. & vera sent. affirmat, scil. corpus physicum esse partẽ verã animãtis physicã &c.

Res hæc expositione difficilis.

Ratio difficultatis.

Aduertendum est autem fuisse opinionem Platonis, vt S. Thom. art. 4. refert, quòd in homine essent plures animæ, alia vegetatiua, alia sensitiua, alia rationalis. Ioan. verò Scotus non posuit tres animas; sed præter animam credidit esse formam corporis distinctam. At verò S. Thom. hæc refutãs affirmat vnã animam hoc totum præstare, & vocat gradus essentiales esse corporeum, esse vegetatiuum, esse sensitiuum, esse rationale: & hos omnes gradus hominem ab vna anima habere, quę est simplex forma. Quapropter videtur dicendũ, corpus vt est animantis pars, esse aliquid concre-

Scot.

14. Aduert. *Plato apud S. Thom.* in homine posuit plures animas.

Scot. præter vnã animã posuit formã corporeitatis, distinctam.

Ex S. Th. Vna anima omnes essentiales gradus præstat in homine.

Exponitur hæc 2. sentẽt. Corp' vt est pars animãtis

est cõcretũ ex materia &forma;& totũ essentiale non p fectum.

concretum ex materia & forma; & idcirco esse quoddam totum essentiale ex duabus partibus essentialibus constans, scilicèt ex materia & forma; sed nõ esse totum essentiale perfectum, quia habet vnum gradum essentialem, & deest illi alius gradus, vel alij gradus essentiales. Et hanc fuisse mentem S. Thomæ possumus conijcere ex doctrina illius q.76. art.3.& in ipso tractatu quęstionis,& responsione ad 4. vbi docet vnam animam esse in homine, quia ea continet sua virtute quicquid continet sensitiua anima in brutis,& vegetatiua in plantis,vt per eandem animam sit homo viuẽs, & sensitiuus,& adhùc rationalis. Anima autẽ continet hæc vt effectus formales quasi in virtute. Vnde licèt anima sit vna,effectus diuersi sunt omnes ab eadem anima deriuati. Hoc ipsum videtur annuere eodem art.dum probat vnitatem formę in homine ex exiſtentię vnitate. Nã si Doctor Sanctus crederet animæ rationalis vnum esse effectum formalem, non partitum gradibus essentialibus;ab vnitate effectus erat facilius vnitatem formę comprobare. Et promptum etiã erat aduersarijs respondere,quòd ad effectum vnum vna forma satis sit. At verò S. Thom. non sic respondet, sed ait animam rationalem continere virtute quicquid continet anima vegetatiua in plantis, & sensitiua in brutis. Cẽset igitur gradus essentiales esse distinctos,qui tamen proficiscantur ab vna anima, & vnâ exiſtentiâ contineantur. Et cap.3. de ente & essent.ait corpus pręcisum ab vlteriori perfectione esse partem physicam;insinuãs gradus vlteriores, qui sũt distinctę perfectionis. Et in eo quod ait corpus pręcisum ab vlteriori perfectione, videtur intelligendum secundum rem ipsam;nam aliàs corpus quod est genus,etiam pręscinditur ratione à perfectionibus differentiarum:corpus autẽ physicum re ipsa præcisum ab vlteriori perfectione antecedit gradus essentiales suo ordine. Et id clariùs significat Opusc. 42.cap.8.ad finẽ, vbi apertè docet, quòd materiainformata animâ, secundũ quod ab ea habet esse corporeũ, est in potentia ad esse sensitiuum.

Probatur esse de mente *S.Thom.* 1. locus.

Anima continet illos gradus vt effectus formales quasi in virtute.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

15. 2.sent.fund. Si corpus est verèp ars,corpus est cõpositum ex,materia &anima se

Quòd si semel teneamus corpus esse verè partem, & non sola meditatione animi accipi vt partem, necessariò concedendum est corpus esse ipsum compositum ex materia & anima secundum gradum corporeum, quod distinguitur à gradibus essentialibus cõsequentibus ex natura rei; & sic distinctum, est pars physica. Et ab ea distinctione ex natura rei sumitur genus physicũ, quod S.Th. in Opusculo explicauit.

Quòd siquis adhùc refragetur, & soluendis argumẽtis rationem excogitet; saltem confitendum erit compositionẽ ex corpore & anima esse realem. Et ego quidem dicerem corpus re ipsa non esse totum sed partem, scilicèt materiam non informem,sed iam formatam secũdum esse corporeum. Nam materia formata nõ est totũ,sed est ipsa materia no uo modo se habens. Cum verò dicitur formata secundum esse corporeum,si illud velis non esse distinctum ab esse rationali, quod est ipsa hominis essentia; dicendum erit, compositionem ex corpore & anima esse realem cũ aliqua cõsideratione & præcisione rationis; qua præcisione dicitur materia formata secundum esse corporeum,adhùc non cõsiderando esse reale. Quicquid ergo de hisſentias,cum fatẽdum sit compositionem esse realem, vt probauimus; quæ compositio pertinet ad physicum speculantem naturam rerum; illud adhùc erit genus physicum quod est pars realis compositionis ex natura generis & differentiæ, vt corpus quatenus est pars physica viuentis. Et ita in omnium opinione genus physicum permittendum est.

Nobis tamen placet esse eam compositionem omni ex parte physicam & realem;& corpus physicum non esse materiam formatam,sed compositum quid ex materia & forma;est enim corpus viuens, quod gerimus;materia autem nõ est corpus viuẽs: quòd si velis apud philosophos materiam dici corpus;non tamen corpus viuens ab illis dicitur: vulgo autem corpus non materiam intelligimus,sed corpoream naturam,ex qua, & anima hominem compositum esse,naturali ductu rationis consentimus;ergo esse corporeum & esse rationale gradus sunt re ipsa distincti ex quibus constet realis cõpositio.

Confirmatio.

QVòd corpus sit primũ genus physicum ad modũ iam explanatum, sentic

cundum gradum corporeum: & sic est pars physica. Ab ea sumitur genus. *S.Thom.*

16. Etiã in 1 sent. cõpositio realis cõcedẽda ex corp.&anima. Eiꝰ declaratio verisimilior.

In ea corpus quid sit?

Materia formata non est totum, sed ipsa materia nouo modo.

Materia formata secũdum esse corporeũ facit compositionẽ cũ anima realẽ,cum aliqua præcisione rationis

Adhùc corpꝰ est genus physicũ qđ est pars realis cõpositi.

17. Fund.ratũ habetur.

Corpus phys nõ est materia formata.

Probatur.

A philosophis materia nõ dicitur corpus viuens.

Vulgo corpus est natura corporea.

18. De grad.essẽtialibus, lib.1. c.24.p.2.c.31.p 2.n.4.lib.3.c.12 p.2.n.6 lib.4 c 22.p.1. n, 6 & p.2.n.15.c 15 n.20.

Corpus est 1. genus physicũ

S.Thom.

Heru.
Alens.
Sonc.
Gand.

19.
In Angelis natura generis nó distinguitur àdifferétia

S.Thom.
Capreol.
Alensis.
Durand.
Torres.
Sotus.
Toletus.
Fonseca.

Consectarium contra.
Durand.
vt p.3. num.2.

sentit haud dubiè S.Thom. Opusc. 42. cap. 6. 7. 9. 14. & 15. & lib. 10. metaph. lect. 12. videtur idem innuere. Et in 2. d. 3. q. 1. art. 1. & Heruæus ibidem q. 3. Alexand. Alens. 5. Metaph. text. 33. Paul. Soncin. 12. Metaph. q. 47. Henr. Ganda. quodlib. 7. q. 8. & plures alij.

Quòd verò natura generis non distinguatur à differentia in Angelis, docet S. Thom. 1. p. q. 3. art. 2. ad 2. & 3 p. q. 90. art. 2. & in 1. d. 2. quæst. 9. ad 2. Ioan. Capreol. in 3. d. 3. q. 5. Alexand. Alens. 1. p. q. 60. mēb. 5. art. 2. Durand. in 1. d. 93. q. 1. Barthol. Torres q. 28 art. 2. disputatione 2. Dominicus a Soto in Prędicabilibus, q. 3. Alfonsus Toletus de Vniuersalibus q. 3. & Petrus Fonseca lib. 4. Institutionum, c. 5. & lib. 5. cap. 5. Ex quibus colligitur contra nonnullos ex his auctoribus, & Durandum, Angelos non conuenire in genere physico; quia vt disputatum est, illud est genus physicum quod à differentia re ipsa distinguitur.

PARS TERTIA.

Deus non collocatur in genere physico: neque etiam Angeli.

1.
Ex dictis consect. vniuersale
Nulla res simplex est in genere phys.
Ratio.
Genus phys. est cui additur re ipsa differētia, &c.

EX dictis colligitur nullam rem simplicem esse in genere physico. Nam genus physicum est, cui additur differētia extra rationem formalem generis; quod perinde concretū est ex gradibus essentialibus ex natura rei distinctis; sed res simplex nō est composita ex his gradibus, cum ea compositio sit realis; ergo nulla res simplex est in genere physico.

2.
2. Cōsect particulare est 2. pars tituli:
Probatur 1.

Sub ista enunciatione vniuersali particularis propositio scita est, quòd Angeli nō sint in genere physico; quia sunt formæ simplices; & differentiæ additæ generi non indicant gradum distinctum ex natura rei: aliàs Angeli essent compositæ essentiæ reali compositione, vt probatum est capitis prima parte. Et hoc sentiunt de Angelis Doctores commemorati in confirmatione precedenti cum S. Thom. in Opusc. Et idē indicat Doctor Sanctus 1. p. q. 50. art. 4. ad 1. vbi assignans Angelis diuersis diuersos gradus perfectionis, cōparat illos quoad hoc animantibus irrationalibus, quæ habent suos gradus in natura sensitiua

Probatur 2 ex *S.Thom.* cum alijs citatis p.1.n.19.

A nihil addendo per differentias ad gradū communem sensitiui. Nam homo, quod est animal rationale, addit naturæ sensitiuæ rationalitatē cum distinctione gradus ex natura rei; quod in brutis nō euenit, quia sensitiuo nihil addunt. Et ideo S. Thom. de irrationalibus, quæ conueniunt in natura sensitiua nihilo re ipsa addito, accōmodauit exemplum: quod similiter differentię specificę in Angelis nihil addant re ipsa generi.

Homo addit naturę sensitiuæ gradum distinctum ex natura rei:
Bruta non sic.

3.
2. Cōsect. particulare est 1. pars tituli.

Consectarium est vt Deus non sit in genere physico, cum sit natura simplicissima; genus autem physicum inducit realem compositionem, vt probauimus: atque ideo si Deus esset in genere physico esset re ipsa compositus ex gradibus essentialibus, quod impossibile est.

B

CAPVT XXXIII.

Argumenta refelluntur.

1.
1. Argum.
S.Thom.

CONtra ea quę dicta sunt de genere physico occurrunt dubia. Primū: differentia significat totum, hoc est, naturam specificam, vt docet S. Thom. de ente & essent. cap. 3. ergo nulla differētia significat distinctum gradum. Hoc enim non est significare totum, sed potiùs gradum totius, vt scilicèt rationale significet non hominem sed gradum rationalitatis in homine. Et confirmatur, quia S. Thom. q. 76. art. 3. ad 4. docet etiam in homine non differre secundum rem id à quo sumitur genus & id à quo sumitur differentia, qui sunt gradus essentiales.

Confirm.
Idem.

C

2.
2. Argum.

Secundò: Nulla differentia est extra genus, cum genus contineat quicquid est in specie; ergo falsum est quod docuimus in genere physico differentiam esse extra rationem formalem generis.

D

3.
3. Argum.

Tertiò probatur quòd hi gradus essētiales non differant ex natura rei. Si enim distinguerentur ex natura rei, non haberent quo copularentur. Quo argumento S. Thom. probat non esse plures animas in homine, quia nihil fingi potest quo coniungantur. Et confirmatur, quia cōiūctio est ex actu & potentia, aut ex continuitate partium: continuitas partium pertinet ad partes integrātes, & non habet locum in essentialibus gradibus: sed neque vnus gradus est in potentia passiua ad alium; potentia enim passiua

S.Thom.

Confirm.

passiua in essentiali compositione est solius materiæ: ergo non distinguuntur hi gradus re ipsa; aliàs non essent coniuncti.

4. 4 Argum. Quartò: Gradus essentialis adueniẽs adueniret enti in actu, scilicèt ex materia & forma composito; forma enim est actus rei: ergo faceret ens per accidens. Eodem enim argumento probatur non esse plures formas, quia forma adueniens faceret ens per accidens.

5. 5 Argum. Quintò sequeretur esse plures compositiones physicas in his speciebus, quod tamen inauditum est, & incredibile. Probãtur sequela, quia homo est compositus ex materia & forma; & iterum ex gradu corporeo, & animato; & sensitiuo, & rationali; ergo sunt plures compositiones physicę. Et confirmatur, quia Aristot. in composito nil nouit nisi materiam & formam & ipsum compositum.

Confirm. ex *Aristot.*

6. 6 Argum. Sextò idem probatur à quibusdam, quia natura generica contrahitur per differentias specierum subiectarum, per quas accedit ad individuum; ita vt animal non possit constitui hoc animal nisi per rationale contractum; ergo in individuo natura animantis non antecedit rationale prioritate aliqua naturę; in individuo enim iam est contracta natura, & non contrahitur nisi per rationale: ergo ipsum contractum non antecedit rationale. Quòd si natura generis esset distincta re ipsa, antecederet certè differentiam à qua distincta esset, cum natura generis sit prior.

7. 7 Argum. Vltimò: Anima est vegetatiua, sensitiua, & rationalis, cum omni simplicitate ipsius substãtię animæ; ergo & hi effectus formales, sunt res eadem absque vlla distinctione. Nullum ergo est genus physicum, in quo lateant gradus essentiales ex natura rei distincti.

Aduertenda.

8. 1 Aduert. IN hac quæstione illud difficile est aperire, aut explicãdo declarare, quid sint gradus essentiales, quos dicimus ex natura rei distinctos. Constat autẽ gradus hos non esse partes physicas simplices, quia neque sunt materia, neque forma; imò necesse est vt gradus essentialis non nisi in composito ex materia & forma inueniatur: est enim effectus formalis animæ, quod est ipsum coniunctum Primus ergo gradus est ipsum coniunctũ adhùc imperfectum; & dicitur gradus, quatenus comparatur cũ vlteriori perfectione: hic autẽ gradus primus est corpus pars physica, quod est compositum ex materia & anima habens ab anima hoc solùm quòd sit corpus. Secundus gradus est ipsum cõpositũ cũ aliquo augmẽto reali, ita vt vtrũq; contineatur in conceptu secũdi gradus, scilicèt corpus cũ quodã augmento: secũdus enim gradus est quoddã esse animatũ, quod includit in suo cõceptu materiã informatam secundum esse corporeum, & addit hãc perfectionem, quòd sit materia informata secundum esse animatum; & vtrũque esse est ab eadem anima. Idem dicendum de gradu sensitiuo, & vltimo gradu rationali: rationale enim est idem compositũ addita hac perfectione quod sit rationale; esse autem hoc rationale est esse hominem: & hoc esse includit in suo cõceptu antecedentes gradus. Hãc ergo adiectionem quam necesse est meditari, nos credimus esse veram & physicam adiectionem, & gradus distingui ex natura rei; ita tamẽ vt gradus antecedens includatur in conceptu consequẽtis gradus.

Gradus essẽtiales non est pars physica simplex. Est effectus formalis animæ.

1. Gradus est ipsũ cõiunctũ adhuc imperfectũ, sc. corpus.

Dicitur gradus, cõparatũ cum vlteriori perfectione.

2. Gradus est coniunctũ cũ augmẽto reali sc. esse animatum.

Vtrũque esse est ab eadem anima.

Idem de gradu sensitiuo, & vltimo gradu rationali.

Prędicta additio gradus ad gradum physica est, & prędecedens gradus includitur in conceptu consequentis.

Ex qua doctrina colligitur verissimũ illud esse, quòd differentia significet totum; quia dum significat gradum vltimum, in ipso conceptu vltimi gradus includuntur gradus antecedentes.

8. Corollar. 1. Differentia significat totũ quia significat gradũ vltimũ.

Ex eodem principio ducimus intelligẽtiam illius asserti, quòd in genere physico differentia addita sit extra rationẽ formalem generis. Quod intelligitur in physica consideratione: nam etsi aliàs genus confusione quadam conceptus contineat omnem differentiam; tamen re ipsa inspecta, id quod addit differẽtia physica est re ipsa additum naturę genericæ: gradus enim vltimus, quẽ significat differentia physica præter id quod concõtinetur in natura generis, aliquid addit; & secũdũ hoc est extra rationẽ generis in physica consideratione; verbi gratia, sensitiuum specificum, quod est in homine, re ipsa est idem cũ sensitiuo generico communi: sed rationale includit sensitiuuũ, & aliquid reale addit.

9. Corollar. 2. Assertum illud, quòd in genere physico differentia addita est extra rationẽ formalẽ generis, intelligitur in physica consideratione. Explicatur.

Per eandem doctrinam liquet quomodo coniungantur inter se isti gradus. Nam quilibet gradus est ipsum coniun-

Exemplum.

10. 2. Aduert.

Hi gradus inter se coniungũtur p quãdã identitatẽ sicut forma, & causalitas formæ.

In his coniũctionibus est imitatio pot. passiuæ.

Non est vera pot. passiua.

11.

3. Aduert. In his cõpositis vna tãtũ est phy sica cõpositio ex materia & forma cũ augmẽtis illã necessariò comitantibus.

Probatur. In cõpositione phys. distincti sunt modi reales, & tamẽ vna est,

Realis cõpositio graduum nõ dicitur absolutè physica cõpositio; quia est per quoddã augmentum.

12.

4. Aduert.

Nisi corpus probabilius esset vera pars physica, gradꝰ essentiales sola ratione distingui crederet Auctor.

Adhùc staret notio generis phys. vt cap. 3. p. 2. n. 16.

Hi gradus sẽper sunt distinguendi saltem ratione.

Probatur.

Hoc est solius

&um ex materia & forma, & gradus sequens est ipsum cõiunctum cum aliquo addito. Quare coniunguntur per quandam identitatem; sicut forma & causalitas formę coniunguntur; quia causalitas formæ est ipsa forma causans. Est tamen in his coniunctionibus coaugmentatis quædam imitatio potentiæ passiuæ, qua id quod antecedit quasi perficitur per consequentia augmentata. Et hoc modo concedimus gradum antecedenem habere aliquam imitationem passiuæ potentiæ ad gradum vlteriorem, qui est perfectio pręcedentis; sed non esse veram potentiam passiuam.

Denique concludimus non esse in his plures compositiones physicas simpliciter loquendo; sed est vna compositio physica ex materia & forma cum suis augmentis quæ necessariò comitantur physicam illam compositionem. Nam vt materia & forma copulentur, suos habent modos reales distinctos, in quibus est aliqua compositio; & tamen nõ ideo dicuntur esse ibi plures compositiones physicę, sed vna quæ præcipuè est ex materia & forma. Ita etiam fatemur ex gradibus essentialibus fieri realem compositionem, sed eam esse per quoddam augmentum consequens vnionem materiæ, & formæ: & ideò absolutè non dici physicam compositionem, nisi eam quę est ex materia & forma.

Verum fateor in hac ego quæstione animi pendeo. Nisi enim probabilius esse existimarem corpus esse veram partem physicam, quam necesse est à viuẽte distingui saltem ex natura rei secundum gradus essentiales distinctos, crederem hos gradus omnes sola ratione distingui. Neque per hoc euerteremus notionem generis physici, vt cap. antecedenti admonuimus: hi enim gradus saltem ratione distinguendi sunt; ita vt constituto corpore in specie & indiuiduo, adhùc pręscindamus illud ab vlteriore perfectione, quę est animati: aliàs corpus neque meditatione animi esset pars physica, nisi in specie & indiuiduo intelligeretur pręcisum à gradu vlteriore. Hoc enim indiuiduum constat hoc corpore, & in hoc corpore adhùc nõ intelligitur gradus vlterior, quẽ addit physica differentia. Quod non contingit in alijs generibus, sed in his quæ diximus genera physica. Quare hoc etiam est solius generis physici, quòd possit accipi vt pars physica. Ita id quod necessariũ est, diuidentes hos gradus essentiales, qui in solo genere physico inueniuntur diceremus esse distinctos non re ipsa, sed ratione. Admonet nos tamen esse re ipsa distinctos & non sola ratione, corpus pars physica; quę si vere est pars, necesse est omninò vt ab ipso compositio perfecto distinguatur ex natura rei, tanquam includens minus, ab eo quod amplius quid includit: quod idem alijs argumentis persuasimus cap. præcedenti.

generis physici, quòd possit accipi vt pars physica.

Quia corpꝰ verè est pars physica, necesse est vt ab ipso cõposito p. fectodistingus tur ex natura rei: tanquã includẽs minus ab eo quod amplius includit

Responsio.

13. Ad 1. argum. ex 1. aduert. n. 7. & 8.

AD primum concedimus differentiam significare totum, & aimus significare explicitè gradum vltimum speciei, cuius est differentia. Nam ille gradus vltimus, etsi addat ad gradum naturæ genericæ, includit tamen ipsum gradum genericum; & ideo significat totũ quod est in specie, explicando vltimum gradum. Ad confirmationem respondetur, quòd S. Thom. eo loco non respondet ad consequens, sed ad cõsequẽtiam. Erat enim argumentum huiusmodi, Genus hominis, quod est animal, sumitur à materia, scilicèt à corpore quod est pars materialis hominis; differentia verò rationalis sumitur ab anima; ergo in corpore est forma alia, quæ cõparata cum anima est quasi materia hominis. Negat S. Thom. consequẽtiam, quia ab eadem forma scilicèt anima rationali potest sumi ratio generis & differentiæ; quia in forma eâdẽ est virtus qua cõtinetur esse sẽsitiuũ quod pertinet ad genus, & esse rationale quod pertinet ad differentiam. Quare etsi sensitiuum petendũ sit à forma, nõ ideo petendũest à forma alia. Posuit igitur S. Thom. ibi vnitatem formæ, non vnitatem gradus qui est effectus formæ. Imò ex verbis eius possumus coniectare distinctionem graduum; quia ab eadem anima accipimus aliquid quasi materiale, vt ait S. Doctor, scilicèt gradum sensitiuum, qui est effectus animæ, siquidem in eius virtute cõtineri ibidem dicitur; & accipimus aliquid quasi formale scilicèt rationale, quod est etiã effectus animę in eius virtute contentus.

Ad confirm. Proponitur doctrina *S. Thomæ.*

Ab eadem forma sumitur ratio generis & differẽtię: quia in virtute illius vtrumque continetur.

Explicatur *S. Thom.* Ex eius verbis de distinctione graduum coniectura.

Ab eadem anima sumitur aliquid quasi materiale, sc. sensitiuum, & aliquid quasi formale, sc. rationale.

Ad

14.
Ad 2. argum. ex n.9. & 12.
In cõsideratione logica corpus qđ est genus, cõtinet animatũ, sicut totas species, conceptu cõfuso & in hoc tensu differentiæ non sunt extra genus.

11.
Ad 3. argum. ex 2. aduert.

S. Thom.
Ad confirm. similiter.

12.
Ad 4. arg. *cũ Caiet.* ex 1. adu. n.7.
Non possunt esse plures animæ in eadem hypostasi.
1. Ratio
Vel essẽt plures animę quę nõ darent esse: vel plures existẽtiæ vni'entis simpliciter
2. Ratio
Anima 2. aduenirẽt per accidẽs *S. Thom.*

Plures gradus sunt plures effectus eiusdẽ formæ. *Caietan.*

Illũd faciens per accidens, quod existẽti affert existẽtiã

13.
Ad 5. argum. ex 3. aduert.
Compositũ physicum est absolutè vnũ, sed cõstat alijs cõpositionib' imperfectis.

Ad secũdum iam explicauimus quomodo in genere physico constituamus differẽtiam additam, quasi extraneam; quia in ipso indiuiduo constituto corporeo additur animatum. Sed aliàs in consideratione logica, corpus quod est genus, continet animatum conceptu confuso, quia continet totas species, & hoc sensu differentiæ non sunt extra genus.

Ad tertium respondetur quòd formę sunt quædam substantiæ, quæ si sint plures non possunt coniungi per identitatem, ita vt vna forma sit alia cum aliquo augmento; & aliàs non habẽt quo copulentur, vt S. Thom. demonstrat; gradus verò essentiales coniunguntur inter se per quandam identitatem realem, vt declaratum est.

Ad quartum respondetur cum Thoma Caietan. eodem art. 4. plures animas nõ posse esse simul in eodem composito siue in eadem hypostasi; quia proprium est animæ vt det esse existentiæ; quare vel essent plures animæ quæ non darẽt esse existẽtiæ, quod est cõtra rationem formę; vel essent plures existentiæ, quod est cõtra rationem vnius entis simpliciter. Et ita colligitur quòd si essent plures formę, prima daret esse, hoc est existeret simpliciter; secunda aduenirẽt per accidens. Et hęc ratio rectè petitur à S. Thom. ibidem, interprete Caietan. quia ergo plures gradus essẽtiales non sunt plures formæ, sed plures effectus eiusdem formę, non colligitur quòd sint plures existentię, neque ens vnum per accidens. Non esse autem plures existentias in eodem ente per se probatum iam est, & ibidem Caiet. efficacitèr cõcludit. Dicendum ergo est illud conficere ens per accidens, quod existenti affert existentiam: gradus autem essentiales etsi quodam ordine naturę aduenian prioribus productis, nõ tamen faciunt ens per accidẽs, quia sunt effectus vnius formæ ad vnam existentiam conuenientes.

Ad quintum iam diximus compositũ physicum absolutè esse vnum, sed cõstare etiam alijs compositionibus imperfectis per quoddam argumentum: quo pacto ipsa materia & forma cum suis causalitatibus sunt compositæ. Arist. autem numerans ea quæ absolutè & simpliciter distincta sunt, rectè dixit in composito nihil esse nisi materiam & formam & ipsum compositum. His autem rebus continentur ea quoque quę cum ipsis computantur, vt explanatum est. Et ita refellitur confirmatio argumenti.

Ad confirm. Explicatur *Arist.*

Ad sextum concedo naturam generis non descendere ad indiuiduum nisi per differentias specificas contrahẽtes. Sed hoc est singulare in genere physico vt gradus generic us per differẽtias quasi intrinsecas perueniat ad indiuiduum vt sensitiuum per sensitiuum hominis, ad hoc sensitiuum istius hominis; & sic constituto indiuiduo additur adhúc differentia speciei vltima quasi extranea. Aliàs corpus non erit pars physica, vel etiam nostro modo intelligendi; quia necesse est vt intelligatur hoc corpus in sua quasi specie & indiuiduo imperfectũ & addatur illi vltima perfectio, scilicèt animati in plãtis, & sensitiui in animãtib', & rationalis in homine. Concedimus ergo quòd natura generis in indiuiduo est contracta per differentiam quasi specificam, quam non antecedit sed includit in suo conceptu, & adhùc species illa imperfecta expectat vlteriorem gradum, vel prioritate reali si sit res distincta, vel saltẽ prioritate rationis, si nolis esse rem distinctam.

14.
Ad 6. argum. Genus non descendit ad indiuiduum, nisi per differẽtias specificas.
Generi physici, hoc est, singulare qđ gradus generic us per differentias quasi intrinsecas peruenit ad indiuiduum: & in indiuiduo sicco stituto addit differẽtia speciei vltima quasi extranea. Probatur.

Ad vltimũ respõdetur hos gradus nõ esse formaliter in anima; sed esse in illa vt in causa formali, si ita licet loqui: quare simplex anima sine vllo reali augmẽto est sensitiua, vegetatiua, & rationalis, hoc duntaxat nomine quia est causa horum effectuum: sed nulla est consequentia quòd effectus sit simplex, vt liquet. Ab eadem enim causa etiam formali, possunt deriuari effectus plures suo ordine.

15.
Ad 7 arg. Gradus isti non sunt formaliter in anima, sed sunt in illa vt in causa formali.

Ab eadẽ causa etiã formali deriuari possũt plures effectus suo ordine.

CAPVT XXXIIII.

Deus non est in genere logico.

EXcepimus Deitatis naturam à genere physico propter summam simplicitatem. Disputandum post hæc, vtrũ à genere etiam logico secreta sit? Gregor. Arim. in 1. d.8.q.3.art.2. cum Gabriele d. eadem, quęst. 1. & Marsil. libr. eodem quęst. 12. art. 2. cum Ruberto, Holcoth. q. 6. collocat Deum in genere. Opinatur enim cum Ioan. Scoto de

1 Sẽt. affirmãs. *Gregor.* *Gabriel.* *Marsil.* *Holchot.*

Argum.

Deo & rebus creatis poſſe aliquid vniuocè prędicari:& compoſitionem ex genere & differentia non eſſe realem rectè cenſent. Ex his colligunt nihil obſtare, quominùs natura Deitatis ſit in genere ex genere & differentia compoſita,compoſitione tamen rationis.

2.
2? & veraſét. negans.

Nòs verò cum Patribus, & S. Thom. & ferè omnibus Theologis aimus Deũ non eſſe in genere. Et vt ordiamur à compoſitione per genus & differẽtiam, quam illi in Deo meditantur : fatemur quidem eam compoſitionem eſſe rationis, non realem, vt liquet ex dictis; & niſi genus ſit phyſicum non indicari genere & differentia vllam diſtinctionem realem , aut realem compoſitionem. Quare cum Deitas ſit ſimpliciſsima natura,quæ non eſt in genere phyſico, poſſet quidem componi ex genere logico & differentia, incolumi ſimplicitate ſua quoad hoc quòd non eſſet re ipſa compoſita ex gradibus eſſentialibus, ſicut neque ex partibus phyſicis eſſentialibus.

1. eius pars. Deus non eſt in genere.

Aduert. Cõpoſitio logica ex genere & differentia eſt rationis , nec ex hac parte repugnat ſimplicitati diuinæ.

3.
Pro hac parte 1 Ratio. *S.Thom.*

Probat igitur S.Thom. p.1. q.3. art. 5.Deum non eſſe in genere; quia quæ in genere ſunt, cõpoſita ſunt ex genere & differentia : genus autem ſumitur à materia aut quaſi materiâ, & differẽtia à forma: ſed in Deo nulla eſt materia aut quaſi materia cum forma coniũcta;ergo non componitur ex genere & differentia.

In Deo non eſt materia aut quaſi materia cum forma cõiuncta.

4.
1. Rationis informatio admitẽs in Deo aliquid vt materiã & potentiã paſsiuam.

Quidam infirmant argumentum hoc S. Thom. quia arbitrantur ab eadem forma poſſe deriuari & genus & differẽtiam , omni materia remota , vt in Angelis. Quòd autem aliquid ſola ratione conſideretur vt materia ſiue paſsiua potentia in Deo , nihil eſſe incommodi. Nam compoſitio rationis hoc ſibi vendicat,vt in Deo, in quo nõ eſt potentia paſsiua ſed actus purus,meditemur paſsiuam potentiam cum ſuo actu coniunctam : ſicut etiam cogitando diſtinguimus,quæ nõ ſunt diſtincta.

Argum.

5.
Refutatur 1.

At verò hoc poſterius dictum à veritate abhorret. Nam nos intelligẽdo res diuinas imperfectè , nihil imperfectionis Deo attribuimus ; ſed imperfectio tota eſt in ipſo intelligendi modo , non in obiectio cognito. Et idcirco etiamſi compoſitione quadam rationis intelligamus res diuinas ; tamen nihil ibi intelligimus per modum paſsiuæ potentiæ,vt lib. 2. oſtendimus contra Durãdum, qui ait filium gigni de eſſentia vt de materia : nos verò cum S. Thom. ſcitè affirmamus gigni de eſſentia vt de forma. Ergo vel ipſo modo intelligendi nõ licet comtemplari aliquid in Deo per modum materię aut paſsiuę potentiæ , à quo ſumatur ratio generis. Præterea illo iacto fundamento, quod nulla ratione quaſſari poteſt, exiſtentiam diſtingui ab eſſẽtia ex natura rei,in quacunque re creata , quantumuis ſimplex ſit,eſt paſsiua potentia ad exiſtendum,à qua poteſt ſumi ratio generis , quod eſt remotum ab exiſtentia , & per differentiã accedit ad illam;& ab ea paſsiua potentia receptrice exiſtentiæ expiſcatur naturam generis in Angells S. Thom. in 2. diſt. 3.q.1.art. 5. At verò in ſolo Deo nõ eſt hæc paſsiua potentia ad exiſtendum , à qua ſumatur ratio generis. Imò neque animi meditatione eſt in Deo paſsiua potentia ad exiſtendum, cum ipſa exiſtẽtia ſit quicquid eſt Deus: ergo in Deo nihil poſſumus fingere à quo ſumatur ratio generis. Quare etſi ſimplex eſſentia poſsit componi ex genere & differentia; tamen ea eſſentia cũ exiſtentia facit compoſitionem,quia eſt receptrix exiſtentię , & hoc etiam cum ſimplicitate diuina non conſentit. Denique ipſa compoſitio rationis ex genere & differentia , indigna eſt Deo ; quia vel ipſo modo intelligendi , eſt ex actu & potentia concretio quædam. Et ideo Auicenna. 8. Metaph. cap. 8. rectiſsimè probat Deum non conſtare ex genere & differentia, quia non habet partes : neque enim vir acerrimus vanam conſequentiam fecit , Deus non habet partes phyſicas,ſcilicet materiam & formam ; ergo non conſtat genere & differentia: ſed partes etiam metaphyſicas à Deo excepit , quarum eſt altera vt potentia , altera vt actus . Et hoc idem comprobatur argumento petito à definitione Deitatis : eſt enim Deus quo nihil melius cogitari poteſt ; ſed melius & perfectius eſt quod ſine vlla potentia paſsiua cogitatur; ergo ſine paſsiua potentia cogitandus eſt Deus. Minor propoſitio conſtat in quauis quæſtione propoſita ; nihil enim cogit nos vt in Deo paſsiuam potentiam cogitemus , aut aliquid per modum potentiæ paſsiuæ.

gẽdi modo nihil meditari licet per modũ materiæ , aut paſsiuæ potẽt. vt lib.2.cap23. n.1.c.62.p.3. num.2.

Refutatur 2. Suppoſita diſtinctione ex natura rei inter exiſtentiã & eſſentiã ;in omni re creata eſt potentia paſsiua ad exiſtẽdũ,à qua ſumatur ratio generis. *S.Thom.*

In Deo exiſtẽtia ipſa eſt quicquid eſt Deus.

Refutatur 3. Ea compoſitio rationis indigna eſt Deo. *Auicennã.* ita ſenſiſſe oſtenditur.

Refutationis confirmatio ex definitione Deitatis de qua lib.1 c.33. p.1.n.12.& 24.

Cum intelligimus diuinas imperfectè, nihil imperfectionis Deo attribuimus,ſed tota eſt in ipſo intelligẽdi modo.

In Deo etiam noſtro intelli-

6.
2. Ratio *S. Thom.*

Secunda ratio proponitur à Doctore S. loco recitato ; quia Deus est ipsum esse subsisten s; ita vt esse prædicetur de Deo in quæstione quid est ; ergo si quod est genus Deitatis , est ens; ens enim est id quod est; sed ens nō est genus, vt probat Aristot. 3. Metaph. text. 10. quia genus est extra differentias ; ens autem in omni differentia entis includitur; ergo nullū est genus in quo Deus sit. Hoc idem probat S. Thom. 1. contra gent. cap. 25. quia si genus includeretur in differentijs, diceretur bis de definito. Vnde Thom. Caietan. deprompsit argumentum contra Ioannem Scotum, quòd ens non sit vniuocum. Sed hoc argumentum probat quidem ens non esse genus , quia genus semel ponitur in definitione quidditatiua ; aliàs non designaretur genus per differentiam, si iterum in differentia ponēdum esset: non verò probat nō esse vniuocum ; accidit enim vniuoco quod repetatur, vel non repetatur, vt lib. 5. dicemus.

Ens nō est genus. *Arist.*
Gen. est extra differētias.
Probat hoc *S. Thom.*
Aliàs diceretur bis de definito
Hinc arg. *Caiet.*

Hoc arg. probat ens nō esse genus, non verò nō esse vniuocum.
Accidit vniuoco quòd repetatur, vel non.

7.
3. Ratio *S. Thom.*

Tertia ratio S. Thomę loco eodem, hæc est. Quę conueniunt genere, differunt secundum esse ; & in eis differt essentia & esse : in Deo autem non differunt essentia & esse, quia esse est ipsa essentia ; ergo Deus non cōuenit in genere cum aliqua re. Thom. Caiet. commētatus in hoc argumētum, ait Doctorem S. à differētijs diuersis, diuersas esse existentias etiam re ipsa distinctas colligere; quod cap. 6. de ente & essent. tractat vberiùs. Sed S. Thom. neutro in loco facit mentionem differentiarū ; sed ex hoc quòd differunt secundū esse concludit, quòd ipsum esse differt ab essentia. Quam consequentiam explicat lib. 1. contra gent. cap. 25. essentia enim est ipsa quidditas ; genus autem quidditas est , quod in quęstione quid est res prædicatur ; ergo quæ differunt secundū esse, habēt esse à quidditate distinctum: in Deo autem esse & quidditas idem est. Potest etiam firmari hæc consequentia separantibus existentiam non solùm à quidditate generis, sed à quidditate speciei. Clariùs ergo proponimus argumētum: Cum enim natura generis distet ab existentia ; ita vt species & differentia speciei sit media inter vtrāque, necesse est vt quæ conueniunt in genere, conueniant in aliqua parte essentiæ; & differāt secundum esse : conueniunt enim in essentia generis in qua non inuenitur per se existentia; & differunt suis differentijs quibus accedūt ad existentiam, vtpote ad actum vltimum ; quare necesse est vt differant quoque secundum existentiam, quæ sequitur differētias: ergo necesse est vt in omnibus illis, quæ continentur in genere , non sit idem essentia & existentia ; siquidem per differentiam acceditur ad existentiam , quę est extra essentiam , vtpotè extra genus & differentiam ; est enim existentia vltimum. Sed essentia Dei maximè est ipsum esse , hoc est, ipsa existentia, & hæc est eius quidditas; ergo essētia diuina nullo modo est in genere: ea enim sola sunt in genere, quibus essentia & existētia diuersæ sunt.

Quę cōueniūt genere, differūt secundum esse, & in eis differunt essentia & esse.
Cōmentarius *Caiet.*

Improbatur.
Ex eo quòd res genere cōueniētes differunt in esse.
S. Thomas. concludit ipsū esse differre ab essentia.
Hæc conseq. *ex S. Thom.*
Firmatur 1.

Firmatur 2. clariùs.
Inter genus & existentiam datur talis distantia quòd medietspecies & differētia speciei.
Iuxta hæc qur conueniūt in genere necesse est conueniāt in aliqua parte essentiæ & differant secundum existentiā, sicut differūt differētijs suis quibus accedunt ad existentiā, quæ est extra essentiā.

8.
Ratio hæc nō placet quibusdam, de quibus c. 23. p. 4. à n. 1. ad 14.
Refellūtur 1.

Quibusdam displicet hæ ratio S. Thomæ, quia negant in rebus creatis existētiam distingui re ipsa ab essentia ; ratione autem etiam in Deo distingui. Sed non persentiunt quanto premantur argumento. Nam distinctio rationis inter existentiam & essentiam in rebus creatis indicat, existentiam illarum non includi in cōceptu essentię, quod certissimū est; aliàs res creatę necessariò existerent : in Deo autem existētia clauditur in ipso conceptu quidditatis. Nam etsi quibusdam notionibus imperfectis discernamus essentiam diuinam ab existētia ; tamen conceptu confuso essentiæ clauditur existentia, vt lib. 1. commōstrauimus: essentia autem quæ est in genere per differentiam constituta , toto suo conceptu antecedit existentiam, & non includit illam. Et hęc quidem nota sunt Metaphysicæ studiosis. Prętereà distinctio rationis inter essentiam & existentiam, ita vt essentia in suo conctptu confuso nō includat existentiam, indicat existentiam re ipsa distingui ab essentia ; siquidem necesse est vt existētia cum essentia cōiungatur per causam aliquam , vt antea comprobauimus firmissimis argumētis. Quare in hoc quoque sensu rectè cōcludit S. Thom. in eis re ipsa differre existentiam ab essentia, quæ in genere eodem differunt secundum esse ; siquidem in eis esse est extra conceptum essentiæ. Et hæc est argumenti vis & efficacia. Aliter explicat argumentum Franciscus Ferrar. docet enim quòd vbicunque cogitātur duo, quorum alterum est vnum in multis, &

In Deo existētia clauditur in cōcptu confuso essētiæ, vt lib. 1. cap. 33. p. 1. num. 4.

Essentia in genere per differētiā constituta toto suo cōceptu antecedit existētiā

Refelluntur 2.
Distinctio rationis talis, vt essentia in suo conceptu confuso nō includat existentiā, indicat hanc ab illa distingui re ipsa, vt lib. 1. cit. n. 10.

Per hæc patet vis rationis *S. Thom.*
Explicatio *Ferrar.*

alterum non est vnum in multis, sed est omninò multa, illa duo differãt formaliter. Quòd si intelligat distingui formaliter, hoc est, distinctione reali formali, falsum est: nam homo est vnum in multis: persona autem non est vnum in multis; sed est omninò multa, cum sit analogum, vt ille philosophatur de existentia: & tamen homo & persona non differunt re ipsa formaliter. Quare ex eo quòd natura generis est vna in multis, esse autem est diuersum; non colligitur quòd genus & existentia differant formaliter; sed satis est quòd colligitur differre ea ratione, vt declaratum est.

Impugnatur.

Persona non est vnum in multis, sed omninò multa, cũ sit analogum, vt ille ait de existentia; & tamen differt ab homine re ipsa formaliter

9.
4. Ratio S. *Thom.*

Quarta ratio petitur à S. Doctore lib. 1. contra gent. cap. illo 25. quia Deus nõ est in genere substantiæ, neque accidentis. Et cum liqueat Deum non esse in genere accidentium, quòd non sit in genere substantiæ probatur; quia substãtia est quæ accidentibus substat; Deus autem accidentibus non substat. Quòd si dicas substantiæ nomem duci quidem à substando, sed non significare ipsum munus substandi, sed significare ens per se. Occurrit S. Thom. monẽdo quòd ens per se est ens non in alio: & ita additur enti sola negatio, quæ non facit genus. Quidam propter hęc verba crediderunt S. Thom. constituere rationem substantiæ in quadam negatione: neque enim attenderunt illum hoc potiús negasse, dum ait negationem non constituere genus: certum est enim quòd hęc negatio indicat modum intrinsecum positiuum. Sed neque attenderunt sequentem doctrinam, nimirũ quòd si interpretemur ens per se positiuè, scilicèt vt significet essentiam, cui conuenit esse non in alio, iam distinguimus existentiam ab esse, cũ in Deo ipsum esse claudatur in conceptu essentiæ. Ex qua doctrina liquet S. Thom. non negasse nomine substantia significari positiuum: sed ait substãtiam quæ est genus, esse capacem existentiæ, quod Deitati non quadrat cum sit ipsa existentia. Et hoc idem explicatur, quia accidẽs, quia aliter se habet ad esse quã substãtia, differt toto genere ab illa; substantia enim simplicitèr est, accidens secundũ quid, vt diximus: sed substantia est ens quod participat esse, Deus autẽ est ipsum esse non participatum; ergo à genere substantiæ maximè distat. Certè etsi substare accidentibus non cõtineatur in definitione substãtię, eò quòd est cognitione prior; tamen substantia finita intrinsecè est accidentiũ sustentaculũ. Confirmatur adhùc, quia esse non est differentia Deitatis, sed ipsa quidditas: si quod ergo habet genus, illud est vnũ esse, scilicet existentia; existentiæ autem non potest addi vlla differentia, vt probat S. Thom. 1. contra gent. cap 24. existentia enim est actus vltimus etiã cogitando deprehensus. Vnde Plato, qui ponebat ideas existẽtes, nõ ponebat ideas genericas sed specificas: si enim genus per se existeret, nihil illi posset addi essẽtiale, aliàs mutaretur essentia; ea enim essentia, qua existit perfecta est, & nullã adiectionem essentialem etiã cogitãdo patitur: igitur intelligi non potest quòd existẽtia, quę est vltima perfectio, sit natura generis, quæ ab existentia distat, & per species descendit ad existentiam. Quòd si esse non est genus Deitatis, nullum aliud genus potest cogitari, cũ Deo hoc quod est sit ipsum esse.

Reſponſ.
Occurritur ab eodem.

Propter hæc existimatioeũ posuisse rationem substãtię in negatione.

Refellitur 1.
Negatio addita substãtiæ indicat modũ intrinsecũ positiuum.

Refellitur 2.

Probatur eadẽ sententia argumentis alijs. Primò, quia Deo & rebus creatis nihil est vniuocũ, vt lib. 5. commenstrabimus: genus autẽ oportet esse vniuocũ.

Confirmatur argumento communi, quia infinitũ non continetur in genere. Quod est argumentum S. Bonau. Alber. Magn. Durandi, Ægidi & aliorum Doctorum in 1. d. 8. Et licèt quidam flocci pendant argumentum; est tamen efficax & euidentissimum, quia infinitum complectitur omnia, & ita si Deus esset in genere substantię, esset quicquid significatur hoc nomine in illo genere: sicut homo infinitus esset omnis homo, vt idea communis quæ complectitur omne indiuiduum: sicut enim albedo infinita contineret omnem gradum albedinis; ita natura infinita in genere aliquo contineret omnes differentias generis. Nam si vnam solam differentiam contineret per eandem esse finita natura: sola ergo proportione quadam analogiæ potest conuenire natura infinita cum finita, non autem genere vniuoco. Et ipsa infinitas excludit ab vniuoco & à genere. Hoc ipsum confirmatur, quoniam necesse esset genera rerum confundere; nam substantia, qualitas, & relatio sunt tria genera rerum primò diuersa; attributa autem diuina si pertinerent ad aliquod genus, in genere qualita-

Deitas nondicitur capax existentię, sicut substantia quę est in genere; quia est ipsa existentia.

Accidẽs toto genere differt à substantia, quia diuersimodè se habet ad esse.

Similiter Deus maximè distat à genere substantiæ.

Substãtiæ finitæ intrinsecũ est esse sustentaculũ accidentium, etsi non de definitione ejus.

Rationis 4. confirm.
Esse est Deitatis, sed quidditas pindeq; genus si quod haberet.
S. Thom.
Existẽtiæ nulla potest addi differẽtia, quia est actus vltimus etiã cogitando deprensus.
Plato.

10.
Ratio 5.
Deo & creatis nihil vniuocum, ac proinde nec genus.

Confirm. cõmuni arg.
Infinitum nõ continetur in genere.
S. Bon. &c.
Huius arg. vis ostenditur 1.
Infinitũ cõplectitur omnia: vnde si Deus esset in genere substantiæ, esset quicquid significat hoc nomine in illo genere.
Exempla.

Confirm.
Genera rerũ oporteret cõfũdi, si Deus poneretur in genere.
Ratio.

qualitatis pleraque essent, vt iustitia, sapientia, &c. relationes autem personales in genere relationis; & essentia in genere substantiæ: in Deo autem omnia conuertuntur in substantiam, vt notauit Boetius; neq; verò fingi potest aut quòd substantia, quæ est in genere, sit scientia, aut sit relatio; vel quòd scientia & relatio, quæ sunt in genere accidentium sint ipsa substantia. Infinitas ergo, qua plura attributa sunt res vna, ipsa est quæ excludit à genere; quod est argumentum S. Thom. q. 7. de potent. art. 3.

In Deo omnia conuertũtur in substãtiam. *Boetius.*

Infinitas qua plura attributa sunt res vna est quæ excludit à genere. *S. Thom.*

12. Ostenditur 2. Differentia est termin⁹ speciei, sed infiniti nullus est terminus.

Commonstratur hoc idem euidentissimo argumento. Differentia enim est terminus speciei sed infiniti nullus est terminus; ergo neque differentia: quæ autem sunt in genere differentiam habent; ergo infinitum non est in genere. Respondebunt nostro intelligendi modo, infiniti esse terminum, quem differentiam dicimus. Sed hoc responsum manifestè conuincimus falsitatis. Nam differentia ita est terminus, vt per illam definiatur res quidditatiuâ definitione; quod autem definitur, comprehẽditur: ergo si infinitum habet differentiã propriam, comprehensibile est. Neque satis erit respondere differentiam esse ignotam: hoc enim est per accidens; & beatis erit nota differentia, qua Deum quidditatiuè definiant conceptu proprio generis, & differentiæ extra visionem beatam, quod cum fide sincera non concordat. Confitendum ergo est infinitũ quatenùs infinitum est non capi genere, sicut neque definitur differentiâ.

Responsio. Confutatur. Quod habet terminum differentiam definitur, & comprehenditur. Confutationis solutio. Refutatur.

13. 2. Pars. Deus non reuocatur ad genus, vt principium generis. Obseruatio *Caiet.* Deus refertur ad genus, non vt principium cõtẽtum sub illo, sed vt cõtinẽs illud cuius est finale, vel efficiens principium. De⁹ maximè est principiũ generis substãtiæ.

Denique dicendum est Deum non reuocari ad genus vt principium generis. Qua in re optimè obseruat Tho. Caiet. Deum non referri ad genus aliquod quasi principium generis contentum in illo; quoniam principium contentum in genere, siue materiale, siue formale, definitum est; sed principium continens genus quod est finale, vel efficiens, non continetur in genere, neque est finitum. Et hoc modo Deus est principium generis; maximè verò generis substantiæ, quæ vt simpliciter est, ita & simpliciter habet efficientem causam. Cætera verò genera rerum eo modo quo efficiuntur, scilicèt in substantia habent Deũ quoq; auctorem. Et hoc quoque addit scitè Caiet. Deum nõ reuocari ad genus quasi aliquid pertinens ad genus, sed potiùs

Caiet. addit potiùs genera

A genera reuocari ad Deum, vt ad causam efficientem, & finalem; & ita conciliat sententias S. Thomæ, quæ videntur discordare. Nam 1. p. negat Deũ esse principium generis, scilicèt contentum in illo, vt S. Doctor loquitur. At verò in 1. d. 8. q. 4. ar. 2. ad 3. & de Potent. q. 7. ar. 3. ad vltimum docet Deum referri ad genera, vt principium efficiens illorum; vel potiùs declarandum est cum Caiet. genera referri ad ipsum. Sed neque reuocatur ad genus quasi principiũ vnius duntaxàt generis. Et idcircò Ioan. Ca-

B preol. d. 8. q. 2. credidit S. Thomam mutasse sententiam in 1. p. cum rectiùs affirmet Deum non reuocari ad genus.

reuocari ad Deum vt ad causam

Ex his locorũ *S. Thomæ* conciliatio.

Ratio ex *Capreol.*

Ob quam locus 1. partis rectior.

Confirmatio.

14. Sent. negantẽ docuerunt *Auerr.* *Auicen.* *S. Augustí.*

QVòd Deus non sit in genere docuerunt Philosophi gentium, vt Auerroes in destruct. cõtra Algaz. disp. 7. cap. vltimo, & Auicen. 8. Metaph cap. 4. & hæc est sententia S. Augustí. 5. de Trinit. cap. 1. & lib. 7. cap. 5. vbi negat Deum propriè esse substantiam, qualem nos in genere definimus, quæ scilicèt alijs substat. Et initio statim eorum librorum de Trinit. *Intelligamus Deum, si possumus, sine qualitate bonum sine quantitate magnũ.* Vbi etiã Deũ ab his

C generibus disiungit. Et in lib. de cognitione veræ vitæ eleganter quidèm disserit Deum non posse contineri dialecticа disputatione, *Nempe* (inquit) *nomine, & verbo cuncta exprimuntur, quæ sub decem prædicamentis humano corde concipiuntur: sed quod ex eis nullũ propriè Deo cõueniat, manifesta ratio comprobat.* Et videtur S. Augustí. sententia posse confirmari verbis S. Dionys. cap. 5. de diuinis nominibus, vbi docet Deũ

S. Dionys.

D præstantiori modo esse quàm substantiam, sanè à genere substantiæ diuinam essentiam reuocans. Et S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 8. S. Dionysium consectatus ait, diuinam essentiam omnibus substantijs supereminentem, & ab omni substãtia exceptum. Quòd si Deus non est in genere substantiæ, in quo maximè crederetur posse contineri, in nullo alio genere est, cum non sit accidens, neque accidentarijs formis præditus. Idem confirmat S. Anselmus Monolog. cap. 26. & 27. & Boetius 1. lib. de Trinit. cap. 5. & 6. vbi docet cuncta genera

S. Damasc.

Si Deus non est in genere substantiæ, in nullo alio est.

S. Anselm.

Boetius ait cuncta genera

mutãtur cum de Deo prædicantur.

mutari cum de Deo prædicantur, nam & substantiam non esse verè substantiã, sed vltra substantiam; significans non esse eam substantiam, quam in genere definimus. Et hæc eadem est opinio S. Thom. 1.p. & 1.contra gent. & alijs locis vsurpata, cum Doctorum scholasticorum vno consensu: nam & S. Thom. & S. Bonauent. & Magister sententiarum in 1.d.8. affirmant hanc esse cõmunem doctrinam Patrum.

S. Thom.

S. Bonau.

Magist.

Sent. negans communis.

15.

Quapropter contraria opinio improbabilis est, ne dicam audax, & temeraria; tum quia & Patribus, & Doctoribus aduersa est: tum quia rationibus apertissimis vrgetur, quæ à Dei immensitate, & simplicitate petuntur.

Opposita improbabilis ne dicam audax, & temeraria.

1. Ratio.

2. Ratio.

CAPVT XXXV.

Argumenta refelluntur.

1

1.Arg.

CONtra hanc sententiam obijcitur Aristotelica doctrina pluribus in locis. Nam lib. 10. Metaph. tex. 4. docet id quod est mensura aliorum, quæ sunt in aliquo genere, esse aliquid illius generis. Et Commentator ibidem enarrãs istum locum ait primum motorem, scilicèt Deum, esse mẽsuram omnium substantiarum; ergo Deus est in genere substantiæ. Et idem Philosophus 12. Metaph. text. 2. ait substantiam esse primum ens, quam diuidit in substantiam mobilem, & immobilem. Et tex. 5. inter substantias immobiles Deum recenset; ergo Deus est non solùm in genere summo substantiæ, sed in genere substantiæ subalterno, scilicèt inter substantias incorporeas, siue immobiles. Et 1. Ethicor. ad Nicomachum, cap. 6. Deum collocat in eorum numero, quæ in Prædicamentis ponũtur. Confirmatur auctoritate S. August. 5. de Trinit. cap. 9. & 10. vbi dicit quædam prædicamenta dici propriè de Deo, vt substantiam, relationem, actionem. Boetius verò alia prædicamenta verti ait in diuinam substantiam; quare saltem erit Deus in genere substantiæ.

Aristot.

1.locus.

Comment.

C

2. locus.

3.locus.

Confirm. *ex S. Aug.*

D

Boet.

2.

Deindè probatur ratione, quoniam probabile est substantiam, vt & cætera nomina, Deo rebusque creatis communia, esse vniuoca, vt Ioan. Scot. vult; vniuoca autem vniuersalia sunt, vt S. Thomas docet in sententijs: ergo illa eadem

2. Ratio.

Scot.

S. Thom.

A quæ his nominibus significantur, genera sunt cõmunia rebus diuinis, & creatis.

Præterea: Substantiam nihil prohibet esse genus cõmune Deo; vel enim Deus non est in hoc genere propter simplicitatem, vel propter immensitatem: non primum, quia genus non affert realem compositionem, vt diximus, & Angeli essentia simplex est, & in genere est. Sed neque secundum, nam linea infinita est in genere quantitatis, vt Aristot. docet; finitum enim, & infinitum ait esse quantitatis affectiones: ergo etiam infinita essentia in genere est.

3. 2. Arg.

Aristot.

Tertiò ex Aristot. lib. 1. Topicorum, cap. 6. idem dicitur genere, & specie, & numero; quia id quod numero differt, in specie, & genere continetur; sed Deus est vna numero substantia; ergo est in aliqua specie substantiæ, & in ipso genere speciei.

B

4. 3. Arg. *ex Aristot.*

Denique probant, quia substantia, & relatio prædicantur de Deo formaliter in quæstione quid est. Quærenti enim, quid est Deus? Rectè respondemus esse substantiam. Quid est paternitas? esse relationem: ergo hæc quæ etiam vniuoca sunt, genera quoque sunt.

5. 4. Arg.

Aduertenda.

6.

IN hoc cap. vnum est, aut alterum aduertendum. Illud primum, quòd lineam infinitam esse in genere, dupliciter potest intelligi; primò, vt mente, & cogitatione designemus lineam actu infinitam: verum enim est quòd sua infinitate non excluditur à ratione generis; adhùc enim esset linea, si infinita esset: simpliciter tamen nulla infinita linea actu, continetur in genere; quod enim continetur in genere, est verum ens in causa, vel extra causam: linea autẽ actu infinita neque est in virtute causæ efficientis, quia non potest produci; neque in rerum natura extat. Potest quoque intelligi hoc pronunciatum de linea infinita in potentia, quæ scilicèt cogitatione apprehenditur absque vllo termino definito: & hanc videtur Aristot. intellexisse, quam fatemur in prædicamẽto esse; quia in virtute primæ causæ est linea hoc modo infinita, scilicèt in infinitum processum longior, ac longior. Ad eundem modum si aliquam speciem qualitatis quãtitate perfectionis extẽsæ dilate-

Aduert. 1. Hoc pronunc. Linea infinita continetur in genere: Cõceditur de linea cogitata in finita actu.

Simpliciter negatur de linea infinita actu.

Conceditur de linea infinita in potẽtia.

Idem dicendũ de quauis specie qualitatis infinitè intẽsa.

C

D

Ratio.
Scientia, v.c. infinita actu, infinitate nó excedit essentialem conceptũ generis, adhuc enim esset habitus, sed modum entis in genere, sc. finiti.

Ex his sent. negans colligitur.

dilatemus, semper in genere continebitur: nam scientia, quæ est habitus mẽtis, etiamsi animo fingatur intensione infinita actu, adhuc est in genere; quia intẽsio etiam infinita actu non excedit conceptum generis, sed excedit modum entis finiti. Si verò intelligatur infinita in potentia, verè est in genere, & in virtute creatrice continetur, vt de quantitate diximus. Ex vtroque autem argumento nostra sentẽtia colligitur; nam quidquid actu infinitum cogitatur, non est in genere; quia infinitate ipsa excedit modũ entis, quod est in genere, quod suos habet terminos etiam extensionis. At verò quantitas actu infinita, & scientia actu infinitè intensa adhùc continetur conceptu generis; quia licèt quantitas infinitate excedat modum entis in genere, tamen essentiali conceptu non excedit; quia quantitas lineam continet, & habitus scientiam. At verò infinita essentia excedit ipsos terminos essẽtiæ: quare cum essentia generis sit finita, nõ potest continere infinitam essentiam. Et hæc est ratio discriminis vt quantitas infinita sit in genere quantitatis, essentia verò infinita non sit in vllo genere.

Essentia infinita excedit ipsos terminos essentiales entia generis est finita.

7. Obiectio.

Quòd si obijcias essentiam quantitatis esse ipsam quantitatem, & tamen quantitatem infinitam contineri in genere; & similiter substantiam infinitam posse in genere substantiæ contineri.

Respons. Quantitas est quanta, & ideò finita, vel infinita solùm secundum accidens, in quantum habet, vel non habet terminum accidẽtarium: sed diuina substantia est essentialiter infinita.

Respondendum est quantitatẽ esse quãtã; & idcircò quantitatẽ infinitã esse infinitã secundum accidens, scil. secundum terminum quantitatis accidentem; & non esse ipsam essentiam quantitatis infinitam, scilicèt essentialiter: aliàs quantitas essentialiter esset infinita, & nulla esset quantitas finita; sed secũdum accidens, secundum quod quantitas habet terminum accidẽtarium, vel nullum habet terminum, dicitur finita, aut infinita. At verò diuina essentia siue substantia est essentialiter infinita, ita vt nullo cõceptu creato claudatur eius essentia, & idcircò non continetur in genere.

8. 2. Aduert. Nihil propriè prædicatur in quæst. quid est de diuina essẽtia.

Ratio.

Quamobrem hoc erit secundo loco aduertendum, nihil propriè prædicari in quæstione quid est de diuina essentia; id enim quod simpliciter prædicatur in quæstione quid est, ostendit quid res est saltem per communia; ea autem quę cõmunia sunt, formaliter sunt in singulis: at verò in Deo nihil est formaliter, quo ipsum quid sit intelligimus, vt lib. 5. docebimus. Quare illo maximè asserto nostra hæc sentẽtia confirmatur; quia Dei non habemus quidditatiuam cognitionem etiam communem; ergo Deus in genere non continetur. Analoga igitur non prædicãtur simpliciter in quid, quia non declarant quid res est, cum conceptus analogus nõ sit perfectè similis vtrisque analogatis, vt ibidem dicemus.

Ex hoc sent. negãs cõfirm.

Dei non habemus quidditatiuam cognitionem etiam communem.

Analoga non prædicantur simpliciter in quid.

Ratio notãda.

Circa illud verbum S. Augustini attribuentis Deo quædam prædicamẽta, scilicèt substãtiam, relationem, & actionẽ; aduertendum est, non solùm substãtiam & relationem propriè dici de Deo, conceptu tamẽ analogo extra genus, vt statim explicabimus; sed etiam hos duos modos prædicandi rebus diuinis coaptari, quod notat S. Thom. q. 28. ar. 2. & accepit ex ipso S. Augustin. 5. de Trinit. cap. 5. substantia enim prædicatur quidditatiuè, & per quandam identitatem dum dicimus, Petrus est homo, animal, viuens, &c. Ita etiam Pater quidditatiuè, & per quandam idẽtitatem est Deus, & Filius quidditatiuè est Deus. Relatio verò dicitur ad aliud in rebus creatis; Pater enim est Filij, & Filius Patris: & eodem modo dicitur in diuinis. Quod S. Augustin. significauit dum dixit nõ omnia dici de Deo secundum substantiam, scilicèt, quia relatio non dicitur quidditatiuè, & per modum substãtiæ per idẽtitatem, & ad se; sed per modum relationis ad aliud. Eodem modo actio prędicatur de Deo, vt de agẽtibus creatis; & nihil prohibet actionem diuinam, si qua est transiens, esse in genere actionis: nos verò dicimus rem diuinam, quæ est formalitèr in Deo, non esse in genere.

3. Aduert. Hi duo modi prędicãdi, sc. p modũ substantiæ, & relationis, diuinis aptantur.

S. Thom.

S. Augustin.

Substãtia quidditatiuè, & per identitatẽ prædicatur in creatis: ita in diuinis Deus.

Relatio non vt substantia, sed ad aliud dicitur in creatis: ita in diuinis.

Explicatur *S. Augustin.*

Actio prędicatur de Deo, vt de agentibus creatis.

Solùm res diuina, quæ est formaliter in Deo, negatur esse in genere.

Responsio.

10. Ad 1 arg. Ad 1. locum *Aristot.* 1. explicatio *ex S. Thom.*

AD argumenta prius quàm respondeamus, Aristotelicæ sentẽtiæ explicandæ sunt. Et quidèm quod ait de mensura eorum quæ sunt in genere, interpretatur S. Thom. 1. p. q. 3. art. 5. ad 2. de mensura coæquata quæ non excedit mensuratum, vt homo est mensura omnium animãtium nobilitate antecellens, & in eodem genere: Deus autem est mẽsura excedens, quia non solùm vt causa finalis & efficiens, continet omnia genera; id verò quod continet, excedit contẽtum: sed etiam vt causa exẽplaris

Mensura coæquata in eodẽ genere est cũ mẽsurato, nõ verò excedens qualis Deus vt causa efficiens finalis, & etiã exemplaris;

eodem

eodem modo infinitate quadam superat omnia,quæ ab ipso exemplari ducũtur: est tamen mẽsura illorum quatenùs ipsa effecta dum ad Deum magis ac magis accedunt, definita sunt, & alia se se excedunt perfectione ; & ita mensurantur perfectione participata : illa autem proportio, quæ cernitur in ipsis mensuratis, efficit vt præcipua, quæ mensurãtur ,sint substantiæ. Et idcircò dixit Cõment. primum motorem esse mensuram substantiarum. At S. Thom. in 1.d.8. q. 5.art.2.ad 3. aliter exponit Philosophũ, quòd scilicèt non loquatur de mensura, quæ est species contenta in genere ; sed de principio generis , quæ est simplex mẽsura, vt vnitas est principium numeri,& non est numerus:ita & Deus est mẽsura substantiæ , & est in genere vt principium continens illud, sed non vt species contenta. Thom.Caiet. ait genus dici quidèm propriè quod species continet ; ampla verò significatione ipsam rerum seriem,quæ in genere continetur dici genus: & in hoc sensu Deũ esse mẽsuram homogeneam generis substantię. Sed isthæc vsurpatio nominis noua est, & non videtur vera esse interpretatio: nam Deus non solùm excedit totã substantiam , sed omnes simul species quæ sunt ipsa series substãtiarum:quare nullo modo est mensura homogenea. Alij meliùs dicunt substantiam vt est aliquid analogatum posse dici genus , quo Deũ quoque complectamur; & ita forsan intellexisse Aristot. agentem potiùs Philosophum , quàm logicum, dum mensuram generis ponit in genere , & Deum ipsum inter substãtias immobiles. Quo pacto commentamur secundum locum; neque enim ibi Aristot. diuidit substantiam genus , sed substãtiam quæ est analogum. At verò tertio loco non numerat exactè, quæ in prædicamento continentur;nam & animam scribit in eo numero, quæ tamen non est in genere,nisi vt pars : ita etiam Deum vt principium generis,continens tamen & non contẽtum, vt partem, in substantiæ genere recenset. At verò S. Augustˌcum in ijsdem libris de Trinitate non obscurè doceat Deum non esse in genere,vt dictum est, minimè eandem ibi retractat sententiã; sed prædicamenta nuncupat res ipsas, quæ in prædicamentis continentur , scilicèt substantiam,& relationem. Et quidèm substantiã, & relatio conceptu quidèm analogo propriè dicuntur de Deo. Ad eum igitur sensum, quo S. Thom. dixit relationem realem inueniri extra genus , scilicèt conceptu præciso relationis; intelligit S. Augustˌ prædicamẽtum substantiæ dici propriè de Deo, nõ ipso conceptu quo substantia est in prædicamento , sed substantiam abstractam analogo conceptu; & relationem similiter. Et eodẽ modo declaramus Boetiũ, quòd alia prædicaméta,hoc est, res aliorum prædicamentorum , abstractæ conceptu analogo,& Deo attributæ,sunt in illo non accidentiæ, sed ipsa substantia, & essentia.

Ad primum argumẽtum negatur esse opinioné probabilem Ioan.Scot. quòd hæc nomina sint vniuoca Deo, & rebus creatis communia. Secundò respondetur non esse vtramque opinionem simul probabilem, scilicèt quòd illa sint vniuoca ;& quòd vniuoca omnia sint uniuersalia:cõuincitur enim argumento vt Deus contineatur in genere. Altera ergo propositio necessariò est refellenda.

Ad secundum liquet quid dicendum sit,ex dictis: fatemur enim compositionem generis,& differentiæ non esse realem; aimus tamen esse imperfectam,& solùm in substantia finita, & in qua substantia sit extra essentiam. Dicimus præterea nullum infinitum actu esse in genere, quod etsi intelligatur quoad conceptum essentialem in genere cõtineri; ipsam essentiam infinitam in genere nõ esse , vt in notationibus exposuimus.

Ad tertium respondetur, quòd vnum numero intelligitur dupliciter, vel ita vt res ipsa numeretur secundum nomẽ speciei,quo pacto Deus non est vnus numero,vt S.Cyprianus obseruauit in expositione Symboli, quia non est alius Deus , quasi vnus & alius sit, & numeretur:& ita intelligitur theorema Philosophi, quòd vnum numero sit idem specie & genere ; quod enim ita numeratur in genere est, & specie: vel dicitur vnum numero, quia illud ipsum non est duo,& ita Deus est vnus numero, & vnum ens, & vna substãtia numero: sed non sequitur quòd sit in specie,aut genere. Possũt etiam exponi verba Aristot. ¡contrario sensu,& aptiùs,scilicèt quòd id quod est in genere , necessariò est in aliqua specie, & indiuiduo ; vel etiam id quod est indiui-

Est Deus mensura omnium effectorũ quatenus dum magis ad Deum accedunt definita sunt,& inter se excedentia.

Comment.

2.explicatio *ex S. Thom.* Mensuram sumit pro principio generis v.c. substãtiæ; vt vnitas quæ est principium numeri,& non est numerus. Vide cap.34.n. 13.

3.explicatio *ex Caiet.*

Improbatur.

Deus etiam totam seriẽ substãtiarum excedit, & nõ est homogenea mensura.

4. Explicatio melior.

Substãtia vt est analogatũ potest dici genus ,& in eo Deus comprehenditur.

Ad 2.locum in eo diuiditur substantia vt est analogum.

Ad 3 locum ex c. 24. n.13.

Ad S. Aug. Prædicaméta vocat res quæ in prædicamẽtis ponuntur.

De Deo dicitur proprièsubstantia,& relatio conceptu analogo præciso substantiæ, & relationis, vt libr.3. cap.3, n.8, & 12.

Ad Boet. similitèr. Alia prædicamenta sunt in Deo ipsa substantia, nõ accidentia.

11. Ad rationem 1. Respons.

2, Respons.

12. Ad 2.argum. 1. Respons. ex cap.34. per totum.

2. Respons. ex cap.33 n.11.ca. 34.n.6

13. Ad 3.arg. Vnum numero 1.modo,qđ numeretur secũdum nomẽ speciei.

Sic Deus nõ est vnus numero *ex S. Cypr.* Explicatio ad *Aristot.*

2.modo,quia non est duo.

Sic Deus est vnus numero *Ad Aristot.* alia explic.

indiuiduum logicum, in specie,& genere est; Deus autem neque est indiuiduũ logicum, neque in genere.

14. Ad vlt. arg. ex n.8.

Ad vltimum iam dictum est nullam prædicationem esse simpliciter de Deo quidditatiuam; sed ita prædicantur ea, quæ Deo communia sunt in quæstione quid est, quomodo possunt analoga prędicari, non explicando quid est res.

CAPVT XXXVI.

Nulla res diuina vniuersalis est, sed communis.

1. 1. Dub de Deo ipso sitne vniuersale ad plures personas?

NOn sat fuerit segregasse naturam Deitatis à genere; sed adhùc contemplandum est, vtrùm ipsa natura, aut aliquid in Deitate beatissima vniuersale sit? Nam segregantes Deitatem à genere, docuimus nihil esse vniuersale in quo natura finita cum infinita coeat: nunc autem ostendemus nihil esse Deo proprium, quod sit vniuersale, pluribus cõmune. Et primum occurrit, vt de Deo ipso differamus, sitne Deus quidpiam vniuersale, siquidèm pluribus personis commune aliquid est. Auerroes enim vir Arabs, & impius affirmauit non posse intelligi tres personas in vna natura, nisi illa natura sit species, vt homo; itavt sola vnitate speciei conueniant diuinæ personæ: quare tres Deos indiuiduos diceremus, sicut & tres homines.

Auerroes affirmat.

2. Pręsciendũ. Deitas assimilatur vniuersali, quòd prædicatur de pluribus.

Attendere verò oportet ad ea quæ sunt Deitati cum vniuersali natura similia, & ad ea quæ dissimilia sunt: par enim videtur esse in Deitate, & natura quauis vniuersali, quòd vtraque natura prædicatione formali dicitur de pluribus solo numero distinctis: nam Pater est Deus, & Filius est Deus, vt Petrus est homo, & Paulus est homo. Discrimen tamen est inter vtramque naturã, quòd natura vniuersalis, quæ prædicatur de Petro, & Paulo, in vtroque est numero distincta, & sola vnitate rationis est vna: natura verò diuina est indiuisa in personis, & idcircò vnitate reali est vna in pluribus. Quamobrem communitas naturæ vniuersalis, est in solo intellectu: nam re ipsa nihil est commune Petro, & Paulo, ita vt vna natura vnitate reali sit in duobus; communitas autem diuinæ naturæ est realis, quia re ipsa Pater, & Filius communicant in vna natura vnitate reali. Ex his colligitur vtrumque argumentum quo S. August. 7. de Trinit. cap.6. probat Deitatem neque esse genus, neque speciem. Probat enim hoc & vnitate, & numero; vnitate quidẽ, quia vnum animal non est in diuersis speciebus, neque vnus homo in distinctis indiuiduis; quia scilicèt vnitas naturę vniuersalis non est vnitas realis, sed rationis: quare vnum animal significat vnum vnitate reali, quo pacto non potest inueniri vnum animal in pluribus animãtibus specie distinctis, neque vnus homo in pluribus hominibus: Deus autem vnus est in tribus personis; ergo Deus neque genus est, neque species. Probat idem argumento ducto à numero, nam tres species animalis tria animalia sunt, & tria indiuidua hominis tres homines sunt; tres autẽ diuinæ personæ non sunt tres Dij: ergo Deus neque genus est, neque species. Et hoc est id ipsum quod Dialectici vsurpant, vniuersale prædicari de pluribus quæ sint plura secundũ formam, quam nomen significat; ita vt forma significata per nomẽ numeretur in illis. Quo præscripto constat Deum non esse aliquod vniuersale; cum Deitas quæ est forma significata, non numeretur in personis, ita vt sint tot Dij, & tot Deitates quot personæ.

S. Augusti. Deitatem neque speciẽ esse neque genus.

Probat 1. ex vnitate.

Probat 2. ex numero.

Vniuersale prędicatur de pluribus secundũ formam, quã nomen significat.

Notat autem S. Thom. in 1. d. 19. q. 4. ar. 2. ad 2. naturam diuinam rectè dici communem, non autem vniuersalem; communem quidèm dici, quia nomen hoc non solùm quadrat rebus, quæ sunt communes communitate rationis, sed ijs etiam rebus, quę sunt communes cõmunitate reali; vt dicitur domus communis, quæ à pluribus habitatur: & ita natura diuina, quæ communicatur, hoc ipso communis est. Vniuersale autẽ significat id quod vnitate rationis commune est; quo pacto natura diuina inter vniuersalia Logica numeranda non est. Et item quia vt docet Doctor Sanctus in 1. d. 25. q. 1. ar. 3. vniuersale est quod est commune multis secundum esse diuersum: diuinum autem esse, non est diuersum in multis, sed vnum. Marius Victor. lib. 4. contra Arium appellat Deũ, vniuersalium omnium vniuersale, scilicèt principium.

Colligitur resolutio. Deus non est vniuersale. 1. Ratio.

3. 2. Ratio ex *S. Thom.* ostendit 1. naturam diuinã cõmunem esse

Ostendit 2. non esse vniuersalem.

3. Ratio ex *S. Thom.* Vniuersale est commune multis secundum esse diuersum. *Ex Mar. Vic.* Deus est omnium vniuersalium vniuersale, sc. principium.

Vnitas, & cõmunitas naturę vniuersalis, est in intellectu; naturæ verò diuinæ, realis.

Verum est quòd cum prędicatio Dei de psonis sit formalis, & Deus sit quoddam prædicatum commune, ex ipsa habitudine

4. Adnot. Ex eo quòd prędicatio Dei est formalis, &

communis potest intellect⁹ nouas ei logicas intẽtiones tribuere.

Ratio ex lib.1. c.44.n.10 &23. lib.3.cap.22.p. 2.n.13.

Item ex lib.1. c.43. p.1. n. 13. & lib.3.c.30.n. 6.

S. Thom.

5.
2.Dub. de alijs diuinis.
Ratio dub.
Idem.
In Deo est aliquid commune reale non multiplicabile, vt Deus & aliquid cómune secundum rationem,& multiplicatur, vt persona', relatio, principiũ, origo, & processio.

6.
Assertio 1.
ex S. Thom.
Nulla sunt vniuersalia in Deo.
Ratio.
Omnia de Deo sunt analoga cũ significent res singulares.
Osteditur 1. de persona.

bitudine naturæ communis,& personarum in quibus est natura, potest logicus depromere nouas intentiones logicas: nam & ipsa communitas naturæ diuinæ est quidem realis, quia fundatur in vnitate reali, sed est relatio rationis; sicut similitudo inter personas est realis,& est tamen relatio rationis, vt diximus. Quod etiam natura diuina sit in singulis personis, per operationem rationis accidit: nam re ipsa nulla est naturæ,& personæ distinctio, vt natura sit in persona, quod suprà obseruauimus. Ergo intellectus reflectens se ipsum ad hæc, quæ in eius operatione accidunt, potest attribuere rebus diuinis logicas intẽtiones: sed quia id superuacaneum est, videtur non fuisse à Theologis excogitatum, aut prouisum. Eadem ratione S. Thomas in 4.d.22.q.1.ar.2.ad 4. negat in diuinis particulare, vt correlatiuum vniuersali.

Post hæc disputãdum est de ijs rebus diuinis, quę in vno conceptu conueniũt, ita vt multiplicari possint secundum conceptum communem in quo conueniunt: nam vt S. Thom. obseruat in 1. d.13. q.1.art.3. in Deo est aliquid commune re ipsa quod non multiplicatur in illis quibus est commune, scilicèt natura diuina: & est aliquid commune secũdum rationem, quod multiplicatur, scilicèt persona, relatio, principium, origo; hæc enim singula communia sunt, persona est quid commune personis tribus, relatio relationibus quatuor, principiũ duobus principijs, scilicèt principiũ generationis,& spirationis, origo similiter & processio communis est duabus originibus, & processionibus duabus. Et hæc secundum communem conceptum, vel quod logici dicunt secundum formã interpretatam per nomen, multiplicantur; dicimus enim tres personas, relationes quatuor, &c. Quid ergo prohibet hæc esse vniuersalia?

Dicendum tamen est cum S. Thoma nulla in Deo esse vniuersalia. Cuius veritatis illa prima ratio occurrit, quòd hæc omnia sunt analoga; significãt enim res singulares, quæ in sola analogia cõueniunt. Et quidèm de persona id comprobandum posteà erit, significat enim ipsum singulare; & hoc duntaxàt est cõmune, quòd ita se habet hoc singulare ad naturam, sicut aliud singulare ad eandẽ: est ergo sola analogia proportionis illis communis. De principio etiam & origine liquet esse analoga, cum conueniant quodam conceptu absoluto in sola analogia; sunt tamen res primò diuersæ. De relationibus maius est dubium: nam licet relationes diuinæ, vt sunt formæ hypostaticæ, sint proprietates singulares, & ita in sola analogia conueniant; tamẽ si abstrahantur ab hoc conceptu,& considerentur duntaxàt vt relationes sunt, videntur conuenire in conceptu simpliciter vno,& vna ratione simpliciter quę est ad aliud.

Nihilominùs dicendum est diuinas quoque relationes in analogo conuenire. Aduertẽdum quippè est, vt lib.5. docebimus, quòd etsi proportiones analogatorum sint perfectè similes, non tamen idcircò ratio communis est vniuoca: nam & personarum singulæ proportiones sunt perfectè similes,& tamẽ nomen est analogum, quia non est vna similitudo in omnibus analogatis: similitudo enim fundatur in aliqua re, siue forma, quam intelligimus communi conceptu; & quia persona non est forma aliqua communis, nomen est analogum. Quanuis igitur diuinæ relationes proportione sint æquales omninò, quia ita prorsus Pater est ad Filium, vt ad Patrẽ Filius; quia tamen relatio diuina non est quidditas aliqua communis, vt diximus lib.3. non est forma aliqua vno cõceptu cognita; sed sunt res plures singules vna proportionum comparatione copulatæ: & idcircò relatio non est analogum in diuinis.

Sed etsi hoc nomen, relatio, in diuinis esset vniuocum (quod non improbabile esse iudicamus) non idcircò res significata esset genus, aut vniuersale: sunt enim rationes aliæ, quæ ostendunt nullum esse genus rebus diuinis proprium; esset enim compositio saltem rationis ex genere, & differentia quasi ex potẽtia,& actu, quæ imperfecta est: & natura generis esset magis remota ab existẽtia; quapropter species illius generis conuenirent in essentia, & differrent secundum esse, quod est falsum. Et hæc est ratio S. Thom. 1.p.q.30.ar.4.ad 3.& q.42. ar.4.ad 3. qua probat personam non esse quid vniuersale, neque vllum esse vniuersale in rebus diuinis; non solùm non esse genus, sed neque species: quia individua, quæ cõueniunt in specie, differũt secundum

2.de principio & origine.
Sunt res primò diuersæ.
De Relationibus maius dubium.

Ratio dub ex lib.3. cap.3 n.8,& 12.

7.
Assertio 2.
Relationes diuinę conueniunt analogicè.
Aduertendũ.
Proportiones analogatorum sunt perfectè similes: sed ratio communis nõ est vniuoca, qa non est vna similitudo inõnibus.
Ratio.

Relatio diuina non est quidditas, seu forma communis, vt nec persona.

8.
Assertio 3.
Relatio etsi esset vniuoca in diuinis, qđ nõ est improbabile, adhùc non esset vniuersalis.
1. Ratio.
Esset in Deo cõpositio rationis ex genere, & differentia, quasi ex potentia, & actu.
2. Ratio
Natura generis esset magis remota ab existẽtia, & species illius generis conuenirẽt in essẽtia & differrẽt secundùm se.
S. Thom.
Similitèr individua speciei.

Singulare est medium inter quodcunq; vniuersale, & existentiam.

secundum esse; esse enim est proprium singularium, & inter vniuersale quodcúque & existẽtiam est medium singulare, si in natura specifica plura singularia inueniantur. Cum igitur relationes diuinæ numero distinctæ, quæ in personis inueniuntur, non differant secundũ esse; impossibile est vt conueniant in aliquo vniuersali. Et ibidem arguit S. Thom. quòd nisi conuenirent diuinę relationes in vno esse, duæ relationes simul essent quid perfectius quàm vna. Sanè si relatio esset quid vniuersale haberet partes distincta s secundum esse, & plures partes essent quid melius quàm vna sola, vt libr. 3. docuimus. Et ex istis deprominitur ratio illustrior, vt intelligamus relationem diuinam non esse vniuocum: quia cum relatio ista sit ens reale, secũdum esse, & essentiam contemplanda est; relatio autem diuina, vt relatio est, non est essentia, neque esse, sed duntaxàt ad aliud: quare in genere entis realis sola analogia hæc est, quòd sicut in persona prima paternitas est relatio ad aliud, quæ non est essentia, sed proprietas essentiæ, & per existentiam essentialem communemque existit; ita & filiatio non est essentia, sed eiusdem essentiæ proprietas. Et ita sola analogia inter has relationes est communis in consideratione entis realis. Alia argumenta possunt absque nugatione peti ab ea cõclusione qua probatum est nullum esse genus commune Deo & rebus creatis; quia eadem confirmant nullum esse genus rebus diuinis commune.

Relationes diuinæ non differunt in esse.

Ex S.Tho. duæ relationes essent quid perfectius quã vna, si non cõuenirẽt in esse.

Ostenditur ex lib.3.cap.31.p. 2. n.3.p.3.n.10 16.&c.c.33.n 9

2. Ratio illustrior pro 2. & 3. affert.

Relatio diuina vt relatio, non est essentia, neque esse, sed ad aliud.

Alia argumẽta petenda ex cap.34.

Confirmatio.

Nostræ sententiæ fert suffragium S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 11. vbi docet eam communitatem naturæ, quæ in rebus creatis inuenitur, in rationis operatione perspici; diuinã autem naturam vnam & eandem esse in tribus personis: & idcircò tres homines dici tres hypostases, nõ autẽ tres Deos. Quibus significatur discrimen inter cõmunitatem naturæ diuinę, & logicã vniuersalitatẽ, quæ in ratione contemplãte constituta est. Cum igitur lib. 3. c. 4. ait, *Substãtiam communem contẽtiuam earum, quæ eiusdem species sunt, designare speciem, vt Deus homo.* Explicandũ est interprete Magistro d. 17. diuinam substãtiam, siue naturam dici specié quadã similitudine; quia sicut species logicá prędicatur de pluribꝰ, ita & diuina essẽtia de pluribus personis: non tamen quòd sit verum vniuersale logicũ, aut species, aut genus, vt probatum est. Et eodem sensu cap. 6. inter communia & vniuersalia Deitatem cõnumerat. S. etiam Basilius lib. de differẽtia vsiæ, & hypostasis; & S. Greg. Nyssen. lib. de eodem argumento, & Theodoret. lib. 1. Polymorphi naturam Deitatis imitari speciem affirmant. S. Gregor. Nazianz. orat. 5. Theolog. circa communitatem naturę diuinę eãdem causã discriminis enarrat, quòd scilicèt tres homines sola rationis consideratione sint vnum; & idcircò numerentur homines tres: non verò tres Dij diuinæ personæ sint, quibus est re ipsa vna natura. S. verò Cyrill. lib. 1. Dialogo de Trinit. ait substantiam esse sicut cõmune, & vniuersale; subsistẽtias autem, hoc est hypostases, quasi singularia. Et ibidem, quòd substantia diuina habet se vt homo, & gerit in se nomen vniuersale, & cõmunem rationem generis. Quæ omnia interpretanda etiam sunt secundum similitudinem. Et potest dici quod substantia diuina imitatur speciem quatenùs est perfecta essentia; & imitatur genꝰ quatenùs dicitur de personis quasi specie distinctis, vt libro hoc explicabimus. Vel, quod magis placet, genus vocat naturam specificam per originem communicatam, vt genus hominũ. Quo pacto S. Tho. interpretatur verba quędam S. Hilarij d. 19. q. 5. art. 2. ad 3. Sanctus verò Iustinus initio libr. de recta confessione, siue de Trinitate, ait, Patrẽ & Filium esse Deitatis participes. Hoc autem nomen non est declarãdum more Philosophorum: participare enim naturam dicũtur hypostases, in quibus est diuersitas naturæ, quasi pars naturæ decerpta: & hoc cõuenit singularibus, quæ vniuersali logico cõtinẽtur. Sed dicitur Pater, & Filius particeps Deitatis, hoc est, Deitate prædituꝰ, & verus Deus. Difficiliora sunt verba S. Cyprian. in expositione Symboli Apost. vbi docet oriẽtales Ecclesias credere Deũ Patrem vnũ, non vnum numero, sed vniuersitate. Et quidèm quare nollent dicere Deum vnum numero ipse explicat, quia Deitas non numeratur, vt sit vnus, & alius, & tertius Deus. Quod autem dicat esse vnum vniuersitate potest reuocari ad

Subst antia diuina dicitur species quadã similitudine.

S. Basil.

S. Greg. Ny. Theodor.

Nazianz. de dicta causa discriminis.

S. Cyrill.

Ad illum 1. interpretat, Substantia diuina imitatur speciem, vt perfecta essentia; imitatur genꝰ, vt dicitur de personis quasi specie distictis.

2. interpret. *ex S. Thom.* ad verba *S. Hilar.*

S. Iustinus explicatur.

Particeps, id est, partẽ quasi decerpens.

Particeps, id est, prædituꝰ.

S. Cyprianus 1. explicatur: deinde melius, litera emendatur.

Idem.

Explicatur à *Magist.*

hoc quòd sit natura ipsa communis. Sed magis videtur emendanda esse litera, vt nomine vniuersitatis vnitatem supponamus; hoc enim videtur declarare cum subijcit, *Qui propterea vnus dicatur, quia alius non sit.* Quare similiter exponendus est S. Hilar. lib. 7. de Trinitat. vbi ait personas diuinas esse res eiusdem generis: non enim accipit genus logicum, sed naturam per originem communicatam, iuxta illud. *Ipsius enim & genus sumus*, hoc est, naturam cum ipso communicamus. Quo etiam pacto loquitur S. Ambros. lib. de fide Orthodoxa contra Arianos, *Sic erit* (inquit) *Deus, vt Moyses Pharaoni, potestate non genere*. Hoc est, non naturâ; genus enim naturam etiam significat. At verò S. Augustin. inter cæteros Patres egregiè de re ista philosophatus est 7. de Trinitate, cap. 6. vbi suprà retulimus. Quẽ consequutus S. Anselmus Monolog. cap. 76. vbi docet summam essentiam Deitatis in substantiarum genere non contineri. *Quæ* (inquit) *nec in plures substantias se diuidit, neque cum aliqua alia per essentialem communionem se colligit.* Vbi docet essentiam diuinam neque esse genus, quia diuideretur in species; neque esse speciem, quia colligeret se, & coarctaret, vt cum alia specie conueniret in genere. Et ita probamus nihil esse in Deo vniuersale logicum, quia esset diuisum; & sub vniuersali id, quod esset contentum, esset coarctatum. Et hæc est communis scholasticorum sententia. Sanctus Thomas verbis conceptis docet in Deo non esse vniuersalia, sæpiùs 1.p.q. 30. art. 4. ad 3. & q. 42. art. 4. ad 3. & idem docet Alex. Alens. 1.p.q. 44. membro vnico cum Richardo, vbi affirmat vniuersalia in Deo non esse. Nihilominùs non negat S. Thom. naturam Deitatis imitari speciem in hoc, quod prædicatur de pluribus, vt Patres commemorati dixerunt. Imò hoc docet q. 10. de Potent. ar. 2. ad 12. & idem sentit Durand. in 1. d. 2. q. 1. & Ioan. Scot. d. 7. q. vnica.

S. Hilar. explicatur.

Genus intelligit naturam origine communicatam.

S. Ambros.

S. Augusti.

S. Anselm.

Essentia diuina non est genus, quia diuideretur in species; nec est species, quia coarctaret se, vt cõueniret in genere.

S. Thom.

Alensis.
Richard.

S. Thom.

Durand.
Scot.

CAPVT XXXVII.

Deitatis naturæ nullum est indiuiduationis principium.

1. Ex dictis consect.

POst vniuersalium tractatum ad contemplationem indiuidui in rebus diuinis nos conuertimus. Quoniam verò nulla res diuina est sub aliquo genere, aut vniuersali; neque vlla res diuina genus est, aut vniuersale: conficitur argumento clarissimo, vt nulla res diuina sit indiuiduum, aut singulare logicũ, quod sub vniuersali continetur. Et imprimis constat quòd natura diuina non sit propriè singularis, quo pacto logici dicunt singulare, quod scilicèt de vno solo dicitur: prædicatur enim natura diuina de pluribus prædicatione formali, & est præterea in pluribus personis distinctis. Quamobrem S. Thom. obseruans summam religionem in proprietate nominum diuinorum, 1.p.q. 3. ar. 9. naturam diuinam incommunicabilem vocat, iuxta illud, *Incommunicabile nomen lignis, & lapidibus imposuerunt.* Sed non audet dicere singularem; ait enim nomen, Tetragramaton, significare ipsam naturam (si fas est dicere) singularem. Et S. Hilarius Deum singularem recusat dicere ne quis intelligat Deum solitariũ sine personis. Qua in re obseruandum est quod docet S. Hilar. lib. 4. de Trinit. quòd non res nominibus, sed nomina rebus subiecta sunt. Ita ergo loquendum vt res significata postulat; & non res nominibus, sed nomina rebus, quibus seruiunt, accõmodanda sunt. Dicitur ergo diuina natura à Theologis cõmunis; quia cõmunicatur, & est vna in multis: dicitur in sacro eloquio incommunicabilis; quia extra se nõ potest cõmunicari, hoc est, multiplicari vt sint plures Dij. Et idcircò solet quoque dici à Theologis natura diuina indiuidua, quia non potest diuidi numero vt sint plures Deitates, imò in tribus personis est omninò indiuisa: & indiuiduam appellat S. Greg. Naz. orat. 5. Theologa. S. etiã Iustinus respons. 17. ad Orthod. appellat Deitatẽ vnũ substãtiâ indiuiduũ. *Vnus*, inquit, *est Deus vno, & indiuiduo substãtiæ.* Sed non est logicum indiuiduum.

In diuinis nullum est indiuiduum, vel singulare logicũ.

Probatur ex de natura diuina.

Est in pluribus, & dicitur formaliter de pluribus.
S. Thom.

Ex S. Hilar. Nomina rebus non res nominibus, accommodãda sunt.

Natura diuina dicitur cõmunis, quia communicatur: incommunicabilis, quia extra se non potest communicari nec multiplicari.

Dicitur indiuidua, quia nõ diuiditur numero.
S. Nazianz.
S. Iustin.

Et quoniã incõmunicabile attribuũt scholastici suppositio ad sensum, quẽ anteà aperuimus, explanauimusque, quia scil. suppositũ nullius est, sed omnia sunt suppositi: natura verò diuina nõ est suppositum, imò communicatur suppositogenito, & procedẽti; meliùs dicitur more philosophico loquẽdi indiuidua natura, quàm incõmunicabilis: licèt propriè dicatur incõmunicabilis diuersa significatione, vt paulò ante enarrauimus.

2. Suppositio tribuitur incommunicabile, vt cap. 19 p. 4. n. 4

Natura cõmunicatur suppositio.

Melius dicitur natura diuina indiuidua, quã incommunicabilis.

Sed

3. Probatur 2. de suppositis diuinis. Ratio ex c. 34. num.2.

Sed neque suppositа diuina, sunt indiuidua, aut singularia logica sub vniuersali contẽta; siquidèm natura diuina nõ est vniuersalis, neque diuinum suppositum est in aliquo genere: vt sit sub vniuersali singulare, aut indiuiduũ logicũ.

4. Obiectio. Præsciendum, singulare qd.

Quòd si obijcias Patrem de vno solo prædicari, & idcircò singulare esse. Explicãda est definitio, quòd singulare est aliquid sub vniuersali contentum, quod de vno solo dicitur. Et quia Pater æternus non est quid contentum sub vniuersali logico, non est singulare quale logici considerant. Et ita confirmat S. Anselm. Monolog. cap. 76.

Respons.

S. Anselm.

5. Suppositа diuina dicuntur indiuidua, nõ logica, sed quia incommunicabilia.

Nazianz. explicatur.

Dicuntur tamen diuina suppositа indiuidua à Theologis non logica indiuidua, sed quia suppositum est vltimũ indiuiduum, & incommunicabile. Et hoc nomine appellauit suppositа diuina S. Gregor. Nazianz. orat. 5. Theolog. *Indiuidua* (inquit) *indiuiduis, vt vno verbo dicam est diuinitas.* quia scilicèt natura est vna in personis tribus, siue suppositis tribus: vnũquòdq; autem suppositũ singulatìm maximè vnũ & indiuisum: & in illis indiuisis natura quoq; indiuisa est.

6. Suppositа diuina simpliciter distinguuntur numero, vt libr. 1. c. 42. p. 4. Differre tantùm conuenit contentis sub vniuersali.

Et rectè quidèm diuina suppositа dicũtur differre numero absolutè, & simplicitèr, vel potiùs distingui numero. Nã differre est eorũ quæ habent differẽtias, quæ scilicèt continẽtur in aliquo vniuersali; quo pacto diuinæ personæ non differũt propriè, sed distinguũtur: sed benè & propriè distinguũtur numero, quia numerus nihil imperfectũ inuehit, quod sit à Deitate repellendũ; numerus, inquã transcendens, qui per negationes explicatur, vt lib. 1. docuimus. Quod affirmat S. Ioan. Damasc. lib. 3. fidei Orthod. c. 6. & S. Cyrill. lib. 1. Thesauri, c. 8. & S. Gregor. Naz. orat. 3. Theolog. Sũt tamen diuinæ personę, vt Patres aiũt, numero nõ naturâ distinctæ; quia non numeratur in suppositis natura, sed solæ proprietates hypostaticæ, vt posteà docebimus.

Numerus trãscendens qui p negationes explicatur, nõ dicit imperfectionem, vt p. 4. cit. n. 2.

S. Damasc.
S. Cyrill.
Nazianz.

7. 1. Assertio. Deitas eo modo quo indiuidua est, nullũ habet indiuiduationis principium physicum, quia non habet causam.

His constitutis meditandum est, vtrũ natura Deitatis eo modo quo indiuidua est, habeat indiuiduationis principium? Constat autem illius naturæ increatæ, & simplicis nullũ esse indiuiduationis principium physicum, cum Deus non habeat causam: eadem autẽ est causa vnitatis indiuiduæ, & rei illius, quam indiuiduam dicimus, vt anteà comprobatum est.

Quod si de principio indiuiduationis nõ physico quæramus, sed quasi de metaphysico principio, vtrùm scil. in natura Deitatis aliquid possimus animo designare, quod sit indiuiduationis principium. Respondendum est nullum esse, quia in Deo nulla est differentia; sicùt neque est in genere. Commonstrat autẽ speciatìm nullam esse in Deo differentiam designãtem essentiam diuinam S. Thom. 1. contra gent. c. 24. In Angelis ergo ipsa differẽtia specifica, qua quæq; essentia constituitur, est alia consideratione indiuiduationis principiũ. In Deo autem optimo cum nulla sit differentia designans essentiam, nullum est indiuiduationis metaphysicum principiũ. Et hoc satis est, vt diuina essentia nostro modo intelligendi distinguatur à cæteris rebus; quòd cæteræ res habẽt differentias, quibus designentur, essentia verò diuina nullâ differentiâ finiatur. Et hoc fortè insinuat S. Thom. q. 9. de Potent. ar. 5. ad 13. vbi affirmat essentiam diuinam, quasi indiuiduari per se ipsam, prout est subsistens. At verò Autor libri de causis propos. 4. affirmat diuinum esse indiuiduari, & distingui ab alijs per hoc quòd subsistit: ergo & diuina essentia per hoc quòd est ipsum esse subsistẽs indiuiduatur, hoc est, quia ex nulla parte finita est, distincta est à rebus omnibus finitis.

8. 2. Assertio. Nullum etiã habet metaphysicũ, quia in Deo nulla est differentia.

Probatur hoc *ex S. Thom.* In angelis differentia specifica est alia ratione indiuiduationis principium.

Deus à cæteris rebus distinguitur nostro modo intelligẽdi, quòd nulla differentiâ finitur.

Idem.

Lib. de causis

Possumus autem meditari in Deo nõ differẽtiam, sed modum entis propriũ, qui sit quasi indiuiduationis ratio, siue principium nostro modo intelligendi; scilicèt quòd Deus per hoc quod est ipsum esse subsistens in nullo subiecto receptũ, est distinctus ab omni re creata. Nam esse subsistens est esse separatum, & diuisum: ergo isto modo entis distinguitur Deus à cæteris rebus nostro modo intelligendi; ratio autem distinguendi est ratio indiuiduæ vnitatis, & indiuiduationis suo modo principium. Et explicatio hæc colligitur ex S. Thom. 1. p. q. 7. ar. 1. ad 3. vbi hunc modum tradidit discernendi infinitũ ens à cæteris rebus finitis. Et hoc ipsũ videtur indicasse egregiè S. Dionys. de diuin. nom. c. 5. *Deus* (inquit) *nõ quodã modo est, sed absolutè, & liberè sine vllo termino; vniuerso illo quod est esse, in se comprehenso, & occupato.* Per illud autem quod ait, *non quodam modo est*, significat

9. 3. Assertio. In Deo consideratur nõ differẽtia, sed modus entis proprius, & indiuiduans, sc. qd̃ sit ipsum esse subsistens in nullo receptũ.

Probatur. Ratio distinguendi est ratio indiuiduæ vnitatis.

S. Thom.

S. Dionys.

Explicatur.

non coartari per aliquam differentiam aut quasi differentiam specificam, aut indiuiduam. Vnde etiam Georg. Pisidas de mundi opificio, sic inquit, *Et omnia, vnumque es; licet enim hoc iungere*. quia vnitas Dei fundatur in illo infinito esse, quod omnia cõplectitur: vt sit Deus & vnum & omnia simul.

Pisidas.

10. Aduert. Discrimen inter hunc modũ, & cæteros entis intrinsecos.

Sed aduertendum est, quòd hic modus entis non distinguit naturam Deitatis, vt alij modi entis intrinseci, quibus summa genera distinguuntur. Nam illi modi adduntur essentiæ in ordine ad esse, & ita contrahunt essentiam secundum diuersam participationem existẽtiæ. At verò esse subsistens designat modum ipsius existẽtiæ non coarctans existentiam, sed indicans infinitã. Et ita est modus intrinsecus solius entis infiniti.

Esse subsistẽs indicat existẽtiam infinitã, non coarctat.

11. 4. Assertio. Supposita diuina habent indiuiduationis principiũ, non reale, sed metaphysicum, sc. proprietatem hypost.

De suppositis iam dicendum est: sunt enim & suppositа indiuidua quædã, quibus assignare opus est indiuiduationis principium. Sed considerãdum est quòd suppositа creata differunt naturâ, quia in eis diuiditur natura, aut generica in Angelis, aut etiã specifica in rebus materialibus. Et idcircò suppositum, quod est indiuiduum vltimum, habet duplex principiũ indiuiduationis. Nam in ipsa natura indiuidua est suum indiuiduationis principium, saltem metaphysicum; & in supposito indiuiduo est indiuiduationis, siue incommunicabilitatis principium, hypostatica proprietas, vt docuimus. Et S. Doctor in suppositis creatis solet assignare principium indiuiduationis naturæ, quod est magis notũ; aitque suppositа materialia differre materiâ signatâ, quæ est principium indiuiduationis naturæ: suppositа autem diuina non differunt naturâ, sed solis hypostaticis proprietatibus, quæ sunt relationes quædam, vt cap. sequenti explicabimus. Et idcircò S. Thom. ait suppositа creata differre essẽtialibus principijs, putà materiâ signatâ, aut indiuiduâ formâ; diuina autem suppositа non differre essentialibus principijs, sed relationibus: quia diuina suppositа quæ sũt eiusdem essentiæ, non differũt principijs indiuiduationis essentię, sed solis hypostaticis proprietatibus, quæ sunt principia indiuiduationis suppositi. Principia autẽ dicimus non realia, quia proprietates hypostaticæ nõ distinguũtur ab ipsis suppositis diuinis; sed intelligẽdi modo dicuntur quasi principia formalia suppositorum, quatenùs constituũt suppositа, vt hoc lib. declarabimus. Diuinum ergo suppositum est indiuiduum, cuius indiuiduationis principium metaphysicum, est hypostatica proprietas.

In his solet *S. Thom.* assignare principium indiuiduationis naturæ, quia notius.

Idem. Idcircò ait suppositа creata differre essentialibus principijs: diuina verò tantùm relationib', quæ sunt principia indiuiduationis suppositi.

CAPVT XXXVIII.

Diuina suppositа plura sunt solis proprietatibus hypostaticis multiplicatis.

1. Difficultas.

CIrca indiuiduationem diuini suppositi, ordine doctrinę seruato, hoc vnum occurrit explicandum, qua ratione suppositа vnius naturę dicantur plura, cum in eis solæ proprietates plures sint, natura verò vna. Videtur enim impossibile vt sint plura indiuidua substãtiæ, & natura substantialis sit vna. Vnũquodque enim suppositum ex natura, & proprietate constituitur; ergo plura suppositа ex naturis diuersis, & proprietatibus distinctis constant. Et accrescit difficultas præscriptî normâ enumerãdi substantiuis nominibus, quibus retinetur vnitas si forma significata sit vna, etiam si ea forma sit in pluribus, vt lib. 5. docebimus. Hac enim ratione dicimus vnum Deum, cum Deus sit vnus in suppositis tribus. Cum igitur suppositũ significet ipsam naturam cuius est suppositum, vt postcà docebimus cum S. Thoma, & plerisque Theologis; videtur quòd sit suppositum dicendum vnum, propter naturam vnam, quam nomen hoc significat. Hæc quidem res vexauit magnum August. vt posteà videbimus.

Causa difficultatis.

Confirm.

Hæc difficultas vexauit *S. August.*

2. 1. Respons. *S. Thomæ* in sent.

Sanctus Thomas in sentẽtijs ita soluit quæstionem. Ait diuinas relationes absque dubio esse res distinctas, & easdem esse subsistentes in natura diuina; res autem subsistentes in natura sunt ipsa suppositа, siue personæ: sunt autem tres relationes subsistentes in natura; ergo tres personæ, siquidem persona idem est quod subsistens in natura. Et possemus hæc accõmodare regulæ substantiuorum, dicendo eam quoque esse nominis personæ significationem, vt formale significatum per nomen, sit subsistens in natura: & quia sunt tres subsistentes, multiplicatur formale significatum per nomen personæ, & sunt tres personæ. Quadrat autem huic intelligentiæ nomen illud, quo persona dicitur

Res subsistentes in natura sunt ipsa suppositа: at tres relationes diuinæ sunt tres res subsistẽtes in natura.

Confirm. 1. assumendo formale significatum personæ esse subsistens in natura.

Confirm. 2.

Persona dicitur res naturę.

dicitur res naturæ: nam absque vlla explicatione, tres personæ sunt tres res naturæ.

3.

Hac responsione non satisfit difficultati.

Sed tamen hac responsione videtur magis quæsita esse via euadendi, quam refutandi argumentum. Præterea nomen suppositi siue personæ non significat synonimicè subsistens in natura, licèt optimè sic explicetur. Nam subsistens in natura est nomen adiectiuum, quod multiplicatur in suppositis; nomen autem suppositum, aut persona substantiuum est; substantiua autem non multiplicantur. Sicut etiã nomen, Deus, non significat synonimicè habens Deitatem, quod significat nomen adiectiuum. Et ita sunt tres habentes Deitatem, adiectiuè; & non sunt tres Dij substantiuè. Quòd si accipias subsistentes, vt nomen substantiuum, per hoc, quod addis subsistens in natura, immutas significationem; subsistens enim substantiuum nomen potest esse synonimum suppositi: & tunc est eadem difficultas, quomodo sint tria subsistentia: cum nomen hoc significet naturam, quæ est vna. Cum verò accipis subsistens in natura, nomen subsistens non significat suppositum, sed modum quendam entis iam declaratum; & nihil est mirum quòd sint tria subsistentia, scilicèt tres res subsistentes in natura. Tria verò supposita dicere difficile est, vbi suppositũ significat naturam vnam.

Ostenditur. Persona explicatur per subsistens in natura, sed non est synonimum illius.

Ratio

Exemplũ Dei, & habẽtis Deitatem.

Subsistens potest accipi substantiuè, ita vt sit synonimũ suppositi, & tũc est difficultas eadẽ de vtroq;.

Subsistens in natura est adiectiuum significans modum entis, de quo c. 21. n. 3. & 9.

Non est mirũ esse tres subsistẽtes in natura, sed difficile, tria supposita.

4.

2. & vera resp. eiusdẽ in 1. p. l. Ratio nominis personę accipitur ab vltimo significato, sc. à proprietate personali. S. *Augusti.*

Persona in nobis multiplicatur quoad vtrumque significatum, naturam sc. & proprietatem: in Deo solũ quoad proprietatẽ ex Patribus, & Concilijs.

Personæ creatæ sunt plures

Dicendum ergo meliùs est cum eodem Sancto Thoma 1. parte, rationem nominis accipiendam esse ab vltima differentia significata per nomen: & quia proprietas personalis est vltimum quod nomen, persona, significat, multiplicatis proprietatibus multiplicantur personæ. Vbi oportet aduertere, quòd S. Augustin. & alij Patres, cum concedunt esse personas tres, admonent ita intelligendum, vt non dicamus Deos tres, sicut homines tres. Quare quoad hoc aliter multiplicatur persona in nobis, & aliter in Deo: in nobis, quoad vtrumque scilicèt quoad naturam, & proprietatem, cum nomen, persona, vtrumque significet: in Deo autem licèt nomen personæ vtrumque significet, non multiplicatur quoad vtrumque, sed quoad alterum scilicèt secundum proprietates, vt Concilia definiunt. Sunt ergo personæ creatæ plures simpliciter, id est, omnibus modis; personæ verò diuinæ sunt plures simpliciter, hoc est, absolutè; sed non simpliciter, hoc est, omnibus modis. Quòd autem sint plures simpliciter, hoc est, absolutè loquendo, ex eo ostenditur; quia cum natura sit vna, & proprietates personales tres, si rectè æstimetur, an propter naturam vnam sit dicenda persona vna, an propter proprietates tres personæ tres: statim ratio consentit propter personalitates, siue proprietates tres, esse dicendas absolutè personas tres, siue supposita tria. Et ratio est, quam S. Thomas proponit, quia in quouis nomine præcipuè attenditur forma significata, scilicèt in persona personalitas, in supposito hypostatica proprietas, & in homine rationalitas. Proposito igitur inenarrabili Sacramento, quòd sint in natura vna personalitates tres, multiplicatur nomen personæ multiplicatis personalitatibus in natura vna; & multiplicatur suppositum multiplicatis proprietatibus: suppositum enim in natura rationali idem est, quod persona. Exẽplum occurrit, si fingamus cogitando, quòd in vno corpore sint tres animæ, potiùs erunt dicẽdæ tres essentiæ propter animas tres, quàm vna propter corpus vnum: sicut etiam suprà notauimus quòd inducta anima rationali in alia materia, esset homo idẽ absolutè propter formam eandem, & secundum quid diuersus, scilicèt secundum materiam diuersam, quia homo significat animam rationalem præcipuè, vt actum vltimũ. Ita personæ diuinæ absolutè sunt plures personæ, & secundum quid scilicèt in natura, non sunt tres personæ. Hoc enim verissimè dicitur quòd personæ diuinæ non sunt plures secundum naturam, sicut sunt creatæ personæ; & illud verissimè dicitur, quòd absolutè sunt tres personæ, siue suppositа tria. Et ita seruatur regula substantiuorum, vt multiplicatâ formâ, quæ præcipuè significatur per nomen, dicatur nomen pluraliter; verbi gratia, plura suppositа propter hypostaticas proprietates plures, siue plures personæ propter plures personalitates.

Ratio ex *S. Thom.* vt proximè.

1. Exempl. Si essent tres animæ in vno corpore, essent tres essentiæ.

2. Exemplũ ex cap. 10. p. 4. n. 4.

Personæ diuinæ secundum quid, sc. in natura, non sunt tres; & absolutè sunt tres.

Regula substãtiuorũ in hoc seruatur, quòd multiplicatâ formâ præcipuè significatâ per nomen, dicitur nomen pluraliter.

5.

Circa hæc 1. Obseruandũ vt cap. 19. p. 14. à n. 7.

Circa indiuiduationem diuini suppositi tria adhùc obseruanda erant, quæ iam docuimus; alterum, quòd natura diuina addita proprietate hypostatica

2. Obseru. vt ibidem, & p. 4. à n. 2.

adhùc manet communicabilis, propter infinitatem naturæ; alterum, quòd diuinum suppositum propter eandem infinitatem potest subsistere in natura aliena. Illud tertiò aduertendum, quòd diuina proprietas, quia relatiua est, consentit cum altera proprietate opposita in natura eadem, vt possint Pater, & Filius assumere naturam eandem. Sed hęc occasione data disputata iam sunt, & stabilita. Manet etiam natura tota in singulis non partita, iuxta verbum Sancti Ioannis Damasceni libr. 1. fidei Orthod.

3. Obseru. vt p. 1. à n. 14.

In diuinis tota natura est in singulis personis. *S. Damasc.*

6. Hæresis Schegkij apud *Genebr.*

Hoc loco refellenda est noua hæresis nostræ ætatis hominis imperiti apud Gilbert. Genebrardum in responsione ad SchegKium. 25. affirmabat Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum non esse hypostases tres, siue tres subsistentes, hoc est, tria suppositа; sed tres potentias diuinas, scilicèt memoriam, intellectum, & voluntatem, quæ inter se comparatæ sint tres res distinctæ, sed cum essentia diuina sint res eadem: quo pacto & in nobis philosophatur, potentias animi non esse ab anima distinctas, benè tamen inter se inuicem. Atque ita ex mente istius imputi hominis, diuina suppositа non differrēt proprietatibus, & differrent partibus essentialibus, aut potentijs, quod hominis est ipsam vocē Philosophiæ ignorantis.

Ait etiam in nobis potētias animi non esse ab anima distinctas, benè tamen inter se inuicem.

Hoc rude portentum opinionis Gilbertus libro integro profligat. Nam

7. Profligatur à *Genebr.* Vide lib. 1. cap. 20. p. 2 nu. 4. c. 30. p. 1. n. 1. cap. 39. n. 3.

præterquamquòd libr. 1. ostensum est, has potentias in Deo nullo modo res esse distinctas, & eodem libro commonstratum est Verbum esse hypostasim, & Spiritum Sanctum similiter, & hoc lib. ostendèndum erit solam relationem distinguere personas. Sanè si esset Trinitas potentiarum distinctarum, Pater ita esset memoria quòd non esset intellectus, aut voluntas: quæ est hæresis lib. 6. damnanda. At verò maximè est contra rationem Philosophiæ, quòd Pater, & Filius non sint personæ, & hypostases, cum ipsi per se operentur: & alius generet, alius gignatur: essentia enim non gignit, sed persona, vt Ecclesia definiuit. Quare vna hæc hæresis multas inuoluit hæreses, & ab omni ratione alienissima est, stolidaque est, & imperitissima; & in hunc barathrum vergit Caluini doctrina, qui personas definit non

Refellitur 1. Sequeretur qđ Pater ita esset memoria, vt non esset intellectus, aut voluntas.

Refellitur 2.

In hac hæresi multæ inuoluuntur.

Hæresis Caluini.

subsistentes, sed residentes, quasi non in se ipsis constent, sed in essentia sint, apud Gilbertum Genebrardum ad SchegKium, fol. 78. Cui meritò opponit S. Epiphanium lib. contra Noetian. hæresi 57. vbi Filium, & Spiritum Sanctum appellat Erypostaton, id est, in se ipsis subsistentem. *Genebr. S. Epiphan.*

8. Explicatur *S. Iustin.*

Quamobrem explicanda sunt verba illa S. Iustini dialogo cum Tryphone, & si quæ similia inciderint, quòd Deus ex se ipso genuit potentiam quandam relationem: non enim sentit genitam potentiam non esse hypostasim subsistentem, siue suppositum; cum hypostasis, siue suppositum sit, quod gignitur. Imò ibidem istam potentiam ait nominari interdum gloriā, sermonem, Deū, Filium: quare non ponit Filium potentiam essentiæ, sed vocat Filium potentiam, quæ est ipsa essentia; nam & Filius essentia est. Genebrardus, fol. 54. ait in verbis Pauli, *Christus est Dei virtus*, figuratam esse loquutionem, vt illud Maronis. *Genebr.* *Virgil.*

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.

9. Absque figura locutionis Filius dicitur virtus, quia ipse est sua essentia vt lib. 1, c. 43.

Vt dicatur virtus per synedochē, quia in illo est virtus. Sed absque figura loquutionis Filius dicitur virtus; quia ipse est sua essentia, sua virtus, sua potentia, vt lib. 1. docuimus. Et hæc satis sint ad commentarium S. Iustini.

CAPVT XXXIX.

Natura diuina per se ipsam perfectissimè subsistit.

POst tractatum indiuiduationis diuinæ naturæ, & suppositi, de subsistentia vnius, & alterius differamus. Hoc enim ordine disputauimus de rebus creatis. Deindè agendum erit de existentia naturæ diuinæ, & suppositi. Caput hoc de subsistentia diuinæ naturę diuidimus in partes tres, causa maioris claritatis.

Prima pars: *Refutatur opinio Caiet. de subsistentia indiuidui communis.*
Secunda: *Ostenditur Deitatem per se subsistere perfectissimè.*
Tertia: *Examinatur modus loquendi ponens in Deitate subsistentiam absolutam.*

PRIMA

PRIMA PARS.

Refutatur opinio Caietan. de ſubſiſtentia indiuidui communis.

1.

Verbi ſubſiſtere diuiſio.

IN hac quæſtione de ſubſiſtentia diuinæ naturę, quæ eſt implicatiſsima, facit difficultatem omnibus diſputãtibus nominis æquiuocatio. Et primùm quidèm cum ſubſiſtere conueniat ſuppoſito, & naturæ diuerſimodè, ſicut quandoque negamus accidens eſſe ens, quia non eſt ſimpliciter ens; & aliquando idẽ concedimus minùs reſtricto loquendi modo: ita cum dicimus naturam ſubſiſtere, vel intelligendũ eſt abſolutè, quod eſt per ſe ſubſiſtere; vel ſecundum quid, quod eſt in alio ſubſiſtere. Quod autem duntaxàt in alio ſubſiſtit, nõ ſubſiſtit abſolutè & per ſe, ſed in alio; ſicut accidẽs non eſt per ſe ens, ſed in alio; quo pacto natura etiã materialis in ſuppoſito ſubſiſtit. Et quidèm quoad hoc certiſsimum eſt omnem naturam in ſuppoſito ſuo, vel etiam alienò, ſubſiſtere ſiue ſua ſubſiſtentia ſiue aliena, vt 3.p. cap. tractabimus; neque vllus eſt qui dubitet naturam diuinam ſubſiſtere in tribus ſuppoſitis, vt definitum eſt.

Subſiſtere abſolutè, ſeu ꝑſe. Secundũ quid, ſeu in alio.

2.

Deinde ſubſiſtere conuenit maximè ſuppoſito, quacũqne ſignificatione vſurpetur, ſcilicèt quia ſubſiſtit, hoc eſt, non vltrà progreditur, ſed incommunicabile eſt: & ſubſiſtit, hoc eſt, ſub omnibus ſiſtit, & ſupponitur omnibus. Quę duo ſũt propria ſuppoſiti, quia ſuppoſitũ eſt vltimũ eſſẽtiæ, & eſt id in quo omnia ſũt, & quod in nullo eſt. Subſiſtit etiam ſuppoſitum, hoc eſt, conſiſtit, & per ſe ſtat, & nullo nititur. Cum ergo quęritur, an diuina natura per ſe ſubſiſtat? dubia ſignificatio nominis facit vt quidam negent, alij afment: neque enim ſubſiſtit diuina natura quaſi vltimum, cum adhùc ſub natura ſit ſuppoſitum, quod eſt vltimum naturę: neque ſubſiſtit diuina natura, vt quę in nullo ſit, ſed omnia ſint in natura. Nam prædicatione formali ſuppoſitum non eſt in natura diuina, ſed natura in ſuppoſito. At verò alia ſignificatione natura diuina per ſe ſubſiſtit, hoc eſt, conſiſtit & per ſe ſtat, vt capitis parte ſecũda diſputabimus.

1. Significatio vlo. 21. p. 1. & 2.

Secunda, vt ibidem,

Tertia. vt ibid.

In 3. ſignificatione etiã natura diuina per ſe ſubſiſtit.

3

In 1. & 2. eam

Explicata igitur nominis æquiuocatione, ſecundum fidem Catholicam dicendum eſt quòd natura diuina nõ ſubſiſtit. ſi primo & ſecundo modo verbum hoc interpretemur; ſcilicèt vt ſubſiſtat, quaſi non vltrà progrediendum ſit ad ſuppoſita; vel vt ſubſiſtat, quaſi ſub omnibus ſit, & in nullo ſit. Nam vltrà naturam vnam certò credimus in Deitate ſuppoſita tria; & naturam eſſe in ſuppoſitis tribus fide tenemus, & confitemur.

non ſubſiſtere de fide eſt.

4.

Caietani opinio.

Apud eum nominis, Deꝰ, 1. acceptio.

Hoc tamen loco refutanda eſt opinio Thomæ Caiet. de ſubſiſtẽtia naturæ, quę meritò improbatur, ſi perſpicaciùs inquirenda ſit. Docet enim 1.p.q.3.art.3. quòd hoc nomẽ, Deus, tribus modis accipitur, ſcilicèt, pro natura: pro indiuiduo naturæ: pro ſuppoſito naturæ. Pro natura accipitur, quatenùs eſt nomẽ cõmune quaſi nomẽ ſpeciei, vt homo. Pro ſuppoſito accipitur, vt homo pro Petro. Pro indiuiduo naturæ (inquit) accipitur ſingularitèr; ita vt huius acceptionis non ſit aliud exemplum: ſingulare enim eſſe in natura Deitatis vt ipſius naturæ ſit indiuiduum, quod adhùc non ſit ſuppoſitũ; & hoc indiuiduum appellat hunc Deum. Cuius duę conditiones ſint in re ipſa; altera, vt non ſit ſuppoſitum, quod Catholica fide confitendum eſt: altera, vt nihil illi deſit ad ſuppoſitum, niſi incommunicabilitas, quę eſt propria ſuppoſiti; hic autem Deus, eſt quid commune; quia eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. At verò in intellectu noſtro duas alias conditiones tribuit Caietanus iſti indiuiduo; alteram, quòd ſeclusa fide ab omnibus intelligentibus conſideratur vt ſuppoſitum: alteram, quòd etiam apud nos, qui credimus ſuppoſita eſſe tria non vnum, in cõſideratione tamen abſoluta nomen, hic Deus, ſignificat ſuppoſitum; non tamen ſimplicitèr ſignificat ſuppoſitum, quia in relatiua conſideratione, hic Deus, non eſt ſuppoſitum. Et hinc oritur communis querela contra Caietanum, quòd iſtud indiuiduum fecerit ſemiperſonam, hoc eſt, perſonam non ſimplicitèr, ſed in conſideratione abſoluta. Itaque ſecundum Caietanum, hic Deus, in conſideratione abſoluta omnibus modis ſubſiſtit, quibus ſubſiſtit ſuppoſitum, ſiue perſona.

Secunda.

Tertia, pro indiuiduo naturæ ſingularitèr, quod vocat hunc Deũ.

Huiꝰ duæ cõditiones in re ipſa.

Prima.

Secunda.

Duę alię in intellectu noſtro.

Prima.

Secunda.

In hac opinione illud primùm diſplicet, quòd ait hunc Deum eſſe indiuiduũ naturę, & non ſuppoſitum: Nam Thom. Caiet. meditatur quòd hod indiuiduum addat

Indiuiduum iſtud ſemiperſona, hoc eſt, ꝑſona nõ ſimplicitèr ſeu relatiua, ſed abſoluta.

5.

Prior cõditio in re ipſa qđ hic Deus ſit indiuiduũ naturæ, & non ſit ſuppoſitum.

addat ad naturam principia indiuiduantia: quod quidèm est falsum, etiam nostro modo intelligendi: Cum enim Deitas non sit multiplicabilis, vt natura corporea; dum in intellectu accipimus naturam diuinam, nihil illi addimus per hæccitatem, quòd sit hæc natura, siue hit Deus: ergo natura diuina, & hæc natura diuina, etiam nostro modo intelligendi, non differunt rationibus formalibus, vt humanitas & hæc humanitas; sed differunt aliquo extrinseco, scilicèt nota singulari, quæ ostendit hanc naturam dum dicimus, hic Deus. Itaque dũ dico, hęc humanitas, illa nota singularis ostendit mihi naturã singularem, quæ est extra conceptum naturæ communis, & addit differentiam indiuiduam in consideratione logica qua natura communis contrahitur ad indiuiduam, vt principio huius libri disputabamus. Cum verò dico, hæc Deitas, nota illa singularis nullam indiuiduam differentiam mihi indicat; imò neque in Angelis, quia illorum natura specifica non est multiplicabilis: ergo hic Deus, non magis est indiuiduũ naturę, quàm Deus; sed solùm differunt modo significandi, quia hic Deus significat explicitè singulare, & Deus nõ significat id explicitè, vt lib. 5. tractãdũ est.

Impugnatur 1

Hic Deus nihil addit ad Deitatem etiã nostro modo intelligẽdi, nisi extrinsecè notã singularẽ ostendentẽ diuersum modum significãdi,

6.

Deinde indiuiduum naturę videtur aliquid amplius significare, vt non sit ipsa indiuidua natura, sed res naturæ, hoc est, res habens naturam; dicitur autem res naturę ipsum suppositum: quapropter hic Deus non potest dici indiuiduũ naturæ, siue res naturę, cum non sit suppositum. Et confirmatur, quia conueniret naturæ definitio tota personæ, scilicèt quòd sit rationalis naturæ indiuidua substantia: ergo natura diuina non est indiuiduum naturæ, sed est ipsa indiuidua natura. Et idem est hic Deus & natura diuina siue Deitas, solo modo significandi distinguente nomina, quia alterum est concretum, alterum abstractum, vt S. Thom. sæpiùs docet.

Impugn. 2. Indiuiduum naturæ nõ est ipsa una seu indiuidua natura, sed res naturę seu suppositum.

Cõfirmatur impugnatio.

S. Thom.

7.

Aduertendum est autem quòd suppositum dicitur res naturæ, quia est res distincta à natura, quæ habet naturam: quapropter suppositum & natura differunt ratione formali obiecta, & non solo modo significandi. Quare in rebus creatis necessaria est aliqualis distinctio realis inter suppositum & naturam, vt diximus. In Deo verò propter simplicitatem, suppositum & natura differunt suis rationibus formalibus, vt attributa inter se; quæ est concors Theologorum sententia. Cum igitur Thom. Caiet. ponit hunc Deum indiuiduũ naturæ, quærendum est, sitne istud indiuiduum à natura distinctũ ratione formali, necne? Nam si dicatur nulla ratione esse distinctum, sed solo modo significandi; in re ista consentimus, & solo modo loquendi dissidemus; quia neque moris est, neque consentaneum, vocare indiuiduum naturę, nisi ipsum suppositum. Si verò respondeatur illud indiuiduum naturæ distingui ratione formali abipsa natura; hoc perfectò non solùm incredibile est, sed minùs quoque tutum in rebus fidei. Quid enim fingi potest quod addatur naturæ indiuiduæ, nisi proprietas personalis? & ita hic Deus erit persona, quod est contra fidem. Præterea subsistere est modus rei, nihil enim additur supposito dũ subsistere dicitur; sed est modus proprius suppositi: ergo subsistere nihil addit diuinę naturę, vt scilicèt sint res distinctę suis rationibus formalibus natura & subsistẽs; sed sanè est modus intrinsecus ipsius naturæ quòd sit subsistens vt dicemus p. 2. cap. Et idem probatur ratione apertissima, nam si subsistere est quid essentiale, necesse est contineatur in cõcepru formali essẽtię; ergo id quod subsistit nullo modo distnguitur ab ipsa essentia subsistente: non ergo aliud est essentia, & aliud subsistere; aut aliud natura, & aliud indiuiduum naturæ. Explicatur hoc magis ex illis quę docuimus lib. 1. impossibile est enim quòd Deus Deitate sit perfectior, aut Deitas Deo perfectior, vt ibidem monstratum est: Quòd si hic Deus esset indiuiduum naturæ ab ipsa natura distinctũ suis rationibus formalibus; illud essentiale, quod est esse indiuiduum naturę, nõ cõtineretur in conceptu formali naturæ; ergo hic Deus esset quid perfectius quàm Deitas, quod est impossibile. Dicendum ergo est quòd subsistere est dũtaxàt modus entis nihil addens enti; & quòd indiuiduum naturæ, quod Caiet. vocat, nullo modo distinguitur à natura, sicut suppositum à natura distinguitur, sed solo grãmaticę significationis modo, concretè, aut abstractè. Quare hic Deus non rectè dicitur indiuiduum naturæ, aut res naturę. At verò dum ponitur

Nihil in Deo rectè dicitur naturæ indiuiduum aut res, nisi suppositũ.

Si per hęc intelligatur distincta ratio formalis absoluta, cõtrarium minùs tutum in fide.

Impugn. 4. Subsistere est naturæ non multiplicabilis siue suppositi modus indistinctus.

Impugn. 5. In Deo si subsistẽs seu indiuiduũ naturæ est quid essentiale necesse est cõtineatur in conceptu formali Deitatis. Ostenditur ex lib. 1. c. 33. p. 1. n. 3. & cap. 24. p. 3.

Solum est discrimen in modo significandi concretè aut abstractè.

tur

eut hic Deus individuum naturę, periculum obijcitur minùs sapientibus, vt existiment esse suppositum absolutum; & cauenda est hæc loquutio.

8.

Posteriorcõditio in re ipsa, explicatur.

Post hæc, quæ docet Caietanus ita notanda sunt, vt dum ait illi individuo nihil deesse ad suppositum nisi incommunicabilitatem, intelligendum sit quòd deest illi forma incommunicabilis, quæ est relatio; neque enim deest sola negatio ad suppositum, sed proprietas relatiua. Loquitur quippe Caietan. non de nostro modo intelligendi, sed de re ipsa. Quòd si loquendum sit de re ipsa, individuæ naturæ diuinę addenda est relatio vt sit suppositum.

Deitati deest ad suppositũ incõmunicabilitas pro relatione, non pro sola negatione.

9

Prior cõditio in intellectu nostro, explicatur.

Deinde quod ait Deitatem intelligi ratione naturali vt suppositum, sale indiget & interpretatione: Nam si duntaxàt affirmet Deitatem naturali intelligendi modo percipi à nobis per modum suppositi, quia vsi ratione naturali per philosophiã nihil supponimus Deitati, sed illam contemplamur vt vltimũ suppositum: hoc quidèm verum est; neque ea philosophica notio falsa est; quia modus intelligendi non inducit falsitatem, sicut etiã apprehendédi separatim quod separatum non est: Et ita philosophi meditabantur Deum per modum suppositi vnius: etsi Deus vt Deus, non sit suppositum, sed suppositorum trium natura vna. Si verò quis sentiat Deum ratione naturali cognitum esse suppositum, & hoc iudicium de Deo fuisse philosophis naturale: falsissima est sententia, & à fide Catholica aliena; quia ratio nũquam deflectitur à veritate fidei, etsi non attingat illam nisi à Deo edocta, vt lib. 5. commõstrabimus.

Modus intelligendi nõ inducit falsitatem.

Quòd ratio naturalis demonstret esse vnum suppositum, est alienum à fide.

Ratio notãda.

10.

Posterior cõditio in intellectu nostro;

Præter hoc verò illud potissimum in Caietano displicet quod ait nomen, hic Deus, in consideratione absoluta significare suppositum. Quæ quidem verba, nisi mitiùs explicentur, errorem continẽt contra fidem, scilicèt quòd Deitas sit suppositum absolutum: quem tamen errorem Caiet. ibidèm improbat. Quidam vt defendant Caiet. afferunt ex S. Augustin. lib. 7. de Trinit. quòd putauerit essentiam diuinam dici posse personam. Sed tamen S. Augustin. id non asserit. Et prẽter hoc, videbatur illi nomen personæ ęquiuocum; quod etiam essentiæ posset quadrare, vt nomen substantiæ, vel hypostasis: sed apud Theologũ & Philosophum, qui tradit distinctas definitiones suppositi & naturæ, contra fidem est, quòd ponatur in Deo suppositum absolutum, aut persona absoluta. Ea enim est perpetua fides Ecclesię, cõciliorumque, & Patrum vna sententia, quòd sint suppositа tria siue personæ tres, & natura vna. Et inauditum est nomen personæ vnius essentialis, aut suppositi vnius essentialis. Quòd si natura diuina non est persona, aut suppositum essentiale; neque in consideratione absoluta, per nomen, hic Deus, significatur persona aut suppositum; nomen enim & conceptus sunt synonima: sed in consideratione absoluta conceptus naturæ non est conceptus suppositi: ergo neque nomen significat suppositum. Quòd verò non liceat dicere aut credere diuinam naturam esse suppositum, definitum est in sexta synodo, act. 11. vbi dicitur Sabelliana hæresis, siquis velit tres personas in vnam confundere siue colligere subsistentiam, hoc est, in personam vnam. Qui enim ponit vnã personam, ternarium personarum euertit cum Sabellio.

Probatur esse errorẽ in fide.

In auditũ est nomen seu cõceptus vnius essentialis personæ, aut suppositi in Deo.

Est contra Synod. 6.

11.

Aduert.

Aduertendum ergo est quòd à diuina natura possumus separare personas per actum intellectus duobus modis. Primo diuisione; enunciando quòd natura non est in personis, quod est hęreticum. Alio modo sola pręcisione intellectus, dum cogitamus naturam non cogitãdo personas. Primo quidem modo, verum est quòd si natura non esset in suppositis, ipsa esset suppositum. Quòd si intelligamus posteriori modo naturam sine personis in cõsideratione absoluta, scilicèt consideratis solis absolutis, natura non est suppositum: aliàs cum abstrahentiũ non sit mendacium, quia non est falsitas in abstractione intellectus; si natura in illa abstractione esset suppositum, verè & re ipsa esset suppositũ, quod est cõtra fidẽ. Est ergo in illa cõsideratione natura vnum, & in illa non est plura, quia adhùc non consideratur suppositum: sed ex hoc quòd in illa consideratione natura est omninò vna & indiuidua, non sequitur quòd sit suppositum, quia consideratur cum ea vnitate, cui potest aduenire multitudo suppositorũ. Exemplùm est in humanitate Christi antequam assumeretur; considerata enim in illa antecedẽtia erat omninò vna, sed simùl erat cõmunis

Duplex cõsideratio naturæ sine pſonis.

Prima est hęricorum.

Secunda.

In posteriori, natura nõ est suppositum.

Probatur.

Naturæ vt sic potest aduenire multitudo suppositorũ.

Si humanitas Christi antequã assumeretur erat vna & cõmunis re ipsa.

munis re ipsa, cum posset esse in supposito proprio & alieno; quia scilicèt antecedebat in tali vnitate, cui vnum & alterum suppositum poterat supponi.

12. *Caietan.* explicatur.

Quare explicandus est Thom. Caiet. quòd sicut ante fidem Trinitatis homines intelligentes hunc Deum, intelligebant individuum per modum suppositi, & verè quidèm quia intelligebant consideratione absoluta; si tamen intelligerent in illa consideratione absoluta hūc Deum esse suppositum, falsò intelligerent: ita & post fidem Trinitatis receptam, dum intelligimus hunc Deum consideratione absoluta, intelligimus per modum suppositi: modus enim intelligendi non respondet modo existendi, sicut intelligimus concretè quod est abstractū, & abstractè quod est cōcretū. Et ita hūc Deū, qui neque in consideratione absoluta est suppositum, intelligimus per modum suppositi; suppositum enim est cui omnia cōueniunt, de quo formalitèr prædicātur, quod subsistit. Et quoad hæc omnia intelligimus naturam diuinam vt suppositum solo modo intelgendi, qui idem est Philosophis & nobis. Sed & natura Angelica intelligitur aliquo modo vt subsistens, & quoad hoc vt suppositum solo intelligendi modo, non cōsiderata adhùc hypostatica proprietate, qua constituitur suppositum: sed non verè intelligimus esse suppositum etiam in consideratione absoluta.

Hic Deus verè intelligitur p modum suppositi.

Non verò esse suppositum

Mod⁹ intelligendi nō respondet modo existendi.

Ostenditur.

Similiter intelligitur natura anglica.

13. Periculosū est in fide, si hic Deus dicatur persona, aut semipersona, siue incompleta persona.

Quòd verò hic Deus dicatur semipersona, omninò cauendum est: Nam id quod habet personę vt dicatur semipersona, vel est ita proprium personę, vt nō possit alteri cōpetere; vel est tale quid quod possit naturæ conuenire. Si hoc secundum datur, nō meritò dicitur semipersona: nam quæuis natura dicenda erit semipersona, quia est pars personæ, siue dimidium personæ, imò plusquam dimidium. Si verò creditur hic Deus semipersona, quia habet id quòd omninò est proprium personæ, incompletum tamen, & quasi medium: duo errata sunt, & quod constituant hunc Deum personam; & quòd constituant personam incompletā: omnes enim res diuinę perfectissimę sunt, & maximè completæ. Præterea non semipersona dicēda erit, sed perfectissima persona; nam quòd sit persona in consideratione absoluta, non diminuit rationem personæ; absoluta enim sunt potiora relatiuis: quare fingendum esset suppositum absolutum in suppositis relatiuis. Quamobrem hęc sententia vt periculosa in fide iure optimo exploditur, si diuina natura dicatur aut absoluta persona, aut semipersona, siue incompleta persona.

Quæuis natura est dimidiū, imò plusquā dimidium personæ.

Nō diminuit rationem personæ quòd sit absoluta.

PARS SECVNDA.

Ostenditur Deitatem per se perfectissimè subsistere.

Xe

HIs ergo refutatis supereſt explicādum, quo pacto Deitas per se ipsā perfectissime subsistat? nihil enim refert ad quęstionem, siue dicas Deitatem, siue Deum, siue hunc Deum; quia quæstio est de re ipsa, an Deitas subsistat? Verum est enim quòd nomine concreto, Deus, significatur vt subsistens, & nomine abstracto vt forma subsistens. Sed quia de re ipsa disputamus, in qua nulla est distinctio Deitatis & Dei; vel etiam secūdum rationes formales, vt probatū est; nihil refert siue Deum, siue Deitatem dicas subsistentem.

Deitas à Deo siue ab hoc Deo nō distinguitur etiā secūdum rationes formales.

2. Deitas & suppositū maximè.

Vt autem res studiosiùs & dilucidiùs agatur, separanda est cogitatione natura à supposito: hæc enim sunt res distinctæ suis rationibus formalibus; & ordine ipso rationis natura diuina cum omnibus attributis antecedit suppositā; Nam essentialia, & absoluta, & communia, sunt priora personalibus, & relatiuis, & proprijs, vt in Theologia docemur. Inuestigandum igitur est, an natura diuina in illa prioritate rationis antequam intelligatur in suppositis, sit per se ipsam perfectè subsistēs? Et quia subsistere duobus modis conuenit soli supposito, vt dictum est, scilicèt vt vltrà nō progrediatur, & vt omnibus supponatur; quia probatum est naturam nullo modo esse suppositum absolutum, aut semipersonam, colligitur vt diuina natura nō subsistat illis duobus modis, qui sunt proprij supposito. Et hoc est quod asseruit S. Athanasius in Dialogo de Trinit. contra Anomæos, quòd diuina essētia non nisi vt in individuis spectatur, hoc est, in hypostasibus, subsistit. Et in eadem significatione dixit S. Thom. 3. p. quòd si natura diuina nō haberet personas, posset fieri homo, quia subsisteret, scilicèt vt persona: vtrobique enim significa-

Quæstio.

1. Conclusio. Deitas non subsistit in 1. & 2. significatione supra, p. 1.

Probatur.

S. Athan.

S. Thom.

significatur naturam diuinam non subsistere nisi in suppositis, hoc est, non esse vltimũ, quod vltrà nõ progreditur, quod omnibus supponitur, quod est suppositum. Aliàs si Deitas subsisteret vt persona, posset fieri homo, quod est propriũ personæ.

3. De subsistente in 3. significatione.

Alia est nominis interpretatio, qua illud dicitur subsistere, quod per se stat & cohæret, quod nullo nititur. Et obseruandum est quòd id quod hoc modo subsistit, est id quod est, & quod operatur: natura enim humana sicut non stat per se, sed in supposito, ita nõ operatur neque est id quod est: suppositum autẽ humanum est id quod est, & quod operatur. Dicendum ergo est quòd hic modus subsistendi, non est proprius suppositi, nisi dunta xàt in natura corporea. illa etenim natura non stat per se, sed in supposito, quasi nixa supposito. Et hoc ostenditur, quia non est id quod est, & quod operatur; sed suppositum est id quod est, & quod operatur. At verò in natura spirituali, qualis est Angelica, forma ipsa subsistit, & est id quod est, & quod operatur, vt sæpiùs docet S. Th. Et anima separata à corpore subsistit per se, & est id quod est, intelligit enim & operatur; imperfectè tamen subsistit, quia est pars totius, quamuis actu sit extra totum. Quare mirum est quòd vllus Theologorum neget Deitatem per se subsistere, cum formæ separatæ subsistant.

Non est propriũ suppositi, nisi dunta xàt in natura corporea.

Natura Angelica sic subsistit.

S. Thom. Etiam anima separata, licèt imperfecte, vt pars.

4. 2. Conclusio. Sic Deitas p se ipsam maximè subsistit. Declaratur.

Imò colligẽdum est ex ijs quę docuimus de subsistentia formarum separatarum, diuinam essentiã maximè ac præcipuè subsistere per se ipsã, vel ex eò quòd est omninò separata à materia; Cum enim non solũ sit separata à materia corporea, sed etiã ab omni potentia passiua, ipsa est quę maximè subsistit, quia est ipsum esse subsistens: natura verò angelica non ita perfectè subsistit, quia nõ est suum esse. Sit ergo primum argumentũ ad probandum quòd Deitas per ipsam subsistat: Quoniam forma separata à materia subsistit per se; ergo Deitas quę est actus purus nõ solùm à materia, sed ab omni potentia passiua seiuncta, maximè & perfectissimè per se subsistit. Sed quoniam antecedens assumptum quòd formæ separatæ subsistãt se ipsis, in opinione versatur, probatur manifestiùs quòd diuina natura per se subsistat: Natura enim diuina nõ pẽdet à suppositо, aliàs haberet causã; sed subsistere, quod est per se stare, est à nullo prorsùs pendere: ergo natura diuina per se ipsam subsistit; quæ est euidens demonstratio.

Probatur 1. medio maximè probabili.

Probatur 2: euidẽte demõstratione.

Deinde id quod non subsistit per se, sed solùm in suppositо subsistit, non est per se ens; quia nõ est id quod est, sed dũtaxàt est forma entis qua suppositum est ens: sed natura diuina nõ solùm est per se ens, sed est ipsum esse; ergo nõ est solùm forma suppositi qua illud subsistat, sed ipsa natura maximè subsistit. Idcirco enim natura creata non existit antequàm subsistat in suppositо, quia nisi subsistat non existit, vt docuimus: sed natura diuina per se ipsam essentialiter existit; ergo per se subsistit. Explicatur argumentum; existere enim cõuenit subsistenti absolutè; id enim quod non subsistit non est id quod est: quare non absolutè existit, sed secundum quid, scilicèt existit in alio. Id autem quod essentialitèr existit, simplicitèr & absolutè, imò & maximè existit: ergo diuina essẽtia per se existit absolutè, ac simplicitèr; ergo per se subsistit; aliàs non simplicitèr existeret. Adhùc probatur idẽ, quoniã id quod est infinitũ, est omnibus modis tale; verbi gratia, infinita sapientia est ipse actus sapientię, & ipsa facultas, & ipsum obiectum; & sic se habẽt cætera attributa, quia infinita sunt: sed diuina essentia est ipsum esse; ergo est esse omnibus modis; ergo non solùm est forma qua suppositum existit, sed ipsa est id quod existit, & actus existendi. Adhùc probatur idem, quia quod non subsistit non operatur; humanitas enim non legit, aut scribit: Deitas autem per se ipsam operatur, & creat, & gubernat; ergo per se ipsam subsistit. Denique imperfectio quędã est propria ẽtis finiti, quòd sit dũtaxàt forma, qua aliud est tale; v. gratia, quòd albedo sit forma, qua corpus album est, ipsa verò alba non sit, imperfectio quædam est albedinis; hæc enim quæ sic se habent, definita sunt, & imperfecta: Deus autem ita est sapiens, quòd est sapiẽtia, & ita est sapientia, quòd est sapiens; aliàs vel Deitas, vel Deus esset quid imperfectum: ergo remotis relationibus personalibus per intellectum, cum adhùc Deus intelligatur ita perfectus vt Deus sit Deitas, & Deitas sit Deꝰ, absque vllo dubio Deus siue Deitas per ipsam

Probatur 3; Id quod nõ subsistit per se, non est per se ẽs, seu existẽ sed secundum quid, scil. in alio.

Probatur 4. Id quod est infinitum est omnibus modis tale, vt sapiẽtia in Deo.

Probatur 5. Deitas per se ipsã operatur.

Probatur 6. Imperfectio est propria entis finiti, v. c. albedinis, qũ sit dũtaxàt forma subiecti albi, ipsa verò alba non sit.

ipsam essentiã subsistit: subsistere enim A dicitur id quod habet essentiam, & per se existit, & operatur. Et confirmatur, quoniam subsistere significat perfectissimum modũ entis; sed id quod est perfectissimum continetur ipso conceptu diuinæ essentiæ; ergo diuina essentia per se ipsam subsistit.

Confirm.

5. Hæ rationes ita sunt perspicuæ vt ipsa res non possit versari in dubio. Quia tamen nonnulli Theologi negarũt Deitatem per se subsistere, in sensu aliquatenùs diuerso loquuti sunt. Et quidam negant subsistere Deitatem vt vltimum naturæ; quod quidem verissimum est, quia hoc subsistere est suppositi. Alij verò aiunt Deitatem quidẽ subsistere, sed habere subsistentiam à personis; neque enim esse vllam subsistentiã absolutam. Arbitrãtur autem illud subsistere, quod in nullo est: cum ergo natura diuina sit in suppositis, ante suppositа non subsistit: fatentur autem ipsum subsistere perfectionem quandam esse; sed eam conuenire naturæ diuinæ per suppositum. Primùm autem, quod aiunt illud solum subsistere quod in nullo est, C falsum esse commonstrauimus disputãdo de creata subsistentia: hoc enim subsistendi genus proprium est suppositi; sed quod per se existit & operatur subsistens est, etiamsi nõ sit suppositum, sed natura. Quòd verò diuina essentia subsistat per subsistentiam personarum, facilè refellitur ex iam dictis: tum quia subsistentia nõ est aliqua res addita, sed est modus ipse rei; quare si natura subsistit, in eodem sensu est subsistentia absoluta, scilicèt modus realis ipsius naturæ; nisi æquiuocè accipiamus subsistentiã D pro aliqua proprietate addita: tum etiã quia cum probatum sit, hoc pertinere ad perfectionem, & ad existentiam infinitam Deitatis vt subsistat, nullo modo potest hoc habere à personis; alias Deitas considerata absque personis esset quid imperfectum. Deinde cum persona solùm addat relationem, etiam addita relatione Deitas esset imperfecta. Nam relatio non perficit essentiam secundum absoluta & essentialia, quę sunt communia: ergo natura diuina communis tribus personis, esset quid imperfectum. Prętereà si natura diuina se ipsa non esset infinitè perfecta, melior esset persona quàm natura; ergo persona non esset Deus propter naturã diuinã: Deus enim est quid infinitè perfectum; sed natura per se non esset infinitè perfecta; ergo persona nõ esset Deus per naturam, sed per personam: quapropter personæ tres, essẽt tres Dij: & aliæ similes demõstrationes in re euidenti possunt facilè occurrere.

Aliqui Theologi intelligẽdi iuxta primã conclusionẽ.

Sententia *Vasq. ad 1.p d.125.cap.3*

Contra illam 1. dictum. Patet ex c.21. p.1.& 2.

2. Dictum. Deitas non subsistit per subsistentiam personarum. Probatur 1.

Probatur 2.

Aliàs Deitas existeret imperfectè, ante, imò & post additam relationem.

Probatur 3.

Persona esse Deus per solã personam.

6. Quorundam responsio.

Alij respondent hanc perfectionem simpliciter deesse diuinę naturæ, vt alteram habeat excellentiorem, quæ est communicabilitas essentiæ. Sed ista responsio peccat in multis; tum quoniam nulla perfectio simpliciter impedit aliã, quia nõ esset simpliciter perfectio, vt diximus lib.1.& 3. Tùm quia falsum est repugnare subsistentiam naturę cum multitudine suppositorum: quod potest exemplo ostendi; nam in homine est suppositũ vnũ, & natura nõ subsistit per se; in Angelo est suppositũ vnũ, & natura subsistit per se: sicut ergo vnitas suppositi per accidẽs est adhoc vt natura subsistat vel nõ subsistat; ita & numer' suppositorũ per accidẽs est ad rei subsistẽtiã: Tũ denique; si semel concedant in natura diuina deesse hanc perfectionẽ, vt habeat aliam maiorẽ; cõfitẽdũ est necesse fuisse, vt natura diuina non sit omnibus modis perfecta, quod impiũ est, & absurdissimum.

Refellitur 1. Nulla perfectio simpliciter impedit aliam, lib.1.c. 29.p.1.n.13.li. 3.c.32.p.n.5.& 27.

Refellitur 2. Suppositum vnum naturę subsistentiam nec exigit, nec reijcit.

Sic suppositа plura.

Refellitur 3.

7. Aliorũ respõs. duo cõtinẽs.

Alij sunt qui respondeant naturam habere hanc perfectionem subsistendi à persona; non tamen habere illam extra se, cum natura sit ipsa persona: & addunt, perfectionem hanc esse essentialẽ, quia nomen, perfectio, essentiale est. Sed futilis est vtraque responsio. Prima, quia natura prioritate rationis antecedit personas; quare necesse est vt præintelligatur imperfecta & cũ maximo defectu, si illa non est id quod est, & quod operatur, sed solum suppositum est & operatur. Quòd si Deitas per se operatur & existit, ipsum est subsistere. Deinde quãuis natura diuina & suppositum sit idem, tamen suppositum habet omnia à natura; quia omne bonum diuinũ commune est tribus personis: ergo impossibile est quòd natura habeat aliquã perfectionem à suppositо, sine qua imperfecta sit; erit enim id quod commune est, imperfectum: quare non erit cõmunicabile infinitum, sed essentia imperfecta & finita; infinitum autem erit suppositum (quod est incommunicabile) si illud solùm subsistit. Quod verò

Quoad primũ Refellitur 1.

Refellitur 2. In Deo suppositũ habet omne bonũ à natura

aiunt

Quoad secũdũ Refellitur, ex lib.3. c 31. p.3. à num.10.

aiunt eam perfectionem quam à supposito habet natura, esse absolutam, quoniam perfectio nomen est absolutum, non est intelligibile, vt docuimus lib.3. Cum enim persona nihil addat naturæ nisi relationem, nihil potest natura habere à supposito quod non sit relatiuũ. Nomen autem perfectio in Deo est absolutum ideo, quia ratio perfectionis est existentia absoluta vt ibidem declarauimus: quòd si relatio adderet perfectionem, illa perfectio addita esset relatiua. Igitur absque vlla repugnantia dicendum est, quòd Deitas per se operetur, per se existat, per se subsistat. Et cõtraria opinio non solùm probabilis non est, sed omninò à Catholica veritate abhorret; nisi in æquiuoco versemur, vt subsistere significet vltimò sistere, & incõmunicabilitèr supponi, quæ sunt propria suppositi.

Naturæ nihil additur à persona nisi relatio, quæ nõ est perfectio saltẽ absoluta.

Sententia negans Deitatem per se subsistere in 3. significatione supra, à fide abhorret.

8.

Vltima probatio efficacissima. *S. Thom.*

Vltimum argumentum, quod maximè aduersarios conuincit, accipimus à S. Thom. de potent. q.2.art.1. vbi docet, essentiã diuinam ex se ipsa subsistere, relationes verò diuinas hoc habere ab essentia vt etiã subsistant. Cõficio sic argumentum: Relationes diuinę subsistunt, quia essentia subsistit; ergo essentia maximè subsistit. Consequentia est euidens: antecedens probatur: Relationes diuinæ sunt ipsa relata; nam in rebus creatis omne subiectum relationis est absoluta substãtia; at in Deo id quod refertur non est substantia aut hypostasis absoluta, sed est ipsa relatio. Quòd autem ipsa relatio referatur, prouenit ex infinitate entis, sicut quòd sapientia sit sapiens, & quòd esse diuinum subsistat; sed infinitas relationis diuinę est ab essentia: ergo quòd relatio diuina subsistat ab essentia est; quod S. Thom. argutè ac sapientissimè dixit; ergo cum relatio subsistat propter essentiam, ipsa essentia maximè subsistit.

Relationes diuinæ sunt ipsa relata, & subsistunt propter infinitatẽ entis relatiui.

Hæc infinitas est ab essentia.

Confirmatio.

9.

S. Dionys. HÆc eadem est sententia Patrum. S. Dionysius de diuinis nominibus cap. 1. ait bonitatis subsistentiam ipso esse suo, esse omnium subsistentium causam: & paulò post indicat diuinam bonitatem ipso suo esse subsistere. Et S. Gregor. Nyssen. in enarratione vitæ Moysis affirmat prẽter diuinam essentiam nihil verè subsistere, quia per se & per naturam suam nihil aliud subsistit. At verò Sanctus Hilar. 7. de Trinitat. hæc & clariùs & doctiùs edocet: dum enim disputat de ea vnitate naturę qua Pater est in Filio, & in Patre est Filius, ait hoc esse singulare quòd subsistentiæ naturæ habeant perfectam vnitatem, & quòd natura in vtroque ita insit vt & ipsa subsistat. Quibus verbis significat & quòd personæ à natura habeant subsistentiam, dum ait eas habere perfectã vnitatẽ subsistentię naturæ, & quòd natura ita subsistat vt sit etiam in subsistẽtibus. Et aliàs sæpius docet in Deo omnia subsistere. Natiuitatem ipsam vocat subsistentem, propterea quòd est subsistentis naturæ. Sanctus etiam Hieronimus Epistol. 52. ad Damasum. *Vna est* (inquit) *Dei & sola natura, quæ verè est: id enim quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est.* Et infra. *In tribus personis Deitas vna subsistit.* At verò Sanctus Augustin. non solùm ait Deitatem subsistere, sed ferè significat hoc esse Deitatis propriũ, non personarum; quia subsistere est ad esse, non ad aliud. Lege illum 7. de Trinit. cap. 4. & 5. vbi etiam ait quòd substantia dicitur à subsistendo. Quę sententia licèt explicanda sit vt & personę dicantur subsistere; nihilominùs dubium non est, quin S. August. existimauerit essentiam maximè subsistere. Et probatur eius argumento, quia aliàs non ad se esset, nisi ad se subsisteret. Et quamuis dicantur Patres vsurpasse verbum subsistere pro existere per se; idem argumentum constat: existere enim per se, actus est subsistentis; ergo cum natura diuina per se existat, per se quoque subsistit. Verum est Sanctum Ioannem Damascenum lib. 3. fidei Orthod. cap. 6. opinari naturam diuinam nõ subsistere per se sed in personis, & personas quæ habent naturam communem & proprietatem in se ipsis subsistere: fortè accipit verbum subsistendi vt est id vltimũ quod per se cohæret, quod est propriũ hypostasis, vt diximus.

S. Hilar. doctissimè.

S. Hieron.

S. August.

Responsio.

Replica. Existere per se, actus est subsistẽtis per se

S. Damasc.

Explicatur.

10.

S. Thom. Item attestatur S. Thom. frequentèr & præcipuè de potentia quæst. 2. artic. 1. iam commemorato, & quæst. 9. art. 5. ad 13. & ad 15. vbi docet diuinam essentiam esse secundum se subsistentem. Et in 1. d. 26. quæst. 2. art. 1. & aliàs sæpius.

Et 1.p. q. 3. docet diuinum esse subsistere, & idcirco esse infinitum: quare & sapiẽtia, quia infinita est, subsistit. Quod expressis verbis docet eadem 1.p.quęst. 30.art.1.ad 2. dicens attributa subsistere, non tamen esse personas, quia non sunt res distinctæ. Imò naturam Angelicam affirmat per se subsistere, quia est sine materia. Lege Ioannem Capreolum 1. sententiarum d. 16. quæst. 2. vbi satis ostendit hanc fuisse S. Doctoris sententiam, eaque est communis omnium ferè Scholasticorum. Quidam enim arbitrati sunt solam essentiam diuinam subsistere, quod tenuit Durand. in 1.d. 26. quæst.1. & in 3. dist.1. quæst.2. Et Hẽricus Gandauen. quodlib.3. Ægid. dist.23. quæst. 2. art.3. Argent. dist. 26. quæst. 1. Albert. prima. part. summæ tract.10.quæst.43.& Paludan.3. sentẽt. distinct. 1. quæst. 2. Alij communiùs, id quod verum est, confitentur, scilicèt & personas subsistere, & naturam etiam subsistere. Quod etiam tenet Ioannes Scotus in 1. dist.3. q.2. & d.26. quæst. vnica; & in 3.d.2. q.7.& quodlib.4.art. 2. Pauci verò sunt qui negent diuinam essentiam subsistere. Nam & qui negant subsistentiam absolutam, non tamen omnes ijdem negant essentiam subsistere: sed nomen subsistentiæ cauent, quia significat hypostasim.

Probat naturã tiam angelicam per se subsistere. *Capreol.*

Solam Deitatem subsistere tenuere. *Durand. Henr. Gãd. Ægid. Argent. Albert. Palud.*

Plerique Deitatem & ꝑsonas

Scotus.

Deitatem subsistere nõ negãt omnes qui negant subsistentiam absolutam.

PARS TERTIA.

Examinatur modus loquendi ponens in Deitate subsistentiam absolutam.

VIdẽdum iam est, vtrùm sit in Deitate absoluta subsistentia? Negant Albert. Magn. in 1.dist.23.art.1. ad 2. Alexand. Alens. 1.p. quæst. 49. memb. 2. Ioan.Scot. in 3. dist.1.q. 5.& quodlibet.4. artic.2. licèt ipse Scotus in d.1. q.2. art.2. & dist.5. quæst.2. art.3. & d. 3.quæst.2. & d.26.q.vnica, alitèr videatur sentire. Et quidèm de re ipsa ex ijs quæ probata iam sunt, liquet quid dicẽdum sit. Nam si subsistẽtia significet aliquam proprietatem naturæ additam (quod videtur finxisse Thomas Caiet. nisi alitèr explicetur) hoc iam est improbatum, neque est opinabile, & periculosum est: quid enim prohibet naturam cum proprietate dicere suppositũ?

1. Negant eam *Alb.Magn. Alens. Scot.*

Idem alibi alitèr.

1. Conclusio. De re ipsa iudicandum, vt supra.

De subsistẽtia imprimis pro individuo improbatur in *Caietano.*

A Quòd si subsistentia significet modum ipsum subsistendi, cum is modus non distinguatur à re nisi solo conceptu, non est dubium esse in Deitate subsistentiam suam absolutam non relatiuam, hoc est, ipsam essentiam absolutam modo suo, sibique intimo subsistere. Quòd si nomen hoc abstractum pro cõcreto accipiatur, vt sæpe accipitur, certissimum quoque est esse in Deo absolutam & essentialem subsistentiam, hoc est, absolutum & essentiale subsistens, quod est ipsa Deitas siue Deus. Si denique subsistentia pro hypostasi vsurpetur, quę significatio communis est in Concilijs, essentia non potest vllo modo dici subsistentia, sicut neque hypostasis, siue suppositum, vt docuimus.

2. pro modo subsistendi.

B Vt igitur quęstionem absoluamus non de re ipsa, sed de vsu nominis differẽtes, arbitramur licere cuique Theologorum ponere subsistentiam essentialem, sicut ponimus essentiam subsistere; dummodò tamen subsistentiæ nomen idem significet quod subsistere, scilicèt perfectum illum modum entis iam explicatum. Hoc probatur auctoritate nonnulla Patrum locis recitatis, qui videntur meminisse huius nominis subsistentiæ in diuina natura. Confirmatur, quoniam subsistentia accipitur quoque pro existentia, quę haud dubiè est essentialis in Deo. Denique probatur potissimùmm verbis, quæ leguntur in Epistola Agathonis Papę, quæ habetur in sexta Synodo actione 4. vbi vocat trium subsistentiarum siue personarum vnam subsistẽtiam. Ita enim legit Carranza in summa conciliorum Synod.6. sessione 4. ad finem, & est communis lectio in codicibus antiquis: licèt in nouis editionibus, quæ est Surij altera, & altera ad Sixtũ 5. non vnã subsistentiã, sed vnam substantiam legamus. Et quidèm trium subsistentiarum vnam subsistentiam dicere, non aptum esse videtur; neque enim Deus est trium subsistentium vnum subsistens essentiale: quare videtur non sine causa emendata versio apud Recentiores. Quidam verò durè commentantur, quòd sit trium subsistentiarum, hoc est, subsistentium, vna subsistentia, hoc est, vna ratio subsistendi absoluta. Ad libitum enim est & non secundum rationem, in eodẽ enunciato nomen idẽ vsurpare in

4. pro hypostasi.

2.

2. Conclusio. Vsurpatio subsistentiæ essentialis, ꝑ modo subsistendi licita est.

Probatur 1.

Confirmatur.

Probatur 2. potiss imùm.

Epist. Agathonis, in Synod. 6. 1. lectio. *Carranzi.* Codices antiqui. 2. melior *Sur.* versio ad *Sixt. V.*

Aliqui explicant subsistẽtiarum, id est, subsistentium

Refelluntur.

in abstracto, & in concreto; & vnam subsistentiam interpretari vnam rationem subsistendi absolutam. Verum est, quòd in nonnullis codicibus legitur trium personarum vna subsistentia; quæ lectio nihil habet absurdi. Sed quidquid sit de versionibus; sanè ij, qui subsistentiam essentialem ponunt, nonnihil ex hoc loco habent sibi patrocinij, iuxta antiquam versionem. Sed & in Concilio Constantin. 6. actione 11. dicitur subsistentiam enunciari essentialitèr, & personalitèr: si essẽtialiter accipiatur, esse vnam subsistentiam; si personalitèr, esse tres subsistentias. Et ita videtur dirimi omnis quæstio.

3. lectio non absurda.

Probatur 3. *Conc. Const.*

3.

Rusticus.

Rusticus etiam diaconus libr. contra Acephal. ait subsistentiam non esse nomen vnum, hoc est, vniuocum; sed aliquando significare Patrem, aliquando essentiam; & ibidèm commemorat, in epistola S.Cyrilli 3. ad Nestorium, & in Synod.Chalcedonensi subsistentiam dici, & pro natura, & pro persona. Et id colligitur ex Mario Victor. lib. 2. contra Arium. Et videtur idem sentire S. Ioan.Damasc.lib.1.de Triade, *Dicimus* (inquit) *vnumquemque trium absolutã habere subsistentiam.* Cum ergo subsistentiæ personarum propriæ, non sint absolutæ, sed relatiuæ, consequens est, vt vnam subsistentiam absolutam naturæ diuinæ intellexerit in personis tribus. At verò S.Thom.in 1.d.26.q.1. ar. 1.ad 4. non solùm subsistentiam absolutam diuinæ naturæ agnoscit, sed ait subsistentiam magis propriè accommodari essentiæ, quàm personæ: quod tamen 1. p. retractauit planissimè subsistentiam personis attribuens. Eandem subsistentiam absolutam diuinæ naturæ commemorat Doctor Sanctus d. 21. q. 2.art.1. Eandem ponunt Durand. in 1. d.13.q.2. & in 3. d. 1.q.2. & d.26. q.1. & Richard.dist.eadem, q.2.ad 1. & dist. 23.art.2. q.2. Ægidius eadem dist. 23. q.2.& 4. Herueus quodlib.10.q.4; ar.3. Ioan.Capreol. d. 23. q.vnica ad primũ contra secundam conclusionem, & dist. 26.q.1.ar.3. Thom.Caiet.3.p.q.2.ar.2. & q.3.artic.3. & q.39. ar.4. & Francisc. Ferrar.4.contra gent.cap.26. & Viguerius de Catholicis institutionibus, cap. 20. Nihil ergo formidanda est tot Doctoribus stipata sententia, vt dicamus absolutam subsistentiam diuinæ naturæ

S.Tho.in 1. nimiũ fauens.

Eiusdem retractatio.

Idem.

Durand.

Richard.

Ægid.

Heru.

Capreol.

Caiet.

Ferrar.

Viguer.

Nihilominùs dicendũ est, melius esse consultum, vt non dicamus essentialem, & absolutam subsistentiam; ne videamur hypostasim dicere. Hunc autẽ modum loquendi ideò approbamus, quia Concilia sæpiùs definiunt esse tres subsistentias; igitur vt caueatur apud nos æquiuocum in rebus fidei, separandum est hoc nomen ab alijs significationibus vt sit nomen personale, siue significet proprietatem suppositi, siue ipsum suppositum. Et confirmamus hoc auctoritate Concilij ipsius, dum ait, Sabellianũ errorem esse confundere tres personas in vnam subsistentiam. Quamuis igitur liceat vsurpare subsistentiam, non pro hypostasi, sed pro aliquo modo entis, vel existentia, de quo Concil. nihil definit: satius tamen erit absolutè negare subsistentiam vnam, & confiteri subsistentias tres. At verò S.Thom. etsi in 1. sententiarum multas significationes tradiderit huius nominis; tamẽ in sua summa semper vocat subsistentiam hypostasim, & nullam huic nomini significationem aliam tribuit, vt consonaret scilicèt cum verbis Conciliorum. Præterea Surius in noua versione Conciliorũ in epistola Agathonis recitata, non legit vnam subsistentiam, sed vnam substantiam: qui videtur rectè correxisse literam; & ita vertit Iouerius, quem Surius sequitur. Ex Latinis verò S.Hieronymus epist. 17. de explanatione Symboli ad Damasum, hypostasim pro subsistentia declarat. Et S. Gregorius, vt refertur lib.1.Registri, epistol.41. subsistentias pro personis vsurpat. Et Richard.de S.Victore lib.4.de Trinit.cap. 11.& lib.4. cap.16.17. & sequentibus. Boetius verò cum Græcis subsistentiam non vsiam, hoc est, naturam; sed vsiosim, hoc est, suppositum, interpretatur.

4. 3.concl. Satius est abstinere à nomine absolutę subsistentiæ.

1.ratio,propter concilia.

Confirmatur *Synod. 6.*

S. Thom.

Surius in noua versione.

Iouerius.

Ex Latinis *S.Hieron.*

S. Gregor.

Richard.

Cum Græcis *Boetius.*

Hoc verò vel ideò maximè vtile erit, vt auferatur locus minùs sapientibus dubitandi, & multa inquirendi circa absolutam subsistentiam; cum ea nihil sit nisi modus ipse perfectus entis. Quamobrem neque appellandum est vnum subsistens essentiale, sed vna essentia subsistens: nam nomen subsistens absolutè significat suppositum, sicut & subsistentia. Adiectiuum verò est participium, & significat rem subsistere. Si nomen nouandum esset, diceremus rectè

5. 2. ratio ab vtilitate.

Non est dicendum vnũ subsistens essentiale, sed vna essẽtia subsistens.

Nomine nouo dici posset absoluta consistentia.

absolutam consistentiam; quia natura diuina in eo sensu subsistit, quia consistit; & ita cautum esset à nomine æquinoco. Et ita vsurpauit Sanctus Cyrillus consistere pro subsistere libr. 1. Thesauri cap. 9. Sed hęc satis sint de nominis significatione.

CAPVT XL.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Argum.

IN oppositum occurrunt hæc argumẽta. Persona diuina est id quod est, & id quod operatur; & Deitas est illi ratio existendi, & operandi: ergo non Deitas sed persona subsistit; & hoc est quod asserimus ex doctrina Arist. actiones esse suppositorum. Et confirmatur, quoniam esse id quod est, & esse in aliquo, sũt modi oppositi entis; sed natura diuina est in supposito: ergo ipsa nõ est id quod est.

Aristot. Confirm.

2. 2. Argum.

Secũdò: Si natura diuina esset in vno solo supposito, distinguenda hæc essent vt suppositum esset id quod operatur, & subsisteret; natura verò solùm esset ratio operandi; sed eodem modo cõparatur natura diuina cum singulis suppositis, ac si esset in vno solo; ergo non natura, sed suppositum subsistit.

3. 3. Argum.

Tertiò: Id quod est, & quod subsistit non potest communicari, sed Deitas est communicabilis secundũ fidem Catholicam; ergo non est id quod est, & quod subsistit. Probatur maior propositio, nam hæc est falsa, Pater communicat Filio Deum, & hæc est vera, communicat Deitatem: quod ideo accidit, quia Deus significat naturam per modũ subsistẽtis, & Deitas significat naturam per modum formæ; ergo Deitas vt subsistẽs non est communicabilis: ergo Deitas vt Deitas est, non subsistit; aliàs non communicaretur. Explicatur hoc, nam Pater non communicat Filio id quod est, scilicet subsistens, siue suppositum; sed cõmunicat id quo est, scilicèt naturam: ergo natura per se non subsistit. Et confirmatur sententiâ Sancti Thomæ de Potentia quæst. 9. artic. 3. ad 5. vbi ait quòd ex hoc, quòd aliquid est subsistẽs, de pluribus prędicari non potest.

Confirm. *S. Thom.*

4. Ad 4. arg.

Quartò: Hoc discrimen ponũt Theologi inter subsistentiam & existentiam, quòd existẽtia est actus essentiæ, & subsistentia est actus suppositi: sed subsistere est actus subsistentiæ, vt S. Thom. docet in 1. dist. 23. quæst. 1. art. 1. ergo tam subsistentia, quam subsistere in solo supposito inuenitur.

Idem.

5. Vltimum.

Vltimò probatur quòd hic Deus sit individuũ naturę, & suppositũ in consideratione absoluta: Nam in illa consideratione est subsistens, & est incommunicabile; quia remotis relatiuis non est communicatio in Deo: ergo est suppositum.

Aduertenda.

6. 1. Difficultas

PRo refutandis argumẽtis operæpretium erit expendere, quomodò natura subsistens se habeat ad suppositum ita vt sit in subsistente, & ipsa subsistat? Et quidèm in natura corporea, quæ non subsistit per se, sed in supposito, ipsa proprietas addita supposito non solùm facit incommunicabile, sed facit subsistẽs: ita tamen vt sola proprietas faciat incommunicabile; subsistens verò faciat proprietas & natura simùl, quatenùs cõiunctum ex vtraque est simpliciter ens. Itaque suppositum ex vtraque cõpositum, scilicèt ex natura & proprietate, subsistit per se; neutra tamen per se subsistit, neque natura, neque proprietas. In Angelis verò, quia ipsa natura per se subsistit, ipsa est suppositum, & ipsa operatur. Itaque humanitas non est suppositum, sed est natura dunta xàt suppositi. Forma verò subsistens ipsa est suppositum, & ipsa natura subsistens est suppositum, vt Sanctus Thomas sæpiùs docet; & vtrumque subsistit, & vtrumque operatur: Quid enim prohibet quòd vtrũque operetur, cum vtrũque sit idẽ, scilicèt natura & suppositum? Igitur si naturam subsistentem per se cõsideres, id quod est, & id quo est, solo modo significandi distinguuntur, non verò ratione formali obiecta; quod antea obseruauimus Deitatem esse in Deo, & Deum habere Deitatẽ solo modo intelligendi, cum in re intellecta nulla sit distinctio. In Angelis verò non habemus nomina concreta & abstracta, quibus hoc explicemus. At verò si eandem naturam subsistentẽ consideres in supposito, isto modo natura non subsistit per se, sed est forma suppositi; & isto modo natura est in supposito, vt in aliquo distincto; quæ distinctio etiam in Angelis est aliqua-

Respõsio. In nobis sola proprietas facit incõmunicabile.

Sufistẽs per se seu suppositũ natura & proprietas simul.

Neutra per se subsistit.

In angelis natura subsistit, & est ipsũ suppositum.

S. Thom.

Natura subsistẽs cõsiderata in supposito est forma suppositi vt distincti in re saltẽ intellecta, ideoq; vt sic nõ subsistit ipse, sed in alio.

tenùs

tenus realis, vt docuimus: & in Deo est distinctio in re ipsa intellecta; cũ suppositum & natura distinguãtur suis definitionibus siue rationibus formalibus. Igitur mirum non est, quòd in ijs quorum natura subsistit, vtrumque operetur, scilicèt natura & suppositum, cum suppositum sit ipsa natura, quamuis eadem natura in supposito sit forma operandi.

7. Natura angelica vt nõ nisi personalitate completa existit; ita nec perfecte subsistit, nec operatur per se, id est, prius natura quàm persona.

Sec⁹ Deitas.

Probatur in operationibus internis.

Obiectio.

Occurritur.

Deitas non perficitur per psonas vt possit operari ad extra.

8. 2. Difficultas.

Responsio.

Si Deus esset vnicũ suppositũ; hoc esset absolutum & distinctũ nostro modo intelligendi à Deitate.

Exemplum in Angelis.

Aduertendum tamen est quòd sicut natura Angelica non perfectè subsistit per se, quia non est per se completa; eò quòd non existit nisi personalitate completa; ita neque per se operatur, quasi priùs operetur quàm persona: quoniam quod adhùc non existit, non operatur, neque est perfectum operationis principium. Natura verò diuina quia per se existit, per se primò operatur vt perfectissimũ operationis principium. Nam & ante personas intelligitur Deitas operari operationes internas, scilicèt intelligere & velle. Verum est quòd priùs natura est persona, quàm operetur extra se; quia emanatio personalis intra diuinam substantiam, antecedit emanationem ad exteras creaturas, vt diximus lib. 2. Sed hoc non prouenit ex defectu naturæ, quasi perficiatur per personas, vt possit operari; sed quia operatio interna & naturalis necessariò antecedit operationes liberas extra Deum.

Aliud dubium expendendum hìc est circa hanc thesim cõditionalem, si De⁹ esset vnicum suppositum, quo pacto illud distingueremus à natura subsistẽte? Respondendum breuitèr, quòd ratio formalis suppositi nõ est subsistere, sed quędam proprietas positiua (vt docuimus) vltimò incommunicabilis. Quapropter si cogitando fingamus essentiam diuinã in vno solo supposito, adhùc distingueremus illã à supposito, nostro modo intelligendi: ita vt ipsi naturæ nostro modo intelligendi adderemus proprietatẽ absolutam, qua esset vltimò incõmunicabilis. Et ita eodem modo natura esset in supposito quasi in aliquo distincto; aliàs nõ esset eadem ratio cõmunis suppositi creati & increati. Et similitèr dicendum est de Angelis, quòd cuiq; speciei productæ & subsistenti additur sua proprietas naturalis positiua, qua fit suppositum, & hanc proprietatem significamus nomine Gabrielis: & vtrũque subsistit tam natura speciei in Angelis, quã suppositum. Quare & in Deo vtrumque subsistit & natura & suppositum.

Responsio.

9. Ad 1. argum.

Aristot. explicatur.

Ad Confirm.

Hi modi, scil. esse id qđ est & esse in alio, si sint in solo intelligente, nõ sunt repugnãtes.

Aliàs dupliciter pugnant. Primo.

Secundò.

Deitas nõ est in supposito pẽdẽs ab illo.

Nec est vltimũ subsistẽs.

10. Ad 2. argum.

Vrget Caietanum, vt lib. 5.

Soluitur ex aduert. n. 6.

ADargumentum primum respõdetur, quòd in formis separatis vtrũque subsistit & operatur tàm natura, quã suppositũ, maximè verò diuina natura. Cum verò Arist. negat naturam operari, ponit exemplum in natura corporea, vt humanitas quę non scribit, aut legit. Ad cõfirmationẽ respõdetur distinguendo, nam si modi illi sint reales, repugnãt eidem, scilicèt vt res aliqua sit id quod est, & sit in alio. Id enim quod est, est habẽs; & id quod est in alio, est res habita, inter quas res est distinctio. Sed si hi modi sint in solo intelligente, negamus quòd esse id quod est, & esse in aliquo, sint modi repugnantes: nam Deitas est in Deo, & est Deus; & ita Deitas est in subsistente, & est subsistens. Dupliciter tamen aliàs repugnãt isti modi. Primũ quia id quod est in alio pendens & nixum illi, non est id quod est, sed forma entis: quo pacto natura corporea, quia pendet à subsistẽte supposito, ipsa nõ subsistit per se. Alio modo id quod est vltimum, in nullo est, qua ratione suppositum, quia est vltimũ quod est, in nullo est. At verò Deitas, quia non est in supposito pendens ab illo, potest ipsa subsistere; & quia non est vltimum subsistẽs, potest esse in vltimo subsistente, scilicèt in supposito, quãuis & ipsa subsistat. Nam considerata vt forma suppositi, est in supposito; & etiam cõsiderata secundum se ipsã, subsistit & operatur. Quare hi modi cognoscendi Deitatem vt subsistentem & vt formam subsistentis, non pugnant inter se.

Ad secundũ respõdetur negãdo assũptum, quòd scilicèt si natura esset in vno solo supposito, ipsa non subsisteret, sed suppositum. Id enim argumẽtum vrget Thom. Caiet. qui ex eo quòd plura suppositа sunt vnus Deus, probat quòd vn⁹ Deus sit subsistens. Quam rationem Caietani nos improbabimus lib. 5. Dicendum igitur est, quòd etsi vna esset persona diuinæ naturæ, adhùc subsisteret natura ipsa & persona, vt in Angelis accidit; quia vna est natura & vnum suppositum, & vtrumque subsistit, vt diximus.

11. Ad 3. arg.

Formaliter loquendo, Pater communicat Deitatem, non Deum.

Deitas cõmunicatur & subsistit.

Sed cũ significetur vt forma, & consequenter vt cõmunicata, nõ significatur vt subsistens.

Simile in relatione constituẽte psonã & subsistente.

Ad Confirm. Respond. 1.

Subsistẽs nõ prædicatur de pluribus prædicatione vniuersalis.

Respond. 2.

12. Ad 4. arg.

Subsistentia pro pfecta ex istẽtia, est actꝰ suppositi creati.

13. Ad vltimum patet ex c. 39. p. 1. num. 2.

Ad tertium respondetur, quòd id cõ- A municatur quod est formale principiũ operationis, scilicèt natura quatenùs est forma operationis: quamobrem si formaliter loquendum sit, Pater communicat Deitatẽ, non Deum: Deitas enim est forma generantis, non verò Deus. Cum verò infertur; ergo id quod subsistit non est communicabile: negatur cõsequentia, neque enim solus Deus subsistit; sed Deitas quoque subsistit, quæ communicatur. Deitas tamen significatur vt res communicata, quia significatur vt forma; & Deus non significatur vt forma; & ideo nõ cõmunicatur Deus, sed Deitas. Sed tamen communicatur natura subsistens, scilicèt natura quę B per se subsistit: Nihilominus dum significatur vt communicata, non significatur vt subsistens: sicut etiam relatio cõstituit personam, & subsistit; sed quatenùs constituit, non intelligitur vt subsistens, sed vt proprietas subsistentis: hæc enim omnia significant diuersos intelligendi modos. Ad confirmationem respondetur, quòd subsistens non prædicatur de pluribus prædicatione vniuersalis; vt forma Angelica specifica, eò quòd subsistit, non prædicatur de pluribus indiuiduis; quia forma subsistens non potest multiplicari: & ita non prædicatur Deus de pluribus, quia non sunt plures Dij. Respondetur etiam quòd si subsistere accipiatur vt est quid vltimum, est etiam incommunicabile, & nullo modo dicitur de pluribus: neque verò hoc modo natura diuina subsistit, vt iam declarauimus. Sed prior commentarius est magis congruus doctrinæ Sancti Thomæ.

Ad quartum respondetur quòd subsistentia aliquando significat existentiam per se, quę in rebus creatis est actus suppositi. Et ita possumus explicare illud proloquium, quòd in rebus creatis existentia quæcunque est actus cuiusuis essentię; subsistentia verò, quæ est perfecta existentia, est actus suppositi creati: diuina verò natura hoc habet singulare, quòd ante hypostasẽs considerata iam intelligatur existens per se.

Ad vltimum iam diximus quòd natura diuina in consideratione absoluta, in ea significatione subsistit, & est incommunicabilis, qua significatione hæc non sunt propria suppositi, scilicèt vt subsistat per se stando à nullo pendens, & vt sit incommunicabilis pluribus indiuiduis, quod est esse singularem & indiuiduam. Sed non est incommunicabilis vt non sit alicuius, quæ est propria ratio suppositi. Imò pertinet ad cõsiderationẽ absolutã diuinę naturæ vt intelligatur communicabilis pluribus suppositis secundum originem internam, vt lib. 2. docuimus: etsi simùl intelligatur incommunicabilis, hoc est, singularis non multiplicabilis, quia non sunt Dij multi.

Deitas subsistit p̃ se, à nullo pendens: & est incõmunicabilis pluribꝰ indiuiduis, nõ pluribus suppositis.

CAPVT XLI.

Tres sunt in Deitate relatiuæ subsistentiæ.

1. POsteaquàm declarauimus quopacto Deitas subsistat, & de modo loquẽdi disseruimus sitne dicenda absoluta subsistentia. Hoc cap. agendum est de relatiuis subsistentijs, de quarum intelligentia disceptatio est apud Doctores: nam quòd personę subsistant, nulli est dubiũ, cum maximè suppositi sit subsistere, vt supra explanatum est. Sed sunt, qui exi- C stimant personas diuinas subsistere non subsistentijs relatiuis & distinctis, sed vna subsistentia absoluta quę sit propria naturæ diuinæ. Ita sentiunt Durand. in 1. d. 26. q. 1. & in 3. d. 1. q. 2. Henr. Gandau. quodlib. 3. q. 2. Palud. in 3. d. 1. q. 2. & Francisc. Ferrar. lib. 4. contra gent. cap. 26. Omnes ij negant plures subsistentias relatiuas, & vnam subsistentiam absolutam constituunt.

1. Sentponẽs in personis diuinis subsistẽtiã tantũ absolutã Deitatis. *Durand.* *Gandau.* *Palud.* *Ferrar.*

At verò cũ nomen subsistentię æquiuocum sit, vt videre licet apud S. Thom. in 1. d. 21. q. 2. art. 1. quęstio ipsa tractata D absque nominis interpretatione viros etiam doctos impedit atque implicat, & in partes contrarias trahit. Illa autẽ prima tollatur nominis ambiguitas ne subsistentiã pro existentia vsurpemus: alium enim locum ea quæstio postulat, sintne in Deo relatiuę existentiæ.

2. Nomen subsistentiæ æquiuocum. *S. Thom.* 1. Acceptio pro existẽtia, omittitur.

Alia est nominis æquiuocatio vt subsistẽtia accipiatur pro hypostasi, quę est nominis huius vsitata significatio, maximè quia apud Græcos hypostasim Latini dicimus subsistentiam. Et quidèm hac nominis interpretatione secundum fidem Catholicam affirmandum est tres esse in Deo relatiuas subsistentias siue hypostases.

3. 2. acceptio pro hypostasi. In hac, de fide est tres esse in Deo relatiuas subsistentias siue hypostases.

postasés: Ita definitum est in plutibus Concilijs. Et quamuis nomen istud sit abstractum, accipitur tamen pro concreto, scilicèt pro hypostasi subsistente.

3. acceptio pro proprietate hypost.

At verò in hypostasi diuina subsistente, siue in suppositio diuino est proprietas hypostatica iuxta Orthodoxam doctrinam ponenda, vt in Patre paternitas, in Filio filiatio. Et hæc proprietas in persona dicitur personalitas, in hypostasi forma hypostatica, in subsistente suppositio dicitur subsistentia, quæ est tertia nominis significatio à Theologis vsurpata. Qua significatione non minùs certum est, esse in Deo tres subsistentias relatiuas, hoc est, tres proprietates suppositorum, quoniam constat ex Concilijs suppositia distingui proprietatibus relatiuis. Ergo si nomine subsistentiarũ significemus proprietates personarum, confitendum est secundum fidem Catholicã esse in personis tribus tres subsistentias relatiuas, hoc est, tres proprietates hypostaticas: quem modum loquendi postea auctoritate confirmabimus.

Io hæc nõ minùs certum est esse in Deo tres subsistẽtias relatiuas, seu proprietates hypostat.

4.

4 acceptio pro substatia, siue 1. siue 2.

Accipitur ergo subsistentia pro existentia; pro hypostasi, siue suppositio; & pro hypostatica proprietate. Et adhùc vsurpatur vt synonimum substantiæ siue sit prima, siue secunda substantia, vt colligitur ex Boetio lib 2. de duabus naturis, & Alex. Alens. 1. p. q. 53. membr. 3. Qua significatione essentia diuina est subsistentia, hoc est, substãtia. Hoc enim nomen est æquiuocatione plenissimum.

Boetius. Alensis.

5.

1. Dub. De subsistẽtia pro ratione sub sistendi.

In tam ancipiti, atque incerto nominis vsu, accidit noua vacillatio, si subsistentiam pro modo, & ratione subsistendi accipiamus. Nam subsistere quoque æquiuocum est: quòd si indicet id quod vltimò sistit siue sub omnibus sistit; proprium est suppositi subsistere, & ratio subsistendi est hypostatica proprietas. Et ita sunt in tribus suppositis tres subsistentiæ, vt iam diximus, hoc est, tres proprietates hypostaticæ, quæ sunt tres rationes subsistendi. Natura autem diuina hac significatione non est subsistẽtia, quia non est ratio subsistẽdi vltimò, & sub omnibus, quod est proprium suppositi.

1. concl. Si subsistere indicet id quod sub omnibus sistit, ratio sic subsistẽdi, siue eiusmodi subsistẽtia est proprietas hypost. & sunt tres, vt n. 3.

Natura diuina nõ est sic subsistentia, seu ratio subsistẽdi.

6.

2. concl. Si subsistere indicet modum entis perfectũ

Si verò subsistere significet modum entis perfectum, quod per se constat, & cohæret, tum diuina natura est sibi ipsi ratio subsistendi, & in eo sensu est suamet subsistentia, quia cuiuscunque perfectionis, siue modi perfecti entis, natura diuina sibi ipsi est ratio. Imò diuina natura hac significatione est subsistentia personarum, & relationum diuinarum; quia huius perfecti modi entis, quòd diuinæ personæ, & relationes subsistant, diuina natura est prima ratio, vt anteà docuimus. Et ad hoc fortè respexerunt ij Doctores, qui diuinas personas aiunt subsistere per subsistentiam naturæ; quia natura diuina est prima ratio subsistendi ipsis personis. Non tamen debuissent negare subsistentias suas relatiuas ipsis personis. Quia quæque persona ex proprio modo entis perfecti subsistit; & ita in ipsis subsistentibus relatiuis meditamur relatiuas subsistentias, hoc est, modos, siue rationes subsistendi. Et hæc fuit causa disidij inter Doctores, qua expositia possunt facilè in consensum reuocari controuersiâ diremptâ; quia tam natura, quàm proprietas est causa subsistendi, eò quòd variatur significatio verbi istius. Et quoniam subsistere essentialiter per se stando præcipuum est, absolutè dicendum est, quòd Deitas est ratio subsistendi ipsis personis; proprietas verò est ratio subsistendi incommunicabilitèr, & relatiuè. Et hoc confirmatur auctoritate S. Augustini, quoniam subsistere ad se est; nisi ergo addatur quòd relatiuè subsistit, subsistere simpliciter dicitur quod absolutè subsistit. Nam & ipsæ personæ diuinæ, quæ maximè subsistunt, absolutè subsistunt secundum naturam; relatiuè verò subsistunt secundũ quid, scilicèt ad aliud secundum relationes. Itaque in hoc sensu, etiam tres sunt relatiuæ subsistentiæ, scilicèt tres causæ subsistendi relatiuè ad aliud, & incommunicabiliter; & vna est subsistentia absoluta, si ita loquendum sit, scilicèt vna causa subsistendi absolutè.

Quod per se cõstat, diuina natura est sibi ipsi ratio sic subsistendi, & suamet subsistentia, imò & personarum, & relationum diuinarum.

Hinc 1. sent. explicatio.

Eiusdem vitiũ

Controuersia inter Doctores dirimitur.

Absolutè dicẽdum quòd Deitas est ratio subsistendi personis: proprietas est ratio subsistendi incommunicabiliter & relatiuè.

Confirm. ex *S. Augustin.* Subsistere simpliciter ad se est

Diuinæ personæ relatiuè subsistunt secundum quid, sc. ad aliud.

Coroll. In hac significatione tres sũt relatiuæ subsistentiæ, & vna absoluta.

7.

2. Dub. De ipsa subsistentia formaliter, seu p modo subsistẽdi.

Postremum est, vt differamus de ipsa subsistẽtia formaliter non de causa subsistendi, sed de eo ipso quod est formaliter subsistere. At verò cum iam anteà docuerimus constanter subsistẽtiam nihil addere rebus, sed duntaxat esse modum entis intrinsecũ; nihil magis perspicuum est, quàm vt natura diuina subsistat modo sibi intrinseco absoluto, & ad se; persona verò subsistat modo ipso naturæ absoluto ad se, & modo sibi proprio relatiuè ad aliud: modi enim intrin

Prænotatio ex c. 21 p. 2. n. 4

Subsistentia nihil addit rei

1. Concl. In diuinis natura subsistit modo absoluto, & ad se; per-

sona modo naturæ absoluto, & relatiuo sibi proprio.

De relatiuo; 1. probatio.

Modus subsistendi, vipotè intrinsecus, cõtinetur in conceptu diuinæ relationis, vt sic

S. Thom.

8.

Prænotationis explicatio pro 2. prob.

Modus intrinsecus nihil addit rei, cuius est modus intrinsecus, alterius reimaximè.

2. probatio.

Suppositum addit naturæ, subsistere vt vltimum.

Quare hoc subsistere relatiuũ est.

Confirm.

Relatio diuina cum afferat suppositum, affert subsistens, atque adeò relatiuum, nam absolutum antecedit.

Confirm. 2

Pater vt sic, est id quod generat, & quod refertur ad Filiũ quare vt sic subsistit, atq; adeò relatiuè, nam si absolutè bis includeretur

secei non sunt rationes formales adiectę, sed intimè continentur in conceptu cuiusque rei. Cum ergo relatio sit res distincta à natura, distincta, inquam, non re, sed definitione; & relatio ipsa subsistat, quia relatio diuina est id quod est, & quod operatur; in ipso conceptu, & definitione relationis diuinæ cõtinetur hic modus entis, scilicèt quòd subsistat. Et ita persona diuina secundum naturã subsistit ad se, secũdum relationem subsistit ad aliud. Vel etiam, vt vtar verbis S. Thom. persona diuina, vt est essentia, subsistit ad se; vt est relatio, subsistit ad aliud.

Aduertendum est autem id quod diximus, scilicèt subsistere, vel subsistentiam nihil addere rebus; quod est intelligendum eo pacto quo modus intrinsecus nihil addit rei, cuius est modus intrinsecus: verbi gratia, supposito subsistere vt vltimum quod in nullo alio est, nihil addit, sed est modus intrinsecus suppositi: at verò naturæ diuinæ subsistere vt vltimum, aliquid addit; addit quippe esse suppositum, quia hic modus est intrinsecus huic supposito, sed non est intrinsecus naturæ. His autem explicatis euidentiùs constat, quòd in supposito sit relatiuum subsistere formaliter: nam suppositum addit naturæ hunc modum subsistendi, scilicèt vltimò incommunicabiliter subsistere; sed quidquid additur naturæ diuinæ est relatiuum; ergo hoc subsistere, & hic modus entis relatiuus est, non absolutus. Et confirmatur, quoniam id quod relatio secum affert, multiplicatur multiplicata relatione (quæ regula certissima est, vt posteà docebimus) sed relatio diuina affert secum subsistens, affert enim suppositum, quod maximè subsistit; ergo multiplicatur relatiuè subsistens. Probatur consequentia, quoniam non affert relatio subsistens absolutè, hoc enim antecedit; ergo affert subsistens relatiuè quod multiplicari oportet. Et idem cõfirmatur, quia Pater quatenùs distinguitur à Filio, subsistit; est enim id quod generat, & quod ad Filium refertur: sed non distinguitur à Filio quatenùs Deus est; ergo quatenùs relatum est, subsistit. Non potest autem intelligi quòd relatio quatenùs distinguitur à natura, subsistat subsistẽtiâ absolutâ; aut quòd subsistat quatenùs relatum est, subsistentiâ absolutâ; aliàs iterùm includis in conceptu relati aliquid absolutũ: ergo omninò concedendum est quòd relationes diuinæ subsistant modo sibi proprio relatiuo. Et idcircò rectè ait S. Ioannes Damasc. lib. 3. fidei Orthod. cap. 9. vnãquamque personam per se ipsam subsistere; & id cõfirmat S. Cyrill. lib. 1. Dialog. de Trinit.

in cõceptu relati aliquid absolutum.

S. Damasc.
S. Cyrill.

Quòd si obijcias relationem diuinam quatenùs distinguitur à natura, existere; & tamen existere existentia essentiali.

9. Obiect.

Respondendum est, quòd relatio distincta suo conceptu præciso à natura, est id quod formaliter existit, vt lib. 3. docuimus. Sed non existit per aliquid sibi intrinsecum in suo conceptu quo distinguatur à relatione opposita; sed existit per existentiam essentialem communẽ; quæ existentia est extra conceptũ relationis; quâ quidèm existentiâ relationes sunt idem. Quamobrẽ hæc quoque propositio falsa est, quòd Pater quatenùs existit distinguatur à Filio; imò quatenùs existit est idem quod Filius, quia est suum esse. Sed tamen quatenùs distinguitur, subsistit, & subsistit per modum intrinsecum; ergo necesse est quòd relatiuè subsistat.

Respons. Diuina relatio vt sic, existit, sed non per aliquid sibi intrinsecum in suo conceptu.

Illatum.

Illud vltimum agendum esset, an relatio cõstituat personam quatenùs subsistit relatiuè, an absolutè? Quod facilè ex dictis posset explicari. Sed quia multis argumentis hoc implexum est, quæ sunt alio loco tractanda, illuc est mittenda quæstio.

At vt sic, subsistit, idque per modũ intrinsecum.

10. Quæstio quędam.

Alibi tractabitur.

Confirmatio.

DIsputationem istam de tribus subsistẽtijs excitauit Hosius Cordub. in Concilio Nicæno, vt memorat Socrates 3 lib. Histor. Tripar. cap. 5. & Sosomen. lib. 5. cap. 11. & Nicephor. lib. 11. cap. 15. sicut in Concilio Calcedonensi, actione 16. trium substantiarum quæstionem intulerunt. De qua etiam re S. Gregor. Epist. 41. ad Leonem, lib. 1. & legitur cap. de Trina mersione Baptis. de consecratione. Igitur quòd in Deitate adorandæ sint tres relatiuæ subsistentiæ pluribus in concilijs definitum est, olim præcipuè apud Græcos. Nam in 5 Synodo anathematism. 1. sic legitur, *Si quis non confitetur vnam Deitatem in tribus subsistentijs, siue personis adorandam,*

11. Quæstionem hanc excitauit *Hos. Cord. in Conc. Nic. Socrat. Sosomen. Nicephor.* Alia quæst. in *Cõc. Calced.* De hac etiãm *S. Gregor. C. de Trins.* Resolutio vt in tit. definita.

5. *Synod.*

6. Synod. dam. anathema sit. Et in 6. Synodo generali sub Agathone Papa, act. 11. vbi definitur adorandam esse Trinitatem pro tribus subsistentijs. Et idem definitur actione 17. & in Synodica suggestione, quæ refertur actione 4. recipitur verò vt Catholica ab ipso Concilio act. 17. Præterea in vtroque Concilio pluribus in locis definitur in Christo esse vnam subsistentiam, hoc est, personam, scilicèt in Concilio 5. anathematismo 5. & in 6. Synodo, actione 17. idem constituitur. Et ibidem recipitur epistola Agathonis Papæ, quæ legitur actione 4. vbi sæpiùs pro persona vsurpatur subsistentia. At verò in Concilio Later. quod Latinum est, sub Martino I. consultatione 4. can. 1. idem est vsus nominis subsistentiæ pro persona. Et in Concilio Vuormacienſi can. 5. in tribus subsistentijs vna substantia esse dicitur; quod acceptum fuerat à S. Gregor. licèt apud eum in tribus personis vna substãtia esse dicatur. Et vtraque lectio obseruatur de consecratione d. 4. cap. de Trina, in decreto Gregoriano. Cum ergo Concilia Græca, & Latina subsistentiam pro persona accipiant secundum fidem Catholicam confitẽdum est in Deitate esse tres subsistentias, scilicèt personas tres. Et hoc ipsum clariùs dicitur dũ vocamus subsistentias relatiuas; sunt enim relatiuæ hypostases, non absolutæ. In qua significatione nomen subsistentiæ, quod est abstractum, & deriuatur à verbo subsistere, ponitur pro concreto scilicèt pro subsistente, vt est nomen substantiuum quod significat hypostasim: nam subsistens, vt est participium, naturæ diuinæ conuenit, vt suprà notauimus. Est autẽ ea consuetudo loquendi, vt nomen abstractum, subsistentia, apud Græcos idẽ sit quod persona. S. Iustin. respons. 17. ad Orthodox. tres personas dixit confistentias tres, quas alij subsistentias.

Conc. Later.

Cõc. Vuorm. ex S. Greg.

C. de Trina.

S. Iustin.

In vtroq; Cõc. acceptio subsistẽtiæ pro persona.

Clariùs subsistẽtia relatiua pro persona.

12. Acceptio subsistentiæ pro proprietate relatiua.

Si verò accipiamus nomen subsistentiæ abstractum ita vt significet proprietates relatiuas, nõ dubium est quin tres sint subsistentiæ, hoc est proprietates; distinguuntur enim personæ suis proprietatibus. Sed quod is etiam vsus loquendi in Concilijs inueniatur, potest persuaderi ex verbis sextæ Synodi act. 11. vbi dicitur, *Sanctissima Trinitas est numerabilis personalibus subsistentijs.* Nam si vertas, personis, inepta est loquutio quòd Trinitas numeretur personalibus personis: personalia enim sũt quæ pertinent ad personam, ipsa verò persona non est personalis. Et ita interpretatur Palud. in 1. d. 23. q. vnica, & in 7. Synodo actione 3. & in epistola Synodali Theodori Patriarchæ Hierosolymitani, quam Synodus approbat, dicitur Trinitas diuisa numerarijs subsistẽtijs, & personalibus alteritatibus: vbi idem significat alteritas personalis, hoc est, differentia personalis, & subsistentia numerica, scilicèt proprietas, qua personas numeramus. Et in edicto Iustini imperatoris de fidei cõfessione ad Ioãnem Papam I I. Sanctissima Trinitas dicitur distingui proprietatib⁹ siue subsistentijs. Et hæc nominis significatio est modò apud Theologos vsitatissima, vt subsistentia accipiatur non pro hypostasi, sed pro ipsa proprietate hypostasis. Quare & in hac significatione rectissimè vsitatur, & secundum fidẽ confitendum est, esse tres subsistentias, hoc est, proprietates tres. S. etiam Iustin. lib. de recta confessione, ait nomina ingeniti, geniti, & procedentis valere ad discernendas personas diuinas, & indicandas singulorũ subsistentias. Vbi subsistentias personarum non pro personis sed pro illarum proprietatibus videtur accipere. Et S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthodoxæ, cap. 9. hoc idem cõfirmat, dum ait, Filium suam habere subsistentiam præter eam, quæ Patris est: significans aliam esse subsistentiam Filij, aliam Patris. Quod nõ potest explicari vt subsistẽtiam accipiat pro persona: ait quippè Filium habere suam subsistentiam; Filius enim non habet personam, sed est persona. Similiter videtur accipiendum quod dicit Marius Victor. lib. 3. contra Arium, *Substantiâ vnum, subsistentiâ tria sunt.* Non enim intelligit nomine subsistẽtiæ personas: dixisset enim, subsistentijs tria sunt, id est, personis; non verò personâ diceret tria. Benè tamen proprietate personali tria, sicut & relatione tria. Et in hoc sensu Theologi sententiam istam confirmant cum Thoma Caiet. 3. p. q. 2. art. 2. & q. 3. ar. 3. & q. 39. ar. 4. & Ioan. Scot. in quodlib. q. 4. ar. 2. & q. 5. ar. 3. ad 3. & in 1. d. 28. q. 3.

S. Damasc.

Mar. Vict.

Caiet.

Scot.

13. Aliæ acceptiones subsistẽtiæ pro modo rei, vel causa subsistendi.

At verò quoad alias nominis interpretationes, vt subsistẽtia modum quẽdam rei significet, vel causam subsistẽdi, disputa-

6. Synod. Proprietas dicitur personalis, persona minimè.

De his nihil definitum.

disputationes sunt subtiliores, de quibus nihil definitum est non solùm à Cõcilijs, sed ne à Patribus quidem. Apud Theologos verò, vt diximus, tres sunt sententiæ. Quidam ponunt solam subsistentiam absolutam, vt Henric. Durãd. Paludan. & alij. Quidam solùm relatiuam, quia putant solas personas subsistere; in qua opinione sunt Alex. Alens. S. Bonauent. & alij. Reliqua pars cum S. Thom. consentit & naturam, & personas subsistere, ita vt in natura sit absoluta subsistentia, hoc est, modus subsistẽdi absolutus; & in personis relatiua subsistentia, hoc est, modus subsistendi relatiuus. At verò S. Thom. 1. p. subsistentiã non vsurpat pro modo subsistendi, sed pro hypostasi: & ideò non ponit absolutam subsistentiam; quam nos quoque formã loquendi obseruamus. Sed rectè dicitur natura diuina subsistere; quod est proprium per se existentis, & operãtis.

Theologorum 1. sent. vt n. 1.

2. sent. ponit solam subsistẽtiam relatiuã. *Alensis.* *S. Bonau.*

3. sent vt in concl. n. 7. *S. Thom.*

Idem 1. *p.* explicatur.

Subsistentia vsurpatur pro hypostasi: at rectè dicitur natura diuina subsistere.

CAPVT XLII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Arg. *S. Augusti.* 1. locus.

IN oppositum arguitur auctoritate S. Augustini 7. de Trinit. cap. 4. *Si Deus* (inquit) *relatiuè subsistit, sicut relatiuè gignit, substantia non erit substantia*: & cap. 5. *Quicquid* (ait) *subsistit, ad se subsistit.* Idem docet S. Anselm. Monolog. cap. 43. & S. Thom. de potentia, q. 8. ar. 3. ad 7. docet relationes quatenùs relationes non facere subsistẽs. Et 1. p. q. 40. ar. 2. ad 2. personas non distingui in esse in quo subsistunt; ergo vna est illis subsistentia communis. Et in 1. d. 26. q. 1. art. 1. ad 4. ait subsistentiam de Deo dici singulariter; ergo vna est subsistentia, & non plures.

2. locus. *S. Anselm.* *S. Thom.* 1. locus. 2. locus. 3. locus.

2. Ratio.

Deindè probatur hoc idem pluribus argumentis: Primùm, quia relatio, & natura est res simplicissima; ergo vtrique sat est existentia essentialis, & subsistentia essentialis.

3. 2. Arg.

Secundò: Attributa diuina non minùs subsistunt quàm relationes; sed omnibus sufficit subsistentia naturæ; ergo eadem satis est relationibus.

4. 3. Arg.

Confirm.

Tertiò: Relatio aduenit naturæ subsistenti; ergo non affert aliam subsistentiam. Et confirmatur, quoniam personalitas Angeli non affert nouam subsistentiam.

5. 4. Arg.

Quartò: Subsistere est perfectio simpliciter; ergo si sunt tres subsistẽtiæ, sunt tres perfectiones simpliciter, aut saltem secundum quid, quod improbatum est lib. 3.

6. 5. Arg.

Arguitur quintò: Ipsum subsistere est æternum, & infinitum per se formaliter; ergo si sunt tres subsistẽtiæ relatiuæ, sunt tres æternitates, & tres infinitates, quod non videtur dicendum.

7. 6. Arg.

Sextò: Relatio, vt relatio est, est ad aliud; sed vt ad aliud est, non subsistit: subsistere enim ad se est; ergo non sunt relatiuæ subsistentiæ.

8. 7. Arg.

Septimò: Subsistẽtia absoluta repugnat relatiuę; sed in Deo est absoluta subsistentia; ergo non est vlla relatiua. Probatur maius assumptum, nam subsistentia est primus, & intrinsecus naturæ terminus; quod autem terminatum est, non potest iterùm terminari: sed natura diuina priùs terminatur subsistentiâ absolutâ; ergo non aduenit illi alius terminus relatiuus.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam sequitur posse concedi quatuor subsistẽtias, scilicèt vnam absolutam, & tres relatiuas; sicut cõcedimus relationes quatuor, etsi non sint res quatuor.

9. 8. Arg.

Octauò: Id quod infinitum est, continet in suo cõceptu totam rationem significatam per nomen, vt sapientia infinita totam rationem sapientiæ; sed subsistentia absoluta est per se infinita; ergo continet omnem rationem subsistentiæ: ergo non potest illi addi subsistentia relatiua.

10. 9. Arg.

Nonò; Quoniam id quod in Deo dicitur absolutè, non videtur dici propriè relatiuè; neque id quod dicitur relatiuè, potest esse absolutum; quoniam absoluta sunt cõmunia, relatiua sunt propria; aliàs confunderentur inter se propria cum communibus: sed subsistentia est absoluta, & communis; ergo non est relatiua.

11. 10. Arg.

Vltimò: Spiratio actiua etiam subsistit, cum non sit accidens; ergo si relatio subsistit propriâ subsistentiâ, spirator est subsistens, quod lib. 2. refutauimus.

Aduertenda.

12. 1. Aduert. Subsistere accipitur 1. pro modo entis.

PRimum aduertendum est, quòd subsistere duobus modis potest accipi, scilicèt vt significet modum entis præcisum cogitatione ab ipso ente, quo pacto

2. pro ipso ente cum eo modo perfecto.

cto nihil addit enti; vel vt significet ipsum ens cum eo modo perfecto, quo pacto subsistere idem est, quod substantia consistens per se. Et hoc secundo modo est nomen cómune tam suppositó quàm naturæ subsistenti, sicut substantia nonnunquam pro suppositó accipitur. Priori quidem significatione subsistere non est aliquod ens, sed modus entis intrinsecus. Posteriori, est ens perfectum, scilicèt subsistens substantia. Quæ omnia liquent ex ijs, quæ de subsistentia disputauimus. Cũ ergo natura diuina sit subsistens substantia, & suppositum similiter; vtrumque dicitur perfectio simpliciter: sed suppositum non est perfectio addita, quia nihil addit, nisi relationem, quæ quidèm est formaliter perfecta, sed non est perfectio addita, vt lib.3.declaratum est: modus verò subsistendi non rectè dicitur perfectio simpliciter, sed dicitur modus entis perfecti; nam perfectio simpliciter est ens quodpiam definibile. Si tamen contendas esse perfectionem simplicitèr, adhùc dicendum est relatiuam subsistentiam esse quidem perfectionem, sed non additam essentiæ.

In 1. acceptione nõ est ens.

In 2. est ens perfectum, sc. subsistens substantia. Vide cap. 21. p. 1. & 2. & c 39. p. 1. n. 2.

Suppositum est pfectio simpliciter, sed nõ perfectio addita naturæ, ex lib. 3. c. 31. p. 3. n 14.

Modus subsistendi solũ est modus entis pfecti.

Non est perfectio simpliciter, saltem addita.

Ex ijsdem colligimus discrimẽ inter subsistentiam, & existẽtiam. Nam si subsistentia significet illum modum entis, non est res quæpiam, sed modus rei intrinsecus. Quamobrem sicut relatio est quædam res, & natura res quædam, ita vtraque habet suos modos subsistendi. Si verò subsistentia significet subsistentem substantiam, suppositum diuinum non addit ad naturam modum realem duntaxat, vt dicamus modum ipsum absolutum naturæ sufficere suppositó; sed addit naturæ relationẽ. Et ideò relatio addita suam habet subsistentiam, quę ab ipsa relatione nullo modo distinguitur. Itaque sicut vna substantia absoluta scilicèt essentia, non impedit quin sint tres substantiæ relatiuæ, scilicèt tres hypostases; ita neque vna substantia absoluta subsistens obstat quominùs sint tres substantiæ relatiuæ subsistentes, scilicèt tres hypostases. Nam hoc quod est subsistere nihil omninò addit, sed est modus rei ipsius, vt sæpiùs inculcatum est. At verò existentia est actus rei, quarè ex hoc quòd ponimus tres hypostases, non ponimus tres existentias quasi cõtentas in conceptu formali hypostasis; cum hypostasis, & existentia sint res distinctæ suis definitionibus, vt anteà docuimus.

13. Subsistentia significat 1. modum rei.

Significat 2. substantiã subsistentem.

Suppositum diuinum non addit ad naturam modũ realem dũtaxat, sed relationem cum eo modo.

Vna substantia absoluta subsistens nõ obstat quominùs sint tres substantiæ relatiuæ subsistẽtes, sc. tres hypostases.

Existentia est actus rei.

Posthæc aduertendum est, quòd relatio diuina potest considerari dupliciter, etiam quatenùs est ab essentia distincta; scilicèt vt forma hypostatica est conceptu absoluto, & vt relatio est conceptu relatiuo (postea verò hæc expendentur agentibus de cõstitutione personæ) & vtroque conceptu relatio distinguitur à natura: sicut ergo relatio vt forma hypostatica, est forma subsistẽtis, ita ipsum relatum quod est persona, quatenùs à natura distinguitur, est subsistens; relativè, inquam, subsistens, quia re ipsa est relatum, sed conceptu absoluto subsistentis, vt hypostasis, & persona.

14. 2. Aduert. vt lib. 3. c. 30. n. 13.

Relatio vt forma hypost.

Relatio vt fict

Vtroq; cõceptu distinguitur à natura.

Persona pro ut distinguitur, est subsistens relatiuè, sed conceptu absoluto.

Adhùc aduertendum est, quòd relationes quæ sunt formæ hypostaticæ, quę constituunt hypostases, dicuntur subsistentię, quia constituunt subsistentia, scilicèt paternitas, filiatio, & spiratio passiua. Spiratio autem actiua, sicut non constituit hypostasim, & subsistens; ita neque dicitur subsistentia, neque subsistens, si subsistens sit nomen substantiuũ significans hypostasim. Ipsa tamen spiratio actiua subsistit, & est subsistens adiectiuè, & identicè, quia omnis res diuina subsistit, & ipsa relatio est relatum, & est Deus. Sed hæc non probant, quòd ista relatio sit indiuiduum naturæ, aut illud constituat; quia duntaxàt est res adueniens hypostasibus subsistentibus. Itaque sicut sapientia diuina subsistit quidem, sed non est distinctum subsistẽs à natura; ita spiratio actiua Patris, & Filij, subsistit quidem quia est res subsistẽs identicè, est enim Pater, & est Filius: nõ tamen est distinctum subsistens, & constitutum ex proprietate, & natura, vt lib. 2. explicatum est.

15. 3. Aduert. Relationes quę sunt formę hypostaticæ dicũtur subsistẽtię.

Spiratio actiua non ità, nec est subsistens substantiuè: at subsistit, & est subsistens adiectiuè, & identicè.

Non tamẽ est indiuiduũ naturæ, nec illud constituit.

Exemplum sapiẽtiæ diuinæ.

Non est distinctũ subsistens, vt lib. 2. c. 38. à n. 11.

Vltimò aduertendum est, quòd quidam vrgent illo argumento, quòd natura terminata subsistentia essentiali, non posit terminari adhùc relatiuâ. Et respondent hoc quidem rectè colligi in rebus creatis, quòd natura terminata suâ subsistentiâ non posit ampliùs terminari. Sed in diuina natura idcircò non valere argumentum, quia ipsa terminatio relatiuæ subsistentiæ, est intima naturæ. Hæc responsio in multis peccat. Primum est, quia discrimen illud inter res creatas, & diuinas esto sit verisimũ, non

16. 4. Aduert. Arg. quoddã.

1. Respons. quorundam.

Refellitur 1. vt insufficiẽs.

non enodat difficultatem: nam res diuinæ, etsi propter simplicitatem nō distinguantur re ipsa; tamen cogitatione ita separantur proprijs definitionibus, vt quædam conueniant, quædam non conueniant singulis, ac si re ipsa essent separatæ: proprietas autem personalis magis explicatè distinguitur à natura diuina, quàm sua personalitas à natura creata; illa enim differūt definitione, & quasi specie, verbi gratia, Paternitas, & Deitas; personalitas verò creata vix explicatur quomodò differat à natura. Vtraque autem est extra conceptum naturæ: nullum ergo explicatur discrimen, vt altera natura terminata, terminari amplius non possit, altera verò possit. Præterea quicquid de istis sit, affertur nō causa, vt causa, quoniam natura terminata per existentiam essentialem, nō poterit eademmet terminari adhùc per aliam extraneam; aliàs existenti aduenire existentia per accidens: multò ergo minùs poterit terminari per aliam existentiam intimam. Quid enim posterior existentia præstat quantumuis sit intima, si factum facit, dum terminatum terminat? Et idem est argumentum de subsistentia. At verò absque necessitate implicantur argumento; terminus enim naturæ dicitur, aut proprietas suppositi, aut existentia; vtrumque enim est complementum, & terminus naturę, & actionis: subsistentia autem quæ dicitur terminus naturæ est proprietas suppositi, quia sistit naturam reddēdo incommunicabilē. Laboratur ergo nomine æquiuoco, nam subsistentia absoluta naturæ diuinæ, non est proprietas eius, vt anteà notauimus, sed est modus entis. Quarè non conficitur argumēto, vt natura terminata iterùm terminetur, quia natura subsistens non est natura vltimò terminata, sed est natura constans, & per se stans. Denique vt dicamus subsistētiam absolutam, vt est modus intrinsecus esse terminum intrinsecum (quem modū loquendi non probamus) facillimum est argumentum soluere; sunt quippè termini medij, qui nō repugnant vlterioribus. Natura enim creata terminata supposito, adhùc expectat terminum existētiæ; & natura diuina terminata existentiâ, adhùc expectat terminum suppositi. Eodem ergo modo natura diuina (si ita libet loqui) terminata subsistentiâ absoluta, adhùc expectat terminationē subsistentiæ relatiuæ. Nam subsistere quod inuenitur in natura, est non pendere à supposito: subsistere verò suppositi est vltimò sistere, & esse incommunicabile. Quare hic terminus est vlterior; ille prior, & medius, non vltimus.

In diuinis proprietas personalis, etsi duntaxat per rationē, distinguitur tamen a natura magis explicatè, quā in creatis.

Refellitur 2. vt afferens nō causam vt causam.

Posterior existentia, similiter & subsistentia, quid præstat si factū facit, dum terminatum terminat?

Refellitur 3.

Laborat nomine æquiuoco subsistētiæ, de quo cap. 39. p. 1. n. 1.

Natura subsistens, id est, cō stans, & per se stans, non est natura vltimò terminata.

Refellitur 4. Subsistētia absoluta non rectè dicitur terminus. Esto foret, sunt termini medij, qui non repugnāt vlterioribus.

1. exemplum subsistentiæ in creatis.

2. exemplum existentiæ in diuinis.

17. 2. Responsio.

Posset quoque dicere quis, quòd natura infinita terminata, adhùc est infinita, & ita potest adhùc vltra terminari: qua ratione dicimus quòd natura infinita, quæ in vno supposito est, adhùc potest esse in alio. Sed hoc responsum non est ad rem, nam natura etiam infinita, non potest capere res duas eiusdem rationis; & ideò non possunt esse duo filij in Deitate: quare terminata non poterit adhùc terminari, nisi termini sint diuersarum rationum: verbi gratia, si natura per se esset suppositū, ita terminata iam esset, quod non posset esse in suppositis. Dicendum ergo est subsistentiam absolutam non esse terminum naturæ, vel non esse terminum vltimum, vt declaratum est. Exemplum est in natura Angelica, quæ priùs producitur ordine naturæ, quàm suppositum, & in illa priori-tate imperfectè quodam modo subsistit, quia est id quod est; & tamen terminatur per suppositum quod est perfectè subsistēs. Quare falsum etiam est, quòd id quod subsistit nō potest assumi à persona diuina: nam forma separata subsistit, & potest assumi. Si tamen natura creata perfectè subsistat, suppositū iam est, & assumi non potest: quia perfectè subsistens, est per se existens: natura autem creata prius est in supposito, quàm existat. Quod de diuina nefas est iudicare.

Refutatur vt impertinens.

Natura etiā infinita iā terminata nō potest terminari nisi termino diuersæ rationis.

3. & vera resp.

Subsistentia absoluta nō est terminus naturæ, saltem vltimus.

Exemplum naturę angelicæ subsistentis imperfectè ante suppositum, & ideò vt sic assumptibilis.

Perfectè subsistens est per se existens, quod non antecedit suppositum in creatis, nec est assumptibile.

Responsio.

18.

AD primum respondetur, quòd S. Augustin. aliquantulū pependit animo in ea re explicanda, quomodò nomina, quæ videntur habere significationem absolutam, vt subsistentia, persona, & alia, multiplicentur in Trinitate. Vtrūque tamen locum iuxta præscripta Theologica facilè explicabimus: nam primo quidem accipit subsistere pro eo quod est essētialiter substare; ideò enim veretur eo loco cōcedere subsistentiam in Deo, quia hoc videtur proprium substātiæ creatæ, quæ subsistit, hoc est, accidentia sustentat. In eo ergo sensu Pater

Ad 1. arg.

Ad S. Aug.

Animo pependit in hac re explicanda.

Ad 1. locum explicatio.

non

Pater non subsistit relatiuè, id est, non est relatiua essentia, aliàs essentia non erit essentia.

Probatio explicationis.

non subsistit relatiuè, quia non est relatiua essentia; aliàs substantia non erit substantia, hoc est essentia non erit essentia. Nam si substantiam, aut subsistentiam pro supposito vsurpemus, nulla est consequentia: quòd si hæc relatiua sint, nulla sint: cum secundum fidem Catholicã confiteamur substantiam, & subsistentiã relatiuã, hoc est, hypostasim; substantiã autem, hoc est, essentiam relatiuam, omninò Theologi negamus; aliàs essẽt tres essentiæ Deitates tres. Posteriori verò loco docet S. Augustinus quodlibet subsistere ad se, saltem ex modo intelligendi: subsistere enim significat conceptu absoluto ipsam relatiuam subsistentiam. At verò S. Thom. rectè ait relationẽ vt relationẽ, scilicèt conceptu relatiuo, nõ facere subsistens: benè tamen relatio vt forma hypostatica constituit subsistens, vt Doctor Sanctus docet. Scitè quoque admonet personas non distingui in esse, scilicèt in existẽtia in qua subsistũt, quia existentia est vna. Argumentum verò confundit esse & subsistere, cum tamen sint distincta. Itaque personæ subsistunt in eodem esse, sicut subsistunt in natura eadem, diuersis tamen subsistentijs relatiuis. At verò in sententijs S. Thom. subsistentiam accipit pro substantia, siue essentia. Et idcircò ait quòd hoc nomen priùs conuenit generibus eò quòd non designet aliquid distinctum, & non ita propriè vsurpari à Græcis. Sed prima parte re meliùs inspecta, vsum Græcorum approbat, vt subsistentiam pro hypostasi accipiamus.

Si esset relatiua essentia, esset tres essẽtiæ Deitates tres.

Ad 2. locum ex 2. aduert. Quicquid subsistit, ad se subsistit, saltem ex modo intelligendi.

Ad S. Thom. ex 1. locum ex 2 aduert.

Ad 2. locum.

Ad 3. locum In 1. sent. subsistẽtia pro substantia.

In 1. p. meliùs pro hypostasi, vt apud Græcos.

19. Ad rationem.

Ad primum argumentum respondetur concedendo quòd relatio, & natura est res simplicissima; distinguuntur tamen suis definitionibus, & vtraque res sic distincta exigit modum subsistendi distinctum; natura quidèm absolutum; relatio verò relatiuum. Existentia autẽ distinguitur à natura, & à relatione suis definitionibus, & non est modus intrinsecus vtriusque: quare de illa alia quæstio est.

20. Ad 2. arg.

Ad secundum respondetur concedẽdo, quòd attributa diuina subsistunt, & quia omnia continentur in cõceptu essentiæ, omnia subsistunt eadem subsistẽtia essentiali; sicut omnia quę continentur in cõceptu relationis subsistunt subsistentiâ relatiuâ: nam & ipsæ origines subsistunt relatiuâ subsistentiâ, vt S. Hilarius frequenter obseruat, commemorans subsistentem nativitatem. *S. Hilar.*

Omniaquę cõtinentur in cõceptu relationis, subsistunt relatiuâ subsistentiâ, vt origines.

21. Ad 3. arg.

Ad tertiũ cõcedimus relationem diuinã aduenire naturę subsistẽti; sed quia ipsa subsistit nouo modo, scilicèt relatiuè, & incõmunicabiliter, modus iste non distinguitur à relatione: quare sicut relatio distinguitur à natura, ita subsistentia relationis distinguitur à subsistentia naturæ. Et hoc etiam commõstratur ex eo quòd relatio aduenies naturæ subsistenti non conuenit ipsi naturæ; sed affert subsistens, cui conuenit, scilicèt personam. Quare constituto subsistente relatiuo, relatiuam subsistentiam meditari necesse est. Ad confirmationem respondetur, quòd proprietas hypostatica in angelis conuenit ipsi naturæ subsistẽti; vnde omnis operatio in angelis tribuitur naturæ, vtpotè subsistẽti. In Deo autem sunt operationes personarum, quæ non tribuuntur naturæ, vt gignere & gigni; quare præter naturam subsistẽtem, sunt alia relatiua subsistentia per se operantia, quæ suas subsistẽtias sibi postulant. Respondetur secundò, quòd etiam in angelis ipsa natura subsistens addita proprietate habet nouum modum subsistendi incommunicabiliter, quod est proprium suppositi; & ille nouus modus est noua subsistentia, vt explicauimus. Nihil ergo mirum quòd in personis diuinis incommunicabiliter subsistentibus, ponamus subsistentias relatiuas.

Relatio aduenies naturæ subsistenti, nõ conuenit ipsi, sed affert subsistens cui conuenit, sc. pson*ã*

Ad confirm. 1. Respons. In angelis proprietas hypost. sc proindè omnis operatio tribuitur ipsi naturę subsistẽti.

In Deo non ita.

2. Respons. ex cap. 22. p. 2. n. 17. & p. 4. n. 8.

22. Ad 4. arg. ex 1. aduert. n. 1.

Ad quartum respondetur, quòd subsistẽtia quouis modo accipiatur siue pro subsistentia subsistẽte, siue pro solo modo subsistendi; vel, vt dicatur perfectio simpliciter, vel modus entis perfecti; si relatiua sit, erit quidem perfectio, sed non addita naturæ, vt lib. 3. docuimus.

23. Ad 5. arg. Relatiuæ subsistentiæ ab vna existentia habent vnam æternitatem, & infinitatẽ, vt lib. 3. cap. 31. p. 1. nu. 6. 10. 17. &c.

Ad quintũ respondetur, quòd existẽtia est, quæ proximè mensuratur æternitate, & infinitate; quare relatiuę subsistẽtiæ, quamuis æternę sint, & infinitæ, quia hoc habent ab vna existentia diuina, vt lib. 3. admonuimus, non habent distinctas æternitates, aut infinitates, sicut neque distinctas existentias.

24. Ad 6 arg. ex 2. aduert. Ipsum, ad aliud, subsistit cõceptu absoluto

Ad sextum concedo, quòd relatio vt relatio, hoc est, conceptu relatiuo, non subsistit, sed dũtaxat intelligatur ad aliud; sed ipsũ, ad aliud, prout distinguitur à natura diuina, subsistit cõceptu absoluto; & hæc subsistẽtia nõ est absoluta, sed

relatiua,quamuis absoluto conceptu intelligatur: solus enim conceptus subsistẽdi absolutus est;sicut conceptus personæ. Subsistentia autem personalis est ipsa relatio, siue modus relationis.

25.
Ad 7.Arg. ex 4.aduert.n. 16

Ad septimum negatur,quòd subsistẽtia absoluta sit terminus naturæ, quia non ea significatione accipimus subsistentiam, vt est terminus naturæ, siue proprietas, vt dictum est. Sed vsurpamus subsistentiam pro modo intrinseco subsistendi;quem si appelles terminum,respondetur non esse terminum vltimum; & ideò essentiam adhùc posse terminari per vlteriores subsistentias relatiuas, quod satis declaratum est. Ad confirmationem respondetur non esse concedendas quatuor subsistentias, propter nouitatem sermonis,& æquiuocationẽ: Concilia enim decernunt esse subsistentias tres, hoc est, personas tres; vel vt volunt Theologi, proprietates personales tres. Quare qui ponit quatuor subsistentias, videtur constituere personas quatuor, vel proprietates personales quatuor. Sed explicatiori sermone possumus concedere in rebus diuinis modos subsistendi quatuor, iuxta ea quę suprà disputauimus. Secundò respondetur subsistentiam absolutam non opponi relatiuæ,& ideò non facere numerũ; sicut est in Deo res vna, scilicèt essentia, & res tres scilicèt personæ: dicuntur verò relationes quatuor in sensu formali; quia relatio est ad aliud, vt lib.5. dicemus. Cum ergo subsistentia absoluta non sit ad aliud, non facit numerum cum subsistentijs relatiuis; & omni cura cauendus est quaternarius in Trinitate Beatissima: solas relationes dicimus quatuor, ob rationem expositam libro tertio. Prior autem responsio argumenti explicatior est,& melior.

Reſponſ. 1.

Reſponſ. 2.

Ad confirm. 1. resp melior.

In diuinis nõ sunt concedẽdæ 4.subsistentiæ,propter æquiuocationẽ.

Possunt concedi modi 4.subsistendi.

2.Reſponſ.

Subsistentia absoluta cũ nõ opponatur relatiuę,non facit numerum.

Solæ relationes dicũtur 4. Ratio ex lib.5. cap.3 4 p.2,n.2.

26.
Ad 8.Arg.

Ad octauum respondetur, quòd illud argumentum probat id quod est infinitum non multiplicari, ita vt infinitas multiplicetur: quo pacto cum libro primo argueremus personam non posse multiplicari, quia vna infinita persona complectitur totam rationem personæ; responsum ibidem est, personam non ipsa personalitate infinitam esse, sed esse infinitam essentiâ, siue per essentiam, & ideò posse multiplicari. Aliàs argumentum idem probaret etiam in Deitate non esse personas, quia essentia est ens infinitum quod cõtinet omnem rationem entis. Deindè respõdetur, quòd subsistentia absoluta non est res, sed modus rei,& ita est perfectissima subsistentia, & modus rei perfectissimus;non tamen est suo conceptu infinita, sed est modus rei infinitæ. Sicut ergo non repugnat quòd præter essentiam infinitã, sint suppositа: ita non repugnat quod præter modum subsistendi essentiæ, sit modus subsistendi suppositi.

1.Reſponſ.

Ad nonum respondetur id argumentum probare, quòd res diuina quæ est absoluta non sit relatiua, & quæ relatiua est non sit absoluta;quia relatiua sunt propria,absoluta communia. Et probat quidèm existentiam non esse relatiuam, siquidèm absoluta est:sed modus rei neque est proprius, neque communis,quia non est quid additum, aut distinctum. Quare rei, quæ est absoluta, & communis, modus est absolutus,& communis; rei verò quæ est propria,&relatiua, modus est proprius, & relatiuus.

Subsistentia absoluta nõest suo conceptu res, aut infinita, sed est modus rei infinitæ.

27.
Ad 9.Arg.

Modus rei neque est proprius, neque communis,sed prout res habuerit.

28.
Ad 10.Arg. ex 3.aduert.

Ad vltimum iam diximus relationẽ spiratoris subsistere in sensu identico; quia est Pater, & Filius; non tamen afferre secum subsistens cum adueniat subsistentibus.

CAPVT XLIII.

In Deitate,vna est existentia absoluta, & non sunt tres relatiuæ.

CAput diuidimus in partes duas, vt postulat ipsa inscriptio.

Pars prior: *In Deitate vna est existentia absoluta.*

Pars posterior: *In diuinis non sunt tres relatiuæ existentiæ.*

PARS PRIOR.

In Deitate vna est existentia absoluta.

1.

VT nihil à Theologis videatur non fuisse tentatũ,aut aliquid inexpertum relictum, quod posset excitare admirationem; placuit nonnullis negare Deitati existentiam absolutam,& essentialem;eò quòd sufficerent relatiuæ existentiæ,quas personis tribuebant. Quod est incredibile paradoxon, ne dicam impia de Deo existimatio. Quòd enim in Deitate sit absoluta existentia, & essentialis,

1.Sententia opposita.

2.Sent. in tit asserta.

1. probatio.
Existentia est inter primas perfectio simpliciter.
Nulla perfectio aduenit naturæ p. psonas.
Ratio 1.
Ratio 2.

tialis,euidentissimũ est:existentia enim est summa perfectio rei cuiusque, & inter primas est perfectio ipsa simpliciter: nulla autẽ perfectio aduenit naturæ per personas; aliàs nõ esset natura infinita; si aliqua ei perfectio deesset,quæ non cõtineretur in conceptu naturæ · neq; vna persona alteri cõmunicaret totam perfectionem, siquidem nihil communicatur quod non sit essentiale. Quòd si existentia esset duntaxat personalis, non communicaretur: at verò ipsa existentia est maximè communicabilis, cum sit vltimus terminus perfectionis, & perfectio vltima.

Existentia est maximè communicabilis.

2.
2. probatio.
Essentia diuina est 1.ens,qđ per se ipsã maximè existit.

Idem probatur clarissimè;quoniam si essentia per se ipsam non existit, sed duntaxàt existit existẽtia personali; essentia quatenùs essentia est,non existit: hoc autem intelligi non potest,quia essentia diuina est primum ens, quod per se maximè existit.

3.
3.probatio.
Existere est ad se,quare relationes creatæ existũt existẽtia absolutà,vt lib.3.c.31.p.1. n.2.c,32.n.14, & lib.4,c,26, p,1,n,8,
Confirm.

Item arguitur, quoniam existere est ad se, etenim maximè id quod res habet,est esse;quare relationes creatæ existunt existentia absoluta, quoniam sunt res habentes aliqualiter esse,ergo essentia diuina habet esse absolutũ, quo simpliciter existat. Et confirmatur, quoniã existere ad aliud, est existere relatum; ergo si essentia diuina solùm ad aliud existit, ipsa est quid relatum, & non absolutum.

4.
4,probatio.
Persona nihil addit essentiæ, nisi proprietatem.
Existere non est propriũ alicuius personæ.
Confirm.
Essentia diuina est ipsũ esse subsistens.
S.Thom.

Idem probatur,quoniam essentia antecedit personam, & à persona solùm habet vt sit incommunicabilis; persona enim nihil addit,nisi proprietatẽ: quicquid autem non est proprium, est essentiale. Sed existere non est esse proprium Patris,aut proprium Filij, sed est simpliciter existere; ergo est quid essentiale,& non à persona acceptum. Confirmatur, quoniam essentia diuina est ipsum esse subsistens, vt S.Thom.probat 1.p. & 1. contra gentes: ergo non solùm esse est quid essentiale, sed ipsum esse maximè explicat Dei essentiam, & quidditatem:vnde illud ad Moysen.*Ego sumqui sum*;quod omnes Patres interpretantur esse nomen essentiæ.

Exod.3.

5.
5 probatio ex definitione Deitatis.
Existentia est quid optimũ, & maximè actus.

Adhùc idem ostenditur,quoniam diuina natura sub proprio conceptu formali est id quo melius excogitari non potest, & est ens infinitũ, & purus actus; sed existentia rei est quid optimũ,& esse subsistens est infinitum, & existentia est maximè actus: ergo omnibus his rationibus continetur existentia in ipso conceptu essentiæ. Neque est minus absurdum ponere in Deo tres existentias relatiuas, & tollere absolutam; quàm ponere tres sapientias relatiuas, & negare absolutam, & essentialem sapientiam. Confirmatur,quoniam æternitas,& immutabilitas conueniunt Deitati quatenùs existit; sed est vna æternitas, & vna immutabilitas,vt in Symbolo definitur. *Vnus æternus,& vnus immutabilis*:ergo est vna existentia absoluta.

Eodẽ absurdo poneret quis tres sapientias relatiuas,&negaret essentialẽ,& absolutã.
Confirm.
Deitati quatenùs existit, cõuenit vna æternitas,& immutabilitas.
Symbol.

6.
6. probatio.
Aliàs Deitas non existeret per se, sed per aliud, scil. per personam.

Prætereà, si natura diuina antequam sit in persona non existit; ergo non existit per se,sed per aliud nostro modo intelligendi, scilicèt per personam: ergo habet causam existendi. Nam vt existẽtia mediâ personâ coniungatur cum essentia, necessaria est causa efficiens, vt constat in natura creata, quæ ita coniũgitur cum essentia per actionem agentis. Quòd si dicas non esse agens extraneum,quod efficiat istam coniunctionẽ, sed personam diuinam se ipsâ existere. Contra arguitur, aut enim existit per ipsam essentiam, & ita essentia est existentia, vt volumus: vel existit formalitèr per suam proprietatem; ergo proprietas illa est primum ens, quod enim est prima ratio existendi, est primũ ens; erunt ergo tria prima entia, & tres Dij, scilicèt tres proprietates; quæ sunt primæ existentiæ. Et iterùm persona erit sibi causa existendi, quatenùs coniungit proprietatem suam cum natura.

Vt existentia cũ essentia cõiungatur mediâ personâ,necessaria est causa efficiẽs, vt c. 27.n.11.
Respons.
Refutatur 1.
Esset proprietas primũ ens, vtpotè 1. ratio existendi,&essent tria prima entia,

7.
7.probatio.
Deitas est per se 1,causa rerũ vnde & per se existit,

Denique essentia diuina est prima causa rerum: vnumquodq; autem operatur quatenùs existit; nam agens quatenùs existit dat esse effectui;cum ergo Deitas sit prima causa per se, vt in physicis demonstratur,ipsa per se existit. Aliàs omnes demonstrationes, quas Arist. conficit ad probandum, quòd essentia diuina siue Deus per se ipsum existit, nullæ sũt. Igitur euidens est conclusio, scitaq; demonstratio à posteriori, scilicèt ab effectu,diuinam essentiam per se ipsam existere. Et cõfirmatur,quia in ente primo simpliciter intelligitur existentia: quia id in quo primò existentia intelligitur, est ens primum;quare si personæ diuinæ priùs existunt,quàm Deitas,nostro modo intelligẽdi ipsa sunt prima entia. Primum autem ens est Deitas. Implicat ergo intelligentiam mentis, vt primũ ens

Refutatur 2.

Hæc est demõstratio à posteriori.
Confirm.
In enteprimo, simpliciter, & primò intelligitur existentia.

Implicat vt ens ante exiſtētiā meditemur.

ante exiſtentiam meditemur, ita vt non claudatur exiſtentia in conceptu primi entis, quod eſt Deitas beatiſsima.

8.

1. Sent. error.

Quamobrem non dubito ſententiam iſtam eſſe errorem in rebus fidei non ferendum, cum phyſicæ demonſtrationes oſtendant vnum eſſe Deum per ſe ipſum exiſtentem; vt etiam argumenta alia à ſuppoſitis diuinis petita peræquè dilucidè declarant, diuinam eſſentiam non exiſtere per perſonas. Et præcipuè firmatur hæc veritas ſententijs Patrum quibus affirmant exiſtentiam ſiue eſſe naturæ diuinæ maximè conuenire: imò hanc ipſam eſſe diuinam quidditatem, vt ſit; iuxta illud, *Ego ſum qui ſum*: quod lib. 5. tractabimus.

1. quia opponitur euidētirationi.

2. quia opponitur auctorit. Patrum.

Exod. 3. 9.

Et idcircò, ſi quid occurrerit in Doctoribus ſcholaſticis, quo videantur ſignificare eſſentialem exiſtentiam non eſſe Deitati, niſi per diuinas perſonas, beneuolè interpretandum eſt.

Doctores 1. ſent. fauētes, beneuolè interpretandi, ſi licet.

10.

Inter hos *Alenſis.*

Alexand. Alenſ. 3. parte, q. 2. memb. 3. ait non poſſe intelligi Deitatem actu exiſtentem, niſi in perſonis. Quibus verbis videtur innuere à perſonis exiſtentiam Deitatem accipere. Sed non eſt exiſtimandus vir tantæ ſapientiæ in re adeò clara lapſus fuiſſe: tametſi nonnulli eum quoque conſequantur, ſcilicèt Marſilius in 1. quæſt. 30. ar. 2. ad finem, Thom. Argent. d. 26. q. 1. art. 4. Henric. Gandau. quodlib. 5. q. 8. & vltima, Gilbert. Genebr. lib. 2 de Trinitat. pag. 58. & 86. ait naturam diuinam in perſonis ſuſtineri, ponique in actu; quaſi verò per ſe ipſam ſit in potentia. Quod erratum peius eſt, ſed conſequens ad primum. Si enim natura diuina ex ſe ipſa non exiſtit, neceſſe eſt vt hoc habeat ab alio, & perficiatur per aliud, ſitque in potentia ens. Nam ens in actu dicitur, quod actu exiſtit. Sed hæc & ſimilia benignè exponantur, ſi licet.

Marſil. *Argent.* *Gandau.* *Genebrardi* aſſertum peius quā 1. ſent. ſed ad eam conſequens, ſc. Deitatem in perſonis ſuſtineri, ponique in actu.

PARS POSTERIOR.

In diuinis non ſunt tres relatiuæ exiſtentiæ.

1.

1. Sent. ponit in diuinis perſonis tres exiſtentias relationum abſolutas, & proprias.

EOrum, qui ponunt relatiuas exiſtentias in diuinis perſonis, quidam ponunt eas abſolutas, ſicut in relationibus creatis; & concedendum eſſe in tribus perſonis res tres abſolutas: neque hoc abſurdi aliquid eſſe, quia licèt ſint res abſolutæ, conſequuntur tamen relationes, & hypoſtaſes; & ideò ſunt res propriæ, non communes.

Argum.

Hæc tamen opinio temeraria eſt, & in rebus fidei periculoſa: temeraria quidèm, quia non ſolùm noua, ſed contra communem ſententiam Theologorum in re grauiſsima; cum omnes conſentiant abſoluta eſſe communia, & relatiua eſſe duntaxàt propria: periculoſam verò cenſemus, quia parùm diſsidet ab illa, quòd hypoſtaſes conſtituantur abſolutis proprietatibus, quæ erronea eſt, ne dicam hæretica, vt ſuo loco explicabimus. Et refutatur iſthæc ſententia certiſsimo fideiCatholicæ pronunciato, quòd in diuinis omnia ſunt vnum, niſi obuiet relationis oppoſitio: ſed tres exiſtentiæ abſolutę non opponuntur relatiuè; ergo non ſunt numerandæ inter res diuinas. Quòd ſi reſpondeas ad hoc vt diſtinguantur reali diſtinctione, ſatis eſſe vt conſequantur relationes oppoſitas. Hoc identidem falſitatis conuincitur, nam relatio ſpiratoris conſequitur duas hypoſtaſes Patris, & Filij oppoſitas; & tamen eſt vna relatio, & non duæ; quia in ea relatione Pater, & Filius non opponuntur relatiuè: ergo cum ipſa relatio, quæ pertinet ad propria perſonarum, nō multiplicetur ſine oppoſitione; multò minùs multiplicabitur exiſtētia abſoluta, in qua nulla eſt relatiua oppoſitio. Adhùc idem probatur, quoniā illæ exiſtentiæ non habēt quo diſtinguā-tur, nam in conceptu exiſtentiæ conueniunt, & nullâ aliâ differentiâ differunt; ergo non ſunt plures exiſtentiæ. Probatur minor propoſitio, quoniam ſi reſpō-deas diſtingui relationibus ipſis, quarū ſunt exiſtētiæ: hoc etiam refellitur, nam relationes diſtinguūt ipſa relata, ſed nō diſtinguunt abſoluta ita vt multiplicēt; ſed abſoluta faciunt propria duntaxat, ſeruata ſua vnitate: aliàs alia eſſētia eſſet in Patre, & alia in Filio, relationibus ſcilicèt diſtinctæ; paternitas ergo, & filiatio faciunt duntaxàt, vt eadem eſſentia per paternitatem ſit propria Patris, & per filiationem ſit propria Filij; ergo ſimiliter illæ exiſtentiæ, ſi abſolutę ſunt, non multiplicātur relationibus, licèt fiāt proprię relatorū: ergo nullo modo multiplicātur. Adhùc idem probatur, quoniam eſſe abſolutū, & ſubſiſtens, eſt ſe ipſo infinitū, & eſt Deitas; ergo cū omnis res

2. Cenſetur temeraria, quia contra cōmunem ſent.

Item periculoſa, quia parū diſſidēs ab illa quòd hypoſtaſes conſtituā-tur abſolutis proprietatibus, q̄ eſt erronea, ne dicam hæretica.

Refutatio 1. ex pronunciato fidei, de quo lib. 1. c. 30. p. 2. n. 32. ca. 43. p. 1. n. 12. lib. 3. c. 25 n. 7. & cap. 26. n. 7.

Reſponſ.

Cōuincitur falſitatis à fortiori.

Relatio Spiratoris vna duas hypoſtaſes oppoſitas conſequitur.

Refutatio 2. Exiſtentiæ illæ nō haberēt quo diſtinguerentur.

Probatur reſponſionem refutando.

Relationes nō diſtinguūt abſoluta, ita vt multiplicēt.

Faciunt illa propria duntaxat, vt c. 18. p. 1. n. 8. & p. 3. nu. 21. c. 19. p. 1. n. 3.

Refutatio 3.

Existentia absoluta relationis cum esset diuina, esset subsistens, & infinita se ipsa.

Confirm. Existentia absoluta non est magis istius, quàm illius, quia nó habet in Deo potentiam passiuam à qua determinetur.

Refutatur 4. Existentia absoluta est summa perfectio, & attributum diuinę naturę

3.
2. Sent. tit opposita.
Scot.

Falsò tribuitur *Richardo.*

Asseritur à *Medina* simul concedẽte existentiam abessentia distinctam.

Aduersatur *S. Thomæ.*

Item rationi, maximè apud concedẽtes vnam tantum existẽtiam rerum pluriũ in vno supposito vtpotè distinctam.

res diuina subsistat, si relatio habet existentiam absolutam, illa existentia erit infinita, & erit ipsum esse subsistẽs, quod est quidditas Deitatis; existentiæ igitur tres absolutæ non magis fingi possunt, quàm Deitates tres. Confirmatur, quia existentiæ creatæ sunt determinatæ per essentiam, quasi forma per subiectum: est enim essentia creata potentia passiua ad existentiam, vt suprà docuimus, qua potentia passiua determinatur existentia tanquàm à subiecto; sed in Deo non est vlla potentia passiua; ergo existentia absoluta relationis istius, vel illius, nihil habet quo determinetur; ergo non magis est istius, quàm illius; ergo non sunt tres existentiæ absolutæ altera Patris, altera Filij, altera Spiritus Sancti. Denique existentia est summa quædam perfectio, imò secundum S. Dionysium est maior perfectio, quàm vita, & sapientia; & est attributum diuinæ naturæ: ergo non licet in personis multiplicare existentias absolutas, sicut non licet numerare tres vitas, aut tres sapientias, aut alia attributa absoluta; igitur non vacat periculo ponere in Trinitate tres absolutas existentias.

Secunda opinio est, quæ diuinis suppositis attribuit proprias distinctasque existentias, non tamen absolutas, sed relatiuas. Quæ est opinio Scoti in dist. 11. q. 2. & quodlib. 4. art. 5. & Richardo de Sancto Victore falsò tribuitur, vt dicemus. Et quidem inter Thomistas, qui existentiam ab essentia ex natura rei, siue realiter distinctam esse confitentur Bartholom. de Medina 3. parte, quæst. 17. art. 2. & alij recentiores opinantur esse in tribus personis tres relatiuas existentias. Quæ sententia non solùm contraria est assertis Sancti Thomæ, vt in confirmatione ostendemus, sed rationi dissentanea: nam & eos qui non distinguunt existentiam à rebus, nisi sola ratione, vel hac in parte falli commonstrauimus, quòd velint esse existentias plures in diuinis personis. Qui verò norunt in schola S. Thomæ rebus pluribus vnam existentiam accommodare, vtpotè distinctam, & vni supposito non nisi vnam existentiam ascribere; nulla ratione ducuntur, vt in supposito diuino singulatim duas existentias ponant, alteram relatiuam, & alteram absolutam; & vt credant non posse existere suppositа tria per vnam, & cõmunem existentiam.

Tertia igitur opinio tres existentias relatiuas prædicat cò quòd existentiam etiam in rebus creatis sola ratione discernunt ab essentia, siue à re quapiam existente: & ita aiunt existentiam esse quoddam transcendens, aut quasi transcendens quod possit multiplicari in diuinis suppositis. Quidam verò opinionem istam quam amplectuntur, sic explicant; docent essentiam diuinam non existere existentijs illis relatiuis. Et ratio ad hoc quidèm succedit; quoniam essentia non est id quod refertur, quare necesse non est, quòd existat existentiâ, quæ est propria relati: quo sanè modo, & nos dicimus, naturam non subsistere modo relatiuo subsistendi, quia ipsa non est id quod refertur. Deindè affirmant personas simpliciter existere existentiâ absolutâ, & solùm secundum quid existere existentiâ relatiuâ: nam Pater est sapiens existentia absoluta, & essentiali; id enim significat esse sapientem: est verò relatum, & incommunicabile, & generat existentiâ relatiuâ; nam esse Patrem significat relatiuam existentiam, si qua illa est. Et hæc quidèm consentanea sunt isti opinioni.

Fundamentum istius opinionis, quòd existentia in rebus creatis sola ratione distinguatur ab essentia, & sit quasi metaphysicus actus, aut modus intrinsec⁹, iam à nobis labefactatum est. Præterea hic dicendi modus coaptatur ijs rebus, quæ in sui ratione formali non includũt existentiam; quia præcisî existentiâ sunt nihil: quòd si cogitentur vt res veræ, scilicèt extra causas, & intellectum, hoc ipso cogitantur existẽtes. At verò Deitas non habet diuersos status, vt sit, aut fuerit in aliqua causa, aut in solo intellectu, vt addatur illi existẽtia quasi actus metaphysicus, aut intrinsecus modus. Quarè non potest explicari qua ratione vera Deitatis essentia præscindatur cogitatione ab ipsa existentia, quam isti Doctores sic explicant. Est autẽ scitum, & constat apud homines, conceptibus distinctis intelligi Deitatem, & existentiam: ergo existentia in Deo intelligitur non vt metaphysicus actus, aut modus intrinsecus additus essentiæ; sed vt perfectio addita, sicut & cætera attributa.

4.
3. Sent. tit. oppositа, sed alio fundamẽto quòd scil. existentiam à rebus nó distinctam cogitet, sed quasi trãscendentem.

Huius sent. 1. assertum, Quòd essentia diuina non existit existẽtijs relatiuis.

Ratio
Essentia nõ est id qđ refertur.

Ob eandem rationẽ nõ subsistit relatiuè.

2. Assertum: quòd personæ existũt simpliciter existẽtiâ absolutâ: & secundum quid existentiâ relatiuâ

Declaratur.

5.
Huius sent. cõfutatio 1. ex c. 23. p. 4. n. 11. vbi fund. labefactatum est.

Confutatio 2. Deitas non habet diuersos status de quib⁹ cap. cit. vt addatur illi existentia.

Non potest explicari præcisio essentię ab existentia, quã cogitãt aduersarij.

Existentia intelligitur, distincto conceptu, non vt actus, vel modus additus essentiæ, sed vt perfectio addita, sicut alia attributa,

Sic attribuitur diuinis suppositis.

Et hoc idem dicendū est de diuinis suppositis: verum enim suppositum diuinū non est aut fuit aliquando in aliqua causa, aut in solo intellectu, vt addatur illi existentia quasi actus metaphysicus, & modus intrinsecus; sed additur suppositō diuino existentia, vt quædam perfectio nostro modo intelligendi: ergo vna existentia essentialis attribuenda est diuinis suppositis, sicut vna sapientia, & vna bonitas.

6.

2. asserti quod 1. partem, confutatio.

Deindè illud quod affirmant suppositā diuina existere simpliciter existentia absoluta, & essentiali, quæ est existētia naturæ, non concordat cum illorum placitis. Nam suppositum diuinum nostro modo intelligendi est compositum, vel potiùs cōstitutum ex natura, & proprietate; illi autem, composito assignāt compositam existentiam, cum existentia nullatenùs distinguatur à re existente; & ita rei compositæ composita est existentia: ergo existentia quidèm diuinæ naturæ erit absoluta, existentia relationis relatiua; existentia autem suppositi, quod ex natura, & relatione cogitādo componimus, erit necessariò compo

Disidet à reliqua ent.

Consequenter danda esset suppositō diuino per rationē cōpositō, existentia, quæ nec esset absoluta, nec relatiua, sed composita.

sita existētia, neque absoluta, neque relatiua, sed mixta si placet, vel composita. Et Theologis, qui non satis benè norunt suppositi diuini compositionē, erit denuò componenda existentia ipsa suppositi planè ficta, & vana compositione; quemadmodum de existentia, quā aiunt esse compositam in rebus creatis, disputauimus.

7.

Quoad 2. par. confutatio 1.

Præterea illud etiam falsum est, quòd persona secundum relationem existat secundum quid, non simpliciter. Nam quod existit secundum quid, existit secundum accidens, vt Petrus albus albedine existit albus; ergo si Deus Pater paternitate existit Pater, & non eādem existit Deus, simpliciter quidem existit Deus, & secundum quid existit Pater, quod est existere secundum accidens, quicquid enim dat nouū esse supersubstantiale, est accidens, vt obseruat Sanctus Thom. q. 9. de potent. art. 5. ad 19. Quod autem aiunt ideò existentiam relatiuam non aduenire per accidēs, quia est eadem existentia absoluta sola ratione distincta; sicut spiratio non aduenit per accidens Patri, quia est ipsa res quæ est Paternitas: non satisfacit argumento; nam qui ponunt solam existentiam absolutam, asserunt neque paternitatē, neque spirationem actiuam afferre existentiam; vbi autem non est distincta existentia, nihil est per accidens: distincta autem existentia facit ens per accidens. Et hoc confirmatur ex ipsa illorū positione; aiunt enim Patrem, paternitate non simpliciter existere, sed secundum quid; Deitate autē simpliciter existere: ergo Paternitate existit secundum accidens.

Distincta existētia facit ens per accidens.

Confirm. hoc Sic, ex concessis, facit existere secūdū quid.

8.

Confut. 2. eod. exemplo.

Vrget adhùc argumentum, nam spiratio actiua aduenit non solùm naturæ simpliciter existenti, sed suppositis simpliciter constitutis, & subsistentibus, & existentibus: ergo si ipsa quoque affert Patri nouum existere, est planè accidēs, & non substātia. Et adhùc impediuntur alia difficultate. Cum enim in persona vna ponant existentias duas, alteram necesse est præintelligant prioritate rationis: quod si intelligant Patrem prius existere relatiuâ existentiâ, existentiâ absolutâ naturæ existet per accidens; secunda enim existentia, quæ aduenit existenti, per accidens est: & ita Pater erit Deus per accidens. Si verò existentiâ absolutâ priùs existit, existentia relatiua aduenit existenti, & aduenit per accidens, & erit Pater per accidens. Quæ omnia errata cum fide Trinitatis non consentiunt. Nos verò negamus quòd Pater paternitate existat, quia paternitas non affert existere; sed paternitate est hoc existens incommunicabile, quia paternitas communem existentiam facit propriam. Itaque nulla relatio diuina affert secum existentiam. De spiratione verò actiua, qua ratione non aduenìat per accidens, lib. 2. docuimus.

Spiratio actiua aduenit naturæ, & suppositis existentibus; vnde si affert Patri nouum existere, est accidens.

Confutatio 3. Ex duabus existentijs inuni persona, altera præintelligeretur prioritate rationis, & posterior aduenire per accidēs: vnde Pater esset Deus, vel Pater per accidēs.

Illud adhùc displicet, quòd existentias ponant relatiuas, quia existere ad se est, non ad aliud; ita vt non sit existentia relatio, aut saltem non intelligenda sit ad aliud per modum relationis; sed ad se per modum absoluti. Quapropter ij, qui existentias plures diuinis suppositis attribuerant, è Philosophiæ officina docuere esse existentias absolutas. Igitur quòd existētia diuinæ relationis nō sit quid relatum, probatur primò, quia existentia relationis creatę non est quid relatum, sed actus, & perfectio aliqua relati; sed existentia diuinæ relationis eo modo se habet ad hypostasim, quo se habet existētia creatę relationis ad subiectum;

Vera doctr. Pater non existit paternitate, sed est hoc existens incōmunicabile, quia paternitas communē existentiam facit propriam.

De exēplo lib. 2. c. 38. n. 14.

9.

4. sent. in tit. asserta.

Præsciendū.

Existētia saltem non intelligitur ad aliud, sed ad se per modum absoluti, vt s. 1. n. 3 1. fund.

Existentia relationis creatæ nō est quid relatum, sed actus & pfectio relati

Existentia diuinę relationis eo modo se habet ad hypost.

quo se habet existentia relationis creatæ ad subiectum.

iectum; ergo neutra est quid relatum, vtraque enim relatio comparatur ad subiectum secundum esse quod est ad se,& non secundum quod est aliud: ergo esse, quo relatio comparatur ad diuinã hypostasim in qua est, est ad se & absolutum. Quòd si respondeas existentiã diuinę relationis esse ipsam relationẽ, cognitã tamen conceptu absoluto, qui est ad se,sicut proprietas hypostatica est relatio cognita absoluto conceptu. Responsum hoc neque Theologiam sapit, neque Philosophiam. Nam quod Theologi interest; proprietas hypostatica diuina distinguitur ratione formali à relatione,& non est illius quasi actus metaphysicus, & intrinsecus modus: & ideo quatenùs conuenit cum ratione hypostatica creati suppositi in analago communi,intelligitur absoluto conceptu,vt posteà dicemus. Existentia verò relationis (vt isti Doctores volunt) non distinguitur ratione formali à relatione diuina; sicut neque in rebus creatis distinguitur à re existente ex natura rei, sed solùm distinguitur vt act' metaphysicus inclusus in conceptu rei. Illud verò à Philosophia abhorret, vt actus metaphysicus vltimus relationis, sit absolutus etiam nostro modo intelligendi. Cum enim differentia vltima siue actus vltimus sit præcipua ratio totius compositi,in compositione metaphysica vltimus actus relationis est maximè relatiuus & nullo modo absolutus; ergo neque cogitando attribuenda est relationi existẽtia absoluta vt actus vltimus metaphysicus;sed vt perfectio addita & verè absoluta existentia vltimus actus metaphysicus.

Respons. iuxta 3. sent.

Improbatur 1. vt non sapiẽs Theologiam.

Proprietas hypostat. diuina distinguitur ratione formali à relatione, & ideo intelligitur absoluto conceptu quatenus conuenit cũ ratione hypst. creata.

Existẽtia relationis est perfectio ei addita, & verè absoluta.

Improbatur 2 vt abhorrẽs à Philosophia

Vltimus act' metaphisic' rei est præcipua ratio illius;& sic nec cogitãdo potest tribui relationi absoluta existentia,vt vltimus actus metaphysicus.

10.

2. Fundam. Existentia essentialis est omnibus modis infinita & sufficiens.

Existẽtia relationis est perfectio ei addita, & verè absoluta in diuinis vna est, vt illi probè confitentur.

Præterea existentia diuina essentialis est omnibus modis infinita;ergo illa satis est,vt relationes diuinę existãt: nulla enim ratio persuader,quòd relatio diuina coniuncta cũ existentia essentiali,nõ existat per illam,sicut & persona quę relatiua est, per illam existit. Mihi verò satis persuasum est id quod antea in argumento proponebatur, nihil esse in diuinis absolutum quod iterum sit relatiuum, nihil relatiuum quod iterum sit absolutum; absoluta enim communia sunt,relata verò propria.

Nihil in diuinis absolutũ quod iterum sit relatiuum, aut è cõuerso.

11.

3. Fund.

Adhùc probatur,quoniam absque dubio si sunt tres relatiuæ existentiæ, sunt tres perfectiones distinctæ, quod lib. 3. impugnauimus; existentia enim est maxima perfectio. Et inde sumimus argumentum aliud,essent quippe concedendæ tres infinitæ perfectiones: nam in ijs quæ non sunt magna quantitate & mole, magnitudo spectatur penes existentiam à qua est rei perfectio. Cum ergo sint perfectiones tres secũdum tres existentias,vel erunt finitæ,vel infinitę, & vtrumque peræquè absurdum est.

ex lib 3 c. 31. p 3.n.10.

12.

4. Fundam. Quæ nõ sũt magna mole, habent magnitudinẽ penes existentiam.

Deniq; ista opinio ponit tria increata,tria immensa, tria ęterna, contra id quod definitum est in Symbolo S. Athanasij. *Vnus increatus, vnus æternus, & vnus immensus.* Probatur quòd sint tria increata, vnumquodque enim dicitur factum vel creatum secũdum quod habet esse ab alio; at verò increatum dicitur secundum quod à nullo habet esse per actionem causæ efficientis; ergo si personæ diuinæ habent tria esse relatiua distincta siue tres existentias,à nulla causa efficiẽte, absque dubio sunt tria increata. Et confirmatur, quoniam extra esse increatum, omne esse est creatum; ergo vel illæ existentiæ sunt creatæ, quod est hæreticum; vel sunt tria esse increata, scilicèt tres existentiæ increatæ, a quibus formaliter dicantur non vnum increatum,sed tria increata. Confirmatur iterũ, quia Filius ideo non dicitur creatus, quia non accipit esse distinctum à Patre,sed ipsum esse increatum: ergo si Filius habet aliud esse relatiuum, vel illud non habet à Patre, quod est hæreticum; vel habet à Patre esse distinctum per generationem cõmunicatum;quare non genitus est sed creatus,esse enim distinctum est esse pendens ab alio,persona enim diuina procedit quidẽ ab alia, sed non accipit esse distinctum, vt lib.2. docuimus.

5. Fundam. Alàs esset tria increata, item tria æterna,& immẽsa, cõtra Symbolũ

Quòd verò sint tria æterna probatur euidentèr,quia sunt tres existentiæ mẽsurabiles æternitate; ergo tria æterna. Quidam concedunt tres durationes,sed non tres ęternitates;eò quòd æternitas sit ens magis contractum & perfectum. Sed hęc responsio vana est & nullius momenti, nam licèt duratio sit quid commune omnibus existentibus,duratio tamen diuina quę est tota simul absq; successione & termino,est propria ęternorũ;ergo si sunt tres durationes sine successione & termino, sunt profectò tres

Quoad 1. probatur.

Creatũ vel increatũ dicitur aliquid secũdũ quod ab alio,vel à nullo habet esse vt à causa efficiente.

Confirm. 1.

Extra esse increatũ, omne esse est creatũ.

Confirm. 2.

Filius nõ dicitur creatus, quia non accipit esse distinctũ à Patre,sed ipsum esse increatum.

Esse distinctũ est esse pendens ab alio.

13.

Quoad 2. probatio, 1. euidẽs

Respons. *Soar. ad 1. p. tract. 3 li. 3. c. 11. n. 6.*

Confutatur. Duratio cõmune quidem est omnibus existẽtibus,sed diuina est propria æternorũ, quia tota simul est, sine successione & termino,

Respons.

æternitates: quod argumentum ineuitabile est. Respondent quidam æternitatem significare maximam quandã perfectionem rei, quæ per se ipsam est immutabilis; relationes autem diuinas esse immutabiles ratione essentię,&idcirco eadẽ ęternitate & non diuersis æternitatibus prædita esse. Sed hoc ipsum improbatur argumento, nam si relatio diuina habet proprium esse immutabile, per se ipsam immutabilis est; mutatio enim est secundum esse: ergo per se ipsam est æterna. Et ita multiplicantur immutabilitates,& æternitates. Sunt ergo tria immutabilia,& tria æterna. Præterea etsi ratio prima immutabilitatis, B & æternitatis sit essentia diuina, hoc nõ prohibet esse tres immutabilitates, & æternitates tres: sicut prima ratio existẽ di diuinis personis, est essentia, vt ipsi confitentur; & tamen ponunt in personis existentias tres. Cum ergo probemus argumento isto cum existentijs tribus esse cõiunctas immutabilitates tres & æternitates tres; non diluitur argumentum per hoc quod aiunt primam rationem immutabilitatis, & æternitatis esse diuinam essentiam. Cum hoc enim constat vt ponendæ sint tres immutabilitates, & ęternitates, siquidèm ponuntur tres existentię immutabiles & æternę. Sunt ergo tres immutabilitates, & tres ęternitates in ista opinione constituendę contra fidem Symboli,& contra definitionem sextæ Synodi, act.4. in epistola Agathonis, vbi credenda proponitur vna essentia, vna Deitas, vna æternitas. Quapropter crediderim in his definitionibus Ecclesiæ, quòd sit vnum infinitum, increatum, immutabile,& ęternum; illud tacitè constitutum esse, quod est ad tuendam doctrinam fidei necessarium, quòd videlicet sit vna existentia, & non existentiæ plures.

Improbatur.
Si relatio diuina haberet proprium esse immutabile, p se ipsam esset immutabilis, ac proinde per se ipsam æterna.

Probatur. 2.
Licèt 1. ratio imutabilitatis & æternitatis sit essentia diuina, hoc non tolleret esse tres æternitates, si essent tria esse.

Exemplum.

Asserere tres æternitates est cõtra Symbolũ & 6. Synodũ

In his definitionibus tacitè cõstituitur qd sit vna existẽtia nõ plures.

Quod autem alij opinantur, non esse contrarium fidei sinceræ, vt æternitates tres relatiuas fateamur in diuinis; neq; S. Athanas. negasse æternitates tres relatiuas, sed tres absolutas negasse, non approbamus. Neque enim quisquam sibi debet arrogare, vt ex proprio cap. interpretetur fidei sanctiones, maximè verò parum consentiente philosophia: & videtur quidem hoc audaciæ eximię esse, & temeritatis. Cum vera autem sententia quòd non sint plures existentię

14.
Interpretatio negari plures absolutas, non relatiuas.

Improbatur.
Non sunt sanctiones fidei ex proprio capite interpretãdę, maximè contra philosophiam.

A relatiuæ, sed vna existentia absoluta in tribus suppositis diuinis, omnia rectè conspirant; & nihil hic delitet aut dubij, aut periculi. Quæ res vt meliùs perspiciatur aduertendum est, quòd existẽtia est actus essentię, vt Theologi & Philosophi consentiunt, & docet S. Thom. 2. contra gent. cap. 93. & de potent. q. 5. art. 4. ad 3. & 1. p. q. 39. art. 2. Et idcirco quia ens est id quod est, scilicèt quod existit, vnaquæque res ita dicitur ens sicut essentiam habet, qua existat. Vnde probatum est partes substantię non habere suas existentias distinctas, quia non sunt entia: accidens verò quia est secundum ens, & est quędam essentia siue species addita speciei substantiæ, habet quoque suam existentiam. Quapropter ea accidentia quæ non habent absolutè essentiam, sed sunt modi quidam reales alterius essentię apud doctos iudicantur nõ habere distinctas existentias, sed existere per existẽtias rerum, quarum sunt modi, vt antea docuimus; ita vt perpetuò existentia sit actus essentiæ. Sicut ergo partes substantiæ & modi ipsarum partium, quia conueniunt ad compositionem vnius essentiæ, existunt per existẽtiã totius; ita modi reales accidẽtiũ, C &ea genera rerũ, quæ simpliciter nõ sũt essentiæ neque species, existunt per existentiam eius essentiæ cum qua coniũguntur. Quòd si plures res creatę existunt eadem existentia, cum tamen sint res aliqualiter distinctę; multo magis asserendum est hoc de diuinis rebus, quæ re ipsa nullatenus distinguuntur, vt scilicèt relatio & essentia eadem existentia essentiali existant; maximè verò cum relatio diuina non sit essentia, vt lib. 3. docuimus. Et confirmatur hoc ratione D qua antea vsi sumus, vt probaremus in supposito creato esse vnam existẽtiam. Nam suppositum diuinum constitutum sua proprietate est vnum ens, sed vnius entis vna est existẽtia; ergo totum suppositum existit vna existentia, quæ est essentialis. Et confirmatur, quoniã suppositum diuinum etiam vt suppositum est, operatur per naturam, Pater enim Deitate generat; ergo etiam vt suppositum est, existit per naturam, generat enim vt existens: neque hoc dubitandum est. Igitur cum in ratione suppositi existat existentiâ naturę; nullo modo alia existentia est necessaria.

Vt contra ei esse pateat,
Aduert.
Existentia est actus essentiæ. *S. Thom.*

Vnũquodque ita dicitur ens, sicut habet essentiã qua existat, ex ca. 26. p. 1. & 3.

Exempla.
De partibus substantiæ, & earũ modis, de accidẽtibusque non habẽt absolutè essẽtiã.

Cũ plures res creatę & distinctæ eadẽ existentia existãt; multo magis verùerit, quòd essentia, & relatio diuina quę nõ distinguũtur, eadẽ essentiali existẽtia existant.

Relatio diuina non est essentia, vt lib. 3 c. 28. n. 5.

Confirm. 1, vt c. 26. p. 2. n. 5

Cõfirm. 2, Suppositũ diuinũ, etiam vt suppositum operatur per naturam, vnde vt suppositum existit per naturam.

Henr.

15. *Gandau.* ait quòd essẽtia & relatio diuina distinguũtur nõ secũdũ esse, sed secũdũ modum ipsius esse.

Explicatur.

Modi reales quasi intrinseci in eadẽ existentia oppositi impossibiles.

In natura & relatione possũt cogitari.

Ratio.

Henric. Gandau. in sua summa art. 34. ad 1. relationem diuinam & essentiam ait non distingui secundum esse, sed secundum modum ipsius esse. Modos autem reales quasi additos excludimus à Deitate, modos verò entis quasi intrinsecos permittimus. Impossibile est autem quòd eadem existentia habeat modos intrinsecos oppositos, vt secundum alterum modum sit existentia naturæ, & secundum alterum modũ sit existentia relationis. Sed modi hi in relatione & natura diuersi possunt cogitari, quia per eandem existentiam natura existit communicabilitèr, & relatio incõmunicabiliter existit. Quòd si hoc voluit Henr. Gandau. placet quòd cum illo concordamus.

16. 1. Obiectio. Respons. ex cap. 26. p. 1. n. 3 p. 2 & p. 4. n. 7. 2. Obiectio. Refutatur 1. Refutatur 2. Existentia non est actus distinguens. Distinctio nõ est relatio realis nisi inter res existẽtes, ex alio cap. 3. Obiectio. Respons. ex dictis.

Iam verò quæ opponunt parui sunt momenti, scilicèt quòd singulæ res suas habent existentias. Hoc enim ante refutatum est. Addunt quòd res distinguantur per existentias, quia distinguũtur quatenùs actu sunt. Et hoc falsum est, nam res non existentes definitione distinguimus: neque existentia est actus distinguens, cũ sit extra conceptũ essentiæ. Verum est quòd distinctio non erit relatio realis nisi inter res existentes; non quia existentia distinguat, sed quia nulla relatio realis in rebus non existentibus existit. Adijciũt quòd relatio det esse, hoc est, existere. Sed hoc iam toto in capite elucidatum planè est.

Confirmatio.

17. *S. Greg.* esse attribuit incõmunic abilitati.

In Deo vna est incommunicabilitas.

S. Bernard. Esse attribuit æternitati.

S. Augusti.

QVòd non sint tres existentiæ relatiuæ, colligi potest non obscurè ex Patrum sentẽtijs. Nam esse attribuunt Deitati vt nomen naturæ propriũ, quod lib. 5. tractabimus. Quòd si esse est nomen personale vt vnaquæq; persona suũ habeat esse, nõ est nomẽ proprium naturæ. Præterea S. Gregor. lib. 12. Moral. cap. 33. esse attribuit incommunicabilitati. *Solus* (inquit) *veracitèr est, quia incommutabilis est.* Ergo in Deo vna est existentia & non plures, sicut & vna incommutabilitas & non plures. S. Bernard. de consideratione ad Eugenium initio libri quinti, hoc esse attribuit æternitati. Quod facit etiam S. Augustin. lib. de vera religione cap. 49. *Æternitas* (inquit) *sola est: quare ipsa sola dicere potuit, Ego sum, qui sum.* Quibus ijsdem rationibus confirmauimus non esse plures existentias, sicut neque plures æternitates aut immutabilitates. Et tota doctrina Patrum, dum hanc rem agunt, prædicat vnum esse in Deo, quod sit ipsa quidditas & natura diuina, vt lib. 5. commonstrabimus. At verò S. Augusti. rem ipsam apertissimè definijt libr. 7. de Trinit. cap. 4. vbi docet non esse tria esse, sicut neque tres sapiẽtias, quia Deo idẽ est esse, quod sapere. Hoc enim totum nos sentimus cum S. Augustin. quòd esse sit vnum, & quòd non minùs absurdum sit dicere tria esse siue tres existentias, quàm sapientias tres. Neque potuit S. Augusti. non ita existimare, qui esse considerauit ad se, & non ad aliud, vt probè scitèque considerãdũ est. Eadem est sententia S. Hieronymi ad Damasum epistola 57. *Quisquis* (inquit) *tria esse aut tres vsias & naturas conatur asserere*. Vbi non minus prohibet dicere tria esse siue existẽtias tres, quàm tres naturas & vsias.

Idem.

Deo idem est esse quod sapere.

S. Hieron.

18. Obijciuntur Patres *S. Cyril.*

Sed tamen S. Cyrill. lib. 1. dialog. de Trinit. videtur existentias propriasper-sonis attribuere; Cum enim de Patre, & Filio verba faceret. *Cum vterque* (inquit) *sit ac subsistat, propriamque dicatur habere existentiam, substãtiæ idẽtitas vnionem declarat.* Vbi inter propria personarum numerat existentiam, substantiam verò ait esse communem. Marius etiam Vict. lib. 3. contra Arium existentias duas ponit Christi & Spiritus Sancti. Et Richard. de Sãcto Vict. lib. 4. de Trinit. cap. 16 & 17. alteram existentiam absolutam, alteram relatiuam in Deo agnoscit: etenim personam definit esse incommunicabilem existentiam; qua definitione vtentes in personis tribus constituendis, tres necessariò dicemus existentias. Atquì S. Cyrillum interpretari possumus, quòd intellexerit existentiam pertinere ad proprietatem, non quòd existentia ipsa sit proprietas, sed quia ipsa proprietas cũ existentia intelligitur: propriũ enim est Patris esse Patrẽ, & esse Patrẽ significat existẽtiã propriã; substantia verò siue essentia communis est. Vel fortè existentiam pro subsistentia vsurpauit: quod & Marium fecisse credimus. Ad definitionem Richardi respondendum est eum accepisse existentiam nomen abstractũ pro concreto, scilicèt pro existente.

Marius Vict.

Richardi doctrina, ac definitio psonæ.

Ad S. Cyril. 1. interpret.

2. interpret. *Ad Mariũ*, hæc eadem.

Addefinitionẽ *Richardi.* Responsio.

Quòd

Existentia in ea defin.quid?

Quòd si existentia absoluta & essentialis significetur, perspicuum est non esse dicenda tria existentia, sed tres existentes iuxta normam adiectiuorum, quam trademus lib. 5. Est autem interpretatio pro qua citatur Alex. Alensis 1.p.q. 49. memb. 2. & 3. & Albert. Magn. d. 23. art. 2. in illa definitione accipi existentiam pro subsistentia. Et Gilbert. Genebrard. lib. 2. de Trinitate pag. 25. subsistentiam legit. Sanè si Richardus existētiam pro subsistentia diceret, minùs propria esset loquutio, definitioniq; inepta, cū sint rationes diuersæ per hæc nomina designatæ: Sed hic commentarius non placet. Nam ipse Richard. lib. 4. de Trinit. cap. 16. explicat quid sit existentia, & eam attribuit incommunicabilem diuinis personis. Arbitratur autem existentiam esse ipsā substantiam cū aliqua adiectione indicante causam à qua est, vel quòd à nulla causa est. Quā opinionem antea refutauimus, quòd ici licèt existentia significet essentiam cum ordine ad causam à qua est producta. Consentaneè autem philosopharur Richardus attribuēs suppositis diuinis existentias incommunicabiles, scilicèt proprietates hypostaticas, vt ipse indicat, cū illa adiectione quòd sit abalio, vel nō sit ab alio. Mentem Richard. explicauit probè Alex. Alens. 1.p.q.44. in corpore. Ipse verò Richardus vnum existendi actum attribuit personis tribus, quem vocat vnum esse; & nunquam esse multiplicat, imò vnū esse prædicat lib. 5. de Trinit. cap. 3.

1. Interpret. *Alens.* *Alb. Magn.*

Genebr. Improbatur.

2. Interpretatio ex ipso *Richard.* Ait quòd existentia sit substantia cū adiectione indicāte id à quo est, vel quòd ànullo est.

Hæc opinio refutatur cap 23.p.4.n.4.&7.

Consequenter loquitur ponēs existētias incōmunicabiles, scꝓprietates hypostaticas cum illa adiectione

Richardi mens ex *Alens.*

Richard. vnū tantū esse admittit, & nō multiplcat.

19. Laus eximia *S. Thomæ.*

Vnam absolutam existentiam tātùm, in diuinis agnoscit.

At verò S. Thom. in Theologis primus, & inter Patres nulli post S. Augustinum secundus, constantissimè affirmat vnam duntaxàt existentiam absolutam esse personis tribus, ita vt ipsæ relationes nullam habeant existentiam nisi absolutam, quę est essentialis, & est ipsa essentia diuina. Hæc est sententia illius, 3.p.q.17. art. 2. ad 2. vbi asserit tres diuinas personas non habere nisi vnum esse. Idem docet 1.p.q.30. art. 2. ad 2. & de potent. q.2. art. 1. clariùs; & art. 6. negat quòd sit in Deo duplex esse essentiale & personale. Et q.9. de potent. artic. 9. ad 19. hoc idem probat, quoniam esse est essentia, & quia aliàs esse relationis aduenire secundum accidens, & faceret compositionem. Idē quoque affirmat q.8. art 2. ad 11. & de veritate q. 1. art. 5. ad 18. & in 1. dist. 33. quæst. 1. artic. 1. ad 1. & quodlibet. 12. art. 3.

Idem sentit. S. Bonauent. eadem d. 33. q. 1. Albert. Magn. d. 20. art. 2. & Alexand. Alens. 1.p. q. 49. memb. 2. & q. 5. memb. 1. ad 2. & q. 44. memb. vnico, vbi in eādem opinionem recitat Richardum de S. Vict. Ioan. etiam Scotus in 3. d. 1. q. vltima. Ægidius in 1. d. 33. q. 2. eaque est communis Scholasticorum opinio. Lege Ioan. Capreol. in 1. d. 1. quæst. vnica art 3. ad 2. & d. 5. q. 2. art. 3. ad 2. & 5. & d. 26. q. 1. art. 3. ad 4. & Sylueſtrum in Conflato q. 28. artic. 6. ad 4. Neque à nobis dissentit Thom. Caiet. 1.p.q.28. art. 2. & 3.p.q.3. art. 2. Eandemque sententiam complectitur vir eruditissimus Robert. Bellarminus lib. 2. de Christo, cap. 11. quòd sit dogmatis fidei concinnior.

20. *S. Bonau.* *Alb. Magn.* *Alens.* *Richard. Scot.* *Ægidius.* *Capreol.* *Sylueſt.* *Caietan.* *Bellarm.*

Vt verò de contraria opinione aliquid censeamus, non solùm falsam esse iudicamus, sed penitus improbabilem; minusque tutam in rebus fidei opinionis defensionem, quæ plures æternitates, aut durationes, aut immutabilitates, aut immensitates relatiuas confitetur.

21. Opposita sent improbabilis. Eius defensio admittens plures relatiuas durationes, æternitates, &c. minùs tuta.

CAPVT XLIIII.

Tria diuina suppositа substantia vna est, non tres substantiæ; tres autem hypostases, non vna hypostasis.

AD explicandam rationem formalem diuini suppositi perneccssarium est intelligere, quid nomine substantiæ significemus in rebus creatis, quid etiam in diuinis: vt nouerimus ad quęstionem respondere, vtrùm sint substantiæ tres, sicut suppositа tria; an verò substantia vna in suppositis trbus. Caput diuidimus in partes quatuor.

Pars Prima: *Quid sit substantia in creatis: & quid sit accidēs.*
Secunda: *De substantia diuina, & de eius vnitate.*
Tertia: *An in diuinis possint dici tres substantiæ primæ, aut incommunicabiles?*
Quarta: *Tres personæ dicuntur tres hypostases, non vna.*

PARS

PARS PRIMA.

Quid sit substantia in rebus creatis: & quid sit accidens.

1. Inscriptionis pars 1.

1. Aduert. cũ *S. Thom.* Vulgaris definitiõ substãtiæ, quòd sit ens per se, Improbatur 1.

Per se, significat negationẽ 1. nõ in alio Improbatur 2.

Pars v.c. materia, non est substantia, est tamẽ ens p se.

2. Definitio *S. Thomæ. ex Auicen.* Substantia est id quod habet essentiam cui debet esse pse. Per 1. partic. excluduntur partes.

Per 2. Deus, quia in eo non est distinctio inter essentiã & esse,

CIrca genus substantiæ obseruandũ est cum S. Thom. lib. 1. cõtra gẽt. cap. 25. & aliàs sæpiùs, non rectè definiri substantiam, quòd sit ens per se: per se enim significat negationem, quasi dicas non in alio; negatio verò non constituit genus, quod toto suo conceptu est ens positiuũ. Preterea, substantia quæ est genus non prędicatur de partibus, scilicèt de materia aut forma; & tamen hę partes sunt entia per se, quia sunt entia non in alio. Aliter ergo substantia, quę est genus, definienda est.

Igitur S. Doctor in 2. d. 3. q. 1. art. 5. accipit definitionem substantiæ ab Auicen. lib. 5. Metaph. cap. 5. & lib. 2. cap. 1. quòd substantia sit id quod habet essentiam, cui debitũ est esse per se. Nam ab habente essentiam excluduntur partes essentiæ, de quibus substantia non prædicatur: essentia autem cui debitum est esse, distincta est ab ipso esse; quæ distinctio necessaria est, vt ipse Auicen. docet, ad hoc vt essẽtia ponatur in genere. Neque verò substantia, quę est genus, significat solum ens cum negatione: sed significat essentiam; qua ratione partes essentiæ non sunt substantia: & significat adhùc essentiam ab esse distinctam; qua ratione Deus non ponitur in prædicamento substantiæ, vt docebimus parte secunda capitis. Hanc doctrinam tradit S. Thom. creberrimè, videlicet 1. p. quæstion. 3. art. 5. ad 1. & lib. 1. contra gent. cap. 25. & de potent. quæst. 7. art. 3. ad 4. & quodlib. 9. art. 5. ad 2. & in 4. d. 12. q. 1. art. 2. & 3 p. q. 77. art. 1. ad 2. & alijs in locis.

S. Thom.

3. 1. Definitioni hęc 2. prefertẽda ostenditur.

Ad huius doctrinæ & definitionis intelligentiam, aduertendum est quòd ens nihil significat expresso conceptu nisi esse, & illud quidem in obliquo. Ens enim dicitur id quod est, vt colligitur ex doctrina S. Thomæ locis commemoratis: & ideo non constituit genus modus intrinsecus additus enti, nisi coarctando ens vt significet essentiã; essentia enim est quæ in genere collocatur. Idcirco S. Thomas definitionem illam substantiæ vulgarem reijcit, quòd substãtia sit ens per se: cum enim per se significet negationem, hic modus additus enti nõ præstat id quod est necessarium rei ponendę in genere, vt ens per se ex vi nominis & significationis sit essentia siue res habens essentiam. Sed per hanc negationem volumus indicare quendam modum entis positiuum & perfectum, quo amplitudinem entis contrahimus ad essentiam per se existentem; substantia enim non addit enti differentiam, cum ens non sit genus, quod est extra differentias: necesse est ergo vt addat enti intrinsecum modum; quod etiam Sanct. Thom. concedit de diuinis personis q. 9. art. 2. ad 1. Sed quoniam modus ille positiuus & intrinsecus nullo nomine proprio significatur, meliùs definitur substãtia non per modum additum enti, neque per ens quod non est genus; sed per id quod habet essentiam, cui debitum est esse per se, non in alio.

Deinde aduertendum est, quòd aliqui definiunt substantiam quòd sit ens aptum per se existere. Hęc autem definitio non scita est; tum quia substantia definitur per ens non explicando essentiã, & hac definitione pars essentiæ erit substãtia; substãtia autẽ quod est genus, non prædicatut de parte: tum quia aptitudo qua essentia finita apta est esse, est potentia passiua realis, qua existentiam recipit; & illa potentia passiua etsi non sit res distincta ab essentia, est tamen cognitione posterior: quare non rectè definitur substantia per istam aptitudinem.

Sed etsi substantia ex propria ratione hoc habeat vt accidentibus substet, siue vt sustentet accidentia, & ab eo munere substandi ductum sit nomen substantiæ; non tamen substantia significat hoc ipsum à quo deriuatum est, sed significat essẽtiam in ordine ad esse, vt docuimus. Quia esse est perfectio prima essentię finitæ, & complementum illius. Et ita ab esse petenda est prima ratio substantiæ: & ita docet S. Thom. cum plerisque doctorum, substantiæ quidẽ nomen institutum esse ab actu substandi, quo accidẽtibus substat; significare tamen essentiam, quæ per se est.

Subsistentia etiam nomen concretũ aliquando pro substantia vsurpatur, vt est apud Boetium cap. de substantia. Et lib. de duabus naturis, ait genera, & species subsistere; indiuidua autem non solùm

Ens expresso conceptu solũ esse significat, & hoc in obliquo. *Idem.*

Mod' intrinsecus additus enti nõ constituit genus, nisi coarctãdo ens vt significet essentiam. *Idem.*

Per se, ex vi nominis significat negationem.

Indicat modũ entis positiuũ & perfectum.

Substãtia addit enti nõ differetiã, sed modũ intrinsecũ. *S. Thom.*

Mod's hic proprio nomine nõ significatur

Colligitur non per illum & ens definiendam substãtiã, sed vt in 2. defin.

4. 2. Aduert.

Alia definitio quòd substantia sit ens aptu per se esse Improbatur. 1.

Impro atur 2.

Potentia passiua entis ad existentiam licèt non sit distincta ab essẽtia, est tamẽ cognitione posterior, quam essentia.

5. 2. Definito optima ostenditur.

Substãtię nomen deriuatũ est à substare accidẽtibus; nõ tamen hoc significat, sed essentiã in ordine ad esse.

Esse est perfectio essentiæ finitæ: vnde ab eo 1. ratio substãtię petitur. *S. Thom.*

6. Subsistẽtia in cõcreto aliquãdo pro substãtia vsurpatur. *ex Boetio.*

Subsistere indicat esse p se.

Subsistere cõuenit generib⁹ & speciebus, sed substare solũ primis substantijs.

S. Thom.

7.
Idem.

In substãtia duo; ratio subsistẽdi, & actus per se existẽdi.

Quoad 1. conuenit subsistẽtia priùs secũdis substãtijs, quoad 2. indiuiduis.
Boetius.

Subsistentia est synonimũ cũ substantia.

Vnde quoad rationẽ essentiæ, secundæ substantię sũt magis substantiæ; primę verò quod actum existendi.

S. Th. in 1. ait subsistẽtiã nõ significare indiuiduũ, id est, hypostasim.

Idem 1. *p.* vsurpat subsistentiam pro hypostasi.

Cõciliantur hæc loca.

Genera & species prioritate consequentiæ substãt priùs.
Aristot.

Aliàs 2. substãtię per indiuidua substãt.

lùm subsistere, sed substare. Quoniam subsistere tantum indicat esse per se; ratio autem substantiæ petitur ab esse per se, vt modò dicebamus: & ideo subsistere cõuenit generibus & speciebus. Substare autem accidentibus, iam habet ordinem ad extranea secundum physicam potentiam; & ideo non conuenit generibus aut speciebus, sed primis substantijs indiuiduis. Et ita interpretatur S. Thom. Boetium 1. p. quæst. 29. artic. 2. ad 4.

At verò idem Doctor Sanctus in 1. d. 23. q. 1. art. 1. in tractanda quęst. & responsione ad 4. docet in subsistentia duo considerari, scilicèt rationem subsistendi, quæ est essentia in genere substantiæ cui debitum est esse per se, & ipsum actũ per se existendi. Quoad primum ait nomen substantię priùs conuenire secũdis substantijs, quam primis; quia essentia cui debitum est esse, priùs intelligitur in genere, quàm in indiuiduo: quod etiã docuerat Boetius lib. illo de duabus naturis. Quoad secundum verò ait nomẽ subsistentię priùs conuenire indiuiduis; quia actus ipse existendi per se, est singularium: iuxta quam doctrinam nomẽ subsistentiæ est synonimum cum substãtia; nam & de substantia eadem nobis dicenda sunt, quòd secundum rationem essentię, cui debitum est esse, secundæ substantię sunt magis substantiæ; at verò secundum actum existendi sunt magis substantię, quę dicuntur primę, & indiuiduæ. Opinabatur autem S. Thomas in commentarijs super sententias, subsistentiam non significare indiuiduum, quod apertè docet dist. 26. quæst. 1. art. 1. ad 4. *Subsistentia* (inquit) *& essentia non nominant distinctum.* Hoc est, non significant indiuiduum proprietate distinctum. Et idcirco posuit substantiam communem. At verò 1. p. q. 29. art. 2. ad 2. subsistentiam pro hypostasi vsurpat; quod etiam facit loco iam commemorato, quæst. 29. art. 2. & idcirco non concedit ibi genera, aut species priùs subsistẽre: Et hoc dictum ex Boetio supposuit. Possumus tamen dicere quòd genera & species priùs substant prioritate consequentiæ, vt Aristot. docuit in Postprædicamentis; licèt substare suis indiuiduis conueniat, & secundis substantijs per indiuidua. Hæc autem dicta sunt ad aperiendam sententiam A Doctoris Sancti in diuersis locis. Correctior autem loquendi modus est vt subsistentiam non pro substãtia, sed pro hypostasi accipiamus.

Definitur ergo substantia finita per esse vt per causam finalem, quia esse est perfectio substantię: & quia est perfectio necessariò coniuncta cum substantia extra causas, vt docuimus; explicatur hęc necessitas per debitum naturę: est enim iustitia quædam naturalis in ordine naturæ, vt obseruauimus initio huius operis; & propter illam iustitiã naturalem, esse est debitum naturæ.

Consectarium est, quòd nomen hoc substantiæ, vt substantiam ab accidente distinguimus, in rebus creatis analogum est; significat enim præcipuè essentiam, cui debitum est esse, & illud est genus substantiæ: significat etiam ens per se, hoc est, non in alio: & hoc modo tã essentia, quàm partes essentiæ substantia dicuntur, vt Aristot. docet, & S. Thom. obseruat Opusc. 42. cap. 10. & in 3. dist. 6. quęstione prima, artic. 1. & de ente & essentia, cap. 7.

Ad hac doctrina velut à loco proprio depromenda est notio, definitioque accidentis, cuius naturam elegantissimè declarat S. Thom. de ente & essentia, ab exordio cap. 7. est enim quæcunque essentia à suo esse spectanda: esse autem non est accidentis, quia accidens per se non est; quod Sanctus Thomas alijs verbis dicit, accidens non habere esse absolutum, hoc est, non habere esse quod sit solius accidentis. Considerandum enim est quòd in coniunctis esse est ipsius coniuncti; & non est alterius, aut alterius partis: sicut enim materia non est essentia cui debitum sit esse; neque forma est essentia, sed pars essentiæ; essentiæ autem ex vtroque coniunctæ debitum est esse; ita & in coniunctione per accidens ex substantia & accidente, esse consequitur ipsum coniunctum, & est totius cõiuncti. Discrimen tamen est quòd in coniunctione substantiali, esse quod per formam aduenit non aduenit pręexistenti; quia materia ante formam non existit: in coniũctione autem per accidens, esse quod aduenit per formam accidentariam aduenit substantiæ præexistenti. Et ita coniunctum ipsum existit per accidens; quare non inuenitur ibi vna essẽtia cui debitum sit illud esse, sed

Melius subsistẽtia non pro substãtia, sed p hypostasi accipitur.

8.
Definitur substantia finita per esse, vt per causam finalẽ.

Ex lib. 4. c. 24. à n. 10. iuncto lib. 1. c. 2. n. 5. propter iustitiã naturalẽ ęst esse est debitũ naturę extracaus.

9.
Consect.

Subsistentia in creatis analogum est.

Significat essẽtia præcipuè, itẽ ẽsp se, quomodo partes sunt substãtiæ.
Aristot.
S. Thom.

10.
Inscriptionis pars 2.

De natura accidentis.
Idem.

Accidẽs nõ habet esse qđ sit soli⁹ accidẽtis

In coniunctis esse est ipsius coniuncti.

Exemplũ in coniunctione substantiali.

In cõiũctione per accidẽs, esse consequitur coniunctum.

In vtraq; discrimen.

In 1. esse nõ aduenit præexistenti.

In 2. maximè.

sed coniunctum quoddam per accidens ex essentia completa, & imperfecta essentia accidentis; quæ quidem est imperfectior, quàm pars essentiæ substantialis: quia pars substantialis etsi non sit essentia perfecta siue cõpleta, est tamen pars perfectæ, & completæ essentiæ: accidens autem est forma quædam, quæ neque est completa essentia cui debitũ sit esse; neque est pars essentiæ completæ; sed est pars coniuncti per accidens. Quare vt definiatur in ordine ad illud esse, quod nõ habet per se & absolutum, sed quatenùs accidens ipsum est cũ substantia coniunctũ, necesse est vt per substantiam definiatur. Verum est, quòd in consideratione logica accidens est perfecta essentia ex genere, & differentia constituta, quæ in prædicamento per se ponitur: forma autem substantialis sicut non est ex genere, & differentia constituta, ita neque in predicamento ponitur; neque est perfecta essentia in consideratione logica, sed in physica consideratione, cum & pars substantialis & accidẽs sit imperfecta essentia, perfectior est forma substantialis, vt S. Th. docet.

Est ergo accidens id quod imperfectam habet essentiam, cui cum substantia coniunctæ, debitum est esse in alio. Eâdem enim existentiâ accidentis, substantia existit per se quidem, sed secundum accidens, & ipsum accidens existit secundum quid, & in alio. Et hæc est enucleata ratio accidentis ab ipsa philosophica entis & essentiæ contemplatione acepta, quam tradit S. Thom 3. p. quæst. 77. art. 1. ad 2. & in 4. dist. 12. q. 1. ad 2.

Quapropter videntur non rectè sapere ij, qui aiunt rationem formalem accidentis sitam esse in quadam inhærentia, qua substantiæ inest. Nam si inhærentia significet existentiam in alio, nihil potuit dici, aut cogitari minùs verum; cum existentiam ab essentia distingui necesse sit, vel adhoc vt essentia ponatur in genere; non est ergo ratio accidentis existentia ipsa. Si verò per inhærentiam intelligas coniunctionem accidentis cum subiecto; sanè coniunctio est posterior naturâ accidentis, & est modus realis additus; quare neque ipsa coniunctio est ratio formalis accidentis, neque id somniauit Aristotel. Nam etsi fortè crediderit nullum accidens posse separari à substantia, ignorans diuinam potentiam, qua quantitas separari potest (quod quidem existimasse Philosophum multis persuadet Augustin. Nyphus libr. 7. Metaph. disputat. 5.) non tamen ideo ipsam inhærentiam putandus est constituisse. vt rationem formalem accidentis; quam inhærentiam esse posteriorem quidditate accidentis, potuit naturali ratione comprehendere.

Sed neque placet modus explicandi Thomistarum, quòd aptitudo ad existendum in alio sit ratio formalis accidentis; quam parum Latinè dicunt inhærentiam aptitudinalem, hoc est, aptitudinem ad inhærendum. Sic explicant Ioan. Capreol. in 1. dist. 42. quæst. 1. art. 3. & Thom. Caietan. Opusc. de ente & essent. cap. 7. quæst. 15. Cum quibus etiam consentit Heruęus quodlib. 4. quæst. 9. Ægid. 7. Metaph. quæst. 2. & Chrysost. Iauell. quæst. 1. & alij. Hoc, inquam, nobis non probatur; tum quia in essentia finita est aptitudo physica ad recipiendam existentiam, vt docuimus; quæ tamen non est prima ratio accidentis, sicut neq; substantiæ: tum etiam quia hæc physica aptitudo aliquo modo immutatur in Sacramento Eucharistiæ: illa enim quantitas eo modo reali quo est per se separatum existens, sic immutata est vt non possit esse in subiecto, nisi immutato iterũ modo, & relicta suæ naturæ. Non est itaque aptitudo physica ratio formalis accidentis: tũ vel maximè quia ista aptitudo physica est quędam passiua potentia; accidens autem est forma & actus; ergo ratio formalis accidentis non est passiua potentia, sine aptitudo ad existendum. Accidens ergo non definitur per inhærentiam neque actualem, neque aptitudinalem, vt aiunt. Vnde S. Thom. in 4. distinctione 12. quæstione prima, docet definitionem illam accidentis quòd sit ens quod in subiecto inest, non esse probè scitequè traditam; sed vulgò ita definiri causa breuitatis.

Exponendum tamen est verbum illud in definitione accidentis, quam vsurpamus, quòd scilicèt sit aliquid habens essentiam imperfectam cui debitum est esse in alio: tota enim hæc definitio cõuenit formæ substantiali; nam & illa est quædam essentia imperfecta, quæ in materia

Impfectior est essentia accidẽtis, quã pars essentiæ substãtialis.

Ratio.

Accidẽs non est cõpleta essẽtia cui debitũ sit esse, neque pars cõpletæ essentię, sed pars coniuncti per accidens.

Definitur per substantiam.

In cõsiderationelogica est pfecta essentia posita per se in prædicamento

Nõ sic forma substantialis.

Secus in cõsiderationephysica *S. Thom.*

11. Definitio accidentis.

Est id qđ imperfectã habet essẽtiã, cui, &c. Eâdẽ èxistẽtiâ accidẽtis existit substãtia p se secũdũ accidẽs, & ipsũ accidẽs secũdum quid. *S. Thom.*

12. Quorũdã sẽt. rationem accidentis ponit in inhærentia adsubstantiã.

Improbatur. Inhærentia *p* existentia in alio, abessẽtia distingui necesse est, vt essentia ponatur in genere.

Pro coniunctione accidẽtis in subiecto, est posterior accidẽte, & modꝰ realis additus.

Arist. credidisse nullũ accidẽs posse separari à substãtia, ait *Nyph.* *Arist.* inhærèntiam esse posteriorẽ quidditate accidentis potuit naturali ratione cõprehendere

13. Explicatio eã ponẽs in aptitudinali inhęrentia.

Capreol. *Caietan.* *Heru.* *Ægid.* *Iauell.*

Improbatur 1. vt 0,4.

Improbatur 2. Physica aptitudo accidẽtis vt inhęreat immutata est aliquo modo in Eucha.

Ratio notãda.

Improbatur 3. Illa aptitudo est passiua potẽtia, accidens verò est forma & actus.

Infertur improbatio dictæ sentent. ex *S. Thom.*

14. Contra definitionẽ Thomisticam, Obiectio.

Responsio ex n.10.vbidiscrime formę substantialis,& accidentalis.

S.Thom.

teria existit: sed accidens est quod inest in subiecto præexistente; forma autem substantialis existit quidem, sed non in præexistente materia. Quod discrimen colligitur apertè ex doctrina S. Thom. de ente & essentia cap.7. iam à nobis elucidata.

15.
Instantia de generatione.

Hac in re vna generatio substantialis dubium nobis injicit, quæ cum antecedat suppositum per se existens, videtur non existere in præexistente. Ad hoc tamen respõdetur illud certum esse quòd nulla existentia antecedat existentiam

1. Respons.

suppositi; quod autem sequitur existentiam suppositi accidens est, vt liquet ex definitione accidentis. Vel ergo dicendum est generationem substãtialem nõ esse accidens, sed modum realem substantię existentem per existentiam substantię, vt de alijs modis realibus partiũ substantiæ dicendum est; qui etiam modi priùs natura producuntur, quàm suppositum, & tamen existunt per existentiam suppositi: & quòd generatio solùm propter modum prædicandi reuocatur ad genus actionis. Vel omninò dicendum est in hoc seruari naturam accidẽtis in isto accidente; quòd cum non habeat propriam existentiam, quia nõ est essentia, sed modus entis, & per existentiã suppositi existat; existat tamen posteriùs natura, existentibus priùs natura partibus substãtię cum suis modis realibus. Hoc enim ipsum postulat natura accidentis.

Quòd generatio nõ est accidens, sed realis modus substãtię priùs naturâ productus, quã suppositũ, & nõ nisi p̃ existẽtiam illius existens.

Item quòd solum propter modũ prędicãdi reducitur ad genus actionis

2. Respons.

Quòd est accidẽs, quia per existẽtiã quidem suppositi sed posteriº naturâ existit quã partes substãtiæ cũ suis modis realibus.

16.
Declaratur.

Itaque per existẽtiam suppositi quod primò existit, post suppositum priùs naturâ existit forma cuius est proprium existere, & per formam existit materia participans eandem existentiam: hæ, inquam, partes priùs natura existunt cum suis modis realibus; postmodùm generatio substãtialis, quæ est modus realis, solùm ex natura rei distinctus à forma, quia accidens est, posteriùs naturâ existit. Vnicuiq; enim rei aduenit esse secundum quod debitum est rei ipsi. Et idem debitum seruatur in ordine naturæ, quo res plures participant idem esse.

Solùm ex natura rei à forma distinguitur.

Vnicuiq; rei aduenit esse secundum quod debitum est rei ipsi.

PARS SECVNDA.

Substantia proprijssimè Deo conuenit, & singulariter dicitur in diuinis.

A VT nomen substatiæ Deo attribuamus nõ sola significatio est explicãda, sed ipsa nominis notatio siue etymologia studiosiùs inspicienda. Ducitur autem nomen substãtiæ, vt vox ipsa sonat, à substando; vel, quod idem est, à subsistendo, vt docet S. Augustin. 7. de Trinitate cap. 4. & S. Isidor. lib. 2. Etymolog. cap. 27. substare autem, vel subsistere significat apud Latinos idem quod sistere, vel consistere iuxta illud Terentianum. *Metuo ne substet hospes.* Hoc est, ne apud nos maneat, siue subsistat.

B Et vtrumque verbum significat etiam, alijs subesse, & sustinere alia: quo pacto substantia substat, siue subsistit accidentibus; vnde substantia dicitur apud Philosophos.

Nomen autem, substantia, apud Rhetores æquiuocum est, significat enim quandoque argumentum rei, quod dicimus materiam & subiectum: & aliquãdo opes, & facultates, quæ hominem sustinent: & in psalmo significat quodlibet fulcimentum. *Infixus sum* (inquit Auctor Psalmi) *in limo profundi,*

C *& non est substantia.* Nõ est quo nitar.

Hanc ob causam videtur nomen substantiæ ab Aristotel. vsurpari ampliori quadam significatione pro essentia, ita vt accidentium quoque substantiam, hoc est, essentiam dicamus: quia cuiusque rei quidditas est cæterorum, quæ in illa inueniuntur, quasi basis & firmamentum. Et eapropter deriuatum est nomen ad genus substantiæ, quia accidentia pendent à substantia secundum esse, & substantia per se stat.

Apud Philosophum nomen, substantia, pro essentia vsurpatum inuenimus 5. Metaph. text. 15. cap. 8. Et in definitionibus vniuocorum & æquiuocorum 2. Poster. text. 12. At verò sub-

D stantiam pro ente per se, quod substat accidentibus, passim vsitat 7. Metaph. & alijs in locis.

Primùm igitur statuẽdum est, nomen essentiæ maximè tribuendum esse Deo. Est autem essentiæ nomen à Philosophis inuentum, & latinitate donatum, vel à Quintiliano, vel potiùs à Sergio Flauio antiquiore, qui illud olim vsurpauit. Ducitur autem nomen, essentia, vt S. Augustin. ait 5. de Trinitat. cap. 8. ab esse, quod existere significat. Et est essentia res quępiam habens suum esse: ea enim quæ

1.
Sustãtia à substando, vel subsistendo.

S. August.
S. Isidor.
Horũ verborũ 1. significatio
Terent.

2. Significatio De his cap. 31 p. 1. n. 5.

2.
Substantia est nomen æquiuocum apud Rhetores.
1. Significatio
2. Significatio
3. Significatio *Psal. 68.*

4.
Ex Arist.
4. Signific. pro essentia quauis.

5. Signific. pro genere substãtiæ.

Pro 4. signifie. *Idem.*

Pro 5. signifie. *Idem.*

6.
1. Assertio. Nomen essentiæ tribuendũ maximè Deo.
A quibus inuentum?
Ducitur ab esse *ex S. Aug.*

Q ux p esse nō suū exist ūt, in rigore nō dicā tur essentiæ, vt modi rerum.

Humanitati Christi debi tus est exist ētia, & ideo est essentia.

Ex hac parte relationes diuinæ nō sunt, essentię nostro modo intellig. *Ex Suid. & S. Athanas.*

vsia ab esse.

Omoasion, idest, vnius essentię, siuè substantiæ.

Essentia est quam explicat definitio ex *Aristot.*

Assertionis probatio.

S. Augustin.
S. Basilius.
Nazianz.
S. Cyril.

Mar. Vict.

6.
Assertio 2.
Aliud nomē essentiæ siue quidditatis, sc. natura, etiā Deitati tribuitur.

Natura ex *S. Thom.* pro forma specifica, seu toti'

Definitio naturæ tradita à *Boetio*, explicatur.

quæ existunt per esse non suum, essentię non dicuntur in rigore philosophico, vt modi rerum qui existunt per ipsas rerū quibus adhærent, existentias. Humanitas verò Christi, etsi non habeat propriam existentiam, est tamen debita illi, & idcirco recensenda est in numero essentiarum. Relationes diuinæ etiam hac ex parte non sunt essentię, quia aduenerunt post esse diuinum nostro modo intelligendi, & nō afferunt secum nouum esse. Similitèr & nomen Græcum, vsiam, quod essentiam significat, testatur Suidas ab esse siue ab existentia deriuari. Et idem docet S. Athanas. lib. de definitionibus, & Græcū nomē omousion, quod ab essentię vnitate concretum est, Latini verterunt vnius essentię siue substantiæ, vt substantiæ nomen & essentiæ synonima sunt. Est autem essentia, quā explicat definitio, vt docet Aristotel. 5. Metaph. text. 15. quam dicimus quidditatē rei, quia definitio explicat quod quid est rei, & ipsam dicimus rei naturā. Essentia ergo est quę habet esse: sed esse maximè Deo conuenit, & est quoddā nomen diuinum iuxta illud, *Ego sum qui sum.* Ergo essentia quoque est nomen Deitatis accommodatissimum, vt S. Augustin. testatur 5. de Trinitat. cap. 8. S. Basilius epistol. 43. S. Gregor. Nazianzen. oratione ad 15. Episcopos. S. Cyrill. Alexand. in expositione fidei, & legitur 6. tomo Bibliothecæ sanctorum. Quod etiam docet Marius Victor. lib. 2. contra Arium his verbis. *Quod est illud esse, purum est, hoc magis substantiæ est.* Quid enim magis substantia, quàm vbi essentia est ipsum esse.

Hæc igitur essentia, quæ & quidditas rei dicitur eò quòd explicat perfectionem indicantem quid est res, alio nomine appellatur natura. Et ita nomen hoc naturæ Deitati etiam tribuitur in ea significatione nominis vsitata, quam affert S. Thom. 1. p q. 29. art. 1. ad 4. pro forma specifica, quæ dicitur forma totius, verbi gratia, humanitas. Sic enim explicanda est definitio Boet. lib. de duabus naturis. *Natura est vnumquodq; informans specifica differentia.* Vbi etiam differentia non pro parte definitionis vsurpanda est, sed pro ipsa specie nomine abstracto significata, vt humanitas: quo pacto significatur vt informans, siue vt forma alterius. Et hoc nomen, A natura, licèt à natiuitate derivatum sit vt ex Aristotel. 5. Metaph. text. 5. Doctor sanctus obseruat; tamen vsu tritissimum est vt pro essentia accipiatur, & omnes Patres diuinam essentiam diuinam naturam appellant. Natura autem apud Physicum indicat principium operationis: quo etiā nominis vsu præcipuè quadrat agenti primo, quod est Deus Beatissimus.

Natura à natiuitate deriuat. *Ex Aristot. S. Thom.*
At pro essentia accipitur.
Apud phys. indicat principiū operationis, & quadrat sic maximè agenti primo.

Corollarium est quòd nomen substātiæ vt significat essentiam, in diuinis recēsendum sit; cum Deitas essentia quędam sit, siue substantia, & quidditas, & natura. Hæc enim omnia synonima B sunt, quæ significant idem eodem modo; & apud Patres receptissimum est nomen, substantia, pro essentia.

7.
Coroll.
Substantia vt significat essētialē Deo tribuit.
Essētia, subst. quidditas, & natura synon. sūt.

Quod si accipiamus substantiam alia significatione, vt indicat ens per se, quod opponitur accidenti, S. August. nō nihil addubitat Deum substantiam appellare, eò quòd substantia appellatur, quæ accidentibus substat, in Deo autem accidentia non sunt: ergo nomen substantiæ non propriè attribuitur Deitati. Et ita videtur sētire Boetius, qui in lib. de duab. naturis ait hypostasim esse, quę accidētibus substat: hypostasim autē Grę cè, Latinè substātiā dicimus. Quòd si substantia est quę accidētibus substat, Deus certè nō est substantia. Et hoc idē docet Alex. Alens. 1. p. q. 49. art. 2. Mar. Vict. lib. 2. cōtra. Ariū, substātiā dictā de Deo ait significare subiectū, nō quopacto substantia creata subiectū dicitur, sed quasi fontem vniuersitatis: sed hoc non est in Theologorum vsu; neq; nomen philosophicum, subiectum, significat originem rerum, sed materialem causam.

8.
De substantia vt indicat ens per se.
S. Augustin. dubitat an Deo conueniat.
Substantia appellatur quæ accidentibus substat ex *Boet.*

Alens.
Substantiæ & subiecti acceptio ex *Mar. Victo.*
Improbatur.

Dicendum tamen est, Deum esse proprijssime, & perfectissimè substantiam, D vt nomen substantiæ significat ens per se. Non enim etymologia, siue notatio nominis attenditur, sed significatio: nomen autem substantię etsi deriuatum sit à substando, significat tamen non ipsum munus substandi accidentibus, sed significat ens per se, quod Deo maximè quadrat. Prætereà substare non solùm significat alijs subesse, sed etiam per se stare & constare, quod etiam subsistere dicimus, & per se esse: ergo ab hac significatione verbi substandi ductū nomen substantię, Deitati conguum est. Et cum à Patribus vsitetur, & in Concilijs repe-

9.
3. Assert.
Substantia vt significat ens per se proprijssimè Deo tribuitur.
Ratio 1. vt n. 5.
Non etymologia attenditur, sed significatio
Ratio. 2.
Substare etiam significat stare per se, & cōstare: vnde à substare dicta substantia etiam Deo conuenit

riatur sæpiùs, non est confugiendum ad alteram significationem ampliorem, vt Deum solùmmodò dicamus substantiam, hoc est, essentiam, quo pacto nomen substantię conuenit etiam accidẽtibus; sed etiam substãtiã, hoc est, ens per se, siue essentiam per se existentem, Deo attribuimus. At verò cum S. Ioan. Damasc. libr. 1. fid. Orthod. cap. 8. Deitatem vult esse ab omni substantia exceptam; separat illam à substantia quæ substat accidentibus, aut cui aduenit esse: Vel propter modum significandi imperfectum, vult illam esse super omnem substantiam, sicut & super omnia entia, vt ibidem ait.

S. Damasc. explicatur 1.

Explicatur 2.

10. Pro 3. assertionis ostensione 1. adnotandũ.

At verò ad rei istius luculentiorem doctrinam duas notiones explicabimus, scilicèt diuinæ substantię, & substantiæ communis per analogiam quæ de substantia finita, & infinita prędicatur. Habemus autem substantiæ diuinę breuissimam ac planissimam definitionẽ, quæ ex doctrina S. Thom. colligitur: Substãtia enim hæc quam Deum dicimus, est id quod per essentiã est; proprium enim est Deitatis vt essẽtia eius sit ipsum esse. Et hæc est vltima perfectio infinitaque in substantijs, quarum essentię quo magis accedunt ad esse perfectiores sunt: essentia autem diuina est ipsum esse. Et ita substantiæ finitæ sunt quæ habent essentias, quibus debitum est esse per se, hoc est, non alijs: substantia autẽ infinita habet essẽtiam, quę per se est, hoc est, per se ipsam. Et hic est perfectissimus modus per se existendi, solius essentiæ infinitæ singulare elogium; quod per se existat, hoc est, non per additam existẽtiam. Quod ergo nomen Deo magis proprium excogitari poterit, quàm nomen substantiæ hac notione declaratũ?

Ex S. Thom. substantia diuina definitur, Id quod per essentiam est.

Substãtiarum essẽtiæ quo magis accedũt ad esse, eo perfectiores sunt.

Substantię infinitę singulare elogium est, per se ipsam esse, non per additam existentiam.

11. 2. Adnot. Substãtia vt communis est Deo & creaturę nullã imperfect. indicat.

Considerandum iam est nomen ipsũ commune substantiæ, quod substantias finitas, & infinitam complectatur. Nam & illud opus est vt nullam imperfectionem indicet; aliàs non erit Deo etiam secundum analogiam communem attribuẽdum. Compertum est autem substantiam creaturis, & Deo communem nõ esse id quod habet essentiam, cui debitum est esse; hoc enim indicat essentiam distinctam ab existentia, & ita est nomen proprium substantiæ creatæ, quę est genus; quod S. Thom. magis explicauit in 4. dist. 12. quęst. 1. quòd scilicèt substantia prędicamentalis significet id quod habet essentiam, cui acciditur esse: hæc enim est creata essentia, cui productæ confertur esse, & per productionem acquirit esse.

Vt significat ens per se, est analogũ & cõmune vtriusque substãtię.

Ostenditur, ex p. 1. n. 3.

Nomina quo cõmuniora, eo pro priora sũt Deo, vt cap. 30. p. 3. num. 6.

S. Thom. 1. Ratio. 2. Ratio.

Substantia igitur vt significat ens per se, est analogum commune substantijs finitis, & Deo. Nam ens absque dubio nomen commune est, & proprijssimè Deo conuenit, & rebus omnibus creatis commune est; per se autem est quædam negatio cõmunis rebus omnibus, quæ non sunt accidentia. Nomina autem quo magis communia sunt, pro priora sunt Deo, vt S. Thom. docet, propter amplitudinem significandi quæ apta est infinitę naturæ; & quia ab imperfectis, & contractis magis distant.

13. 3. Adnot. Quid significet ens per se? Respondens. ex p. 1. n. 3.

Quòd si quæras, quid significet nomẽ istud ens per se? Respondendum est cũ S. Thom. pluribus in locis, quòd ens significat solùm esse explicito conceptu; significat enim id quod est: sed non est synonimum ens, & existens. Nam ens significat id quod est, scilicèt cui cõuenit esse, vel quia est, vel quia possibile est; existens autem significat id quod actu est: quia existens est nomen cõnotatiuum, & significat formaliter existentiam; ens autem est nomen absolutum & substantiuum, & significat concretè hoc totum, scilicèt id quod est, siue illud sit, siue saltem possibile sit esse. Et hac significatione ens per se est nomen proprijssimum Dei, quia Deus est is qui est, scilicèt qui per se ipsum est.

Ens & existẽs nõ synonima.

Ens significat cõcretè hoc totũ, sc. id qđ est vel potest esse existẽs verò, id qđ actu est, & formaliter existentiam.

Existens, cõnot. substãt.

Ens per se est prijssimum nomen Dei.

Quòd si adhuc cõtendas nomen substantiæ, vt est analogum, significare nõ solùm esse, sed existentiam. Permittendũ hoc est, & explicabimus substantiam cõmunem, quòd sit id quod habet essentiam, cui conuenit esse per se. Conuenit autẽ essentiæ cuiq; etiam infinitę ipsum esse: sed essentię finitæ cõuenit per causam; & essentiæ infinitæ nõ per causã. Et in hoc est analogia inter substantiam finitã & infinitam, vt inter causam, & causatũ. Hac tamen significatione substantia nõ est genus, cum sit analogũ. Est autem conceptus generis substãtiæ, quem iam explicauimus, quòd sit aliquid habens essentiam, cui debitum est esse per se ordine quodam naturæ, vel cui acquiritur esse; vt significetur distinctio aliqua realis inter essentiam & esse; quæ distinctio est propria omni enti finito.

14. Permitti potest qđ substãtia vt cõmunis, significat quoque existẽtiã.

Tunc definitur id quod habet essentiam cui conuenit esse per se.

Subsiantię finitæ conuenit esse per causã. Infinitę nõ sic.

Analogia inter vtramq; est vt inter causã, & causatum.

Substantia genus, definitur, vt p. 1. n. 1.

Nomen

15. Nomen substantiæ fuit ab Eccles. acceptũ *Cõc. Nicen. S. Ambros.*

Nomen autem substãtiæ fuisse ab Ecclesia acceptum in Concilio Niceno testatur S. Ambros. lib. 2. de fide, cap. 7. & eodem in loco depromit nomen istud ex sacris literis, quod & Patres cõmentarijs de Trinitate fusissimè præstitere.

16. Disputatio de vnitate diuinę substãtię

His cõstitutis, de vnitate diuinę substantię disputandum est. Quòd si substãtiam pro essẽtia accipiamus, fide certissima tenemus esse in personis, siue suppositis tribus substantiam vnam, hoc est, essentiam vnam. Si verò substantiam pro ente per se vsurpemus, sublitet nonnulla ratio vacillandi.

17. De vnitate & numero trãscẽdẽtiũ, cũ dicũt de diuinis.

Atqui ad hoc dubium diluẽdum, priùs commentandum est de vnitate aut numero transcendentium, cum de suppositis diuinis prædicantur. Et primùm de ipso ente quęritur vtrùm tres diuinæ personę sint tria entia. Bartholom. Torres q. 39. art. 3. affirmat posse dici tria entia. Affirmatio tamen hæc repudianda est, & pars negãs modis omnibus retineatur.

Dub. 1. Sintne tres diuinæ personæ tria entia? 1. Sent. affirm. *Torres.* Reijcitur.

18. Prænot. vt lib. 1. c. 42. p. 4. n. 14. lib. 3. c. 51 p. 3. n. 10. Regula adiectiuorum. Regula subst. Exemplum vtriusque.

Adhibenda autẽ hìc est regula Theologorum, quòd dũvtimur nominibus adiectiuis, illa dicũtur plura quæ sunt plura suppositа vel subiecta, etiamsi formã eandem habeant: nominibus verò substantiuis, etiamsi suppositа, vel subiecta plura sint, si tamen forma est eadem, nõ dicuntur plura. Et ita personæ diuinæ sunt tres creantes nomine adiectiuo, & non tres creatores; quia nomen creator est substantiuum.

In diuinis sũt tres creãtes, nõ tres creatores:

19. 2. & vera sent. negat. Probatur. Siue ens significet essentiam siue existẽtiã, in genere neutro accipitur substantiuè.

Ad quam regulam nostram sententiã dirigentes, colligimus tres personas nõ esset tria entia; quia siue ens significet essentiã, siue existentiã, cum dicũtur tria entia, cum nomen neutrum accipiatur substantiuè, significantur tres essentiæ, vel tres existentiæ: & vtroque sensu falsum est enũciatum; quia in personis vna est essentia & existentia vna. Quamobrẽ apud Patres sæpiùs perlegendo obseruauimus non eos dicere tria entia, sed tres entes, nomine vsos minùs Latino, adiectiuo tamen. Et ita concedimus tres personas esse tres entes adiectiuè, sed non tria entia substantiuè. Et hæc est sententia S. Thom. in 1. d. 25. q. vnica art. 4. eaque Theologis communis, quã vt consonam fidei dogmatis sequitur Robertus Bellarminus lib. 2. de Christo cap. 16.

Apud Patres tres personę dicũtur nõ tria entia, sed tres entes. *S. Thom.* *Bellarm.*

Et confirmatur, quia si diuina supposita sunt tria entia, cum absque dubio sint entia per se, hoc est, non in alio (si tamen entia sunt) erunt tres substantiæ: quod à fide Catholica discordat, vt in cõfirmatione comprobabimus Patrum & conciliorum sententijs.

20. Confirm. Essent tria entia per se, seu tres substãtiæ.

Quare hoc etiam argumento vrgentur, qui tres existentias relatiuas suppositis attribuunt; cõguntur enim dicere tria entia per se, & perinde tres substantias. Sed non improbabiliter possunt respondere, quòd ens per se significat essentiam, cui conuenit esse per se: & ita non sunt tria entia propter existentias tres, quia non sunt tres essentię: nomen autem, ens per se, probabile est quòd significet essentiam; & ab vna essentia vnum ens dicitur. Vel etiam respondebunt, quòd in diuinis esse absolutum est præcipuum, & ita tria entia non dicuntur, quia non sunt in Deo tres existentiæ absolutæ. Hoc autem pronunciatum Theologis fas est esse certissimum, quòd personæ tres non sunt tria entia substãtiuo nomine.

21. Hæc ratio vrget etiã ponẽtes tres existẽtias relatiuas, de qua re c. 43. p. 2. 1. Respons. non improbabilis ex n.

22. Dub. 2. Sintne plures res? 1. Sentent. *Durand.* non esse plures res absolutè, sed secundũ quid, seu cũ addito, sc. plures res relatiuas, incommunicabiles, &c.

Deinde differẽdum est hic de nomine, res, vtrùm singulariter, aut pluraliter dicatur de diuinis personis? Durand. distinct. 25. quęstione 2. existimat hoc nomen absolutè & simplicitèr enũciandum esse singulari numero de diuinis supppsitis siue personis; & secundum quid etiam numero plurali: vt dicamus tria suppositа absolutè esse rem vnam; sed nõ nisi explicando dicamus, esse res tres, addendo videlicèt, quòd sint tres res relatiuę, aut tres res incommunicabiles; & sine distinctione, aut non adiecto aliquo, non esse dicendas tres res. Henric. etiam Gandauens. in sua summa, art. 34. quęst. 2. ad finẽ ait tria diuina suppositа posse dici tres relationes reales siue respectus reales, sed non tres res.

2. Sentent. *Gandau.* Esse tres relationes, sed nõ tres res.

Atquì vt mittamus nominis notationem, quod S. Thom. in 1. d. 25. q. 1. art. 4. arbitratur ductum esse à verbo, reor; vel à participio, raptus. Videtur certè quòd res sit id primum quod ratio contemplatrix concipit; & ita est quid simplicius, quàm ens: ens enim significat id quod primò intelligimus in ordine ad esse; & hoc ipsum significat res præciso ordine ad esse. Quapropter

23. Prænot. *Ex S. Thom.* Res à reor, vel raptus deriuatur. Est simplicior quàm ens. Ens significat qđ 1. intelligitur in ordine ad esse, hoc ipsũ res significat sine tali ordine.

Ex Auicēn. res accipitur pro quidditate

Ex S. Tho. quidditas latè, seu qđ quid ratio concipit de re, est obiectū intellectus

Res etiam pro modis entis & reculis vsurpatur.

3. & vera sent. Relationes diuinę simpliciter sunt res plures.

Ratio.

Auicenna tract. 6. Metaph. ait nomen, hoc, res, pro quidditate accipi: quidditas autem est obiectum intellectus, vt docet S. Thom. 1. p. q. 17. art. 3. ad 1. q. 18. art. 2. q. 57. art. 1. ad 2. nō quidditas propriè, quæ est essentia per definitionē explicabilis, sed quod quid ratio concipit de re, etiamsi non sit propriè essentia & quidditas, sed ampliori quodam nomine, & qualicunque definitione intelligibilis. Atquì vsu ipso Philosophorū, qui est authenticus nominum interpres, nomen hoc, res, non solùm pro essentia siue quidditate perfecta, quæ est in genere; sed pro ipsis modis entis, & appēdicibus, ac reculis vsurpatur. Et ita relationes diuinę sunt propriè, & simpliciter res quędam: oportet enim vt aliquo nomine pluraliter numerentur; & hoc est nomen numero accommodatū, quod non significat essentiam, aut existentiam sed quicquid intellectus extra se ipsum apprehendit.

24. Patres. *S. Dionys.* *S. Hilar.* *S. Augusti.* *S. Anselm.* *Mar. Vict.* *S. Thom.* *S. Bonau.* *Magist.* *Alens.*

Quòd ergo tria suppositа sint tres res, ex S. Dionys. quondam accepimus cap. 2. de diuinis nominibus, vbi ait inter Patrem & Filium, & nomina, & res esse distinctas. Et S. Hilar. lib. 7. de Trinit. de Filio loquens. *Ego* (inquit) *& Pater, rerum nomina sunt.* Idem docet S. Augusti. lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 5. *Res* (inquit) *quibus fruendum est, sunt Pater & Filius, & Spiritus Sanctus.* Et S. Anselm. de Natiuit. Verbi, cap. 3. *Nihil prohibet* (inquit) *personas duas Patrem & Filium, dicere res duas.* Et Mar. Vict. lib. 4. contra Arium res tres dicit. Et aliàs apud Patres legisse me memini, res plurali numero dici de diuinis personis. Hæc est sententia S. Thomæ 1. p. q. 39. art. 3. ad 3. & in sentent. loco cōmemorato. Suffragatur S. Bonau. d. 29. in comment. n. 6. & Magist. d. illa 25. Alex. Alens. q. 58. membr. 7. eaque opinio est Theologis receptissima.

25. 1. Obijcitur, c. *damnam⁹*.

Sed etsi cap. *damnamus*, tres diuinæ personæ dicantur res vna simplicissima: nihil prohibet, quin etiam dicantur res tres; est enim nomen hoc, res, analogum; quod & essentiæ vni propriè conuenit, & conuenit etiam propriè personis tribus: & ita personæ tres propriè sunt res vna, scilicèt vna essentia; & propriè etiā sunt res tres, scilicèt personæ tres, vel relationes tres. Verū est S. Hilarium lib. 7. de Trinitat. absolutè rem dixisse pro natura. *Nō res duæ* (inquit) *sunt, sed res generis eiusdem*, & iterum, *dum res non differt*, id est, dum natura non differt. Et S. Ioan. Damas. lib. 1. fid. Orthod. cap. 10. vnum, inquit, id est, essentiâ vnum.

Explicatur. *S. Damasc.*

Quòd si obijcias, ens & rem conuerti, vt quicquid est ens sit res, & quicquid est res sit quoque ens: & ideo suppositа diuina, vel esse simul tres res & tria entia, vel non esse tres res, sicut neque sūt tria entia. Respondendum est negando consequentiam, nomina enim dicūtur conuerti cū simul affirmantur, & negantur nulla adiectione facta, vt homo & risibile: facta tamen adiectione Petrus est essentialitèr homo, & non essentialiter risibilis. Similiter facta adiectione numeri aut vnitatis, non est necesse vt res tres sint tria entia, sed res tres sūt ens vnum. Quòd si instes, consequi etiā prętermissis nominibus numeralibus, vt suppositа diuina, quæ sunt res quædā sint entia quędam. Respondendum est, nomina hæc pluraliter dicta etiam numerum indicare: quare in numero singulari bonam esse consequentiam, vel absolutis nominibus à numero, vtaiunt. Est autem hoc singulare in arcano Trinitatis, vt tres res sint ens vnum, sicut tria suppositа vna substantia sunt.

26. 3. Obiectio. Respons. Nomina quę conuertuntur non est necesse cōuertifacta adiectione. Exemplum. Res tres sunt ens vnum. Instantia. Respons. Hęc nomina pluraliter dicta numerum indicāt.

27. De vno dicendum lib. 5. Suppositа diuina absolutè & in genere neutro sunt vnū, & nō tria. Ostenditur ex lib. 3. cap. 31. p. 3. n. 10.

De alijs transcendētibus nihil superest hoc loco disputandum: nam de vno dicendū est lib. 5. iuxta regulam substātiuorum, quòd suppositа diuina propter essentiam vnam absolutè sunt vnum, & non tria in genere neutro. Benè autem & verè diximus lib. 3. vnam esse rationem in diuinis personis, qua dicuntur verę & bonæ, & ita esse vnum bonum. & vnum verum, non tria bona, aut tria vera.

28. Corollar. Tria suppositа diuina nō sūt tres substātiæ. Probatur, siue substantia significet ens per se, siue essentiam.

Ex dictis liquet tria suppositа diuina non esse tres substantias, quoniam nomen substantiæ, vt est commune Deo & creatis substantijs saltem significat ens per se; sed suppositа diuina non sunt tria entia per se; ergo neque tres substātia. Quòd si sentias nomen hoc, substantiæ, essentiam significare, cui conuenit esse per se non in alio: manifestiùs conuincitur non esse tres substantias, quibus est vna essentia.

29. Aduert. *Ex Aristot.* 1. Substantia siue suppositū maximè dicitur substantia

Aduertendum tamen est apud Philosophum primam substantiam, quæ est suppositum, maximè dici substantiam. Vnde

Olim numerabatur substãtia in diuinis.

Vnde inter Catholicos nomen substantiæ in diuinis numerabatur, dicentes supposita tria substantias tres. Sed minus attendebant nominis significationem, quod absolutè dictum non significat suppositum, sed essentiã aut ens per se. Quapropter pars maior Patrum meritò euicit, & in Concilijs obtinuit, vt non dicerentur substantię tres, quod statim subjiciemus.

Secundũ nominis significationẽ absolutè substãtia significat essẽtiam, nõ suppositum.

Confirmatio.

30. In diuinis nõ esse tres substãtias, sed vnã. *Tertull. S. Hieron. S. Augustin.*

QVòd in diuinis non sint tres substãtię, sed vna substantia, affirmat ex Latinis antiquis Tertullian. lib. contra Praxeam, cap. 12. & S. Hieron. Epistol. ad Damasum constantissimè arguit dicentes substantias tres. Et S. Augustin. lib. 5. de Trinit. cap. 9. negat posse dici tres substantias, nisi secũdum antiquam significationem. Et idem affirmat Ruffinus lib. 10. histor. Eccles. cap. 29. qua etiam significatione nominis apud S. Ioan. Damasc. lib. 3. fid. Orthod. cap. 6. dicitur. *Substantia secundum se, non est hypostasis, sed in hypostasibus seruatur*, & iterum, *Substantia commune est, particulare verò hypostasis.*

Ruffin. *S. Damasc.*

31. Antiqua vsurpatio nominis, substantia, pro suppositis *Ioã. Theol. apud cõcil. Florent. S. Augustin. S. Anselm. Richard. S. Hilar. Theorian.*

Nihilominùs constat antiquitùs vsurpatum fuisse nomen substantię pro suppositis, quod affirmat Ioannes Theologus in Concilio Florent. sess. 19. Imò & S. Augustin. Epistola 50. ad Bonifacium, & lib. 5. de Trinitat. cap. 8. testatur ita solitos dicere antiquos. Et S. Anselm. substantiam pro persona vsurpat siue pro suppositio, monolog. cap. penultimo. Et de Incarnatione cap. 8. & Richard. de S. Vict. lib. 4. de Trinit. cap. 2. & S. Hilar. in lib. de Synodis, explicans fidem Concilij Antiocheni, ait posse dici tres substantias, non vsias tres: vbi substantias pro suppositis accipit, vsias pro essentijs, & idem docet lib. 6. de Trinit. & Theorianus in dialogo cũ Carmenio testatur aliosdixisse substãtiã hypostasim & indiuiduum: Patres verò essentiam, eosque hypostasim à substantia distinguere, multis confirmat sentẽtijs Patrum. De qua etiam re tom. 4. Bibliot. extat Dialogus inter Anastasium Theopolitanum, & Cyrillum Alexandrinum. Quod etiam legimus in Concilio Ephesino 1. cap. 2. & 13. & in 6. Synodo generali, actione 4. Cuius vsus nominis causam indicabimus ad finem capitis.

Tom. 4. Bibl. *Conc. Eph.* *6. Synod.*

32. Satius est vt negemus tres substantias. *Concilia Tol. 2.*

Satius autem est, vtpotè ad Philosophiæ normam concinnius, & in dogmatis fidei tutius, vt negemus substantias tres, & vnam dicamus cum Concil. Tolet. videlicèt cum Concil. Tolet. 2. cap. 1. & Tolet. 11. in professione Fidei; & cum Concil. Lateran. sub Innocent. 3. cap. 1. vbi Sancta Trinitas vna substantia dicitur. Et hac nominis significatione, quod Græci sanxerunt de nomine Omousion, Latinis traductum legimus vnius substantiæ, hoc est vnius essentiæ: Quare nostris temporibus, post cõciliorum decreta non licet dicere tres substantias; sed vnum decet confiteri Catholicè.

Tol. 11. Later.

Modò non licet dicere tres substantias.

PARS TERTIA.

An in diuinis possint dici tres substantiæ primæ, aut incommunicabiles?

1.

ADhùc cõsulendum est vtrùm possint dici tres substantiæ adiectione aliqua indicante quòd nomen substãtię pro suppositio accipiamus, vt dicamus tres substantias primas, aut indiuiduas siue incommunicabiles?

2. De 1. p. tituli. 1. Sententiæ. 1. assertum. Fundam. quôd pse subsistens, & ideo maximè substantia, est 1. 2. Assertum. Quód ob vtrũque Deitas est 1. substantia. Coroll. Q. suppositũ & 1. substãtiain creatis, idẽ est. Ratio.

De nomine primæ substantię est nonnulla controuersa. Quidam enim arbitrantur nomem primę substantię, hoc solum addere substantię, quòd subsistat. Nam & propter hoc videtur dicta esse prima ab Atistot. quia quæ subsistit, maximè substantia est. Vtrumque autem Deitati ascribendum est, & quòd sit maximè substantia, & quòd per se ipsam subsistat, vt docuimus. Et corollarium subijciunt, quòd in rebus creatis suppositum & prima substantia idem sint; quia in his solum suppositum subsistit.

3. Ratio coroll. improbatur. ex cap. 22. p. 3. 1. Asserti & tũd confutatio 1. Formę separatæ subsistũt; & tamen non sunt 1. substantię, nisi additis proprietatib' hypost. Ratio est cor-

Sed neque asserta, neque rationes assertorum probantur. Vt enim à rebus creatis inchoemus disputationem, falsum illud est quòd in ijs solum suppositum subsistat, cum in rebus immaterialibus formæ sint subsistentes, vt commõstrauimus. Deinde etsi formæ separatæ subsistant, nõ tamen sunt primæ substantiæ nisi additis proprietatibus hypostaticis, quibus constituuntur indiuidua completa; prima enim substantia est indiuiduum completum, nam neq; accidẽtibus substant nisi completę sub-

roll. approbatũ aliâ viâ.

Declaratur.
In angelis 2. substãtiae est, nõ species, sed genus.
Ratio.
In angelis. 1. substãtia est natura specifica cõpleta ,addita ,prietate hypost.

4.
2. Asserti confutatio.
In creatis formę separatę nõ subsistũt perfectè ante proprietatẽ hypostat & ante eã possũt assumi. nec sunt 1. substantiæ.

In diuinis Deitas subsistit perfectè ante proprietates hypost. & tamen nõ est 1. substantia.

Quòd Deitas nõ sit 1 substãtia.

Probatur 1. ex vsu nominis Theologico.

3.
Probatur 2.ex significatione nominis Aristotelica
1. Substantia dicitur relatiue ad 2.sed Deitas nõ refertur ad cõmunem substantiam, ex c. 34. & 36.
Probatur 3. Deitas potius esset dicenda 2.substantia, quàm prima.
Est quid nõ vniuersale,sed cõmune in Patre,& Filio, &

stantiæ; primæ autem substantiæ sunt, quibus insunt accidentia, & ita concedimus, quòd prima substantia & suppotũ idem est, scilicèt substãtia completa indiuidua. Est autem in Angelis secunda substantia nõ species, sed genus; quia in eis non est species prędicabilis, vt antea docuimus: prima autem substantia est natura specifica addita proprietate hypostatita, qua fit completa substantia: & idcirco in Angelis prima substãtia subijcitur secundæ, nempe generi suo.

Et quidem verum est quòd formę separatę non subsistant perfectè, quia adhùc non sunt completæ in genere nisi addita proprietate hypostatica; & ante illam possunt assumi à diuina persona, à qua assumptæ penderent, vt antea declarauimus. Et ita ante suppositorũ proprietates, possunt secludi à primis substantijs, propter imperfectam subsistentiam. Sed adhùc illud argumentum vanum est, quòd Deitas, quia perfectè subsistit, sit prima substantia: nam etsi id accidat in rebus creatis quarum nulla subsistit perfectè, nisi ipsum suppositum; nulla tamen auctoritate firmatur, aut ratione efficaci, quòd subsistens perfectũ sit prima substantia. Hoc autem spectandũ est ex nominis significatione & vsu, ne in æquiuoco desudemus. Antiquorum autem neminem legi, qui primas substantias non appellet ipsa suppositа, aut qui Deitatem numerauerit inter primas substãtias. Quòd si hoc nõ obtinemus à nominis vsurpatione Theologica, petamus nominis significationẽ ab Arist. doctrina.

Prima equidem substantia dicitur relatiuè ad secundam, & secundæ substantiæ sunt in primis, vt Arist. disputat: sed Deitas non est substantia quæ referatur ad cõmunem substantiã; in Deo enim non sunt vniuersalia, vt diximus: ergo Deitas non est prima substantia. Deinde si hæc nomina aliquatenùs vsurpanda essẽt in rebus diuinis, hypostasis profectò prima substantia est, & Deus secunda substantia. Probatur ex definitione Aristot. quoniam Deus est quid commune in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto; & de illis dicitur prædicatione formali: Hæc enim maximè formalis est, Pater est Deus, Filius est Deus; & Deus est quoddam commune, non logicum à Perphyrio definitum, sed propria quadam ratione commune, vt antea ostendimus. Quòd si respondeas Deum non esse in Patre vt in subiecto, sed vt in hypostasi. Occurrendum est, quòd Arist. loquitur de subiecto prædicationis; nam aliàs natura humana sine hypostasi esset prima substãtia, quia in nullo subiecto est, neque de vllo dicitur. Intelligendum ergo quòd prima substantia in nullo subiecto est tãquam formale, & quidditatiuum prædicatum. Cum ergo Deus sit in tribus personis & de illis dicatur, prima substãtia non est. Alij respondent prędicationem istam, Pater est Deus, non esse vniuersalis de indiuiduo, & ideo Deum non esse secundam substantiam. Id quoque nos affirmamus: sed cum hæc prædicatio imitetur illam, qua secunda substantia prędicatur de prima: potiùs dicenda est Deitas secunda substantia, quã prima. Magis autem consultum vt neutro nomine dicatur. Præterea non est consentaneũ vt in Deo ponamus tres substantias primas, & vnam substantiam primam: primum enim est, quo alterum prius non est; & prima substantia dicitur, quæ vltimò subsistit; dicitur enim primum, quod est in subsistendo vltimum: ergo nõ possunt dici tres substantiæ primæ, & vna prima, quia aliàs non erunt hæc ordinata secundum prius & posterius; cum tamen inter naturam & suppositum sit ordo. Et quoniã hæc est imbibita Philosophis sententia; substantiam primam & secundam, dicunt nonnulli primum & secũdum subiectum prędicationis. Qua diuisione primæ, & secundæ substantiæ, suppositum est primum subiectum prædicationis; Deus autem est subiectum secundum de quo alia prædicantur. Et per regulam illam, *Cum quidpiam de quopiam prædicatur, &c.* quæ prædicãtur de Deo, per Deum quasi per subiectum secundum, prædicantur de personis, quę sunt prima subiecta prędicationis. Et ideo dicuntur suppositа apud Logicos, quia supponuntur omnibus prædicatis. Potiùs ergo suppositа sunt dicenda primæ substantiæ, sicut dicuntur indiuiduæ substantię; & natura posset dici secunda substantia eò quòd est in primis. Et confirmatur efficaci argumento, quoniam aliàs natura diuina erit prima substantia, quia priùs subsi-

stit;

Sp. Sancto, ex cap. 36. 1. Respons.

Occurritur. Philosoph' in definitione 1. substãtię loquitur de subiecto prædicationis.
Ostenditur.

2. Respons. Deus nõ est 2. substantia, quia non prædicatur, vt vniuersale de indiuiduo.
Occurritur annuendo, sed persistẽte probatione.

Probatur 4 Cũ 1. substantia sit quæ est in subsistendo vltima, nõ possunt dici tres substantiæ primę, sc. suppositа, & vna prima, sc. natura.

Declaratur. Quidã dicunt substantiã primã & secũdã, primũ & secũdũ subiectum prędicationis. Iuxta hęc, suppos. est: 1. subiectum prædicationis: 2dum. 2. subiectum.
Axioma.

Suppositа dicuntur apud Logicos, quia supponuntur omnibus prædicatis.

Cõfirm. efficax

Priùs intelligitur natura subsistens, quã suppositum. Per Deit. subsistũt supposita, *ex S. Thom.*

fistit; & suppositum secundæ substantiæ, quia secundò subsistit. Priùs enim intelligitur natura subsistens, quàm suppositum, cùm Deitas ordine rationis antecedat suppositum, & per Deitatem subsistant supposita, vt docet S. Thom. de potent. q. 9. art. 5. ad 13. Igitur si subsistentia naturæ, quæ est prima substantia, persuadet vt dicatur Deitas prima substantia; dicenda erunt supposita secundæ substantiæ, quia per Deitatẽ subsistunt. Est enim suppositum primum, quoad ordinem prędicationis, & quoad subsistẽtiam incommunicabilem ita vt in nullo sit: natura autem est prima quoad ordinem subsistendi, hoc est, consistẽdi siue per se existendi.

Suppositum primũ est, quoad ordinẽ prędicationis, & incõmunicabilẽ subsistẽtiã: natura verò quoad ordinẽ subsistendi.

Dicendum igitur esse censemus nomina primæ & secundæ substantiæ non esse coaptãda rebus diuinis, propter mutuas relationes primi & secundi quibus indicãt vniuersale & singulare. Et propter æquiuocationem, & ambiguitatem nominis, quod potest nos in periculum conijcere. Nam Deus ipse Beatissimus ab Aristot. & Philosophis nuncupatur prima substantia; & ita dicentes primas substantias tres, videtur nominare Deos tres. Sed æquiuocatione retecta possũt dici tria supposita tres primæ substantiæ: nomen enim primæ substãtiæ apud Philosophos, imò & apud Doctores Scholasticos suppositum significat. Et ita accipit S. Thom. in 1. dist. 25. q. 1. art. 1. ad 7.

6. 2. & veræ sent. 1. Assertio. Nomina primæ & secundæ substantiæ non coaptantur rebus diuinis. Ratio. Ab Arist. appellatur Deus 1. substantia. 2. Assertio. Æquiuocatione retecta, tria supposita possunt dici tres 1. substantiæ. Ratio. 1. subsistit apud Doctores indicat suppositũ. *S. Thom.*

Deitas verò qua ratione dicatur prima substantia, quæ ad secundam refertur, non perspicio, nisi relatione hac præcisa dicatur prima substãtia, hoc est, maximè substantia, quæ per se maximè existit & perfecta est. Et hoc quod est proprium suppositis creatis, inuenitur in natura diuina, & ita dixit Mar. Vict. lib. 2. contra Arium, Deum primam substãtiam, & vniuersalem substantiam, & ante substantiam, substantiam. Si verò referatur Deitas ad secundas substantias, nullo modo est prima; quia hypostasis siue suppositũ absque dubio prima substantia dicendum erit: & in eodem non sunt duo prima, scilicèt suppositum prima substantia, & natura prima substantia.

7. 3. Assertio. Deitas dicitur prima substantia, hoc est, maximè substantia. *Mar. Vict.* Si referatur ad 2. substantias, nullomodo est prima. In eodem nõ sũt duo prima.

Neque verò S. Thom. id scriptum reliquit, vt referunt, quæst. 9. de potentia art. 5. ad 13. Sed docet diuinam natu-

8. *Ad S. Thom. adductũ n. 6.*

A rã quasi indiuiduari per se ipsam, quod & nos docuimus antea, affirmantes ipsam sibi essentiam sua infinitudine esse indiuiduationis principium. De prima autem substantia nullum est ibi verbum Doctoris sancti.

Indubium autem est posse dici diuina supposita substantias tres incommunicabiles, aut indiuiduas, vt docet S. Thom. 1. p. q. 30. art. 1. ad 1. & q. 9. de potent. art. 2. ad 9. Tollitur enim æquiuocatio nominis. Nam cum Patres & antiqui Latini dixerint tres substãrias, hoc est, tria supposita; suppositum enim est quod maximè substãtia dicitur: dum dicimus tres substantias indiuiduas, aut incommunicabiles, absque vlla ambiguitate dicimus tria supposita. Quare S. Thom. eodem loco ad 1 2 negat diuinam essentiam esse substantiam indiuiduam, cum sit in multis: sunt ergo tres substantiæ diuinæ, non vna. Et confirmatur, quia indiuidua substantia est definitio suppositi; loco autem definiti licitum est vti definitione, vt dicamus tria supposita, aut tres substantias indiuiduas. Potest etiam aliter explicari; substantia enim non significat aliquid singulare, quare non significat proprietatẽ hypostaticam, quę sola in diuinis numeratur; & ita negamus substantias tres. Indiuiduum autem etsi sit nomen institutum ad significãdam negationem, indicat tamen proprietatem hypostaticã cum adiungitur nomini substantiæ: sic enim explicatur definitio ista suppositi, vt postea dicemus. Et ita per tres indiuiduas substantias significamus tres hypostaticas proprietates.

Respons. ex cap. 37. n. 7.

9. De 2 p. tituli. Certũ supposita, tria posse dici tres substãtias incõmunicabiles, aut indiuiduas. *S. Thom.* Ratio. *Ex S. Thom.* Diuina essentia non est substantia indiuidua, quia est in multis. Confirm. Definitio suppositi pro definito. Declaratur. Substantia nõ significat quid singulare, & ideo negamus substãtias tres. Indiuiduum adiũctũ nomini, substantia, indicat proprietatem hypost.

PARS QVARTA.

Tres personæ diuinæ dicuntur tres hypostaſes; non vna.

DE hypostasi nihil amplius disputãdum est, quàm vt æquiuocationem explicemus, & eruamus frequentiorem vsum nominis: nomen est Græcum, quod S. Epiphanius in 7. Synod. act. 6. affirmat deriuari à verbo yphistane, quod significat subsistere, & dicit subsistẽtiam. Et subdit physin dici naturam per se existentem. Qua significatione hypostasis nihil differt à substantia, siquidem & naturæ coaptatur verbum ipsum subsistendi.

1. Hypostasis Græcũ nomen *ex S. Epip.* 1. deriuatio. a verbo yphistane, id est, subsistere.

2. Derivatio à substando. *Boet.* *S. Thom.*

stendi. Boet. verò in prædicam. materiam vocat hypostasim, & formam visionem, hoc est, subsistentiam, vt S. Thom. explicat 1. p. q. 29. art. 2. ad 4. & in 1. d. 23. art. 3. & de potent. q. 9. art. 1. Quare videtur hypostasis dici non solùm à subsistendo, sed etiam à substando: & ideo materia dicitur hypostasis, quia est primum subiectum quod substat; forma verò subsistentia, quia dat esse vt totum possit subsistere, & est principium subsistendi. Qua nominis significatione videtur dixisse Alex. Aphrodis. 2. de anima, & 7. Metaph. comment. 5. materiã non habere hypostasim, hoc est, subsistẽtiam; quia per se sine forma non potest subsistere, & per formam subsistit vt per causam subsistendi. Et hæc nominis derivatio verosimilior est. Vetum est enim omnes interpretes tâm in concilia, quâ in Patres, commentatos, hypostasim solitos esse vertere subsistentiam, vt S. Epiphanio credamus à verbo, subsisto, nomen hypostasis fuisse ductum. Sed cũ subsistere & substare eiusdem sit significationis, vt diximus, substantia, subsistẽtia, & hypostasis ex primo nominum institutò in idem recidunt. Præterea hypostasis significat rei fundamentum vt de nomine, substantia, diximus: Hebr. 11. fides dicitur, *Sperandarum substantea rerum*, hoc est, fundamentum & basis; Græcè autem legitur hypostasis. & Hebr. 8. *Si tamen initium substantiæ eius*, græcè hypostasis. Cum ergo interpres versionis authẽticæ verterit pro hypostasi substantiã, haud dubium est assimilem esse nominum significationem. Gilber. Genebr. in respõsione ad Schegkium testatur totam scholam secularium literatorum hypostasim nõ nisi pro vsia, hoc est, essentia nouisse. Pro qua eadem sententia refert Zozymum lib. 6. cap. 12. & Socratem lib. 3. cap. 7. in historijs Ecclesiasticis. Et Anastasium libr. 3. de rectis dogmatibus. Quidquid autem vsi-tauerint prophani auctores, Patres hypostasim pro substantia accipiunt.

Materia dicitur hypostasis, quia est 1. subiectũ substans.

Forma vero visio, seu subsistentia, quia principium est subsistendi.

Hypostasis vsurpatio pro subsistentia.

Aphrodis.

Verosimilior derivatio à subsistentia.

S. Epiphan. ait derivari à verbo subsisto.

Substantia, subsistentia, & hypostasis ex 1. institutione in idem recidũt.

Hebr. 11.

Hebr. 8.

Geneb. hypostasin ait pro essentia accipi à secularibus auctoribus

Zozim.

Socrat.

Anast.

Pro substãtia accipitur à patribus.

2. Hinc ratio dubitandi an sint in diuinis tres hypost.

Sent. negãs.

Apud *Acat.* *S. Paulin.*

Cum ergo nomen substantiæ & hypostasis idem significet, videtur dicendum quòd supposita tria non sint tres hypostases, sicut neque tres substantiæ. Et idcirco vt Acatius Beroensis in Epistol. ad Cyrill. Alexand. refert, Paulinus Episcopus cum Latinis recusauit tres hypostases dicere, vt dicebant Græci. Quod idem fecit S. Hieronym. in epistol. ad Damasũ; & latere venenũ dixit sub nomine hypostasis: quia suspicabãtur Arianos voluisse dici hypostases vt essentias dicidierent. Et in Concilio Sardicensi apud Theodoret. libr. 2. hist. Ecclesiast. cap. 8. vna hypostasis, hoc est, vna essentia ponitur, tres hypostases negantur. Vbi concilium ipsum nomen hypostasis explicauit pro essentia. Marius Victor. lib. 2. contrà Arium hypostasim pro vsia siue essentia accipit; imò, & pro pecunio, sicut de substantia diximus. Et affert illud quod Paterfamilias diuisit duobus filijs hypostasim suam, id est, suas facultates, aut diuitias.

S. Hieron.

Cõc. Sardic. apud Theod.

Mar. Vict.

3. Resolutio vt in tit.

Ex consuetudine apud Græcos, quasi 2. institutione, hypostasis nõ pro essentia neque pro substãtia, sed pro supposito vsurpatur.

Causa assignatur derivano à subsistendo.

Nihilominùs consuetudo obtinuit apud Græcos, quasi secunda nominis institutio, vt hypostasis non pro essentia, sed neque pro substantia, sed pro supposito vsurparetur: fortè id accidit, quia nomen ductum est à subsistendo, vt diximus; suppositum autem est, quod omnibus modis subsistit, cum ipsi naturę individuæ quasi subsistat, eò quòd est individuum naturæ. Quare & Latini crebriùs dixere subsistentiam pro supposito, & Græci hypostasim pro supposito, vel persona.

4. Pro persona accipitur à patribus Græcis.

Quòd Græci hypostasim pro persona accipiant Patrum scripta versanti notũ est. Etenim iã olim S. Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus vocauit tres personas hypostases tres. Et 10. lib. de Cęlesti hierarchia vocat diuinam essẽtiam trium hypostasium vnitatem. Et de Ecclesiastica hierarchia similiter. Et S. Athanas. in Symbolo. *Alia est hypostasis Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti.* Significans distinctas esse personas. Et idẽ docet in Epistola ad Episcopos Africanos. Quod idem vsurpat S. Greg. Nazianz. Oratione de laudibus Athanas. & S. Ioan. Damasc. in sua logica cap. 42. & 43. & S. Iustin. lib. de recta fidei confessione, & Boetius lib. de duabus naturis. Comprobatur etiam ex commentario in illum locum Pauli. *Qui cum sit splendor Patris, & figura substantiæ eius.* Quod Græce legitur hypostasis, S. Ioan. Chrisost. Theodor. Theophilact. & Æcumenius commentantur figuram personæ eius, scilicèt Patris. Et Suidas verbo hypostasis, similiter interpretatur, & S. Basil. similitèr epistol. 43. & S. Gregor. Nyssenus, & idẽ S. Basil. lib. de differentia

S. Nazianz. *Damasc.* *S. Iustin.* *Boet.* *Hebr.* 1. *Chrisost.* *Theodor.* *Theophil.* *Æcumen.* *Suid.* *S. Basil.* *S. Greg. Ny.* *S. Basil.*

differentia essentię, & hypostasis. Et S. Gregor. Nazianz. de laudibus S. Athanas. refert illum placasse disidium inter Græcos, & Latinos, ostendentē hoc esse Græcis hypostasim, quod Latinis personam: quod gestum est in Cōcilio Alexand. cum Athanas. faceret orationem apud Episcopos Ægypti, vt memorat Ruffin. lib. 1. Historiæ Ecclesiasticę cap. 29. & S. Thom. quoque testatur 1. p. q. 29. Græcos vsos esse frequentiùs significatione hypostasis pro persona.

Nazianz.

S. Athan. in Cōc. Alex. vt refert *Ruffin.* *S. Thom.*

At verò Concilium Alexand. tres hypostases, & vnam essentiam primū vsurpauit, suadente Hosio Episcopo Cordu- B benſi, vt refert Nicephor. lib. 10. Histor. Eccles. c. 19. Ruffin. lib. 1. additaméti ad histor. Ecclesiast. c. 29. & Sosomen' lib. 6. c. 20. Cū enim Sabelliani personas confunderent, Ariani diuiderent essentiam, Hosius indicauit nomen hypostasis non essentiam, sed personas significare. Et placuit Concilio, quòd tres hypostases dicerentur in disputationibus cōtra Sabellianos, vt eorum improbaret impietatem: quod nomen postea in pluribus Concilijs receptum est, vt hypostasim dicamus pro persona. Et apud Græcos in Symbolo S. Athanasij ita legitur. *Alia hypostasis Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti.* Hoc ergo nomen hypo- C stasis pro persona non primus in vsum edidit Hosius, sed primus detulit ad Concilium, & opposuit contra Sabellianos, & postea assuetum est in Concilijs.

Conc. Alex. *Hosio Cord.* suadēte, sic primū vsurpauit. *Nicephor.* *Ruffin.* *Sosomen.* Contra Sabellianos eam significationem indicauit *Hosius* de quo c. 11. n. 11. *Symb. S. Athanasij.* *Hosius* eam significationē non primus in vsum edidit, sed primus detulit ad Cōc. cōtra Sab. 6.

Est ergo significatio nominis vsu Ecclesiæ immutata, & iure optimo, cū apud Græcos Patres rarò inueniatur, nisi vt significet personam siue suppositum. Vide Robert. Bellarm. 2. lib. de Christo, c. 4. Ergo absque vlla explicatione nominis dicendum iam est esse tres hypostases, non vnam. Legatur de hoc disidio D Nicephor. lib. 10. Historiæ cap. 15. & lib. 12. cap. 4. & 18. Et Theodoret. lib. 2. cap. 8. vbi narrat S. Athanasium in epistola ad Episcopos Affricanos hypostasim essentiam dixisse. Legendus etiam Sosomenus lib. 5. cap. 11. & de eadem re scribunt S. Basilius epistol. 49. & S. Gregor. Nyssen. lib. de differentia hypostasis, & vsiæ. Sedata est ergo tota disceptatio, nominis hypostasis accommodatione pro persona. Et hoc loquēdi more obseruato neganda est vna hypostasis, & tres hypostases confitendæ.

Legendus *Bellarmin.* *Nicephor.* *Theodoret.* *Sosomen.* *S. Basil.* *S. Greg. Nyss.*

Quæ verò modò obijcient hæretici Transsyluani circa nomen hypostasis, quòd sit vanum, litigiosum, & barbarum probè refutat Bellarm. lib. 2. de Christo cap. 4. ad finem: & ibidem ostendit nomen non esse barbarum ex comment. Budæi qui recitat Aristot. & Themistiū eo nomine vsos fuisse.

7. Obiecta ab hęreticis Transsyluan. soluit. *Bellarmin.*

CAPVT XLV.

Persona est rationalis naturæ individua substantia, ex Boetio.

TRactaris his quæ putauimus ex principijs Philosophiæ de diuino supposito potuisse disputari communibus, & vulgatis quæstionibus, progrediēdum est ad id quod magnoperè arduum est, & istius libri summa, vt constitutionem diuinæ personę speculemur, exorsi à definitione personę. Caput diuidimus in partes duas.

Pars prima: *De etymologia, & significatione personæ.*

Secunda: *De quidditate, & definitione personæ.*

PARS PRIMA.

De etymologia, & significatione nominis, personæ.

1. Præmon. Persona est suppositum solius naturę rationalis.

OPorter autem scire personam esse ipsum suppositum naturę rationalis, si enim natura sit rationalis, eius suppositum est persona; si verò natura non sit rationalis, eius suppositum non est persona. Quare suppositum est aliquid communius, quod in natura quauis subsistit; Persona verò est aliquid contentum in illo communiori, quod non subsistit in quauis natura, sed solùm in natura rationali: & quia suppositū & persona sunt analoga, persona continetur in supposito, non tanquam in vniuersali vniuoco, sed analogo. Prætered, quia suppositum siue persona est quid maximè singulare, quod non habet genus & species; suppositum rationale non distinguitur ab alijs suppositis per propriam differentiam, sed per ipsam naturam rationalem. Cum igitur definitur persona, definitur suppositum in natura rationali, vt statim ipsa definitione explicata perspicuum erit.

Continetur in supposito tanquā in vniuersali analogo.

Distinguitur ab alijs suppositis per ipsam naturam rationalem.

Obseruat

2. *Ex S.Thom.* singularia accidentiũ carẽt speciali nom.

Obseruat etiam S. Thom. 1.p.q. 29. art. 1. quòd etsi accidentia sint etiam singularia, non tamen habent nomen speciale quo significemus singularem illorum conditionem, sicut singularia substantiæ proprietates habent quibus singularia sunt: accidentia verò per substantiam quæ est eorum subiectum singularia fiunt, quasi per extraneũ. Quod sic declarandum est, vt non solùm singularia accidẽtium dicamus carere nomine, sed etiam definitione, quia sunt entia per accidens; licèt enim hæc albedo sit ens per se, non est singulare completè, sicut neque hæc humanitas: hoc verò album quod est singulare completum, est ens per accidẽs; & hic homo est ens per se, & ipsum etiam suppositum est ens per se, quod aliqua ratione analoga definiri potest.

Nô per suas proprietates, vt substantia, sed per substantiã singularia fiũt vt cap. 12.

Carent etiã definitione, quia sunt entia per accidens.

Ostenditur. Non hęc albedo, sed hoc albũ est singulare completum.

3. Sunt synonima suppositũ, hypostasis, subsistentia, & res naturæ.

Nomen autem suppositum plura habet synonima; dicitur enim hypostasis, subsistentia, & res naturæ: quid significet hypostasis, quid substantia, iam explicauimus, nominum scilicèt etymologias, siue notationes à quibus verbis sint deductę, & significationis vsum, & quòd hypostasis Græcè Latine vertatur subsistentia, ideoquè pro suppositio hęc accipiantur, quia maximè illud substat, vel subsistit.

4. *Ex S.Thom.* dicitur res naturæ, quia est id quod habet naturam.

Dicitur verò suppositum res naturæ, vt docet S. Thom. 1.p.q.29. art.2. quia est id quòd habet naturam; nam etsi Deus sit res habens naturam quia subsistit per se, id tamen solo modo significandi accidit nomine abstracto, & concreto; suppositum verò ratione formali distinguitur à natura, & magis propriè dicitur res habens naturam, & res naturæ. Vide S. Hilarium lib. 8. de Trinit. prope medium vbi clarissime ait non idem esse naturam, & rem naturæ, quia res naturæ est cuius natura est. Et postea ostendit Spiritum Sãctum esse rem naturæ, scilicèt suppositum; quo loco explicanda sunt verba Concilij Francfordiensis ad Episcopos Hispaniæ lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 4. vbi substantiã vocat rem naturę, personam verò rem sui iuris; hìc enim accipitur res naturæ intransitiue, vt aiunt, non pro re cuius est natura, sed pro re quæ est ipsa natura; & ita dicit substantiam, hoc est, essentiam esse rem naturę, scilicèt esse naturam ipsam, & non rem aliam; personam verò esse rem sui iuris, quia ipsa nullius est, sed cętera sunt illius; quapropter personam dicimus transitiue rem naturę, scilicèt rem cuius est natura.

Suppositum diuinum magis propriè dicitur res naturę, quã Deus. *S.Hilar.*

Conc. Francfordiense explicatur.

Essentia dicitur res naturæ intransitiue.

Persona dicit res sui iuris, quia omnia sũt illius, & ipsa nullius est:

Quare est res naturæ transitiuè.

Suppositum autem nomen est philosophicum, quod nunquam legimus in alias significationes abstractum, sed semper significat id vltimum quod in natura subsistit, quod in nullo est, & in quo omnia sunt. Est autem ex prima institutione nomen intentionis, quod Dialecticis significat individuum substãtiæ. Individuum enim est quod sub specie, & genere continetur; & est quid communius quam suppositum, quia in omni cathegoria sũt sua individua, individuũ verò in cathegoria substantiæ suppositũ vocamus: fuitque nomen hoc primum in vsu Dialectico ad significandum individuum in genere substantiæ; sed tamen postea per Philosophos vsurpatur, non pro intentione, sed pro re ipsa cui conuenit intentio: quod & alijs nominibus accidit, naturam enim cui conuenit esse speciem vocamus speciem, & dicimus species rerum, hoc est, res ipsas quæ species sunt. Et hac significatione philosophica suppositum est nomen synonimum cum hypostasi & subsistentia, quæ sunt res non intentiones.

5. Suppositi significatio ex 19.p.4.n.4. Est nomen intentionis ex 1. institutione, id est, individuum substãtiæ, apud dialecticos.

Individuum quid?

Est cõmuni' quã suppositũ

Suppositũ significat modò rẽ cui cõuenit intẽtio, ex vsu philosophorũ

Exemplum nominis speciei, &c.

In hac signif. suppositũ est synonimũ cũ hypostasi.

Est tamen aduertẽdum quòd nomen suppositum, apud Dialecticos quibus significat intentionem siue relationem rationis est vniuocum; ea enim intentio siue relatio rationis vniuoca est, sicut & similes intentiones: Philosophis verò quibus significat res plures in sola analogia quadam coeuntes, nomen est analogum, vt posteà declarabimus.

6. Aduert. Suppositum apud Dialecticos vniuocũ; apud Philosophos analogũ.

Nomen verò personæ prima nominis impositione non significat suppositum, sed videtur primò significasse fictàm faciem, quam recentiores dicunt laruam, nomine personæ ducto à personando, vt Boetius notat lib. de duabus naturis; eò quòd qui personam gerũt patenti paruo hiatu, non puram vocem emittunt, sed angustam, & personantem, siue percrepantem. Græci verò dicunt personam, prosopon, eò quòd ponatur ante faciem; & ita Leontius Episcopus in Concil. Nycen. 2. libr. 2. personam pro facie appositã vsurpat. Deinde homines personati, mimi, & histriones, qui personas gestant dicti sunt ipsi personę; & quoniam modò agunt regem, modò seruum,

7. Inscriptio. Nominis, persona, signif. 1. Deriuatio à personando. *Boet.*

Deriuatio 2. à prosopon. *Leontius in Conc. Nyc.*

2. Significatio pro personatis

3. Significatio

3. Significatio pro dignitate, vel attributo cuiusque. *Cicero contra Rullum.*

seruum, trãslatũ est nomẽ ad significãdã dignitatẽ siue munus Reipub. vnde illud Tullianũ. *Vos mihi hãc personã imposuistis*; Et omne attributũ cuiusq; hominis, vt Rethores aiunt, significatur nomine personę. Posteà vsurpatũ est nomẽ personæ pro singulis hominum, nullus enim est qui non agat aliquam personam, aut pauperis, aut diuitis, aut magistratus, aut læti, aut iracundi: omnia enim hæc in significationem personę cadunt, & quod dixit Epictetus. *Vnicuique Deus optimus personam commendauit quam gereret: in qua se quisque agenda dum optimum præstabit, optimus erit.* Valde ergo fuit consentaneum vt singuli hominum dicerentur personæ, vel etiam quia singuli homines sua habent attributa quibus dignoscantur, dicti singuli personæ. Sed vltra traductum est nomen personæ apud Philosophos ad significãdum suppositum in natura rationali, quia cum ea natura sit dignissima, qui habet naturam rationalem persona dicitur, quasi clarissimum, & nobilissimũ suppositum; est enim persona nomen dignitatis, vt notauimus. Et ita videtur Cicero accipere personam pro quodam homine, in Topicis, & libr. 1. de inuentione. Valerius Maxim. libr. 2. cap. 2. & in ciuili institut. libr. 2. tit. 7. & ex illo proloquio apud Tiraquelum de nobilitat. cap. 7. *Persona rem nobilitat, non res personam.* Quod autem Latini dicimus personam, Græci appellant prosopon. De significatione istius nominis differit Alber. Mag. in 1. d. 23. art. 2. & S. Th. art 3. & de pot. q. 9. art. 4. vbi referũt octo opiniones de significatione personæ. Sed & apud Græcos nomẽ, prosopos, quod significat laruã, siue mimũ, vt obseruat etiã S. Th. 1. p. q. 29. ar. 3. sicut à Latinis nomẽ, persona, legim⁹ vsurpatũ pro hypostasi rationalis naturæ; nam & Damasc. prosopon. vsurpat; & eo nominis, significatione, quavsos fuisse solitos septuaginta interpretes testatur Geneb. ad Schekiũ fol. 44. & idem nomen legimus apud Greg. Nazianz. oratione in 5. lumina, & oratione funebri in Athanasiũ, & apud Athanasium oratione quòd vnus sit Christus.

4. Significatio pro singulis hominum.

Epictetus.

5. Significatio pro suppositorationali.

Ratio.

Persona est nomen dignitatis.

Cicero.

Val. Max.

Institut.

Tiraquel.

Persona Græcè prosopos.

Ex Alb. Mag & S. Thom. octo opiniones de significatione personę

Apud Græcos, prosopos. significat laruã, seu mimũ

Idem.

Vsurpatur pro suppositorationali.

S. Damasc.

Geneb.

S. Naz.

Ego verò crediderim apud Græcos nomen hypostasis, quod est frequẽtius, cum aliqua varietate scribi, & proferri solitum, vt aliquando designet substantiam, aliquando verò non substantiam, sed personã rationalis naturę. Nam si nomen esset æquiuocum, minimè sedata fuisset contentio à S. Athanasio dicente id à Græcis vocari hypostasim, quod à Latinis persona. Et quod ait S. Gregor. Naz. Latinos inopia verborũ dicere personã id suadet: nam si Græci nõ haberẽt nomẽ peculiare personęcadẽ inopia laborarẽt vtẽtes nomineę, quiuoco hypostasis: aut ergo ex vsu, aut aliqua varietate scribẽdi, & proferẽdi nomen hypostasis pro persona inter Græcos illius ætatis vsitatũ erat. Et fortè id significat idẽ Greg. cũ ait ibidẽ, paucas litteras orbẽ cõturbasse, insinuans litterarũ in nomine hypostasis varietatem: nisi & totum nomen quod paucis litteris continetur orbem exagitasse significet.

8. Hypostasis apud Græcos aliquãdo substãtiã, aliquando etiã personam designat.

Ostẽditur 1. Contentio sedata à *S. Athanas.*

Ostẽditur 2. *Ex S. Naz.* Latini inopia verborũ dicũt personam.

Ostenditur 3. ex eod. *Naz.*

At verò Laurentius Valla lib. 6. elegantiarũ c. 34. arguit Theologos quòd personã pro hypostasi, siue suppositoaccipiãt, eò quòd non significet nisi qualitatẽ apud Latinos, hoc est, mores hominis, vel conditionẽ, & ingeniũ; & negat debere dici diuinas personas quasi hypostases, nisi dicantur tres personæ propter distincta attributa, personæ enim Patris attribuitur potentia; personę Filij sapientia. Hoc postremũ vergit in hęresim Sabellianã: attributa enim sunt cõmunia & sola ratione distincta: suppositaautem diuina conueniunt in attributis, sicut & in natura; distinguũtur autẽ non ratione, sed reali distinctione, quia sunt tres res; ergo nõ ea significatione dicũtur personę quòd habeãt attributadistincta, hæc enim attributa accommodãtur psonis, sed nõ distinguũt illas, aliàs esset distinctio rationis, nõ realis, quæ est hæresis Sabelliana: imò esset distinctio essẽtialis, attributa enim essẽtialia sũt, quæ est hęresis Ariana. Ergo alteri hęresi patrocinatur. Disputat Geneb. cõtra Laurentium lib. 2. de Trinit. pag. 48.

9. Vallæ 1. Assertum: Quòd psona nõ nisi qnalitatẽ significat apud Latinos. 2. Assertum: Diuinas personas nõ debere dici sic, quasi hypostases, sed propter distincta attributa. 2. Assertipars 2 vergit in hęresim Sabell. Ostenditur Attributa accõmodãtur psonis, sed non distinguunt. Aliàs esset distinctio rationis, iuxta Sabell. Imò esset essẽtialis, iuxta Arium. *Genebrard.*

Quòd verò ait nõ debere dici tres personas, erroneũ planè est. Ecclesia enim nõ solũ id quod verũ est definit, sed rectis quoq; verbis definit, quæ ipso Ecclesię decreto apta iã sũt, cũ illa habeat auctoritatẽ nouãdi nomina, & mutãdi; nã vt ait S. Th. circa nominũ nouitatẽ q. 29. ar. 3. ad 1. Ecclesia propter disputationes cũ hęreticis susceptas nomina noua instituit rebus diuinis coaptata; neq; ea nomina sũt numerãda inter prophana, quę

10. Pars 1. error. Ecclesia nõ solũ quod verũ est, sed nominibus aptis definit. Habet auctoritatẽ nouãdi nomina & mut. *S. Thom.* Hæc nõ sũt prophana dequib.

2.ad Timot. vltim. Nomen,persona,non est ab Ecclesia innouatũ; sed iam olim vsitatũ. *Tertull.*

Paul.2.ad Tim.vlt.monet euitãda, quia prophana nó sunt,quæ cũ sẽsu sacræ Scripturæ cõcordãt: nó tamen Ecclesia hoc nomẽ personæ nouauit,etsi idposset,sed vsitato & ab alijs accepto hac in re vtitur; nã vt primùm referamus Latinos, Tertullianus auctor antiquissimus, & inter Latinos præcipuus hoc nomine in ea significatione iam pridem vsus est, libr. aduersus Praxeam,cap.12. Sanctus quoque Hilarius libr. de Synodis,Sãct. Hieronym. Epistol. 57. ad Damasum, & ad Galat. cap. quarto, Sanctus Augustin. 11. de Ciuitate Dei,cap. 24.quẽ librum somma latinitate ornauit; & in libris de Trinitate,vt nomen communi sermone tritum vsurpat lib.quinto,cap. 8. & 9. & libr.7. cap. quarto,& 5. testaturque fideles dicere tres personas;Ambros. de institut. orig. cap. 10. Sanctus Anselm.monolog. cap. 76.& de Incarnatione cap. 8. Sanctus Cyprian. Sermon. de Natiuitate Christi. Lactantius lib. quarto de vera sapientia capit. 39. &Sanct.Gregor.Nazianz.Græcus,oratione de laudibus Sancti Athanasij refert Latinos prosopon dicere, hoc est, personam pro hypostasi; ait tamen Latinos inopia verborum personam dicere,significans, id non esse proprium nomen hypostasis, sed esse nomen traductum a prima significatione, quod nos concedimus. Adde his quòd Damasus ad Paulinum Antiochię Episcopum definit in diuinis tres esse personas. Similiter in Concilio Ephesino in Epistol.ad Nestorium, & Cap. *Firmiter*, & Conc. Toletan. 11.in Confessione Fidei, & S. Athanasius in Symbolo,personę nomen vsurpat: & Concil. Hispal. secund. Can.13.Et itavsu Ecclesiæ nomen datũ, nobis eripere audaciæ est eximię.

S.Hilar. *S.Hieron.* *S. Augusti.* *Ambros.* *S.Anselm.* *S.Cyprian.* *Lactantius.* *S.Nazianz.*

Persona nõ est nomen ppriũ hypostasis,sed traductum.

Damas.

Conc.Ephes. Cap. Firm. Cõc.Tol.11. S.Athanas. Conc. Hisp.

11.
Nomen,persona,in antiquo testam.nó ponitur pro hypostasi.

In sacra tamen pagina nomen personæ pro hypostasi positum non facilè crediderim; nam in priori pagina antiqui testamẽti semper videtur accipi pro attributo personæ, scilicèt pro homine vel obscuro, vel diuite. Nam Deuter. primo,vbi dicitur, *Nulla erit distantia personarum*, alia versione legitur, *Non agnoscetis faciem in iudicio*: facies autem non significat hypostasim. Et sequitur, *Ita paruum audietis vt magnum*: quod personam dixerat, explicat paruum, vel magnum. Et cap. 16. *Nõ accipies personam & munera*: exponit

At pro attributo personæ; *Deuteron.* 1

*Deuter.*16.

A Vatablus, *Non accipies dignitatem litigantis*. Et Iob 32. *Non accipiã personam viri*, declarat, *Non accipiã faciem hominis*. Etsubijcitur. *Et Deum homini non æquabo*. Quo significatur id esse personam accipere, quod est hominem honore afficere. Et Prouerb. 19. *Multi colunt personam potentis*. Alij vertunt, *Ante faciem munifici multi rogant*. Personam vertũt faciem, & multùm ea versio est consentanea litteræ:& similia sunt alia in pagina priori. In posteriori verò quæ nouum testamentum continet, credi potest non fuisse significationem nominis mutatam:quamuis Sanctus Augustin. libr. secund. ad Bonifacium, cap. 7. personarum acceptionem licentiùs declaret pro iniqua distributione, quæ prouenit ex dilectione hominum inæquali; ita vt hominem accipere sit ex dilectione pręferre illum: sed & hoc refertur ad attributum personę, quòd sit amicus, vel propinquus; & ita accipere personam non est præferre hominem, sed pręferre amicum, ita vt persona non significet hominem, sed amicũ quod est hominis attributũ. Sed etsi in sacris litteris non inueniatur nomen personę pro hypostasi; inuenitur tamen non solùm apud Patres, sed in Concilijs sæpiùs: quare etsi nomen non sit vsitatum apud Latinos ethnicos; licuit Patribus, & Ecclesiæ eius signicationem trãsferre, & coaptare rebus fidei; & non licuit Vallæ postquam ita statutum est ab Ecclesia detrectare quia tres personas dicamus. Nam & apud elegantes Latinos nomen hoc pro hypostasi legimus acceptum, & apud Valerium Maximum, libr. 12. cap. 21. Et in institut. Iustiniani, quæ est summopere latina, lib. secundo tit. 9. & in alijs recentioribus. Apud Ciceronem fateor nullũ legisse me locum quem possimus pro hypostasi rectè commentari. Valeat ergo Valla cum suis elegantijs; nam tres personas, & rectè dicimus, & Latinè dicimus. At possumus conijcere in hominem dictum Sancti Augustini libr. 4. de Doctrina Christiana, *Boni ingenij insignis indoles est in verbis veritatem amare, non verba; quid enim clauis prodest aurea, si non aperiat?* Sãct. Thom. distinct. 23. quęstione prima,ar.2.tradit notationem nominis, persona,quasi per se vna, qua notatione

Vatablus. *Iob.32.* *Prouerb.19*

Similiter in nouo testam.

S.August.

Accipere personã est prędere amicum.

Persona apud Patres, & Cõcilia, p hypostasi inuenitur sape.

Hoc nomen à Patribus,& Ecclesia translatũ &coaptatũ rebus fidei.

Etiã apud Latinos persona pro hypostasi. *Valer.Max. Institut.* .Vide n.7.

Cõtra Vallam, Tres personę & rectè & latinè dicuntur.

S. Augustini dictum.

Ex S.Thom. persona quasi per se vna.

ne

ne non dignitati sanè, vt Valla contendit, sed supposito conueniret: sed negare non possumus Latinis, imò & Græcis nomen personæ, dignitatem, aut munus rei significasse.

Negari nó potest, apud Latinos, & Græcos nomen psonę, dignit. aut mun⁹ significare,

Post hæc aduertendum est antequam ad definitionem personæ accedamus, quòd cum persona sit suppositum rationalis naturæ, Dialectici hoc nomen persona recensent inter ea quæ intentionem significant: qua significatione individuum est nomen communissimum; suppositum minùs commune, quia est individuum substantiæ; persona verò minùs adhùc commune, quia est suppositum in natura rationali. Et omnia hæc nomina prout significant intentiones sunt vniuoca, & verè ac propriè cómunia; quia licèt accipiantur pro rebus singularibus, significant tamen intentionem rationis communem, quæ in singularibus inuenitur. Verùm in isto nomine, persona, nullam rationem inuenio, ob quam facilè credam significari intentionem Dialecticam primo vsu philosophorum; neque id vsitatum inuenio, nisi fortè apud Henricum, aut Durandum opinantes rationem ipsam formalem significatam per nomen, non esse rem sed intentionem; quam postea opinionem refellemus. Et Sanct. Thomas quæstione 9. de potentia artic. 2. negat personam esse nomen intentionis, sed tantummodò rei aut hypostasis. Quòd etsi permittendum esset primo vsu Philosophorum nomen hoc indicasse intentionem rationis; dicendum erit, sicut suppositum mutata significatione vsurpatur apud Philosophos non pro intentione, sed pro hypostasi; ita & nomẽ personæ: & vtrumque est analogum vt docuimus. Personam pro natura accipi, innuit Sanct. Augustin. 7. de Trinitate cap. 6. eò quòd cogitaret esse nomen absolutum non relatiuum: quare nõ potuit aperire quid causę esset quòd non diceretur de natura diuina, ita vt Deitas esset persona vna. Sed postea cum Sancto Thoma id luculentissimè explicabimus. Quare nomen personæ non pro natura, aut substantia secũda, sed pro prima substantia vel supposito absq; dubio accipitur, & ab omnibus vsitatur. Est autem inuentum peculiare nomen personæ hypostasis rationalis, quia illa per se operatur nobiliori modo, scil. vsu rationis, vt Sanctus Thomas notat quęstione 9. de potentia, art. primo, ad tertium.

Henric. & Durand. soli dicunt id quod dialectici

Etsi 1. vsu philosophorũ persona significaret intentionẽ modò mutata significatione nõ nisi hypostasi. vt de supposito, n. 5.

S. Thom. negat.

S. Augustin. innuit personã pro natura posse accipi.

Cũ S. Thom. negandum hoc erit.

Datũ est peculiare nomen hypostasi rationale, quia nobiliori modo operatur.

S. Thom.

PARS SECVNDA.

De quidditate & definitione personæ.

1. Personæ definitio ex Boetio. S. Thom.

PErsona definitur à Boetio libr. de duabus naturis, quòd sit rationalis naturæ individua substãtia. Quam definitionem S. Thom. amplectitur 1. p. quæst. 29. artic. primo, & in 1. distinct. 25. quæstione 1. art. 1. & vtrobique accuratè elucidat. Item 3. parte, quæst. 2. artic. 2. & de potent. quæstione 9. art. secundo.

2. Idem. intelligit loco generis substã communem ad 1. & 2. Alii alios intelligere substantia pro hypostasi assumptibili, vt excludatur substantia quę est pars aut vniuersalis

Substantia quæ loco generis in definitione ponitur, vt Sanctus Doctor explicat, ea est, quæ in primam & secundam diuiditur. At verò quosdam aliter accepisse substantiam, scilicèt pro hypostasi non pro incommunicabili hypostasi, neque enim necesse esset addere individuam, sed pro substantia, quæ neque pars est neque vniuersalis, benè tamen assumptibilis; & idcirco addi quòd individua sit, vt significetur iam non esse assumptibilem. Hãc eandem opinionem in sententijs alitèr exponit, dicit enim tres esse communicabilitates; prima, qua natura vniuersalis est in particularibus; secunda, qua pars est in toto; tertia, qua natura est in supposito: natura ergo particularis completa tollit duas communicabilitates, quia neque est vniuersalis, neque pars; & hanc dicebant hypostasim, qualis est humanitas Christi; addiverò quòd sit individua, quo tollitur vltima communicabilitas, & fit omninò incommunicabilis. Ex qua opinandi ratione videtur Ioannes Scotus hausisse suam sententiam de negationibus depedentiæ, quibus suppositum distiogit à natura.

Pro eius rei explicatione illud primũ est obseruãdum Sanctum Thomam minimè consentire, quòd suppositum addat naturæ solam negationem: imò 1. p. quęst. 3. art. 3. & 3. parte quęstione 2. art. 2. ad 3. non obscurè indicat aliquid reale adijcere suppositum ad naturam, dum affirmat nomen individui in definitione ista significare rem, scilicèt modum subsistendi proprium suppositi.

Hinc Scoti. sent. de negationibus, de quæ. 16. n. 12

3. Obseruãdũ 1. Ex S. Tho. suppositũ nõ addit naturæ solam negationẽ, sed modũ subsistẽdi proprium suppositi.

Caiet.

ti. Quod Thom. Caietan. ibidem notauit. Et in sentent. ad 7. clariùs nomen, individuum, significare substantiale principium. Neque verò nos etiam

S.Thom.

dissentimus à Sancto Doctore dum dicimus, quòd subsistere non significat modum additum, sed intrinsecum; iam enim superiùs admonuimus subsistendi modum qui est proprius suppositi addi

Hic modus additus naturæ, est intrinsecus supposito, ex c.41.n.8.

naturæ cum ipso supposito; sed neque modus subsistendi in supposito distinguitur ab ipso supposito, neque modus naturæ ab ipsa natura.

4. Obseruādū 2 *S.Th.*1.*p.* duntaxat improbat dictā opinionem.

Deinde obseruandum est, quòd quia Sanctus Thomas non disputabat de distinctione suppositi à natura, opinionem istam, quæ videtur consentire cum opinione Ioannis Scoti, prima parte neque explicauit, neque impugnauit, sed simpliciter improbauit. Et in sentent. solummodò ex eo impugnauit, quia neque consentanea est significationi verborum; natura enim etiam cōpleta non dicitur hypostasis: neque retineri potest in ipsa definitione hypostasis, cum definitur quòd sit substantia individua; explicandum enim esset, quòd hypostasis sit hypostasis individua.

Idem in 1. Impugnat 1. Natura etiā completa non est hypostasis

Impugnat 2.

5. Vlteriùs eadē opin. quatenus hypostasim naturam dicit, Improbatur ex c.44 p 4.

Primum ergo hoc est, quod reprobemus in ista opinione, quòd hypostasim appellat naturam; est enim nomen iam vsu Ecclesiæ accommodatum ad suppositum significandum, aliàs in Christo erit vnio hypostasis ad hypostasim, siquidem naturam appellamus hypostasim; qui modus loquendi hæresim sonat, quasi sint in Christo duæ hypostases, hoc est, duæ personæ. Deinde id quod ponitur loco generis debet esse quid commune; quare substantia singularis non benè collocatur in definitione personæ vt genus. Rursum, quia substantia singularis adhùc assumptibilis, est natura in abstracto, & non in concreto; est enim hæc humanitas non hic homo, nam hic homo non potest assumi: natura autem in abstracto non potest prędicari de persona; persona enim non est hæc humanitas, sed hic homo: ergo neque in abstracto, neque in concreto potest accipi in ista definitione substantia pro singulari substantia; nam in abstracto non prędicatur de persona; & in concreto, scilicèt hic homo, iam est est ipsa persona incommunicabilis, & non est necesse addere individuam. Denique cum persona siue suppositum sit primum & maximè singulare, ipsa singularitas naturę pertinet ad rationem suppositi, quarę potiùs est explicanda in definitione per differentiam quàm per genus: sumitur ergo substantia pro communi substantia in concreto; nam in abstracto non prędicatur de persona.

Improbatur 1. Singularitas naturę ptinet ad rationē speciale suppositi

Decisio. In definitione personę sumi substantia in cōmuni, & in concreto.

Ex quibus colligimus per ipsum nomen substantiæ excludi naturam in abstracto, quæ non est persona: per hoc verò quod additur, individua, excludūtur secundæ substantiæ, individuæ enim substantiæ sunt primæ substantię; sed in definitione personæ melius ponitur individua quàm prima, vt possit coaptari ipsa hæc definitio personis diuinis, quę dicuntur individuæ substantiæ, & non dicuntur primæ, vt antea docuimus: quare meritò etiam admonet S. Thom. prima parte, quæstione 30. artic. primo, ad 1. quòd substantia in definitione personę non significat essentiam: nam si essentiam significaret; dum Catholicè confitemur tres personas quas adhibita definitione dicimus tres individuas substātias, diceremus quoque tres individuas essentias substituto nomine, pro substantijs essentias dicentes, quod tamen est hæreticum: sed significat ens per se, ad modum posteà explicandum.

6. Coroll. Substantia, excludit naturā in abstracto: Individua, substantias 1. In ea defin. melius ponitur individua quàm prima. Ratio ex c. 44.p.3.n.6.

Ex S.Thom. in eadē def. substātia nō significat essentiam Ratio euidens ex c 44 cit. p. 4.n.3.

Significat ens per se.

Nomen verò individui, docet Sanctus Thomas esse nomen intentionis, quia scilicèt ea significatione tum temporis vsurpabatur; definitur autem res per intentionem rationis, sicut per accidentia quę sunt extra essentiam, cum essentia nota non est. Nam intentiones rationis indicāt occultam rei naturam, sicut propria accidentia, quia vestiunt res vt Dialectici aiunt, & cum quadam meditatione attribuuntur rebus. Id ergo occultum quod pertinet proprijssime ad personam, significamus per hanc intentionem quòd sit individua. At verò iam vsu loquendi teritur, vt individuum pro incommunicabili accipiatur: quod idem Sanctus Thomas approbat in definitione Richardi, quòd persona sit incommunicabilis existentia. Verba autem in definitione debent accipi exactè, & proprijssimè; quare hæc erit breuissima definitio suppositi,

7. *Ex S.Thom* nomen individui, est intētionis.

Intentiones rationis indicāt occultā naturam rei.

Sic indicatur id quod est proprijssimū personæ.

Iam ex vsu individuum pro incōmunicab *S.Thom.* hoc approbat in definitione *Richard.* de qua n.10.

Improbatur 2 Natura singularis assumptibilis, & in abstracto, nō prædicatur de persona: in cōcreto iam est persona ipsa.

Defin. suppos. Est substãtia, indiuidua &c.

positi, quòd sit substantia indiuidua, siue incommunicabilis: ita vt nomine substantię intelligamus completam substantiam, quę de persona prædicatur, & diuiditur in primam & secundam; & nomine indiuiduæ intelligamus vltimò incommunicabilem: neque est necesse verbum addere. Eodem ergo modo intelligitur quòd persona sit substantia incommunicabilis, siue indiuidua. Concil. Toletan. 11. in professione fidei ait. *Neque sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed vnam substantiam incommunicabilem.* Quo loco intelligit substantiam non multiplicabilem, siue incommunicabilem quoad numerum, quia non possunt esse plures substantiæ diuinæ per originem communicatæ, sicut in nobis accidit: sed aliàs vsitatiori sermone incommunicabilis substantia suppositum est, quod nulli potest communicari; natura enim communicatur supposito, suppositum nulli communicatur; & hęc est ratio propria suppositi, vt explicauimus.

Per substãtiã intelligitur cõpleta quędiuiditur in 1. & 2.

Per indiuiduã, vltimò incõmunicabilis

Idẽ intelligitur de persona

Obijcitur.

Conc. Tolet.

Explicatur.

Substãtia incõmunicabilis id est, natura non multipl.

Vsitatiori sermone substãtia incõmunicabilis, id est, suppositũ de quo c. 19. p 4.

Quod verò additur, rationalis naturæ, distinguit personam à suppposito, quod non est persona; vel potiùs contrahit suppositum commune ad illud suppositum particulare, quod est rationale, & dicitur persona. Notat verò Sanctus Thom. quæstion. 9. de potent. artic. 2. ad 11. quòd meliùs dicitur natura rationalis, quàm essentia rationalis; quoniam essentia est nomen magis commune, natura verò magis particulare. Est enim natura vt Boetius ait eodem libr. de duabus naturis, *Vnumquodque informans specifica differentia*: Differentia autem contrahit genus; quare magis contractum nomen est natura quæ speciem significat, quàm essentia, quę potest etiam generi summo conuenire; dicitur autem natura non solùm tota species, sed differentia speciei, quæ est specifica differentia. Et vtroque modo potest intelligi quòd persona sit individua substantia naturæ rationalis, quia tota natura, & differentia quoque naturæ constituit hypostasim, & ipsa natura dicitur forma hypostatica. Idco etiam dicitur natura potiùs quàm essentia, quia natura est principium motus, & personæ hoc habet speciale, scilicèt operationem rationis;

8.

Per particulã, rationalis naturæ, cõtrahit cõmune sup, positũ ad particulare quod est rationale, & persona.

Ex S. Thom. meliùs dicitur natura rationalis, quã essẽtia rationalis

Ratio. 1.

Boet.

Essentia potest etiã generi sũmo conuenire

Natura significat nõ solũ totã speciẽ, sed differentiã specificam.

Vtraq; significatione potest intelligi defin. pſonæ.

Ratio 2.

Natura est principiũ motus, & persona hoc habet sibi speciale, scilicèt operationem rationis;

est enim persona quæ opere rationis fũgitur.

Rationale autem non accipitur pro discursiuo quod est prędituin ratiocinandi facultate, sed pro intellectiuo, quod sine discursu, vel cum illo rem intelligit. Et in hac significatione nomen personę commune est Angelis, & hominibus.

Richardus de Sancto Victore libr. 2. de Trinitate cap. 12. definit personam quòd sit naturæ rationalis incommunicabilis existentia; vt suam definitionem diuinis personis aptam faceret: & quidem Alexand. Alens. prima parte, q. 44. membr. 1. ad quintum, & Albert. Magn. distinction. 25. cum Scoto dist. eadem, quęst. vnica, aiunt definitionem Boetij corrigi à Richardo. Genebrard. verò libr. secũdo de Trinitate, vtrumque conciliat: de qua re postea dicemus. Meliùs mihi videtur definisse Magister, quòd persona sit hypostasis distincta proprietate ad nobilitatem pertinente. Hypostasim enim intelligit incommunicabilem; quia verò hypostasis est magis commune nomen quàm persona, vt diximus, ponitur loco generis, & ideirco nõ adiecit hypostasim incõmunicabilem, sed simpliciter hypostasim, quæ ex propria ratione incõmunicabilis est: quod verò additur distincta proprietate ad nobilitatem pertinente, ponitur loco differentię. Et maximè quadrat definitio diuinis personis, quæ distinguuntur proprietatibus significantibus dignitatem, scilicèt Filiatione, Paternitate, & Spiratione: in personis autem creatis proprietates pertinent etiam ad nobilitatem, quia sunt proprietates naturæ rationalis.

9. Rationale sumitur pro intellectiuo: estque cõmune Angelis, & hominibus.

10. 2. Definitio personæ ex *Richard.* vt c 43. p.2.n. 18.

Ab eo corrigi *Boetiũ* aiunt *Alens.* *Alb. Magn.* *Scotus.* *Genebr.* vtrũq; cõciliat

3. Definitio *Magistri* optima.

Declaratur.

Quadrat maximè diuinis personis distinctis per proprietates significantes dignitatem

Idem de personis creatis.

Hugo Etherianus vir doctissimus, & inter Patres venerandus lib. 1. de processione Spiritus Sancti cap. 11. aliter definit: Persona, inquit, est substantia rationalis, quæ per suas proprietates singularis potest intelligi; quam ille definitionem conficit ex alia antiqua, vt ait, descriptione maiorum, nempe, quòd persona sit substantia è proprietatibus ab eisdem naturę rebus numero differens, scilicèt quæ differt numero ab eisdem rebus naturę, hoc est, à suis similibus: vel legendum est ab eiusdẽ naturæ rebus & proprietatibus, hoc est, propter

11. 4. Definitio *Hug. Eth.*

Sumpta est ex antiqua descriptione.

Explicatur hęc descriptio

Vnitas incommunicabilis sequitur proprietates: & ꝑsona per eam definitur; aut per intentionē indiuidui.

12.
Coroll.
Definitū nō est intētio Dialectica, nec negatio; sed res ijs subiecta cō tra *Durand. Scot.*
Ad prob. prēit c.16 17.& 18.
Suppositūnō est natura, sed res naturæ ab ea aliqualiter distincta.
Apud Philosophos iāvsu est nomen rei: intētionis verò apud Dialecticos tātum, ex p.1.n.5.
Personasaltē ex 1. institutione non est nomen intentionis, vt p. 1. n.12.
Confirm.
Aliàs idē esset personas distingui ꝑsonaliter qđ intētionaliter, quod est Sabell.
Respons.

Refutatur vt suspecta locutio contra Concilia.

13.
Probatio.

Nomina definitionis, res nō intētiones significant.

suas proprietates. Itaque antiqui Doctores cum ipso Hugone in definitione personæ mentionem faciebant proprietatum personalium: nos verò per vnitatem incommunicabilem, quę illas proprietates sequitur, definiuimus, aut si placet per intentionem indiuidui cum antiquis.

Ad finem istius capitis colligendum est id quod S.Doctor affirmat definitū istius definitionis non esse intentionem Dialecticam, vt existimauit Durandus d. 23. q. 1. neque verò negationem, vt credidit Scotus; sed rem ipsam intentioni, ac negationi subiectam: iam enim probatum est, suppositum addere naturæ proprietatem aliqualiter à natura distinctam. Licèt ergo contendas suppositum esse nomen intentionis; dubitandum non est, in re significata, quæ suppositum dicitur, esse illam distinctionem, quia suppositum non est natura, sed est res naturę, scilicèt res cui conuenit natura, vt forma constituēs. Proteruię igitur est negare quin suppositum, de quo tota disputatio est philosophica, iam vsu factū sit nomen rei, & solùm apud Dialecticos vsurpetur, vt nomen intētionis. Personam autem, quamuis concedamus Dialecticis esse quoque nomen intentionis (quod non credimus) hoc tamen non videtur habere ex prima institutione; sed persona quendam hominem significat, etiam apud Latinos, vt diximus. Confirmatur, quoniam personę diuinę distinguuntur personaliter: quòd si persona significat intentionem, sensus erit, quòd distinguuntur intentionaliter, quod sonat hæresim Sabellianā: nam etsi dicas personas esse res distinctas; sed dum dicuntur distingui personaliter, hoc significari quòd intentionaliter distinguantur: Suspecta est ipsa locutio; cum enim Concilia constituunt distinctionem personalem, nō intentionalem, sed realem ponunt; ergo nomen ipsum significat aliquid reale; & nomen personæ, significat rem, non intentionē nisi æquiuocè.

His ita constitutis quòd suppositum & persona non sit nomen solùm intentionis, sed etiam rei, æquiuocè tamen; facilè potest persuaderi non definiri hic intentionem, sed rem. Nam ipsa nomina definitionis significant res, non intētiones. Cum enim definitur intentio indiuidui sine suppositi, dicitur, quòd de nullo prædicetur; prædicari enim pertinet ad intentiones dialecticas, & alia similia. Illi autem Theologi qui suppositum, & personam definiunt, nominibus vtuntur rerum, vt constat in definitione Richardi, & Magistri: & solus Boetius posuit vnicum nomen intentionis, scilicèt indiuiduum, quod etiam incommunicabile possumus intelligere; incommunicabile enim est negatio realis ad philosophum pertinens. Et confirmatur, quoniam hæc definitio accommodatur personis diuinis, in quibus si quæ sunt intentiones Dialecticæ sanè latent, & notæ non sunt: non ergo definitur intētio. Ecquis verò cum rem possit definitione explicare, definiat non rem, sed intentionē Dialecticā, quæ est rationis relatio? Dicendum ergo quòd definitur res; maximè cum definitio peroptimè accommodetur rei. Et hæc est sententia S.Thom. 1.p.q.29.& de potent.q.9.art. 2.

Declaratur. Prędicari, &c. pertinet ad intentiones dialect.
Nullum tale nomen in definitionibus traditis.
Incōmunicabile, est negatio realis pertinens ad Philosophum.

Confirm.
In diuinis personis siquę sūt intētiones Dialecticæ, notæ non sunt.

S.Thom.

CAPVT XLVI.

Argumenta refelluntur.

1.
Contra corol. p.2.n.12. *Gandau. Durand.* 1. Argum.
QVòd ista definitione personæ non definiatur res, sed intentio, probat Henric. Gandau. cum Durando, & alijs qui eius opinionem sequuntur. Primò, quia res singularis non potest definiri; sed res quæ est persona est singularis; ergo non definitur res ipsa, sed intentio Dialectica quæ est communis.

2.
Confirm.
Et confirmatur, quoniam definitio debet esse vniuoci; persona autem secundum negationem dependentiæ, quā Scotus ponit, est vniuocum, vt ipse ait in 1.d.25. q.1. ergo illa negatio est formale definitum.

Scotus.

3.
2. Arg.
Secundò: Res quæ est persona, est per se singularis; ergo neque per intellectum potest effici vniuersalis: sed sola vniuersalia definiuntur; ergo res quæ est persona, nullo modo definitur.

4.
3. Arg.
Tertiò: Res quæ est singularis etiam in accidentibus inuenitur; & tamen non definitur vlla definitione; ergo neque res quæ est singularis in substantijs.

4.
4. Arg.
Quartò: Proprietates personarum reales sunt primò diuersæ, & incommunicabiles, ita vt in nullo conueniant; ergo nihil est illis commune, quod possit definiri: sed neque definiuntur omnes simul

simul proprietates, quia vna definitio est vnius definiti: ergo nullo modo definietur persona secundum proprietatē realem, sed secundum intentionem rationis quæ est omnibus communis.

6. 5. Argum. Quintò: Si ipsa singularitas definitur, vt ait S. Thom. singularitas est quid commune omnibus singularitatibus; ergo sunt aliæ singularitates quibus istæ efficiantur singulares, & distinguantur à singularitate communi. Nam saltem ipso modo intelligendi sicut naturæ cōmuni addimus differentias indiuiduas sola ratione distinctas, quibus natura communis fiat singularis, ita vt singularitas communis fiat singularitas singularis (vt ita dicam) necesse est addere alias differentias singulares, & erit infinita progressio.

7. 6. Argum. contra exēpl. D. Thomæ, dum ait personā esse analogum, sicut quidam homo. 1. Diuersitas. Sextò arguitur cōtra exemplū quod S. Doctor proponit, ait quippe personā esse nomen analogum, vt aliquis homo; quod non videtur conuenire, tum quia aliquis homo est nomen compositum, & significat ens per accidens; persona verò est nomen simplex, & significat ens per se; tum etiam quia aliquis homo nō est propriè nomen cōmune; quare aptè dicimus, hæc persona, vel omnis persona; potest enim affici nota singulari, vel vniuersali.

8. 7. Argum. cōtra id, qđ loco generis poni dicitur p. 2. nu. 2. Septimò arguitur contra id quod dicitur, substantiam quæ diuiditur in primam, & secundam, esse genus huius definitionis: substantia enim, quæ diuiditur in primam & secundam, non significat rem, sed intentionem; vel saltem prima & secunda substantia significant intentionem. 1. Probatio. Probatur, quoniam Petro & homini nihil reale est commune quasi diuisum in duas partes, cum Petrus contineatur in homine. 2. Probatio. Et probatur etiam, quia quicquid reale conuenit homini, conuenit etiam Petro; ergo nihil est reale quo homo distinguatur à Petro, vt possint esse duo membra vnius diuisi; ergo vel diuiditur aliqua intentio rationis, vel diuiditur res in intentiones, vt sit diuisio subiecti in accidentia; ergo si persona est quid reale, non definitur per substantiam, quæ est communis primæ, & secundæ substantiæ, quæ membra diuisionis significant intentiones rationis.

9. Argum. Octauò arguitur: Anima separata est rationalis naturæ indiuidua substantia; & tamen non est persona; ergo aliqua res continetur definitione personæ, quæ persona non est.

10. 9. Argum. difficile. Vltimò: Nomen personæ est substantiuum; ergo si coniungatur cum numero necesse est multiplicetur forma per nomen, iuxta normam traditam à Sancto Thom. & obseruatam à Theologis; ergo cum dicimus personas tres, multiplicamus formam significatam per nomen. Tunc insurgit argumentum difficillimum, vel enim dicendum est personam significare proprietatem personalē solummodò, vt verè dicantur tres personæ diuinæ, quia sunt proprietates tres per nomen significatæ, quod tamē Theologi non concedunt; persona enim significat simul naturam, & proprietatem; vel dicendum est esse tres naturas in tribus personis diuinis, quod est hæreticū. Probatur, quia si nomen personæ vtrūq; significat, vtrumque multiplicatur cum sit substantiuum nomen: vel confitendum est, quod Hēricus vult, nomen hoc significare intētionem, & ita esse in personis tribus intentiones tres.

Aduertenda.

11

1. Aduert. 1. Sent. quòd definitum hic est negatio cōmunis. De hac sent. cap. 16. n. 12. 2. sēt. quòd est intentio rationis. *Henr. Durand.* De 2. hîc.

12. Prænot. Intentio à dialecticis quasi attētio, à Latinis consiliū, à Philosophis ethicis propē sio voluntatis in finem. A dialecticis actus animi dicitur formalis intentio. Res cognita per trāslationē dicitur intētio obiecta.

NOnnulli aiunt personam, siue suppositum significare quandam negationem; quæ sententia in hoc libro impugnata est: & hi opinantur definitū inhac definitione esse nō singulare quid, sed negationem quæ est communis, vt refert S. Thom. 1. p. q. 30. artic. 4. Alij verò sentiunt definiri hìc intentionem rationis, vt ipse S. Doctor refert: quę fuit opinio Henric. quodlib. 5. q. 6. & Durand. dist. 23. q. 1. de quare disputandum iam est.

Intentio dicitur à Dialecticis quasi attentio: nam Latinè attentio potiùs significat consilium; & apud Philosophos qui de moribus disputant, significat propensionem voluntatis in finem. Sed tamen à Dialecticis dicitur intentio quasi attentio, prò animaduersione siue cognitione rei: res verò cognita ab intentione animi, translato nomine dicitur etiam intentio. Et actum animi vocant intentionem formalem, quia est forma siue actus animi: rem verò cognitam vocant intentionem obiectam, siue cognitam, quia quod cognoscimus menti obijcitur, & proponitur: deinde

1.Intentio dicitur res ipsa 1.cognita:2.intentio, relatio rationis, rei iã cognitæ attributa.

diuiditur in intentionem primam, & secundam; primã vocant rem ipsam cognitam; secundam vocant rationis relationem, quam attribuimus rei cognitæ: quoniam enim rẽ primò cognoscimus, res vocatur prima intentio;& quia relationem rationis posteriùs aduertimus, vocatur secunda intentio,quasi secundũ cognitum: & vsu iam loquendi, ipsa relatio rationis attributa per intellectum vocatur absolutè intentio. Et ita quærimus,an nomen,personæ, significet intentionem,hoc est, secundam intentionem,quæ est relatio rationis. Ioan.Capreolo cum Aureolo altercatio est,quoniam Capreolus recusat res ipsas vocari intentiones. Quæstio est de nomine; quare licet per nos vocari res ipsas obiectas, intentiones.

Ipsa relatio iã ex vsu,absolutè vocatur intentio.

Quæst.præuia;anpersona intentionem significet?

Quæst. de nomine inter *Capreol.* & *Aureol.*

Ab auctore res intẽtiones vocari permittũtur.

Posthæc sciendum est eos qui volunt definiri hìc non rem, sed intentionem personæ non negare quin addatur proprietas realis naturæ qua constituitur persona, sed dicunt nomen personæ nõ significare illam proprietatẽ, & ita hac vna opinandi ratione arbitrantur se effugere argumenta proposita. Falluntur tamen, quoniam hypostasis est nomen rei, non intentionis, vt omnes consentiunt; & tamen non significat istam hypostasim, neque illam determinatè; ergo necesse est inquirere conceptum cõmunem hypostasis, sicut conceptum cõmunẽ personæ inuestigamus. Præterea fingamus nunc temporis ex instituto hominum imponi nomen personæ, vt significet subsistens in natura rationali, siue compositum ex natura rationali, & proprietate;nomen erit commune,quia non significabit hoc,aut illud compositum determinatè: Eam ergo significationem quæ potuit tribui isti nomini, quis dubitet esse tributam, cum ita à viris doctis vsurpetur?Denique proponamus quæstionem in ea nominis significatione, quæ sanè potuit illi tribui, quid dicendum est iuxta regulam substantiorum? Suntne dicendæ personæ tres, necne ? necessarium est ad quæstionem respondere. Ergo nos est cur fecisti putent ab hac difficultate expeditos, eò quòd negent nominis significationem, quæ potest illi consignari si placuerit. Est ergo permittendum nomen hac interpretatione, vt significet rem ipsam, scilicèt naturam cum proprietate,vt est

13.
2.Sent.sensus.
Nõ negat realem proprietatem naturę addit m, sed negat eam rẽ significari per personam.

Non effugit argumenta.

Instatur 1. Hypostasis est nomẽ rei iuxta omnes, de quo eadẽ ratio

Instatur 2. Cum ea impositio sit possibilis, de facto extare arguitur ex vsu doctorum virorum.

Instatur 3. Ex hypothesi quòd extaret, est eadem difficultas, essentne dicẽdę tres personæ?

A vsui viris doctis. Qua in re concordat cum S. Thoma Alex. Alensis. 1.p. q. 56. memb.4.ar.2. S.Bonauent. d.25.art.2. q.1.Marsil.q.28.ar.2. Legito Ioannem Capreolum d. 25. q.1. & Caietanum, q. 31.art.4. Quo in loco considerandum est ThomãCaietanum credidisse hanc prędicationem, Pater est persona, sicut & hanc, Petrus est persona, esse quidditatiuam. Alij cõtradicunt, nam licèt persona sit prędicatum quidditatiuum commune huic & illi personæ; non tamen esse quidditatiuum commune Petro,& B Paulo, sed denominatiuum, vt aiunt: & eadem ratione nomen personæ non esse quidditatiuum Patri, & Filio,& Spiritui Sancto,sed denominatiuum.Et probãt, quia persona est incommunicabile,& illud denominat Petrum & Paulum, siue Patrem, & Filium.

Concordãt cũ *S.Thoma. Alensis. S. Bonau. Marsil. Caiet.*

Hic ait hanc prædicationẽ, Pater est persona,esse quidditatiuam.

Negant alij, *Vasq.disput.* 130.*cap.2.*

Probant.

Dicendum tamen est nomẽ, persona, significare ipsum Petrum, & Paulum cõmuni conceptu rei singularis;&illud addere Petro communi conceptu, quod hæc persona addit eidem Petro conceptu singulari, vt liquet. Discipiamus igitur quid addat hæc persona Petro,certè C nihil reale, sed significatur Petrus sub hac consideratione, quòd sit vltimum singulare completum: sicut nomen, perfectio, significat actum perficientem; & nomen,forma,significat albedinem, vt informantem. Quibus tamen conceptibus quidditatiuè continentur res ipsæ, sic vel sic cognitæ, & significatæ. Quòd si hæc nomina, perfectio,forma, & similia,dicamus denominatiua, vt significãt res quasdam hac vel illa consideratione;eadem ratione nomen,persona, erit D denominatiuum.Nobis videtur esse medium inter denominatiuum, & quidditatiuum :quia in quidditatiuis poterat numerari cum significet ipsam quidditatem rei, sed aliquid addit modo ipso intelligendi; quo ipso intelligendi modo hic conceptus est posterior, & additus priori, prius enim intelligitur albedo vt albedo,quàm vt perfectio, & forma: & magis accedit ad quidditatiuũ, quia his nominibus in recto nihil significatur,nisi quidditas rei, solo modo intelligendi diuerso; quo additur relatio rationis,aut negatio in obliquo. Et hoc modo intelligitur Petrus,&persona addita relatione vltimi, aut negatione incommunicabilis in obliquo solo intelligendi

14.
Præscien dum.
Persona significat Petri, & Paulum cõmuni cõceptu rei singularis.
Addit Petro conceptu communi quod ei addit hæc persona conceptu singulari,sc.nihil reale,sed conuersam cõsid.
1.Exemplum pfectionis, vt lib.3.c.7.p.4.
2.exẽpl.formę.

Resolutio.
Personæ nomẽ est medium inter quidditatiuum,& denominatiuum.

Ratio.
In recto quidditatem rei significat, sed addit aliquid in obliquo,modo intelligẽdi sc.relationẽ vltimi aut negationẽ incõmunicab.
Magis accedit,imò reuocatur ad quidditatiuum.
Declaratur.

gendi modo; aliàs nomen personæ, significaret relationem rationis, vt vult Henric. aut negationem, vt vult Scotus: ergo si solo significandi modo indicat relationem rationis, aut negationē, non idcircò dicendum est denominatiuum prædicatum, sed potiùs reuocandum ad quidditatiua prædicata; à quibus tamen reijcitur, tum quia addit aliquid quidditati saltem intelligēdi modo; tum etiam quia quidditatiuum est essentiale, non personale. Sed quicquid de his statuitur, constat nomen personę significare res ipsas, & esse nomen cōmune, quod sit aptum nomen rei definitæ. Et hoc est, quod S. Thom. docet in 1.d.25.q.1.art.3.ad 4. quod licèt res quæ est persona sit incommunicabilis; tamen intentio, id est, conceptus nominis, est communis, & ratio significata per nomen.

Reijcitur à quidditatiuis. Ratio 1.

Ratio 2. Quidditatiuū nomen est essentiale, non personale.

S. Thom.

15.

2. Aduert. Singulare, vt significat intētionē, est vniuocum: vt significat rem, est analogum proportionis.

Ratio.

Adhùc aduertendum est, quòd nomē, singulare, vt significat intentionem, est vniuocum, & vt significat rem est analogum. Ratio hæc est, quoniam omnes intentiones istius singularis, & illius conueniunt in vna intētione singularis, quę in omnibus inuenitur; sicut intētio speciei in omnibus intentionibus speciei; res verò singularis hæc & illa non conuenit in aliquo singulari communi, sed solùm conuenit in analogia proportionis, quod lib. 5. magis explicabitur. Hoc ergo nomen, singulare, non significat vnum, sed immediatè plura, non tamen per modum plurium, vt plura sunt; sed potiùs per modum vnius, quatenùs cōueniunt in analogia proportionis: quarè non est necesse quòd res significata per hoc nomen sit communis suis inferioribus, quia nihil tale ibi commune est; sed sola analogia est communis. Vbi autem res significata per nomen non est communis, non est necesse quòd contrahatur per differentias ad particularia, sed solummodò sublata communitate analogiæ, quæ erat in conceptu remanent singularitates ipsæ, hæc, & illa, & alia; singulare ergo non est commune quasi vnum in pluribus, sed solum est in conceptu communi communitate analogiæ: hæc autem fient lib. 5. magis perspicua.

Nomen singulare, significat immediatè plura per modum vnius.

In hoc nomine non res significata, sed sola analogia cōmunis est inferioribus.

Cum res significata nō est communis, nō contrahitur ad particularia p differentias.

Singulare est commune cōmunitate tantum analogię, quæ est in conceptu.

16.

3. Aduert. Natura rei cuiusque est singularis per se, id est, nullo addito reali, non tamē per se, id est, ex intima ratione, vt c. 1.

Adhùc perspicaciùs considerandū quod diximus, naturam rei cuiusque esse per se singularem, hoc est, nullo addito reali, non tamen per se, hoc est, ex intima ratione, & conceptu, quia aliàs natura, siue essentia rei non posset intelligi absque singularitate. Hæc tamen natura est per se singularis vtroque modo, quia est singularis non per additum reale, & est intimè singularis ad hunc sensum quòd natura hæc non potest intelligi absque singularitate reali, quæ est hæccitas siue indiuidua differentia. Impossibile est ergo quòd hæc natura intelligatur communis, aut communi cōceptu: benè tamen accidit in operatione intellectus, vt hæc natura, & illa, & alia conueniant in conceptu naturę singularis, vbi sola analogia est communis, & non res; tunc enim minimè sequitur quòd res singularis sit communis, sed quòd res singulares coeant in aliqua similitudine communi; in quo ipsæ singularitates plures assimilentur inter se nō reali similitudine, sed analogiæ, quæ est in intellectu. Singularitas verò quæ significatur illo conceptu communi, est re ipsa plures singularitates, sed in conceptu vno analogiæ. Et in illo conceptu est communis sola communitate analogię, vt sępiùs repetimus. Neque verò est impossibile vt singularitas intelligatur cōceptu communi, & sit communis in conceptu, licèt commune & singulare opponatur; quoniam oppositio est circa idem, & ita fieri non potest, vt res aliqua extra intellectum sit communis, & singularis, aut in intellectu sit communis, & singularis. Nam extra intellectum nō est homo communis, sed est Petrus singularis: & in intellectu homo communis est non singularis; & Petrus singularis est non communis. Ipsa ergo singularitas quæ extra intellectum nō est cōmunis, sit communis in intellectu. Neq; est absurdum quòd singularitas quæ ex propria definitione est singularitas, sit per accidēs, scilicèt per intellectum, cōmunis: sicut genus prædicabile quod essentialiter est genus, fit species vniuersalis per accidens, quatenùs per intellectum numeratur inter species vniuersalis. Et hæc sunt nota ac dialecticis familiaria.

Singularitas quæ illo conceptu cōmuni significatur, est re ipsa plures singularitates.

Obiectio tacita.

Respons. Oppositio est circa idem.

Declaratur.

At verò pro exemplo indiuidui vagi, vt aiunt, aduertendum est, discrimē esse inter personam, & indiuiduum vagum, verbi gratia, aliquis homo; non solùm quia alterum est simplex nomē, alterum composi-

Singularitas quæ extra intellectum non est communis sed ex sua defin. singularitas, fit communis in intellectu & accidēs.

Sic gen' prædicabile essentialiter est genus, & fit species p accidēs.

17.

4. Aduert. Inter personā, & indiuiduum vagum,

Discrimē. 1.

Diſcrimẽ 2. Indiuiduum vagum nõ ſignificat proprietate, vel ſingularitatẽ abſolutè, ſed aliqualiter.

compoſitum, ſiue complexum; ſed quia in altero, ſcilicèt dum dicitur, aliquis homo, additur naturæ communi nota particularis, quæ non ſignificat proprietatem, aut ſingularitatem abſolutè, ſed ſignificat aliqualiter, quod eſt proprium ſincathegorematis, quia ſignificat cum diſiunctione hunc vel illum hominem. Et ideò cum dicitur, omnis aliquis homo, ſignificatur omnis hic, aut ille homo; quæ loquutio inepta eſt, quia neque omnis homo eſt hic, neque omnis homo ille. Perſona verò ſignificat proprietatẽ ſiue ſingularitatem abſolutè, & ita poteſt diſtribui cum dicimus, omnis perſona, vel omne ſingulare; & poteſt notari nota ſingulari, hæc perſona, hoc ſingulare. Differunt etiam quia cum homo ſignificet naturam communem, addita ſingularitate fit ens per accidens, ad eũ ſenſum, quo ſuprà diximus ſingularia accidere naturæ: perſona verò ſignificat naturam, & proprietatem quatenùs cõſtituunt vnum per ſe, ſcilicèt Petrũ, vel Ioannem, & ideò non eſt ens per accidens. Et hoc eſt quod S. Thomas ait q. 30. art. 4. quòd nomen, Aliquis homo, ſignificat indiuiduum ex parte naturæ cum modo exiſtendi qui conuenit ſingularibus, & hic modus exiſtendi indicatur quaſi indeterminatè. Nomen verò perſona, aut ſuppoſitum ſignificat etiam indiuiduum indèterminatè, ſed non ex parte naturæ quaſi ſit nomen naturæ, vt aliquis homo, ſed potiùs ſignificat rem ſubſiſtentem in natura, ex parte hypoſtaticæ proprietatis, quam addit naturæ ſuppoſitum, ſiue perſona. Exemplũ ergo quadrat quoad hoc duntaxàt, quòd ſicut hoc nomen complexum, aliquis homo, ſignificat non determinatè iſtum vel illum, ſignificat tamen ipſos ſingulares homines conceptu cõmuni; ita perſona ſignificat ſingularia non determinatè hoc, vel illud, ſed cõmuni conceptu, & illo analogo. At verò aliquis homo, vt eſt nomen complexũ, analogum etiam aliqualiter eſt, propter ſyncathegorema, aliquis, quod ſignificat aliqualiter indiuidua, ſcilicèt cum diſiunctione hoc vel illud.

Perſona maximè, & ita poteſt diſtribui, & poteſt notari nota ſingulari.

Diſcrimẽ 3. Indiuiduũ vagum ſignificat ens p accidẽs, vt cap. 1. p. 3.

Perſona ſignificat vnum per ſe.

Ex S. Thom. vtrumque, ſignificat indiuiduũ cum modo exiſtẽdi proprio ſingularium, indeterminatè.

Indiuiduum vagũ, hoc indicat ex parte naturæ: perſona, ex parte hypoſt. proprietatis.

Accõmodatur exẽplu indiuiduivagi ad perſonam.

Aliquis homo vt eſt nomen complexũ, analogum etiã aliqualiter eſt.

18.

5. Aduert. De ſubſtantiæ diuiſione in 1. & 2.

1 Sent.

Porphyr.
Simplic.
Boet.

Adhùc aduertendum eſt de diuiſione ſubſtantiæ in primam, & ſecundam varias fuiſſe opiniones. Simplicius, Porphyrius, & Boetius dixerunt eſſe quaſi partium enumerationem, quia ea quibus conuenit nomen ſubſtãtiæ, vel ſunt ſubſtãtiæ primæ, ſicut hypoſtaſis; vel ſecundæ, ſcilicèt vniuerſales ſubſtantię, vt homo, animal. Alij dixerunt eſſe diuiſionem intentionis per intentiones, ita vt ſubſtantia ſignificet ſubiectum prædicationis: vel vt alijs placet eſſe diuiſionem ſubiecti in accidentia rationis, vt ſubſtantia ſignificet rem, ſed prima, & ſecunda ſignificet intentiones. Vtraque tamen opinio refutatur: prima ex eo, quia Ariſtot. ait primam ſubſtantiã maximè ſic dici; quę autem magis & minus dicuntur, conueniunt in conceptu communi: ergo primis & ſecundis ſubſtantijs, eſt cõmunis conceptus ſubſtantiæ, & non eſt ſola enumeratio plurium non conuenientium in conceptu, vt ſi cumulum rerum diuerſarum partiendo enumeres. Secunda opinio refutatur, quia ſi diuideretur intentio in intentiones, primum ſubiectum non eſt magis ſubiectum, quàm ſecundum, ſed eſt ordine rationis primum; aliàs prædicatum vnum eſſet magis prædicatũ quàm aliud: ſubiectum itaque eſt nomen æquiuocum, & non dicitur magis & minus; niſi etiam ſubiectum prædicationis primũ, & ſecundum dicas conuenire in aliqua analogia communi, vt vnum ſit magis ſubiectum quàm aliud; & eſt eadem difficultas. Si verò diuideretur per intentiones, falſò diceretur primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam: ſiquidẽ hoc quod eſt eſſe primam, non pertinet ad ſubſtantiam, ſed eſt accidens rationis; ergo non facit vt res ipſa ſit magis ſubſtantia propter intentionẽ additã; ſicut album non eſt magis corpus, quàm dulce, quia album, & dulce non poſſunt cõparari in corpore vt vnũ ſit magis corpus quàm alterum, ſi diuidamus corpus in albũ, & dulce, vel in album, & nigrũ.

Igitur Albert. Magn. tractatu 1. de ſubſtantia, cap. 3. quem ſequitur Thom. Caiet. dixit eſſe analogiam in conceptu ſubſtantiæ, in qua prima, & ſecunda ſubſtantia conueniunt. Imò hoc idem docet S. Thom. q. 9. de potent. art. 2. ad 6. Aduertendum igitur eſt, quòd Petrus & homo, & animal, & viuens, & corpus, & ſubſtantia ſola ratione inter ſe diſtinguuntur: accepta tamen ſic, & diſtincta, ordinem habent; nam minùs communia magis accedunt ad hypoſtaſim, ſcilicèt ad Petrum, & magis communia propiùs accednnt

Eſſe quaſi partium enumerationem.

2. Sent. 1. Via.

2. Via.

1. Sent. refutatur ex aſſerto *Ariſt.* ſcil. 1. ſubſtantia eſt maximè ſubſtantia.

In 2. ſentent. 1. via, quòd ſit diuiſio intentionis in intẽtiones.

Refutatur ex eodem.

1. Subiectum non eſt magis ſubiectũ, quàm. Sic prędicatũ.

2. Via, quòd ſit diuiſio ſubſtantię per intentiones, ſeu ſubiecti per accidẽtia rationis.

Refutatur ex eod.

Ratio.

Exemplum optimum.

19.

3. Sent. *Alb. Magn.* *Caietan.* Subſtãtia analoga eſt, quę dicitur in 1. & 2. *S. Thom.* Prodeclaratione 1. Aduert.

Minùs communia magis accedũt ad ſuppoſitum, magis communia

propiùs adsubstantiam cómunissimã.

accedunt ad substantiam summam, hoc est communissimam. Aristotel. igitur individua omnia vocauit primas substãtias, cætera omnia vocauit secũdas substantias. Licèt autem prima & secunda significet relationem rationis, vel indicet intentiones rationis, per hoc tamen voluit intelligere res ipsas significatas, quæ inter se sunt distinctæ non re ipsa, sed cogitationis actu, vt diximus.

Licèt prima & secunda indicet intentionẽ rationis, p hoc intelligit Philosophus res ipsas significatas cogitatione distinctas.

Vltimò aduertendum est, quòd hypostasis, scilicèt Petrus, maximè subsistit tanquam id quod per se est, & maximè substat accidentibus: & ab his ducitur nomen substantiæ, vel à subsistendo, vel à substãdo. Substãtia verò summa, quod est genus, proprio conceptu suo complectitur totam latitudinem substantiæ; corpus autem non est tota substantia, sed quædam substantia. In quo sensu Deus est prima substantia, non quòd sit genus summum, quod in solo intellectu est; sed est substantia subsistens, quæ non est hæc, vel illa, sed est tota ratio substãtiæ infinita; sicut ergo Deus maximè substantia est, quia est tota substantia, & item maximè substãtia est, quia est subsistens per se; ita in genere substantiæ secundum distinctos conceptus facimus has comparationes. Nam quoad latitudinem substãtiæ, summa substantia, quæ est genus, est maximè substantia, quia est tota substãtia, & est prima ratio substantiæ; & corpus est minùs substantia, quia est quædam substantia; & viuens minùs est substantia quàm corpus, quia minus complectitur illius latitudinis: nihil enim potest esse magis substantia, quàm ipsa substantia. Sed secundũ quod substantia est subsistens, hypostasis est maximè substantia, quia per se subsistit, & homo est minùs substantia, quia non subsistit per se ipsum, sed per hypostasim, & animal est minùs substãtia quàm homo, quia medio homine subsistit per hypostasim: & in hoc sensu explicat S. Thomas Boetium cum dixit species, & genera subsistere, scilicèt per hypostases. Et ita Aristot. hæc comparat; animaduertit enim primas substantias esse in secundis quasi contentas, qua ratione secundæ substantiæ secũdum aliquid sunt magis substantiæ: primas autẽ substantias per se ipsas subsistere, siue substare, secundum quam considerationem hypostases sunt maximè substãtiæ, quia per se ipsas subsistunt; species autem & genera subsistunt per hypostases. Hoc idem docuit explicatissimè S. Thom. in 1.d.23.q.1.ar.1. de substantia differẽs. Ait enim rationem subsistendi, quæ est essentia, cui debitum est esse per se, primò inueniri in genere; actum verò subsistendi in individuo, quia existentia est singularium; & idem est de substãtia dicendum. Ratio enim substantiæ, quæ est essentia, priùs inuenitur in genere; sed esse per se à quo sumitur ratio substantiæ, priùs est in individuo. Et ideò individua substantia dicitur maximè, & proprijssimè substantia.

Deus est prima, & maximè substantia, quia est tota substantia, & quia est subsistens per se.

Genus substãtiæ est maximè substantia, quia est tota substantia, & 1. ratio substãtiæ: corpus, minùs substãtia, quia est quędã substantia.

Hypostasis est maximè substantia, dicta à subsistẽdo: homo minus, qa non per se ipsum subsistit, sed per hypostasim.

S. Thom.

Ratio subsistẽdi, primò inuenitur in genere: actus subsistendi in individuo.

Idem de substantia.

21.

Corollar.

Analogica cõuenientia primæ & secundę substantiæ, est in solacõsider. prout comparantur in eo quod vnũ habet per aliud.

Ex quibus colligimus, quòd analogia in qua conuenit prima, & secunda substantia non est constituta in aliqua ratione analoga, quæ definitione possit explicari, sed est sita in sola consideratione, qua vniuersale, & singulare comparantur in eo quod vnum habet per aliud: sunt enim idem, sed vnum est per aliud, quia homo subsistit per Petrum, & Petrus est substantia per hominem; ergo hæc participatio quæ fit per conceptus interiectos, cum re ipsa nullum sit medium, neque diuersus participationis modus, sufficit ad conceptum communem analogum, in quo conueniunt plura participantia idem magis & minùs solo intelligendi modo. Et ita interpretandus est S. Thom. de potent. q.9. ar.2.ad 6. vbi explicat hanc analogiam secundum modos diuersos essendi; non modos reales distinctos, sed modos ratione speculante inuentos, quia distinguentes Petrum ab homine sola ratione iterùm comparamus Petrum cũ homine in substantia, vel secundum essentiam cui debetur esse per se; vel secundum sũbsistentiam, quæ est singularium: & secundum hos diuersos modos considerandi, inuenimus ibi plura diuersa; & vnum analogum commune istis, scilicèt primis, & secundis substantijs.

Explicatur *S. Thom.*

22.

Abisto analogo substantiæ, abstrahitur aliud cõmunius ad finitam, & infinitam substantiam.

Et adhùc ab isto analogo, substantia, quod est commune primis & secundis substantijs in genere, abstrahendum est aliud analogum magis commune, quod sit substantia communis substantiæ finitæ, & infinitæ. Nihil enim magis familiare est nostro modo intelligendi, quàm analogia; neque aliquid prohibet ex analogo quodam abstrahere aliud analogum magis commune.

S. Thom. in Boet.

Arist.

23. Diuisum diuisionis substātiæ in 1. & 2. nō definitur. Ratio.

Diuisum autem huius diuisionis, qua substantia secatur in primam, & secundam nō definitur, quia si definiatur res, quæ est substantia, erit definitio summi generis, scilicèt, quod habeat essentiam, cui debitum sit esse per se; si verò definitur substantia, vt est quid commune primæ, & secundæ substantiæ, cōsideramus substantiam secūdum quod subsistit; sed hoc subsistere quod est proprium singularium non est commune primæ, & secundæ substantiæ, nisi secundum modos considerandi diuersos, verbi gratia, substantia considerata secundum subsistentiam diuiditur in primam, quæ est maximè substantia, & in secūdam, quæ subsistit per primam. Hic ergo modus realis intrinsecus, qui est proprius primæ substantiæ, & est in secunda substantia per primam, sola consideratione est in secunda substantia per primam, & substantia considerata secūdum hunc modum diuiditur in primam, & secundam; & ita dubium, hoc quodcunque est, exactè declaratur. Et licèt hęc difficilia sint, quia tamen diuisio Aristotelica est communis, & recepta; & substantia in eo sensu est accommodata definitioni personæ, cuius est proprium subsistere, iure optimo dixit S. Thom. in definitione personæ substantiam accipi pro ea, quæ diuiditur in primam & secundam.

Modus subsistendi est proprius substantiæ, estq; sola cōsid. in 2. p 1.

Substantia considerata secundum hūc modum, est diuisum illiusdiuisionis.

Diuisio Arist; communis est & recepta.

S. Thom.

Responsio.

24. Ad 1. Arg. 1. Reponſ.

AD primum respōdetur, quòd non definitur hoc, aut illud singulare, sed definitur singulare in conceptu cōmuni. Respondetur deindè singulare etiam conceptu communi non definiri propria definitione quidditatiua, quia non est quidditas, siue essentia: explicatur tamen ratio significata per nomen; & hæc explicatio dicitur etiam definitio; licèt non sit per genus proprium, & differentiam. Ad confirmationem negamus formale personæ esse negationē dependentiæ, quam Scotus vult; negamus etiam illam negationem esse quid vniuocum. Negatio enim realis includit ens, quo pacto analogum esse potest, etsi intentio sit vniuocum. At Scotus vniuoca aliter intellexit, vt libr. 5. videbimus.

2. Reponſ. Singulare etiā conceptu cōmuni non definitur quidditatiuè, sed aliqualiter.

Ad confirm. ex 1. aduert. n. 1.

Negatio realis includit ēs quo pacto analogum esse potest, etsi intētio sit vniuocum.

25. Ad 2. Arg. ex n. 15. & 16.

Ad secundum iam diximus singulare hoc nullo modo effici commune; benè tamen multa singularia conuenire in cō ceptu communi singularis, sola vnitate analogiæ, quæ est in ipso conceptu. Deindè diximus singulare, quod est res, nō opponi communi, quod est intentio, & ita per intellectum potest dici commune. Et iterùm id quod est essentialiter, hoc est, ex propria ratione singulare, per accidens, scilicèt per operationem rationis, effici commune; vt genus operatione intellectus fit species vniuersalis.

Ad tertium respondetur, quòd singularitas naturæ abstractæ, siue accidentium potest etiam definiri, sed non definitur, quia id esset inutile. At verò illa singularitas substantiæ, quæ aduenit per suppositi proprietatem, maximè expedit, vt definiatur ad quęstiones physicas & Theologas; magni enim est momenti vt intelligamus quid sit suppositū, quid persona. Respondet etiam S. Thom. 1. p. q. 29. art. 1. quòd accidentia fiunt singularia per aliquid extrinsecum, scilicèt per subiectum, vt anteà docuimus; hypostasis verò per intrinsecam proprietatem. Quare in accidentibus singulare completum est ens per accidens, vt hoc album, quod definiri non potest.

Ad quartum respondetur, quòd proprietatibus personalibus nihil est commune in re ipsa significata, sed est illis conceptus communis, & analogiæ vnitas in conceptu, qua vnitate definiuntur, & suo modo est ibi ratio obiecta, quam explicat definitio, vt lib. 5. elucidabimus.

Ad quintum similiter respondetur, quòd pluribus singularibus nulla est singularitas communis, quæ contrahatur ad illas per alias differētias singulares; sed solùm cōceptus est communis, quo vno intelligitur singularitas per modū vnius; nam homo non solùm intelligitur per modum vnius, sed de illo asserimus verè quod est vnū vnitate speciei, singularitas verò non est vna vnitate præcisionis, quæ est propria naturæ cōmunis, vt sit necesse contrahere illam per suas differentias; sed duntaxat intelligitur per modum vnius conceptu vno; quo conceptu cōmuni remoto iam intelligitur hæc singularitas, & illa absq; vlla contractione per differentias indiuiduas, vt lib. 5. elucidabimus. Si verò obijcias, quòd hæc, & illa indicant differentias

26. Ad 3. Arg. 1. Reponſ. Singularitas naturę abstractæ siue accidētium potest definiri, sed nō expedit.

Singularitas substantiæ aduenientis ei per proprietatem suppositi, definiri expedit.

2. Reponſ. S. Thom. In accidētibus ob indiuiduis extrinsecum, singulare completū est ens per accidens; non definibile.

27. Ad 4. arg. Proprietatibus personalibus nō res, sed cōceptus analogus communis est: & sic definitur.

28. Ad 5. arg. ex n. 15. 16.

De homine verè asseritur, quòd sit vnū vnitate speciei sed singularitas nō est vna vnitate præcisionis propriæ naturæ communis.

Obiectio.

Respons. Hæc & illa solos conceptus distinctos singularitatis huius & illius indicant.

rentias indiuiduas. Respondetur negãdo, sed indicant conceptus distinctos istius singularitatis, & illius; non quòd in re ipsa significata sit differentia contrahens, cum nihil sit commune.

29. Ad 6. Arg. Vt nomen sit commune nó opus est, vt res significata sit communis, sed quòd accipiatur pro pluribus diuisim.

Ad sextum concedimus ea, quæ arguendo proponuntur, & quòd persona est propriè nomen commune; non tamẽ sequitur vt res significata sit communis, sed satis est quòd ex modo significandi nomen accipiatur pro pluribus diuisim, vt aiunt: exemplum verò indiuidui vagi non quadrat in omnibus, vt explicatum est.

Ad exempl. indiuidui vagi, ex n. 17.

30. Ad 7. Arg. ex n. 18.

Ad septimum respondetur negando quòd substantia significet intentionem in illa diuisione, & quòd prima & secunda substantia significent intẽtiones. Ad probationem respondetur concedendo quod Petro, & homini nihil est commune quasi diuisum, vt argumentum probat: est tamen aliquid commune analogicè secundum modos diuersos considerandi, ita vt id quod est commune analogum sit omninò idem in duobus, & cõueniat vni per alterum. Et idem probat argumentum procedens, quòd cum homo, & Petrus re ipsa non distinguantur, nihil conuenit vni quod non conueniat alteri. Idem tamen quod est subsistere conuenit homini per Petrum, nostro modo intelligendi. Et ita Petrus dicitur magis substantia secundum istã conditionem substantiæ, quæ est subsistere, siue substare.

Ad 1. prob. Petro & homini nihil commune quasi diuisũ, ex n. 21.

Ad 2. prob. per idé ex n. 21 Petrus & homo idem sunt, idé tamen vni per alterũ conuenit secundũ consid.

31. Ad 8. Arg. 1. Respons. ex *S. Thom.* Anima separata non est indiuidua substantia.

Ad octauum respondet S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 1. ad 5. negãdo assumptũ, quòd anima separata sit indiuidua substantia; quia etsi sit separata, adhùc est vnibilis (vt S. Doctor ait) & adhuc retinet aptitudinẽ ad coniunctionẽ cũ corpore; vbi insinuat non esse individuã, quia potest coniungi cum corpore; indiuiduũ enim completum est etiam diuisum, ita vt nõ possit cũ alio copulari. Alij respondẽt, quòd anima separata non est substantia absolutè, & simpliciter, quia nõ est substantia cõpleta, cũ sit essentialiter pars. Sed prior solutio magis probatur, indiuiduum enim hic dicitur quod est incõmunicabile. Non tamen est negandum, quòd secundum aliquid eo modo quo anima est substantia, scilicèt incompleta, est etiam incõmunicabilis; quia illud subsistens incompletum non potest assumi, & est quid singulare; & incomplete persona dicitur à viris doctis.

Ratio. 2. Resp. aliorũ. Non est absolutè & simpliciter substãtia, quia nõ est completa. Prior respõs. præfertur. Hic dicitur indiuiduũ qđ incõmunib.

Anima eo modo quo est substãtia, incõplete sic, est incõmunicabilis,

Ad vltimum iam diximus esse personas plures diuinas, quãuis nomẽ sit substantiuum, quia multitudo attenditur penes vltimam formam significatã per nomen; præcipua autẽ forma significata per nomen personæ est personalitas; & quia sunt plures personalitates, sunt plures personæ; nõ omninò plures, quia non sunt plures secundum totam significationẽ nominis, cum non sint plures secùdum naturam, quam nomen, persona, significat; sunt tamẽ absolutè plures secundum personalitates plures, quas nomẽ hoc, persona, præcipuè significat.

32. Ad 9. Arg. 1. Respõs. cap. 38. n. 4. Diuinæ personæ non sunt omninò plures, quia nõ secundum totã significationẽ nominis; & tamen sunt absolutè plures secundum id qđ præcipuè nomen, persona, significat, scilicèt secundũ personalitates.

S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 3. ad 4. respondet ad argumentum negando absolutè, quòd forma significata per nomen personæ sit natura, sed quòd sit personalitas, affirmat. Attamen q. 29. ar. 4. docet nomẽ personæ significare naturam, imò ait secundum aliquam considerationem significare naturã in recto, quo quidem pacto contemplantes personam, nõ diceremus personas diuinas tres; sed quia contemplantibus personam diuinã secundum vltimum, & præcipuum, scilicèt secundum personalitatem, natúra non significatur in recto, sed in obliquo, dixit Doctor Sanctus q. illa 39. non significari naturam, scilicèt principaliter, & in recto: de qua nominis significatione posteà disputabimus.

33. *Ex S. Thom.* 2. Respons. Forma significata per personã non est natura, sed personalitas. Si persona spectetur secundum vltimũ, & præcipuum, natura significatur in obliquo tantùm. *S. Thomæ* explicatur.

CAPVT XLVII.

Nomen Personæ propriè conuenit rebus diuinis.

1. *S. Thom.*

DE hac re S. Th. 1. p. q. 29. ar. 3. & in 1. d. 23. ar. 2. & de pot. q. 9. ar. 3. Quoniã autẽ ea propriè cõueniunt in aliquo nomine, quibus cõuenit ratio per illud nomen significata; ratio autẽ significata per nomen, est quam explicat definitio, vt intelligamus sitnè in Deo propriè persona, per hoc id ipsũ probandũ est, si ostẽderimus diuinæ personæ conuenire definitionẽ personæ, qualiscũque ea definitio est, qualis potest esse analogi.

2. *Boetij* definitio de qua c. 16. pertinet ad personãcreatã. Indiuiduum Deo non conuenit vtrouis modo sumat

Et Boetius quidẽ videtur definisse personã creatam; nam substãtia quę diuiditur in primam & secundam est in genere, & est creata substantia: indiuiduum etiam siue significet intentionem, siue id quod per materiam indiuiduum est,

quod videtur accepisse Boetius altero A
illorum modo,non conuenit Deo.

3. *Richardi* definitio prioram corriges.

Et ideò Richardus de S. Victore lib. 4.de Trinit. cap.18. corrigens eius definitionem, vt minùs aptam personis diuinis, aliter definit personam, quòd sit rationalis naturæ incõmunicabilis existentia. Sed tamen hæc definitio continet nomen dubium, de quo est quæstio inter Theologos, scilicèt existentiam: si enim persona est existentia, tres personæ erunt existẽtiæ tres relatiuæ;qua significatione quidã aiunt non vsum fuisse Richardum; sed existẽtiam pro subsistẽtia,siue pro substãtia vsurpasse, & nomẽ B
abstractũ pro concreto, fortè vt faceret nomen neutrũ; existẽs enim est participiũ,& nomen adiectiuũ,quod non significat personam; existentiam autem pro substãtia ipse Richardus explicat, vt diximus:sed hanc sententiã Richardi iam anteà improbauimus. Cũ ergo persona significet essentiã per modũ subsistẽtis; in definitione personæ magis accõmodatum est nomen substantia, quàm existẽtia, licèt in Deo ipsa existẽtia sit substantia; sed formali conceptu existentia non significat essentiam, sicut substãtia; neque significat per modum subsistẽtis: nam hoc nomen quod ponitur loco generis,commune est substantiæ creatæ & increatæ; existentia autem creata non subsistit; ergo nomen commune,existẽtia, non significat per modum subsistentis. Præterea definitio Richardi non cõuenit creatæ personæ, quæ non est existentia, sed substantia; debemus autem ponere definitionem cõmunem, vt intelligamus diuinas personas esse propriè personas iuxta nominis significationem. Meliùs ergo dicitur quòd persona est substantia: rectè verò dicitur D
incommunicabilis; sed iam vsu loquendi substantia indiuidua pro incommunicabili accipitur.

1. Improbatio.

Essent tres relatiuæ existẽtiæ.

Explicatur definitio.

Existens est participiũ, & adiectiuũ, qđ non significat personam.

2 Improb. definitionis cũ explic. ex cap. 43 p.2. n.12.

Formali conceptu existentia non significat essentiã, sicut substãtia: neque significat per modum subsistentis.

3.Improb. Definitio Richardi,non cõuenit personæ creatæ,quę nõ est existentia, sed substantia.

4. Definitio *Boet.* aptatur diuinis.

Vt ergo definitionem Boetij coaptemus diuinis personis accipienda sunt nomina ampliori significatione: substãtia,non quæ substat accidentibus,neque ea quæ est in genere,quæ etiam communis est primæ & secundæ substantiæ; sed simpliciter dicamus substãtiam,scilicèt ens per se subsistens;nam hæc conditio substantiæ maximè quadrat diuinæ personæ definiendæ,cũ eius quidditas, quæ adhùc non est hypostasis, sit iam subsi-

In illa sumitur substantia ampliori significatione pro ente per se subsistente: Indiuidua pro incõmunicabili.

stens;quod autẽ additur indiuidua, intelligatur incommunicabilis, vt dictum est. Qua nominum significatione tota definitio communis est personæ creatæ, & increatæ, & ita conueniunt in re significata per nomen,vt liquet. Ex eadem definitione personam diuinã facilè possumus definire, quòd sit diuinæ naturæ indiuidua siue incommunicabilis substãtia; sed hæc definitio non ostendit diuinas personas constitui per solã proprietatem. Et ita posset adhiberi definitio Magistri,quòd diuina persona sit hypostasis sola proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Et hęc satis sint. S. Thom.in 1.d.35. q.1.art.2. obseruat id quod scitum est, personam non conuenire creatæ & increatæ vniuocè, sed analogicè;nihil enim est Deo,& creaturæ vniuocum, vt libro 5.dicemus; persona autem nusquam vniuocum est, vel etiam in rebus creatis, vt docuimus.

Definitio personæ diuinæ. Est diuinæ naturæ indiuidua, seu incõmunicabilis substantia.

In quo deficiat?

Definitio *Magistri.*

Est hypostasis sola proprietate distincta, &c.

S. Thom.

Persona analogũ est creatæ & increatæ. Imò etiã creatę cap.45. p.1. n.12.

Est tamen dubium circa id quod S. Thom.affirmat 1.p. q.29. artic.3. quòd persona est perfectissimum in natura; vnde colligit quòd cum sit tribuendum Deo quicquid perfectionis intelligitur, eò quòd eius essentia continet in se omC
nia,concedenda sit in Deo persona;duo enim videtur S.Doctor asserere; primũ quòd omnis persona sit perfectissimum in natura; aliàs argueret à particularibus, probans indè quòd persona sit intelligenda in Deo, vt quid perfectissimum. Alterum est,quòd perfectio naturæ diuinæ hoc postulet, eò quòd omnia contineat.

5. Dub.circa assertum *S. Thomæ.*

Ratio asserti.

Thomas Caiet. benè aduertit, quòd non comparatur persona cũ natura, vt persona secundum id quod addit naturæ, sit perfectior ipsâ naturâ; hoc enim falsum est;sed quia quicquid est in natura est aliquid personæ, & ipsa natura est etiam personæ, persona quæ habet naturam, & cætera omnia, dicitur perfectissima, quia habet omnes perfectiones.

6. De asserto *Ex Caiet.* persona secũdum id quod addit naturæ non est perfectior ipsâ.

Dicitur perfectissima, quia habet naturã, & omnes perfectiones.

Deindè aduertendum est, quòd aliud est perfectio,aliud perfectum; perfectio enim est forma perfecti, vt libr.3. diximus; quare persona non dicitur maxima perfectio, sed maximè perfecta, scilicèt perfectissima, quo sensu non est dubium quin diuina persona sit perfectissima, cuius tamen tota perfectio sit

7. Aduert. Si cõparetur perfectio cũ perfecto. Persona non dicitur maxima perfectio, sed maximè perfecta,

ipsa

Personalitas diuina non est perfectio addita naturæ, vt lib. 3. c. 31. p. 3.

Difficultas si comparetur perfectum cum perfecto.

In creatis perfectius est suppositū, quàm natura.

Ratio.

Natura angelica etsi subsistat, habet tamen per personam existentiam, quæ est maxima perfectio.

In Deo nō est persona magis perfecta quam natura, nec natura quàm persona.

Ratio.

Non est perfectius habere eadē perfectiones priùs non secundum causā, sed sola prioritate rationis.

Simile de prioritate originis

8.

Caietani sent.

De incōmunicabilitate fūdata in relatiua proprietate quòd neq; perfectionem indicat, neq; imperfectionem.

Reijcitur ex lib. 3. c. 7 n. 10. & c. 31. p. 3. n. 14.

Relationes creatæ sunt perfectiones additæ: diuinæ nō.

Idē de incōmunicabilit.

ipsa natura diuina; personalitas verò quia est relatio non est perfectio addita naturæ, vt loco recitato docuimus. Sed adhùc est dubium, si conferamus perfectum cum perfecto, scilicèt naturam perfectam cum persona perfecta, an sit magis perfecta persona, quàm natura? Et dicendum est in rebus creatis suppositum magis esse perfectum, quàm naturam; quia natura materialis, scilicèt humanitas non subsistit, neque est id quod est; quare non est maximè perfecta, sed potiùs est perfectio personæ: natura verò angelica etiamsi subsistat, & sit id quod est perfectum; tamen per personam habet existentiam, est enim existentia primus actus personæ, vel hypostasis; & cum existentia sit maxima perfectio, simpliciter est persona magis perfecta, quàm natura; quia persona habet existentiam; natura verò non habet existentiam, nisi personata, siue personaliter subsistens. In Deo verò non est persona magis perfecta, quàm natura; quia persona habet quicquid habet natura, & habet has omnes perfectiones ordine rationis posteriùs, quàm natura: non tamen natura est magis perfecta, quamuis ordine rationis priùs hęc habeat; quia hæc prioritas non est secundum causam: sicut ergo Filius qui habet hæc omnia per originem realem à Patre, tamen non est imperfectior illo; quia non habet ea tanquam à causa; ita cum solo ordine rationis, & non originis, licèt hæc prius conueniant naturæ quàm personæ, non ideò persona est minùs perfecta; neque verò addit vllam perfectionem naturæ, quia solùm addit proprietatem relatiuam, quæ non est perfectio distincta à natura.

Thomas Caiet. qui putat relationes non esse perfectiones, ait incommunicabilitatem communem, neque perfectionem indicare, neque imperfectionē; nam ea quę fundatur in proprietate absoluta videtur indicare perfectionē, quæ verò in relatiua proprietate neutrū videtur indicare. Sed iam diximus relationes creatas esse perfectiones; relationes verò diuinas esse perfectiones nō additas naturę, sed esse ipsam perfectionem Deitatis. Et idem dicendum de incommunicabilitate, scilicèt, quòd indicet in Deo perfectionem, sed non perfectionem distinctam.

Reliquum est, vt ponderemus vim rationis, quam S. Thom. affert, nam si persona nullam affert perfectionem, & iterùm natura diuina est ita perfecta per se vt persona; non videtur colligi ex eo quòd natura diuina sit perfecta, quòd sit in illa cōcedenda persona; nam & sine persona æquè perfecta esset. Thom. Caiet. respōdet etiam hoc pertinere ad naturam infinitè perfectam, vt ea quæ coniunguntur necessariò tum tius perfectione, inueniantur in illa: & quia natura rationalis subsistens habet hoc cōiunctum, vt personalitate sit incommunicabilis; inde ait S. Doctorē colligere, quòd sit in Deo persona, & incommunicabilitas.

Aliter etiā potest dici & forsan prōptiùs, & clariùs naturam diuinam hoc habere pro sua infinitate, vt quidquid perfectum est absq; imperfectione admixta inueniatur in natura illa; quia continet omne ens sibi non repugnans. At verò infinito enti quod est infinitum in actu, solùm repugnat ens imperfectum quod est finitum. Quamuis ergo persona nihil perfectionis addat naturæ diuinæ; quia tamen ex propria ratione est ens perfectum absq; vlla imperfectione admixta; colligitur quòd inueniatur formaliter in natura diuina: quo eodē argumento probatur, quòd relatio realis inueniatur in Deitate, quia relatio quæ non est accidens nullam continet imperfectionē, etiamsi nihil perfectionis addat naturæ diuinæ: & profectò elegantissimum est argumentum, vt cætera S. Doctoris, quę non percepta parui penduntur. Itaque ex isto argumento non potest concludi quòd S. Thom. crediderit personā secū afferre perfectionem distinctam, quæ naturę adijciatur, vt in personis tribus sint perfectiones tres: sed colligitur Deitati nullam deesse perfectionem, quæ sit expers imperfectionis.

Quòd si obijcias cū Tho. Caiet. cōsequens esse vt personę differant in perfectissimo (sic enim legendū est) quia ipsæ sūt perfectissimæ, & per se distinguūtur. Respondendū est, personam diuinā esse perfectissimā secundum naturam, & nō secundū proprietatem qua distinguitur: quare non sequitur quòd distinguantur in perfectissimo, sed sola proprietate, quæ nō est perfectio vlla addita naturę.

Si iterùm obijcias, quòd si in Deo esset

De ratione assenti, difficultas.

1. Respond. *Caiet.*

Ad naturam infinitè perfectam pertinet inueniri in ea quicquid necessariò cūeius perfectione cōiungitur, vt personalitas.

10.

2. Resp. melior

Ité esse in illa omne ens sibi nō repugnans.

Infinito enti in actu solum ens imperfectum, quod est finitū, repugnat,

Persona ex propria ratione est ens perfectum absque imperfectione admixta

Eadē ratione probatur inueniri in Deitate relationem, licèt nihil perfectionis addat naturæ,

Cōmendatur hęc ratio.

Ex his intelligitur *S. Th.*

11.

1. Obiectio *Caiet.*

Respons.

In Deo personæ sunt perfectissimæ secūdum naturā, non secūdum proprietatem, vnde nōdistinguūtur in perfectissimo,

11.

2. Obiectio,

Respons. In Deo nō est ꝓsona vna absoluta addita.

1. Ratio.

2. Ratio Deesset infinita perfectio cōmunicabilitatis.

fet persona vna absoluta, ea esset perfectio addita naturæ, quæ modò non est in natura. Hoc omninò negandum est, aliàs natura diuina posset cogitari perfectior quàm est: imò esset imperfecta; quia si esset vna persona absoluta, natura esset omninò incommunicabilis, & deesset illi infinita perfectio, quæ est communicabilitas, vt libr. 2. docuimus.

CAPVT XLVIII.

Persona diuina constituitur ex natura, & proprietate, non tamen reali compositione.

VEntum iam est ad constitutionem diuinæ personæ. Caput diuidimus in duas partes.

Pars prima: *In creatis omne suppositum realiter componitur ex natura, & proprietate.*

Pars secunda: *Persona diuina non constituitur reali compositione ex natura, & proprietate, sed per intellectū.*

PARS PRIOR.

In creatis omne suppositum componitur realiter ex natura, & proprietate.

1. Hypostasis naturæ corporeæ maximè cōposita est.

1. ex materia & forma.

2. ex dispositionib⁹ in quātitate signata.

3. ex indiuidua natura, & proprietate addita.

4. ex natura & existentia. Dispositiones ad compositionem hypostasis ptinēt post existentiam.

2.

SI de persona, vel hypostasi creata sermo sit, ea quæ est naturæ corporeæ maximè composita est; componitur enim ea compositione, qua natura indiuidua est composita, scilicèt ex materia, & forma; vel quod idem est, componitur ex essentia, & materia, quæ est principium indiuiduationis, vt suprà declaratum est. Et quoniam materia, quæ est principium indiuiduationis, postulat necessariò quasdam dispositiones in quantitate signata à quibus pendet natura, ideò hypostasis naturæ, ex illis quoque accidentibus dicitur hypostasis composita vt pertinentibus ad naturam indiuiduam. Posthæc verò adhùc componitur hypostasis ex ipsa natura indiuidua, & proprietate addita; & vltima compositio est ex natura, & existentia; dispositiones verò non pertinēt ad compositionem hypostasis, nisi positâ priùs existentiâ hypostasis à qua pendent.

At verò in natura separata à materia, & corpore, longè minor est compositio, tum quia hypostasis non pendet

A à dispositionibus materiæ, quare nulla accidentia pertinēt ad compositionem hypostasis separatæ, scilicèt ad conseruandum indiuiduum, ratione dispositionis materiæ, cum sint à materia separatæ. Deindè tota natura est forma simplex, quia hypostasis angelica non habet naturam compositam, neque ipsa componitur ex partibus naturæ. Componitur tamen ex natura, & proprietate, & ex natura, & existentia; hæc enim pertinent ad rationem indiuidui.

B Quòd autem hypostasis angelica componatur ex natura, & existentia sæpiùs affirmat Sanctus Thomas, quoniam existentia est extra naturam creatam. Quod verò componatur ex natura, & proprietate hypostatica nusquam legi apud Sanctum Doctorem. Hæc enim disputatio, vtpotè difficillima, cum eius temporibus non esset agitata; non tractauit S. Thomas ipsam quæstionem, sed veritatem indicauit; quòd scilicèt addantur naturæ proprietates, vt suprà tractatum est.

C Illud ergo hoc loco tractandum est, vtrùm eadem sit compositio suppositi angelici ex natura, & proprietate, quam intelligimus in suppositis naturæ corporeæ? Ex dictis autem liquet hoc discrimen esse, quòd natura corporea pendet à supposito, cum non subsistat per se sicut in supposito: natura autem angelica non pendet hoc modo à suo supposito. Et aliud est discrimen cum isto coniunctum, quòd natura corporea non subsistit, ita vt sit id quod est: natura autem angelica ita subsistit per se, vt sit id quod est. Sed hæc non videntur pertinere ad compositionem, vt suppositum corporeum secundum quod componitur ex natura, & proprietate sit magis compositum, quàm angelicum.

D Dicendum tamen est etiam quoad hoc magis esse compositum corporeū, quàm angelicum suppositum. Aduertendum est enim quòd vbi est maior dependentia, & causalitas, est maior siue crassior compositio, vt cum ex duabus partibus substantialibus, vel integrantibus componitur totum. Et ita suppositum corporeum, dum componitur ex proprietate, & natura, licèt propriè non sint partes eius, vtrumque tamen pendet à supposito etiam quoad hoc quod neutrum

In hypostasi creata natura incorporea nō est 2. cōpositio.

Nec etiam 1. compositio.

3. & 4. compositio maximè.

Quoad 4. probatur ex *S. Thom.*

Quoad 3. indicatur tantū ab eodem.

3. Quæst. an compositio eadem sit in supposito angelico, quæ est in corporeo?

1. Discrimē. Natura corporea pendet à supposito; nō ita angelica.

2. Discrimē. Illa non subsistit, vt quod; hæc verò maximè.

Ratio dubit. quia hæc non videtur pertinere ad comp. vt eā mutent.

4. Cōcl. negat, affert q; esse minorem in angelico.

Aduert.

In corporeis nec natura, nec proprietas subsistit, sed vtraque est in subsistente supposito, à quo dependet.

Vnde vtrũq; distinguitur à supposito; at vbi maior distinctio, maior est compositio, & causalitas.

neutrum subsistit, sed est vtrumque in subsistente supposito. Et præterea etiam vtrumque distinguitur à supposito, quia neque natura est suppositum, neque proprietas: vbi verò est maior distinctio est maior compositio, & causalitas. In supposito verò angelico considerandum est naturam esse per se subsistentem: quare ordine naturæ dum creatur, priùs creatur natura subsistens; deindè naturæ subsistenti additur proprietas; tunc tertiò additur illi existentia: natura ergo cum subsistat per se, non pendet à supposito ad hoc, vt subsistat. Præterea neque distinguitur à supposito, quatenùs subsistens est; natura enim & suppositũ est idẽ subsistẽs, quia proprietas hypostatica additur subsistenti; & hæc est vera propositio, Natura angelica est ipsum suppositum; scilicèt, quia est idem subsistens; & ideò id quod est natura est suppositum, aliàs essent duo subsistentia re ipsa distincta, scilicèt natura, & suppositum, suas habentia operationes, quod est impossibile. Et quoad hoc S. Thomas altissimè perscrutatus suppositum angelicum, dixit illud non distingui à natura; quia suppositum est ipsa natura subsistens, addita proprietate: qua in re imitatur suppositum diuinum, quod est ipsa natura subsistens addita proprietate; sed quia adduntur proprietates tres, & natura est vnum subsistens, ideò in Deo subsistens non est idem quod suppositum quoad numerum. Est enim vnum subsistens essentiale, & tria personalia subsistentia, vt posteà declarabimus. Itaque dum conferimus suppositum angelicum quatenùs subsistens est cum ipsa natura, non distinguitur ab illa, nisi sola ratione. Quare ob has duas causas est minor compositio; tum quia natura vt subsistat, non pendet à supposito cum per se ipsam subsistat: tum verò quia quoad hoc non distinguitur à supposito. Sed tamen quia proprietas est distincta à natura, ipsum suppositum angelicum comparatum cum natura, & proprietate ex quibus componitur, est compositum reali compositione, vtpotè ex rebus distinctis, scilicèt ex natura, & proprietate; imò est causatum ex istis, omne enim compositum creatum componitur secundum causam realem, & per causam efficientem, & est causatum.

Ratio.

S. Thomæ mẽs in hac re.

Suppositum angelicum est ipsa natura subsistens, addita proprietate.

In hoc imitatur diuinũ suppositum.

Diserimen. Subsistens in Deo nõ est idẽ quod suppositum quoad numerum: nam vnum est essẽtiale subsistẽs, tria personalia

Duæ probationes minoris cõpositionis in supposito angel. quã in corporeo.

Probatio realis cõpositionis in eodem, quia natura, & proprietas additæ distinguuntur, ex quibus componitur, imò & causatur, iuxta c. 30. p. 1. n. 2.

A At consectarium est, quòd infinito interuallo distat perfectio suppositi, & naturæ angelicæ, à suppositi, & naturæ diuinæ excellentia; non solùm quia angelicum est compositum reali compositione, vt diximus; sed quia natura angelica, etsi non pendeat à suppositio quoad subsistendum, tamen pendet ab illo quoad esse, quæ est maxima perfectio: natura enim priùs terminatur personalitate, quàm existat; & ratio est, quia est natura imperfecta, quæ est necesse priùs compleatur sua personali-
B tate, quàm existat: & ita non adeò perfectè subsistit. At verò diuina natura vt antecedit suppositа ordine rationis, iam existit; quare nihil perfectionis aduenit naturæ diuinæ per suppositi proprietatem: naturæ verò angelicæ per hypostaticam proprietatem aduenit incommunicabilitas, quæ in rebus creatis est perfectio addita; & aduenit præterea existentia.

5. Consect. Deus in natura, & supposito infinitè perfectior angelo

Natura angelica pendet à supposito quoad esse.

Personalitate terminat, priùs quã existat, quia est imperfecta.

Aduenit ei per psonalitatẽ incommunicabilitas, quæ in creatis est perfectio addita, & insuper existentia.

PARS SECVNDA.

C *Persona diuina non reali compositione, sed per intellectum constituitur ex natura, & proprietate.*

1. 1. Concl. Persona diuina non est cõposita reali cõpositione.

QVòd persona diuina non sit composita reali compositione ostendimus libr. 1. comprobantes naturam diuinam esse expertem cuiuscunque compositionis realis. Idem etiam commonstratur ex illo asserto, quod lib. 3. multis firmauimus, relationem diuinam non
D esse distinctam re ipsa ab essentia. Cum ergo compositio constet rebus aliquatenùs distinctis, nam ex vno & eodem nulla compositio realis fingi potest, cõpositio enim est multorum in vnum cõcretio; in persona autẽ diuina nihil sit nisi essentia, & hypostatica proprietas, quæ est relatio, vt dicemus: essentia verò & relatio sint omninò res eadem; euidenter concluditur nullam esse realẽ compositionem attribuendam diuinæ personæ.

Ostenditur ex libr. 1. c. 43. p. 1.

Item ex lib. 3. c. 26. & 27.

Compositio est multorum in vnum concretio.

2. Aduersantiũ 1. sententia *Aureol.* quòd proprietas distinguitur re ipsa à supposito diuino.

Aureol. tamen apud Capreol. in 1. d. 26. arbitratur hypostaticam proprietatem distingui re ipsa à supposito diuino; quia paternitas, verbi gratia, quę est proprietas suppositi, quod Patrem appellamus, se tota distinguitur à Filio; Pater autem

Consectar, oppositum conclusioni.

3.

Ad fund. Distinctio rationis sufficit vt Paternitas se tota, Pater verò nò se toto distinguatur à Filio, sc. tota ratione formali significata per nomen.

Ratio.

Si Paternitas tota significet omnem rem, quæ est Paternitas quasi idẽticè, patet non distingui reipsa à Patre.

De hoc alibi.

4.

5.

2. Sent. *Rad. cõtr.* 24 Quòd proprietates ex natura rei distinguuntur ab essentia, & quòd psonę ex ijs sũt re ipsa constitutæ, non cõpositæ.

Scot.

Vlt. dicti improbatio 1.

Obijcitur fund. dicti, sc. compositũ nõ esse, nisi ex potent. & actu.

Respons.

1. Instantia De compósito ex natura, & proprietatecreata.

2. de cõposito

autem non se toto distinguitur, quia naturâ est idem cum Filio; ergo paternitas à Patre re ipsa distinguitur; data autem reali distinctione consequitur, vt sit ibi compositio ex distinctis coeuntibus in vnum.

Respondendum tamen est distinctionem rationis satis esse, vt paternitas se tota distinguatur à Filio, scilicèt tota ratione formali, quam nomen significat; suppositum verò quod est Pater, non distinguatur se toto, scilicèt tota ratione formali significata per nomen; quia Paternitas significat solam proprietatem hypostaticam; Pater verò vt est nomen suppositi, significat proprietatem, & naturam, quod cum Præpositiuo tractabimus. Quòd si Paternitas tota significet rem omnem, quæ est paternitas, quasi in sensu identico, idem dicendum erit de Paternitate, & persona Patris; quare nullum fit argumentum, vt paternitas re ipsa distinguatur à Patre: hæc autem quæstio alium locum habet.

Est igitur diuinæ personæ non realis compositio, sed solius rationis, quæ melius dicitur à Theologis constitutio, vt statim disputabimus.

Sed quidam commentatores Scoti Theologis obmurmurant, & vniuersæ scholæ detractant, quòd personæ diuinæ sola compositione rationis constituant. Et de hac ipsa re faciunt longissimas disputationes; arbitrantur enim pertinacissimè proprietates actu, & ex natura rei distingui ab essentia diuina; & personas esse re ipsa constitutas ex proprietate, & natura, non tamen compositas: quæ fuit opinio Scoti distinct. 28. q. vltima, & quodlib. 4. ad finem.

At verò ab hoc vltimo faciamus initium; videntur enim propriam vocem ignorare qui negant esse compositum id quod est ex pluribus re ipsa distinctis constitutum: compositum esse aiunt quod est ex potentia, & actu concretum; proprietatem verò hypostaticam non esse actum, sed terminum naturæ. Atqui Philosophi suppositum creatum ex natura, & proprietate compositum dicimus: quid ergo prohibet dicere diuinum suppositum, siue personam ex eisdem compositam, non vt ex potentia, & actu, sed vt ex natura, & termino natura? Aliud quoque compositum agnoscit Philosophia non ex potentia, & actu; sed ex partibus integrantibus. Fingamus igitur, si libet, compositum tertium. Sed nulla ratione effugient, vt id quod est ex pluribus rebus distinctis constitutum, non sit compositum. Personam aiunt constitutam, non compositam. Quid autem est constitutum, quid compositum? quid significant nomina hæc? Certè constitutum significat collocatũ, aut firmatum; & compositum à componendo dicitur, quod est simul positum, quasi ex pluribus positis simul conflatum, & concretum: quicquid ergo est vnum ex pluribus simul positis accrescens, compositum dicimus; at verò quia statuere significat actum mentis, siue propositum animi, dicitur persona diuina constituta quasi composita sola animi contemplatione. Quòd si persona diuina extra intellectum est ex pluribus constituta; quid tandem significat in re ipsa ista constitutio, nisi vnitatem quandam plurium rerum coeuntium in vnam rem ita vt sit res vna coagmẽtata ex pluribus, quod compositũ dicimus? Et hæc concedere nullus è numero fidelium ausus erit.

Illam verò distinctionem ex natura rei inter attributa, & inter relationem, & essentiam, quam dicunt non identitatem formalem, quam prauè tueantur, & libr. 1. & 3. satis superque commonstrauimus: neque crediderim Scotum id existimasse, vt lib. 1. notatum est. Sed quicquid sit de auctore opinionis, si quis ponat in rebus istis diuinis non identitatem extra intellectum, ita vt in re ipsa sit, quocunque nomine dicatur, non identitas; asseratque non esse idem attributa inter se, aut non esse idem relationem, & essentiam, non concordat cũ fidei dogmatibus, neque est audiendus in scholis: audendum enim est pro veritate, & fide constantèr loqui: id enim quod extra intellectum non est idem, re ipsa distinctum est: nõ faciant fucum in nomine isto non identitatis. Quod enim idem non est, distinctum est, & quod extra intellectum est distinctum, in re ipsa est distinctum. Res enim quæ non sunt distinctæ, solus intellectus cogitãdo distinguit, hoc est, cogitat vt distinctas. Nihil est hìc medium: vel est res in intellectu, vel extra intellectũ in se ipsa; si extra intellectum distincta res est, ipsa res distincta est, & non est res vna, sed sunt

ex partibus integrantibus.

Improbatio 2.

Constitutum significat collocatum, seu firmatum.

Compositũ ex pluribus simul positis cõflatum.

Statuere significat actum mentis: & ideò persona dicit cõstituta quasi cõposita mẽtis decreto.

6.

1. dict. improb. ex libr. 1. c. 30. p. 1. & c. 41. p. 4. & lib. 3. c. 16.

Hoc dictum non cõcordat cum dogmatibus fidei.

Quod extra intellectũ nõ est idem, reipsa distinctum est.

Res quæ non sunt distinctæ intellectus solus cogitando distinguit, id est, cogitat, vt distinctas.

Probatur.

sunt res plures magis, aut minùs distantes, sed re ipsa distinctæ. Multitudinē enim rerum attribuere diuinæ essentiæ aut diuinæ personę, contra fidem esse iudicamus.

Multitudo rerū in diuinis, cōtra fidem iudicatur.

8. Obijcitur fund. dicti.

At verò tantum hoc pondus opinionis adeò improbatæ nititur leuissimo illorum argumento, quòd si relatio sola ratione distinguitur ab essentia, tam relatio, quàm essentia cōstituit personam, siquidem est res eadem: nos verò dicimus personam cōstitui sola mentis consideratione, qua consideratione relatio distinguitur ab essentia, & constituit personam, vt postea explicabimus. Huic responsioni nihil obijciunt, sed succensent nobis quòd constitutionem diuinæ personæ dicamus esse non realem. Nos verò docemus id quod est perspicuum, constitutionem realem esse compositionem realem, & neutram esse rebus diuinis attribuendam.

Respons. Persona cōstituitur sola ratione, qua sola distinguitur relatio ab essentia.

9. Quòd verò tantam operam insumamus in constitutione diuinæ personæ explicanda, criminis non est. Ita enim nobis licet diuina contemplari non partitis rebus diuinis, in quibus est summa simplicitas; oppositū verò non philosophātis, sed hallucinātis est. Partitis autē cōceptibus modulo nostro rē simplicissimam meditamur, scilicèt diuinam naturam, aut diuinam personam; & hoc otiosum non est, sed necessarium: quia & in hac consideratione latent hæreses, & cum hæreticis suscipiuntur concertationes. Sola ergo compositione rationis persona diuina constituta dicenda est.

Non otiosum sed necessariū rem simplicissimam cōceptibus partiri.

Ratio. Etiam in hac consid. latent hæreses.

10. 2. Concl. Persona diuina nō est cōstituta etiam rationis cōpos.

Sed neque etiam placet dicere diuinam personam compositione rationis constitutam, quia nomen ipsum compositionis videtur abhorrere à diuina perfectione; tum quia nomen compositionis inuidiosum est: tum quia non est in vsu Ecclesiæ & Patrum, & non est facilè nouandum nomen in rebus diuinis: tū quia compositum est ens ex pluribus concretum, quasi perfectum ex pluribus, quorum singula non sunt perfecta; qua certè significatione persona diuina non est composita etiam per intellectū; intellectus enim concipit naturam diuinā ante personam, vt quid omninò perfectum; non ergo persona compouitur ex natura quasi ens perfectum ex imperfecto: imò nihil diuinum intellectus vt

Probatur 1. Probatur 2. Nō est in vsu Ecclesiæ & patrū hoc nomē Probatur 3. Cōpositū est ens quasi perfectū ex pluribus quorū singula nō sūt pfecta. Natura ante personā cōcipitur vt omni nò perfecta. Nihil diuinū

A rus concipit vt imperfectum, licèt intelligat illud modo suo imperfecto; quare non verè intelliguntur natura diuina & proprietas, vt partes compositionis. Tum denique quia omnis compositio etiam rationis Metaphysica, vel Logica constat potētia, vel saltem quasi potētia passiua & actu; genus enim est quasi potētia passiua, & differentia vt actus: & sicut compositio realis constat potentia reali passiua & actu, ita & compositio rationis. At verò natura diuina & pro-
C prietas non habent se, vt potentia & actus, vt statim ostendemus.

concipitur verè vt imperfectum, licèt intellectus illud intelligat suo modo imperfecto. Probatur 4. Omnis cōpositio etiā rationis cōstat pot. vel saltē quasi pot passiua, & actu.

11. Respons.

Sunt qui dicāt naturam diuinam esse quasi potētiam passiuam, cuius actus sit proprietas relatiua, & ita compositionem realem imitari compositionē diuinæ personæ, quæ est rationis, vt probè confitentur. Sed hoc videtur nō obscurè posse confutari; quod enim est imperfectum non est attribuendum Deo, imò omni studio tollendum; cum ergo potentia passiua sit quid imperfectum, & maximè repugnās actui puro, qui est veras Deus; sicut re ipsa non inuenitur in Deo, ita neque per intellectum est illi tribuenda. Aduertendum est autem quòd siquis diceret potētiam passiuam esse verè in Deo, etsi illam non distingueretrà suo actu, temerè impingeret in errorem; est enim Deus actus purus in quo nulla est potentia passiua, etiam nostro modo intelligendi. Itaque res significata per istud nomen, nō est in Deo; est ergo in solo intellectu, si ita placet. In intellectu verò si est res cognita, est falsus intellectus, quia cognoscit id quod non est in re, & non adæquatur rei. Si verò est solus modus intelligendi, quia es-
D sentiam intelligimus per modum potētiæ passiuæ, & proprietatem per modum formę: hoc etiam falsum esse conuincimus; quoniam intelligere res diuinas per modum concreti, aut abstracti, necessarium est ipso modo intelligendi à natura nobis insito, quo etiam vtimur nominibus concretis & abstractis; sed intelligere per modum potentiæ passiuæ non est necessarium ex ipso intelligēdi modo à natura insito; neque enim est modus iste intelligentis, sed est modus rei intellectæ; vt naturam generis intelligimus per modū potentię passiuę, meditati in ipsa natura quasi passiuam potentiam receptricem differen-

Confutatur. Pot passiua est quid imperfectum, & repugnans actui puro; quarè nec per intellectū in Deo inuenitur. Aduertendum quòd oppositū est error.

Pot passiua in tra Deū, nec in intellectu est, vt res cognita aliàs intellectus est falsus. Nec vt solus mod' intellig. Ostenditur hoc. Intelligere diuina p modū cōcreti, vel abstracti est necessariū modo nostro naturali intelligēdi: sed nō intelligere per modū pot. passiuæ. Ratio. Modus iste posterior nō est intelligentis, sed rei intellectæ. Exemplum.

Talis modus rei intellectæ, non est congruus perfectioni diuinæ.

tiarum. Hic autem modus rei intellectæ congruus non est perfectioni excellentiæque diuinæ naturæ; ergo non ita fas est contemplari diuinam naturam per modum passiuæ potentiæ.

12.

Probatur 5. Natura diuina nec nostromodo intellig. perficitur per proprietatem, seu relationē. quiaetiā eā ad ita non est relatū

Sed probatur hoc eleganti argumento: nam natura diuina nō perficitur etiā nostro modo intelligendi per proprietatem, quia nihil ab illa expectat, natura enim additâ relatione non est relatum, sed id quod refertur est persona; ergo nullo modo se habet ad proprietatem, vt subiectum ad formam. Dices fortè, accidere naturam Petri nō esse id quod B est relatum, & tamen relatione perfici. Obiectio tamen nulla est, quoniam natura Petri ideo non est subiectum filiationis, quia nō est subsistens, sed est quasi forma subsistentis; alia autem accidētia informant naturam vt subiectum, quatenùs natura est forma suppositi, & ita insunt supposito per naturam. At verò relatio diuina aduenit naturæ subsistenti, & tamen non conuenit naturæ subsistenti, quia non est forma naturæ, sed forma vel potiùs actus personæ siue suppositi: ergo natura ipso modo intelligendi non habet vicem subiecti, cuius relatio, vel proprietas sit forma. Et ideo supra inuestigauimus quomodo relatio coniungeretur cum natura, siquidem nō est forma eius. Itaque etsi dicendum esset naturam diuinam esse quasi passiuā potentiam attributorum, quia illis quasi perficitur: nullo tamen modo est passiua potentia proprietatis relatiuę, quia neque illa perficitur neque informatur. Sed neque natura est attributorum passiua potentia, ita vt ex natura & attributis sit compositio rationis; tum quia potentia passiua, neque nostro modo intelligendi ponenda est in Deo; tum vel D maximè quia nulla passiua potentia includit essentialiter actum in sua ratione formali, esset enim in potentia, & actu secundum idem, quod fingi non potest: cum ergo diuina essentia in sua ratione formali contineat attributa, nostro etiam intelligendi modo cogitari non potest vt passiua potentia. Dicitur tamen subiectum attributorum, quia est subiectum prædicationis, siue etiam attributionis, quia omnia illi attribuuntur.

Relatio diuina nō est forma naturę, sed forma, seu potius actus suppō. Ostēditur ex lib.3 c.31.p.1. n.1.& lib. 4 c. 18.& 26.cit.

Etsi natura diuina esset quasi pot. passiua attributorū, talis nō esset respectu proprietatis relatiuæ

Ratio.

Nec attributorum est passiua potentia.

Ratio 1.

Ratio 2. Nulla passiua pot. includit essentialiter actū in sua formali ratione.

Diuina essentia dicitur subiectū attributorū, seu prædicationis, siue attributionis.

13.

At verò neque suppositum est potentia passiua quasi receptrix proprietatis aut naturæ, vt S. Thom. sæpiùs admonet, sed potiùs est ex illis constitutum. Verum est quòd in compositione reali quia partes sunt in toto continente, quędam est potentia passiua ipsa capacitas, siue continentia; impropriè tamen, quia dicendum erit naturam compositā capere materiam quę est pura potentia passiua, & pura potentia passiua non potest esse in alia potentia passiua cuius nullo modo materia est actus: sed hæc quoque non quadrat diuinę personæ. Quamobrem cum compositio rationis sit secundū actum, & potentiā passiuam, nullo modo est personæ diuinæ ascribenda.

Suppositū nō est pot. passiua proprietatis aut naturę, ex *S. Thom.*, sed ex illis cōstitutum.

Continētia partiū à toto improprie dicitur pot. pas.

Probatur,

Neq; ista quadrat personæ diuinę,

14.

Rectè tamen possumus dicere quòd persona diuina constituitur ex natura, & proprietate. Probatur, quoniam hic est modus loquendi consuetus Theologorum, qui de cōstitutione personæ fusè disserunt: tum etiam, quia constituere significat actum mentis. Quia ergo in Patre cōsideramus naturam, & proprietatem vt ea quæ Pater habet; id quod in cogitatione constituimus, vt habens paternitatem & naturam est ipse Pater: est ergo Pater quoddam constitutum rationis, quod per intellectum constituitur ex eo quod habet naturam, & proprietatem; ergo ex vtroque cōstituitur. Et confirmatur modus hic loquendi ex Concil. Florent. sess. 29. *Credimus personam ex diuina substantia, proprietateque constare*: quod autem dicitur constare, ex vtroque sanè constituitur; constat autem ex vtroque non reali cōpositione, sed constituitur ex vtroque modo intelligendi. Quòd siquis hanc constitutionem personę appellauerit compositionem rationis, cunctandum non est. Nam quod additur, rationis, significat nō esse realem compositionē. Neque Ioan. Capreol. d.2. q.3. art.3. ad 2. id negat, vt quidam obijciunt. Sed negat vllā compositionem in ipsis diuinis rebus existentem, & intimam; sicut & distinctionem attributorum, aut essētiæ & proprietatis, quæ sit in natura ipsa rei, inficiatur: sed compositionē rationis, sicut & rationis distinctionem non negat.

Confirm. ex *Conc. Flor.*

Non est improbabile hāc constitutionē appellari posse compositionē rationis.

Ratio. *Caprol.* id non negat.

15.

Et sicut abstinemus à nomine compositionis, vt non dicamus personam compositam, ita & à nomine diuisionis fugien-

In diuinis fugiēdū à nomine diuisionis.

quia separationem indicat, distinctio verò, solam multitudinem.

fugiendum est, vt potiùs dicamus personas diuinas distinctas, quàm diuisas; diuisio enim separationem significat, distinctio multitudinem solam indicat rerum quarum vna non est alia, & ita docet loquendum esse Tertullianus contra Praxeam pag. 146.

Tertull.

15. Natura & proprietas coniunguntur solum secundū identitatē, neutra vt potentia, vtraq; vt actus personæ constituēs diuersimodè.

Iam verò illud perspicuum est ex dictis, quòd in ista compositione personæ natura, & proprietas coniunguntur solùm secundum identitatem, vt lib. 3. docuimus, & non vt actus & potentia; sed vtraque vt actus personæ: non vt actus potentiæ passiuæ, quia persona siue hypostasis non est passiua potentia; sed vtraque est actus constituens; natura cō stituit secundum essentiam, proprietas secundum rationem incommunicabilis quod postea erit declarandum.

16. Pro declarat. Aduert. 1. Attributum significat relationem rationis, supponit pro re diuina. Sic nomina, constitutū, cō stituens.

Deniqu: aduertēdum est quòd sicut forma significata per hoc nomen, attributum, scilicèt ipsa attributio, non est res, sed sola relatio rationis; id autem pro quo nomen supponitur est res diuina; ita forma significata per hoc nomen, constitutum, aut constituens, sc. constitutio, est sola relatio rationis intelligentis sic vel sic; id autem pro quo quoduis nomen ex istis supponitur, est res diuina; quia constitutum est persona diuina; constituens essentialiter est natura, constituens incommunicabilitèr est personalis proprietas.

17. Illatum. Constitutio est rationis, etsi constituēta sint res diuinæ. Ratio. In constitutione reali cōstituens est distinctum ex natura rei à constituto.

Quare ea constitutio non est dicenda realis. Nam etsi sint veræ & diuinæ res, quæ constituunt essentiam, putà essentia & relatio; tamen constitutio est rationis, quia persona non est vnum ex pluribus re ipsa constans, sed ex pluribus ratione distinctis cognita vt vnum: & in constitutione reali principium constituens, est reale principium distinctum ex natura rei ab ipso constituto; essentia verò non est principium reale personæ, neque relatio, sed solo ordine cognitionis est principiū, quatenùs ex duobus sola ratione distinctis contemplamur vnū quasi constitutum: non est ergo realis, constitutio, sed rationis. Quare si de constitutione reali loqueretur Præpositiuus, & Gregorius, confitemur eam nō inueniri in diuinis, neque ibi esse personam, & proprietatem ex natura rei distinctam; sed ipsam proprietatem esse personam.

Præposit. Grigor.

18. Aduert. 2.

Ad finem istius capitis considerandū est, quòd diuina persona constituitur ex natura & proprietate; nomine autem naturæ intelligimus omnia attributa, quæ in natura diuina essentialiter continentur? Hoc enim loco noua quędam opinio improbanda nobis est asserentium in constitutione diuinarum personarum non includi in essentia, siue natura proprietate contracta omnia attributa. Aiunt enim relationem Patris, & Filij, fundari in operatione intelligibili quæ antecedit volūtatem; quare cum ipsæ relationes cōstituant has duas personas; ante ipsam voluntatem, & operationem voluntatis intelliguntur constituę. Et ita in illa prioritate intelligentiæ, qua primò intelliguntur constitutæ ex essentia & relatione, nomine essentiæ non continetur voluntas, sed solus intellectus; quare neque cætera attributa quæ voluntatem exornāt possunt in illa constitutione comprehendi. Nos verò miramur summoperè, quàm facilè viri Theologi portenta opinionum in rebus grauissimis excogitent. Nam eò quòd aiunt ita intelligi nostro modo intelligendi, arbitrantur se se longissimè ab omni periculo quicquid visum fuerit dicturos: quasi verò nostro intelligendi modo non suscipiantur grauissimę quęstiones de Trinitate in quibus, & definitiones Conciliorum extant, & statuta Patrum, ac Doctorum firmissima. Videant ergo quas personas constituant vera cōstitutione; aliàs si vera non est, falsa illorum est sententia; constituunt personas solo intellectu præditas, non voluntate; Patrem & Filium in ea prioritate semideum intelligunt, scilicèt Deum non prędituin vi appetente: infirmāt Sanctorum placita, quòd Pater volendo genuit: & quod absurdissimū, insipientissimumque est, consequitur, personis constituris aduenire mediam essentiam, scilicèt voluntatem cum attributis consequentibus. Ab illis itaque efflagitemus vnde Patri & Filio personis cōstitutis & existentibus, adueniat voluntas, & alię perfectiones? Sanè quidam auctores aiunt spirationem actiuā simul cum essentia, & voluntate constituere quoddam indiuiduum, vnum scilicèt spiratorem. Igitur Pater & Filius habebunt ab spiratore voluntatem, quā non habent à propria constitutione; quare procedent ab spiratore. Et Pater habe-

Nomine naturæ constituentis intelligimꝰ ōnia attributa

Opposita sēt Improbatur 1. vt lib. 2. c. 57. num. 4.

Declaratur.

Ait quod in constitutione Patris & Filij intellectus & eius attributa cōtinetur, sed non voluntas aut eius attributa.

Illius præsidiū

Expugnatur.

Nostro modo intelligēd. procedunt grauissimę quęst. de Trinit. decreta Concil. & Patrum.

Illius sent. 1. Confutatio.

Patrem & Filium in ea prioritate semideū intelligunt.

2. Cōfutatio Sanctorū placitū Patrē volēdo genuisse.

3. Cōfutatio Iuxta eā aduenire personis cōstitutis media essentia.

Confirmatur.

Respons.

Sic constitui indiuiduum de quo lib. 2. cap. 38. n. 11.

Refellitur 1. Pater & Filius procederēt ab illo indiuiduo sc. spiratore.

habebit aliquid non à se ipso, siquidem non à sui constitutione, sed ab spiratore habebit illud, nempe voluntatem. Mõstra ista sunt opinionum, & quæ non sine crimine in scholas inuehãtur. Præterea si Filius in sui constitutione, solùm intellectum habet, sanè voluntatem non accipit per generationem, sed habet voluntatem per identitatem cum spiratore quem illi auctores cõstituunt, contra illud Concil. Florent. *Omnia quæ Patris sunt ipse Pater vnigenito suo gignendo dedit, &c.* Dicendum igitur est cum S. Thom. terminum processionis diuinæ non esse potiùs intellectum, quàm voluntatem, sed omnia attributa simul in termino formali cõtineri, quod lib. 2. docuimus. Et ita essentia ex qua constituitur persona omnia attributa continet in suo conceptu in ipsa priori-tate intelligentiæ, qua primò constituitur; constituitur enim persona diuina Deus verus intellectu & voluntate, & omnibus perfectionibus exornatus. Quòd verò obijciunt ex Concilio Tolet. 11. ideo Filiũ non produci à Patre per voluntatem, quia voluntas sapientiam non præuenit: ad rẽ non est, loquitur enim concilium, vt liquet, de origine Filij, qui est sapientia genita, cuius originis voluntas non est principium, vt supra diximus; imò loquitur de volũtate libera, quę nullatenus antecedit sapientiam. Aliud ergo est dicere quòd in illa origine non antecedat volũtas, quæ non est principium originis, & aliud est affirmare, quòd in persona Patris constituta non antecedat voluntas ante originem nostro intelligendi modo; primũ verum est, secundum absurdissimum, & incredibile: sicut verum est dicere, quòd in calefactione siccitas non antecedit, quia non concurrit ad illam; falsum autem est, quòd in igne non antecedat siccitas ante ipsam calefactionem ab igne progressam.

Refellitur 2. Voluntatem non acciperet Filius per generationẽ, sed per idẽtitatem cum spiratore contra *Conc. Flor.*

4. Confutatio ex libr. 2. cap. 63. num. 4.

Obiect. ex *Conc. Tol.*

Respons. Explicatur *Concilium.*

In origine Filij nõ antecedit volũtas in Patre, vt principium Filij, sed vt contenta in constitutione Patris.

Exempl. siccitatis in igne calefaciente.

Confirmatio.

20. Relatio & natura solaratione distinguuntur, vt lib. 3. c. 26. *S. Thom. Alber. Mag. Henr. Gãd.*

QVòd hæc constitutio sit rationis siue contemplationis nostræ duntaxat, ex eo liquet quòd relatio, & natura ex quibus illa constat sola ratione distinguuntur, vt lib. 3. docuimus: & hæc est sententia S. Thomæ d. 26. q. 2. art. 1. & Albert. Mag. d. 27. artic. 2. & Henr. Gandau. in summa art. 59. q. 4. & cum Ioannes Theologus in Concilio Florẽt. sess. 19. naturam sola ratione distingui à relatione affirmet, addit personam ex natura & proprietate constare, ita vt nihil sit ipsa persona nisi substantia & proprietas. Quam sententiam sequitur Caietan. q. 40. art. 2. & Torres ibidem, & Ferrar. 4. contra gent. cap. 26. Itaque non est composita persona ex natura & proprietate, sed est ipsa natura & ipsa proprietas, quia hæc omnia sola ratione distinguuntur. Et idcirco de se inuicem prædicantur propter simplicitatẽ, vt lib. 1. diximus.

Ioan. Theol. in Cõc. Flor.

Caietan. Torres. Ferrar.

Persona non est cõposita ex natura vt proprietas, sed est ipsa natura, & proprietas, vt lib. 1. c. 43. p. 1.

CAPVT XLIX.

In diuina persona necessariò est intelligenda proprietas constituens, & distinguens.

1. Videndus *S. Thom.*

DE hac re videndus S. Thom. 1. p. q. 28. art. 2. q. 32. art. 2. & q. 40. art. 1. & in 1. d. 26. q. 1. art. 1. & d. 33. ar. 2. Contra veritatem Orthodoxam, quòd in persona diuina sit proprietas, qua ab alia persona distinguatur, est primus error Gilberti Porretani qui ponebat relationes assistentes; quæ enim assistunt, aut circũstant, aut accidentariè saltem insunt; & ideo videtur negasse relationes esse in personis intimas vt constituentes: quem errorem iam refutauimus ostendẽtes relationes diuinas non esse extra essentiã assistentes, sed esse ipsam essentiam. Et Porretanus quidem attendens relatiuam oppositionem & distinctionem, in id erratum laupsus est, vt eas cõstitueret extra essentię vnitatem.

1. Error. *Gilb. Por.* sc. diuinas relationes esse assistentes.

Refutatur, lib. 1. c. 43. p. 1. n. 2. & lib. 3. c. 26. n. 1.

Causa huius erroris,

Fuit verò secundus error Prępositiui, qui è contrario considerans simplicitatem diuinæ personæ, & quòd relatio nõ est extra essentiam, aut extra personam, existimauit proprietatem non distingui ab essentia etiam nostro modo intelligendi: quare arguit nos quòd ponamus proprietates personarum, & negat proprietates esse in personis; & ipse explicabat proprietates personarum intransitiuè (vt aiunt grãmatici) hoc est, proprietates, quæ sunt personæ. Itaque asserebat personas distinctas diuinas se ipsis distingui, & nõ proprietatibus personalibus, eò quòd nihil sit persona etiã nostro modo intelligendi nisi ipsa proprietas

2. Error. *Prępositiui* Scil. relationes non esse distinctas etiam per rationem. Declaratur.

Proprietates personarũ explicat intransitiuè, id est, proprietates quæ sunt personæ.

Ait propriè loquendo personalē proprietatem non esse in persona. *Greg. Arim. Altisiodor.*

Hug.de S.V. ait esse sentēt. *Nominal.*

3. Pro concl. 1. Præmittēdū, Vt aliquid sit in aliquo saltē secundū intellectū positiue, necessaria est distinctio

Sufficit modus significandi diuersus quādo forma ipsa subsistit.

Exemplum. Hoc modo paternitas est in Patre: Pater ex term.

Ad quæst. non satis est hic modus significādi Ratio.

Ponūtur proprietates in pſonis, vt eas distinguant.

2. Præmittēd. Relationes sunt distinctæ ab essentia nō re, sed rationibus formalib. Probatur, vt lib.3.c.26.n 4. & 5.c.27.& 28

Cōcl. cōsect. Eodem modo sunt distinctę ab ipsis pſonis & nō solo modo significandi abstracto & concreto.

Prob. 1. euid.

prietas; quare sicut nihil est in se ipso, nisi explicetur per negationem quia non est extra se; ita propriè loquendo negabat personalem proprietatem esse in persona, quia potiùs est ipsa persona. Præpositiuum verò sequitur Gregor. Arimin. in 1. d. 26. q. 1. Altisiodorensis credit valdè hāc opinionem esse probabilem, libr. 1. Summæ, cap. 5. q. 6. & Hugo de S. Victore, lib. de Sacramentis, 3. p.. cap. 11. ait illam esse communē inter Nominales.

Hæc sententia erronea est in fide, vt in confirmatione ex Concilijs ostendemus: Est autem aduertendum quòd vt aliquid sit in aliquo saltē secundū modū intelligendi, nō negatione, sed positione siue posituè (vt aiunt) necessaria est aliqua distinctio; sed tamen sufficit modus significandi diuersus, quando forma se ipsa subsistit; quo pacto Deitas est in Deo, cum Deus ac Deitas solo modo significandi distinguātur, & in rè cognita nulla sit distinctio, quia ipsa natura est subsistens. Quòd verò Paternitas hoc modo sit in Patre, saltem ex modo ipso significandi, euidens est ex ipsis terminis: Pater enim est qui Paternitatem habet, & in quo est Paternitas; sicut Deus est qui Deitatē habet, & in quo est Deitas: sed hic modus loquendi, & significandi non facit satis quęstioni propositæ; ponimus enim proprietates in personis, vt eas distingūant; cum enim personæ in essentia sint idē, necesse est præter essentiam esse in personis proprietates, vt in altero sint idem, in altero distinctę, scilicèt idem in essentia, & proprietatibus distinctæ. Subeunt ergo hoc loco omnia argumēta quibus probauimus relationē distingui ab essentia non re ipsa, sed rationibus formalibus siue suis definitionibus; cum enim persona vtrumque complectatur, scilicèt essentiam, & relationem, quia verbi gratia, Pater est essentia, & est Pater; & à coniugatis, quia est Pater habet Paternitatem, & quia est Deus habet Deitatem; si Paternitas distinguitur à Deitate sua ratione formali, necesse est vt distinguatur etiam à persona, quæ paternitatem, & Deitatem simul continet; non ergo distinguitur solo modo significandi abstracto & concreto, sed etiam rationib⁹ formalibus. Et est argumentum hoc ita euidēs, vt quòd totum sit maius suis partibus; persona enim complectitur duo, scilicèt Paternitatem & Deitatem; ergo est quid quasi totum distinctum ab alterutra parte, quia neque tota persona est Paternitas, neque tota Deitas, si cōceptū personæ diuidamus, sed est simul Paternitas, & Deitas. Cum ergo Paternitas sit in persona Patris, & non sit totum quod significatur nomine personæ, significatur enim etiam natura; necesse est vt Paternitas sit in persona, tanquam quid ratione formali ab illa distinctum. Et satis est ad hoc percipiendum, quòd habeat quis propriam nominum istorū intelligentiam; est enim ex terminis notum, vt aiunt, alia enim intelligentia siue cōceptu intelligimus Deitatē, & alio paternitatem, & alio personam. Deinde probatur euidētissimo argumēto, quod coram est, quoniam personæ sunt idem in essentia, & sunt res distinctæ; ergo essentia non distinguit illas, cum essentia sit vna; neque verò se ipsis distinguuntur, quia si nihil est in illis nisi essentia, essentia nō distinguit illas, siquidem est vna; ergo omninò necesse est, quòd aliquid sit in illis præter essentiam, quo distinguantur. Quòd si respondeas relationes distinguere personas, quia sunt ipsæ personæ. Contra instat argumentum: neque enim negari potest, quòd paternitas sit in Patre saltem eo modo significandi quo Deitas est in Deo; nam Pater paternitate est Pater, sicut De⁹ Deitate est Deus: ergo paternitas quę est in Patre distinguit illum à Filio, vt manifestè probatum est; neque oportet in re clara cunctari. S. Thom. 1. p. q. 30. art. 2. propter duo ait ponendas esse proprietates diuinas; tum vt per eas distinguamus personas, quod argumentū hactenus pro sequuti sumus: tū vt in Patre intelligam⁹ duas relationes, quib⁹ referatur ad duo relata specie distincta, scilicèt ad Filiū, & Sp. Sāctū; quia vna relatione ad duo relata specie distincta referri non potest, vt lib. 3. tractauimus.

Quòd autem Gregorius ibidem ait personam distingui per essentiam, non tamen essentialiter: absurdissimum est, & contra Conciliorum definitiones, quibus sācitur proprietatibus distingui. Quid autem absurdius dictum, quàm vt per id distinguatur persona, in quo secundum fidem Catholicam non distinguitur? Cum ergo in essentia non distingu-

Neq; tota persona est paternitas, nequeto ta Deitas, sed vtraq; simul. Paternitas nō est totū quod nomine perſo nę significatur

Alio conceptu Deitas, alio paternitas, alio persona intelligitur.

Prob. 2. euid, Essentia nō distinguit personas, neq; illæ se ipsis distinguuntur, si nihil est in illis nisi essentia. Ratio.

1. Responsio consona ad *Præpos.* Refellitur ex 1. præmit. & probationibus

Ex S. Thom. proprietatum 1. necessitas est ad distinguendum personas. 2. est ad intelligēdū in Patre duas relationes ad duo relata specie distincta iùxta tradita lib. 3. cap. 34. p. 2. num. 2.

4. 2. Responsio *Gregor.* sc. quòd distinguantur personæ p essentiā. Reprobatur. Est contra definitiones Cōc. Nō possunt per id distingui in quo non distinguuntur 1.

stinguantur, intelligi non potest, quòd distinguãtur per illam; præpositio enim, per, significat causam distinguendi.

5. Ad cõclusionẽ 1. additio. *Ferrar. Torres.* Quod paternitas sit tota forma constituẽs & distinguẽs psonã Patris. Declaratur exemplo humanitatis.

Sed tamen Francis. Ferrar 4. contra gent. cap. 26. quem sequitur Bartholomęus Torres q. 40. art. 2. & 4. opinatur personam Patris, constitui & distingui per paternitatem, ita tamen vt paternitas sit tota forma constituens: quia sicut humanitas est tota forma hominis, & ideo vocatur forma totius intransitiuè, hoc est, tota forma, quasi forma, quæ non est pars, sed tota natura: ita, cum relatio sit ipsa diuina essentia, & essentia contineatur in conceptu relationis (vt ipsi opinantur) paternitas in suo conceptu includens essentiam, est tota forma personę Patris. Et hoc quidem pugnat cum ea doctrina, quam tradidimus: cap. præcedente, quòd persona sit constituta ex proprietate & natura, siquidẽ sola proprietate creditur constitui, & in proprietate natura includi. Alijs verò hęc opinio videtur non dissimilis errori Præpositiui, qui proprietatem non distinguebat à persona; quoniam iuxta istã opinionem paternitas ista distinguitur à Patre, sicut Deitas à Deo, quæ distinctio est solùm in modo significandi. Ab hac tamen iniuria æquum est Doctores clarissimos vendicare, qui multa disputant de constitutione personarum per proprietates quas Præpositiuus negabat. Aiunt etiam proprietates esse in personis, & distinguere re illas; quia cum distinguant naturam à proprietate, quamuis in proprietate putent contineri naturam; docent tamen naturam nudam esse communẽ, proprietatem verò etiã includentem naturam esse distinctam; & personas distingui proprietatibus quas habent; quia ipsę personę habent naturam, & habent proprietatem includentem naturam; ergo in natura sunt idem, & proprietatibus distinctæ, quod non explicauit Præpositiuus, neque Gregorius.

Pugnat cum 3. cõcl cap. 28. p. 2. n. 14.

Aquibusdam videtur nõ dissimil. 2. errori

Vẽdicatur ab hac iniuria, ostendendo dissimilitudines.

6. Improbatur 1. ex lib. 3. c. 28. num. 5. Improbatur 2. ex cap. 28. p. 2. num. 14. Improbatur 3.

Ista tamen opinio non est verosimilis; tum quia relatio quæ est proprietas non includit naturam in suo conceptu, vt lib. 3. commonstrauimus: tum quia congruum est rationi, vt personam diuinam intelligamus constitutam ex natura & proprietate, vt capit. antecedente probatum est: tum maximè, quia sola proprietas distinguit naturam; probatur euidenter, quia id solum quod non communicatur, distinguit; sed sola relatio siue proprietas non communicatur: ergo sola distinguit; quod autem distinguit, etiam constituit, nam forma ex eo facit distinctum, quia facit hoc; ergo cũ proprietas sit forma dans esse hoc, & distinguat personam, aliquo modo distinguit; imò constituit vt vltimum, quæ est ratio propria personæ, vt sit vltimum subsistens. Probatur etiam, quia Deitas est præcipua forma personæ, quæ dat esse diuinum; ergo Deitas constituit etiã personam non vt contenta in relatione, sed per se separata proprio suo conceptu. Et confirmatur, quia forma totius apud Philosophos est essentia, quia dat esse; proprietas verò diuina non dat esse; sed facit proprium personę ipsum esse essentiæ. Et hæc est communis opinio, quæ per ea quæ dicenda sunt erit illustrior; proprietas enim constituit relatiuè subsistens, non quatenùs essentia est, sed quatenùs forma hypostatica.

Solum quod non cõmunicatur, sc. proprietas, distinguit.

Forma ex eo facit distinctũ, quia facit hoc, seu constituit.

Improbatur 4. Deitas est præcipua forma personæ, quæ dat esse diuinum. Confirm.

Forma totius est essẽtia quæ dat esse; proprietas nõ dat esse sed esse essẽtiæ facit propriũ personæ, vt 18. p. 2. n. 1. &c.

7. Aduertend. Proprietas nõ distinguit naturam, sed personam. Distinctio facit multitudinem. Explicatur Patres.

Aduertendum est autẽ quòd ista proprietas constituens, aut distinguens personam, non distinguit naturam, sed personam. Nam distinctio facit multitudinem; natura autem diuina manet in sua vnitate: sed Patres nonnunquam minùs curando cõsuetudinẽ Philosophicæ loquutionis, aiunt naturam diuidi, siue distingui in personis, quatenùs singularum fit propria; non tamen quòd sint plures naturæ. Vnde Metrophanes apud Genebrardum contra Schegkium fol. 151. in quodam hymno Deitatem diuiduam, & indiuiduam vocat; diuiduã, quia fit propria indiuiduorum distinctorum; indiuiduam, quia in se ipsa manet indiuisa: Sicut Damascenus incommunicabilem, & communicabilem ait; cõmunicabilem per generationem & processionem; incommunicabilem secundum numerum naturæ, quia est eadem numero in producente & producto. Prò priè tamen loquẽdo est communicabilis natura diuina, & est indiuidua; quia communicari potest, diuidi non potest.

Metroph. apud *Genebr.* Deitas, diuidua, quia fit propria indiuiduorũ distinctorũ; indiuidua, quia in se ipsa manet in diuisa. Sic apud *S. Damasc.*

Deitas cõmunicabilis & incõmunicabilis Propriè, est cõmunicabilis & indiuidua.

8. 2. Additio. *Rad. cõt. 23.* Quòd natura diuina non fit propria personæ per proprietatem. Improbatur,

Aliqui adhùc religione quadam tanguntur, vt non concedant naturam diuinam per hypostaticam proprietatem fieri propriam illius personæ, cuius est proprietas; verbi gratia, per paternitatem fieri propriam Patris. Et quidem si proprium dicatur, quod est vnius duntaxàt

Fit propria per proprietatem, nō quia fiat vn ius solius, sed quia fit huius,& illius,cū secundū se communis sit.

taxàt, diuina natura nullius personæ est propria,quia non est vnius solius personæ. Sed tamen proprium quoque dicimus,quod est singulorum, maximè si sit paucorum. Proprietas autem hypostatica diuina hoc præstat,vt natura quę secundū se nō intelligitur esse istius,aut illius,addita paternitate intelligatur esse naturaPatris,&addita filiatione intelligatur esse natura Filij, & addita spirationepassiua intelligatur esse naturaSp. Sancti. Præterea singulæ harū proprietates excludunt personas non relatiuas à consortio diuinæ naturæ, vt anteà docuimus ; & in hoc quoque sensu faciunt naturam propriam singularumpersonarum,non exclūdendo consortes quę relatiuis proprietatibus cōstituuntur. Nō ergo dicimus diuinam naturā fieri propriam priori illo sensu,hoc est, vnius solius personę ; sed vno & altero modo iā explicato,scilicèt fieri propriam,hoc est istius personę, etsi alterius quoque personæ fiat per alteram proprietatem : & quia etiam natura diuina fit propria singularum personarum, excludendo omnem personam absolutam à consortio diuinæ naturę.

Improbatur 2. Per proprietates excludūtur personæ nō relatiuę à consortio diuinæ naturę ; & sic etiam dicitur fieri propria.

9. Proprietas personalis est id quo persona innotescit, *Ric. Victor. S.Hilarius. S.Basilius. S. Cyrillus. Nazanz. S.Augustin.*

Proprietatem autem vocat Richard. Victor. libr. 4. de Trinitate cap. 3. id quo scilicèt persona innotescit, Theologi proprietatem personalem dicunt; quo nomine vsus est, S. Hilarius libr. 2. de Trinitate, S. Basilius epistola 43. S. Cyrillus libr. 1. Dialogo de Trinitate, Nazianzen. oratione 3. S. Augustin. lib. 5. de Trinitate cap. 11.

Confirmatio.

10. Personę diuinæ distinguuntur proprietatibus. Patrum cōsensus, *Conc. Flor.*

QVòd personæ diuinæ distinguantur proprietatibus attestatur vna omnium Patrum consensio, quamobrē excogitarunt notiones quibus discernerentur inter se personæ, vt posteà docebimus. Constat etiam definitionibus Conciliorum, nam in Concilio Florentino in litteris Sanctæ vnionis, decreto de processione Spiritus Sancti dicitur. *Omnia quæ Patris sunt vnigenito gignendo dedit,præter esse Patrem.* Ergo ab ijs quę Patris sunt,excipienda est paternitas, quæ est etiam Patris, quam vnigenito non dedit cum cætera dederit. *Cons. Later.* Et confirmatur ex Concilio Lateranensi, vbi definitur Trinitas sanctissima secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta. Nam licèt Gregor. Arimin. interpretetur discreta secundum personas : eius tamen interpretatio singularis est, refragantibus omnibus Doctoribus;& argumentis clarissimis ostenditur personas diuinas nostro modo intelligendi distingui non per se ipsas, sed per suas proprietates: ergo ea verba Concilij, vt enunciata sunt, sunt etiam accipienda, non deducenda in alienos sensus:nam si se ipsis, hoc est, se totis distinguerentur, etiam essentiâ distinguerentur ; ita vt nihil posset intelligi quo distinguerentur, nisi intelligamus in altero conuenire,in altero distingui. Et iterum Ioannes ille famigeratus in Concilio Florentino, sess. 19. *Credimus* (inquit) *personas ex diuina substantia proprietateque constare*. Et Sophronias in sexta Synodo, sess. 11. attribuit proprietatibus personarum figurare, hoc est, constituere, & distinguere personas, quòd & nos planè docemus. Quòd verò afferunt ex Sancto Hieronymo in ex positione fidei ad Damasum,non fauet illis. *Non nomina*, inquit, *tantummodò, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, siue, vt Græci exprimunt, hypostases cōfitemur.* Nam his verbis Sanctus Hieronymus non appellat personarum proprietates personas ; sed ait nos non sola nomina quasi vacua confiteri, sed res ipsas significatas per nomina, quas vocat proprietates nominū,quia nominibus propriè significantur, & sunt ipsæ personæ siue hypostases. Et Patres nominibus abstractis contra sententiam Præpositioi,& Gregorij passim vtuntur. Sāctus Hilarius libr. 4. & 9. de Trinitate,Nazianz. oration. 39. & Sanct. Ioan. Damasc. libr. 1. fidei Orthod. cap. 11. & personarum proprietates meminerunt Sanct. Basil. epistol. 43. Sanct. August. lib. 5. de Trinitate cap. 6. Sanct. Gregor. Nissen. lib. de distinctione hypostasis , & vsię. Quod comprobat etiam Magist. in 1. distinct. 33. ex præfatione Ecclesiæ. *Et in personis proprietas.* Et hæc est constans doctrina Sancti Thomę quæst. 40. artic. 2. de qua etiam re disputant Albert. in 1. dist. 27. artic. 2. & Gandauens. in summa, art. 56. quæst. 4. & est commune Theologorum pronunciatum.

Interpretatio *Greg Arim.* Reijcitur vt singularis.

Si se totis distingueretur, etiam essētiâ distinguerētur.

Ioan. Theo. in Cōc. Flor.

Sophronias in 6. Synod.

Ad locum *S. Hieron:*

Respons.

S. Hilar. Nazianz. S. Damasc. S. Basil. S. August. Greg. Nis. Magist. S. Thom. Albert. Gandau. Cōmune pronunciatum.

CAPVT L.

Argumenta refelluntur.

1.
1. Argum. *S. Hieron.*

CONtra arguit Gregorius auctoritate Sancti Hieronymi ad Damasum de personis disputantis. *Substantiâ*, inquit, *sunt vnum, sed personis ac nominibus distinguuntur.* Et supra dixerat. *Non nomina tantummodò, sed nominum proprietates, hoc est, personas confitemur.* Quibus in verbis Sanctus Hieronymus ait personas distingui personis, & nomina significare proprietates, hoc est, personas: ergo proprietates à personis non distinguit. Et *S. Augusti.* Sanctus Augustinus sermone de fide, & Symbolo. *Credimus* (ait) *hanc Trinitatem personis distinctam, & substantiâ vnitam.* Ergo cum Augustin. optimè intellexerit personas distinctas non per proprietates additas, sed se ipsis, quia distinctę sũt; hoc nobis debet esse satis ad personas dignoscendas, quòd alia est Pater, alia Filius, alia Spiritus Sanctus. Et confirmatur auctoritate Sancti Thomæ 1. parte quæstion. 40. artic. 2. ad 1. vbi docet personas distingui se ipsis.

Confirm. *S. Thom.*

2.
Ratio.

Idem probatur argumentis: Nam personæ sũt res omninò simplices; ergo saltem re ipsa non distinguuntur per aliquid sui, sed se totis, & tamen re ipsa sunt eadem essentia, & personæ distinctæ; ergo & hoc possumus intelligere, vt se ipsis distinguantur, quamuis in essentia sint idem.

3.
2. Argum.

Secundò: Deitas se tota constituitur, & non per aliquid sui quasi differentiam; sed persona non est minùs simplex quam Deitas; ergo non constituitur per aliquid sui quasi differẽtiam, sed se tota.

4.
3. Argum.

Tertiò: Id quod constituit rem est formale principium eius; id autem quod est simplex nõ habet formale principium; ergo persona nihil habet quo constituatur.

5.
4. Argum.

Quartò: Proprietas non est in persona aliquo modo eorum quos Aristoteles commemorat, vt res vna sit in alia 4. Physicor. text. 23. ergo non oportet philosophantem de rebus diuinis fingere modum nouum quo proprietas sit in persona.

6.
5. Argum.

Quintò: Proprietas ipsa subsistit, quidquid enim in Deo est, subsistens est; A cum ergo dicitur quòd proprietas sit in persona subsistente, significatur quòd sit in se ipsa subsistente; sed nihil est in se ipso, vt Aristot. ait 4. physic. tex. 26. quia necessaria est distinctio inter vtrũq; ergo proprietas nõ est propriè in persona. *Aristotel.*

7.
6. Argum.

Sextò: Pater quicquid habet, cõmunicat Filio; omnis ergo entitas quæ est in Patre, & quã Pater habet, est cõmunicabilis; ergo proprietas non est in Patre, neque Pater illam habet, sed omninò proprietas est ipse Pater.

8.
7. Argum.

Septimò probatur, quoniã primũ nõ habet prius; hypostasis autẽ siue persona est primũ incõmunicabile; ergo non habet proprietatẽ, per quã fiat incõmunicabilis; aliàs ipsa proprietas per quã persona fit incõmunicabilis, erit primũ incõmunicabile, quod falsũ est, cum omnes fateantur primum incommunicabile esse personam.

9.
Vltim. arg. *Ferrar.*

Vltimò probat Francis. Ferrar. quòd persona nõ cõstituatur ex natura & proprietate, sed sola proprietate cõstituatur quia Pater & paternitas differunt solo modo significãdi, sicut Deus, & Deitas; ergo sicut Deitas est tota forma qua Deus est Deus, ita paternitas est tota forma, qua Pater est Pater: ergo sola paternitate constituitur, quatenùs paternitas includit in sui intelligentia essentiam.

Aduertenda.

10.
1. Aduert.
Personæ diuinæ re ipsa distinguuntur, absque distinctiuo.

PRimum hoc loco aduertendum est, quòd nullus dubitat, quin personæ diuinæ re ipsa distinguãtur absq; vllo distinctiuo, quasi altera parte sint idem inter se, & altera parte distinctæ; sunt enim omninò simplices. Et hoc idem non solùm est in re ipsa, sed est etiam in nostro intellectu, siquidem confitemur ita esse, vt per hæc verba significatur. Sed tamen quia nos res simplices intelligentiâ partimur, non ad libitum, sed iuxta nominum significationes: necesse est vt quæ nominibus, & intelligẽtijs sic partitis, vel negamus, vel affirmamus, vera sint aut falsa. Quare dum quædam negantur, quædã affirmãtur, intellectus noster cõformatur rei, vel discedit à cõformatione, falsis assentiendo. Exemplũ istius doctrinæ sit quæstio ipsa proposita; nam diuinã personã diuidimus duabus intelligentijs, coacti ipsa nominum significatione, & cõceptibus, quibus res intelli-

Res simplices conceptibus partimur iuxta nominum significationes.

Hoc modo de simplicib⁹ enũciãtur quę dãvera, alia falsa: & intellect⁹ conformis, vel difformis dicitur veritati: vt c. 48. p. 2. n. 19. Exemplum in diuina ꝑsona

intelligimus; nouimus enim in diuina persona Deitatem, nouimus etiã paternitatẽ; tunc inuestigamus an hæc persona distinguatur à Filio per Deitatem, an sola paternitate? His nominibus sic partitis, altera pars thesis est hæretica, altera Catholica: quia si dicas distingui Deitate, significas esse plures Deitates in personis; si verò dicas distingui proprietate, asseris Catholicè esse plures proprietates. Et ita de hac re eduntur Conciliorum definitiones. Ergo eodem modo iuxta nominum partitiones, & significationes, & ipsum modum intelligendi, conuincendum fuit personas nostro modo intelligendi, non distingui se totis, sed sola proprietate; quoniam nostro modo intelligendi persona habet naturam, & proprietatem; ergo si se tota distinguitur, etiam naturâ distinguitur, quod est hæreticum. Si verò non loquamur de nostro modo intelligendi, sed de re ipsa, non valet argumentum, quia in persona diuina non est totalitas realis, sed simplicitas. Cum ergo dicitur quòd persona re ipsa distinguitur ab alia se tota; nihil aliud significatur nisi quòd hęc persona non est illa, neque aliqua pars realis istius personæ est in alia persona; quæ verissima sunt, quia persona diuina partes non habet. Itaque distinguitur se tota negatiuè, quia re ipsa non habet partes quibus distinguatur. Nos ergo loquimur de cõstitutione rationis, & de distinctione rationis; nam in re nulla est constitutio, vt diximus, sicut neque distinctio inter proprietatem & naturam; nostro igitur intelligendi more omninò cõcedẽdum est personas constitui, & distingui suis proprietatibus, & non distingui se totis, quia non distinguuntur Deitate, quam habent, sed sola proprietate, vt ostensum est.

Personam distingui Deitate est hæresis: proprietate verò Catholicũ.

Similiter conuincitur non distingui personas se totis, sed proprietate sola.

Ratio ex cap. 49. n. 9.

Obiectio.

Respons. Persona re ipsa distinguitur se tota negatiue; quia re ipsa non habet partes quibus distinguatur ab alia.

Hic asseritur cõstitutio, & distinctio rationis, cũ in re nulla sit, vt c. 48. n. 2.

Personę nostro modo intellig. constituũtur & distinguũt proprietatibus suis, nõ se totis, vt c. 48. n. 6. & 7.

11.

2. Aduert. Abstracta significant subsistẽs, sed non per modũ subsistẽtis: ideo negatur hæc, Deitas generat.

Eadẽ ratione paternitas non generat, sed Pater.

Secundò est obseruandum quòd nomina abstracta licèt significent rem subsistentem, vt Deitas, non tamen significant per modum subsistentis; & ideo negamus, quòd Deitas generet, quia nomen, Deitas, abstractum non supponitur pro Patre. Quare licèt relatio siue proprietas diuina sit res subsistens, tamen non significatur per modum subsistẽtis, neque paternitas generat, sed Pater. Et ideo mirum nõ est quòd paternitas, quę non generat, sit in Patre generante; nam & Pater, vt postea dicemus, est nomen personæ, & est nomen relatiuum; vt est nomẽ personæ habet essentiã, & nõ solã paternitatem, & ita paternitas est in Patre vt in persona quæ definitione distinguitur à paternitate, & hoc videtur non obseruasse Francis. Ferrar. qui credidit paternitatem significare quicquid est in persona, cum solam relationẽ significet.

Pater vt est nomẽ p̃sonæ, habet essentiã, & nõ solã paternitatem.

Paternitas est in Patre vt in p̃sona, quę definitione distinguitur à paternitate.

Quidam negant paternitatem per se subsistere, sed quatenus est essentia aiũt illam subsistere per se, cũ hic sit modus entis intrinsecus, vt diximus. Quòd verò paternitas subsistat quatenus est essentia; potest duplici commentario explicari, scilicèt reduplicatiuè in sensu causali, & hoc verũ est; ideo enim subsistit relatio diuina, quia est ipsa essentia infinita; hæc est enim radix, & prima ratio subsistentium relationum; specificatiuè tamen (vt aiunt) est falsa, quia relatio diuina, etiam vt relatio, subsistit, quod postea faciemus euidentius.

12.

Quidã negãt paternitate p̃ te subsistere, nisi vt est essẽtia

Hoc verũ est in sensu causali, & radicaliter: sed nõ specificatiue.

Est tamen adhuc notatione dignum, quòd proprietas in suo cõceptu, nõ includit essentiam: ratio est, quoniam cũ sint personales proprietates tres, si in his includeretur essentia, essent essentiæ tres; nomen enim abstractũ est formale, & numerat quicquid significat. Dicimus ergo personas tres, quia persona nomen est concretum, & formaliùs significat personalitatem quàm essentian; sed ipsa personalitas cum sit nomen abstractum, si essentiam clauderet in suo conceptu, coniuncta cum numero multiplicaret essẽtiã: & ita in trib⁹ personalitatibus significaremus essentias tres. Quare opinio Francis. Ferrariens. quòd proprietas contineat essentiam, & se sola constituat personam, minus probabilis est.

13.

3. Aduert. Proprietas in suo conceptu, nõ includit essentiã, vt lib. 3. c. 28. n. 5.

Ratio. Essent tres essentiæ.

Abstractum cũ sit formale, numerat quicquid significat.

Infertur improbatio doctrinę *Ferrar.* de qua c. 49. n. 5. & lib. 3. c. 28 num. 4.

Responsio.

Ad argumenta antequam respondeamus, oportet explicemus S. Hieronymum, & S. Augustinum, ac S. Thomam, qui profectò his in locis nihil loquũtur de distinctione, quæ est per operationẽ intellectus, seu nostro modo intelligendi; sed simpliciter affirmant personas esse res distinctas ex ipsis, quatenùs sunt res simplices: quod nos concedimus, & docemus. S. verò Hieronymus significatum nominis vocat pro-

14.

Ad 1. arg. Ad Patres, & ad confirm. ex *S. Thom.*

S. Hieron.

prietatem nominis, & explicans quid sit, ait esse ipsam personam significatã. Nihilominùs ij Ecclesiæ Doctores, & columnę, cum de dignoscendis personis disputant, ponũt notiones, quę sunt propria cuiusque personę attributa, quibus personas distinguunt, & ideo vocãtur notiones. Cum ergo hi Patres tradiderint notiones personarum, quę sunt ipsæ proprietates, haud dubium est, eas personas proprietatibus distinxisse; notio enim ostendit personam distinctam.

Patres ponũt notiones personarum; quare personas proprietatibus distinguunt.

15. Ad rationẽ Nosse personas in re distingui se ipsis nõ satis est ad disputationẽ Theologorũ, vt n.10.

Ad primum argumentum concedimus personas esse res simplices se ipsis distinctas; sed nostro modo intelligendi proprietatibus distingui: & licèt benè intelligamus personas re ipsa distingui non aliqua parte sui, cum sint simplices; tamen nosse hoc, non satisfacit disputationi Theologorum, vt modò dicebamus; sed partitis nominibus respondendum est vtrùm naturâ, vel proprietate distinguantur.

16. Ad 2. arg. Etiam Deitatẽ partimur cõceptibus attributorũ; sed illius differentia non est, cũ sit vna. Personas proprietates distinguunt. Hæ no dicũtur differẽtiæ. Ratio.

Ad secũdũ respõdetur quòd etiã Deitatẽ partimur pluribus cõceptibus, vnde oritur multitudo attributorum; sed non intelligimus differentiam, qua constituatur, quia est ens infinitum & vnum; vnius autem differentia non est: personæ verò sunt plures, & ideo necesse est intelligere proprietates quibus distinguantur; quas non dicimus differentias, quia differentia contrahit essentiam; essentia autem diuina non cõtrahitur, sed fit propria istius personæ, & illius per diuersas proprietates.

17. Ad 3. arg. Proprietas nostro modo intelligẽdi est quid formale, sed nõ principiũ formale ex defectu realis ordinis inter paternitatem, & Patrem.

Ad tertium concedimus quòd proprietas nostro modo intelligendi est quid formale, nõ tamen est principium, quia non est aliquis ordo realis inter paternitatem & Patrem: quare paternitas neque est causa formalis, neque principium formale; sed intelligitur quasi forma, & actus, quia intelligitur nomine abstracto, vt solent formę significari.

18. Ad 4. argum. S. Thom. Proprietas est in persona, vt differentia in specie, lib.3.c.30.n.7.& 13. Modus hic essendi nõ recensetur inter

Ad quartum respondetur cum Sanct. Thom. in primo sentent. d.33. quæst.1. art.3. ad 4. quòd proprietas est in persona, vt differentia in specie, quod lib.3. iam explicatum est, licèt non sit propria differentia, qualem dialectici definiunt: nam & Patres differentiam aliquando vocant & Concilia. At verò etsi modus hic quo proprietas est in persona, non recensetur inter eos quos Aristot. A numerauit; nihil admirandum est cum sit ineffabilis, & exempla naturalia nõ sunt adæquata rebus diuinis, vt ait Sanctus Hilarius 1. de Trinitate: neque tamen ideo non est necessarium Theologo modum istum inuestigare, quia cum ostendat paternitatem esse in Patre ad eum modum, quo forma est in re quam denominat, nõ potest nõ inquirere quonam pacto paternitas sit in Patre, & constituat, & distinguat personam.

modos Arist. quia ineffabilis. S. Hilar. Hic modus Theologo inquirendus, cũ ostendat paternitatem esse in Patre.

19. Ad 5. arg. ex n.11. Ad quintum concedimus proprietatem subsistere; significatur tamen nomine abstracto quasi forma non subsistens, & ideo probè dicitur esse in persona, & forma eius. Præterea Pater vt est nomen personæ non solùm significat paternitatem, sed essentiam; & ideo paternitas est in Patre, vt in re distincta definitione, & ratione formali ab ipsa Paternitate, quę in illo est.

20. Ad 6. arg. Proprie dei posset, Patrem communicare quicquid habet quia id habemus quoiam' & Pater paternitate non est. Ampliori significatione negatur Patrẽ cõmunicare quid habet. *Conc. Flor. Gregor.* ait Patrẽ cõmunicare totũ, sed alio fund. vtc. 46.n.2. Refellitur. Aliqua entitas est in parte, sc. paternitas, quę nõ est in Filio. Pater entitatẽ suã cõmunicat totã nõsimpliciter, sc. totãvt essentia est nõ totam, vt relatio est.

Ad ratione Nosse personas in re distingui se ipsis nõ satis est ad disputationẽ Theologorũ, vt n.10.

Ad rationẽ Nosse personas in re distingui se ipsis nõ satis est ad disputationẽ Theologorũ, vt n.10.

Ad 2. arg. Etiam Deitatẽ partimur cõceptibus attributorũ; sed illius differentia non est, cũ sit vna. Personas proprietates distinguunt. Hæ no dicũtur differẽtiæ. Ratio.

Ad 3. arg. Proprietas nostro modo intelligẽdi est quid formale, sed nõ principiũ formale ex defectu realis ordinis inter paternitatem, & Patrem.

Ad 4. argum. S. Thom. Proprietas est in persona, vt differentia in specie, lib.3.c.30.n.7.& 13. Modus hic essendi nõ recensetur inter

21. Ad 7. arg. 1. Respond. ex c.19 p.4.n.7 proprietas cognoscitur prior sed vt quid imperfectũ, & sic incommunicabile primum.

imperfe-

imperfectum, & vt formaliter subsistentis, & ita suo modo intelligitur incommunicabilis, & primum incommunicabile ad hùc quodammodo imperfectum, siue imperfectè cognitum; persona autem primum incommunicabile perfectum: quæ quidem bonè conuenient. Secundò respondetur, quòd esse alicuius nō est omninò incommunicabile, & ita solum suppositum siue personæ, quæ nullius est, est maximè incommunicabilis; proprietas autem personæ eò quòd est personæ, nō est omninò incommunicabilis; quia scilicèt alicuius est.

2. Respons. ex eod. cap. 19.

Solū suppositū est omninò incommunicabile: non ita proprietas, quia alicui est.

22. Ad vlt. Arg. ex num. 11.

Ad vltimum, quod est Francisci Eerrar. respondetur ex ijs quę notauimus, quòd Pater vt est nomen personæ non significat solam paternitatem, sed etiam essentiam; & ideo paternitas non distinguitur à Patre solo modo significandi, sed ratione formali, & definitione, quia idem significat Pater, vt est nomen personæ, & Deus Pater. At verò Deus Pater significat duo, & Paternitas vnum tantùm. Pater tamen relatiuè solo modo significandi differt à Paternitate; & ita Paternitas constituit Patrem relatiuè; personam verò Patris non sola Paternitas constituit; sed Paternitas & natura simul, vt dictum est.

Item ex cap. 49. n. 3.

Pater vt est nomen personæ, & Deus Pater significat duo, paternitas vnum tantùm.

Pater relatiuè solo modo significandi differt a paternitate, & vt sic, ea sola constituit; non ita Pater vt persona.

CAPVT LI.

Proprietas constituens, & distinguens diuinam personam non est quid absolutum, sed relatio.

1.

COnstitutâ sententiâ quòd aliqua proprietas constituat personas, inquirendum nobis est an ea proprietas sit quid absolutum, an relatio? Et quæstio est non solùm de constitutione rationis nostro modo intelligendi, sed de re ipsa, an personæ sint relationes tres, an res absolutæ tres?

2. 1. Sentent. titulo opposita. *Ioan. à Ripa Linconiēsis. Iacob. Vit. Guill. Par.* apud *Carth.*

Ioannes à Ripa in 1. dist. 25. & 26. & Linconiensis, & Iacobus Viterb. apud Toletan. distinct. 26. artic. 3. & Guillelmus Parisiensis in libr. de Trinitate cuius verba recitat Carthusianus distinctione 26. quæstione secunda, existimarunt proprietatem personarum esse absolutam, vt in rebus creatis absoluta est, & ita constitutis personis per absolutas proprietates aduenire relationes, & origines. At verò Ioannes Scotus eadem distinct. 26. quęstione 1. etiamsi eam opinionem non sequatur, quasi religione coerceatur, nimis tamen indulget illi, & patrocinatur, dum eam argumentis confirmat. Vnde Lichetus assecla Scoti ausus id quod Magister non audet ait esse faciliorem intellectu, & probabiliorem sententiam. Cui videtur fauere Richardus distinct. 27. artic. 1. quęstione 3. scilicèt explicando, quòd ipsa persona habeat rationem absoluti, & originis, & relationis: fortè intellexit rationem absoluti, hoc est, conceptum absoluti, quod nos confitemur. Refertur etiam Richardus de Sancto Victore, libr. 4. cap. 11. sed Richardus ibi distinguit personas per origines non per absoluta.

Fauet *Scotus.*

Sequitur *Lichetus.*

Videtur eidē sent. fauere *Richard.*

Explicatur.

Pro ea refertur immeritò *Ric. de S.V.*

3. 2. sent. in tit. allata.

Et quamuis res hæc sit agenda præcipuè auctoritate Patrum, & definitionibus Conciliorum, nihilominùs erit operępretium arguendo cōmonstrare quòd hæc opinio cum ratione naturali palam euidenterque pugnet. Nam etsi sunt aliqui qui putant, hoc non posse demōstrari; falluntur maximè, quia propositis fidei principijs, naturali rationis ductu licet alia inuestigare, & quandoque euidenter ostendere; vt quòd in Christo Domino sint duæ voluntates diuina & humana, quia est verus Deus, & verus homo. Iuuatur etiam ratio acceptâ doctrinâ fidei, vt penetret ad veritates abditas, quo non peruenirct nisi diuino ductu: & idcirco postquam credimus diuinas personas non esse res absolutas, hocipsum ratione naturali licitum est ostendere ex illo fidei principio, quòd sint personæ tres in natura eadem simplicissima, in qua solæ proprietates hypostaticæ distingūntur. Has enim proprietates commonstrandum est non posse intelligi res absolutas. Illud verò à quibusdam imperitè dicitur, quòd si nobis proponerētur à Deo tres personę absolutæ, etiam hoc conciliaremus cū nostra philosophia & naturali ratione: nam data hypothesi impossibili, quòd Deus falsum proponeret, non posset conciliari illud quod est falsum, aut componi cum ratione naturali, quæ perpetuò dictat verum, cum sit lumen à Deo infusum.

Positis principijs fidei potest demonstratiuè probari.

Exempl. ex Incarnat.

Ratio iuuatur doctrinâ fidei

Duo principia fidei, quibus positis 2. sent. demōstratiuè probanda.

Aduers. dictū: Si reuelaretur à Deo esse tres absolutas personas, quòd hoc posset cum ratione, & philosophia cōciliari

Improbatur vt falsum.

4. Asserta supponenda, pro 1. sentent.

At verò antequam ad argumenta veniamus constituenda est contraria opinio in omni verisimilitudine, quam po-

test habere, vt quæ de relationibus diximus, illis proprietatibus absolutis accó modemus, videlicet non esse essentias, sed proprietates; esse posteriores essentia ordine rationis; constituere personas duntaxàt incommunicabiliter; & si (placet) non esse perfectiones distinctas, & existere eàdem existentiâ natura; hæc enim omnia posset quis arguenti respondere.

5. Pro 2. sentent. probationum 1. Caput ab ipsa proprietate hypost. 1. Probatio. Aliàs vna p. sona absoluta esset alia persona absoluta.

Primò igitur probatur quòd in diuinis personis non possint esse tres proprietates absolutæ, siue quòd personæ non sint tres res absolutæ, quia hic syllogismus expositorius à singularibus est ex terminis euidens; A. est, B. A. est. C. ergo B. est. C. At verò cum proponitur in terminis diuinis; Hęc essentia est Pater, hæc essentia est Filius, ergo Pater est Filius, inuenitur in syllogismo fallacia accidentis, quia mutatur quod in aliquid, scilicèt absolutum in relatum: ergo si proponatur syllogismus in rebus absolutis, nulla est fallacia; ergo vna persona absoluta erit alia persona absoluta, & non erunt duæ personæ. Idem probatur omnibus argumẽtis, quę posuimus, lib. 1. contra Trinitatem personarum, quæ vna euitantur solutione, quòd sit Trinitas relationum, non absolutorum. Ergo qui asserunt personas esse res absolutas omnibus illis argumentis conuincuntur.

Confirmatur arg. videndis lib. 1. cap. 41.

6. 2. Probatio ex infinitate naturæ diuinæ cuire p ugnat esse in pluri bns suppositis absolutis; sicut naturę finitę, &c. Ostenditur similitudo.

Secundò probatur; quoniam sicut repugnat vt natura finita sit in pluribus suppositis finitis; ita repugnat vt natura infinita sit in pluribus suppositis absolutis. Probatur similitudo, quoniam natura finita, quia finita est, definitur prio suppositio; natura autem infinita, quia infinita est, in absoluto cõceptu cõtinet totam rationem entis: ergo si in absoluto conceptu est vna vnitate incommunicabili, non potest eadẽ conceptu absoluto in multis esse; quod enim incommunicabile, est non est in multis: ergo ex infinitate naturæ diuinę colligitur, quòd non sit in multis suppositis absolutis, sed in vno solo.

7. 3. Probatio ex ratione formali proprietatis absolutæ, seu ad se. Proprietas ad

Tertiò, probatur idem ex ipsa ratione formali proprietatis absolutæ, quæ est ad se: proprietas enim quæ est ad se non admittit societatem in eadem natura; proprietas enim absolutè hoc facit, vt natura sit propria istius personę; quæ verò est absoluta proprietas, & ad se, hoc amplius facit, quòd naturam ad se determinat; ergo non potest intelligi, quòd proprietas absoluta & ad se, patiatur societatem in natura eadem; sola ergo relatio hoc facit ea ratione, quia est ad aliud in eadem natura, vt & aliud in eadem natura inueniatur, quod antea obseruauimus de supposito creato disputantes. se naturã facit propriam personæ, & insuper ad se determinat.

8. Confirm. Id quod ꝑ se subsistit est vnũ, ex cap. 14. num. 9. &c.

Et confirmatur, quoniam in consideratione absoluta id quod subsistit est vnum, & ideo non possunt fingi duæ albedines subsistentes: ergo cum esse diuinum subsistat in consideratione absoluta; non potest esse nisi vnum subsistẽs in eadem cõsideratione absoluta; quod si vnum duntaxàt est subsistens, vna est persona non plures.

9. 4. Probatio. Omnis distinctio in Deo non materialis, sed formalis est.

Quartò probatur, quoniam in Deo nulla est distinctio materialis, in quo nõ est materia, sed omnis distinctio formalis est; omnis autem distinctio formalis in genere substantię est essentialis, nisi sola relatiua; relatio enim à substantia distinguitur; ergo si proprietates personales sunt formę distinctę & absolutæ, in genere substantię, sunt essentialitèr distinctæ, quod est error contra fidem. Explicatur argumentum, nam relationes diuinæ quasi specie distinguuntur, quia non sunt duæ solo numero distinctę, vt paternitates duæ; sed distinguuntur numero transcendenti, & ratione formali, vt paternitas & filiatio, ideoque non ponimus duas relationes spiratoris in Patre & Filio, quia solo numero distinguerentur, & non distinguerentur ratione formali, neque numero transcendenti, sed numero materiali, quæ est distinctio materialis. Igitur si ponamus tres proprietates absolutas, quę sunt tres formæ rationibus formalibus distinctæ ingenere substantiæ; quid aliud sunt nisi tres essentię, siue tres substantię essentialitèr distinctę, & subsistẽtes? quod est etiam error, & nefas. Aliqui hoc idem probant, quia si proprietas Patris esset absoluta, non esset accidens sed substantia, & ita Pater non communicaret totam suam substantiam. Est tamen argumentum futile: nam relatio diuina etiam est substantia, vt distinguitur contra accidens, quia est hypostasis; tamen Pater communicat totam substantiam, hoc est, essentiam, sed non totam substantiam, hoc est

Si esset in Deo duę relationes spiratoris, distinguerentur numero materiali.

Probatio aliorum.

Futilis iudicatur.

Ratio In Deo relatio est substantia vt distinguitur contra accidẽs

est, hypostasim. Et eodem modo isti Doctores dicunt esse hypostasim absolutã, quæ nõ cõmunicatur. Sed argumẽtũ qđ fecimus, ostendit illas proprietates absolutas esse essentias in genere substantię; quod est contra rationem naturalẽ; vna enim est essentia diuina non plures essentię: neq; proprietates hypostaticæ sunt essentiæ aliquę, sed sunt alicuius essentiæ proprietates.

Proprietates nõ sunt essentiæ aliquæ, sed essentiæ proprietates.

10. 5. Probatio. In creatis proprietates distinguuntur per ipsas naturas, quæ nõ proprijs differentijs.

Quintò: Proprietates suppositorum in rebus creatis, quia non distinguuntur proprijs differentijs, determinãtur & distinguuntur per ipsas naturas, quarum sunt proprietates; ergo proprietates personarum diuinarum, vel distinguuntur per ipsam naturã, quod nõ potest intelligi, cũ natura sit vna; vel distinguuntur suis rationibus formalibus proprijs; quãuis nõ per differẽtias, eò quòd sint ipsæ proprietates quasi vltimę differentię: necesse est tamen vt distinguantur suis proprijs notionibus, & rationibus obiectis, siue formalibus. Tunc est argumentum vadilisimum; nam illa ratio formalis in consideratione absoluta, aut est ens infinitum, aut finitũ; si infinitum, sunt tria entia infinita, & tres Deitates; si finitum, ergo proprietates diuinę sunt res finitę. De relationibus quidem respondet Ioannes Scotus neque esse finitas, neque infinitas, quia non sunt perfectiones, vt lib. 3. retulimus, & impugnauimus. At verò modò non disputamus sintne istæ proprietates absolutę perfectiones; sed de earum ratione formali percontamur, quibus terminis conceptus illi absoluti distinguantur? Deitas enim distinguitur ipsa infinitudine, quia est ipsum ens subsistens, siue subsistens esse; Paternitas verò, & Filiatio, quia sũt relationes oppositæ, altera eius qui genũit, altera eius qui est genitus. Proprietates verò absolutæ, vel sunt infinita entia distincta ipsa sua infinitudine, vel sunt finita entia suis terminis contenta in consideratione absoluta, aliàs distingui inter se non possunt. Quòd si proprietates personarum suo proprio conceptu finitæ sunt, sunt etiam creatæ, & non sunt formaliter in Deo; quicquid enim est in Deo est ipse Deus: imò sunt res distinctæ à Deitate, quia eadẽ res nõ potest esse finita, & infinita; & personæ erũt cõpositæ reali compositione, vtpotè ex rebus distinctis, imò ex finito & infinito: quæ omnia & alia consequentia impossibilia sunt. Confirmatur ex Boetio; quia illud verè est vnum in quo nullus est numerus; sed natura infinita est vnum ens absolutum, & infinitum; ergo in eadem natura absoluta non est numerus absolutorum, neque sunt tres res absolutæ, & distinctæ.

In Deo sunt quasi vltimæ differentiæ distinctæ suis rationibus formalibus.

Hæ si sunt absolutæ, aut sunt infinitæ aut finitę.

De relationibus *Scotus* vtrũq; negans in re aliã, refutatur. lib. 3. c. 31. p. 3. n. 5.

Agitur hîc de terminis distinguentibus.

Deitas distinguitur ipsa infinitudine.

Paternitas, & filiatio; quia oppositæ.

Proprietates absolutæ non sunt infinitæ seu distinctæ infinitudine.

Ratio.

Nõ finitæ seu distinctæ suis terminis.

Ratio.

Alias essent creatę, distinctæ à Deitate, & cũ ea cõpositæ reali compositione.

Sextò probatur idem, ex eò quòd absoluta in eodem non distinguuntur; attributa enim plura cum sint, propter simplicitatem diuinam sunt res eadem, quia sunt absoluta & ad se; ergo solę relationes sunt res distinctę. Et confirmatur ex oppositorum diuisione, quã Aristotel. innuit; proprietates enim absolutæ non sunt priuatiuè oppositæ, neque contradictoriè, quia hæ oppositiones sunt inter ens, & non ens: sed neque cõtrariè, aut formaliter opponuntur, oppositio enim formalis ad cõtrariam reuocatur; hoc enim modo opponuntur intellectus & voluntas, quæ sunt formæ oppositæ in rebus creatis; in Deo autẽ sunt res eadem; ergo ista oppositio cõtraria in Deo non est realis: supereſt ergo oppositio relatiua quę sola in Deo est realis: sed sine oppositione rerum nõ est distinctio; ergo solę relationes in Deo sunt res distinctæ.

nẽtes realiter personam.

Confirm. *Ex Boetio.* illud est veræ vnum, in quo nullus est numerus.

11. 6. Probatio exemplo attributorùm

Confirm. Proprietates absolutę non sunt distinctæ, quia nõ opponũtur priuatiuè, nec cõtradictoriè. Nec cõtrariè, aut formaliter

Si relatiuè, sũt relationes.

Septimò probatur, quoniam sola relatio non est perfectio addita diuinæ naturæ; relatio enim est perfectio addita rei creatæ, quatenùs res creata est pars vniuersi, & ordinatur ad alia; vt est perfectio instrumenti, quod aptum sit ad operandum. Deus autem cum sit primũ ens, nõ potest perfici in ordine ad aliud, sed ad se; quare sola absoluta sunt perfectiones essẽtię, quasi numeratę & adiũctę essẽtiæ; relatio verò nihil perfectionis addit, vt diximus lib. 3. ergo qui ponunt tres proprietates absolutas ponũt absque dubio tres perfectiones additas, quod omnino videtur non esse permittendum, vt disputatum iam est. Et confirmatur, quia perfectio absoluta, simpliciter est finita, aut infinita: igitur ponunt in Deo aliquid finitum, vel tres infinitas perfectiones absolutas, quæ certè essent Deitates tres.

12. 7. Probatio. Res creata perficitur in ordine ad alia. Exemplum instrumenti. Deus cũ sit 1. ens non potest perfici in ordine ad aliud sed ad se, vt lib 3 cap. 31. p. 3. num. 14.

Qui ponũt in Deo tres proprietates absolutas, ponunt tres perfectiones additas. Confirmatur ex num. 10.

Octauò: Naturæ absolutę & subsistẽti, quicquid additur absolutum, conuenit subsistenti; ergo etsi plura addantur, non faciunt plura subsistentia, siquidem

13. 8. Probatio. Absoluta addita naturę subsistẽti cõueniũt

eidem subsisté ti : vnde non facient plura subsistentia.

Secus. relationes additæ, vt c. 19. p. n. 17. c. 41. n. 8. c. 42. n. 28.

conuenirent eidem : eidem enim subsistenti possunt addi res distinctę, manente vnitate subsistentis, vt vni supposito plura accidentia ; quòd si non sunt plura subsistentia, non sunt personæ plures ; relatio verò additæ naturæ, quia refert ad aliud in eadem natura, non conuenit naturæ subsistenti, sed subsistenti suppositi quod secum affert, vt diximus ; & ideo plures relationes constituunt, & afferunt secum plura subsistentia & personas plures. Ergo cum natura diuina per se ipsam subsistat, proprietas absoluta ad eam non afferret subsistés ; sed conueniret eidem naturæ subsistenti. Eidem autem subsistenti non possunt conuenire multæ proprietates hypostaticę, quæ constituunt multa subsistentia ; ergo tres personæ diuinę, sine tot subsistentia non possunt conuenire absolutis proprietatibus, sed relatiuis, quę afferunt secum subsistentia.

Eidé subsistenti, nó possunt cõuenire multa subsistẽtia.

14.

2. Caput ab origine diuina.

Alia est classis argumentorum, quæ petuntur à relatione & origine, quas Catholicè confitemur esse in Deo ; hactenus enim probata est proprietates personarum non esse absolutas petitis argumentis ab ipsa notione proprietatis hypostaticæ siue personalis : nunc autẽ argumenta deducemus ab origine diuina, qua procedunt diuinæ personæ. Et illud primùm probatur, quòd natura increata non possit esse in pluribus suppositis nisi per originem : natura enim vna vnius personę est, hoc enim ducitur ab vnitatę naturę, scilicet vnitas personæ ; quòd ergo sit in pluribus habet per originem. Et ideo Pater vocatur prima vnitas, quia est prima persona cuius vnitas sequitur per se vnitatem naturæ ; secunda verò persona inchoat numerum, & tertia auget per originem ; dum eandem naturam secunda & tertia persona accipiunt. Quòd ergo origo diuina non sit à persona constituta proprietate absoluta probatur, quoniam sicut ponitur ante relationem personalitas absoluta, quia antecedit relationẽ, ita origo quæ relationem antecedit, erit res absoluta ; origo autem est propria personæ, vt Patris proprium est gignere, & gigni proprium est Filij ; ergo personæ habent operationes absolutas proprias, & distinctas. Tunc vltra, si istæ operationes sunt ita immanẽtes, vt nihil illas sequatur, nihilque producant, non sunt origines ; origo enim est à qua aliquid procedit. In Deo operationes immanentes sunt intellectio & voluntas, quę nõ sunt propriæ istius, aut illius personæ, sed cõmunes. Quod in operatio propria Patris, eaque absoluta, est origo & productio, per quam vere Filios generator ; in quacunque productione rei distinctæ, vt S. Thom. notauit, nihil est nisi motus siue mutatio, & relatio ; ergo si hæc productio non est relatio, est mutatio quod est hæreticum, Deus enim est immutabilis.

Praesciendũ: Natura increata non posse esse in pluribus suppositis, nisi per originem. Ratio.

Thesis: Origo diuina non est à persona absoluta.

1. Probatio.

Idem probatur, quoniam si Pater est persona absoluta, potest intelligi ipsa persona sine Filio ; ergo generatio non claudit in cõcepta etiam perfecto illius personæ ; quæ enim potest intelligi sine Filio, potest quoque perfectè intelligi sine generatione Filij ; ergo generatio Filij non pertinet ad perfectionem Patris, sed ad perfectionem Filij ordinatæ est ; vt non solus sit Pater, sed Filius etiã gignatur. Et hoc pacto erit actio transiens habens causam finalem, & efficientem. Nos verò qui negamus personas diuinas esse res absolutas, in cõcepta Patris perfecto includimus originem siue actiuam generationem, quę sit ipsius Patris proprietas. Et ita ponimus in Patre generationem, non propter Filiũ generandum quasi propter finem, sed vt proprietatem contentam in ipso cõcepta personæ, & vt paratã relationem non rem absolutam. Itaque nos aimus generationem actiuam tam esse necessariam Patri, quam Filio, quia sicut Filius non esset nisi Pater gigneret ; ita neque Pater esset nisi gigneret ; ipsa enim generatio claudit in concepta perfecto Patris. Qui verò Patrem cogitant personã absolutam, generationem eius ponunt non illi necessariam, sed Filio, & Filius erit minor Patre, & habebit generatio diuina causam finalem.

In Deo operationes imanẽtes, sunt intellectio, & voluntas nõ propriæ, vt sunt origo, sed communes.

& sũt origo & productiones sũt mutationes. Oste ditur ex S. Thom.

2 Probatio. Generatio nõ includeretur in cõceptu perfecto Patris sed solũ ordinaretur ad productionẽ Filij.

Esset actio trãsiens habens causam finalẽ & efficientem

Deinde operatio est naturæ opus, vt S. Ioannes Damasc. ait ; natura enim est principium & forma operationis ; ergo si operatio est absoluta, est propria naturæ ; ergo in quocunque supposito natura inueniatur, inuenitur operatio naturæ propriæ sed in Filio inuenitur natura ; ergo & Filius generat, siquidem est operatio naturæ propriæ, vtpotè absoluta : nos enim ponimus originem esse relationem quandam, atque ideo esse operatio-

Generatio actiua tam necessaria est Patri quam Filio. Ostenditur.

16.

3. Probatio. Natura est principium operationis, & operatio absoluta est propria naturæ, inuenitur vbi inuenitur natura.

Origo quia est relatio, est proprià hypostasis

Respons. operationem propriam hypostasis relatione constitutę. Quòd si dicas istam originem consequi per se istam personam, & non aliam: hoc ipsum est quod refutauimus; cum enim sit quędam operatio absoluta, & operatio sit ipsius naturæ; sicut proprietas absoluta istius personæ addita naturæ, non impedit quominùs natura sit in alia persona, ita neque impedit quominùs operatio quoq; naturę conueniat alteri personę, & ità Filius generat sicut & Pater, quod intelligi non potest. Quod nos argumentum facilè refellimus, vt iam ostendimus, quia personam credimus esse relationē subsistentem, cuius operatio sit quoque B relatio propria hypostasis.

Refutatur. Proprietas absoluta Patris sicut nō impedit naturā esse in alia persona, itanec eius operationē absolutam.

17. 4. Probatio. Ea operatio absoluta non est ipsa hypostasis considerata per modū operationis. Nō ipsa proprietas absoluta, quia hanc sequitur.

Præterea ista operatio absoluta, vel est ipsa hypostasis per modum operationis considerata; & hoc non est, quia non intelligitur vt subsistens, sed vt operatio subsistentis: vel est ipsa pròprietas absoluta considerata similiter per modum operationis; sed neque hoc quidē est, quoniam proprietas personalis antecedit operationem personæ; ergo sicut operatio personalis ideo non est relatio, vt volunt, quia antecedit illam, ita proprietas personalis non est operatio, C quia antecedit ipsam operationem: & similiter operatio personalis non est relatio, quia antecedit relationem, quod argumentum hi auctores certum esse existimant: ergo operatio personalis, verbi gratia generatio, est aliquid medium inter relationem & hypostasim, quod neque hypostasis est, neque essentia, neque relatio, quod est inauditum commentum, & paradoxon; ecquid enim erit generatio si relatio non est, nisi mutatio? quam in Deitate meditari impiū est.

Non relatio, quia hanc antecedit.

Generatio si relatio nō est, est mutatio, vt num. 14.

18. 3. Caput. à relatione. Probatio.

Postremò arguitur ponendo argumētum à relatione: Relatiuum enim & absolutum ita sunt opposita penes modos diuersos entis, vt non possint eidem conuenire nisi per accidens; vt id quod est ad se essentialiter, potest esse relatū per accidēs: ergo si persona diuina quatenùs proprietate distinguitur ab alia est absoluta, solummodò per accidens poterit esse relatiua. Constat autem secundum fidem personas diuinas esse relatas, cum sit inter illas origo realis; ergo si absolutis constituuntur, erunt relata per accidens; in Deo autem nihil

Si persona est absoluta quoad proprietatē qua cōstituitur, & distinguitur, nō est relatiua nisi per accidens.

In Deo nihil est per accidens.

A est per accidens; ergo sunt per se relata ipsis relationibus constituta. At verò Ioannes Scotus ait benè posse intelligi relationes aduenire personis absolutis; sicut spiratio actiua aduenit personis constitutis, & tamen non aduenit per accidens. Hæc tamen responsio non satisfacit, nam qui ponunt hypostases siue personas relatiuas, dum intelligunt relationem spiratoris aduenire personis constitūtis, duntaxàt distinguunt relationem communem spiratoris à relationibus proprijs Patris & Filij; relatio autem non aduenit per accidens relationi, si eæ ordinatæ sint, vt diximus lib. 3. at verò hypostasi absolutæ tàm relatio propria, quàm communis per accidens aduenit, vt arguendo commonstrauimus.

Respons. Scoti.

Refutatur.

Ex lib. 3. c. 17. n. 12. Relatio nō aduenit relationi p accidens, si illæ ordinatæ sint; benè tamen absolutę hypost.

Hæc autem argumenta petita à principijs philosophicis firmantur fidei Catholicæ confessione, qua credimus personas esse relatiuas, Patrem, Filiū, & Spiritum Sanctum; & esse inter eas originē realem generationis & spirationis: quibus datis principijs euidentiùs colligitur, per eadem argumenta illas non esse res absolutas. Itaque diuinæ relationes subsistunt, & sunt propriæ personarum, & nihil illis deest quominus sint proprietates; illæ autem absolutæ proprietates res sunt sine nomine inauditæ superuacaneę: ergo nullo modo constituendæ sunt.

19. Dictæ probationes fidei cōfessione firmātur.

Diuinæ relationes subsistunt, & sunt propriæ personarū, & nihil illis deest, vt sint proprietates.

Iacobus Viterbiensis quodlib. 7. q. 3. art. 4. existimauit personas distingui per modos quosdam absolutos; quę opinio ijsdē argumentis refutatur quatenùs ponit absoluta. Et præterea absurdius est, quòd modos attribuat rei simpliciſsimæ; sunt enim modi rerum imperfecti, exceptis modis intrinsecis, D qui in ipsa ratione formali rei continentur, vt esse per se, & alij.

20. Sententia Iac. *Viterb.* Refutatur vt 1. sent

Absurdior est quā 1. sentēs Ratio.

Confirmatio.

21. *S. Nazianz.* primus proprietates, relationes vocauit. Rectè sic vocantur. *Matth.* 28. Patres. *S. Epiph.*

S Anctus Gregorius Nazianz. fertur primus nuncupasse diuinas proprietates relationes, libr. 3. Theolog. quod erat inauditum hæreticis: sed nomina ipsa relationum à Christo Domino accepimus, scilicèt Patrem, Filium, ac Spiritum Sanctum, quæ sunt nomina relatiua; & has esse personarum proprietates passim asseuerant antiqui Patres, S. Epipha

Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses, hæresi 73. docet paternitatem, & filiationem indicare naturam Patris, & Filij; naturam intelligit rationem formalem vtriusque. Ioannes Cyparissita decade 9. cap. 4. ex S. Dyonisio refert relationem personas distinguere. Et S. Athanas. Dialogo 1. contra Anomœos. Sãct. Gregor. Nazianz. oratione 1. & 4. S. Basilius serm. de fide, & lib. 1. & 2. cõtra Eunomiũ: & Nissenus in lib. ad Alabium in fine: & S. Cyrill. lib. 1. Thesauri cap. 4. & lib. 7. Thesauri cap. 1. & aliàs sæpiùs eisdem consentit. Et S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 10. *Quicquid* (inquit) *habet vna persona, habet & alia, præter innascentiam, generationem, & processionem*; quæ sanè sunt proprietates relatiuæ. Et subijcit apertissimè. *In his enim solis proprietatibus personalibus differunt ab inuicẽ tres Sãctæ hypostases.* Dũ dixit in solis his differre, manifestè refutauit absolutas proprietates, quę nullę sũt. S. Iustin. martyr, in expositione fidei in principio idem sensit. E S. Anastas. lib. 1. de rectis fidei dogmatibus. S. Hieronymus in expositione Symboli S. Damasi, aut quicunque illius operis auctor sit, personas ait proprietate distingui; loquebatur autem de proprietatibus relatiuis. S. Ambros. lib. 1. ad Gratianum de fide, cap. 2. inter Patrem, & Filium generationis distinctionem ponit, & libr. 4. cap. 4. *Generare*, inquit, *non substantiam, sed proprietatem significat.* S. Augustin. in libris de Trinitate non solùm hoc docet, sed sæpiùs explicat & declarat ac si futuræ disceptationi prouideret: Nam lib. 6. cap. 2. affirmat Patrem & Filium in absolutis cõuenire, ac solùm relatione distingui; & idem docet 7. de Trinitate, cap. vltim. & lib. 9. cap. 1. lib. 5. cap. 5. 11. 13. & 14. & tract. 39. in Ioannem. *Hoc solo* (inquit) *numerum insinuant, quòd ad inuicem sunt, non quòd ad se sunt.* Quid clariùs? In hoc solo docet numerum cerni quòd ad inuicem sunt, scilicèt quòd referuntur inter se; non quòd ad se singulæ personæ sunt secundum absoluta: sola ergo relatio cernitur in numero personarũ, & absolutum in vnitate essentiæ. Idem docet serm. 38. de tempore, si tamen Augustino ij sermones attribuendi sint. Idem docet S. Fulgentius de Fide ad Petrum cap. 1. & 2. idem S. Bernard. lib. 5. de consideratione ad Eugenium c. 8. suffragatur S. Anselm. S. Augustini consectator planissimè lib. de Incarnatione cap. 3. & de processione Spiritus Sancti cap. 1. 2. & 3. affirmans solam relationem multiplicare personas. Et c. 2. edidit theorema illud vsitatissimum, *In diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio*, quo vtitur Concilium Florentinum sess. 19. Item Richard. lib. 2. cap. 5. *Notandum* (inquit) *quòd huiusmodi differentia proprietatum in solo constat numero producentium.* Et eadem est ratio de solo numero relationum. Et Boetius lib. de Trinitate ad finem ait solam relationẽ multiplicare Trinitatem. Et Albinus Alcuinus libr. 1. de Trinitate affirmat nihil ad se dictum, plurali numero esse dicendum in diuinis, id est, nihil absolutum multiplicari. Et consentiunt omnes Scholastici, quos refert Dyonisius Carthusianus ad numerum, d. 26. q. 2.

Accedunt definitiones Conciliorum. Et petimus primum locum arguendi à Concilio Florentino sess. 18. vbi Patriarcha sapientissimus Hierosolymorum Ioannes agens partes latinas sic inquit. *Sola relatio apud omnes tàm Græcos, quam Latinos Doctores, diuina processione personas multiplicat; ita vt non vlla alia ratione, quam vi relationis Pater à Filio, ac vna persona ab alia differat.* Quæ verba nullum commentarium permittunt, sed explicatissima sũt, & solam relationem vi sua personas distinguere atteștantur; eamque omnium Doctorum fuisse perpetuam sententiam. Sed ipsum Concilium Florentinum sess. 19. vtitur axiomate Boetij: *In diuinis omnia sunt vnum, vbi non obuiat relationis oppositio*; quod plane confirmat sententiam Ioannis. Præterea in Concilio Toletano 11. in professione fidei sic definitur, *Quæ cum relatiuè tres personæ dicãtur, vna tamẽ naturalis substantia creditur.* Et infra. *In relatione personarum numerus cernitur.* Proponamus ergo exemplum clarissimum: Duo homines qui relatiuè dicuntur, scilicèt Pater, & Filius, neq; dicuntur duę personę relatiuę, neq; duo relatiuè, sed dicũtur duo relata. Dumenim dicitur quòd sũt duæ personæ relatiuę, indicatur numerum à relatione prouenire;

S. Bernard. *S. Anselm.* Axioma eius, quo vtitur *Conc. Flor.* *Richard.* *Boet.* *Albin. Alc.* Omnes Scholastici apud *Carthus.* 22. Concilia *Ioan. Theol. Conc. Flor.* *Idem Conc.* vtẽs axiomate prædicto *Boetij.* *Conc. Tol. 11.* Testimonia. Testim. 2. Pro 1. exẽpl. Duo homines relatiuè dicti, nec sũt duæ personę relatiuè, nec duo relatiuè, sed duo relata. Ratio.

Ioan. Cypar. ex S. Dion. *S. Athanas.* *S. Nazianz* *S. Basil.* *Nissen.* *S. Cyrill.* *S. Damasc.* *S. Iustin.* *S. Anastas.* *S. Hieron:* *S. Ambros.* 1. locus. 2. locus. *S. Augustin.* multis in locis. *Idem.* *S. Fulg.* *Idem*

nire; quare neque duę personę relatiuæ, neque duo relatiuè dicuntur homines duo: hoc autem ipsum Concilium explicauit. *In relatione*, inquit, *personarum numerus cernitur*; ergo absque dubio à relatione est numerus; ergo & distinctio à relatione petenda est. Sed præterea additur, *Ergo hoc solùm numerum insinuat, quòd ad inuicem sunt; & in hoc, numero carent, quòd in se sunt, id est, absoluta sunt.* Quibus verbis nullus reliquus est cunctandi locus; siquidem solum hoc definitur numerum insinuare quod ad inuicem sunt, hoc est, referuntur. Et cõfirmatur nostra sententia, quia ista verba deprõpta sunt ex S. Augustino tract. 39. in Ioannem, quem locum paulò anteà recitauimus; Augustinus autem clarissimè credidit solam relationem facere numerum in diuinis vsque adeò, vt dubitaret quomodo dicerentur personæ tres, quia nomen personæ videbatur nõ relatiuum, sed absolutum; ergo ipsa verba Concilij ab Augustino petita iuxta mẽtem S. Augustini accipienda sunt; aliàs essent potiùs explicanda, quàm vsurpãda. Est ergo definitio Concilij Toletani luce illustrior. Et in Concilio Vuormaciensi in cõfessione fidei, distinctio personarum explicatur per hoc, quòd Pater non est ad se, sed ad aliud.

Pro 1. explicatio ex 2.

3. Testimon. clarissimum.

Confirm. Hęc verba sũpsit Concil. ex *S. August.* 2. sent. patrono.

Cõc. Vuorm.

23. Sacra pag. Propria nomina personarũ sunt relatiua, quę habemus *Matth.* 28. 1. *Ioan. vlt.*

Deindè probatur Catholica sententia ex eo quòd nomina personarũ sunt relatiua Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; & Baptismus institutus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et primæ Ioannis vltimo, *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbũ, & Spiritus Sanctus.* Et omnes Patres interpretantur, *Verbum*, esse nomen relatiuum; aliàs esset substantia, siue essentia intelligibilis à Patre distincta, vt verbum nostrum ab intellectu distinguitur secundum essentiam. At verò S. Damasus in suo symbolo, quod habetur apud S. Hieronymum, definit hęc esse propria nomina personarum. Quòd si personæ essent absolutę, nomina relatiua non essent propria, sed accommodata, vt Socrates dicitur filius Sophronisci, cuius nomen proprium non est filius Sophronisci, sed Socrates. Hoc ipsum cõfirmatur, quia symbola Ecclesiæ, & omnia Cõcilia ijsdem nominibus relatiuis nuncupant personas diuinas, & ijsdem profitentur esse personas distinctas, vt licet

S. Damas. Apud *Hier.* in suo symbolo ita definit. Nõ essent nisi accommodata nomina si personæ essent absolutæ.

Exempl.

Confirm. ex Symbolis Ecclesiæ, & Cõc.

A animaduertere in symbolo Apostolorũ, & Nysseno, & S. Athanasij, & in Concilijs præsertim Lateranensi cap. *Firmitèr*, & cap. *Damnamus*.

Relatiua nomina in symbol. Apostol. Nyss. & S. Ath. *Conc. Lat.*

Vt igitur aperiam id quod sentio de opinione Ioannis à Ripa, prius est explicandum, an quæstio sit de re ipsa, an de nostro modo intelligendi, quo personam cõstituimus, & distinguimus. De re ipsa loquendo existimo hæresim esse damnatam in Concilijs, & maximè in Toletano quòd quis credat esse in Deo res absolutas tres, sed vnã rem simplicissimam absolutam, & tres res relatiuas.

24. Censura, si quæst. sit de re.

1. Sent. est hęresis damnata in Cõcilijs, maximè in Tolet.

25. *Scoti* explicatio ad 2. testimon. *Conc. Tolet.*

Ioannes Scotus commentarium affert Concilij Toletani pro tuenda opinione Ioannis à Ripa, scilicèt, quòd *in relatione personarũ numerus cernitur*, id est, indicatur, ita vt possit persona esse absoluta, & indicari siue significari per relationem. Sed tamen licuit aduertere Doctori subtili, quòd Concilium non potest explicari ad libitum hominũ. Igitur Patribus, & Doctoribus vniuersis consentientibus, & omnibus Ecclesiasticis sanctionibus acclamantibus relatiua, ille cõmẽtarius cõtrari⁹ nullus est. Reliquum est autẽ vt definitio Cõcilij simpliciter recipiatur, scilicèt, quòd in relatione numerus personarum cernitur, siue indicatur, siue significatur, & si libet ita dicere, quòd relatio sit signũ numeri; dummodò hæc omnia idem significent, quod Concilium definierat, & personas esse relatiuè plures. Et id quod subdit, quòd sola relatio multiplicat; nõ absolutum, sed sola relatio. Hæc est ergo veritas Catholica quibuscunque verbis significetur.

Improbatur.

Explicat etiam Scotus Cõcilium Florentinum, quòd *Pater omnia dedit Filio præter esse Patrem*, quòd simul excipitur cum paternitate proprietas absoluta, quę cum illa coniuncta est, quam etiam non dedit Filio. Vellem tamen aliquando persuasum esse Theologis, quòd nulla nobis facultas data sit interpretandi Cõcilia ex proprio capite refragantibus Patribus & communi sentẽtia; quòd si interpretari non licet, hoc nobis incumbit, vt simpliciter acquiescamus. Sed vt ad rem veniamus, isthæc explicatio penitus futilis est, nam si aliundè sciremus esse proprietatem absolutam in Patre, rectè diceremus cum paternitate

Est contra Patres, & Doctores omnes.

26. *Scoti* explicatio ad *Conc. Flor.* adductum lib. 2. c. 32. n. 2.

Concilia non sunt ex proprio capite explicãda refragantibus Patribus.

Ista explic. improbatur vt futilis.

ternitate coniunctam intelligi, & concomitantem. Cum verò ex nullo loco sancti eloquij, aut Conciliorum, aut etiã Patrum constet esse proprietatem absolutam; per hoc ipsum quòd definitur Patrem omnia dedisse præter esse Patrem, definitur id quod est consequens nõ esse scilicèt in Patre proprietatem absolutam; nam & relationem spiratoris communicat Filio. Hæreticum ergo est dicere Patrem esse personam absolutam, & aliquid absolutum præter paternitatem non dedisse Filio.

Ex nullo loco script. Concil. aut Patrũ habetur proprietatem esse absolutam.

27. Censura, si quęst. sit de cõstitutione per intellectum, 1. sèt. est error, & proxima hæresi.

Si verò loquamur de constitutione personę quæ est per operationem intellectus, hæresi est proximũ, & error apertissimus ponere tres proprietates absolutas; quia hoc recidit in hęresim eandé quòd sint tres res absolutæ. Sed in cõstitutione rationis non est planè hæreticum: quia potest esse aliqua tergiversatio; potest enim dici, quòd relatio vt subsistit subsistentiâ absolutâ constituit personam, vt quibusdam viris doctis visum est; & ideo dici tres proprietates absolutas, quoad subsistentiã: vel si quid aliud occurrat ad minuendum errorem Ioannis à Ripa. Nouus commentator quidam Scoti satis argutus, cõcedit errori esse proximam istam sententiam; & Carthusianus affirmat contra Ecclesiæ statuta eandem sententiam pugnare.

Non est planè hæretica. Ratio.

Ea censura est *Rad. cõt. 13.*

Carthusian.

28. Non est error aliquis negare quòd relatio constituit personam.

Præterea licèt error sit contra fidem ponere proprietates absolutas, & parũ distet ab hæresi; non est tamen error aliquis negare, quòd relatio constituat personã; quia nomen constituendi est æquiuocum apud Theologos, vt dicemus. Quòd si quis neget personam distingui relatione, in errorem incidit eundem; nam in relatione numerus cernitur, in numero autem distinctio. Ex qua definitione concluditur quòd vel relatio est ipsa persona distincta, vt dicebat Præpositiuus; vel potiùs est forma, siue proprietas distinguens, vt contra Præpositiuum ostendimus.

Est error idem hic refutatus negare personam distingui relatione.

CAPVT LII.

Argumenta refelluntur.

Scoti 1. Argum. ex *Prouerb. 30.* Ad hũc locum

PRo partibus Ioannis à Ripa arguit Ioannes Scotus ex verbis Prouerb. 30. *Quod est nomen eius, aut nomen Filij eius, si nosti?* Quem locum sic enar-

rat vt videamur ignorare proprium nõmen eius, scilicèt primæ personæ, aut poprium nomen Filij; ergo Pater & Filius non sunt propria nomina, hęc enim habemus, illa ignoramus: nomina ergo propria quæ ignoramus, absoluta sunt non relatiua.

eiusdem explicatio.

2. Argum. ex *S. Augusti.*

Secundò arguitur ex S. Augusti. 7. de Trinitate cap. 1. vbi ait omne relatum esse aliquid absolutum pręter ipsam relationem; ergo vt persona diuina sit relata, priùs est absoluta, prioritate, inquã, rationis, quia relatio in absoluto fundatur. Et confirmatur, quia id quod refertur simpliciter est absolutũ, ex eo enim quod est ad se, potest esse ad aliud; ergo persona simpliciter est res absoluta.

Confirm.

3. Argum.

Tertiò: Relatio postulat extrema distincta; ergo aduenit distinctis; ergo personæ diuinæ priùs distinguuntur absolutis, & tunc aduenit relatio.

4. argum.

Quartò: Conceptus abstractus est prior concreto, quia est simplicior, & forma ipsa significata prior est, quàm res per formã constituta; vt albedo est prior cognitione, & causalitate, quàm album: ergo paternitas est prior cognitione, quàm Pater: est autem paternitas simul cognitione cum filiatione opposita; ergo antequam intelligamus Patrem, intelligimus filiationem; ergo filiatio non est res procedens à Patre, sed inter personas absolutas est origo, & tunc aduenit relatio.

5. Argum.

Quintò: Id quod procedit ordine cognitionis, est posterius illo à quo procedit; sed relata sunt simul cognitione; ergo ante diuinas relationes, quæ sunt simul, intelligendæ sunt diuinæ personę per absolutas proprietates constitutæ, vt vna procedat ab alia.

6. Argum.

Sextò: Relatio non est per se terminus actionis etiã in diuinis; prius enim intelligitur persona Filij genita quàm relata: ergo prius cõstituitur proprietate aliqua absoluta.

7. Argum.

Septimò: Generatio actiua est à suppósito, est enim operatio nõ naturæ, sed personæ; natura enim non generat, sed persona: priùs ergo intelligitur persona, quàm generatio, & generatio ante paternitatem; ergo in ista antecedentia intelligitur persona constituta aliqua proprietate absoluta, cum antecedat relationem.

8. Argum.

Postremò deducuntur argumenta ab ipsa

ipsa natura relationis, relatio enim est quædam quidditas; quidditas autem est communicabilis; ergo nulla relatio est proprietas hypostatica, quã necesse est esse incommunicabilem. Præterea ex tribus relationibus diuinis potest abstrahi conceptus cõmunis quidditatiuè, qui ex proprietatibus personalibus abstrahi non potest: nam proprietas personalis est simplex conceptus, qui non potest contineri sub conceptu communi; esset enim compositus ex communi, & particulari, & ea compositio inueniri non potest in conceptu simplici.

Confirm.

Aduertenda.

9. 1. Aduert.

HÆc quæ proposuimus argumenta, suam habent difficultatẽ ad exercitanda ingenia, quorum accurata agitatio ampliorem locum obtinet hoc eodem libro; sed argumentorum solutiones indicãbimꝰ, vt possit perspici quòd nihil habeant solidi, nullumque faciant dubium in re certissima. Quòd si disputatio sit de re ipsa, nulla est prioritas, nulla proprietas personæ, sed sunt tres relationes subsistentes, quas nos intelligimus per suas proprietates, constituẽdo personas nostro modo intelligendi. De constitutione ergo personæ, quæ est per intellectum, procedunt argumenta. Et hoc est, dunta xat obseruandũ in quo quęstio hęc, vt in cardine versatur; quòd relatio diuina quatenùs est forma hypostatica cognita absoluto cõceptu cõstituit, & distinguit hypostasim, siue personam, & antecedit originem: at verò vt relatio est, relatiuo conceptu sequitur originem. Et hoc posteà nobis tractandum est, quod S. Thom. docet 1. p. q. 40. ar. 4. & de potent. q. 8. art. 3. ad 7.

Si quæst. sit de re, nulla est prioritas, nulla proprietas personæ.

Quæst. est de constitutione per intellectũ.

Veræ sent. summa.

S. Thom.

10. 2. Aduert.

Aduertendum tamen est quoscã negare relationẽ priùs cognosci, quàm relatũ: quia relatio, inquiũt, intelligitur in aliquo, cum esse in aliquo sit intimũ relationi reali; ea autem sic cognita in aliquo, necessariò cognoscitur simul ipsum relatũ, in quo est relatio. Et ita respõdẽt ad argumentum vltimũ negando quòd Scotus assumit relationẽ priùs intelligi quàm relatũ. Sed frustrà illi negant formam relatiuã, vel aliam quamcunq; ordine rationis priùs cognosci, cum in rebus creatis is ordo non solũ sit rationis, sed naturæ; nam vt hoc libr. probatũ est

Quidã negãt relationẽ priùs cognosci, quàm relatũ. *Vasq. disput. 158. cap. 6. Fund.*

Sic respondẽt ad 4. *Scoti.*

Refelluntur.

In creatis ordo naturæ est

A forma creata ordine naturæ priùs producitur, quàm copuletur subiecto; & adhùc priùs naturâ copulator subiecto, quàm cõsiet ipsum coniunctũ ex subiecto, & forma, quia hoc coniunctũ est effectus formalis formæ cõiunctæ, & forma coniuncta significat causalitatem formę antecedentem coniunctum, qui est effectus; ergo prius naturâ producitur forma cõiuncta quàm ipsum cõiunctum ex subiecto, & forma. Quòd si in rebus creatis inuenitur hic ordo naturę, necessariò per analogiam in rebus diuinis est idem B ordo rationis: & vniuersim abstracta, quia sunt priora simplicia, sunt priora concretis, saltem modo intelligendi, vt Deitas prior cognitione quã Deus, quia Deus saltem modo quodam intelligẽdi addit ad Deitatem, est enim Deus is qui habet Deitatem; ergo cum paternitas (verbi gratia) significet relationem, quæ est pars constituens personã, ecquis Philosophus probè negare poterit eam esse cognitione priorẽ; sicut partes componentes sunt natura priores. Confitendũ C ergo est, quod Scotus rectè affirmat, cõsequentia enim illorum argumẽtorum inualida est, & non formidanda. Verum est Marium Victor. lib. 1. contra Arium asserere, quale esse prius qualitate, & eodem lib. affert alia exempla concretorum, quæ sint priora abstractis: sed potest explicari quòd subiectum quod est quale sit prius qualitate: sed ipsum quale formaliter iam est effectus qualitatis & posterius.

vt forma prius sit producta, imò coniũcta subiecto, quam constet coniunctũ, cũ sit effectus formæ cõiunctæ, vt cap. 8 p. 2. cap. 16. p. 2. n. 10. & p. 4. n. 5.

Per analogiã, idem est ordo rationis in diuinis.

Vniuersim abstracta sunt priora concretis, saltem modo intelligendi.

Exempl. Deitatis, & Dei.

Mar. Vict. ait quale esse prius qualitate.

Explicatur de subiecto.

Responsio.

11. Ad 1. arg. Ad locũ Prou. 1. explicatio.

D AD primum argumẽtum respondetur, quòd fermo est in illo loco Prouerb. de cognitione quidditatiua, siue de perfecta comprehensione rei, & ideò dicitur vtrũque ignorari, quid sit Deus, & quid Filius eius sit, & quasi ab ignorãtibus creditur, quod est nomẽ eius, &c. Est autem obseruandum moris esse Hebræis, vt nomen ponant pro re, vnde S. Augustꝰ. Psal. 9. *Cognitio nominis est, cum ille cognoscitur cui nomẽ est.* Aliter etiã explicat hunc locum Paulus Burgensis Episcopus dist. 9. cap. 11. ad finem, quòd per philosophiam naturalem non innotescit nomen Dei proprium, quod est tetragrammaton, neque nomen Filij personale: vel etiam loquitur de nominibus Patris, & Filij, qui per philosophiam non innotescunt, non enim cũ

Mos Hebræorum; ponere nomen pro re *S. Aug.*

2. explicatio *Burgens.*

Christianis hominibus loquebatur, sed cum Ethnicis, vel Iudæis idiotis, quibus nomina personarum diuinarũ non erãt nota. Bartholom. Torres explicat quòd inquiritur ibi nomen Filij eius, scilicẽt Verbum, quasi dicat Salomon nomen Verbi esse occultum, quod fuit à Ioanne Euangelista declaratum; sed hæc expositio non est germana, nam apud Iudæos tam notũ erat nomen Verbi quàm Filij. Interpretatio autem Ioãnis Scoti nõ solùm repugnat S. Damaso definienti nomina personarũ ea esse quę nuncupamus, sc. Patrem, Filium, & Spir. Sanctũ, sed est futilis, & nullius momenti.

3. Explicatio Torres. Improbatur, Scoti explic. repugnat S. Damaso, vt c. 3 n. 13.

Ad secundum respondetur opus non esse, vt S. Augustini verba exponamus; siquidem ipse sibi interpres est eodem loco: colligit enim ex eo quòd relatio fundetur in absoluto, quòd Pater diuinus sit etiam ad se quatenùs Deus est, & non solùm ad aliud, nisi enim esset substantia, non esset relatum. Ad confirmationem respondetur concedendo quòd id quod refertur simpliciter est absolutum; fundatur enim relatio in absoluto, & ipsa relatio diuina, quæ fundatur in origine, aliquo modo fundatur in essẽtia quasi remotè, vt diximus lib. 3. Et ita Pater simpliciter est Deus, quod est absolutum, & persona ipsa simpliciter est essentia absoluta, vt S. August. colligit: nõ tamen est persona absoluta; quia significatur propter appellationẽ, quòd personalitas sit absoluta, quæ nõ est nisi relatiua. At verò quoad ordinem rationis priùs etiam intelligitur quòd hæc persona sit Deus quàm quòd sit Pater, quia conceptus absolutus semper antecedit. Verum est quòd in rebus creatis, quia relatio non subsistit, necessariò aduenit supposito absoluto; at verò relatio diuina quia subsistit nõ est necesse quòd adueniat absoluto subsistenti, imò ipse cõstituit subsistens relatum, vt dicemus.

12. Ad 2. arg. Ad S. Aug. ex ipso.

Ad confirm. Id quod refert simpliciter est absolutum. Ipsa relatio diuina, quę fundatur in origine, fundatur quasi remotè in essentia, vt lib. 3 c. 24. & 30 n. 11.

Persona simpliciter est essentia absoluta sed nõ est persona absoluta propter appellationem, &c. Priùs intelligitur qd hæc psona sit Deus, quàm Pater.

Ratio. Relatio creata aduenit absoluto subsistẽti: diuina constituit subsistẽs.

Ad tertium respõdetur, quòd relatio subsistens, qualis est diuina, non aduenit distinctis, sed ipsa affert secum subsistẽs distinctum ab alijs. Eodẽ ferè modo respondet S. Thom. q. 10. de potent. ar. 3. ad 4. relationes quæ sunt accidentia, aduenire subiectis distinctis: at verò nostro modo intelligendi relatio conceptu absoluto, vt forma hypostatica, distinguit; conceptu verò relatiuo, vt relatio est, aduenit distinctis.

13. Ad 3. arg. Relatio subsistens nõ aduenit distinctis. S. Thom. Nostro modo intelligẽdi relatio cõceptu absoluto distinguit, relatiuo aduenit distinctis, vt n. 9.

Ad quartum respondetur concedendo, quòd abstractum antecedit cõcretũ & forma antecedit constitutum nostro modo intelligendi; & ideò paternitas, vt est forma hypostatica antecedit hypostasim, & adhùc non intelligitur filiatio, quia adhùc conceptus non est relatiuus. At verò Patre, & Filio constitutis hypostaticè; tũc intelligitur paternitas conceptu relatiuo simul cum filiatione, & vtraque relatio conceptu relatiuo est simul cognitione, & consequitur personam. Quare non colligitur quòd filiatio ordine cognitionis antecedat Patrem; nam filiatio, vt est forma hypostatica, est posterior personâ Patris, quia est terminus quasi formalis generationis; at verò vt relatio est relatiuo cõceptu est posterior vtrâque personâ, & simul cognitione cum relatione paternitatis. Eodem modo respondetur ad argumentũ eâ formâ qua Scotus vtitur, nam persona constituitur relatione, vt formâ hypostaticâ conceptu absoluto, & constituitur ex essentia, & relatione; quo pacto persona non est pars cõponens, sed potiùs est totum compositum: relatio verò relatiuo conceptu, eodem conceptu relatiuo constituit non personam, sed relatum, quod est quasi ex persona, & relatione compositũ: & ita concedimus personam intelligi ante relatũ relatiuo cõceptu, sed vt relatum est persona cõceptu absoluto non est pars componẽs, sed est totum compositum ex essentia, & relatione absoluto cõceptu: & omnia quadrant in constitutione diuinæ personæ, sicut in reali cõpositione creatæ psonæ.

14. Ad 4 arg. ex n. 9. & 10. Filiatio vt forma hypostatica est posterior persona Patris; vt relatio relatiuo conceptu, est posterior vtraq; persona, & simul cognitione cũ relatione Paternitatis, vt n. 9. Relatio relatiuo cõceptu cõstituit nõ personam, sed relatũ; quod est quasi ex persona, & relatione compositũ.

Ad quintum concedo, quòd ordine cognitionis relatio vt relatio, est posterior origine & personis; ipsæ tamẽ personæ constituuntur per relationem non vt relatio est, sed vt forma hypostatica, vt postea declarabimus.

15. Ad 5. arg. ex n. 9. & 14.

Ad sextum respondetur, si sermo sit de rebus, relationes diuinas esse operatrices, & creatrices, quia sunt subsistentes in natura diuina: si verò loquamur de nostro modo intelligendi, relatum vt relatum conceptu relatiuo non est per se genitum, sed persona, quæ priùs intelligitur genita, quàm relata; ipsa tamẽ persona cõceptu absoluto constituitur relatione, quatenùs relatio est forma hypostatica; & eadẽ relatio quatenùs relatio est, cõsequitur cõceptu relatiuo.

16. Ad 6. arg. ex n. 9. & 14. In re relationes sunt creatrices. Nostro modo intelligẽdi relatum vt relatum, non est per se genitũ, sed persona, quæ priùs intelligitur genita quàm relata.

Ad

17. Ad 7. arg. ex n.9.& 14.

Ad septimum respondetur eodē modo, quòd generatio est à persona constituta relatione hypostatica, quæ eadem cōceptu relativo sequitur generationē.

18. Ad vlt. arg. Relatio diuina nō est quidditas, sed proprietas.

Ad postremum argumentum respondetur diuinam relationē non esse quidditatem; quidditas enim in Deo est essentia diuina, siue natura absoluta, relationes autem sunt proprietates, & sunt incommunicabiles: aliàs Scotus qui negat diuinas relationes esse proprietates; siquidem sunt quædam quidditates, cōfitebitur eas esse communicabiles, quod est hæreticum. Sed arguit ille quòd si, quod est impossibile, Pater priùs spiraret Spiritum Sanctum quàm gigneret, & deindè ipse Pater, & Spiritus Sanctus gignerent Filium, nomen Patris esset commune duabus personis gignētibus; & ita ex propria ratione Patris esse nomen communicabile. Respondetur tamen ea hypothesi impossibili data, proprium nomen primæ personæ futurum fuisse spiratorem: & ita relatio spiratoris esset proprietas, & paternitas non esset hypostatica proprietas, neque esset ea, quæ re vera est: quare, cum mutata relatione varietur personalitas, argumentum in Scotum retorquetur; indicat enim hæc ipsa ratio arguendi, relationem esse proprietatem, & esse incōmunicabilem; qua mutata variatur persona. Ad Illud alterum respondemus conceptū relationis in diuinis esse analogum, & eo modo analogiæ esse communem, & hoc commune analogum rectè includi cōceptu simplici rerum particulariū, de qua re plura disputabimus lib.5.

Obiectio Scoti ex hypothesi quod Pater prius spiraret, ac deinde ipse & Sp.Sāct. gigneret.

Resp. Tunc spiratoris relatio, nō paternitas esset proprietas Patris.

Cū mutatā relatione varietur proprietas, arg. retorquetur in Scotum.

Ad confirm. In diuinis cōceptus relationis est cōmunis analogus, & includitur in simplici cōceptu particulariū.

CAPVT LIII.

Quinque sunt notiones diuinarum Personarum.

SIquidèm personarum diuinarū proprietates relatiuas esse decretū est; quot sint eæ proprietates succedit quæstio disputanda. Est autem notio apud Patres, & Doctores illa proprietas per quam persona innotescit: quo nomine vtitur S.Basilius epist.43.& lib.2. cōtra Eunom. vocat notas & caracteres personarū. Et S.Augustin.5.de Trinit. cap.6. eodē nomine vtitur. Alexand.etiā Alēs. 1.p.q.68.ar.2. mēb.2. notionē esse quæ hunc ab illo distingui notū facit. Itaque non solùm discerni personas, sed notum facit esse distinctas; ita vt ipsam notionē notissimam esse opus sit. Idem docet S. Thom.d.13.ar.2. ad 2. & Albert.art.8. S.Bonau.d.26.q.4. Est autē notio personarum diuinarum non definitio pluribus nominibus compacta, sed simplex nomen vt paternitas, filiatio nam & notio formalis, quæ est in mēte, est simplex intelligentia, vt colligit ex Tullio Boetius super Topica: & sūt notiones quinque, vt omnes consentiunt, in Patre innascibilitas, & paternitas; in Filio filiatio; spiratio etiam actiua, quæ est cōmunis Patri, & Filio; & spiratio passiua, quę est proprietas Spiritus Sancti. Caput diuidimus in partes duas.

Pars prima: *Quinque sunt notiones in diuinis.*

Secunda: *Ingenitum est notio, & proprietas solius Patris.*

S.Thom. Alb. Magn. S.Bonau.

Notio personarum est simplex nomen, vt paternitas.

Sic notio formalis in mente est simplex intelligentia.

Ex Tullio Boëtius.

Notiones quinque.

PRIMA PARS.

Quinque sunt notiones in diuinis.

1. *Præpositiuus.* negat abstracta, vt lib.1.c.44.n.16.

PRæpositiuus negat nomina abstracta in Deo, vt lib.1. diximus: negabat etiam notiones personarū, quæ nominibus abstractis enunciantur. Contra quē disputat S.Thom.1.p.q.32.art. 2. Et cum probatum iam sit concedendas esse proprietates constituentes personas, opus non est iterum probare dā-das esse notiones, cum proprietas, & notio idem sit. At verò nomina abstracta maximè cōueniunt rebus diuinis, propter simplicitatem ipsam diuinam, quam Præpositiuus commēdare cupiebat: habent enim nomina abstracta modū significandi simpliciorem; quia nomen paternitas verbi gratia, solam paternitatem significat; Pater autem significat paternitatem, & eum qui habet paternitatem; sunt enim nomina concreta composito modo significationis, & idcircò dicuntur cōcreta. Sunt ergo notiones iā numeratæ quinq;: innascibilitas, paternitas, filiatio, spiratio actiua, & passiua.

Item notiones.

Contra eum *S.Thom.*

Ité doctrina c.49.

Proprietas, & notio, idem.

Sciendum autem est, quòd notio est quædā dignitas personæ, siue vt S.Tho. ait q.32.ar.3. notiones sunt prædicata nobiliora personarum. Et idem docet Alexander Alens.1.p.q.68.ar.2.memb. 4.& Gandau.in summa ar.55.q.4. Heruæus, & alij. Est quippè hæc communis

Notiones quinq;, vt suprà.

2.

1. Aduert. Notio est dignitas personę.

S.Thom. Alens. Gandau. Heru.

Notio, est proprietas illa per quam persona innotescit.

S.Basil. S.August. Alens.

S. Damasc.

opinio. Quocirca interpretandum est quod ait Damascenus lib. 1. fidei orthodoxæ, cap. 1. ingenitum non esse dignitatem; quæ tamen est notio Patris: hoc enim dixerimus Patrem Filio præferamus. Nihilominùs dicendum est nostro modo intelligendi ingenitum significari vt dignitatem vnius Patris, de qua re lib. 3. disputatum est, quo pacto dignitas, siue perfectio personalis non sit addita naturæ, neque faciat numerum perfectionis in personis.

Explicatur.

Lib. 3. c. 21. p. 3. n. 14.

2. Aduertit Proprietas, & notio amplissimè.

Secundò igitur loco aduertendū est, quòd nomē, notio siue proprietas, vsurpatur aliquando ampliori significatione, & nonnunquam magis distinctè. Amplissima significatione quicquid pertinet ad personas diuinas dicitur proprietas, & notio; nam essentialia sunt communia, relatiua propria. Et ita origines sunt etiam proprietates, & notiones, & ita vsurpatur nonnunquam à Doctoribus, cum disputant illam quæstionem, vtrùm persona constituatur per originem, an per relationem, vt posteà dicemus. Quāuis ergo quinque notionibus iam numeratis adijcias quatuor origines, siue processiones, non tamen sunt nouem notiones, quia origo, & relatio censentur quasi eadem proprietas, & notio, verbi gratia, paternitas, & generatio actiua est eadem notio, & proprietas Patris, iuxta morem loquendi sanctorum, & ita ponimus quinque duntaxat notiones; spiratio etiam actiua, quamuis sit communis duabus personis, dicitur tamen proprietas, & notio, quia per istam proprietatem, & notionem discernimus Patrem, & Filium ab Spiritu Sancto.

Ea est quidquid pertinet ad personas.

Sic etiam origines sūt proprietates, & notiones.

Adiectę quinque notionib⁹ non dicuntur nouem: quia origo, & relatio censentur quasi eadē proprietas, & notio.

Spiratio, actiua, etsi cōmunis Patri, & Filio, dicitur proprietas, & notio, quia discernit eos ab Spiritu Sancto.

4. Proprietas personalis & notio personalis strictè. *S. Thom.*

Alio modo dicitur proprietas personalis, & notio personalis, vt S. Thom. loquitur, eaq; sola proprietas, siue notio personalis est, quæ personam constituit. Qua nominis vsurpatione solùm sunt tres proprietates, siue notiones personales, scilicèt paternitas, filiatio, & spiratio passiua, quæ constituunt tres personas; spiratio verò actiua non est notio personalis, quia est communis duabus personis, & non constituit personam, sed aduenit constitutis, vt dicemus. Innascibilitas etiam non est proprietas, siue notio personalis, quia quamuis sit solius Patris, non tamē constituit istam personā, quia non est forma constituēs, sed negatio, vt p. 2. capitis dicemus. Sūt ergo notiones, siue proprietates quinque, scilicèt innascibilitas, paternitas, &c. Relationes sunt quatuor; innascibilitas enim non est relatio, qua exceptā manent relationes quatuor; proprietates autē, siue notiones personales sunt tres. Nomen autem notionis apud S. Augustinum reperimus lib. 5. de Trinit. cap. 6. & S. Basilium epistol. 43. Theologi frequentiùs vsurparunt.

Ea est quæ personam constituit.

Sic solùm sunt tres.

Innascibilitas est negatio.

Proprietates siue notiones 5. relationes 4. proprietates, siue notiones personales, 3.

Nomen notionis apud *S. August. S. Basil.*

Apud Theologos frequētius

5.

1. Dubium a *Scot.*

Vnum est dubium quod Ioānes Scotus in 1. d. 28. q. 1. ar. 3. obijcit, siquidem Pater dicitur ingenitus, quia à nullo gignitur aut procedit; quare Filius cū Patre simul non dicetur inspirabilis, siquidem neuter spiratur, hoc est, per spirationem neuter procedit? Et licèt Scotus nō audeat ponere nouam notionē, vt cōmuni sententiæ vnus non obsistat, non dubitat tamen ponendam esse, nisi ratio aliqua afferatur discriminis, vt innascibilitas sit notio, inspirabilitas non sit notio.

Cur inspirabilitas nō sit notio, vt innascibilitas?

6. Respons.

Hoc quod Ioan. Scotus sibi vult ostēdi facile est præstare; suppetunt enim rationes plurimæ istius discriminis: primùm enim ipsum nomen inspirabilis nouum est, & præterea æquiuocum; significat enim Latinè, id quod potest inspirari, quarè potiùs Spiritus Sāctus dicetur inspiratus atque inspirabilis, quam Pater, & Filius; nouandum autem esset nomen, vt inspirabile significet id quod inspirari non potest. Nomen autem ingenitum, Latinū est & vsitatum, notæq; significationis. Tres verò rationes proponit Thomas Caiet. Prima est propter dignitatem, quia solus Pater est primum principium processionis; Filius autē est principium à principio, & ideò dicitur Pater principiū totius Deitatis ab Aug. Obseruat autē S. Thom. 1. p. q. 33. ar. 4. in 1. d. 28. q. 1. art. 1. ad 4. fin. in diuinis non esse prius, & posterius, & ideò melius dici Patrē ingenitum quam principiū primum; per hoc enim quòd dicitur ingenitum, intelligitur quòd non sit ab alio, sed sit primum, & hoc pertinet ad dignitatem: secunda ratio est quia apud nos coniunguntur Pater, & genitus; Pater enim qui genuit genitus quoque est; vt ergo intelligatur quòd Pater Æternus ita est Pater quòd non est alterius Filius, dicitur Pater ingenitus. Tertia ratio est confirmatio secundæ, quia in omni processione deueniendum est ad

Ratio discriminis.

Inspirabilis, nomen est nouum, & æquiuocum.

Tres rationes *Caietani*, ob quas innascibilitas est notio.

1. Ratio ob dignitatem.

Solus Pater est 1. princip. processionis. *ex S. Thom.*

In diuinis nō est prius, & posterius, & ideò melius dicitur Pater ingenitus, quam 1. principium.

Ingenitum infert primū, & pertinet ad dignitatem.

2. Ratio.

3. Ratio est cōfirm. secundæ.

Per ingenitũ, sed innascibile, primum significatur.

S.Hilar.

Ob eand.inspirabilitas non est notio.

1. Ratio.

Non est dignitas.

Non significat primum, sednõ vltimũ in processione

2. Ratio.

Quòd Filius agnoscatur nõ spiratus non opus est explicari.

3. Ratio.

Quòd Filius non sit spiratus, non significat processionem deduci ad illum quasi ad primum, sicut innascibile.

7.

Confirmatio.

Absolutè prima negationibus explicantur.

S.Thom. ex Arist.

Declaratur.

Ingenitũ significat principium non ab alio.

Torres.

A nullo procedere, est dignitas, non autem non procedere ab hoc seu omni processione.

Vt 1, ita 2. principio sua est dignitas.

Non esse vltimum processionis non est

ad primum; primum autem significamus cum dicimus ingenitum, siue innascibilem: quare S.Hilar. lib.de synodis negat esse duos innascibiles, quia essent plures dij. At verò inspirabilitas propter rationes easdem notio non est: tum quia non posse spirari, non est dignitas; neque enim significat principium primum, sed significat quòd non sit vltimum in processione: innascibile verò significat quòd nullo modo procedat neque vt vltimum, neque vt medium; quare significat principium primũ quod est summæ dignitatis: tum etiam quia quòd Filius non sit spiratus non opus est explicari, nullus enim filius apud nos spiratus est, vt filium æternum dicamus non spiratum ad dignoscendum illum: tum denique quia quòd filius nõ sit spiratus non significat processionem deduci ad illum quasi ad primum, sicut significat innascibile siue ingenitum, quod Pater sit primus ad quem processio omnis refertur. Non est ergo inspirabilitas notio aliqua, sed nomen æquiuocum, & non vsurpandum.

Non dissimilia sentiunt qui docent ingenitum attribui Patri, quia ea quæ sunt absolutè prima negationibus explicamus, vt docet S. Thom.q.33.art.4.& d.28.q.1.ar.1.& 2.ex Arist. 10.Metaph. cap.5. neque enim affirmamus negationes solas cõuenire primis, aut quæ sunt secunda non posse per negationem explicari; sed eam quoque causam damus cur Patri ingenitum attribuatur, quia est primum principium, qua dignitate principij primi spectata, nulla notio cõgruit magis Patri, quàm ingenitũ, quod significat principium non ab alio. Hoc idem sibi vult Barthol. Torres affirmãs ingenitum esse notionem, quia negat vtramque processionem; inspirabile verò solam alteram processionem negat; nimirum quia à nullo procedere est dignitas primi principij; at verò non procedere ab hoc, aut non procedere omni processione, non est dignitas. Considerãdum enim est has dignitates intelligi more quodam politico, & idcircò principio primo deferri eã dignitatẽ primi quæ significatur nomine ingeniti: principio autem secundo, scilicèt Filio, sua est dignitas quòd sit principium, quę est notio spiratoris; quòd autem non sit vltimum processionis, hoc est, quòd non procedat vltima processione, nulla est dignitas Filij, sicut non est dignitas Spiritus Sancti quòd non procedat prima processione. Addit etiã Durand. d.26. q.2. inspirabile quod spiratione nõ procedit, contineri in ipsa notione spiratoris; spirator enim non spiratur, sed ipsa notione qua spirator dicitur est inspirabilis. Quòd si obijcias ingenitum etiam cõtineri in notionibus Patris, quia qui generat, & spirat, improcessibilis est siue ingenitus. Respondere possumus pro partibus Durandi, nomen, ingenitũ, explicare in Patre non vnam notionẽ, sed duas simul quæ pertinent ad rationem primi principij, scilicèt quòd generet, & spiret; quamobrẽ congruè additur tertium nomen notionis, quod complectitur duas notiones: at verò inspirabile cõtinetur in actiua spiratione; qui enim spirat, non spiratur; ergo nulla vtilitate additur notio inspirabilis; & hæ omnes rationes abundè persuadẽt non esse cõgruè additam notionem inspirabilis; de congruitate enim addẽdæ notionis disputamus; nullus enim de re ipsa negare potest Patrem, & Filium esse inspirabiles, hoc est, spirari non posse, cum potiùs spirent.

Quidam sunt quibus hæc nomina displicent, vt ingenitum significet in Patre dignitatem quandam positiuam, quam eandem putant constituere personam Patris, vt posteà disputabimus. Existimant enim negationem realem oriri ex aliquo positiuo, quod antecedit in subiecto carente forma, quod positiuum sit oppositum formæ, cuius carentia dicitur negatio: quod acceperunt à Durando d.28.q.1.ar.2. quare & ingenitum in Patre dignitatem quandam positiuam significat, quam putant esse rationem principij primi, quæ sit relatio rationis, quia aduenit relationi. In secunda autẽ & tertia persona non esse ponendas notiones, quibus significamus esse alteram secundam, alteram tertiam. Hæc tamen elucidatio quæstionis modis omnibus improbatur: nam vt mittamus in locum alium nullam esse aliam dignitatem cõstituentem personam Patris; neque eam relationem principij esse rationis, sed realem, de qua re disputatum iam est: nullam causam afferunt discriminis inter ingenitum, & inspirabile; vtrumque enim nomen tribuitur principio, illud

dignitas, sicut etiam non esse per primã processionem.

Ex Durãd. inspirabile cõtinetur in notione spiratoris.

Obiectio.

Respons.

Ingenitum in Patre explicat duas simul notiones ad 1. principiũ pertinentes: quòd generet, & spiret. Vnde congruè additur,

De congruitate addendę notionis disputatur, non de re ipsa.

8.

Circa hęc quorund. sent. *Vasq. disput. 37, cap.5.*

1. eius dictum: Ingenitũ esse dignitatẽ positiuam, &c.

Fund.

Durand.

2 Dictũ: eam dignitatẽ esse rationẽ 1. principij, quę sit relatio rationis, lib. 3.c.22.p.2. n.1.

3. Dictum.

Huius sent.

1. improbatio quoad 1. dictũ vt infrà, & vt lib.2.c.60. nu. 12. & 13. & n. 21. & 22.

2. Improbatio

Ea sent. non soluit 1. dub.

Ostenditur 1.

tribuitur principio generationis, & spirationis; hoc verò soli principio spirationis: ergo si nomen principij cuiuscque est satis ad dignitatem, vt illi voluntas ex hac parte non potiùs ingenitum, quam inspirabile erit dignitas, & notio. Quòd si ingenitum ex eo solùm dicitur notio, quia significat primum; non magis expedit cognosci Patrē vt primum, quàm Filium vt secundum, & Spiritum Sanctū vt tertiū: ergo & hæc nomina erunt notiones in diuinis, scilicèt primum, secūdum, tertium. Sed adhùc non rectè attendunt nullam se afferre quęstionis explicationem; inspirabile enim non significat secundum, neque primum, quia principium Spiritus Sancti non est primum aut secundum, nisi ratione personarum, vt lib. 2. docuimus; quare Spirator inspirabilis non significat secundum principium, vt ideò excludatur à notionibus: quòd etsi significaret secundum, non ideò excludendum esset, vt commó strauimus. Iam verò cum inspirabile significet negationem realem, iuxta eorū doctrinā necesse est vt significet aliquid positiuum, ratione cuius positiui nō minùs dicenda erit notio inspirabilis, quā ingenici; quare nulla ratio discriminis hìc apparet, ob quam sit expungenda notio, inspirabilis.

Illa autem sententia Durandi falsa est, quòd omnis negatio realis consequatur aliquod positiuum oppositū formæ per negationem exclusæ: quia positiua sunt contraria formæ; negatio autem nihil addit subiecto formæ, nisi carentiam illius; vt tenebrosum nihil addit aeri, nisi carentiam lucis; alias per negationem aduenire quid positiuum: aptitudo verò ad formam, quæ in negationibus realibus inuenitur, quia sunt quasi priuationes, non est opposita formæ, sed potiùs consentit cum illa; ergo sub negatione nihil intelligimus positiuum oppositum formæ per negationem exclusæ. Et hoc idē comprobatur, quia illud positiuum oppositum non potest simul inesse cum forma oppositā; ergo aduenire aliquid positiuum per solam negationem formæ, quod nullo modo potest intelligi. Fatemur tamen negationes reales fundari in aliquo positiuo quasi adæquato subiecto, siue fundamēto; sed nihil necessariò addi quod sit oppositum formæ per negationem exclusæ, verbi gratia tenebrosum nihil tale positiuum oppositū luci indicat. In formis autem contrarijs inuenitur negatio cum positiuo contrario, quia ipsa negatio est colligata formæ contrariæ, vt incorruptibile indicat formam cœlestem, quæ non potest de subiecto depelli; sed negatio nihil addit, ratione sui positiuum: quare vnitas enti nihil addit, neq; infinitas, neque ingenitū, neq; ipsum incorruptibile, nisi solas negationes. Quo modo verò ingenitum in diuinis indicet aliquid positiuum, parte secunda capitis explanabimus; nam & hoc Patres insinuarunt.

Aliam verò notionem attribuere videtur Spiritui Sancto Alexāder Alens. 1. p. q. 43. memb. 2. & S. Bonau. in 1. d. 13. q. 2. vt, sicut Pater dicitur ingenitus quia à nullo procedit, Spiritus Sanctus dicatur procedens quia ab vtroque procedit, scilicèt à Patre, & à Filio. Sed nulla ratio hoc persuadet: nam procedere à pluribus nullam indicat dignitatem. Etsi enim in diuinis procedere sit quædam perfectio, & excellentia, quæ potest dici dignitas, & verè est dignitas, ea includitur in notione Spiritus Sancti, sicut in notione Filij, quòd gignatur; quia processio passiua non est notio distincta à relatione procedentis, vt obseruauimus; aliàs essent nouem notiones. Præterea hæ dignitates iudicantur quodam politico modo, quo principio honorem deferimus; quo loquendi more Pater dicitur maior Filio apud Patres, vt lib. 3. enarrauimus. Et hac significatione procedere nō est dignitas, sed producere dignitas est; quare spiratio actiua communis Patri, & Filio est quarta notio, & dignitas. Processio autem ab vtroque non est notio, aut dignitas.

Duæ aliæ notiones possent confingi, scilicèt quòd Spiritus Sanctus sit ingenitus & ingenitor: ingenitus, quia non gignitur, quod tractabimus parte sequēti huius capitis; ingenitor, quia non generat; & in altero conueniret cum Patre, in altero cum Filio; quia cum Patre commune est esse ingenitum, cum Filio esse ingenitorem: imò & inspirator esset proprietas Spiritus Sancti, quia solus non spirat. Sed hæc nomina inconsueta sunt: & præterea non significant dignitatem, quia non generare, non spirare nullam significat perfectionem, neque est

Resp. ex qua improbatur 3. dictū.

Ostenditur 2. Inspirabile nō significat 1. nec 2. qa principium Spiritus Sancti, nō est 1. aut 2. nisi ratione personarum, vt lib. 2. c. 40. n. 7.

Ostenditur 3. ex 1. dicto. Inspirabile significat negationem realem.

9.

3 Improbatio quoad fund. 1 dicti ex *Durand.*

Assertio opposita fund.

Ostenditur 1. Negatio solā entiam addit subiecto formæ.

Aptitudo ad formam nō est opposita formæ, sed cōsentit cum illa.

Ostenditur 2.

Assertionis explicatio 1. Negationes reales fundantur in positiuo, sed non addunt necessario quid oppositū formæ negatæ.

Explicatio 2. In formis contrarijs inuenitur negatio cū positiuo contrario.

Ratio.

Exempl. Negatio nihil addit ratione sui, positiuū.

Exempl. 10.

2. Dubium. *Alens.* & *S. Bonau.* inuentibus quòd sit notio in Sp. Sancto dici procedentem ab vtroq;.

Resol. neg. 1. Ratio. Procedere à pluribus non indicat dignitatem. In diuinis procedere actio & dignitas est sed inclusa in notione cuiusque procedētis

Ostenditur ex n. 3.

2. Ratio. Dignitas indicatur politico modo, secūdū quē procedere non est dignitas, sed producere.

Declaratur ex lib. 3. c. 33. n. 17.

11.

3. Dubium. Sintnè notiones Spir. Sancti esse ingenitum, & ingenitorem?

Idem de inspiratore.

Resol. neg.

1. Ratio.

2. Ratio.

12.
Resol. eadem de processibili seu processione ab alio.

Ratio ex S. Thom.

Notio significat singulare quid in vna p ona, aut duabus.

Cum cómunitate reali cõiungitur vnitas rei singularis.

Processio solaratione est cõmune quid duabus p rsonis.

Resol. ead. de principio.

Ratio.

est nomen dignitatis nostro loquẽdi modo.

Sed neque processibile est notio, quãuis sit quid commune Filio, & Spiritui Sancto; quia vt S. Thom. hic 1. p. q. 32. artic. 3. ad 5. notio significat singulare quid in vna persona aut duabus; quare spirare quæ est operatio singularis licèt sit communis Patri, & Filio communitate reali, cum qua coniungitur identitas, & vnitas rei singularis, benè quidèm est notio: processio autem ab alio solaratione est commune quid Filio, & Spiritui Sancto; nam re ipsa sunt duæ relationes, non vna; & ita processio ab alio non est notio; sicut etiam principium non est notio Patris, & Filij; quia licèt hoc nomen communitate rationis vtrique sit commune, re tamen ipsa principium generationis non est in Filio: & ita principium, vt est re ipsa vnum cum genitore, & spiratore, est solius Patris, & non convenit Filio, vt lib. 5. disputabimus.

13.
Quidam posuerunt notiones 12.

De hac re Alens.

Barg. ponit 32.

Similiter quidam posuerunt duodecim notiones, scilicèt origines quatuor, & relationes quatuor, & ingenitum privatiuè, & relatiuè, & in Patre inspirabile, & in Spiritu Sancto ingenitum: de qua re Alex. Alens. 1. p. q. 60. memb. 4. Sed satis hîc omnia cõfutata sunt. Bargius in 1. d. 28. super 1. & 2. q. Scoti, § Ad 3. lit. C. iuncta d. 32. §. Ad 2. lit. M. ponit 32. notiones, quod est opinionis portẽtum. Non ergo sunt plures notiones, quam quinque, quarum numerus colligitur à S. Thom. 1. p. q. 32. art. 3. ex duplici origine; nam in generatione, quæ est prima origo, Pater est principium, & simul ingenitus, & Filius est res procedens per generationem; est ergo in Patre innascibilitas, & paternitas, in Filio filiatio: deinde est in Patre, & Filio spiratio activa, in Spiritu Sancto passiua. Et ita sunt notiones quinque. Cardinalis Sernarius colligit in rebus diuinis numerum ad quatuor species dilatari: est enim in Deo binarius processionũ, ternarius personarum, quaternarius relationum, quinariusque notionum.

Quinque asseruntur,

Hic numer⁹ à S. Thoma colligitur ex duplici origine,

Card. Sern. colligit in diuinis 4. species numeri.

14.
4 Dubium: Sintnè diuersa nominavnius personæ, diuersæ notiones?

Resol. Est vna notio diuersis nomi

Adhùc dubitari potest, vtrùm diuersa nomina personæ sint notiones diuersæ, vt Filius appellatur Verbum, & Imago? Facilè respondetur esse vnam notionẽ significatam diuersis nominibus, & cõceptibus; quia hæc tria nomina sunt propria personæ, & significant proprietatẽ hypostaticam, diuersis quidèm conceptibus, vt lib. 2. exposuimus. Quare cum origines, & processiones reuocemus ad relationes personales, nihil mirũ quòd nomina diuersa significantia eãdem relationem personæ pertineant ad vnam notionem.

Aduertendũ tamen est quod S. Thomas ait 1. p. q. 32. art. 2. circa notiones accidere hæresim, vel errorem in fide, scilicèt si aliquid asseratur quod repugnet Ecclesiæ documẽtis. Vnde diximus eos qui negant proprietates, & notiones esse quibus non possumus explicare distinctionẽ personarum, errare quàm maximè in rebus fidei. Sed tamẽ si quis addat notionem aliquam, ita tamen vt in reliquis eius doctrina consentiat cũ orthodoxa sententia, nulla nota erroris insignienda est, vt si ponat inspirabilitatem esse notionem. Neque verò Doctores Theologi ita consentiunt in numero notionum, vt nefas sit adijcere aliquam, quæ ad easdem pertineat, sed rectè assignatum esse numerũ illum iuxta communem disputationẽ duntaxat decernunt. Et Thom. Caiet. non refutat opinionem inuentam à Ioanne Scoto quasi improbabilem, aut temerariam, quo nomine alij eam immeritò cẽsent.

nibus, & conceptibus significata.

Ratio ex lib. 2. c. 20. p. 2. n. 6

15.
Aduert. ex S. Thom.

Asserés circa notiones aliquid Ecclesiæ repugnans, incidit in hæresim, vel errorẽ in fide.

Si quis addat notionem, in reliquis consentiens doctrinę Ecclesiæ, non errat.

Caiet.

Opus. Scoti de qua n. 5 immeritò notatur vt temeraria.

SECVNDA PARS.

Ingenitum est notio, & proprietas solius Patris,

1.
Præmot.

Innascibile cõmuni nomẽ est quam ingenitum.

CIrca notionem innascibilis, siue ingeniti primùm inuestiganda est nominis significatio. Et videtur nomen ingenitum minùs commune esse, quàm innascibile; natiuitas enim propriè est viuentium, generatio verò etiam non viuẽtium, quare ignis est genitus, siue generatus, non tamen natus, & idcò est innascibilis, sed non ingenitus. Sed tamẽ in Deo, quia nulla est generatio, quæ nõ sit natiuitas, idem valet ingenitum, & innascibile. Verum est quòd S. Anselm. libr. Monolog. cap. 54. asserit Spiritum Sanctum nõ omninò esse ingenitũ, quia genitũ dicimus id quod est ab alio quocunque modo, vt ignis ab igne. Quòd si non est omninò ingenitus, videtur esse aliquo modo genitus, cum tamen nullo modo sit natus, quia non est proles, aut

In Deo idem valent.

Obijcitur S. Anselm.

Respons. Spiritus Sãct: nullo modo dicitur genitus, sicut nec natus, vt lib.2. c. 16.n.1.& c. 18. p.4.n.4.

Filius. Sed tamen hæc locutio ita limãda est, vt nullo modo Spiritus Sanctus dicatur genitus, quod verbum nusquã apud Patres inuenitur: & à S. Anselmo cautum est; nam etsi dixerit non omninò ingenitum, non tamen dixit aliquo modo genitum. Et libr.2. ostensum est Spiritum Sanctum non procedere per generationem etiam cõmuniter dictã: quare nullo modo est genitus, sicut neque natus. Sed dixit S. Anselm. nõ omninò ingenitum, quatenùs ingenitũ significat improcessibile, vt dicemus: at verò Spiritus Sãctus non est improcessibilis: non tamen est in diuinis generatio, quæ non sit natiuitas. Et idcircò ingenitum, & innascibile in rebus diuinis synonima sunt.

Explicatur *S. Anselm.* Spir. Sanctus non omninò ingenitus, id est, nõ improcessibilis.

2. 1. Quæstio. Resolutio. Filius per hoc quòd est genitus, non excluditur à Deitatis natura.

Primum ergo quod apud Patres disputatum legimus circa hanc notionem illud est, quòd Filius à Deitatis natura non excludatur per hoc quod est genitus. Nam Ariani hæretici hoc argumento insultabant Catholicis, contendentes Filium Dei non esse verum Deum, quoniam ingenitum dicebant esse proprietatem diuinæ naturæ, imò quidditatem ipsam diuinam. Et Annomæi addebant se comprehendere Deitatem, quia sciebant quid significaret ingenitum; & hãc esse quidditatem, siue essentiam diuinã: Filium ergo quia genitus est, excludebant à Deo, quia Deus ingenitus est.

Opponitur hæreus Arian. Argum.

Additio Annomæorum.

3. Occurritur. Ingenitũ vel significat increatũ: vel nõ natum. *S. Damasc.* *S. Cyrill.* ait scribi Græcè, in 1. signific. agenito. In 2. agẽnitó.

Huic argumento occurrit communis responsio Patrum, quòd ingenitum sumitur duobus modis, tum vt significet increatum, tum vt significet non natum. Ita sentit S. Ioannes Damasc. lib. 1. fidei orthodox. cap. 9. & S. Cyrill. initio lib. 11. Thesauri, cap. 1. notat apud Græcos discrimen esse quòd ageniton vnico, n, significat increatum, agennitó verò duplici, nn, significat non natum. Primo modo est proprietas diuinæ naturæ ingenitum, & est communis tribus personis; quia Deus per se ingenitus est, hoc est, increatus. Secundo modo Pater quidem ingenitus est, hoc est, non natus; sed Filius est genitus: significat enim hoc nomen agenniton, duplici, nn, proprietatem relatiuam, hoc est, negationẽ natiuitatis; negatio enim reuocatur ad habitum, vt disputat S. August. lib. 5. de Trinitat. cap. 7. quod statim explicabimus.

In 1. est proprietas diuinę naturæ. In 2. proprietas relatiua.

Ratio. Negatio reuocatur ad habitum. *S. August.* vt n. 17.

4. *S. Athanas.* S Athanasius in epistola de decretis Synodi Nyssenæ contra hæresim Arianam testatur, hæreticos per summam fraudem vsos esse hoc nomine, ingenitũ, vt significat increatum: quod ab Ethnicis acceperunt; nam vel etiam ex Sybilla refert S. Iustinus in exhortatione ad gentes carmen illud,

Vnus Deus solus est præmagnus, ingenit°.

Eadem ergo nominis significatione hæretici dicebant Patrem ingenitum, id est, increatum, Filium verò genitum, id est, creatum; cum tamen significatione eadem non solus Pater sit ingenitus, sed Filius quoque ingenitus, & Spiritus Sãctus ingenitus, hoc est, increatus; est enim nomen commune tribus personis, vt diximus. Et ita S. Epiphanius lib. 3. aduersus hæreses, hæresi 76. affirmat Filium, & Spiritum Sanctum, esse ingenitos, hoc est, increatos; & eadem nominis interpretatione refert S. Athanas. in epistola de synodis Arimini, & Seleuciæ, vsum fuisse S. Ignatium in epistola ad Ephesinos, vbi vocat Christum quatenùs Deum, ingenitum, hoc est, increatũ. Et videtur idem indicasse Auctor imperfecti operis (qui liber S. Ioanni Chrysostomo falsò ascribitur) homil. 35. in Matth. vbi Filium appellat ingenitum de ingenito, quem locum immeritò reprehendit Sixtus Senensis in Bibliotheca lib. 6. notat. 92. quasi cum Arianis cõsentientem; illi enim non Filium esse ingenitum, sed genitum, hoc est, creatum aiebant.

1. Significationeomnes personę sunt ingenitæ, ex n.3 de fraude Arianorum in vsu ingeniti 1. significatione. *S. Iustin.* ex Sybilla. *S. Epiphan.* Item apud *S. Athan.* *S. Ignatius.* *Auctor operis imperf.* immeritò reprehenditur à *Sixto Sen.*

5. Ingenitũ, nomen æquiuocum, vt n.3. *S. Athan.* *S. Basil.* *S. Nazian.* *S. Cyrill.* *S. Damasc.*

Istam ambiguitatem nominis ingeniti notarunt S. Athanas. loco nunc cõmemorato, & oratione 2. contra Arianos, & S. Basil. lib. 1. contra Eunomium idem indicat. Et S. Gregor. Nazianz. oratione 3. de Theologia, Sanctus quoque Cyrillus, & S. Ioan. Damasc. locis citatis, & Patres alij nomen, ingenitum, æquiuocum esse, vt significet non creatum, vel non natum. Et prima interpretatione apud Philosophos vsitata nomẽ esse Deitatis tribus personis diuinis cõmune; secunda verò significatione nomen esse proprium Patris, quo à Filio distinguitur, quia Pater ingenitus, hoc est, non natus, Filius autem genitus, hoc est, natus.

6. Hæresis de Eunomij, ingenitum dicebat non genitum. *S. Basil.*

Eunomius verò hoc idem nomen ingeniti, videtur in eandem hæresim significatione abs imili contorsisse, vt innuit S. Basil. lib. 1. contra Eunom. vt ingenitus

tus dicatur is qui non generat: & idem indicat S. Gregor. Nazianz. oratione in sancta lumina, & Nicetas in commentario: certè nescio quo significationis abusu, nisi fortè ingenitū acceperit Eunomius pro abhorrente à generatione: & ita appellabat Deum ingenitum, vt Filium Dei verum Deum genitum negaret. Philosophi tamen qui dicebant Deum ingenitum, non ea significatione dicebant; quia non gigneret; sed quia nō esset genitus. Qua ratione Thracius Orpheus apud Clemen. Alex. oratione ad gentes, Deum ait ex se genitum, hoc est, ingenitum, à nullo alio genitum, & omnia genita ab illo his verbis,

S. Naziāz. Nicet.

Refutatur. Philosophi Dei dicebant ingenitū, non quia non gigneret, sed quia non esset genitos.

Orpheus apud Clemen. Alex.

Ex se vnus genitus, genita & sunt omnia ab vno,

Ingenitum autem, hoc est, non genera-tem, nullus Philosophorum dixit.

7. Instat arg. hæreticorum in 2. signific.

Sed adhùc sublata nominis ambiguitate argumentum hæreticorum instat. Nam vt ingenitum significet non natū; si Deus per se est ingenitus, hoc est, per se non natus, solus Pater, qui ingenitus est, Deus est; Filius autem Deus non est, siquidem natus est, & per se ingenitus non est.

8. 1. Resp. Patrū. Ingenitum non significat essentiam diuinam. Est contra Annomæos. *S. Cyrill.* Ingenitum est negatio, q̄ non explicat essentiam. *Idem. S. August.* Probat ratione. Pater & Filius non sunt similes in ijs, quibus differunt.

Ad hoc argumentum illud est primū quod Patres respondent, ingenitum nō significare diuinam essentiā contra Annomæos, qui dicebant ingenitum esse terminum, hoc est, definitionem Deitatis, vt refert S. Cyrill. lib. 2. dialogorum de Trinit. Hoc autem falsitatis conuincitur, quia, ingenitum, est quędam negatio, quæ minimè explicat essentiam, siue quidditatem diuinam; vt docet idem S. Cyrill. lib. 1. Thesauri, cap. 3. & 4. & lib. 11. cap. 1. & idem probat S. August. lib. 5. de Trinit. cap. 6. quia ingenitum negatio est, non substantia: & probat hoc ipsum ratione, quoniam Pater & Filius non sunt similes in ijs, quibus differunt, sed in eo in quo conueniunt, scilicèt in substantia; ingenitum autem & genitum sunt vtriusque differentiæ; ergo ingenitum non est substantia, sicut neque genitum substantia est, sed proprietas personæ.

9. 2. Respons. *S. Aug.* Nomen, ingenitū, pertinet ad relatiua & significat priuationem geniti.

Post hoc assertum, quod est ab omnibus constitutum S. Augustin. respondet ad argumētum, nomen, ingenitum, pertinere ad relatiua, quod posteà explicabimus: quare, ingenitum, non solùm nō est diuina essentia, sed neque proprietas A diuinæ essentiæ; sed est proprietas vnius personæ, sicut genitum est proprietas alterius. Idem indicat S. Greg. Naziāz. orat. 3. Theologiæ, dum huic obiectioni hæreticorum occurrit, *Vox enim ingeniti* (inquit) *hoc significat generationis expertem esse, non autem declarat quidnam naturâ suâ sit, id quod generatione caret.* Est itaque ingenitum proprietas personæ, non naturæ. Quare vt ibidem colligit non est necesse quòd ingenitum & genitum differant naturâ, quāuis sint proprietates distinctæ; quia in natura eadē possunt esse distinctæ, sicut in substantia eâdem sunt distincta accidentia. B Idem significat S. Cyrill. lib. 2. Dialog. illis verbis, *Vox autem ingeniti habet secum cogitationem quandam eius quod est non esse genitum, vnde quodam modo genitum insinuatur simul, cuius qualitatem effugere illa sua proprietate contendit.* Vocat autem proprietatem qualitatem, vt plures substantias caueat dicere. Ingenitum ergo est nomē insinuās relationem geniti, quam effugit, hoc est, cui est oppositum. Et ita indicat in eadē disputatione S. Cyrillus ingenitum esse proprietatem non naturæ, sed personæ; & libr. 11. Thesauri, cap. 1. probat esse quasi accidens, quia non significat substantiam diuinam; quę doctrina est benè hoc loco obseruanda. Vnde etiam D. Basil. lib. 1. de Spiritu Sancto, *Genitus* (inquit) *& ingenitus personæ est differentia, non naturæ:* vbi ingenitum non accipit pro increato, quod est naturæ, sed vt hìc accipimus pro priuatione geniti.

S. Naziāz.

Ingenitum est proprietas personæ, non naturæ.

Genitum, & ingenitū non opus est differre natura.

Ratio.

Exem. lum. *S. Cyrill.*

Explicatur.

Idem.

10. Colligitur cōstare Respons. Patrum.

Probat ingenitū esse quasi accidens.

Ratio.

S. Basil.

Constat ergo Patrum respōsio ad argumentum hæreticorum; quòd ingenitum, hoc est, non natum, nō est proprietas naturæ, sed personæ. Quare etsi Pater sit ingenitus, & Filius genitus; eandē tamen habet vterque naturam, & in eo distinguuntur quòd ille ingenitus sit, iste genitus.

11. Obiectio.

Sed vltrà obijcitur, quoniam natura diuina est per se ingenerabilis, ita vt omni natiuitate careat; quare neque creari potest, neque gigni, aut nasci; ergo Deus est per se ingenitus, hoc est, non natus; ergo Filius cum sit genitus nō est Deus. Respōdetur naturam diuinam non posse nasci, & hoc per se habere, vt nasci nō possit; neque enim natura nascitur, sed persona: negatur tamen quòd Deus per se ha-

Respons. Natura diuina per se habet vt nasci non possit;

Negatur hoc de Deo, quia sumitur concretè, & pro persona.

se habeat vt nasci non possit; nomen enim, Deus, est concretum, & accipitur pro persona, & falsum est enunciatum quòd Deus per se hoc habeat, vt nasci non possit, quia hæc est prædicatio per se, Deus nascitur, vt libr. 5. videbimus.

Conceditur, si sumatur pro Deitate.

Si verò accipias nomen, Deus, pro natura ipsa diuina, concedimus quòd nasci non possit; sed tamen non consequitur, vt persona nasci non possit; nam in

Non tamen conceditur de persona, nam hæc in natura quæ nasci nequit, potest nasci.

natura quæ nasci nequit, potest persona nasci; & ita omninò refutatur argumentum hæreticorum. Quòd verò nomen ipsum, ingenitum, non conueniat naturæ, quamuis illa nasci nequeat, statim declarabimus.

12. 2. Quæst.

Post hæc disputatur inter Theologos, vtrùm, ingenitum, sit proprietas Patris, ita vt non conueniat vlli, nisi Patri? Et

Resolutio, vt in tit.

est concors sententia Patrum & Doctorum, imò Ecclesiæ præscriptum, quòd ingenitum sit solius Patris proprietas.

13. 1. Explicatio, Ingenitū significare principiū ingenitū

Quidam vt hoc persuadeant dixerūt nomen istud significare duo simul, scilicèt principium ingenitum; & hac significatione esse Patris proprietatem: quod

Refellitur à S. Thoma.

rectè S. Thom. refellit 1.p. q.33. art.4. ad 1. quia ingenitum est proprietas distincta à paternitate; quare non significat ipsum Patrē, siue generationis principium; sed solam negationē significat,

Ingenitum solam negationē significat, ex S. Aug.

vt ait S. August. 5. de Trinitat. cap. 7. Et

Probatur.

constat hoc, quia esset nomen istud à sua significatione dimotum, vt esset complexum in significādo, significaret enim duo, quæ vno conceptu nequeunt intelligi, scilicèt principium, & ingenitum.

S. Thom. explicandus n. 17. & 18.

Et notandum est, quod S. Doctor solutione ad 2. ait ingenitum esse id principium quod genitum non est, sed non ait vtrumque illud significari isto nomine, vt statim exponemus. Idem etiam sentit Scotus d. 28. q. 2. art. 1. videlicèt nomine ingeniti solam negationem significari. Sunt tamen qui interpretantur eā

Ei consentit Scotus.

sententiam, quæ fuit S. Bonauent. d. eadem, q. 1. quòd non dixerit nomine ingeniti significari formaliter positiuum;

1. Explic. fuit S. Bonauēt.

sed formaliter negationem, & materialitèr positiuum, hoc autē positiuum esse fontalem plenitudinem. Et hoc quidèm meritò reprehenditur à S. Thoma loco recitato, quia fontalis plenitudo videtur significare principium duplicis processionis: quod in Patre est nomen cōmune complexum principia generatio-

Pro ea cōmēt. Vasq. disput. 140. c. 1.

Ingenitum materialitèr significare positiuum, sc. fōtalē plenitud.

Sic arguitur à S. Thom.

Ratio.

nis, & spirationis: nomen autem commune affirmat S. Thom. non esse notionem, quia nihil addit notionibus particularibus contentis illo nomine. Hoc argumentum S. Thomæ fatentur esse egregium, & normam Theologicam qua conferenda sit doctrina de notionibus diuinis, vt nomen commune non designet notionem in diuinis; aliàs processio quæ est communis generationi, & spirationi, esset specialis notio. Sed respondent nomen hoc plenitudinis fontalis non significare principiū originis, quod est nomen commune principio generādi, & spirandi; sed significare quasi fontem, à quo est processio, quæcunque illa sit, & ipse fons à nullo est.

Normæ & notionibus.

Nomen commune non est notio.

Rationis, & normæ approbatio per auctores dictionarij.

Normæ obstatio.

Ad arg. respōsio intendens aliam significat. fontalis plenitudinis.

14. Hęc Resp. Infirmatur 1.

Sed hæc defensio opinionis infirma est: nam principium à quo est quæcunq; origo, necessariò est nomen commune indicans duo principia: quod euidenter commonstratur: nam si nomē istud fontalis plenitudinis non est commune, significat aliquod singulare principium, verbi gratia principium generandi; ab hoc autē principio non est Spiritus Sānctus; ergo principium à quo est omnis processio, significat principium spirādi: ergo principium à quo est omnis processio significat principium generandi, & spirandi simul; & est nomen commune. Præterea dum aiunt fontem significare principium, quod ab alio non est, iam explicant notionem istam, non positiuè, sed negatiuè, quod & nos facimus. Si verò nomine fontis intelligant principium primum, cum relatio primi sit rationis, cōstituunt ipsam notionem in relatione rationis. Satius autem est primum explicare per negationem realem ingeniti, maximè in diuina processione in qua ex sententia ipsius S. Bonauenturæ prioritas non est realis, sed rationis. Denique si contendunt hoc positiuum, quod præter paternitatem, & spirationem actiuam nihil est nisi relatio primi, si, inquam, hoc positiuum contēdunt esse notionem Patris, frustra additur notio ingeniti, quia nihil indicat, nisi primum, negatione illa quòd non sit ab alio. Quòd si cum Patribus concedunt notionem ingeniti, cessent ab ista explicatione fontalis plenitudinis, quæ nulla notio est.

Infirmatur 1.

Satius est primum explicare per negationem realē ingeniti, quam per relationē, præsertim rationis.

In diuina proces. ex sent. S. Bonauēt. prioritas est rationis, vt lib. 2. c. 61. p. 2. n. 30.

Infirmatur, 2.

15. 2. Explicatio.

Alij ingenitum interpretantur ampla quadam significatione, vt significet negationem

Ingenitum ex vsu significare negationem cuiuscunque processionis, seu improcessibile: genitum verò solam generationem.

gationem cuiuscunq; processionis, quasi dicamus improcessibile; & ita non cõuenit Filio, neque Spiritui Sancto; sed est proprietas Patris: licèt enim Spiritus Sanctus nullo modo sit genitus, vt principio istius disputationis admonuimus, vnde videtur consequens quòd sit aliquo modo ingenitus, tamen vsu & consuetudine loquẽdi, quo nomina cũcta constant, ingenitum vsurpatur ita vt omnem processionem neget; genitum verò ita vt non quamlibet processionẽ significet, sed solam generationem, quæ Spiritui Sancto nullo modo conuenit.

Vel ingenitũ in diuinis accommodari, vt ita significet.

Vel certè in rebus diuinis accommodatum est nomen istud, quod negat primam processionem, scilicèt natiuitatẽ, vt neget etiam secundam; & ita nomen ingenitum negat apud nos omnem processionem; neque Spiritui Sancto potest conuenire, quia non est ingenitus, hoc est, improcessibilis, quod posteà auctoritate Patrum confirmabimus.

Spiritui Sãcto nequit conuenire.

16. 3. explicatio S. Thom.

Alio modo explicatur à S. Thoma responsione ad 2. & ad 5. quòd ingenitũ significat negationem geniti, sed indicat simul quòd sit principium, nõ quòd hæc indicatio insit in vi, & significatione nominis, sed potiùs in consuetudine loquẽdi. Sequitur enim Doctor Sanctus interpretationem S. Augustini 5. de Trinit. cap. 3. quòd ingenitum significet negationem geniti: quæ negatio si simul copuletur cum principio processionis est proprietas Patris, quia Filius est quidèm principium, sed non ingenitum; Spiritus verò Sanctus est ingenitus, sed non est principium. Sed hæc responsio incidit in illam sententiam, quam ipse Doctor Sanctus refutauerat ad 1. quòd ingenitum significet duo, scilicèt principium ingenitum. Possumus tamen dicere solam negationem significari, principium verò indicari, siue connotari, vt aiunt Dialectici. Magis ergo placet doctrina eiusdem Doctoris eadem responsione ad 2. quòd ingenitum vsu loquendi significèt negationem cuiuscũq; processionis, quod est improcessibile. Hoc enim nomen Theologi vsurpant.

Ingenitum significare negationem geniti, sed simul indicare nõ vi significationis sed ex consuetudine, esse principium.

Quoad negationem est S. Thom. & S. August.

Adiungit principium.

Incidit hæc explic. in 1. refutatã n. 13.

Moderatio.

Videtur tamen quòd adhùc ingenitum non sit proprietas Patris, quia conuenit naturæ diuinæ, quæ nullo modo procedit ab alio. Quidam asserunt naturam diuinam in Filio non debere dici ingenitam, quia est per generationem communicata, de qua re lib. 2. disputauimus. Quare solus Pater est omninò ingenitus, quia neque procedit, neque per aliquam processionem communicatur; natura enim diuina etsi non gignatur, tamen per generationem communicatur. Potest etiam concedi ingenitũ conuenire naturæ diuinæ, & nihilominùs esse proprietatem Patris, nam hoc quod est esse primum conuenit Deitati essentialiter, Patri verò personaliter. Vnde Hugo Etherianus ait Patrem esse primũ illud principium à quo Filius etiam est, qui aliorum est principium. Improcessibile ergo licèt tribuatur naturæ diuinæ, quæ à nullo procedit, non tamẽ alijs tribuitur personis, sed soli Patri, qui neque essentialiter, neq; personaliter procedit: Filius verò & Spiritus Sãctus habent quidèm naturam improcessibilẽ, & sunt improcessibiles essentialiter, sed personaliter procedunt à Patre, & non sunt improcessibiles personaliter. Et ita refutatur clarissimè calumnia hæreticorum, qui Patrem vocabant ingenitum, & anarcon, hoc est, principiũ sine principio, vt Filium excluderent à Deitate, vt refert S. Gregor. Nazianzen. orat. 3. nam licèt Pater hoc habeat personaliter quod habet natura diuina essentialiter; tamen Filius, & Spiritus Sanctus idem habent essentiale, scilicèt vt habeant essentiam à nullo processibilem; non tamen habent idem personale, quia personaliter à Patre procedunt.

Prefertur 2. explicatio, quæ est S. Thom.

Tertia est explicatio melior, & doctior: est enim ingenitum quasi nomen priuatiuum, sunt autem priuationis tria genera, vt ex Aristotele obseruat Diuus Thomas in sententijs libr. 1. d. 28. q. 1. ar. 1. & 1. p. q. 34. ar. 4. ad 2. & in 1. d. 13. q. 1. art. 4. quod acceptum est ab Arist. 5. Metaph. tex. 23. Primum genus priuatorum extra genus, quando aliquid caret ea forma, quam res extra genus suum potest habere; vt si lapidem dicamus mortuũ quia caret vita, licèt enim inanimatum quod est genus lapidis, vitam non habeat; tamẽ extra genus sunt pleraque alia viuentia, cum quibus lapis collatus dicitur inanimatum, & vita carens. Secundum genus priuatorum intra genus; vt talpa, quæ in genere animantium caret aspectu, & potest dici cæca, cum tamen propria species talpæ non sit apta videre. Tertium genus priuatorum

17. Obiectio. 1. Respons. quorundam, Naturã diuinã in Filio nõ dici ingenitam, vt lib. 2. c. 63.

quare solus Pater est omninò ingenitus.

Ratio.

2. Respons. Ingenitum cõuenit naturæ essentialiter: Patri essentialiter, & personaliter, sicut & primum.

Hug. Eth. Idem de improcessibili.

Filius, & Spiritus Sanctus essentialiter sũt improcessibiles, sed personaliter processibiles.

Refutatur hæresis, de qua n. 2.

S. Naziãz.

18. 3. Resp. melior. Ingenitum est quasi priuatiuum.

Tria sũt genera priuationis ex S. Thom. & Arist.

1. priuatorum extra genus: quãdo aliquid caret forma quam extra genus suum potest habere. Exempl.

2. priuatorum intra genus. Exempl.

3. priuatorum

in specie, siue in individuo: quadores, &c.

Hęc priuatio imperfecta est.

2. genere priuatorum ingenitũ est persona nõ genita.

Ratio.

Generatio proprię conuenit personæ, non naturæ.

4. Respons. *S. Tho.* cit. n.13. ferè ead.

Ingenitũ accipit intra genus principij.

Quid dicatur propriè ingenitum?

Illatum: Ingenitum intra genus hypostasum, vel principiorũ, est proprietas solius Patris.

Idem vult *S. Augusł.*

Ostenditur.

natorum in specie, siue in individuo, quando ea res, quæ apta est habere formam, caret illa: quæ priuatio imperfectio est, & in diuinis non inuenitur; nam si Spiritus Sanctus posset gigni, gigneretur. Secundo ergo genere priuatorum ingenitum est persona, siue hypostasis non genita; generatio enim propriè conuenit hypostasi; & ita natura diuina non est ingenita, quia non est hypostasis, sed est natura cui gigni non conuenit. Si ergo ingenitum dicamus id quod est improcessibile, & priuationem accipiamus in suo proprio genere, vt sola persona dicatur ingenita, planissimum est, ingenitum esse proprietatem Patris solius. S. Thom. solut. ad 2. aliter philosophatur eodem modo arguẽdi: accipit enim ingenitum intra principia; principium enim quod potest gignere, dicitur etiam propriè ingenitum; & in idem videtur recidere, hypostasis enim est, quæ potest gignere & gigni: & ita ingenitum intra genus hypostasum, vel principiorum est proprietas solius Patris. Hoc idem vult significare S. Augusł. cum probat ingenitum pertinere ad proprietatem, quia negat genitum; nulla enim esset ista cõsequentia, Ingenitum negat genitum; ergo est proprietas personæ: negatio enim geniti etiam naturæ conuenit; ergo est proprietas etiam naturæ non personæ solius: consequentia ergo bona non esset, nisi acciperetur ingenitum priuatiuè, vt ingenitũ & genitum sit circa idẽ, scilicèt circa personam, quæ potest gigni, aut non gigni: est igitur persona ingenita, sicut & persona genita. Et hoc idem indicant Patres superiùs commemorati. Consentiunt S. Athanas. epist. de synodis Arimini, & Seleuciæ: & Basilius lib. 1. contra Eunomios, asserentes illum esse ingenitum, qui à nullo procedit. Et hoc est quod S. Augusł. probat 5. de Trinit. cap. 7. quòd ingenitum significat relationem remouendo illam; planè enim insinuat eiusdem esse negationem, cuius est habitus: quare sicut persona diuina est, quæ refertur relatione geniti, & non natura; ita etiam personæ ingenitum conuenit non naturæ: quatenùs ingenitum est quasi priuatio geniti in secunda specie priuationis, vt declarauimus.

Ingenitũ priuatiuè, & genitum sunt circa idem, sc. circa personam, seu principiũ.

Idem indicãt Patres cit.

Cõsentiunt *S. Athan.* *S. Basil.*

S. Augusł.

Eiusdem est negatio cuius est habitus, vt ingenitum, & genitum.

19. Obseruandũ *ex S. Cyrill.*

At verò ex S. Cyrillo obseruandum est, cum dixit ingenitum esse quasi accidens, quòd negatio, siue priuatio est accidens rationis; cum ergo ingenitum sit quædam quasi priuatio, est accidens rationis. Nostro autem modo intelligendi multifariam consideratur, si enim non negat omnem processionem, sed solam generationem, Spiritus Sanctus est ingenitus, quia non generatur: si verò non accipiatur vt proprium personæ, natura quoque diuina ingenita est: si denique accipiatur vt est proprium personæ, & negat omnem processionem quasi dicatur improcessibile, est proculdubio proprietas solius Patris, & ita à Doctoribus, Patribusque acceptum intelligendum est.

Ingenitũ est quasi accidens rationis, cum sit quędã quasi priuatio.

Sumitur 1. pro negatione solius generationis.

2. pro negatione non propria personæ, vt increatum.

3. pro improcessibili.

Ex quibus promptum est exponere Patrum sententias, quibus sunt qui probent nomen, ingenitum, significare aliquid positiuum in Patre. Nam D. Basilius lib. 4. contra Eunom. cap. 2. & S. Cyrill. lib. 1. Thesauri, cap. 4. affirmat ingenitum non significare substantiam, sed modum substantiæ, hoc est, proprietatẽ personalem. Et eadem phrasi S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei orthodoxæ, cap. 9. ait nomen, ingenitum, significare existẽtiæ modum, hoc est, proprietatem personæ. Hi Patres cum hæreticis disputãtes, qui probant solum Patrem esse Deũ quia solus est ingenitus; occurrebãt nomen, ingenitum, vt est proprium Patris, non significare essentiam, sed proprietatem; quod nos dicimus philosophicè accipi vt nomen priuatiuum, quod conueniat personæ non naturæ. De illa autẽ quæstione, vtrùm formalitèr hoc nomẽ significet negationem, an positiuum? nihil illis in locis decreuere; cum tamen constet ex Patrum sententijs nomẽ hoc, ingenitum, significare negationem.

20. Patres qui videntur sentire ingenitum esse positiuum, *S. Basil.* *S. Cyrill.*

Explicantur.

Occurrunt Arianis, vt n. 3.

Confirmatio.

21. Ingenitum soli Patri attribuunt Patres Græci. *S. Athanas.* *S. Ignatius.*

NOmẽ ingeniti attribuunt Deo Patri Ecclesiæ olim magistri Græci, & Latini. S. Athanas. in epist. de synodis Arimini, & Seleuciæ, & ibidem testatur post S. Ignatium qui Filium Dei nuncupauit ingenitum, hoc est, increatum epistola sua ad Ephesios, quosdam alios magistros dixisse Patrem ingenitum, Filium verò genitum. Et hoc idem nomen ingeniti recipit S. Athanas. orat. 2. contra Arianos. Et S. Basilius lib. 4. contra Eunomium, & S. Greg. Nazianz. orat.

S. Athan. *S. Basil.* *S. Nazian.*

odati in sancta lumina. Et S. Cyrill. lib. 1. Thesauri, cap. 2. 3. 4. & S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 9. necnon in expositione fidei, vbi negat Filium, & Spiritum Sanctum ingenitos, sed solum Patrem ait ingenitum. Et ex Latinis eadem est sententia Sancti Damasi in Symbolo ad S. Hieron. & S. Hilar. lib. 4. de Trinit. & lib. 9. vtitur nomine innascibilis pro ingenito, quod scholæ etiam receperunt; & libr. de synodis, vbi etiam docet eum qui ponit duos innascibiles, ponere Deos duos. S. August. nomen ingeniti vsurpat, lib. 5. de Trinitat. cap. 6. & 7. & lib. 15. cap. 26. & lib. 93. quæst. q. 2. & S. Anselm. Monolog. 54. & concors schola Theologorum.

S. Cyrill. *S. Damasc.* *Patres Latini* *S. Damasus ad S. Hier.* *S. Hilarius.* *S. August.* *S. Anselm.* Concors sent. Theologorū.

22. Hoc nomen ingeniti, recepere Patres Concilij Antiocheni in epist. ad Paulum Samosetanū, quæ legitur in Bibliotheca Francisci Turriani, & Concil. Tolet. 6. & 11. in confessione fidei, & S. Damasus in Symbolo. Quare nomen hoc, ingenitum, attributum Patri Catholicè est receptum in Ecclesia Dei.

Conc. Antio. *Conc. Tolet.* *S. Damas. in Symb.*

23. Verum est fuisse olim repudiatū propter suspicionē hæresis *Arianę* à Diony. *Alex.* epist. ad Paulum Samosetanum in eadem Bibliotheca Turriani; & à Sācto Athanas. in dialogo Orthodoxi, & Anno mei; quia Ariani solum Patrem ingenitum, hoc est, increatum hæretico spiritu affirmabant. Et ea significatione S. Iustinus, ac S. Epiphan. locis commemoratis Filium, & Spiritum Sanctum ingenitos dixerunt. S. verò *Athanas.* nominis significatione diuersa, ingenitum, hoc est, non natum ascribit soli Patri; & ita sublata ambiguitate nominis, consentiunt omnes Patres.

Olim fuit repudiatum ob suspicionem Arianismi à *Dion. Alex.* *S. Athan.* Pro increato vsurparunt *S. Iustin.* *S. Epiphan.* Pro non nato *S. Athan.* Omnium Patrum consensus.

CAPVT LIIII.

Eadem proprietas quæ distinguit diuinam personam, eandem constituit.

1. VT progrediamur rectâ viâ indagandi veritatem, perutile erit ab aliquorum errore deflectere, qui in cōstitutione diuinæ personę credunt aliud esse quod constituit, aliud quod distinguit. At verò aduertendum est propriū esse formæ rem aliquam constituere; constituere enim est ponere aliquid, quasi statuere, vel simul cum alio statuere, siue componere: materia verò si prius loquendum sit, non constituit rem, sed potiùs subijcitur, siue supponitur vt forma adueniens constituat essentiam, siue speciem. Et materia secunda per accidens, quæ dicitur ipsa substantia, vt est subiectum accidentium, eodem modo se habet ad formas accidentium; quia corpus non constituit album, sed albedo: forma ergo est quæ propriè cōstituit. Et in hac significatione verbum constituendi accipimus hìc. Et hoc significat Aristot. 7. Metaph. text. 49. dum ait actum habere virtutem separandi, & dividendi, vt S. Thom. ibidem notat; id autem dividit quod constituit. Quòd si dicas materiam suo modo constituere, quia est altera pars constituti, siue compositi; eodem sensu etiā distinguit, quia est primum principiū indiuiduationis. Et hoc ipsum antea docuimus materiā esse primum principium indiuiduationis, sed nullo modo formale, aut præcipuum. In diuinis autem rebus cum nihil sit nisi forma, & actus, de formali principio constituendi, & distinguendi est nobis disceptatio.

Prænot. Proprium est formæ constituere rē: quod est aliquid quasi statuere simul cum alio.

Materia 1. nō constituit propriè speciem, sed forma. Sic materia 2, v. c. corpus, non cōstituit album, &c.

Aristot. *S. Thom.*

Est igitur propositio scitissima, & omnibus rebus accōmodanda, id ipsum distinguere vnamquāque rem, quod illam cōstituit: distinctio enim vel est negatio quæ fundatur in re quapiam, vel est relatio, quæ in negatione fundatur, vt suprà docuimus lib. 1. Et vtraq; significatione ens antecedit distinctionem, quia antecedit negationem, quæ fundatur in ente, & relationē quæ in negatione fundatur. Necessariū est ergo priùs constituere ipsum ens, quod est fundamentū distinctionis; negatio autem siue vnitas per se primò sequitur ens; ergo id ipsum quod est causa, siue principiū constituēs hoc ens, distinguit hoc ens; quia distinctio ad hoc ens nihil addit, nisi aut negationē, aut relationem distinguētis: nō potest igitur intelligi, quòd alia forma constituat hoc ens, & alia forma distinguat; nam si est alia forma, iam est aliud ens constitutum, & aliud distinctum. Et hæc est demonstratio euidētissima: quapropter etiamsi sit rationis constitutio, illud idem quod distinguit rem, constituit illam: dum enim apprehendis aliquid, illud sanè cogitando apprehendis, & non aliud. Illud igitur quacūque forma cōstitutum, eâdē intelligas distinctū necesse est; quia per eandē formam qua intelligis

Si est alia forma cōstituens & alia distinguens, iam est aliud ens constitutum, & aliud distinctū. Hæc probatio est demonstr. Axioma & ei⁹ prob. procedit etiā in cōstitutis per rationē

Hæc est sent. Caiet.

Oppositæi imponitur.

intelligis illud constitutum iam est hoc, & non aliud; iam ergo est distinctum: quam sententiam iure optimo tuetur Thomas Caiet. constantissimè, licèt à nonnullis contraria illi falsò ascribatur.

3. Declaratur exemplis, quæ vt distinguũt, sic constituunt.

Materia.

Quantitas.

Proprietas hypost.

Rationale.

Sensibile.

Albedo.

Locus.

Proponamus exemplum: Petrus distinguitur à Paulo materiâ, quantitate, & proprietate personæ; à Brunello differentia rationali; à planta sensibili: accidentariò autem distinguitur ab Æthyope albedine, & loco. Hæc singula ita constituunt, vt distinguant: materia distinguit vt principium individui, non quasi det esse individuum, & eodem modo constituit; quantitas distinguit numero prædicamentali, & similiter constituit Petrum in numero; proprietas distinguit personaliter, & constituit personam; rationale distinguit vt differentia specifica, & constituit speciem; sensibile distinguit à genere subalterno, quia discernit plantas ab animali, & constituit genus subalternum: albedo distinguit per accidens, & constituit per accidens; locus distinguit quasi extraneum, & constituit similiter, vt extraneum. Igitur ipsis oculis est res perspicuè proposita, quòd idem cõstituit quod distinguit.

4. 1. Aduert. In compositione rationis possunt esse plures actus, siue differentiæ cõstituentes.

Vltima differentia est quæ simpliciter cõstituit totum, v.g. hominẽ.

1. Ratio.

2. Ratio.

Declaratio.

Sed tamen vt constitutionem diuinæ personæ clariùs intelligamus opus est aduertere, quòd in compositione rationis possunt esse plures actus, siue differentiæ constituentes, dum aliquid vnum ex pluribus constituitur; vt homo constituitur ex corporeo, animato, sensibili, & rationali: vltima tamen differentia dicitur simpliciter constituere hominẽ; tum quoniam vltima continet priores: tum quoniam vltima dat speciem rei. Corporeum enim non constituit hominem simpliciter, sed corpus; neque animatum, neque sensibile constituit hominem simpliciter: sola ergo vltima differentia dicitur simpliciter constituere hominem. Corporeum autem dum constituit corpus, hominem quoque constituit secundum aliquid, quia homo est corpus; sed non simpliciter, quia potest esse corpus, & non homo; & ita aliæ differentiæ. Rationale verò constituit simpliciter hominem, quia non potest intelligi rationalis, & non homo, vltima quippè differentia est solius speciei propria, reliquæ communes sunt. Rationale etiam quia est vltimum, & vltimum quod non consistit sine prioribus, continet priores differentias, saltem ordine rationis; vt non inueniatur sine illis; quare rationale constituit hominem corporeum, animatum, sensibilem; non quòd omnia hæc formaliter præstet, sed quia omnia hæc complet, & perficit. Cum ergo loquimur de principio formali constituente, loquimur de vltimo formali principio quod simpliciter constituit rem; cætera autem constituentia etiam distinguunt rem; sed vt constituunt non simpliciter, distinguunt quoque non simpliciter; differentiæ enim communes sicut constituunt aliquod genus, ita secundum aliquod genus distinguunt, non tamẽ simpliciter, vt ex dictis liquet.

Corporeum dum cõstituit corpus, hominem quoq; cõstituit secundum aliquid.

2. Rationis exemplum.

1. Rationis exemplum.

Hæc autem accommodanda sunt diuinæ personæ, illa enim vt diximus, constituitur ex natura, & proprietate: quamobrem vtrumque constituit personam, scilicèt natura, & proprietas, natura diuina constituit Deum, proprietas constituit Patrem, vel Filium; persona autem vtrumque complectitur, quia diuina persona, verbi gratia Pater, & est Deus, & est Pater, est Deus Deitate, paternitate Pater; istam ergo personam Deitas constituit Deum, Paternitas Patrem, vt ad finem capitis declarabimus. Sicut ergo Deitas constituit, ita etiam distinguit; Deitas constituit vt forma communis tribus personis, ita etiam distinguit vt communis; distinguit enim singulas personas ab omni re, quæ non est Deus, sed non distinguit vnam personam ab alia; distinguit enim vt forma communis, quæ non potest distinguere illa quibus communis est: paternitas autem quæ est incõmunicabilis proprietas, sicut constituit personam vt forma propria, ita eodem modo distinguit, quapropter distinguit personam ab alijs personis in eadem natura. Quamobrem, vt in naturalibus exemplis disputabamus, essentia diuina non constituit absolutè personam, quia adhùc est forma communis, & potest esse in illa persona, & in illa; sed proprietas est, quæ absolutè constituit personam; non quòd sit differentia, quia differentia est vltima perfectio speciei; essentia autem non est species neq; habet differentiam, sed infinitate sua est

Rationale cõstituit corporeum, animatum, &c. quòd omnia hæc formaliter præstet, sed quia ea perficit.

Hic cum sermo est de principio formali constituente, de vltimo intelligitur.

Cætera sicut cõstituunt nõ simpliciter, sed aliquod genus, ita distinguit.

5. Sic persona diuina constituitur ex natura, & proprietate illa, vt Deus, hac, vt persona.

Declaratur.

Vtraque sicut constituit, ita distinguit: Deitas vt forma cõmunis, ab omni quod Deus non est, nõ à personis, at proprietas etiam ab alijs personis.

Essentia non constituit absolutè personam, sed proprietas.

Proprietas nõ est differentia essentiæ, quia hæc infinitate sua distat ab alijs.

distincta

distincta loco differentiæ ab omni alia essentia; sed proprietas constituit personam, vt proprius actus, & vltimus quo persona est hæc, & incommunicabilis, non vt actus speciei, qui est differentia, sed vt actus individui qui est hypostatica proprietas.

Proprietas cõstituit vt actus individui, nõ vt actus speciei.

6.

2. Aduert. In compositione rationis communia per se non componunt species, nisi additis differentijs.

Exemplum. Ratio.

Est autem obseruandum quòd in cõpositione rationis, communia per se nõ componunt species rerum, nisi additis differentijs: sicut etiam materia, quæ per formam substantialem informata est pars compositi. Itaque natura generica, siue eius differentia non est per se pars istius speciei, aut illius; quia non est actualis pars, potest enim natura generica, & eius differentia inueniri in alia specie, & non in ista: & in hoc imitatur materiam, quæ per se nõ est pars actualis istius aut illius, sed est omnium in potentia pars. Et sicut materia informata hac forma iam est pars istius, & non alterius; ita natura generica, siue differentia generica, adiectâ differentiâ specificâ efficitur pars istius speciei. Itaque per se non constituit speciem; sed adiectâ differentiâ specificâ, ipsa quoque generica differentia constituit speciem. Et in hac constitutione intelligitur id quod anteà dictum est, differentiam genericam non constituere speciem absolutè, & simpliciter; sed secundum aliquid, scilicèt secundum id commune quod est in specie; nam aliàs differentia generica secundum se, antequam illi adijciatur differentia specifica, nullo modo constituit speciem vltimam, verbi gratia, hominem, aut leonem. His igitur coaptatis ad constitutionem diuinæ personæ, ex omni parte erit elucidatum, quomodò essentia, & proprietas constituant. Primum enim non debemus fingere essentiam quasi materiam, aut potentiam passiuam, vt iam declaratum est; sed possumus considerare essentiam secundum quòd per intellectum possunt illi addi proprietates, non tamen vt informantes essentiam, quod etiam obseruatum est. Essentia ergo secundum se nullo modo constituit personam, quia secundum se est tantùm vna, & non est istius, aut illius personæ; addita tamen proprietate tam essentia, quàm proprietas constituit personam: essentia tamen etiam addita proprietate non constituit simplicitèr personam, sed constituit illam secundum aliquid, scilicèt secundum id quod est in ista persona commune; proprietas verò absolutè constituit personam, quia constituit secundum id quod est proprium personæ, sicut differentia specifica est, quæ speciem vltimam simplicitèr constituit.

Natura generica, & eius diff. in hoc imitatur materiã.

Materia non est per se pars actualis huius vel illius, sed pars omniũ in pot. Adiectâ formâ iam est pars istius.

Hoc modo intelligenda cõstitutio secundum quid, de qua n. 4.

Essentia secũdum se nullo modo constituit personã: addita proprietate, essetia cõstituit secundum id quod commune est in persona; proprietas secundum id quod proprium est, ac proindè illa secundũ aliquid, hæc simpliciter.

7.

3. Aduert.

Sed tamen adhùc est perspicaciùs attendendum quòd differentia communis addita, licèt non constituat speciem nisi additâ specificâ differẽtiâ; & quamuis non constituat absolutè & simpliciter, sed secundum aliquid, scilicèt secũdum id quod est commune; tamen constituit prius, quia quod est commune est prius cognitione, vel etiam natura, vt homo priùs natura est sensibilis, quàm rationalis; sensibile ergo constituit priùs, sed non constituit simpliciter. Ita quoque essentia diuina, licèt non constituat personam simplicitèr, quia constituit secundum communia, & non secundum propria; tamen priùs constituit, quàm proprietas; tum quia communia sunt priora proprijs: tum quia absoluta sunt priora relatiuis.

Differentia cõmunis addita constituit priùs.

Ratio.

Sic essentia diuina.

Ratio 1.

Ratio 2.

8.

Obiectio.

Quòd si obijcias in illa prioritate rationis priùs intelligi personam quàm proprietatem: hoc ingenuè negamus: nam illud constitueramus, quòd essentia non constituit personam per se, sed addita proprietate; prius ergo intelligitur proprietas quàm persona; intelligitur enim proprietas coniuncta cum natura ad constituendam personam. At in constitutione ipsa, natura coniuncta cum proprietate priùs constituit, quàm proprietas coniuncta cum natura; priùs enim Pater est ad se quàm ad aliud, & priùs ordine rationis est essentia quàm relatum, vt cum Sancto Augustino notauimus. Et hoc etiam constat in exemplo naturali; nam sensibile priùs constituit hominem, quàm rationalis differentia; non tamen priùs est homo constitutus, quàm intelligatur rationalitas; priùs enim intelligitur vtraque differentia coniuncta, quàm differentia cõmunis constituat speciem; quia per se non constituit speciem, nisi secundum quod coniungitur cum differentia specici.

Resp.

Non prius intelligitur persona, quã proprietas.

At priùs Pater est ad se quàm ad aliud, & priùs essentia quã relatum, vt libr. 5. cap. 30. n. 7. & hic c 39. p. 2. n. 9. & cap. 41. n. 6.

Exempl.

Est tamen discrimen inter constitutionem rationis, quæ in rebus naturalibus agnoscitur, & eam quam medi-

9.

1. Discrimen.

Vltima differentia est perfectissima, proprietas personæ diuinæ nihil addit perfectionis.

2.Discrimen. Natura generica non coniungitur per se necessariò cũ hac differẽtia: essentia cũ proprietatibus maximè.

Non includit in suo conceptu proprietates

In hoc conuenit cum natura generica.

tamur in diuinis: tum quia vltima differentia est perfectissima, proprietas verò personæ diuinæ nihil addit perfectionis: tum quia natura generica siue differentia generica non coniungitur per se necessariò cum hac differentia, vel cum illa; quia res creatæ sunt contingentes, & potest inueniri natura generis in istâ specie vel in illa, si Deus creat istam vel illam: natura verò diuina est per se coniuncta cum proprietatibus personalibus; per se, inquam, hoc est, necessariò, quia nihil in Deo est contingens: non tamen in suo proprio conceptu includit proprietates; qua in re conuenit cum natura generica; quia sicut natura generica abstractione intellectus ab speciebus separata, per se nullam speciem constituit, ita natura diuina eadem præcisione intellectus abstracta à proprietatibus, & personis, per se nullam personam constituit.

10.
4.Aduert.
Cum dicitur naturam priùs cõstituere personam, in nullo priori intelligitur constitutum solius naturæ, sed proprietatis simul

Ratio.
Exempl.

At verò illud adhùc penitus perspiciendum est, quòd cum dicimus naturam addita proprietate prius constituere personam; intelligimus personam esse constitutum vtriusque, scilicèt naturæ & proprietatis simul, vt nulla prioritate rationis sit constitutum solius naturæ, siue essentiæ. Nam in illa prioritate intelligeremus personam cum sola essentia; sicut cum dicimus sensibile addito rationali constituere hominem, in nulla prioritate intelligimus hominem cum sola differentia sensibilis; sed intelligimus hominem vtraque differentia constitutum, quas differentias conferentes inter se, vnam prius alterâ intelligimus. Partimur enim rem simplicem duplici conceptu, quorum vterque non indicat totam rem. Itaque cũ dicimus Patrem priùs esse ad se quàm ad aliud, hoc nomine Patris complectimur vtrumque, & quod ad se est, scilicèt naturam; & quod ad aliud est, scilicèt proprietatem: & deindè partes istius constituti diuidentes, dicimus quòd prius est ad se quàm ad aliud. Sicut iam docuimus libr. 2. idem effectus, in qua identitate nullus est ordo, est à causis ordinatis, quarum altera prior quàm altera concurrit, quia vna pendet ab alia: ad hunc modum persona, quæ est constitutum, non priùs intelligitur constituta Deitate, & postea cõstituta relatione, sed vtrâque necessariò intelligitur constituta; comparantes autem partes illas constituentes, ordinem rationis inuenimus; vt natura priùs constituat, quàm relatio, quæ naturam sequitur.

Declaratur.

Per rationem partes constituti diuidẽtes dicimus illud esse prius adse, quã ad aliud.

Exemplum ex libr.2. c.40. n.11. & 17.

11.
Aduersantiũ
1.Sent.
Vasq. disput. 114. c.7. Fund.

Sunt tamẽ qui illud peruulgatũ axioma supra propositũ ingenuè negant in rebus diuinis; vno coacti argumento: Si enim Filius filiatione qua constituitur, distingueretur ab Spiritu Sancto, etiamsi non esset spirator, distingueretur ab eodem Spiritu Sancto per filiationem qua constituitur, vt Scotus vult in 1. d.11.q. 42. Satius ergo est negare Filium distingui filiatione, qua constituitur; sed spiratione distingui asserendum est.

Scotus vt lib.2.c.43.n.9.

12.
Improbatur vt à se dissidens.
Quæ in re sunt distincta, ratione etiam distinguũtur.

Verùm hæc opinio improbabilis est, & à se ipsa dissidet. Et imprimis considerandum est ea quæ re ipsa sunt distincta, nihilominùs ratione speculante distingui, vt ratio conformetur rei cognitæ. Cum ergo aiunt Filium non distingui ab Spiritu Sancto filiatione, sed spiratione actiua, vel loquuntur de reali distinctione, vel potiùs de distinctione rationis. Si de reali distinctione sit sermo; hæreticorum est asserere Filium nõ distingui ab Spiritu Sancto filiatione, cum filiatio, & Spiritus Sanctus sint res duæ distinctæ. Si verò disseramus de distinctione rationis, idem sentiẽdum est; siquidèm ratio ipsa rei cognitæ conformanda est; ergo omnibus modis filiatio, quæ constituit Filium, distinguit illum.

13.
Respons.

Respondebunt filiationem distinguere Filium, sed non necessariò per se quarto modo: quia si Filius non esset spirator, filiatio non distingueret illum ab Spiritu Sancto, & ita filiatio quæ cõstituit necessariò Filium per se quarto modo, non distinguit illum eodem modo per se. Veniamus ergo ad rem; quærendum enim est de Filio remota spiratione, qua remota esset simul Spiritus Sanctus, essetnè Filius eodem conceptu quo re vera est, an conceptu diuerso includente simul Spiritum Sanctum? si conceptus est diuersus, vt illi confitentur, agnoscant filiationem vero conceptu, quo nunc, vt est, cognoscitur, necessariò per se quarto modo distinguere Filium ab Spiritu Sancto. Et hoc ipsum quod quærendo extorquemus, arguendo commonstrauimus; nam in ipsa constitutione personæ proprietas constituens est actus vltimus, ita vt nihil

Refutatur ex lib.2.c.43.n.10 & cap.44 n.14.21. & 30.

Refutatur 2. probatione axiomatis videnda n.21.

nihil extraneum possit claudi illo conceptu; ergo ideni conceptus qui sic constituit personam, distinguit illam, & separat ab omnibus alijs; nam actus constituens non solùm est proprius, sed adæquatus; ergo eodem modo quo dat esse hoc adæquatè, remouet à quocunq; alio adæquatè, vt per se notum est: hoc enim ab alijs distingui necesse est. Itaq; idem actus est causa adæquata distinctionis per se quarto modo, quæ est causa adæquata constitutionis. Hoc idem probatur, nam etsi personam constituamus solo conceptu, quod illi obijciunt; tamen ille conceptus est verus, quo formaliter repræsentatur vera persona; ergo eodem conceptu illa persona diuina est incommunicabilis, & vna, distincta à quauis alia persona, alias si illo conceptu non est vna & distincta, neque persona est; ergo eodem conceptu cognita persona, cum habet actũ distinguentem, quem habet constituentem; quòd si eadem persona esset Spiritus Sanctus, conceptus non esset idem qui nunc est, qua vna responsione eluditur argumentum Soti.

Actus dans esse hoc adæquatè, remouet à quocunque alio adæquatè.

Hæc procedũt etiam in constitutione per rationem.

Sic ad argum. Scoti, & fũd. 1. sent.

14. 2. Sent. quòd natura diuina cõstituat, relatio distinguat.

His ita explicatis facile est iudicare quòd falsa sit illa opinio, quæ asserit naturam diuinam constituere personam, relationem autem distinguere: nam natura non constituit, nisi addita proprietate, & non constituit simpliciter personam, sed constituit illam secundum id quod est commune. Itaque hæc persona habet à natura, tanquam constitutum naturæ, id solum quod commune est, quo conuenit cum alijs personis: & hoc constitutum non potest intelligi constitui à natura, nisi addita proprietate: est ergo proprietas, quæ constituit simpliciter personam, sine qua non potest intelligi persona. Natura verò sicut constituit secundum id quod est commune, ita secundum idem distinguit; distinguit enim hanc personam ab alijs essentijs creatis: proprietas verò sicut constituit personam secundum id quod est proprium personæ, ita distinguit illam ab alijs personis diuinis.

Improbatur ex n. 4. 6. & 10.

15. 3. Sent. Quòd relatio vt est in aliquo, cõstituit; & vt est ad aliud, distinguit.

Nec minùs improbabilis est illa opinio, quæ asserit relationem secundum quod est in aliquo constituere personam, & secundum quod est ad aliud distinguere. Nam persona secundum propria constituta, iam hoc ipso distinguitur, vt probatum est. Sed hæc sunt posteriùs tractanda.

Improbatur.

Recolendum est tamen quod diximus libro 1. aliam esse distinctionem negatiuam, aliam positiuam, siue relatiuam: quæ negans est, etiam inter non existentia assignatur, vt distinguitur res quæ extat à non existente: quæ verò distinctio relatiua est, inter existentia consideratur. Nos verò nunc loquimur de negatiua distinctione, quæ non postulat rerum aliarum existentiã; verbi gratia Adamus, illicò vt creatus est, negatiua distinctione differebat à posteris nondum progenitis; positiua autem & relatiua distinctio inter eos non erat, quia adhùc posteri non extabant. Ex qua notatione perspicuus erit explicatu locus apud Sanctũ Thomam, cuius difficultate viri docti impediti per inconsiderantiam lapsi sunt. Docet enim S. Thom. dist. 26. quæst. 2. artic. 2. ad 1. & de potentia, quæst. 8. art. 3. & q. 9. art. 5. & opusc. 2. cap. 64. relationem vt est forma hypostatica cõstituere personam), vt subsistens est: at verò distinguere, vt relatio est: quare videtur consequens, vt non eadem ratione constituat, ac distinguat: cuius oppositum hoc capite docuimus: sed eo loco ipse Doctor Sanctus interpres est sui. Ait enim personam constitutam, verbi gratia Patrem, adhùc non distingui à persona Filij, quia adhùc non intelligitur Filius; & affert exemplum de Adamo, & posteris, quo hìc vsi sumus. Ergo cum dixit, relationem vt relatio est, distinguere, planissimè loquebatur de distinctione personarum relatiua, & positiua, non de negatiua distinctione, de qua nobis est disputatio. Nam si de hac sermo sit, cum primum intelligimus Patrem constitutum vt subsistentem, intelligimus illum non esse Filium; & ita per eundem actum constituitur per quem distinguitur, scilicèt per ipsam paternitatem, vt forma hypostatica est, quam posteà explicabimus. Negatiua ergo distinctione distinguitur, per formam hypostaticam, per quam constituitur: relatiua autem distinctione distinguitur per relationem, vt sic, per quam etiam relatiuè constituitur. Et idem est perpetuò actus constituens, & distinguens.

16. Recolendum ex lib. 1. c. 28. p. 1. n. 3.

Duplex distinctio negatiua, & positiua, siue relatiua.

Negatiua etiã inter non existentia datur, relatiua solùm inter existẽtia.

Hìc sermo est de negatiua distinctione.

Per hęc, loci *S. Thomæ* explicatio.

Colligitur ex ipso.

Loquebatur de distinctione relatiua.

Pater cum primum constitutus est subsistẽs, negatiuè distinguitur à Filio per paternitatem vt forma hypostatica est.

Relatiuè distinguitur per relationem, vt relatio est.

17. Corollar. 1. vt n. 4. & 5.

Corollar. 2. vt cap. 54.

Colligimus ergo ex dictis, quòd proprietas hypostatica sit, quæ simpliciter cõstituit personam, scilicèt secũdum id, quod est proprium personæ; & quòd eadem proprietas, quæ constituit, distinguit. Et illud ex dictis habemus certum, quòd hæc proprietas non sit quid absolutum; sed relatio: quo modo ergo relatio constituat diuinam personam, inuestigandum est.

CAPVT LV.

Relatio diuina ex propria ratione constituit subsistens, & multiplicat subsistentia.

CVm persona sit id quod maximè & incõmunicabiliter subsistit, duo sunt expendenda in constitutione personæ diuinæ per relationem; primum, an relatio constituat subsistens? secundum, an constituat illud sub conceptu relatiuo? quæ est præcipua difficultas, & à prima pendet. Prima igitur quæstio hoc capite tractabitur, vtrùm relatio cõstituat subsistens? & diuiditur in partes duas.

Pars prima: *Quid constituat subsistens?*
Secunda: *Quid multiplicet subsistens?*

PARS PRIOR.

Quid constituat subsistens?

1. 1. Conclusio. Relatio diuina constituit subsistens.

Probatur ex cap. 49. à n. 3.

EX ijs quæ anteà dicta sunt, non difficile est persuadere, quòd relatio diuina constituat subsistens, siquidèm persona est maximè subsistens; constituitur autem persona diuina relatione; ergo relatio constituit subsistens, scilicèt personam; eadem ergo certitudine qua probatum est proprietatem constituere personam, probatum etiã est constituere subsistens. Et confirmatur, quoniam secundum fidem Catholicam tres sunt subsistentes res, siue tres subsistentiæ nomine abstracto pro concreto; sed non sunt tres in natura; ergo proprietatibus sunt tres: proprietas ergo constituit subsistens. Neque potest esse dubium inter Catholicos de conclusione ista, cognitis terminis, siue nominibus explicatis.

Confirm. Secundum fidem, sunt tres subsistẽtes res, siue tres subsistentiæ in abstracto.

Cõcl. indubia est, cognitis terminis.

2. Teste *Bañes*

Fuerunt tamen Theologorum nonnulli, vt refert Dominicus Bañes, & inter eos numerat Frãciscum Victoriam, & Dominicum à Soto viros sua ætate clarissimos, qui fortè decepti verbis S. Thomæ, vt dicemus, arbitrati sunt relationem diuinam non constituere subsistens, nisi quatenùs ipsa relatio est essentia, ita vt subsistentia sit vna in tribus personis. Et explicabant Concilia, cũ tres subsistentias esse definiunt, quòd eadem subsistẽtia essentialis tribus modis comparata cũ personis, dicatur triplex subsistentia, vel tres subsistentiæ.

1. opinio *Victor. Sot.* quòd relatio constituit subsistens solùm prout est ipsa essentia, ita vt subsist. sit vna in 3. personis.

Explicat Concilia.

3. 2. opinio dict. consona: qd in Deo solũ subsistentia essentialis, *Capreol. Marsil.*

Differt in explicatione Conciliorum.

Hæc opinio cõsentit cum ea quæ ponit vnam subsistentiam essentialem, & nullas relatiuas, quam tenet Capreolus in 3. d. 1. q. 1. conclusione 3. & 4. & Marsilius q. 2. ar. 1. ac alij, quos suprà cõmemorauimus; nisi quòd in explicatione Conciliorum potest esse diuersitas. Nam simpliciùs explicatur opinio Ioãnis Capreol. si dicamus subsistentias pro hypostasibus vsurpari, & ita esse tres subsistentias, hoc est, tres hypostases; nõ tamen tres subsistentias, vt subsistentia est quædam essentialis perfectio. Magis autem abhorret à veritate 1. opinio, quæ ponunt subsistentiam vnam dici tres subsistentias, prout cum tribus personis comparatur, vt statim disputabimus.

Est verosimilior.

Ratio.

Franciscus Ferrarien. 4. contra gẽt. cap. 26. dum opinatur relationem quatenùs includit essentiam cõstituere personam, in eandem sententiam inclinat; quia non discernens duas partes constitutionis, scilicèt naturam, & relationẽ, vt suprà notauimus; non potest ostẽdere quomodò relatio per se ipsam constituat subsistens: bene tamẽ licet ita opinãti simul asserere quòd relationes tres afferant subsistẽtias tres relatiuas, etiãsi relatio non per se, sed simul cum essẽtia, constituat personam subsistentem.

4. 3. Opinio similis, *Ferrar.* quòd relatio vt includit essentiam, cõstituit personã

Hæc opinio potest admittere tres relatiuas subsistẽtias.

5. 4. Opinio similis, *Bellarmin.* 1. eius assertũ quòd natura non est in personis, sed ipsa subsistẽs.

2. Assertum quòd additis pluribus proprietatibus est in se vnũ subsistens incommunicabile.

Bellarminus lib. 2. de Christo, cap. 15. ad 1. in eadem videtur esse sententia, dum ait naturam non esse in personis, sed esse in se ipsa subsistentem; & addita relatione hoc solùm variari, vt quæ erat in se absolutè, sit in se ipsa incommunicabiliter. Arbitratur enim id quod subsistit non esse in alio, sed in se. Et idcircò vnum subsistens videtur ponere; siquidèm ait naturam non in personis esse, sed in se. Et ita eadem essentia, quæ est in se ipsa, addita paternitate est in se hoc incommunicabile, & addita filiatione est in se hoc incommunicabile; & ita erit

erit vnum subsistens additis pluribus proprietatibus: quod consonat cum auctorum quos cõmemoranimus opinione; sed magis explicatè affirmat sententia ista vnum subsistẽs pluribus proprietatibus additis subsistere: hoc autẽ impossibile esse p. 2. cap. ostendemus.

Hoc refelletur p. 2.

6.

In hac tam varia opinandi ratione, vbique occurrit nominis æquiuocatio, quam sanè mirum est nulli Theologorũ libuisse explicare; si enim subsistentia significet proprietatem naturæ additã, ad personam pertinentem, siue ad hypostasim; certissimum est, secundum fidem Catholicam esse tres subsistentias in Deo, hoc est, tres proprietates, sicut sunt personæ, siue hypostases tres; & nullam esse subsistentiam essentialem, aut absolutam; sicut nulla est persona, siue hypostasis absoluta. Quod rectè docuit Ioan. Marentius in sua professione, Sabellianum esse asseuerans vnam Trinitatis subsistentiam dicere.

Pro iudicio de his, 1. adu.

Æquiuocatio nominis, subsistentia, vt cap. 44. n. 2.

1. Significat proprietatem personæ.

Sic secundũ fidem tres sũt in Deo, & nulla absoluta.

Ioã. Marẽt. Sabellianũ esse ait vnam Trinitatis subsistentiã dicere.

7.

Deindè si subsistentia significet existẽtiam per se, de quæstione ea nihil definitum est ab Ecclesia, sintnè tres existentiæ relatiuæ simul cũ absoluta: nam si relatiuæ existentiæ ponendæ essent, haud dubium foret, relationem ex proprijs afferre secum existentiam relatiuam. At verò in opinione S. Thomæ persistẽtibus quòd nulla est relatiua existentia, dicendum est essentiam quatenùs adiuncta relatione constituit personam, constituere existentem, quia ipsum existere est diuina essentia; & relationẽ constituẽdo personam, ex proprijs nullam existentiam afferre, sed ipsum esse diuinum quod est commune, fieri proprium, per relationem constituentem personam: est ergo vna subsistentia, hoc est, existentia essentialis, & nullæ relatiuæ; neque triplex existentia, etiamsi cũ personis comparetur; quia hæc comparatio non multiplicat id quod est commune & vnum, vt ostendemus.

2. Significat existẽtiã p se.

Si vna sola est, etiam cum personis comparata, vt cap. 43.

S. Thom.

8.

Tum tertio loco si subsistentia significet modum entis intrinsecum, alia est subsistentia, quam natura affert, alia quã affert relatio; quia modus intrinsecus non distinguitur à re ipsa, sed potiùs clauditur in ratione formali cuiusque rei: natura ergo constituit subsistens essentialiter, qui modus subsistendi communis est, vt potè naturæ proprius; relatio verò constituit subsistens relatiuè,

3. Significat modum entis intrinsecum.

Sic alia est subsistẽtia naturæ, alia relationis, vt cap. 41. n. 7.

Ratio.

Modus intrinsecus clauditur in ratione formali rei.

A quod est proprium relati: persona enim constituta subsistit ad se, & ad aliud, vt parte secunda capitis explicabitur; Pater enim est Deus, & potens, quod est ad se subsistens; & generat, & est Pater, quod est subsistens ad aliud, scilicèt relatione constitutum; si enim constitueretur solùm ad se, non constitueretur relatione.

Persona constituta subsistit ad se, & ad aliud.

Ostenditur.

9.

Posthæc aduertendum est, quòd natura diuina subsistit per se, quia est ens perfectissimum; relatio verò diuina etiã si re ipsa sit persona subsistens, significatur tamen vt forma, siue potiùs vt proprietas, cuius non est esse aut operari.

2. Aduert.

Natura diuina subsistit per se, relatio non significatur vt subsistens, sed vt proprietas, cuius non est esse vel operari.

Probatur.

B Et ideò hæc est vera, Deitas creat, Deitas intelligit. Et hæc est falsa, Paternitas intelligit, Paternitas generat. Itaq; Deitas per se ipsam subsistit formaliter; paternitas verò est res subsistens in sensu identico, vt aiunt; & in hoc sensu dicitur Paternitas subsistere, quasi identicè, quia est res subsistens. Sed nostro intelligendi modo non intelligitur vt subsistens; quia significatur duntaxat vt proprietas personæ, cui non conuenit operari. Natura ergo diuina per se subsistẽs constituit personam subsistentem eadẽ subsistentia; siue, vt emendatiùs loquamur, eodem modo subsistendi proprio,

Deitas subsistit per se ipsã formaliter; paternitas in sensu identico.

C naturæ: relatio verò constituit subsistẽs, non quòd ipsa quatenùs proprietas est, subsistat; sed duntaxat constituit vt forma subsistentiæ. Quamobrem non rectè dicitur quòd relatio quatenùs subsistit subsistentia essentiali cõstituit subsistẽs; siquidèm non constituit subsistens quasi prior ipsa subsistat, sed solùmmodò vt forma subsistentis, spectato significandi modo, quo intelligitur vt proprietas subsistentis, & est notum discrimen. Natura enim constituit subsistẽs, cum prior ipsa subsistat, quia ordine rationis priùs intelligitur hic Deus subsistens perfectissimè, quàm Pater subsistens in hac Deitate. Relatio verò nostro intelligendi modo non prius subsistit, quàm constituat: imò priùs constituit personam, cuius est proprium subsistere: postquam verò intelligimus subsistẽtem personã dicimus relationem quoque subsistere identicè, quia est ipsa persona; non tamen intelligitur vt subsistens, cum illi non tribuatur operatio; paternitas enim non generat: neq; verò intelligitur subsistens priùs quam cõstituat. Quarè falsò asseritur relationem quatenùs subsi-

Relatio constituit subsistẽs, non vt subsistens ipsa priùs quatenùs proprietas essẽtiali subsistentia, sed constituit, vt forma subsistentis.

Natura priùs subsistit quã constituat personam subsistentem.

Relatio nostro modo intelligendi postquàm personã constituit subsistentem, dicitur ipsa quoq; subsistere identicè.

Non tamen intelligitur vt subsistens.

Deitas ipsa vt est in persona constituens illam, non intelligitur vt subsistens, sed vt forma subsistentis.

1. Locus S. Thom. explicatur, eũ scil. loqui non de constitutione rationis, sed de re ipsa.

Ex eodem ostenditur.

Ferrar.

Si relationes essent accidentia, & non res subsistẽtes, nõ constituerent subsistens.

2. Locus similiter explicatur.

10.

3. Aduert.

Hæc duo, subsistere absolutè, & subsistere relatiuè, necesse est habeat Pater à distinctis formis.

Relatio ex proprijs cõstituit subsistens.

Ex S. Thom.

per se existens & ad aliud, nõ sunt opposita.

11.

4. Aduert.

Relatio non constituit personam, nisi simul cũ natura

stentem absoluta, & essentiali subsistentia, constituere personam; imò & Deitas ipsa etsi intelligatur subsistẽs in se, prius quàm constituat personam; tamen quatenùs intelligitur, vt est in persona constituens illam, non intelligitur vt subsistens, sed vt forma subsistentis. Cum verò S. Thom. q. 40. ar. 2. ait relationes constituere personas in quantum ipsæ subsistunt, non loquitur de constitutione rationis, sed de re ipsa; vnde subijcit, *Non enim in diuinis distinguũtur concretum, & abstractum*, scilicèt in re ipsa; nam hæc quidèm modo significandi B distinguuntur: sed vult significare relationem non posse constituere personã, si sit accidens; oportet ergo vt sit res subsistens; sed tàmen nostro modo intelligendi non constituit in quantum subsistens, sed duntaxàt vt forma subsistentis. Quare Ferrarien. lib. 4. cõtra gent. cap. 26. rectè ait S. Thomam non loqui de ratione talì constituendi personam, sed de modo constituendi: hoc est, quòd nisi ipsæ relationes essent res subsistentes, non constituerent subsistens. Et eodem sensu explicanda sunt verba S. Doctoris similia de pot. q. 10. ar. 3. & opusc. 2. aliàs 5. cap. 65.

Denique obseruandũ est contra Frãciscum Ferrariensem, quòd cum Pater subsistat essentialiter secũdum quod est C hic Deus; qua Deitatis ratione non distinguitur à Filio; & subsistat incommunicabiliter, & relatiuè, quatenùs Pater est: necesse est quòd à distinctis principijs formalibus, siue à distinctis formis, habeat hæc duo, quæ ratione distinguimus. Sicut ergo est persona ratione cõstituta ex duobus scilicèt ex natura, & relatione; ita hoc quod est subsistere habet à duobus; à natura vt subsistat ad se essentialitèr, & absolutè; à relatione vt D subsistat ad aliud relatiuè, & incommunicabiliter; atque ita relatio ex proprijs suis constituit subsistens. Ad quod pertinet illud S. Thom. assertum, q. 9. de potent. art. 4. ad 12. per se existens, & ad aliud, non esse opposita: ergo neque opposita sunt absolutè subsistens & relatiuè; sed vna & eadem persona subsistit absolutè, & relatiuè.

Aduertendum tamen est, quòd sicut natura nullo modo constituit personã, nisi adiuncta relatione; ita neque relatio constituit personam diuinam, nisi cũ natura simul. Quo modo enim nuda relatio constituet infinitum ens, quod est diuina persona? & ad hoc fortè respexit Franciscus Ferrariensis, dum dixit relationem quatenùs includit essentiã constituere personã: sed potiùs debuit hoc discernere, vt in persona agnoscamus id quod est naturæ, & id quod est proprietatis; ita tamen vt neque natura sine proprietate, neque sine natura proprietas constituat personam, Et ita potuit scitè dixisse, quòd relatio adiuncta naturæ constituat personam.

His explicatis, quæ videntur clarissima, facile erit ostendere quòd proposita sententia Doctorum aliàs insignium, nullo modo sit probabilis. Nã etsi ablata ambiguitate nominis æquiuoci perspiciatur tota res; hoc etiam illis demus vt nomine subsistendi æquiuoco, aliud quid intelligant, quod à nobis non sit explicatum, illud constat, quòd isto nomine subsistentiæ essentialis volunt significare perfectionem aliquam essentialem & vnam, quæ diuersis modis comparata cum personis, dicatur triplex subsistentia. Sed isthæc opinio incredibilis est; nam si triplicem subsistentiam intelligant quasi trinam, vt non sit numerus subsistentiarum, sed in subsistentia vna numerus personarum; non est satis castigata loquutio, vt lib. 5. dicemus, appellare Deitatem trinam, sed Deum trinum; quare neque subsistentia trina dicenda esset, aut triplex, quod nomen minùs aptum est diuinis. At verò Cõcilia non definiunt triplicem subsistẽtiam his verbis, sed potiùs tres subsistentias; subsistentia autem est nomen abstractum quod numerat formam: igitur non est intelligibile, quòd vna subsistentia essentialis non multiplicata, propter vllam rationẽ dicatur tres subsistentiæ, sicut neque tres Deitates. Ad hoc argumentum respõdent, istam subsistentiam tribus modis distinctis coniungi cum tribus personis, & ideò dici subsistẽtias. Quòd si obijcias, posse quoque dici sapientias tres, quia tribus modis coniungitur sapientia cum tribus personis. Respondent subsistentiam aliquid certè esse essentiale, pertinere tamen speciatim ad personas, & ideò ex coniunctione cum personis tribus, posse dici tres subsistentias; non tamen tres sapientias, quia sapientia est aliquid essentiale,

Hæc fuit mẽs *Ferrar.*

Debuit eam t. liter explicare

12.

1. Opinio ex cõsonis vtic. Iudicatur improbabilis.

Improbatio 1. ex 1. aduert.

Improbatio 2.

Sicut Deitas, ita subsistẽtia essentialis nõ trina, aut triplex dicenda est.

Concilia nõ definiunt triplicem subsistentiã his verbis, sed tres subsistentias.

1. Respons.

Confutatur.

3. Respons.

sentiale, quod nullo modo est personale.

13.
1. Respõsionis Refutatio 1.

Modi quibus cogitari potest subsistentia essentialis coniungi cũ personis, si sunt intrinseci, erunt in tribus personis tres modi qui sint tres subsistentiæ.

Hæc opinio sic explanata non concordat cum definitionibus Conciliorũ; quare non est probabilis, neque verosimilis. Et vt partitè singula ostendamus: modos illos quibus natura coniungitur cum personis, aut intelligunt intrinsecos, aut extrinsecos; intrinsecos dicimus qui non distinguuntur à re, imò cõtinẽtur in eius ratione formali, vt quòd substantia sit ens per se: si istos intelligunt modos, necesse est omninò vt in tribus personis sint modi tres, & tres subsistentiæ, siquidem istos modos vocamus subsistentias; non ergo est vna sola essentialis subsistentia, id est, modus vnus subsistendi; sed vnus essentialis, qui dicitur ab aliquibus essentialis subsistẽtia, & tres relatiui, qui dicuntur etiam relatiuæ subsistentiæ. Si verò intelligunt tres modos extrinsecos, ita vt modus ipse personalis additus, non sit subsistẽtia, sed sit modus adueniens subsistentiæ essentiali; propter modos extrinsecos non multiplicatur res; nam quantitas in subiecto, & extra subiectum in sacramẽto, est eadem quantitas, & non duæ quãtitates, etsi habeat modos existendi distinctos; ergo non possunt dici tres subsistentiæ eò quòd vna subsistentia absoluta, & essentialis tribus cum modis copuletur: sed modi quidem erunt tres, subsistẽtia autem vna. Præterea id quod habet se ad aliquid aliqualiter, modo reali & extrinseco, absque dubio est causa, vel effectus; verbi gratia materia, dũ informatur, intelligitur alio modo se habere, modo, inquam reali, propter causalitatem, quæ exercetur inter materiã, & formam. Natura autem diuina coniungitur cum personis per se absque causalitate aliqua, vt fides docet, & ipsa natura simplicissimè est persona; ergo nullus modus realis aduenit naturę quo cõiungatur cum persona; ergo neque ipsa subsistentia essentialis coniungitur cum personis, tribus modis. Præterea in Deo nihil est, nisi essentia, & relatio, & persona quæ ex his constituitur; ergo modi isti vel sunt relationes ipsæ diuerso modo se habentes, aut essentia diuersis modis se habens. Si modi sunt ipsæ relationes aliqualitèr se habentes ad naturam; iam non sunt modi naturæ, sed relationum; ergo subsistẽtia essentialis vna quę est ipsa natura, non est affecta illis modis, vt propter eos tres modos dicatur subsistentia triplex; sed potiùs ipsæ relationes, quarum sunt hi modi, dicentur tres subsistentiæ relatiuæ. Si verò sunt modi tres absoluti ipsius naturæ, hæc est sententia Viterbiensis, qui multiplicabat personas per modos absolutos; dicere autem tres res absolutas error est in fide; ergo non sunt tres modi reales subsistentiæ essentialis; quia modi reales res sunt, siue sint extrinseci, siue intrinseci: nam intrinseci sunt res ipsæ intellectæ; extrinseci verò aduenient rei intellectæ. Imò peius est erratũ hoc, quàm Viterbiensis, quia ille per hos modos multiplicabat personas diuinas. Hi verò Doctores per istos modos, aut relatiuos, aut absolutos ponunt subsistentiam essentialem triplicẽ, quod est multiplicare essentialia: imò si iuxta Concilia dicamus tres subsistentias; dicendæ erunt essentiales subsistentiæ tres; siquidèm, vt aiunt, subsistentia est solum essentialis in Deo.

Si sũt extrinseci, non erũt tres subsistentiæ; quia per modos extrinsecos nõ multiplicatur res. Exemplum quantitatis.

Refutatio 2. Quæ se habet ad aliquid aliqualiter modo reali, & extrinseco est causa, vel effectus. Exemplum materiæ, & formæ.

Refutatio 3.

Si illi modi sũt ipsę relationes seu relationũ, iam subsistentia essentialis non erit prop

Denique natura diuina per proprietates personales non diuiditur, vt notat S. Thom. doctissimè q. 40. ar. 2. quia essent plures naturæ, sed proprietas solũmodò constituit distinctum in natura eadem, ita vt nullo modo distinguatur natura, sed habentes naturam: cum ergo subsistentia essentialis sit ipsa essentia, additis proprietatibus nullo modo diuiditur etiam per istos modos quos aiunt; ergo nullo pacto sunt subsistentiæ tres; sed vna erit duntaxat subsistentia essentialis non diuisa, neque tres subsistentiæ dicendæ erunt: & tamen Concilia definiunt tres subsistentias esse; ergo nõ sola subsistẽtia essentialis est in Deo, sed etiam relatiua. Et confirmatur, quoniam subsistentias tres necesse est dicãt, vel relatiuas, vel absolutas: non absolutas dicent; quia absoluta non multiplicantur: dicant ergo vel coacti relatiuas subsistentias tres, & vnam absolutam, vt & nos dicimus. Itaque non satis est dicere subsistentiam triplicem: sed tres subsistentias, iuxta decreta Conciliorũ: quas tres necesse est confiteri relatiuas, cum in absolutis non sit numerus.

Altera verò responsio nulla est, quòd subsistentia sit quid pertinens ad personas, & ideò dicatur multiplicari, per hoc solum, quòd cum personis coniungitur modis

ter illos tripiex, sed relationes erunt tres subsistentiæ relatiuæ.

Si sunt tres modi absoluti ipsius naturæ, est sententia *Viterb.* de qua cap. 51. n. 20. & lib. 1. c 31. p. 1. n. 14.

Hoc erratum refutatũ peius est, quam illud *Viterbien.*

Ratio. Hoc erratum multiplicat essentialia.

14.
Refutatio 4.
Natura diuina non diuiditur per proprietates personales *ex S. Thom.* sed habentes naturam.

Confirm.

15.
2. Respõsionis Refutatio 1.

Hic non est disput. de modo loquendi, sed de rebus; sintne tres subsistentiæ?

modis distinctis. Primum, quia non disputamus de modo loquendi, sed de rebus ipsis, sintne tres subsistentiæ? Quòd si subsistentia est duntaxat essentialis, & re ipsa non multiplicatur, essentialia enim seruant vnitatem secundum fidem Catholicam; quarè dicendæ sunt subsistentiæ tres, cum verè non sint tres? Præterea hoc responso se ipsos conficiunt, nam si subsistẽtia pertinet ad personas; quare non erunt potiùs tres subsistentiæ in personis tribus, & in personis relatiuis relatiuæ subsistẽtiæ. Præterea si subsistentia est quid essentiale, nihil essentiale pertinet speciatim, vt illi volunt, ad personam diuinam; persona enim solùm addit proprietatem incommunicãtem, & proprietas incommunicans nihil essentiale continet; ergo non magis pertinet subsistentia essentialis ad personas, quam sapientia, aut iustitia. Præterea argumentum factum conuincit, & nullo pacto refellitur; quodcũque enim essentiale sit ipsa subsistentia, nihil sanè est, nisi ipsa essentia; ergo nõ potest multiplicari, vt dicantur plura essentialia. Igitur necesse est vt subsistentiæ quæ dicuntur plures, non sint ipsa subsistentia essentialis; quæ quidem secũdum fidem est vna, si essentialis, quicquid illa sit. Neque potest fingi quòd sint tres, & quòd sint vna; quantumuis defudent ingenia. Nulla ergo ratione potest defendi ista opinio; quia pugnat apertissimè cum fidei documentis. Cum igitur S. Thom. de potent. q. 8. art. 3. ad 7. & q. 10. ar. 5. ad 12. ait rationem constituere in quantum est essentia; eodem modo loquitur quo dixit 1. p. q. 40. art. 2. constituere in quantum est subsistens: quia scilicèt, si relatio esset accidens nõ constitueret hypostasim: sed quia credimus re ipsa relationes diuinas esse hypostases, & esse ipsam essentiam, siue substantiam diuinam; nostro modo intelligendi, percipimus illas nominibus abstractis vt formas hypostaticas: quo intelligendi modo scilicèt formali, & rationibus proprijs distinctis, relatio non constituit subsistens quatenùs ipsa subsistens est: quia non significatur vt subsistens: neque constituit vt essentia; quia essentia non est causa multitudinis personalis, sed potiùs vnitatis: sed constituit vt proprietas hypostatica subsistẽtis. Quæ documenta rectè tradunt Capreolus in 1. d. 26. ar. 1. in argumẽtis soluendis, & Ferrar. 4. contra gent. cap. 26.

Refutatio 1. Ex eade resp. conuincitur 1. opinio.

Refutatio 3. Nihil essentiale pertinet speciatim ad personam.

Refutatio 4. consona cum refutatione 4. 1. respõsionis.

Subsistentia essentialis est ipsa essentia, & nõ potest multiplicari essentiale.

Pugnat ista opinio cum fidei documentis.

S. Thom. explicatur, vt n. 9.

Proprietas nõ constituit vt essentia, quia essentia nõ est causa multitudinis personalis, sed vnitatis

Capreol. Ferrar. 16.

2. Concl. In Deo nihil est, nisi natura proprietas, & persona: relatio verò ex propris cõstituit subsistens.

Illustrabitur p. 2.

Obiectio *Durandi.*

Dicendum ergo est id quod est clarissimum, in Deo nihil esse nisi naturam, personam, & proprietatem; & his esse accommodandum nomen subsistentiæ, explicata æquiuocatione, vt initio capitis fecimus, & antea præstiteramus. Neque negandum est quin relatio ex proprijs cõstituat subsistens, quod pars secunda capitis erit adhùc illustrius. At verò quod obijcit Durandus in 3. d. 1. q. 2. quòd subsistere est quædam perfectio, & idrò non est quid personale, omnis enim perfectio est essentialis: facilè confutatur ex iam dictis; subsistere enim non est res, sed modus rei intimus qui nullam adijcit perfectionem, & ipsis relationibus diuinis cõgruit modus perfectissimus entis: at verò omnis perfectio subsistentis, est existentia. Præterea diximus eo modo relatiuam subsistentiam esse perfectionem, quo docuimus relationem diuinam esse perfectionem, ita vt non sint tres perfectiones, sed vna quæ est ipsa essentia.

Confutatur 1. ex cap. 21. p. 1. n. 4.

Confutatur 2. ex cap. 41. n. 23.

Confirmatio.

17.

Ex Arist. & S. Thom. Suppositi est subsistere.

HÆc verò sententia confirmatur tũ auctoritate Philosophi qui suppositis maximè tribuit subsistere, vt comprobatum est: tum S. Thomæ doctrinâ, quæ est omnibus Doctoribus etiam cõmunis, quod suppositi sit subsistere. Atq; S. Thom. per hoc maximè definit suppositum 1. p. q. 30. art. 1. ait personam significare subsistẽtem in natura, loquebatur autem de persona; non dixit significare naturam subsistentem, sed aliquid subsistens in natura, & q. 29. art. 3. ad 3. idẽ docet. Et 3. p. q. 2. ar. 2. & ad 1. & ar. 4. sæpiùs, & in 1. d. 23. ar. 3. ait personã significare relationem subsistentẽ. Et idem ait in 3. d. 5. q. 1. art. 3.

Idem.

PARS POSTERIOR.

Quid multiplicet subsistens?

1.

QVòd relatio, siue proprietas diuinę personæ multiplicet subsistẽtia ex dictis apertè colligitur: nam si proprietas constituit subsistens; tot erunt subsistentia constituta, quot erunt proprietates constituentes; sicut tot sunt personæ, quot sunt proprietates.

Sed

2.
1. Sent. *Bellarm.* quòd vnũ est subsistens cõstitutũ tribus relationibus.

Sed tamen vt res fiat euidentior, exquiramus vtrùm hoc possit rectè intelligi quod quidam meditantur, & Bellarm. videtur indicare lib.2.d.4.cap.12. §.ad 1. vt sit vnum subsistens constitutũ tribus relationibus, siue proprietatibus. Et idem videtur sentire Marius Vict. *Mar. Victor.* libr.2. contra Arium, *Vt ipsum*, inquit, *quod est esse, subsistit tripliciter.* Hoc tamen assertum intelligibile non est; nam illæ tres proprietates vnius subsistentis haberent inter se ordinem; & prima illarum constitueret subsistens incommunicabiliter, cum sit proprietas personalis; persona autem est subsistens incommunicabile: ergo secunda proprietas iã subsistenti adueniret; & non constitueret subsistẽs. Impossibile ergo est quòd idem subsistens constituatur pluribus proprietatibus; sed necesse est vt multiplicatis proprietatibus, multiplicentur subsistẽtiæ, & personæ. Præterèà id quod incõmunicabiliter subsistit est ipsa persona; si ergo tres proprietates cõstituerent idem subsistens incommunicabiliter, constituerent vnam personam; & ita in Deo esset vna persona tribus proprietatibus affecta; & eadem esset Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: quæ est hæresis Sabelliana. Necesse est ergo vt distincta proprietas cõstituat distinctum subsistens. Quę argumẽta conuincunt etiãsi fingamus in Deo proprietates absolutas. Bellarminum verò iam explicauimus libr.2. cap.10. ad 8. Marium verò declaramus, quòd intelligit Deitatem subsistere tripliciter, id est, in tribus personis: non verò quòd sit vnum subsistẽs constitutum tribus proprietatibus personalibus: nam paulò ante præmiserat tres esse subsistentias.

Improbatio 1. Tres proprietates vnius subsistentis haberent inter se ordinem.

2. proprietas adueniret subsistenti per 1.

Improbatio 2.

Esset in Deo vna persona tãtum, quod est Sabel.

3.

Diuersæ proprietates constituunt diuersa subsistentia, etiamsi absolutæ fingantur. *Bellarmin.* iam explicat'. *Marius* nunc explicatur ex se ipso.

De relatiua autem proprietate disputando, euidentiùs rem ostendemus: nam relatio in Deo conuenit alicui subsistenti; id enim quod refertur est subsistens; quia est id quod est, & id quod generat: sed relatio non conuenit naturæ subsistenti; quia natura non generat, neque est formaliter id quod refertur; ergo ipsa relatio cõstituit subsistens, siquidem non conuenit alteri subsistenti, nisi illi subsistenti, quod ipsa constituit; paternitas verbi gratia, non conuenit naturæ, sed Patri, & filiatio Filio. Tunc vltra: id quod est relatum ad aliud distinguitur à suo correlatiuo; cum ergo vtraque relatio constituat suum relatum, & illud oporteat esse distinctum, duæ relationes constituent duo subsistẽtia re ipsa distincta; & ita multiplicata relatione, quæ est proprietas, necesse est multiplicari subsistentia. Et cõfirmatur, quoniam si paternitas, & filiatio constituerent idem subsistens; idem subsistens esset id quod est Pater, & id quod est Filius: ergo Pater non esset id quod refertur ad aliud subsistens; sed id quod refertur ad se ipsum subsistentem; & esset Pater sui, & Filius sui, quod non potest vllo modo cogitari. Nihil ergo est euidentius, re benè inspecta, quàm quòd duplex proprietas relatiua, duo subsistentia constituat, vt vnum ad alterum possit referri.

Duæ relationes constituũt duo subsistentia re ipsa distincta.

Confirm. Alias esset vnum, & idem relatum, & nõ ad aliud, sed ad se ipsum.

Sed vt res ista meliùs adhùc intelligatur, considerandum est, quòd quia forma angelica per se subsistit, ita vt sit id quod operatur; proprietas personalis, addita subsistenti, constituit idem subsistens, & facit illud incommunicabile: nam in angelis proprietas addita, conuenit formæ iam priùs subsistenti; constituit ergo idem subsistens, & facit incommunicabile. Si verò illa forma subsistens assumatur à Verbo, trahitur vnũ subsistens ad aliud; nam forma angelica est quoddam subsistens, non tamen incommunicabile; Verbum autẽ est subsistens incommunicabile, & res distincta ab ipsa forma: sed hypostaticè, & communicatione idiomatum, Verbum est Angelus, & Angelus est Verbum. Ad hunc modum possumus rem obscuram illustrare: si enim diuina natura esset in vna persona absoluta, natura quidem per se subsisteret, & illa proprietas personæ aduenire natura subsistenti, & eidem subsistenti conueniret; & ideò non constitueret nouum aliud subsistens, sed idem subsistens pręcognitum, constitueret incommunicabile, nouo modo subsistẽdi incommunicabiliter. At verò secundum fidem Catholicam non ita est, sed naturæ subsistenti aduenit proprietas relatiua, quæ non conuenit illi subsistenti, scilicèt naturæ; non enim natura est quæ refertur, vt diximus lib.3. & nũc etiã disputabamus. Cum ergo hæc proprietas adueniens non conueniat subsistenti priori, scilicèt naturæ; necesse est vt nouum aliquid subsistens constituat, scilicèt relatiuè subsistens. Nam illud prius

4.
Declaratur exemplo. In Angelis, qa proprietas additur naturæ subsistenti, cõstituit idẽ subsistens faciens illud incommunicabile.

Ratio. Conuenit formæ iam priùs subsistenti.

Si forma angelica assumatur a Verbo, trahitur vnũ subsistẽs ad aliud.

Ostenditur.

Accommodatur exemplũ. Si diuina natura esset in vna persona absoluta, huius proprietas eidẽ naturæ subsistenti aduenire, & conueniret, idẽque subsistens constitueret nouo modo, sc. incommunicabiliter.

Natura non est quæ refertur, vt lib.3.c.30.n.14. & hìc n.3.

Relatio constituit nouum subsistens, sc. relatiuè, & personaliter.

Non cõuenit naturæ subsistenti.

Ratio. Non cõuenit nisi illi subsistenti quod ipsa constituit.

Ratio.

prius subsistens, scilicèt natura, subsistebat absolutè, & essentialiter; nouum autem cõstitutum subsistit relatiuè, & personaliter.

5. Discrimen in exemplo.

Discrimen tamẽ est inter exemplum allatum naturæ angelicæ assumptæ, & fidei Trinitatis mysterium. Nam forma angelica subsistens, est res distincta à Verbo subsistente, & nihil dat Verbo ad intra; sed propter vnionem hypostaticã natura assumpta constitueret Verbum in genere angelorum: & esset angelus Verbum communicatione idiomatum. At verò Deitas subsistens, & persona constituta subsistens, non sunt res duæ, sed vna simplicissima; & ipsa Deitas subsistens quicquid est, dat personæ, quã ipsa constituit; quia eius est propria forma non extranea: & ideò persona subsistens, & Deitas subsistens est vnum subsistens, non communicatione idiomatis, aut propter vnionem; sed est idem vnitate reali simplicissima: sunt tamen duo subsistẽtia ratione distincta, alterum est natura secundum se, alterum persona. Dilatemus adhùc idem exemplum: si forma angelica assumeretur à tribus personis; intelligeremus vnum subsistens licèt imperfectum, & tria subsistentia, scilicèt tres diuinas personas subsistentes in natura angelica; vnum subsistens subsistentiâ propriâ quasi per se stans, & tria subsistentia, scilicèt tres hypostases diuinas. Nam humanitas, si assumeretur, cum ipsa non sit forma subsistens, non esset vnum subsistens: forma tamen angelica, quia per se subsistit, esset vnum subsistens; & ita esset ibi vnum subsistẽs, & tria subsistentia. Solum illud est discrimen quod notauimus; quia illud subsistens imperfectum diceretur de tribus subsistẽtibus communicatione idiomatis, propter vnionem hypostaticã: Deus verò est vnum subsistens, & tria subsistentia vnitate reali; quia est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & nihil distinguitur à singulis.

Diuersa exempla.

Si forma angelica assumeretur à tribus personis, esset vnũ subsistẽs imperfectum, & tria subsist.

Si humanitas assumeretur, non esset vnũ subsistens.

Discrimen traditum.

Illud subsistens diceretur de tribus subsistentibus cõmunicatione idiomatis, propter vnionẽ.

6. 1. Corol. vtn. 4

Ex qua notatione clarissimè colligitur quòd relatio, cum non conueniat naturæ, non constituit illud subsistens quod est natura; sed aliud nouum subsistens ratione formali distinctum, scilicèt personam: & ita relationes tres cõstituunt tria subsistentia. Et hoc est quod Theologi aiunt diuinas relationes quatenùs sunt formæ hypostaticæ, non adueníre hypostasibus, siue personis, sed afferre secum hypostases, & personas, quas constituunt quasi nouum subsistẽs in natura, quod generat, & generatur, aut refertur: hæc enim naturæ non conueniunt, sed personæ. Relationes ergo diuinæ afferunt secum subsistentia, quæ constituunt, & illa sunt personæ diuinæ.

Relationes vt formæ hypostaticę, non adueniunt hypostasibus, sed secum afferũt.

7. 2. Coroll. In forma angelica est cõmunicatio cũ propria persona: & ideò omnis operatio personæ, conuenit formę, quia illi personalitas conuenit, vt n.

Est alterum corollarium perneccssarium, quòd in forma angelica subsistente, & non assumpta, est communicatio cum persona ipsa angelica creata; quia personalitas conuenit ipsi formæ subsistenti, vt diximus; ita vt quæcũque operatio conuenit personæ, conueniat formæ; forma operatur, forma intelligit, sicut & persona. At verò quia proprietas personalis diuina non conuenit naturæ, sed personæ; est etiam aliqua operatio propria personæ, quæ non conuenit naturæ, quæ sunt operationes notionales. Et quia tota natura cõuenit personæ; nulla est operatio naturæ, quæ non conueniat personæ. Et ita veris vera concordant.

In diuinis aliqua operatio propria est personæ, sc. notionalis, quæ nõ cõuenit naturæ: & nulla est operatio naturę, quę non cõueniat pſonis.

Confirmatio.

8. S. Thom.

HÆc est autem sententia S. Thomæ expressa in 3.d.5.q.1.ar.3. vbi docet, personam significare aliquid subsistens in naturâ, & distinctum; quod idẽ docet 1.p.q.29.ar.3.ad 2.& ar.4. in disput.q.9.de personis, ar.4.6.ad 3.& 4. & confirmat, quoniã cum persona sit quid subsistens distinctum, nisi relatio multiplicaret subsistentia, non multiplicaret personas. Item comprobatur auctoritate Conciliorum, in quibus decernitur esse in Deo tres subsistentias, hoc est, tria subsistentia.

Ratio.

Concilia.

CAPVT LVI.

Relatio spiratoris non constituit subsistens, sed aduenit subsistentibus.

De hac inscriptione libr.2.c.38.

Aduersatur cũ citatis ibi, *Molina* citandus p.1.n.12.

FVit olim opinio quorundam Theologorum in scholis obliterata, & expuncta, quam ætatis nostræ Theologi quidam è tenebris excitarunt, & vehemẽtèr propugnant quòd spirator sit res vna subsistens in natura diuina, & indiuiduum ipsius naturæ. Quam nos opinionem, vt doctrinæ orthodoxæ dissentiẽté, optãtes cõuellere, faciemus quæstionẽ longioré tribus partibus diuisam.

Pars

Pars prima : *Relatio spiratoris non constituit subsistens.*
Secunda : *Spirator non est individuum naturæ diuinæ.*
Tertia : *Quid de opposita sententia sentiendum sit ?*

PARS PRIMA.

Relatio spiratoris non constituit subsistens.

1. *Durand. & Scot.* aiunt quæst. esse de nomine, sitne vnus spirator, an plures?

DVrand. d. 11. & Ioan. Scot. d. 12. q. 1. aiunt eam quæstionē esse nominis non rei, vtrùm Pater, & Filius sint vnus spirator, aut plures spiratores: quia cum spiratoris nomine non intelligerent rem vnam subsistentem in natura diuina, sed originem, & relationem vnam in duobus subsistentibus Patre, & Filio: quæstio nominis erat, vtrùm duo subsistentia dicerētur vnus spirator, aut plures spiratores. Nūc verò quæstiō ista est rei, non nominis: quia disputamus de re ipsa quæ spirat, vtrùm sit res vna subsistens in natura diuina, & habens potētiam spirandi: an verò sint res duæ, scilicèt Pater, & Filius? Quòd si illud argumētū Caietani valeret, quo probat Deitatem subsistere, quia Pater, & Filius sūt Deus vnus; eodem esset comprobatum spiratorē esse rem vnā subsistētem, quia Pater, & Filius sunt vnus spirator. Sed infirmato iam antea argumēto isto, disputandum erit, vtrùm spirator sit res vna subsistens?

Fund. Admissa sent. opposita titul. quæstio ista est de re.

Pro ea sent. arg. Caiet.

Infirmatū est cap. 39. p. 1. à n. 4.

2. 1. Sent. *Torres.* Quòd spiratio est subsistens: sed nō operās. ▲ Exemplum albedinis, quæ, inquit, etsi subsisteret nō esset alba.

Barthol. Torres opinatur spirationē actiuā esse rem subsistentē; ita tamen vt ipsa nō spiret, aut operetur: sicut, inquit, albedo, etsi subsisteret non esset alba. Qua quidē ratione ponit relationē istā subsistentē, sed non operantē: quia considerat nudam relationē, & non aliquid constitutū ex relatione, & natura, quod possit per se operari. Hoc verò assertū valdè abhorret à vera philosophia: tum quia si spiratio est res subsistēs, spirator quoq; res est subsistēs, & quæ per se spiret: quod ille nō cōcedit rectè admonitus. Tum etiā quia id subsistit, quod per se existit, & operatur; nō ergo scitè negat operationem rei subsistēti. Tum vel maximè, quia si hæc relatio subsisteret, esset hypostasis, aut saltē individuum naturæ; subsisteret enim in natura diuina, quid est propriū individui naturæ: & esset constitutum ex natura, & relatione: quæ omnia vir hic doctissimus probè

Improbatur 1. Spirator esset res subsistens, & per se spiraret.

Improbatur 2. vt sibi repugnans.

Improbatur 3. Esset hypostasis, aut saltem individuū naturæ.

A recusat. Et ipso exemplo albedinis conuincitur: albedo enim si subsisteret, esset alba: quia existeret per se, & esset idquod est: & idē esset albū & albedo: sicut si humanitas per se subsisteret, esset homo.

Conuincitur ipso suo exemplo albedinis.

Cōsiderandū igitur est relationes diuinas dici subsistētes non formaliter, sed identicè; hoc est, esse res subsistentes, sed non significari per modum subsistentis nominibus abstractis: nam paternitas est dūtaxat proprietas hypostatica, quæ non generat, aut creat. Pater autē claudit suo conceptu personæ non solùm paternitatem, sed naturam qua generat, & creat; & idcircò formaliter subsistit. Quare Deitas quæ suo cōceptu includit existentiam, & potentiā formaliter subsistit per se ipsam existēs, & operans: relationes autem diuinæ subsistunt secundum identitatē, quia sunt personæ subsistentes. Hoc igitur quæritur hoc cap. vtrùm spiratio actiua subsistat saltem identicè? vel vt dicam clariùs, vtrùm spirator, quod est concretum istius relationis, subsistat formaliter, & per se existat, & operetur; ita vt sit res quædam communis Patri, & Filio, quæ per se spiret, & per se existat, & operetur?

3. 1. Aduert. Relationes sūt subsistētes idē tice, sed nō formaliter, seu nō significantur p modum subsistentis.

Declaratur 1

Adhùc obseruandū est, quòd subsistere in rebus creatis significat modū quēdam rei perfectum quo à nullo pendet: quo pacto diximus naturam angelicam imperfectè subsistere, quia aliqua ratione pendet à suppposito. Quòd si hæc dependentia intelligatur secundū causam realē, certū est spirationem actiuā subsistere, quia à nullo pēdet reali dependētia: quo etiā pacto non potuit quæstione versari, vtrùm Deitas subsistat; cū à nullo pendeat. Altero ergo sensu tractatur quæstio, vt dicatur per se subsistere quod in se ipso habet rationē subsistendi: Deitas enim existit per se, & operatur per se, nō quia est Pater, sed quia est Deitas. Qui verò negat Deitatē per se subsistere, cōsequenter cōtradicendo affirmat Deitatē operari quia est Pater; ita vt id quod per se operatur non sit natura, sed persona. Et eodem sensu quærēdum est, vtrùm spirator sit res quædam communis per se spirans? & qui tenent partem affirmantem, consentaneè dicunt spiratorem istum non spirare, quia Pater spirat, sed per se ipsum; imò Patrem spirare, quia spirator spirat: quod adhùc magis declarandum est.

Deitas, quæ in suo cōceptu includit existentiam, & potētiam, formaliter subsistit, vt c. 39. p. 2.

Sensus quæst. an spiratio actiua, identicè, seu an spirator formaliter subsistat?

4. 2. Aduert. De subsistente pro independēte, vt cap. 21. p. 1. n. 3 & 9. & c. 39. p. 1. n. 2.

Pars affirm. certa,

Quæst. est de subsistēte pro habēte in se rationem subsistendi, vt cap. 41. n. 6. Sic Deitas subsistit per se.

Sensus quæst.

Iuxta affirm. Pater spirat, quia spirator spirat; non è contra,

5.
3.Aduert. Hæc explicatur, Spirator est res vna subsistens per se.

Aduertere enim licet duplicem esse A sensum istius pronunciati, Spirator est res vna per se subsistens: vel vt per se significet non per aliud re ipsa distinctum, siue non per causam realem; vel vt per se significet non per aliud ratione saltem distinctum. Priori sensu spirator est res vna, quia identicè est ipsa spiratio, & subsistit per se, hoc est, non per causam realem, neque per aliquid re ipsa distinctum; quia subsistit per Patrem, & Filium, quæ sunt res non distinctæ ab spiratione actiua. Posteriori sensu spirator non est res vna per se subsistens, quia si res illa, quæ est spiratio actiua, distinguatur cogitationis opera, à Patre, & Filio, non subsistit per se neque operatur per se. Priori autem sensu nulla est quæstio, cũ fide Catholica sancitum sit Patrem, & Filium esse vnũ spiratorem: quo fit vt ipsa spiratio actiua sensu identico subsistat per se, hoc est, non per distinctas res; quia est idem cũ Patre, & Filio subsistentibus. Quo eodẽ sensu nulla est quæstio, vtrũ Deitas subsistat per se, cum non sit res distincta à personis subsistentibus. Sicut ergo vt C Deitatem per se subsistentem asseramus posteriori sensu quæstionis, secernimus illam speculando à personis: ita & spiratorem à Patre, & Filio cogitando seiungi necesse est, vt illum per se se subsistentem meditemur: ita vt sit Pater subsistens, & Filius subsistens, & adhùc istis exceptis, sit spirator per se ipsum proprio conceptu subsistens.

Vera est, si sensus sit, non per aliud re ipsa distinctum.

Falsa, si sensus sit, non per aliud ratione distinctum.

In 1. sensu de fide est spiratorem esse subsistentem per se.

Similiter de Deitate.

In 2. sensu est quæstio de spiratore per rationem sc. discreto à Patre, & Filio.

6.
Resolutio. 1. sent. pars 1. improbatur. Pars 2. approbatur.

Improbationis ratio euid. Existentia, & potentia operandi ad naturam pertinet.

Constitutum itaque sit contra Bartholom. Torres, spiratorem non per se subsistere; si nomine spiratoris significetur sola relatio, vt ille rectissimè iudicauit. Probatur hoc euidentissimè; nam proprio conceptu relationis non continetur natura, qua illa relatio per se ipsam existat, & operetur: existentia enim & potentia operandi ad naturam pertinet.

7.
2. Sent. primæ opposita: quòd spirator est cõstitutum ex relatione, & natura, sed non subsistit, sicut nec Deitas.

2. Sent. pars 2. approbatur.

Pars 1. improbatur 1. vt re-

Aliorum extat sententia isti priori vtraque parte opposita. Affirmant enim spiratorem esse aliquid constitutum ex relatione, & natura diuina; sed illud cõstitutum non subsistere per se; sicut & Deitatem per se subsistere negant. Hi verò qua parte repugnant spiratorẽ per se subsistere, probè quidem sentiunt: sed quia affirmant esse constitutũ ex natura diuina, & relatione, ingenuè falluntur, & abs re longissimè philosophantur. Nam pugnans parti 2.

dum negant spiratorem per se subsistere, agnoscunt nomine isto non significari subsistens, sed formam subsistentis; constitutum autem ex relatione, & natura, non potest intelligi, vt forma subsistentis. Quia ipsum subsistens, verbi gratia Pater, est constitutum ex natura, & proprietate: ergo non aduenit illi nouum constitutum ex natura, & proprietate: ratio autem spiratoris aduenit Patri iam subsistenti nostro intelligendi modo: ergo ratio spiratoris non est cõstitutum ex natura, & proprietate: quod argumentum palmarium est. Et confirmatur, quia illud constitutũ claudit suo conceptu essentiam, & existentiam; & aduenit personæ existenti: ergo aduenit per accidens; esse enim quod aduenit præexistenti est accidentarium. Præterea, Pater suo conceptu includit naturã; ergo spirator Patri addit solùm relationem spiratoris: sed spirator nihil significat subsistens, sed duntaxat formam aduenientem Patri: ergo suo conceptu nõ significat naturam, quæ Patri non aduenit, sed solam relationem quæ aduenit. Secundò hoc idem commõstratur: nam in persona nihil meditamur per modũ formæ informantis, nisi aut naturam, aut potentiam, aut operationem, aut relationem: cum ergo illi fateantur spiratorem non significare subsistens, sed quasi formam subsistentium; illud coniunctum ex natura, & relatione, aut erit natura, aut potentia, aut operatio, aut relatio: & singula confutantur facillimè. Natura enim, operatio, & relatio, sunt simplices res, non constitutæ ex natura, & relatione; sed neq; potẽtia est constitutũ ex natura, & relatione: cõstitutum enim dicitur quod ex duobus quasi partibus cõstat; potẽtia autẽ spirãdi est ipsa natura, relatio verò non est potẽtia, sed additur potentiæ in obliquo; ergo etsi hoc nomine spiratoris dicant significari formaliter potentiam spirandi, quod falsum est, & illi haud credunt, adhũc tamen non significaret aliquid constitutum ex natura, & proprietate, constitutione Theologica, de qua disputamus. Neque verò dubium est potentiã spirãdi non subsistere per se: quia cum potẽtia sit ipsa essentia diuina, si potentia spirandi formaliter per subsisteret, per se spiraret; & essentia spiraret, quod est hæreti-

Patri, qui est constitutũ ex natura, & proprietate, nõ potest aduenire nouũ constitutum simile vt forma subsistentis.

1. Confirm. Aduenire per accidens.

2. Confirm.

Improbatur 2. In persona nihil consideratur vt forma informãs, nisi natura, potentia, operatio, relatio.

Sunt res simplices.

Constitutum dicitur qđ ex duobus quasi partibus constat.

Potentia spirandi est ipsa natura, relatio additur potentiæ in obliquo: quare non est constitutum.

Certũ est potentiam spirãdi non subsistere per se formaliter. Aliàs ipsa, atq; adeo essentia, per se spiraret.

hæreticum. De ipsa ergo relatione spiratoris quærimus vtrùm per se subsistat, & vtrùm ex illa, & natura constituatur aliquid vnum, sicut ex proprietate, & natura constituitur persona. Tertiò comprobatur argutiori ratione: Relatio enim coniungitur cum essentia ordine rationis ad constituendam personam, quia oportet partes constituentes antecedere constitutum: at verò cõstituta iam persona, relatio quæ aduenit personę, non antecedit illam, sed consequitur; ergo adhùc vt sit forma personę, non est necesse vt intelligatur coniũcta cum natura coniunctione aliqua rationis, vt ex vtraque sit vnum coniunctum; sed coniungitur sola identitate, quia relatio spiratoris & natura sunt res eadẽ, quod non satis est vt intelligamus aliquid constitutum ex vtraque. Demum extra hos Doctores, ex eo quòd probatum est Deitatem subsistere, conclusio scita colligitur spiratorem ex natura Deitatis constitutum subsistere. Ecquis enim negat habentem Deitatem per se existere, & operari? maximè, quia si spirator suo conceptu clauderet naturam diuinam, addita proprietate spiratoris, esset res habens naturam, & esset indiuiduum naturæ: & ad modum personæ per se subsisteret.

Improbatur 3. argutiùs.

Oportet partes constituentes antecedere cõstitutum.

Relatio spiratoris sola identitate coniungitur cum natura, non verò constituendo coniunctũ aliquod.

Improbatur 4. ex n.3.

Confirm.

Alias spirator esset res habẽs naturam.

Tertia igitur opinio vtraq; parte errat. Affirmat enim spiratorem per se subsistere cum prima sentẽtia, quam refutauimus: & esse constitutum ex natura, & proprietate, quod in secunda opinione improbatum est. Sed adhùc istæ partes cõiunctæ augent errorẽ. Nam secũda quidem opinio videtur res satis tuta in rebus fidei, siquidem negat spiratorẽ per se subsistere. Prima autem videtur explicanda quòd spirator subsistat idẽticè, vt diximus. Hæc 3. quæ explicatio est, & vtramque complectitur improbabilis est, & fidei parùm consentanea.

8.

3.Sẽt.cũ 1,&2. quoad 1. partẽ vtriusque improbatam consentiens.

2.Sent.tuta est in fide,

1.explicãda, vt cap.55. p.1. n.9.& hic n.7.

3.Improbabilis.

9.

1.Confutatio ex Concilijs confect.

Primùm confutatur ex eo quòd Pater, & Filius sunt vnus spirator, vt Concilia definiunt: quare nomen, spirator, significat quasi formam, qua Pater, & Filius spirant: cum ergo probatũ sit illud constitutum, quod fingunt ex natura, & relatione spiratoris, non posse intelligi vt formam Patris, aut Filij: ijsdem argumentis conuincitur, nullum esse constitutum illud subsistens, quod tertia opinio fingit.

Spirator significat quasi formã, qua Pater, & Filius spirant; vnde nó significat constitutum, vt n. 7.

A Hoc argumento conuicti quidã respondent nomẽ spiratoris non significare quasi formam Patris, & Filij: negant enim Patrem, & Filium esse spiratorem formaliter & propriè; quemadmodùm etiam diffitentur Spir. Sanctũ procedere formaliter & propriè à Patre, & Filio. Sed ea sententia tanquam hæretica cõfutata à nobis est lib.2. Et eodem nomine cẽsenda est pars altera opinionis, quòd Pater, aut Filius non sit formaliter, & propriè spirator, cũ definitũ sit in Cõc. Flor. Patrẽ, & Filium esse vnũ spiratorẽ.

B Emendant ergo sententiã, sed verbo tenus; dicentes Patrẽ, & Filiũ esse quidẽ propriè, & formaliter spiratorẽ, nõ quia relatio spiratoris sit quasi forma illorũ, sed quia fundatur in illis. Quæ respõsio irrisione dignissima est. Nã illud dicitur tale aliquid formaliter, quod formã habet talis, vt albus formaliter qui habet albedinẽ, quæ est forma albi: ergo is est formalitar spirator, cuius est quasi forma relatio spiratoris. Præterea aliud est formaliter referri, & aliud fundare relationẽ: Nam humanitas fũdat paternitatẽ, qua non refertur formalitèr: & illi arbitrantur diuinã essentiã fundare relationes originis, quæ tamẽ essentia nõ refertur relationibus istis. Quare autẽ ista relatio spiratoris fũdetur in Patre, & Filio, nullã rationẽ quã accõmodẽt, inueniũt; cũ aliæ relationes personales, aut in natura, aut in origine fundentur: sed aiunt necessariò cõfitendũ esse, istã relationẽ fũdari in Patre, & Filio, vt illi dicantur propriè & formaliter spirator: quare autem hæc sola relatio diuina fundetur in personis; rationẽ latere in arcano mysterio Trinitatis. Quod respõsum non possumus non vehementer mirari: id enim quod fingunt ex animi sententia, quod nouũ est, & inauditũ, cũ nequeant tueri, patrociniũ quærunt ignorationis, quòd res sit occulta: cum nos palàm defendentes veritatem ab antiquis traditam, etiam causam dictorũ vltrò afferamus, nunquam causantes rem esse occultam. Sed neque satis est quòd pro libito fundent istam relationem in Patre, & Filio, vt illi formaliter dicantur referri.

C Alij igitur hoc meliùs corrigere sibi videntur, affirmantes Patrem, & Filium formaliter esse spiratorem, & formaliter referri relatione ista: eamque

10.

1.Respons. negans id Cõsect.

Colligitur ex duobus assertis consimilibus.

Improbatum est 1. assertum vt hæreticum, lib.2.c.3&an.3

Improbatur 2. assertum eodẽ nomine ex *Conc. Flor.*

11.

2 Respons. emẽdatior verbo tenus.

Improbatur 1. vt irridenda.

Illud dicitur tale formaliter quod habet formam talis.

Exemplum.

Improbatur 2.

Aliud est referri formaliter aliud fundare relationem.

1.Exemplum.

2.Exemplum ex aduers. doctrina.

Improbatur 3.

Solutio.

Refutatio notanda.

12.

3. Respons. *Molin. 1.p. q.36. art.4. d.1. à cõcl. 1. & princ.*

Hæc asserit quædam vera contra 1.& 2. respons.

Addit 3. sententiam.

relationem fundari in essentia, vt & A alias personales, & esse quasi formam Patris,& Filij; rectè quidem in his omnibus sentientes: & nihilominùs aiunt spiratorem esse quid subsistens in natura diuina,ex relatione, & natura constitutum. Sicut enim Deitas est per se subsistens in se considerata; comparata verò cum persona est forma subsistentis: ita & spirator est indiuiduum quoddam Deitatis subsistens per se: sed hoc idem indiuiduum in Patre, & Filio est forma subsistentium. Et sicut Deitas per se creat; Pater autem creat ratione Deitatis: ita illud indiuiduum per se spirat; Pater autem spirat ratione illius indiuidui,quia est spirator. Sed hi Doctores qui opinantur indiuiduum hoc esse formam Patris, & Filij, conuincuntur argumentis, quibus commonstrauimus constitutum ex natura,& relatione non esse formam subsistentis. Illud verò est euidentissimum argumentum, quia id quod est perfectum in natura, non aduenit hypostasi: hypostasis enim est id quod habet perfectam naturã,non partem, sed integram naturam completè: C præhabenti autem naturam, non aduenit habere naturam; iam enim hanc præ habet: ergo nomen spiratoris,quod aduenit Patri, & Filio hypostasibus perfectis,& naturam prę habentibus,non significat aliquid habens naturam; quia tunc habere naturam aduenirent præhabentibus: sed significat solam relationẽ nostro intelligendi modo aduenientem hypostasibus. Neque dubitauerim hæresis damnare eum qui ausus esset asserere hypostasibus Patris, & Filij aduenire Deitatem nostro modo intelligendi: quia planissimè consequitur, eas hypostases dum alter generat, alter generatur non esse increatæ, diuinæque naturæ hypostases: sed solo nomine spiratoris contingere illis Deitatem: quod non solùm intelligi non potest, sed neq; etiam nisi abnegata fide affirmari.

Declaratur ex emplo Deitatis.

1. Improbatio huius respõs. quatenus conuenit cũ 2. sẽt. ex arg. positis n. 7.

2. Improbatio euidentior. Quod est perfectum in natura,non aduenit hypostasi.

Hypostasis est id quod habet perfectam, & integra naturam.

Præhabenti naturam non aduenit habere naturam.

Hæresis damnaretur,qui diceret Patri, & Filio aduenire Deitatem nostro modo intelligendi.

Ratio.

13. Solutio.

Cuius argumenti vna est responsio, vt dicant non aduenire hypostasibus Patris, & Filij totum hoc coniunctum quod nomine spiratoris significatur,scilicèt naturam diuinam, & relationem spiratoris: sed aduenire alteram partem coniuncti, scilicèt relationem. Hanc autem confessionem extorquentes; vehementissimè comprobamus vanũ esse

Refutatur. Ex illa conuincitur vanũ esse

B

D

& fictum illud coniunctum, quod hypostasibus diuinis, quibus maximè conuenit, non potest conuenire coniunctum; sed opus est priùs dissolui,vt altera pars coniuncti intelligatur conuenire: sanè cum Pater, & Filius propriè, & formaliter sint spirator, si hoc nomine significaretur coniunctum, integrum ipsum coniunctum Patri, & Filio aduenire, quod impossibile est. Itaque non solùm commonstrauimus hoc coniunctũ non esse formam Patris,& Filij, vt illi philosophantur: sed nullum esse coniunctum illud, vtpotè nullam ob causam confictum,cum non conueniat personis, quibus maximè cõuenire nomen spiratoris Ecclesiæ sanctione firmatum est.

Sed probatur iam quòd hoc coniunctum non subsistat, nec verò priùs in se subsistat quàm Patri,& Filio conueniat, vt hi Doctores commentant. Primùm ergo probatur, quòd relatio spiratoris non constituat subsistens: Nam nostro intelligendi modo duæ personæ primæ originis Pater, & Filius antecedunt spiratorem, quæ est principium secundæ originis. Est enim ordo inter origines: relatio ergo spiratoris aduenit hypostasibus subsistentibus, videlicèt Patri, & Filio: ergo non cõstituit subsistens. Probatur consequentia, hypostasis enim est vltimum subsistens,& vltra vltimum nihil est; ergo quod aduenit hypostasi vltimò subsistenti, non constituit subsistens. Respondent hi Doctores, relationem aduenire quasi ex parte naturæ; & idcircò constituere quasi seorsum extra Patrem,& Filium, nouum subsistens: sicut constitutis duabus primis personis spiratio passiua constituit nouum subsistens Spiritum Sanctum; quia additur naturæ, non ex parte personarum iam constitutarum, sed quasi ex parte altera opposita. Sed hac responsione manifestiùs declaratur efficacia argumẽti: nam relatio quæ constituit personam, idcircò constituit subsistẽs distinctum ratione à natura, quia constituit relatum distinctum ab alio relato; quia non potest eadem natura subsistens referri ad se ipsam, sed necesse est relatione constitui subsistens, quod est persona, distinctum ratione à natura, quod subsistẽs referatur ad aliud subsistens relatum: quare si Deitati subsistẽti adderetur proprietas absoluta, illa non constitueret nouum subsistens

coniũctum in 2. & 3. sent. assertum.

Patri,& Filio aduenit spirator: quo nomine si coniunctum significaretur, eis adueniret coniunctum integrũ.

14. 3. Improbatio eiusdem resp. quatenus conuenit cum 1. sent.

Duæ personæ 1. originis antecedunt ratione spiratorem & spiratio aduenit hypostasibus.

Hypostasis est vltimum subsistens.

Solutio.

Refutatur 1. Relatio non constituit subsistens distinctum ratione à natura, nisi quia cõstituit relatum distinctum ab alio relato.

Si Deitati subsistenti adderetur proprietas absoluta, non cõstitueret no

uum subsistés, vt cap.55,p.2. n.4.

subsistens nostro modo intelligendi; sed idem subsistens priùs cognitum redderet incommunicabile, vt de Angelis diximus:ergo spiratio actiua,quæ aduenit iam subsistentibus relatis, & perfectis personis, quibus ipsa relatio possit cõuenire, & quas possit distinguere ab Spiritu Sancto, non constituit aliquid subsistens ab illis distinctum, sed solùm subsistentes personas, quibus aduenit, refert ad Spiritum Sanctum: imò spiratio actiua, vt dicemus, nostro intelligẽdi modo non distinguit has duas personas ab Spiritu Sancto, sed indicat esse distinctas: nullum ergo subsistens hæc relatio constituit, aut distinguit.

Spiratio actiua non distinguit duas personas ab Spiritu Sancto, sed indicat esse distinctas.

15. Refutatur 2.

Id verò quod excogitarunt spiratoris relationem aduenire quasi ex parte naturæ, falsum est, & absque ratione assertum. Dicimus absque ratione assertum,quia hæc relatio ad eundem modum coniungitur cum diuinà natura,sicut cæteræ relationes;non quasi conueniens naturæ, sed quasi proprietas personæ: Natura enim non refertur, sed persona: ergo sicut paternitas non intelligitur quasi ex parte naturæ, sed quasi ex parte personæ: ita & relatio spiratoris non intelligitur quasi ex parte naturæ diuinæ,cui non conuenit, quæ scilicèt illa relatione non refertur, sed quasi ex parte personarum Patris, & Filij; quibus ea relatio est quasi forma, qua referuntur. Quod autem indicant, relationem istam acceptam ex parte naturæ constituere quasi seorsum nouum subsistens, falsum est & ineptissimè philosophantis: Nam cum idem indiuiduum subsistens affirment esse quasi formam Patris, & Filij qua formaliter sunt spirator;quare illud constituunt quasi seorsum; cum formaliter illis insit vt forma illorum? Præterea natura ipsa diuina est earundem personarum quasi forma:quomodò igitur ex parte naturę, quasi ex parte opposita, volunt constituere nouum subsistens? nulla sanè ratione opinio hæc stabilitur, nisi quadam opinandi libidine.

Relatio spiratoris coniũgitur cum natura,quasi proprietas personarum, quibꝰ conuenit.

Sicut paternitas nõ intelligitur ex parte naturæ, sed personę;itanec relatio spiratoris.

Refutatur 3.vt sibi repugnãs.

Refutatur 4. Natura est personarũ spirantium quasi forma, non verò illis opposita.

16. 4.Improbatio. Constitutum illudsi esset subsistens,& commune,esset in hypostasibus. Ratio.

Præterea non cõsiderant nouum hoc constitutum subsistens cum sit habens naturam, & sit commune Patri, & Filio, oportere vt sit in hypostasibus: naturam enim communem, siue habentem naturam necesse est hypostasim esse: quod autem est commune additis proprietatibus fit hypostasis: ergo si spirator est aliquid habens naturam, & est commune, habebit suas hypostases, non Patrem, & Filium, sed alias, quod est hæreticum. Probatur consequentia: tum quia id quod est commune, fit hypostasis per additam proprietatem aduenientem; Paternitas autem, & filiatio non sunt proprietates additæ spiratori, neque aduenientes; sed potiùs relatio spiratoris additur his proprietatibus personalibus, sicut & aduenit illis. Tum etiam quia id quod est commune antecedit suas hypostases; & est forma singularium, quæ etiam sua simplicitate antecedit singularia, magis concreta: spirator autem non antecedit Patrem, & Filium; ergo alias hypostases habet quas antecedat, & quas constituat additis proprietatibus distinctis: quam hæresim nec somniare quidèm possumus.Nos verò,vt facilis est doctrina prudentium, facili negotio respondemus, spiratoris nomine non significari formaliter rem habentem naturam, quæ habeat suas hypostases, eò quòd sit communis:sed significari solam relationem, siue proprietatem duarum personarum; quæ etsi sit communis,non postulat sibi nouas hypostases, sed illas easdem quibus aduenit.

Vnde haberet suas hypostases, alias à Patre, & Filio.

1.Ratio. Quod est cõmune fit hypostasis per aduenientẽ proprietatem.

2.Ratio. Quod est commune antecedit suas hypostases,& est forma singulariũ

In sent.tituli quid dicendũ?

17. 5. Improbatio.

Illud postremum argumẽtum nobis suppetit: quòd cum hi Doctores commentantur indiuiduum per se spirans, & priùs spirans ordine rationis, quàm Patrem, & Filium intelligamus spirantes:necesse est,velint nolint, confiteantur,illud indiuiduum priùs etiam subsistere; quod tamen cum fide Catholica pugnat, qua credimus spiratorem esse principium secundæ originis,& Patrem omnibus modis primum. Probatur cõsequentia: tum quia dum aiunt spiratorem priùs spirare, quàm Patrem, iam aliquo sensu constituunt Patrem posteriorem: tum vel maximè, quia spiratio est per se existentis, vel subsistentis. Quare sicut ex hoc quòd Deitas per se operatur, per se quoque existit, & subsistit; imò & subsistit priùs nostro intelligendi modo, quam persona: ita etiamsi spirator per se subsistens priùs spirat, prius quoque subsistit,quàm Pater: quod intelligi nulla ratione potest,cum spirator sit principium secundæ originis, Pater verò originis primæ,

Indiuiduum si esset per se, & prius spirans,quàm Pater, & Filius, prius etiã subsisteret.

1. Ratio.

2.Ratio.

Exemplũ Deitatis.

Spirator est principium 2.origin.paternitas 1. originis,iuxta fidẽ-

Licèt non in causis per accidens, tamen in causis per se congruus ordo est vt causa priùs operans prius existat, & subsistat.

In diuinis ordo necessarius est, vt non prius intelligatur operans spirator, qui posterius ratione intelligitur subsistens.

Cõsonat præcedens improbatio.

vt Catholica fides nos admonet. Rectè quidèm aduertimus in causis per accidens, aliquam causam alterâ priùs operari, & non priùs existere, aut subsistere: sed in causis per se, congruus est ordo creationis, vt causæ prius operãtes prius existant. In diuina autem processione, in qua ordo rationis non solùm est congruus, sed omninò necessarius, & intimus, ex propria ratione formali vnum cum altero conferendo, fieri non potest vt priùs intelligamus operantem spiratorem, quem intelligimus posteriùs subsistentem: cum enim operatio sit subsistentis, si Pater priùs subsistit, priùs quoque spirat. Et hoc idem commonstrabamus præcedenti argumento, scilicèt fieri non posse, vt id quod est commune habens naturam, consequatur suas hypostases, quas potiùs deberet antecedere. Negandum igitur relationem spiratoris constituere subsistens: & pacabitur omnis controuersia.

18.

6. Improbatio Tale indiuiduũ subsistens esset suppositũ

1. Ratio ex improb. 2. de qua n.7.

Sed adhùc probatur, quòd istud subsistens, quod etiam appellant indiuiduũ naturæ, sit suppositum, siue persona. Primùm: quia hoc constitutum ex natura, & relatione non potest intelligi, vt forma alterius subsistentis: neque enim est natura, neque potentia, neque operatio, neque relatio, neque forma aliqua, quæ attribui possit diuinæ personæ subsistẽti: quod autem nullius est, ipsum est suppositum siue persona, vt hoc lib. docuimus; & prisci Philosophi suppositum dicebant rem sui iuris, quæ scilicèt non est alterius, sed omnia illius sunt. Quòd si respondeas hoc indiuiduũ non esse formam subsistentium Patris, & Filij: peius erratum est; cõsequitur enim Patrem, & Filium non esse propriè, & formaliter spiratorem, quod est hæreticum, vt disputauimus: quemadmodùm si sapientia non esset Patris, quasi forma quæ dat nomen sapientis, Pater non esset sapiẽs.

Quod nullius est, suppositũ est, aut persona, vt c.19.p.4 n.4.

Suppositũ est res sui iuris.

Solutio consona 1. respõsioni, de qua n.10

Refutatur, vt ibidem.

2. Ratio. Præterea cum inter Philosophos, & Patres nihil notum sit quod non pertineat ad naturam, vel ad personam, siue hypostasim: cum spirator non sit natura, sed indiuiduum naturæ; consequitur vt sit persona, siue hypostasis: nos verò dicimus spiratorem esse personas duas, quarum sit spiratio communis proprietas. Explicatur hoc magis: natura enim diuina, vt hoc libr. commentati sumus, est quasi species, cuius sunt quasi indiuidua, diuinæ personæ in eadem natura subsistentes: inauditum autẽ est & paradoxon incredibile, quòd sit aliquod indiuiduum speciei, quod non sit hypostasis, siue persona: ergo si spirator est indiuiduum speciei, est hypostasis. Hactenùs Theologia cum Patribus non agnouit, nisi naturam, & indiuidua naturæ speciei, quæ sunt personæ. Istud indiuiduum est extra ordinem hypostasis, & naturæ, inter quæ nullum est medium interiectũ: ergo indiuiduum istud quod spiratorem dicit, est quasi appendix hypostasis, imò monstrum naturæ, quod neque ad naturam pertineat, neque ad personam. Est etiam hoc indiuiduum quædam dimidia persona, siue semipersona. Persona enim est subsistentia incommunicabilis: spirator autem constituitur, vt aiunt, relatione spiratoris, quę Spiritui Sancto non potest communicari; & ex hac parte fatentur esse aliquod subsistens incommunicabile: sed Patri, & Filio commune; ergo est in hac parte dimidia psona, siue semipersona. Quod non solum est inauditum; sed sapit hæresim quaternarij personarum. Erunt enim dicendæ personæ tres, & semipersona quædam. Quod etiam derogat maximè diuinæ dignitati. Nihil enim in Deo est quasi dimidium, & imperfectũ; sed omnia integra, & perfecta. Nos verò sincerè confitemur iuxta fidem Trinitatis personas tres suis proprietatibus distinctas in natura vna: ita vt nomen, spirator, nihil significet, nisi (quod Patres aiunt) proprietatem communẽ Patri, & Filio, qua ab Spiritu Sancto distinguantur.

Explicatur magis ex c.36. n. 2. & 3.

Omne indiuiduum speciei est hypostasis siue persona.

Theologia, & Patres agnouerunt solam naturam, & indiuidua naturæ, quæ sunt personæ.

Esset hoc indiuiduum appẽdix hypostasis, imò monstrum naturæ.

Esset semipersona.

Ostenditur.

Hoc sapit hæresim quaternarij personarum, de qua libr. 1. c. 43. p. 1.

Item derogat diuinæ dignitati.

In sent. tituli quid dicendũ.

Spirator solum significat proprietatecõmunem Patri, & Filio.

SECVNDA PARS.

Spirator non est indiuiduum naturæ diuinæ.

1.

Tituli 1. probatio ex libr. 1. cap. 42. p. 4, & c. 43. Ratio.

AT verò contra hoc ipsum indiuiduum quod spiratorem vocãt, argumenta depromuntur à tota disputatione Theologica, quæ hoc tomo tractatur. Nam à lib. 1. in quo commonstrauimus ternarium personarum diuinarũ, colligimus non esse addendam quasi semipersonam, spiratoris nomen, in Patribus, & scholis non auditum. Et cum diuinæ personæ distinguantur origine, & relatione, colligimus numerum ternarium

Ex origine, & relatione colligitur ternarius in Deo, si per-

sonr per se 1. spirant,& referuntur.

Sin illa communis semipersona,erunt duo binarij.

narium rectissimè assignari, si personæ quidèm per se primò operantur operationes notionales, & per se primò referuntur:quòd si non personæ, sed illa cõmunis semipersona per se primò spirat & refertur, potiùs celebrandus erit numerus duorum binariorum, scilicèt Patris,& Filij;spiratoris,&Spiritus Sancti: cum tamen Ecclesia Dei non duos binarios,sed vnum ternarium veneretur: neque nomen spiratoris induxerit, nisi vt Græcis declararet Filium non esse distinctum principium à Patre, sed ambos esse principium vnum, & spiratorẽ vnum. Hoc verò nobis præcipuum argumentum est contra nouellam istã opinionem.Nam Ecclesia Dei hactenùs nõ adorauit hoc indiuiduũ diuinæ naturæ, quod spiratorem nuncupauit, neque vsquam inuocauit, agnouit, aut coluit. Quòd si tot seculis ignorauit dĩuinæ naturæ indiuiduum,quod debuit venerari, & colere, non parum quidèm ignorasse credenda est: omni enim indiuiduo rationalis naturæ est aliquis honor deferendus; quanto ampliùs debet naturæ diuinæ indiuiduum Deitatis particeps, haberi in honoribus diuinis. Quòd si id hactenùs ignoratum est, condantur nouæ precandi formulę;adoremusque Patrem,& Filium,& Spiritum Sanctum, & nouum spiratorem:imò & à Christo Domino expostulemus,quæ causa fuerit vt spiratorem diuinum non modò occultandum nobis esse decreuit;sed à forma quoque sancti baptismatis, atque ab inuocatione diuini nominis seiunxerit:liceatque nobis ab ea ignoratione tandẽ erumpentibus, nomen addere spiratoris in sancta lustratione, cum sit nomen indiuidui habentis eandem naturã, cuius nomine credimus regenerari infantes. Sanè libet mihi cum S. Bernardo audacem esse, lib. 5. de Consideratione ad Eugenium, cap.7. qui ingenuè profiteturDeum se duplum non adorare,neque habere spem in illo collocatam, sed simplicem Deum colere, & inuocare. Neque ego adorauerim Deum semipersonam tanquàm à se ipso producentem Spiritum Sãctum:sed cum Ecclesia Dei, firmitèr adoro Deum verum vnum: & in vno vero Deo personas tres: & in duabus personis Patre,& Filio agnosco commune spirationis principium:quam diuinam relationem in his duabus personis simul adoro; sed ab illis non separo,neque consentio separãdum. Et hoc quidèm ex lib.1.

Deindè à lib.2.argumenta depromẽdo probatur Patrem per se primò spirare, ita vt non detur vllus locus illi indiuiduo(quod confingunt) per se primò spiranti. Nam Pater non solùm est principium spirandi, sed primum; vnde & anarcos dicitur, hoc est, principiũ principale,siue primum: primo autem nullũ est prius:ergo Pater per se primò spirat. Quod autem Pater sit principium primum spirandi lib. 2. edocuimus. Et idẽ testatur S.August. lib.4. de Trinit. c.2. vbi Patrem vocat principium Deitatis: ergo in Deitate nullum est principium originis, quod vlla ratione sit prius Patre:& S.Dionys.de diuin.nomin.c.3. *Solus*(inquit)*fons supersubstãtialis Deitatis Pater.* fons autem est origo prima, siue primum originis principium, quo nullum est prius: & eodem nomine fontis compellat Patrem Conc,Tolet. 6. in confess. fidei, & Florent. in literis sanctæ vnionis,sess.22. ergo non est cõstituendum vllum aliud indiuiduũ,quod sit spirandi principium primum, imò & prius Patre; sed solus Pater est fons, vt ait S. Dionysius, vtriusque originis. At verò isti Doctores nostro intelligendi modo, de quo est tota ista disputatio, duos fontes in Deitate putant se reperisse: alterum generationis,alterum spirationis.

Vnde etiam consequitur ex ista noua opinione duos esse ingenitos: ingenitum enim est principium sine principio; principium autem spirationis si est vnum aliquid subsistens indiuiduum, illud profectò est principium sine principio:principium quia per se spirat: & sine principio, quia neque spiratur nec gignitur. Nos enim nomine principij spirandi intelligimus duas personas, quarum altera est sine principio, altera ex principio,vt lib.2.elucidauimus iuxta fidei sanctiones. Hæreticum verò est duos ingenitos dicere:idem enim est ac si diceremus duos Deos, vt S.Hilar.docet lib. de synodis post medium, & explanat S.Thom.q.10.de potent.ar.5.

Et eodem argumento refellitur nouella ista opinio: nam si spirator est ingenitum indiuiduum,consequitur vtFilius non sit spirator, siquidẽ est genitus.

2. Probatio ex lib.2. c.37.n.12 & cap.38.39.& 40.

1 Ratio. Pater per se 1. spirat,& est principiũ spirandi primũ, seu anarcos.

S. Agust. citatus lib 2. c.33. n.12.cum alijs Patribus,

S.Dionys.

Conc. Tolet. *Conc. Flor.*

Aduersarij duos fõtes in Dei tate putant se reperisse.

3. Confirm.1. Sequeretur esse duos ingenitos: quod est hæreticum.

In sent. tituli nomine principij spirandi duæ psonæ intelligũtur,altera sine principio,ex principio altera.

S. Hilar. *S.Thom.*

4. Confirm.2. Sequeretur etiam Filiũ nõ esse spiratorẽ, quia est genit°

Atteſtatio *S Bernardi* tati libr.1.c. 14.§3.n.1.&7

Conteſtatio Auctoris.

Relatio ſpiratoris in duabus ſonis ado

Nam & hæretici coarguebant, Filium non esse Deum, quia Deus ingenitus est, Filius verò genitus. Quibus respondemus Filium esse genitum, id est, increatum; sed non ingenitum, hoc est, nõ procedentem: præterea Filium habere naturam improcedentem, & ingenitã, sed ipsum esse personam procedentem, & genitam. *At* verò si spirator esset indiuiduum diuinæ naturę, non solùm haberet naturam improcedentem, sed ipse esset improcedens, & ingenitus: ergo Filius qui est procedens, & genitus non esset spirator. Et hoc quidèm nobis persuademus cum Patribus, & Theologis, duos esse credendos Deos si duo sint ingeniti. Opus enim est constituere primum principium vnde sit omnis origo: & principium aliud primum non potest intelligi, nisi diuisa Deitate. Hi autem Doctores etsi principium operandi non distinguant à Patre re ipsa, sed ratione; tamen eadem ratione speculãte agnoscunt illud vt primum: ergo nostro intelligendi modo duo sunt vera prima, & ingenita; quod non solùm est in Ecclesia Dei nouum, sed totum ordinem originis diuinæ peruertit, & conuellit. Nos verò confitemur catholicè Patrem esse principium solum primum: nomen autẽ principij conuenire duabus personis, quarum altera sit principium primum, altera principium de principio, vt lib.2. elucidauimus, quibus sola relatio principij sit communis: ea verò relatio, neq; est genita, neq; ingenita, cum non sit habens naturam; sed solùm est relatio habentium naturam genitoris, & geniti.

Adhùc probatur Patrem, & Filium per se ipsos spirare, ita vt nulla ratione meditandum sit indiuiduum cõmune spirans. Pater enim eò quòd habet infinitam naturam, habet quoque infinitam potentiam notionalem, qua potest quicquid est possibile; & Filius habet à Patre cum infinita natura infinitam potentiam notionalẽ, qua potest quicquid est possibile: qua eadem potentia secũdum fidem Catholicam possunt spirare, & spirãt Spiritum Sanctum. Ergo quod habent à natura diuina infinita, per se ipsos habent, cum sint personæ habentes infinitam naturam ex propria ratione personæ: ergo non ratione indiuidui communis, sed ratione suæ infinitæ naturæ, & potentiæ, per se ipsos spirant Spiritum Sanctum. Explicatur hoc magis; nam Pater, & Filius priùs intelligũtur subsistentes in Deitate, quàm illud indiuiduum spirator, quod fingunt, vt illi confitentur; cum Pater, & Filius sint personæ primæ originis, spirator secundæ: hæ autem duæ personæ constitutæ per se ipsas habent infinitam naturam: ergo infinitam potentiam notionalem; quæ nihil aliud est quàm natura ipsa infinita in persona, cui conuenit origo. Cũ ergo his personis origo spirandi conueniat, eo ipso quòd in illis intelligitur infinita natura, intelligitur notionalis potentia spirandi, & non per aliud indiuiduum commune, quod otiosè cogitatur. Quòd si per se ipsos, & per suam naturam habent spirandi potentiam, vt euidentissimo argumẽto commonstratum est; per se ipsos quoque spirãt: eiusdem enim est spiratio, cuius est potẽtia. Et confirmatur adhùc, quia nomine spiratoris præter naturam nihil significatur, nisi origo, & relatio: naturam autem hæ duæ personæ non habent ab spiratore, cum ante illud indiuiduum præintelligantur personæ habentes naturam: ergo ab illo spiratore non habent potentiam spirandi, quæ est ipsa natura: quod si ab illo non habent spirandi potentiã, neque spirãdi operationem ab illo participant: siquidèm spiratio per se est habentis potentiam. Et hoc idem luculẽtissimè commonstratur; quia relatio nihil confert adiumenti potentiæ spirandi, etiam eo conceptu quo est hypostatica proprietas: nam cum Pater, & Filius ab spiratore non participent naturam diuinam, nihil ab illo participant, quo spirare possint: ergo per se ipsos spirant nõ per spiratorem. Et hoc idem probatur, quia persona non operatur, nisi per formam: nomine autem spiratoris non potest significari coniunctum ex natura & relatione, quod sic cõiũctum sit quasi forma personæ, vt probatum est; ergo nullo modo Pater, aut Filius spirant per spiratorem; ergo dicendum est Patrem, & Filium spirare per se primò: per se primò, inquam, si operatio conferatur cum potentia prima, aut proxima spirandi, quæ eadem est in duobus. Nam si cum personis, priùs spirat Pater nostro intelligendi modo, quia spiratio sicut & Deitas est priùs in Patre, quàm in Filio priòritate rationis, vt lib.2. diximus. Et hoc confirma-

Cẽsendum cũ Patribus, & Theologis duos esse Deos, si duo sint ingeniti. Ratio euidẽs.

Etiam per rationem ponere duo prima, & ingenita, est peruertere totum ordinem originis.

In sent. tituli quid dicendũ ex lib.2.cit.

Relatio spirationis vtpotè nõ habens naturam, nec genita, nec ingenita est, sed est relatio habentium naturam genitoris, & geniti.

5.

2. Ratio. Pater, & Filius habẽt à sua natura infinita, & per se ipsos infinitam pot. notionalẽ, qua possunt quicquid est possibile, & qua secundum fidẽ, possunt spirare, & spirant.

Explicatur magis.

Pater, & Filius priùs in Deitate subsistentes intelliguntur, quàm illud indiuiduum spirator, vt aduersar. fatentur.

Infinita potentia notionalis est ipsa natura infinita in persona cui conuenit origo.

Eiusdẽ est spiratio, cuius est potentia.

Confirm. 1. Nomine spiratoris præter naturã nihil significatur, nisi origo, & relatio.

Personæ spirantes non habent ab spiratore naturam, ac proindè potẽtiam spirandi, nec spirationẽ.

Confirm. 2. Spiratio quouis cõceptu nihil confert adiumenti potẽtię spirandi eũ non conferat naturam.

Confirm. 3. Persona non operatur nisi per formam, qualis non est illud coniunctũ vt p.1.n.7. Pater, & Filius per se 1. spirãt, cõparata operat. cũ pot. 1. aut proxima spirandi: sed cõparata cùm personis, priùs ratione spirat Pater quàm Filius.

Ostenditur ex l.2.c.40.n.

Confirm.4. ex *Richard.*
In Deo non est mediata processio.

confirmatur auctoritate Richardi lib.5. de Trinit. cap. 9. dicentis in Deo non esse mediatam processionem; ergo non spirat spirator quidam per Patrem, & Filium, quasi mediatè.

6.
Aduert.
In hac, Petrus per hominem est risibilis, significatur 1. ordo rationis. Significatur 2. causa risibilis.
1. Dictum.
In hac, Pater spirat per spiratorem, spirator non dicit aliquid ratione prius Patre & *Filio.*
Ostenditur.
Non est prius quasi prius subsistēs, aut quasi cōmune cōtentum in cōceptu singulariū, per quod illi spirent.
Declaratur exemplo risibilis.
In conceptu illorum non continetur spirator.
Consequens est, quòd illi solùm identicè sint spirator, quod refutatum est cap. 55.p.1. n.9.
Ostenditur sequi.

At verò vt hæc meliùs perspiciantur aduertēdum est quòd cum dicimus Petrum per hominem esse risibilem duo significamus; primum, ordinē rationis, quo prius cogitamus hominem, quàm Petrum, & Paulum, quæ sunt hominis indiuidua: secundū, indicamus in homine rationem, siue causam risibilis, quæ prius inuenitur in homine conceptu cōmuni, quàm in Petro. At verò neutro modo potest intelligi Patrē spirare per spiratorem; primùm, quia nomine isto spiratoris concreto non possumus cogitare aliquid prius ordine rationis, quā B Patrem, & Filium; quoniam neque subsistit prius quàm illi subsistāt, vt liquet; neque intelligitur prius quasi commune quod continetur in conceptu singularium: ex eo enim dicimus Petrum per hominem esse risibilem, quia cum homo per se sit risibilis, necesse est Petrum, in cuius conceptu est homo, esse risibilem; aliàs falsum esset quòd Petrus per hominem sit risibilis: at verò conceptu Patris, aut Filij non continetur spirator, C vt omnes Theologi agnoscunt, & confitentur: ergo Pater, aut Filius non spirat per spiratorem, quasi per aliquid cōmune quod contineatur in conceptu singularium: quare consequens est vt Pater, aut Filius solùm identicè sint spirator, quod anteà confutauimus; nam si formaliter, spirant per se ipsos, per suam potentiam, & operationem, quæ in illis primò inuenitur, aut saltem per aliud commune, quod per se primò spiret, quod tamen contineatur in conceptu singularium. Secundò cum dicimus Patrem spirare per spiratorem non indicatur causa, siue principium spirandi conuenire Patri per spiratorem; nam spirator non includitur in conceptu Patris & Filij; quamuis ergo ille spirator, quem fingunt, per se primò spiret, non tamen Pater, & Filius per illum spirabunt, cum non claudatur conceptu illorum; nullū enim est consequens, vt quia spirator per se primò spirat, Pater, aut Filius spirent, nisi spirator illorum conceptu proprio claudatur. Itaque aut spirator est Patris quidditatiuum prædicatum, aut

2. Dictum.
In eadem non indicatur principium spirandi conuenire illis per spiratorem.
Ostenditur ex ostensione 1. dicti.

A nulla rerum consequentia est, quòd Pater spiret per spiratorem, quia spirator spirat: quare asserētes indiuiduū quoddam per se primò spirare, non possunt explicare vllo modo quòd Pater, & Filius formaliter spirent, sed solùm erunt identicè spirator, quod à fide Catholica discordat.

In sent. improbata non potest explicari quomodo duę personæ formaliter spirent.

Demum quid desideratur in Patre, & Filio, vt per se primò spirent, & non per spiratorem istum priùs spirantem? respondebis spiratorem per se primò esse indiuiduum illud cui conuenit spirare, & idcircò operationem spirandi conuenire Patri, & Filio per illud indiuiduum. Cogitemus ergo indiuiduum istud, vt volunt, constitutum relatione, vt formâ hypostaticâ: Istud indiuiduum quo possit spirare nihil aliud habet quàm naturam diuinam cum relatione ista indiuiduante coniunctam: Patri autem & Filio prius constitutis, & subsistentibus nō deest natura diuina, quæ est spirandi potentia; sed neque desideratur in illis relatio spiratoris indiuidua quominùs spirare possint, quoniam ipsi sunt indiuidua completa incommunicabilia: ergo nulla indiuiduatio ad spirandum necessaria desideratur in illis; imò nulla indiuiduatio potest addi illis, vt potè vltimò indiuiduis: aliàs si indiuiduum vltimū, quod est persona, ideò quia est vltimum, non est aptum spirare; Pater, & Filius qui sunt vltima indiuidua, non spirabūt, sed solus spirator communis; ergo otiosum est, & absque vlla ratione confictū addere indiuiduis personis nouam indiuiduationem incompletam quò spirare possint: quare ante operationem spirādi non intelligimus relationem spiratoris quasi indiuiduantem, siue constituentem indiuiduum, sed solum in Patre, & Filio indiuiduis completis intel- D ligimus potētiam spirandi, deindè operationem, demùm relationem spiratoris, quæ relatio nullo modo antecedit originem, cum non sit necessaria ad cōstituendum indiuiduum. Est enim spirator nomen originis, & relationis, & non nomen personæ, aut indiuidui.

7.
3. Ratio.
Patri, & Filio, vt spirent, nō deest natura diuina, non relatio indiuidua, quia ipsi sunt indiuidua cōplera incōmunicabilia.
Otiosum est addere nouam indiuiduationem incōpletam, vt spirēt.

Ex lib. 3. argumēta quoque eruimus: Nam si est in natura Deitatis quoddam indiuiduum commune per se primò spirans, illud quoque per se primò refertur relatione spirantis, vt liquet. Pater autem, & Filius non per se ipsos, sed per

8.
3. Probatio ex lib. 3.
1 Ratio.
In Patre, & Filio intelligitur 1. pot. spirandi: deindè operatio: demum relatio spiratoris.
Pater, & Filius non referrētur per se ipsos, sed per spiratorē.

Nō per hunc, tanquam per quidditatiuū commune, vt n.6.

per spiratorem referrentur. Hoc autem A impossibile est: nec enim referuntur per spiratorem tāquam per quidditatiuum commune, vt probatum est: quia spirator non clauditur conceptu Patris, aut Filij, sed aduenit istis personis constitutis: sed neque referuntur per illud commune tanquam per formam referendi; quia illud commune aiunt esse coniunctum ex natura, & relatione; forma autē relatiua est sola relatio, quod est planissimum argumentum: nam quatenùs referuntur, duntaxat ad aliud sunt: ergo sola relatione qua ad aliud sunt, referūtur; & impossibile est eos referri per aliquod coniunctum ex relatione, & natura. Sed neque referuntur per spiratorē tāquam per medium relatum: Nam relatum medium refertur ad vtrumque extremum, vt filius qui est medius inter nepotem, & auum, refertur ad vtrūque, & vtrique opponitur: sed spirator non refertur ad Patrem, aut ad Filium; alias esset distinctus re ipsa ab illis oppositione relationis: ergo non est relatum medium inter illos, & Spiritum Sanctum: ergo nullo modo per spiratorem referuntur: quòd si per se ipsos referuntur, per se ipsos quoque spirant; cum ea relatio sit per se spirantis.

Non tanquam per mediū relatū: quia hoc ad vtrūque extremum refertur, & vtrique opponitur.

Spirator non refertur ad Patrem, aut Filiū.

Ostenditur.

Alterum argumentū occurrit ex idē- B
titate spiratoris cum Patre, & Filio. Nā C
cum illud indiuiduum non claudatur conceptu Patris; neque Pater claudatur conceptu illius indiuidui per se spirantis: par æquaque est ratio, vt persona Patris referatur relatione illius indiuidui, & illud indiuiduum referatur relatione paternitatis. Mutuant ergo sibi relationes spirator communis cum Patre, & Filio: ergo idem spirator refertur relationibus Patris, & Filij oppositis: ergo est vnum relatum duabus relationibus oppositis: quod neque cogitari quidèm D
potest. Dices, Indiuiduum illud non referri his relationibus, quia sunt opposita. Sed nos contra instamus: cum enim illud indiuiduum sit aptum referri; & eodem modo coniungatur cum relationibus Patris, & Filij, quo hæ duæ personæ coniunguntur cum relatione spiratoris: necesse est consequi aliquid impossibile; videlicèt, aut quòd illud indiuiduum referatur relationibus oppositis: aut quòd hæ duæ personæ non referantur relatione illius indiuidui. Quia

9.
2. Ratio ex identitate spiratoris cum Patre, & Filio.

Referretur indiuiduū illud relatione paternitatis, & filiationis, sicut Pater, & Filius relatione talis indiuidui.

Respons.

Instantia.

eadem in his est ratio affirmandi, & negandi. Ergo tollendum est illud antecedens ex quo hæc impossibilia consequuntur, scilicèt quòd spirator sit indiuiduum diuinæ naturæ per se primò relatum; sed spirator sunt duo indiuidua per se relata relatione communi, & omnia sic concordant.

Circa librum 5. aliquid prælibandum est de spiratore quem dicunt commune indiuiduum. Et primum videndum est, quomodò hanc tuentibus opinionē explicandum sit illud pronūciatum, Deus spirat; sicut & alterum, Deus generat. Cum enim propositio, Deitas generat, sit damnata hęresis; illam alteram, Deus generat, exponimus accipiendo subiectum propositionis nō pro Deitate, sed pro persona Deitatis. At verò qui meditantur spiratorem quasi indiuiduum constitutum separatim ex parte naturæ, vt aiunt; affirmant in hac propositione, Deus spirat, subiectum potiùs accipi pro natura diuina quàm pro persona Patris, & Filij. Quæ explicatio patet calumniæ, quasi asserant Deitatem spirare: siquidèm aiunt Deo magis conuenire spirare, quàm Patri: Deum enim distinguentes à Patre, dicimus ipsam Deitatem communem, quæ nullo modo spirat. Sed missa isthac explicatione propositionis, quæ tuendæ illorum opinioni necessaria non est: expendere oportet, vtrùm hæc sit vera propositio, Deus spirat, accepto nomine, Deus, non pro personis duabus, sed pro re quapiam cōmuni. Et quidèm nomine abstracto, spiratio non spirat, sicut neque paternitas generat, quæ tamen est persona generans: nomine verò concreto, spirator spirat, propositio necessaria est. Sed nos aimus accipi nomen spiratoris pro personis: illi affirmant supponi pro indiuiduo cōmuni. Accipiamus igitur nomen transcendens quod abstractis, & concretis cōueniat, vt quæstio agitetur studiosiùs, vtrùm hæc res spiret; nomine autem huius rei intelligo rem illam diuinam, quæ est communis Patri, & Filio: de ea re quæro vtrùm spiret Spiritum Sanctum? Et suadetur pars affirmans: quia propositio, Deitas spirat, negatur eò quòd diuina natura non distinguitur ab Spiritu Sancto; quare non potest spirare, siue producere illum; aliàs produceret se ipsam: & hæc est causa negandæ propositi-

10.
4. Probatio ex lib. 5.

1. Ratio. Explicantur hæ, Deus spirat, Deus generat.

Hęc, Deitas generat, est hæresis.

In illa, Deus generat, subiectum accipitur pro persona Deitatis.

In altera, Deus spirat, quidam auctores 1. sēt, aiūt subiectum accipi magis p natura, quàm pro persona.

Hæc explic. patet calūnia.

Non est necessaria tuenda, 1. sent.

De eadē ꝓpos. accepto nomine, Deus, pro re aliqua communi significata nomine spiratoris.

1. Certum: Spiratio non spirat.

2. Certum: Spirator spirat

Spiratoris acceptio in 2. sēt. pro personis, in 1. pro indiuiduo cōmuni

Dub. de hac, Hæc res spirat, sumpta re pro re illa cōmuni.

Prop affirm. arg.

Assignatur ratio ob quam negatur illa, Deitas spirat.

propositionis, vt libr. 5. disputabimus. Sed illa res diuina communis Patri, & Filio significata nomine spiratoris, est distincta ab Spiritu Sancto, & est ipse spirator: ergo per se spirat.

11. Resol.neg.

Nihilominùs dicendum est nullam rẽ communem Patri,& Filio,spirare;cuius propositionis negandæ non eadem est causa, qua negamus Deitatem spirare, vt arguendo obijciebamus: nam hęc res ab Spiritu Sancto distincta est: sed quia Patri, & Filio solùm, nihil est commune nisi operatio,& relatio relatiuo conceptu, vt satis comprobatum est; operatio autem non operatur, sed est operantis; & relatio relatiuè non operatur, sed est relati: idcircò negandum est ingenuè, rem illam communem spirare; sed esse ipsum spirare. Cum autem dicimus, spirator spirat, nomen spirator accipimus cum S. Thom. 1.p.q.36.art.4.ad 4. & 5. & omnibus Theologis, pro duabus personis Patre,& Filio: neque hactenùs auditum est rem aliquam communem spirare; cum spirare sit operatio personæ. Concedimus etiam spirationem cómunem esse spiratorem, scilicèt esse Patrẽ, & Filium; quia spiratio est res communis: spirator non est res communis materialitèr, hoc est, res illa quæ est spirator, non est communis; sed sunt res duæ vna spiratione coeuntes in nomen vnũ spiratoris.

Adarg.oppositi assignatur diuersa ratio huius resolutionis ex n.5.

Operatio non operatur, sed est operantis; & relatio relatiuè non operatur, sed est relati.

In 2. certo spirator accipitur pro vtraque persona, ex S. Thom. & cõmuniter.

Spirare est operatio personæ.

Spiratio est res communis, spirator materialiter nõ ita, sed sunt res duæ.

Post hæc consulendum est quàm probè consentiat opinio hæc cum obseruata eloquendi norma. Nam vt eo lib. 5. docebimus nomen, vnum, masculino genere significat personam, & genere neutro naturam. Quòd si permittenda sit semipersona illa spiratoris, Pater, & Filius non solùm sunt vnum in natura, sed sunt vnus in illa semipersona, scilicèt sunt ille vnus quod spirator dicitur. Nomen etiam alius qui distinguit personas masculino genere conueniet spiratori, qui est alius ab Spiritu Sancto; sed non alius à Patre, & Filio. Quare ij qui sunt duo, erunt quoque vnus; & ij ipsi Pater, & Filius qui sunt inter se alius & alius, ab spiratore alij non sunt: & spirator qui est alius ab Spiritu Sancto non est alius à Patre, & Filio: imò Pater, & Filius qui sunt alij inter se, sunt ille alius ab Spiritu Sancto; & sunt alij & alius, & duo, & vnus; quæ omnia confusione plenissima sunt, & ab sensu hominum communi abhorrentia; sicut & à norma loquendi discordant. Quæ omnia absurda nos facillimè grãmaticis, & dialecticis præscriptis conformamus, sola assertione veritatis, quòd spirator non est nomen indiuidui communis.

12. 2. Ratio.

Data illa semipersona Pater, & Filius nõ solum sunt vnũ in natura, sed vnus in semipersona.

Item spirator est alius á Sp. Sancto: & non alius à Patre, & Filio.

Pater, & Filius essent alij, & nõ alij, & alius, & duo, & vnus.

Hæc confusio abest à 2. sent.

13. 3. Ratio.

Præterea Pater est in Filio, & in Patre Filius, propter distinctionem personarum in natura eadem, vt eo lib. elucidabimus: spirator autẽ si est indiuiduũ ab Spiritu Sancto distinctum, erit quoque in Spiritu Sancto, & Spiritus Sãctus in illo. At verò quanam ratione spirator erit in Patre, & Pater in spiratore? Certè nihil occurrit dicendũ, quod possit sano consilio responderi. Cogita iam apud te, indiuidua diuinæ naturæ colloquentia inter se: Pater ait ad Filium; *Ego hodie genui te*, Filius ad Patrẽ, *Tua omnia mea sunt*, & similia inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctũ possumus miscere colloquia. Inducamus iam spiratorem colloquentem: ad Spiritum Sãctum dicet; Ego te produxi, omnia habes à me: ad Patrem non suum dicet, Nihil habeo à te, sed neque à me quicquam habes; sed Spiritus Sanctus habet à te, & à me; sed non à nobis; quia ego & tu non sumus duo, sed vnus sumus: à nobis tamen habet; quia habet etiam à Filio, qui & ipse sum. Et cum tecum loquor, mecum loquor, non cum alio. Quæ omnia non tam sunt portenta opinionis, quam deliramenta somniantis: ergo nullum est indiuiduum commune diuinæ naturæ, vel fingant illud etiam mutum, ne tam dissona rationi pronunciata effutiat. Nos verò seriùs decet tractare res diuinas. Cum autem audimus Deum loquentem, tres simul personas attendimus loquentes: neque Deum cũ personis confabulantem; cum nihil sit Deus, nisi ipsa Trinitas: personas autem inter se legimus in sancta scriptura cõferentes sermonẽ. Quòd si respondeant spiratorem non loqui cum Patre, & Filio, quia non distinguitur ab illis. Nulla est responsio, quia sicut rationis speculatio satis est, vt intelligantur subsistentes distincti: ita eadem sufficiet vt intelligantur colloquentes. Natura autem diuina non loquitur cum persona, quia est ipsa loquutio personæ, quæ per naturam loquitur. Cum ergo Pater non loquatur per spiratorem, quasi per naturam, aut loquutionem suam, neque spirator per Patrem,

Hæc colloquia spiratoris censentur deliramẽta somniãtis.

Personas inter se loqui, habetur ex sacra Script.

Resp.

Refutatur.

Natura non loquitur cum persona, quia est ipsa loquutio personæ.

Indiuiduum illud si esset, sicut loqueretur cum Sp. Sancto, ita posset loqui cum reliquis indiuiduis.

Patrem; & vterque loquatur ad personã A distinctam: nihil prohibet eos colloqui inter se: neque verò inficiandum est illud indiuiduum quod loquitur cum Spiritu Sancto posse loqui cum reliquis omnibus indiuiduis, & similiter cum Patre, & Filio. Sed hæc satis sint ab vsu nominum diuinorum deprompta.

Confirmatio.

14.

S. Thom. 1. locus. HÆc est satis testata S. Thomæ sententia 1.p.q.36. art.4. in corpore articuli verbis vltimis, vbi ait Patrem, B & Filium esse vnum principium Spiritus Sancti propter vnitatẽ proprietatis significatæ hoc nomine; ergo nihil ibi est vnum quod significetur nomine isto, nisi sola proprietas vna in duabus personis. Et solut. ad 1. obseruat posse quidem esse in duabus personis, quarum est vna natura, vnam etiam proprietatẽ: quòd si in istis personis esset commune indiuiduum spirator, non esset mirum quòd esset in illis vna proprietas illius indiuidui. Et ad 7. ait Patrem, & Filium esse vnum spiratorem propter vnam spirationem, eò quòd spirator sit nomẽ substantiuum; quòd si spirator significaret indiuiduum subsistens, illud ipsum significatum cõcretum esset vnum in duobus, & non essent vnus spirator propter C regulam substantiuorum, sed propter rẽ ipsam significatam, neque esset quæstio de propositione ista inter Theologos, qui acriè quærunt vtrùm propter proprietatem vnam communem duæ personæ possint dici vnus spirator. Docet etiam S. Thom. ad 4. nomen spiratoris supponi pro Patre, & Filio simul confusione quadam; quòd si esset vnum subsistens indiuiduum, pro illo maximè supponeretur nomen spiratoris.

2. locus.

3. locus.

4. locus.

15. Obiectio ex *S. Thom.* Quod verò obijciunt ex solut. ad 1. D vbi S. Thom. docet virtutem spirandi esse ipsam naturam cum proprietate cõiunctam: nullius ponderis est; nam potentia notionalis non est coniunctum ex essentia, & proprietate, sed est ipsa essentia addita proprietate in obliquo, vt S. Doctor elucidat q.41. ar.4. & loco commemorato, scilicèt solut. ad 1. q. illa 36.ar.4. vbi ait potentiam notionalem esse essentiam cum proprietate cõiunctam, pollicetur se id posteà expositurum, nempè q.41. absque vllo igitur dubio intelligit potentiam esse essentiã, addita in obliquo relatione: & non aliquod constitutum ex essentia, & relatione. Nam & illud constitutum est in recto relatio subsistens in essentia, vt posteà disputabimus: potentia verò notionalis est essentia ipsa communis in recto, addita relatione in obliquo propriæ personæ, cuius est potentia.

Respons.

Idem.

Explicatur.

PARS TERTIA.

Quid de opposita sententia sentiendum sit?

11. Opposita sent. non audienda in scholis.

AT verò si de hac opinione aliquid nobis dicendum sit, illud planè asserimus, non modò verosimilem non esse, sed neque dignam, quæ in scholis audiatur. Eòque peiùs videntur errare illius assertores, quòd affirmant de Deo non solùm noua, sed quæ nec in Deo, nec in rebus creatis liceat inuenire; cũ ponant inter hypostasim, & naturam hypostasis indiuiduum quoddam naturæ. Rectè quidèm, vt S. August. ait initio librorum de Trinit: *eò remotiores à vero, quòd id quod sapiunt nec in corpore inuenitur, nec in facto, & condito spiritu, nec in ipso creatore.* Sapiẽter enim notat ibidem S. August. Ecclesiam Dei accipere nomina à rebus conditis; quibus Deitatem, aut adumbret per ea, quę in corpore cernimus, aut quoquo modo significet per ea, quæ de spiritibus sola mẽte persentimus. *De rebus autem* (inquit) *quæ omnino non sunt, non traxit aliqua vocabula quibus vel figuraret locutiones, vel spiraret ænigmata*, hoc est, neque per ænigma, neque per figuratam loquutionem Deo Ecclesia ascribit, quæ existentiam non habent, & quę omninò non extant, neque in corporibus, neque in spiritibus. Patrem enim & Filium, & Spiritum Sanctum nuncupamus personas diuinas, & Deitatem vnam in illis dicimus naturam, essentiam, substãtiam, quæ nomina rerũ nobis nota sunt. Igitur in ipso arcano Trinitatis numerus personarum trium in natura vna, admirandus est: quòd verò personam in Deo, & naturam agnoscamus mirum non est: cõsueta enim nobis sunt isthæc, persona, & natura. Indiuiduum autem naturæ rationalis, quod non sit natura neque persona, omninò non est, nec in Deo

In creatis inter hypostasim & naturã non inuenitur indiuiduũ naturę *S. August.*

Ecclesia per nomina à creatis accepta Deitatem adumbrat aut significat.

Idem. Non traxit vllas vocabula ad res quæ omninò non sunt.

Indiuiduum rationalis naturæ, quòd nõ sit natura, neque persona, nec in Deo est, nec in rebus creatis.

S. Augst. tres morbos ignorationis indicat.

Primus.

Secundus.

Tertius.

De hoc 3. morbo acerbissimè *Idem.*

Pessimè errat qui nec ratione, nec sensu ductus de Deo affirmat quod suspicari nō debuit.

Ostenditur.

Opposita sent. reprobanda est aliquâ censurâ

Ab omni abstinet Auctor.

1. Ratio.

2. Ratio notanda.

Idem.

C. *Inquibus* S. *Anselm.*

Illatum notandum.

Contentio discordiam parit, nō cōsensum.

Deo, nec in rebus conditis à Deo. Cum ergo S. Augustin. tres morbos ignorationis indicasset; eorum scilicèt qui Deo tribuunt, quæ sunt propria corporis: & eorum qui de Deo non digniùs quàm de creato spiritu philosophantur: & eorum qui de Deo sentiunt, ea quæ neque in corpore, neque in spiritu creato extant, de hoc tertio morbo videre est, quàm acerbè loquatur, *Perniciosius* (inquit) *& inaniùs euanescunt, qui tertio illo genere erroris à veritate secludun-tur, hoc suspicando de Deo, quod neque in ipso, neque in vlla creatura inueniri potest.* Igitur ex sententia S. Augustini is qui Deum humana figura effingit, minùs errat, quàm qui de Deo affirmat ea quæ nec sensu, nec ratione ductus debuit suspicari. Hic enim qui nec sensu ipso ducitur ad falsam de Deo existimationem, sed sola temeritatè quadam præcipitatur, errorem habet, causam erroris non habet, sed se ipsum seducit, & in errorem libens impellit. Notanda ergo est & expungenda sententia, quæ inducit nouum indiuiduū naturæ, quod non sit hypostasis, siue persona. Quia verò argumenta quibus illam confutauimus, luculentissima sunt, & non pauca à documentis fidei Catholicæ petita; existimamus esse eam opinionem reprobandam aliquâ falsitatis notâ, quam Theologi censuram vocant: sed id facere in animo non est; tum quia non tanti nos facimus, vt asserta à viris doctis, & Catholicis mente nostra æstimemus: tum maximè, quia arbitramur id quoque Ecclesiæ Dei quandoque expedire. *Ferendus enim est* (inquit S. Augustinus) *disputator errans in alijs quæstionibus non diligenter digestis, non dum plana Ecclesiæ auctoritate firmatis.* Quod idem sæpiùs repetit, videlicèt serm. 14 de verbis Apostoli, & 1. de Genes. ad literā, c. 19. & in Enchirid. & refertur cap. *Inquibus*, 22. q. 2. & idē docet S. Anselm. lib. vt Deus homo, c. 15. Quòd si disputator in rebus adhùc nō definitis ferendus est, non est verbis, aut opprobrijs incessendus, sed potiùs inuitandus ad veritatem. Aliàs fortè eueniet, vt ea dogmata falsa, quæ euellere consultum est, altioribus radicibus alantur; dum eorum assertores reprehensi, ad ea ipsa tuenda studiosiùs se conuertunt; contētio enim discordiam parit non consen-

A sum. Atque idcircò S. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 39. *Sunt multi* (inquit) *fidelium qui impio zelo succenduntur, & sæpè dū quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreticos faciant.* Quantò ergo dedecet viros Catholicos, & doctos, etsi de rebus Theologis dissideant, ita se se insectari, vt alios cogant falsam sententiam pernicioſiùs tenere, dum acrius se magis, quam sententiā tuentur. Et sunt potiùs ratione, & auctoritate maiorū, aut multorum alliciendi, ij qui in periculo errādi vidētur versari, vt se sinant, quod B ait S. August. à veritate vinci. Quamobrem in refutandis eorum opinionibus, qui nostra ætate suos libros ediderunt, in animum induximus ab omni censura nos abstinere; de illa tamen opinione licet consulere quid senserit Gregor. dist. 12. q. vnica, Petrus Aliac. q. 8. ar. 2. Palat. dist. 11. q. 3. nec non Bellarmin. lib. 2. de Christo, cap. 15.

S. *Gregor.*

Auctor statuit abstinere à cēsura in refutādis recentioribus.

De oppositā sent. quid censuerit *Gregor.* *Aliac.* *Palat.* *Bellarm.*

CAPVT LVII.

Argumenta refelluntur.

C QVòd spirator sit indiuiduum naturæ his argumētis persuadent. Primò: Spiratio est indiuidua, siquidèm est vna; ergo & spirator est indiuiduum siue indiuiduus: est enim argumentum à coniugatis.

1. 1. Arg.

Secúdò: Quicquid est in Deo est subsistens; imperfectum enim est quod non subsistit: sed est spirator vnus: ergo vnū subsistens. Et confirmatur, quia vna proprietas non potest esse duorum: sed D spiratio est vna quædam proprietas: ergo aliquid subsistens est, cuius sit ista proprietas.

2. 2. Arg. Confirm.

Tertiò: Quælibet relatio diuina includit essentiam intrinsecè; ergo spiratio actiua non est sola relatio, sed est relatio, & essentia simul; ergo est quoddam constitutum subsistens ex essentia, & relatione. Et confirmatur, quia non magis coniunguntur aliæ relationes cū essentia, quam spiratio actiua; ergo sicut aliæ coniunctione illa constituunt subsistens, ita & spiratio actiua eadem coniunctione constituit subsistens.

3. 3. Arg. Confirm.

Quartò: Spirator continet essentiam & relationem simul, & non continet ea quasi per accidens: ergo continet ea vt vnum constitutum per se ex ijsdem. Et

4. 4. Arg.

Confirm. confirmatur, quia aliàs spiratio esset quasi seorsum existens, si non constitueret vnum per se.

5. 5.Arg. Quintò: Spirator per se spirat: ergo habet per se spirandi potentiam: sed hęc potentia est ipsa essentia: ergo spirator est ex essentia, & proprietate constitutus. Et confirmatur, quia S.Thom.1.p. q.36.art.4.ad 1. ait potentiam spirandi significare naturam addita proprietate: sed potentia intelligitur ante actum spirandi: ergo ante illum actum intelligitur proprietas quædam constituens individuum.

Confirm. ex S. Thom.

6. 6.Arg. Sextò: Si in diuinis non esset Pater, & Filius, sed solus spirator, & Spiritus Sanctus, spirator subsisteret ex essentia, & proprietate: sed modò non est minùs perfectus spirator quàm tunc esset: ergo & modò subsistit.

7. 7.Arg. Septimò: Spirator est correlatiuum Spiritus Sancti: relatorum autem eadē est habenda ratio: ergo sicut Spiritus Sanctus subsistit, ita & spirator subsistit.

8. Vlt.Arg. Vltimò: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus, quia sunt vna Deitas subsistens: sed Pater, & Filius sūt vnus spirator: ergo spirator per se subsistit, sicut Deitas.

Aduertenda.

9. 1.aduert.ex libr.3.c.28. AD confutanda argumenta, recolendum est ex libr. 3. relationem diuinam non claudere suo conceptu essentiam. Nam qui existimant essentiam claudi conceptu relationis, adhùc distinguunt relationem, vt relatio est, ab essētia. Quòd si relatio diuina etiam vt relatio clauderet suo conceptu essentiam, quocūq; cōceptu relatio diuina esset persona, vtpotè res habens essentiā, siue naturam diuinā. Nos verò contra asseueramus nullam relationem claudere suo conceptu essentiam; quare nulla relatio proprio conceptu est persona, sed est personæ proprietas.

2.Sēt.de qua ibi,n.4 distinguit adhùc relationem vt relatio est, ab essentia.

Aliàs relatio quocunque cō ceptu esset persona.

3.Sent.tradita ibi n. 5. rata habetur.

10. 2.Aduert.ex cap.43.p.1. Alterum adhùc est ex hoc eodem lib. commemorandum, quòd relatio diuina existit per existentiam absolutam, quæ est diuina essentia. Et ita contemplantes relationem vt existentem, & essentiam diuinam vt est existentia, per se cō iungimus relationem cum essentia tanquam cum suo actu, & perfectione formali. Sed relatio diuina considerata vt est proprietas personæ, non coniungitur cum essentia tanquam cum suo actu, sed vt actus vltimus individuans cum forma specifica, quasi duæ partes constituentes, ex quibus videlicèt persona constituitur.

Relatio vt existens cum essētia in quantū est existentia coniūgitur vt cum suo actu; vt est proprietas personæ nō sic, sed cum essentia vt actus vltimus individuans cūforma specifica.

11. 3.Aduert.ex cap.18.p.1. Tertiò præmeditandum est ex ijs, quæ hoc lib.docuimus, nomine proprietatis hypostaticæ significari actum vltimum, & rem illam vltimam, qua hypostasis constituitur: quæ res considerata cum illa relatione vltimi, aut cum relatione incommunicabilis, nominatur isto nomine proprietas hypostatica. Et illa res sic nominata, in persona diuina distinguitur ratione formali ab origine, & relatione relatiuè cognita: & relatio conceptu confuso continet proprietatem illam hypostaticam, & originem, vt posteà elucidabimus. Relatio autem spiratoris, quæ non constituit personam, nec individuum naturæ, suo conceptu confuso continet quidèm originem, & non continet proprietatem aliquam constituentem. Quare cum relatio spiratoris vocatur proprietas communis, nomine isto proprietatis, non significatur res aliqua diuina distincta ratione formali ab origine, aut relatione, quemadmodum nomine proprietatis hypostaticæ indicatur res illa, quæ est actus vltimus constituens personā: sed ipsa origo, & relatio spiratoris, quia est propria duabus personis, significatur nomine proprietatis: & non significatur hoc nomine spiratoris res aliqua antecedens originem, aut relationem: sicut significatur nomine proprietatis hypostaticæ. Nam & in Patre generatio actiua, & relatio relatiuo conceptu est proprietas, quia est solius Patris: sed proprietas hypostatica non est origo, neque relatio relatiuè cognita; sed res aliqua antecedens originem nostro intelligēdi modo, vt posteà declarabimus. Quare nulla est consequentia, etsi spiratio actiua sit proprietas, hoc est, duorū propria, quòd constituat aliquid individuum: quia non est proprietas illa antecedens originem, quæ constituit individuum naturæ: sed est ipsa origo, vel relatio relatiuè cognita, quæ nomine proprietatis appellatur, quia est duorū propria.

Sic dicitur cō siderata cū relatione vltimi, aut incommunicabilis.

In Deo distinguitur ratio formali ab origine, & relatione vt sic.

Relatio spiratoris suo cōceptu confuso originem continet, non proprietatem constituentem.

Cum dicitur proprietas cōmunis, significatur ipsa origo & relatio, quæ est propria duabus personis.

Nomine spiratoris nō significatur res antecedens originem, & relationem; sicut nomine proprietatis hypost.

Exemplum est in Patre.

Ex his eneruatur arg. pro opposita sent.

12. 4.Aduert. Ex persona, & accidēte aduenīente constituitur coniunctum vnū per accidens.

Adhùc aduertendum est ex persona, & accidente adueniente constitui vnum per accidens, quod non est persona, neque

Ex Patre, & spiratione intelligitur vnũ constitutum, non per accidens, sed per se.

At ipsa spiratio est extracõceptum Patris.

Illud constitutum non habet nomẽ quo significetur.

Imitatur coniunctũ per accidens.

Declarantur hæc

Relatio spiratoris cõstituit vnũ per se singulatim.

Non tamen est vnum aliquod indiuiduum cõmune Patri, & Filio hac relatione constitutum,

que accidens, sed coniunctum ex vtroque. Quare & in diuinis si cogitemus Patrem addita spiratione; ex persona Patris, & relatione spiratoris addita personæ, intelligimus vnum constitutum: quod tamen non est per accidens, quia spiratio non est accidens, & per se necessariò conuenit illi personæ: est tamen extra conceptum illius personæ ipsa spiratio: & illud coniunctum ex persona, & spiratione, non habet nomen quo significetur, quia nulli rei creatæ est simile: sed illud imitatur coniunctum per accidens ex persona, & accidente aduenière, vt manifestè liquet. Concedimus ergo relationẽ spiratoris constituere vnũ per se singulatim, scilicèt Patrem spiratorem, & Filium spiratorem; & vtrumque coniunctum est per se vnum, modo iam explicato: sed non est vnum aliquod indiuiduum commune his personis, hac relatione constitutum. Nam & qui illud indiuiduum comminiscuntur, necesse est cogitent Patrem spiratorem vt coniunctum per se vnum ex persona, & relatione spiratoris, & vt ad eum modum, quo & nos, de illo coniuncto philosophẽtur: nos verò hoc coniunctũ ex persona, & spiratione coacti meditari, indiuiduum cõmune intelligere nulla ratione impellimur.

13.
Vlt. aduert.
Si tres personæ assumerent eandem naturam, homo nõ esset vnũ subsistens, sed tres.

Ratio.
Esset tamẽ per se risibilis.

Non sequitur ex eo quòd spirator per se spirat, quòd sit vnum subsistẽs.

Exemplum hominis in ea hypothesi.

Diuersitas in exemplo.

Nomine spiratoris non significatur vna quasi forma totius, ratione cuius cõueniat p sonis spirare.

Ostẽditur ex c. 56. p. 1. n. 7.

Postremò ponderandum est, quòd si tres personæ diuinæ assumerent eandem naturam, homo non esset vnum subsistens; quia humanitas assumpta, quæ est vna, non esset homo, neque subsisteret per se; sed essent tres subsistentes: & tamen homo esset per se risibilis: quare nulla consequẽtia est, ex eo quòd spirator per se spirat, quòd sit vnum subsistẽs: sicut in illa hypothesi homo esset per se risibilis, & non esset vnum subsistens. Cogitandum tamen est quòd homo tunc esset per se risibilis ratione vnius humanitatis, quæ esset in personis tribus: nomine verò spiratoris non solùm non significatur vnum subsistens adueniens personis; sed neque significatur vna quasi forma totius vt humanitas, ratione cuius conueniat illis spirare: quia constitutum ex essentia, & relatione spiratoris non potest esse quasi forma personarum, vt humanitas: quod anteà probatum est. Et quoad hoc non est exemplum assimile hominis, & spiratoris. Dicendum igitur est aliam ob causam dici spiratorem per se spirare, vt nomine spiratoris intelligatur potentia spirandi, quæ per se coniungitur cum actu spirandi, vt libro 2. exposuimus.

Spirator dicitur per se spirare, vt nomine spiratoris, potentia spirandi intelligatur, ex libr. 2. c. 38. n. 2. & 21.

Responsio.

14.
Ad 1. arg.
Spiratio actiua est indiuidua, at non indiuiduũ subsistẽs.

Argumento à coniugatis solùm colligitur vnus & indiuiduus spirator,

AD argumenta respondetur. *Ad* primum cõcedimus spirationẽ actiuam esse indiuiduam, sed non consequitur vt sit indiuiduum habens naturam: argumentum autem à coniugatis est vt ex indiuidua spiratione colligamus indiuiduum spiratorem. Et ita Pater, & Filius sunt vnus, & indiuiduus spirator, ratione spirationis indiuisæ in duobus: sed illa spiratio non est indiuiduum subsistens habens naturam: sed est in duobus indiuiduis subsistentibus Patre, & Filio.

15.
Ad 2. arg. ex cap. 56. p. 1. n. 3 4. & 5.
Non quæcũq; res diuina per se ipsam subsistit formaliter sed est subsistens identicè. Item subsistẽs, id est, independens.

Ad secundum respondetur negando quòd res quæcunque diuina per se ipsam subsistat formaliter; sed identicè est res subsistens: etenim res non subsistens formaliter, à re subsistenti, sola mentis speculatione discernitur; neque est vlla imperfectio quòd res diuina nõ subsistat formalitèr: non tamen pendet à re vlla, neque causam habet, vt docuimus 1. parte capitis præcedentis. Relatio verò spiratoris in sensu identico subsistit; quia est persona diuina: sed non est vnum subsistens commune, sed duo subsistentia Pater, & Filius. Ad confirmationem respondetur concedẽdo in rebus creatis nullam esse proprietatem duorum vnam, quæ non sit proprietas naturæ cõmunis vnius; quia nulla proprietas est communis, quę non sit accidens adueniens naturæ. At verò spiratio, quæ aduenit diuinis personis, non est accidens, neque aduenit ratione naturæ, cui non conuenit: quare non est necesse præmeditari commune indiuiduum vnum, ratione cuius vnius, vna proprietas conueniat duobus. Sed idcircò vna relatio conuenit duabus personis, quia in eis est vna etiam natura, vt docet S. Thom. q. 36. art. 4. ad 1. Quia in natura Deitatis omnia sunt vnum, quæ non opponuntur relatiuè. Et idcircò non est mirum quòd duarum personarum sit vna proprietas per se primò, quæ non sit alicuius indiuidui communis.

Ad confirm.
In creatis nulla est proprietas vna duorũ p se 1. quæ nõ sit naturæ cõmunis vnius.
In diuinis maximè, vt spiratio.

Ratio.
Spiratio nõ est accidens adueniens ratione naturæ.

Relatio vna ideò duabus p sonis cõuenit, quia in eis vna est etiã natura *S. Thom.*
Pronunciatũ, de quo cap. 43. p. 2. n. 1.

16.
Ad 3.arg ex n.9.
Ad confirm. Par est ratio coniunctionis cuiusque relationis diuinæ cũ essentia quo ad identitatem realem, nõ quo ad ordinẽ rationis, vt n.11.

Ad tertiũ negatur quòd relatio claudat suo conceptu essentiam, vt in notationibus admonuimus. Ad confirmationem respondemus confitentes parem esse coniunctionem cuiusque relationis diuinæ cum essentia secundum identitatem realem: sed ordine rationis relatio personarum constituens coniungitur cum essentia, vt pars constituens cõceptu absoluto, & ante originem: quo pacto relatio spiratoris non coniungitur cum essentia, vt in notationibus docuimus.

17.
Ad 4. arg. ex n.13.
Essentia non continetur formaliter nomine spiratoris; at hæc coniunguntur identicẽ, & per se.
Ostenditur.

Ad quartum negamus essentiã contineri nomine spiratoris formaliter, quia hoc nomen non significat essentiam, sed relationem; concedimus tamen secundum identitatem coniungi hæc non per accidens, sed per se: nihil enim in diuinis est per accidens. Quia enim essentia per se est personæ eiusdem, cuius est per se operatio, & relatio spiratoris, hęc quoque secundum identitatem, per se coniunguntur cum essentia. Ad confirmationem respondetur quòd illi potiùs quasi seorsùm ponunt spiratorẽ, vt cap. antecedente docuimus. Nos verò relationem spiratoris secundum esse, & secundum identitatem coniungimus cum essentia: sed secundum informationem, copulamus illam personis, quarum est quasi forma, Patri scilicèt & Filio: & nõ agnoscimus nouum indiuiduum, cuius hæc relatio sit forma. Quomodò verò hæc relatio constituat aliquid per se vnũ suo modo, inter aduertenda elucidauimus.

Ad confirm.
Relatio spiratoris secundũ identitatẽ coniungitur cum essentia, & secũdum informationem cũ personis,
Vide n.12.

18.
Ad 5 arg.
Hæc propositio, Spirator spirat, est per se 1. modo quasi essentialiter.
Exemplum.

Ad quintum respondetur, quòd ista propositio, Spirator per se spirat, potest intelligi duobus modis per se; primo, & quarto modo. Primo modo quasi essentialiter, vt si dicamus, Calefaciens calefacit: quæ est quasi identica prædicatio; ac si diceres, Calefaciens est calefaciens; nam qui calefacit est calefaciens: & solo explicandi modo distinguuntur hæc enunciata: & sunt per se necessaria. Alio modo per se, indicatur causa; & hæc est vera, Spirator per se spirat, quatenùs potentia spirandi coniungitur cum suo actu, vt libro secundo docuimus: tunc autem significatur nomine spiratoris potentia spirandi. Quarè cum arguendo dicitur spirator per se habere potentiam spirandi, prædicatur definitio nominis de definito,

Item est per se 4. modo, quasi causaliter, vt n.13.
In hac, spirator habet potentiã per se spirandi, prædicatur definitio nominis de definito

A quia nomine spiratoris significatur habens potentiam spirandi: sicut si dicamus risibile per se habet potentiam ridendi; quæ est definitio nominis, siue explicatio risibilis: sed ex his non colligitur esse aliquod vnum indiuiduum commune, cui per se conueniat ista potentia, quæ potest per se primò conuenire duobus, vt comprobauimus. Et hoc ipsum complexum, Habens potentiam spirandi, non significat indiuiduum, quod habet potentiam, sed ipsam potentiam communem duobus indiuiduis; & sola est cauillatio in argumento. Ad confirmationem respondetur, Sanctum Thomam eo loco posuisse numerum singularem indefinitè, scilicèt
B addita proprietate, siue proprietatibus: Potentia enim spirandi est natura diuina additis duabus proprietatibus Patris, & Filij, vt libro secundo docuimus. Vel potest explicari Sanctum Thomam definijsse potentiam per actum suum, qui est vna operatio spirandi: nam & hoc modo definiri potentiam notionalem eodem lib. admonuimus.

Ostenditur.
Exemplum.
Pot. spirandi potest per se 1. cõuenire duobus, vt n.15. & c.56.
Complexum hoc, Habẽs potentiam spirãdi, significatnõ indiuiduũ, sed potentiam cõmunem duobus indiuiduis
Ad confirm.
Ad locum S. Thom. 1. explicatio ex lib.2. c.38. n.15. & 14.

Ad sextum concedimus, si non esset Pater, & Filius, spirationem actiuam potuisse constituere subsistens, quia non
C aduenirent subsistentibus, & esset incommunicabilis, & oporteret constitui subsistens distinctum ab Spiritu Sancto, quod esset persona: sed re vera vt est, cum aduenient subsistentibus, non potest constituere seorsùm subsistens: neque idcircò minus perfecta est, quia in relatiuis nihil additur perfectionis, vt lib.3. docuimus. Sed omnis perfectio attenditur secundum esse diuinum.

2. Explicatio ex cap.38.n.17.

19.
Ad 6 arg.
Si nõ esset Pater, & Filius spiratio actiua cõstitueret subsistens, & personam distinctã ab Sp. Sancto.
Modò nõ minùs perfectam non constituendo subsistens.
Ratio ex lib. 3.cap.31.n.14.

Ad septimum respondetur concedẽ-
D do spiratorem esse correlatiuum Spiritui Sancto, sed ipso nomine correlatiui significatur in ipso spiratore vna relatio duarum personarum. Et illud correlatiuum substantiuè est vnum, adiectiuè sunt duo, vt lib.5. declarabimus per regulam nominum substantiuorum: non tamen est vnum indiuiduum, sed duo, Pater, & Filius. Cum verò obijcitur relatorũ eandẽ esse naturã, intelligitur genus idẽ, nam genus dicitur natura rerũ: relationes autẽ diuinę, quæ nõ sũt in genere, quatenùs relationes sunt, habent idem esse diuinum; & in hoc assimilantur: sed omninò necesse non est, vt omnes

20.
Ad 7. arg.
Spirator est correlatiuum Spiritui Sãcto
Significat relationem vnã duarum personarum, & est vnum substantiuè, adiectiuè duo, item duo indiuidua.

Obiect.
Occurritur.
Relatorum eadem est natura, hoc est, genus.

Quoad alia discrimen.

nes relationes diuinæ sint proprietates constituentes, neque vt relatio spiratoris sit vnius indiuidui, quia relatio Spiritus Sancti est vnius: sicut & processio Spiritus Sancti est vnius, origo autem eius actiua est duorum.

Exemplum originis.

21. Ad vlt. arg. Cur tres personæ dicantur vnus Deus? 1. Ratio.

Ad vltimum respondetur Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum dici vnum Deum, ob rationes duas. Primùm, quia Deus est nomen substantiuum, & hæc ratio sufficit, vt libro 5. dicemus: quare Pater, & Filius ob hanc vnam rationem dicitur spirator vnus. Secunda ratio

2. Ratio, quia Deitas est res vna subsistens.

est, quia Deitas est vna res subsistens; quare Pater, & Filius, & Spiritus Sãctus sunt vnum illud, quod subsistit: sed hæc ratio secunda non est necessaria in omnibus, neq; inuenitur in spiratore: nam & tres personæ essent vnus homo assumpta humanitate, cum tamen humanitas non subsistat.

Hæc 2. ratio non est necessaria, nec inuenitur in vno spiratore.

Exemplum in hypothesi, de qua n. 13.

CAPVT LVIII.

Variæ sententiæ referuntur de constitutione formali diuinæ personæ.

1.

Difficultas proponitur.

CIrca constitutionem formalem diuinæ personæ sunt penè innumeræ sententiæ: dum põdere quæstionis pressa ingenia præclara hùc illùc inquirunt diuersas vias superandæ difficultatis. Edocti enim sumus proprietates diuinarum personarum esse quasdam relationes, aut etiam origines: persona autẽ priùs intelligitur, quàm origo quæ est operatio personæ; & ipsa origo priùs intelligitur quàm relatio, quæ fundatur in origine; generatio enim antecedit paternitatẽ: ergo in persona Deitatis prima quæ est Pater, meditanda est aliqua alia proprietas ante generationem, & paternitatem, vt priùs intelligatur persona sua proprietate constituta, cuius est generare, & deindè referri relatione Patris.

In 1. persona v.c. proprietas constituẽs personam intelligẽda est ante generationẽ, & paternitatem.

2.

Prima sententia est opinantium personam Patris constitui per originem; & idem dicendum est de alijs personis: & ita persona Patris per generandi actum constituta antecedit relationem. Sed hęc opinio minùs probatur Doctoribus, de qua posteà disputabimus. Quæstioni autem propositæ non satisfacit; nam & ante operationem necesse est priùs intelligere personam constitutam: operatio enim generandi non est naturæ, quæ non generat, sed est personæ iam constitutæ operatio; ergo ante operationem necesse est in persona constituta meditari proprietatem constituentem. Præterea generare est habentis potentiam ad generandum; potentia autẽ est priùs cognitione, quàm operatio; dum enim ostendo Patrem generare, quia potentiã habet, demonstro à priori; sed id quod potest generare, iam est persona constituta; quoniã natura nõ potest generare, sicut nec generat; ergo ante originẽ cõstituenda est persona. Denique ijsdẽ argumentis, quibus capite sequenti ostẽdemus relationem, vt relatio est, non constituere personam; cõuincitur quòd origo vt origo, non constituat personã. Hoc ergo maximè inuestigent Doctores qua nam ratione relatio, siue ipsa origo constituat personam, siquidèm videtur non posse constitui personam per relationem vt relatio est, siue per originem, vt origo est: quia proprietas constituens personem clauditur in conceptu personæ; imò antecedit ipsam, vt probandum erit capite sequenti: origo autem & relatio consequitur personam: ergo neque origo neq; relatio cõstituũt personã. Neque est recurrendũ in re ista ad diuersum genus causæ, quia in rebus diuinis non est actus, & potẽtia passiua, vt in alio, & alio genere causæ formalis, & materialis, id quod est posterius sit etiam prius; neque etiam in persona eadem est genus causæ efficiẽtis, aut quasi efficientis; nam in eadem persona non procedit vnum ab alio: omnia ergo intelliguntur, vt actus, & formæ eiusdẽ personæ; & non possumus confugere ad diuersitatem generis causandi. Cum ergo relatio sit vltimus actus, non potest esse primus actus constituens. Loquimur autem de constitutione rationis in qua est prius aliquid, & aliud posterius: nam in re ipsa nulla est cõstitutio, & nulla prioritas. Durandus, & Scotus erumpunt ex his angustijs noua quadam via negantes prioritatem rationis in cõstitutione diuinæ personæ, vt priùs cogitemus personam constitutam, deindè operantem, tertiò relatam: & ideò aiunt personam constitui relatione, vt relatio est: neque tamen relationem constituentem antecedere personam constitutam, cum quibus disputabimus cap. sequenti.

Improbatur 2.

Priùs cognitione est potẽtia, quàm operatio.

Quod potest generare iam est persona cõstituta.

Improbatur 3. ex dicẽdis c. 59.

Origo vt sic, non cõstituit personã, sicut nec relatio vt sic.

Euasio 1. præcluditur.

In diuinis nõ est recurrendũ ad diuersum genus causæ.

Ratio.

In diuinis nõ est actus, & potent. passiua, vt c. 48. p. 2. n. 11.

In eadẽ personã ónia intelliguntur vt actus & formæ.

Relatio est vltimus actus, loquendo de cõstitutione rationis.

Euasio 2. *Durand. Scot.*

Negat prioritatẽ rationis in constitutione diuinæ personæ.

De hæc c. 59.

1. Sent. quòd origo constituit personam Patris, & sic de alijs.

Hæc sent. vt difficultati nõ satisfaciens.

Improbatur 1.

Ante originẽ intelligitur personã cõstituta.

3.

2.Sent. opposita: quòd essentia vt radix relationum constituat, relatio distinguat.

Hæc sent. vt pugnans cũ doctr. fidei, & difficultati nó satisfaciens.

Improbatur 1. ex cap. 54.

Essentia vt radix relationũ, adhùc est res absoluta.

Vnde constituendæ essent tres psonæ absolutæ, contra fidem, vt c. 51.

Confirm. ex *S. Thom.*

Improbatur 2.

Essentia si cõstituit personam vnam cõstituit tres, atque adeò distinguit.

Improbatur 3.

Non possunt intelligi personæ genitæ, & genitæ; quin iã intelligantur personæ distinctæ, & duæ.

4.

3.Sent. *Gandau.* affinis: quòd relatio aptitudine, seu aptitudo ad generandum constituit Patrẽ.

Explicatio quorundam. *Vasq. d.* 158. *c.* 5. *& d.* 159 *c.* 7.

Est aliorum valdè oppositа sententia quòd essentia constituat personas, essẽtia, inquam, vt est radix relationum; at verò personas constitutas relatio distinguat. Hæc sententia pugnat cum doctrina fidei, & quæstioni nõ satisfacit. Nam præterquam quòd probatum est idem constituere quod distinguit; & essentiam etiam addita proprietate relatiua non constituere simpliciter, sed secundum aliquid, quia constituit secundum aliquid commune, vt explicatum est: essẽtia vt est radix relationum adhùc est res absoluta, quæ non potest constituere, nisi quid absolutum; quare remotis relationibus adhùc erunt constituẽdę tres personæ absolutæ, quod est contra fidẽ, vt diximus. Neque id potest intelligi quòd essentia vna constituat personas tres, vt obseruat S. Thom. q. 8. de potẽtia, ar. 3. nisi addãtur proprietates tres; essent enim tres in eo quo sunt vnum, quod est impossibile. Prętereà dum aiũt essentiam constituere personam, iam concedunt personam sic constitutã esse distinctam; nam persona est quid incõmunicabile à cæteris distinctum, & sicut essentia constituit personam vnam, ita constituit personas tres, eodem enim modo se habet ad singulas: tres autem personas quis non videt esse iam distinctas, cum sint tres? Denique si relatio solummodò distinguit, & illa est vltimus actus consequens originem: ante ipsam relationẽ intelligeremus vnam personã generantem, & aliam genitam; & adhùc non intelligeremus distinctas; siquidèm per relationem consequentẽ aiunt personas distingui: impossibile autem est intelligere personam generantem, & genitam, & non intelligere eas personas distinctas, & duas.

Non multum dissidet ab hac sententia Henric. Gand. in summa ar. 56. q. 3. ad 4. vbi ait relationem constituere personam sub quadam ratione innominata, cui nomen hactenùs non sit inditum: & hoc quidèm verè dicit, & facilè dictu est. Sed cum vult aperire suam mentem docet relationem non actu, sed aptitudine constituere Patrem: & hoc idem declarans ait aptitudinem ad generandum constituere Patrem.

Quidam verò istam Henrici doctrinam consequuti, multa comminiscũtur de constitutione personæ diuinæ. Primũ aiunt totam quæstionem versari de cõstitutione primæ personæ antecedentis originem, quæ non potest constitui relatione fundata in origine; secundã enim & tertiam personam procedentes absq; dubio constitui relatione relatiuè concepta, vtpotè fundata in processione antecedenti: deindè affirmant cum plerisque Theologis ante generationem actiuam intelligi necessariò personam, quæ generet; sed aiunt tamen eam personam in illa prioritate non intelligi cõstitutam, sed duntaxat, vt rem potẽtem generare. Personam igitur sic imperfectè cognitam censent constitui ptoprietate ingeniti, & primæ fæcunditatis, quę nomina, aiunt, significare potentem generare: quæ res significata est ipsa paternitas, sed diuerso conceptu cognita, scilicèt potentis generare: isto autem conceptu declaratur relatio rationis, tũ quia relatio quæ aduenit relationi est rationis; tum etiam quia posse generare, à generatione non distinguitur in natura Deitatis. Hanc denique relationem potentis generare, & primæ fæcunditatis, asserunt fundari in ipsa persona Patris fæcunda: & fæcunditatem esse ipsam paternitatem considetatam vt potentẽ generare antequam actu generet. Hæc est elucidationis summa.

Hæc opinio Henrici falsa nobis esse videtur: & illius explicatio varia & lubrica, & in qua multa deprehendantur longè à vero distantia. Imprimis non placet quòd diuersimodè constituant vnam personã, & duas alias, cum sit æqua omnium ratio. Nos enim non constituimus personas modo accommodato cõfutandis argumentis, sed potiús modo ipsis rebus diuinis consentaneo; quo æquum est eas esse constitutione pares: maximè verò cum illi affirment personam Patris ante generationem non intelligi constitutam; consequens erat vt dicerent, post generationem constitui relatione fũdata in generatione, vt aliæ duæ personæ cõstituũtur relationibus in processione fundatis. Sed quia argumẽtis nonnunquam eò agimur quò pellimur, neque personam constitutam ante generationem valuerunt propalare; neque verò postquam Pater genuit, tum illum constitui personam poterant rectè indicare: quare de cõstitutione personæ istius omninò siluere. Speculemur igitur

1. Dictũ illius: totã quęst. esse de cõstitutione 1. personæ.

2. Dictum: 2. & 3. personã constitui relatione vt sic.

3. Dictum: Ante generationem actiuã intelligi 1. personã nõ cõstitutã, sed vt potẽtẽ generare, & imperfectè.

4. Dictum: Sic eã constitui ingeniro, & 1. fæcũditate

5. Dictum:

6. Dictum:

1. Ratio.

2. Ratio.

7. Dictum:

8. Dictum:

6.

Hęc sent. falsa. Explic. lubrica, & in multis falsa.

1. & 2. dicti improbatio quoad disparitatẽ in constitutione 1. personæ, & aliarum, admissam ob argumenta.

Confirm. ex 3. dicto.

Hæc explic. lubrica.

De 1. personæ constitutione, nec ante, nec post generationem resoluit.

3. Dicti improbatio.

Indiuiduum cognitũ vt potens generare est persona, ex definit. tradita cap. 47. n. 4.

igitur indiuiduum illud sic cognitum vt possit generare; euidenter colligitur illud sic cognitum esse personã: est enim res habens naturam; & non est ipsa natura communis; ergo est indiuiduum naturæ rationalis, quæ est definitio personæ. Proferant ergo realem proprietatem istius indiuidui ante generationẽ, velint nolint: certè nullũ est confugiũ: essentia enim non est proprietas; neque est fingenda absoluta proprietas; ergo relatio proprietas est. Mittimus illud quòd ingenitum quod significat negationem, non potest constituere potentẽ generare; nam etsi sub negatione ista positiuum quid autument, potiùs nomine positiuo, quàm negante vtendum fuit, cum designare vellent primæ personæ proprietatem. Sed adhùc consideremus rem illã siue persona sit, siue quid aliud, quæ potens est generáre, & cui attribuitur generatio; si significetur primũ principium, nomine primi principij, significatur relatio realis; principium enim in diuinis reale est, vt lib. 2. docuimus; neque est relatio aduenies relationi, sed est ipsa paternitas alio nomine expressa: si verò declaretur nomine potentis generare, potentia generandi, est essentia, quæ nullo modo est proprietas generandi. Quare illud falsissimum est, idẽ esse in Deo posse generare, & generare; sed sunt hæc rationibus formalibus distincta: posse enim generare est potentia, & essẽtia diuina; & generare est actus personalis & relatio, vt ijdem Doctores aliàs probè docent. Quamobrem maximè admiror quòd fœcunditatem dicant esse ipsam paternitatem, imò fœcunditas est attributum diuinæ naturæ, vt lib. 2. commonstrauimus, & in Patre est potentia notionalis, quæ est diuina essentia; & Pater sola natura est fœcundus, non paternitate; paternitate enim refertur ad Filium, naturâ verò suâ potest generare, quod est fœcundum esse, hæc enim est per se necessaria, quòd Pater solâ potentiâ potest quicquid potest. Sola ergo essentia est potentia, & fœcunditas in Patre; & relatio nihil iuuat generandi, aut spirandi potentiam, vt eodem lib. 2. ostendimus. Fateor relationẽ potentis generare, esse rationis relationem qua essentia vt potentia refertur ad actum generãdi. Sed indè arripimus nouum argumẽtum: Nam relatione rationis non potest constitui res illa in natura diuina subsistens, quæ possit generare: ergo vel constituitur per ipsam potentiam, quæ est essentia, & non proprietas, & hoc non potest intelligi; vel constituitur per paternitatem, quam aiunt esse ipsam fœcunditatem. Futilis autem responsio est constitutionem esse rationis. Et idcircò posse constitui personam per illam relationem rationis; nõ enim negamus posse concipi personam addita sola relatione rationis; sed necesse est quòd illo ipso conceptu personæ, cui attribuimus generationem, quantumuis imperfecto, claudatur realis proprietas ex qua constituatur; aliàs persona sic imperfectè cognita, erit sola essentia, quæ non potest generare: ergo non est addenda essentiæ sola relatio rationis, sed realis aliqua proprietas qua constituatur vera res, quocunque imperfecto conceptu, quæ possit generare; & hac in re isti Doctores videntur maximè decepti esse. Præterea hanc relationem rationis aiunt fundari in ipsa paternitate fœcunda; non attendentes quòd fundamentum etiam cognitione nostra, antecedit relationem; ergo paternitas siue persona Patris priùs intelligitur, quàm ea relatio potentiæ qua putant constitui personam. Illud denique minùs prouident quòd potentia nostro intelligendi modo aduenit personæ, prius enim est esse quam posse; ergo prius constituenda est animi speculatione persona, quàm potentia personæ ad generandũ, quemadmodum docuimus lib. 2. quare hæc sententia Henrici probabilis non est.

Est alia opinio Doctorum vsitatissima quòd relatio quidem cõstituat personam, vt consentaneè ad fidei doctrinã dicendum est, adhùc enim nomine relationis originem etiam complectimur, & nulla est proprietas personæ, nisi origo aut relatio. Docent igitur relationem constituere personam; sed considerant in relatione duo, scilicèt esse in aliquo, & esse ad aliud. Aiunt igitur relationem secundum quod est in, constituere personam, & secundum quod est ad, distinguere. Hi quoque disident à scitissimo illo theoremate, quòd idem constituit rem quod distinguit. Et facilè conuincitur ista opinio argumentis ijsdem; persona enim est quid maximè vnum, & distin-

Difficultas in eius proprietate assignanda ante generationem.

4. Dicti improbatio ex c. 53. p. 1. n. 8. & p. 2. n. 3. 4. & 13.

Ingenitum est negatio.

6. Dicti improbatio. Si nomine potentis generare significatur relatio principij, hæc in diuinis realis est vt lib. 2. cit. hìc c. 53. p. 1. n. 8.

Ad 1. rationẽ. Si potẽtia generãdi, hęc est essẽtia quæ nullo modo est proprietas.

Ad 2. rationẽ. posse generare & generare rationib⁹ formalibus distinguuntur.

Ostenditur Consectaria 5. & 8. Dicti improbatio. Fœcunditas nõ est paternitas, sed attrib. & pot. notionalis, vt lib. 2 c. 29 n. 14

Pater sola natura, non paternitate fœcundus est, vt lib. 2 cap. 26. p. 3. n. 1. & 2.

Si significatur relatio potẽtis generare, hæc est relatio rationis interpotentiã, & actũ generandi. Sed

hinc 4. dicti alia improbatio.

Respons.

Refutatur.

In conceptu personæ, etsi imperfecto, claditur realis proprietas necessariò.

7. Dicti improbatio 1. Si paternitas est fund. etiam cognitione nostra, antecedit relationem.

Improbatio 2.

Prius constituitur persona quàm pot. personæ.

7.

4 Sent. Quòd relatio vt est in, constituit; vt est ad, distinguit.

Improbatur 1. vt disidens à theoremate, de quo c. 44 n. 3.

Improbatur 2.

Persona constituta, hoc ipso est distincta Confirm.

distinctum vtpotè incõmunicabile; ergo persona constituta, hoc ipso est distincta. Et confirmatur, quoniam si cogitando remoueamus ab ista relatione ad, hæc relatio secundum in, dicitur constituere hanc personam, & illa illam, & tertia tertiam; sunt ergo personæ tres; ergo distinctæ ante, ad, relatiuum; quia per ipsum, in, quo constituuntur, necesse est distinguantur; siquidèm sunt personæ tres constitutæ, sicut & relationes secũdum in, sunt tres. A

Hæc relatio secundum in, cõstituit hanc psonam, & illa illam, &c.

8.

4. Sententiæ 1. explicatio.

Relatio secũdũ in, sumitur 1. vt existens in subiecto, ex libr. 3. c. 3. n. 10. & cap. 4 n. 7.

Et sic in Deo est ipsa essẽtia. S. Thom. 2. vt est forma istius personę. 1. modo, sc. vt est ipsa essẽtia, non constituit personam.

Ostẽditur 1. improbationibus 2, & 3. sent.

Ostẽditur 2, Paternitas, vt est essentia, nõ est propria Patris: benè tamẽ paternitas, vt essentia, & relatio simul, seu vt est in, & ad.

Sed explicatur magis hæc sententia, nam relatio secundum in, vt diximus lib. 3. nihil est, nisi ipsa relatio vt existit in subiecto, & cum illo comparatur; relatio autem diuina vt existens, est ipsa essentia: quare S. Thom. obseruauit doctissimè 1. p. q. 28. art. 2. quòd diuina relatio secundum in, est essentia diuina. Potest alio modo considerari relatio diuina secundum in, id est, vt est forma istius personæ. Si primo modo explicetur relatio, vt est in, scilicèt secundum esse quod est ipsa essentia, non cõstituit personam; aliàs incideremus in priorẽ opinionem, quam refutauimus, quòd essentia constituat personam. Et probatur manifestè, quoniam Paternitas, vt est essentia non distinguitur à filiatione; ergo vt est essentia non est propria Patris; ergo non constituit personã Patris; benè tamen paternitas, vt est relatio, & essentia simul, est propria Patris; sed tamen sic dicendo non remouemus, ad, relatiuum, sed vtrumque simul includimus, scilicèt ad, & in, cum dicimus paternitas, vt est essentia, & relatio simul, & ita est propria Patris. Si verò, in, illud relatiuum, explicetur pro eo quod est, esse formam personæ: verum id quidèm est quod illud, in, constituat personam; sed falsum est quòd ipsum, in, non distinguat: nam relatio vt est, in, hoc est, vt est proprietas hypostatica in ipsa hypostasi, est propria forma personæ; & relationes tres propriæ, constituunt personas tres. Sed tamen adhùc non explicatur an illud, in, relatiuum antecedat personam, & originem, quod tamen argumenta petunt, ostendentia ordinem & prioritatem rationis. Itaque isto posteriori modo rectè dici potest quòd relatio vt est in, hoc est, vt est in hypostasi quasi proprietas hypostasis, constituit hypostasim, siue personam: & eodẽ B C D

2. modo cõstituit personam, & simul distinguit.

Ostẽditur hoc

In hac 1. explic. non elucidatur, an hoc in, antecedat personam, & originem, nec quid sit.

modo illam distinguit: sed quid sit illud esse in, adhùc non apertè elucidatur.

Alij hac eadem via incedentes aiunt relationem secundum, in, relatiuum, cõstituere subsistens, & secundum ad, relatiuum, constituere incommunicabile. Subsistere enim, inquiunt, est quid commune, quod per relatiuum ad, constituitur incommunicabile.

Hæc explicatio opinionis est multò deterior. Primùm, non explicatur vtrũ illud subsistens quod cõstituitur per, in, relatiuum, sit ipsa persona constituta. Nam cum persona sit incommunicabile primum, & per, in, relatiuum non cõstituatur (vt aiunt) incommunicabile, sed per, ad, relatiuum, consentaneum est vt id subsistens quod cõstituitur per, in, relatiuum, non sit adhùc persona; quod profectò non solùm incredibile est, sed minimè intelligibile. Nam per, in, relatiuum cõstituitur subsistens quod generat; id autem quod generat, non est natura, sed persona. Et ita notauit S. Thom. 1. p. q. 40. ar. 2. quòd persona antecedit originem; ergo absque dubio illud constitutum quod generat est persona; quòd si persona est, est quoque incõmunicabile. Ergo per, in, relatiuum constituitur ipsum incommunicabile, non per ad, relatiuum. Et confirmatur, quoniam, vt docuimus, subsistere nihil significat, nisi modum entis; ergo illud subsistens cõstitutum per, in, relatiuum, quod subsistens generat vel generatur, non est natura subsistens, sed persona subsistens; nulla enim res alia in diuinis subsistit, nisi vel natuta, vel persona. Et hæ duæ sentẽtię non discordant: nam quod illi dixerunt, in, relatiuum constituere personam, isti dicunt constituere subsistens; & quod illi aiunt, ad, relatiuum distinguere, isti commentantur, quòd facit incommunicabile, quod certè est distinctum.

Quod verò in secunda hac opinione dicitur per, in, relatiuum constitui subsistens, quod adhùc non intelligitur incõmunicabile, euidentissimè est falsum. Nam si, in, relatiuum, vel paternitatis, v. g. cõstituit subsistens commune, quod tamen subsistens generat; ergo generãs est quid commune, quod est hæreticum. Si verò illud non constituit subsistens, quod generat, & quod sit Pater, nullum subsistens cõstituit; nam ipsa natura iam intelligi-

9.

2. Explicatio Bañes 1. p. q. 40. art. 4. concl. 1. ait per in, constitui subsistens cõmune, & per ad, cõstitui incõmunicabile.

10.

Improbatur vt deterior.

Sequitur illud subsistens nõ esse personam, quod non est intelligibile.

Per in, relatiuum cõstituitur subsistens, quod generat, atque adeò persona.

S. Thom.

Per in, relatiuũ, constituitur incommunicabile, non per ad.

Confirm ex cap. 21. p. 2.

Ista explicatio non est sententia distincta à 4. explicata.

Ostenditur.

11.

Additio huius explicationis, Improbatur.

Si, in, relatiuũ constituit subsistens cõmune quod generat, generans est qdcõmune.

Si nõ constituit subsistens quod generat, & qđ est Pater nullũ cõstituit

intelligitur subsistens, neque natura est constitutum paternitatis; nihil ergo paternitas constituit subsistens, nisi illud subsistens, quod Pater est, & generat; quòd si hoc subsistens constituat, hoc nō est commune. Mitto communia argumēta quibus probatur quicquid per aliquid constituitur, hoc ipso esse distinctum.

At hoc subsistens non est commune,

Arg. communia petenda ex cap.54.

12. 5 Sent. *Caiet.* Quòd relatio personam cōstituit, & distinguit sumpta in actu signato, & quòd vt sic antecedit originem, & est 1. actus, at quòd in actu exercito sequitur originē & est vltimus actus.

His ergo omissis quæ disputationem potiùs impediunt, quàm iuuant, opinio est celeberrima Thomæ Caietani, quòd relatio eodem sanè modo constituit, & distinguit, vt anteà docuimus: sed potest relatio considerari in actu signato, & in actu exercito. In actu signato constituit & distinguit personas, & antecedit originem, & est primus actus constituens, & distinguens; sed in actu exercito sequitur origines, & est actus vltimus. Hæc quidèm opinio quoad aliquid vera est, & quoad aliquid expendenda, & pōderanda. Vera quidèm est quoad illud quod ex dictis euidenter colligitur, dicendum enim est relationem constituere simul, & distinguere personam; & præterea consequi originem: quare necesse est vt ipsa relatio aliqua ratione antecedat, & aliqua ratione consequatur; neq; enim ratione eadem potest antecedere, & consequi. Alterum verò tractandum est quid Caietanus intelligat per actum signatum, & exercitum; nam si in vtroque actu, quo cum relatio coniungatur, est relatiuus conceptus, idem instat argumentum quòd relatio relatiuo conceptu sequatur originem; ergo neque in actu signato antecedit, si ille quidèm actus signatus inuenitur in conceptu relatiuo. Et ita videtur sentire Caietanus: nam relatio in actu signato adhùc retinet suum conceptum relatiuum; vt cum dicimus genus est species vniuersalis, omnia hæc nomina significant relationes; sed subiectum propositionis, scilicèt genus, apud Dialecticos intelligitur in actu signato, quia relatio generis non exercetur, dum genus dicitur species; species autem intelligitur ibi in actu exercito; quia relatio speciei ibi exercetur dum genus species dicitur vniuersalis, quatenùs relatione speciei refertur ad vniuersale; quid enim est relatio in actu exercito, nisi ipsa relatio actu exercita? Et hæc explicatio opinionis probatur, ipso Caietano interprete; nā in logica sua capite de relatione, ait relationem in actu signato intelligi hoc nomine relationis; in actu verò exercito, intelligi hoc nomine ad aliquid; quia modo ipso intelligendi, relatio hoc nomine dicta, quamuis sit ad aliquid, non intelligitur explicitè ad aliquid; sicut ad aliquid, explicitè significat ipsum quod est ad aliud. Ista opinio sic explicata nō satisfacit argumentis; meritò enim insurgunt in Caietanum, quòd relatio in actu signato, adhùc intelligitur relatiuo conceptu; ergo vt sic est quid posterius origine, & fundatur in ipsa origine.

In hac sent verum est relationem constituere, & distinguere personā item vna ratione consequi, & alia antecedere originē.

Expenditur quid per signatum & exercitum actū intelligat.

In vtroque actu esse relatiuum conceptū sentit *Caiet.*

Relatio in actu signato adhùc retinet suum conceptū relatiuum.

Probatur 1. exēplo in hac, Genus est species vniuersalis.

Probatur 2. ex eod. *Caiet.*

Bartholomæus Torres ferè idem videtur sentire solis nominibus mutatis: ait enim relationes quatenùs sunt formæ personarum, constituere illas, & antecedere originem; quatenùs verò actu referunt, consequi originem. Et idem videtur significare, scilicèt quòd in actu signato constituant personam, & in actu exercito sequantur originem. Sed vt res meliùs explicetur, si per formam intelligit aliquid quod sit communius quàm relatio, falsum esse cōuincitur quòd relatio constituat secundum quod est forma, consequitur enim vt omnis forma constituat personam; sicut si homo esset rationalis quatenùs animal, etiam animal esset rationale. Necesse est ergo vt relatio constituat quatenùs forma relatiua; forma autem relatiua, & relatio idē omninò est; sicut animal rationale, & homo idem est. Præterea relatio est quædam forma, cuius effectus formalis est constituere relatum; & quòd ipsum relatum actu referatur, est effectus formalis relationis: referri enim actu in re ipsa nihil est, nisi esse actu relatum, quod est relationis effectus formalis. Hoc igitur traducentes ad res diuinas absque causa, & effectu, relatio est quædam forma, quæ constituit actu relatum; ergo quamuis relatio intelligatur vt forma, hoc sanè tribuit personæ, vt referatur; ergo non tribuit illi vt subsistat, siquidē ante subsistit quàm referatur. Id alterū, quod ait Torres, relationem esse essentiam relatiuam, & actum; & quatenùs essentia est, constituere personam; & vt actum, cōsequi originem: recidit in idē, & non potest intelligi. Nam essentia relatiua est ipse actus, siue forma qua relatum refertur; non ergo hæc sunt distinguenda. Præterquā quòd relatio diuina

Hæc sent sic explicata, non satisfacit difficultati.

13. .6 Sent. *Torres* ferè eadem.

1. Dictum: Quòd relatio personam constituit sumpta vt forma eius; at quòd vt actu refert, sequitur originem.

Si per formā intelligit quid communius relatione: Improbatur vt falsa.

Exemplum. Itē si intelligit formam relatiuam, vt vana & non satisfaciēs difficultati. Improbatur 1.

Improbatur 2. Relationis vt sic, seu vt forma relatiua, effectus formalis est actu referri, non verò esse subsistens.

Persona subsistit antequā referatur.

2. Dictum: Quòd relatio vt essentia relatiua, personam constituit; vt actus, originē sequitur. Improbatur 1.

Distinguit q̄ in idē recidūt. Improbatur 2.

non

Relatio diuina non rectè dicitur essentia relatiua.

non rectè dicitur essentia relatiua, sed quasi species relationis. Nonnulli interpretãtur istum Doctorem quòd sentiat relationem aptitudinalem (vt minùs latinè dicunt) constituere personam; quæ videtur eadem forsitan esse, quam Thomas Caietanus dicit relationẽ actu signato. Quòd si hoc nomine relationis aptitudinalis intelligunt essentiam, prout est radix relationis: falsò id affirmant; essentia enim non est relatio etiam aptitudinalis; & iterùm essentia non constituit personam, vt probatum est. Neque ea fuit opinio Torres, qui apertè B
ait relationem formalem constituere personam.

Huius 6. sent. interpretatio consona 2. & 3. sent.

Improbatur 1. Essentia non est relatio etiã aptitudinalis.

Improbatur 2. vt n. 3.

Improbatur 3. vt nõ admẽtẽ *Torres*.

14.

7. Sent. consona euasioni 2. videadę n. 2.

Noua est opinio ex officina Scoti, & Durandi excogitata, Quòd relatio quidèm relatiuo conceptu constituat personam; sed nihil indè difficultatis oriri, eò quòd relationem, & originem aiunt non distingui ratione formali, sed sola ratione concipiente, vt Petrus à Petro, hoc est, à se distinguitur. Quare cum opponimus illud argumentum, personam esse priorem origine, &c. Negant: quia origo, & relatio idem sunt ratione formali; quare neutrum antecedit personam, cum per vtrumque constituatur. Si verò iterum obijcias, quòd saltẽ proprietas antecedat personam, relatio autem non antecedat; opinio istorum circa prædicta communis vtrisque, iam disecatur in partes quoad ea quæ sequuntur. Alij enim aiunt neque proprietatẽ, neque originem, neque relationem rationibus formalibus distingui, sed esse idem ratione, & definitione; quare aiunt personam constitui relatione vt relatio est. Neque verò relationem esse priorẽ intellectu quàm personam: quia enim hæc constitutio personæ diuinæ non est realis actualis, non est necesse vt proprietas constituens antecedat constitutum. Alij verò licèt cum his consentiãt non discernentes relationem ab origine, tamen proprietatem distinguunt à relatione; ita vt rationibus formalibus faciat discreta: relationem vt proprietatem confitentur antecedere personã, & vt relationem consequi: qua in re magis accedunt ad veritatem: sed quia nõ discernunt originem à relatione, adhùc in altero peccant. Nã vt explicent personam Filij procedere à Patre generãte, siquidèm affirmant generationem in Patre esse ipsam relationem, necessariò meditantur relationẽ paternitatis ante personam Filij genitam, relationem, inquam, relatiuo conceptu, quo conceptu relatio est generatio actiua, quæ necessariò antecedit Filium; ergo relatio Patris relatiuo conceptu est prior intellectu, quàm relatio Filij. Cum autẽ aimus relata esse simul intellectu: respondent non esse verum theorema in rebus diuinis.

1. Obiectum: quòd relatio, & origo coincidunt.

1. Ob. occurrit

3. Dictum: quòd neutrum antecedit personam, quia per vtrumque constituitur.

2. Ob. occurrit diuersimodè.

Alij aiunt proprietatem, originem, & relationẽ esse idẽ ratione formali.

Alij aiunt distingui ratione formali solam proprietatem à relatione.

Item relationẽ vt proprietas est, antecedere; vt relatio est, consequi.

Hi adhùc non discernũt originem â relatione.

4. Dictum: quòd ea relatio relatiuo cõceptu antecedit personam procedentem.

Obiectio.

Respondent.

Isti auctores faciunt quod vulgò dicitur vt intelligendo nihil intelligant. Cum enim à ratione naturali vrgeantur, cum quibus eorum placita non cõsentiunt, arbitrantur ad asylum se se recipere quòd res diuinæ non sint expendendæ Philosophia naturali. Sed per inconsiderãtiam non attendunt non nos de arcano ipso Deitatis disputare, quod cum lateat, otiosa est, & temeraria disputatio: sed de ipsa nostra intelligentia decernimus quid dicendum sit, quod cũ fidei veritate cõsentiat. Orthodoxa doctrina est quòd persona constituatur natura, & proprietate: scitissimum quoque est eam constitutionem effingi nostro intelligendi munere: qua ratione igitur potest intelligi constitutio, nisi vt prius intelligamus constituentia? Itaque sicut realis constitutio hoc exigit vt pars cõstituens re ipsa & naturâ antecedat cõstitutum: ita constitutio rationis hoc ipsum necessariò sibi vendicat, vt proprietas cõstituens priùs intelligatur. Quòd si priùs non potest intelligi, neque constitutio est in intellectu possibilis. Quòd si non potest intelligi cõstitutio, falsum est diuinas personas intellectu constitui: quod enim intellectu vero etiã creato intelligi non potest, quia repugnat, non est verum: mysterium autem Trinitatis etiam nostro intelligendi modo nõ repugnat intellectui, vt libr. 5. docebimus: necesse autem est dicere quòd proprietas constituens antecedat intellectu personam constitutam, vt Aristot. ait de componentium partibus. Præterea generatio actiua in Deo, licèt non sit actio egrediens ab agente, est tamen vera operatio Patris, sicut intelligere, & velle est operatio Patris: sed necesse est omnino ante operationem intelligere eum qui operatur: ergo cum generare non sit operatio naturæ, sed personæ, omnino necesse est ante generationem intelligere

15.

3. Dicti improbatio.

Non de arcano Deitatis, sed de intelligentia nostra disputatio est.

Non potest intelligi constitutio etiam rationis, nisi priús intelligantur constituẽtia.

Exemplum partium componentium.

Mysteriũ Trinitatis etiã nostro modo intelligendi non repugnat intellectui, vt libr. 1. c. 10. n. 7. & 10. Exemplum, vt proximè.

Aristot.

Improbatio 2. ostendens quòd persona antecedit generationem.

intelligere personam Patris constitutã; sanè non per generationem consequẽtem, quæ in illa prioritate adhùc non intelligitur, sed per antecedentem proprietatem: & idem est argumentum de relatione. Nam relatio est alicuius præintellecti quod referatur, & non est naturæ, Deitas enim non refertur relationibus personalibus, vt diximus libr. 3. ergo priùs intelligitur persona constituta, quàm referatur: quodverissimum est, vt cap. sequenti explicabimus. Itaque origo, & relatio relatiuè acceptæ consequuntur personam cõstitutam, cum deberent antecedere illam, vt constituerent. Similiter effici non potest vt relatum vnum intelligatur, vt relatum est, quin simul intelligatur aliud. Ergo licèt relata diuina ea sint inter quæ sit origo: hoc tamen necessarium omninò est, vt quatenùs relata sunt, sint simul in intellectu, aliàs relata non sunt. Et quidèm quia ipsa relata sunt quoque personæ, poterunt ista notione personarum non simul intelligi, & hoc habent diuinum; sed quòd vt relata sunt, non sint simul intellectu, est impossibile: relatum enim vt relatum, est ad aliud, & non potest nisi cum alio simul intelligi. Non licet ergo nobis ea theoremata Philosophiæ, quæ euidentissima sunt, in rebus diuinis variare repugnante ratione: quia licèt res diuinas prout sunt nõ intelligamus: tamen nostro modo intelligendi existẽte, ratio non repugnat cum fide. Est ergo ordo rationis omnibus modis necessarius vt priùs intelligatur persona, quàm origo à persona ducta, & priùs iterùm origo quàm relatio, relatio autẽ simul cum suo correlatiuo: & ita seruatis Philosophiæ præscriptis rem omnem aperiemus.

Item quòd antecedit relationem.

Deitas non refertur relationibus personalibus, vt lib. 3. dict. hic c. 55. p. 2. n. 4.

4. Dicti improbatio. Relatum vt sic intelligi nõpotest, nisi simul aliud intelligatur.

Hoc habent diuina relata, quòd simul sint personæ.

Theoremata philosophica non licet variare in diuinis contra rationem.

Ratio non repugnat cũfide.

Ordine rationis intelligitur priùs persona, quàm origo, priùs origo quàm relatio, relatio verò simul cum correlatiuo.

16. 8. Sent. *Capreol. Ferrar. Marsil.*

Relatio absoluto cõceptu cõstituit psonã.

Stabilitur improbatione cæterarum sent.

Postrema igitur est sententia Ioannis Capreoli in 1. d. 26. q. 1. & Francisci Ferrar. 4. contra gentes, cap. 26. quæ etiam est Marsilij, q. 29. art. 1. dub. 1. imò & S. Thomæ, vt dicemus cap. sequenti, quòd relatio considerata absoluto conceptu constituit diuinam personam: quæ quidèm, dum cæteras improbamus opiniones, ipsis argumentis cõfirmamus. Nam si relatio relatiuo conceptu sequitur originem; & necesse est vt antecedat ad constituendam personam; conficitur vt conceptu absoluto antecedat, quatenùs est forma hypostatica. Quare hęc sentẽtia absque dubio à S. Thoma tradita, relicta est, vt cap. sequenti dicemus: adhùc enim indiget multa explicatione. Huius sententiæ videtur esse Heruæus d. 26. q. 1. ar. 3. & quodlib. 10. q. 5. vbi in relatione diuina distinguit rationẽ personalem à relatiua. Hoc idem Bartholomæus Tortes innuit dum dixit relationem constituere quatenùs forma est; sed debuit addere quatenùs forma hypostatica: nam forma nihil addit relationi cum sit nomen commune; forma verò hypostatica addit aliquid, quod cõceptu absoluto est explicandum, vt dicemus. Hùc etiam spectat eorum opinio, qui relationem quatenùs est in aliquo, constituere personam affirmãt; sed fuit adhùc explicandum, quod eatenùs vt est in hypostasi, concipiatur conceptu absoluto. Et præterea dicendum fuit quòd illo quidem modo constituat, & distinguat personam. Caietanus quoque hoc solum abesse videtur à veritate explicanda, quòd relationem considerauit in actu signato, relatiuo tamen cõceptu; nam si conceptu absoluto explicetur, cætera non dissidemus.

S. Thom.

Heruæus.

Hanc sent. innuit *Torres* cit. n. 15.

Explicatur.

Hùc spectat 4. sèt, sed deficit in duobus explicandis.

Primum.

Secundum.

Caiet. in vno dissidet, nisi explicetur.

CAPVT LIX.

Relatio quatenùs forma hypostatica, constituit formaliter personam.

CAput diuidimus in partes duas.

Pars prima: *Relatio vt relatio est, non constituit personam.*

Pars secunda: *Quomodò intelligatur relatio vt forma hypostatica, personãq; constituat?*

PRIMA PARS.

Relatio, vt relatio est, non constituit personam.

1.
1. Sent. *Durand.*

1. Dictum: quòd relatio vt sic, non vt proprietas, personam cõstituit per rationem.

2. Dictum: quòd inter hęc nulla sit prioritas etiã rationis.

QVòd relatio vt relatio est, constituat personam opinatur Durãdus in 1. d. 9. q. 2. & loquitur de constitutione rationis; nam ibidem discernit originem à relatione, & ait non originem, sed relationem constituere personam; & adhùc affirmat quòd relatio non vt proprietas, sed vt relatio, cõstituat personam; & quod inter hæc nulla sit prioritas etiam rationis. Idem videtur sentire

Videtur consentire *Scot.*

tire Ioannes Scotus d.26. q. vnica, & A d.28.q.3. & in quodlib.q.4. Verùm aliqui sectatores eius interpretantur suum auctorem quòd loquatur de constitutione personæ, non nostro modo intelligendi, sed prout in re ipsa intelligitur constituta; nam re ipsa non distinguitur relatio à generatione, vt à forma hypostatica, sed sunt res vna, & eadem simplicissima, vt anteà diximus, quæ tamẽ explicatur pluribus conceptibus nostro modo intelligendi. Et ita aiunt Scotum explicasse in quodlibetis, vbi docet in ipsa relatione diuina posse considerari B proprietatem, originem, & relationem. Quare consentiunt cũ Ioanne Capreolo, & Francisco Ferrar. quòd si conceptus hos explicatè, & partitè attẽdamus, relatio non vt relatio, sed vt proprietas constituit; quod parte secunda capitis erit explicandum. Hanc enim opinionẽ nos quoque sequimur.

Explicatur ab aliquib⁹ de cõstitutione in re.

Hæc explicatio consentit cum 8 sent. assert. cap. 58. n. 18.

2.

1. Assertio opposita 2. dicto.

Probatur igitur hoc loco, quòd in ijs explicandis necessaria sit rationis prioritas; & deindè ostendemus quòd relatio vt relatio non constituit personam. Probatur ergo primùm quòd proprietas, quæ constituit personam, præintelligatur prioritate rationis ante personã constitutam. Nam forma quæ constituit præintelligitur constituto; sed proprietas personæ est forma constituens; ergo C præintelligitur constituto. Respondent hoc intelligendum esse in constitutione reali, quæ est realis compositio; non verò in constitutione rationis, quæ est cõstitutio diuinæ personæ. Sed non attendunt ordinem rationis seruari in rebus etiam non distinctis, si rationibus formalibus, vel etiam modo intelligendi D distinguantur. Nam quòd præintelligatur ante aliud aliquid, ex eo euenit, quia facultas intelligendi suapte natura fertur priùs in vnum quàm in aliud; vniuersale enim non distinguitur à rebus subiectis, & particularibus; & tamẽ vniuersalia sunt notiora nobis, & prius nota, vt Aristoteles docet, & omnes consentiunt. Et albedo, quia ex modo significandi indicat aliquid simplex, præintelligitur ante album, quod ex modo significandi indicat aliquid concretum: ergo ex modo significandi proprietas etiam diuina est prius cognitione quàm eius cõstitutum, etiamsi solo modo significandi distinguerentur.

Proprietas p̃sonalis intelligitur prius ratione ante personam constitutam.

Probatur 1. Forma præintelligitur constituto.

Respons.

Refutatur. Ordo rationis seruatur in rebus etiam nõ distinctis realiter.

Ratio.

1. Exemplum vniuersalium, & particulariũ

Aristot.

2. Exemplum albedinis, & albi.

Secundò arguitur: Quæcũque distinguuntur vel re ipsa, vel rationibus formalibus, & sunt per se coniuncta, habẽt inter se ordinem; nam vel etiam illa cõiunctio, quæ est per accidens habet aliquem ordinem, vt substantia cum accidente coniungitur cum aliquo ordine; vbi autem est ordo, est primum & secũdum; ordo enim est eorum quæ referuntur ad primum; sed proprietas, & persona distinguuntur rationibus formalibus, vt explicatum est; quia persona est constitutum ex proprietate, & natura simul; distinguũtur ergo suis rationibus formalibus proprietas, & persona, & sũt per se coniuncta, vt constat; ergo cum aliquo ordine coniunguntur; ergo vel persona est prior proprietate, vel proprietas prior personâ quocunque ordine coniungantur; sed non est intelligibile quòd persona sit prior sua proprietate; ergo proprietas est prior ordine constitutionis, quàm persona: prioritas autem ordinis saltem in intellectu negari non potest; ergo ista sine prioritate nequeunt intelligi.

3.

Probatur 2. ex c.48.p.2.n.14. Omnia distincta vel re ipsa, vel rationibus formalibus, & per se coniuncta, habent inter se ordinẽ.

Vbi est ordo est 1. & 2.

Ordo est eorum, quæ referuntur ad primum.

4.

Probatur 3. ex cap. 49.

Tertiò vt agamus clariùs, id quod constituitur ex duobus habet duas partes cõstituentes: nos autem nostro modo intelligendi agnoscentes in diuina persona naturam, & proprietatem iuxta Patrum sententiam, vt probatum est, personam quæ est res simplex partimur duabus intelligentijs; & seorsum definimus naturam, seorsum proprietatẽ suis rationibus formalibus distinctis. Tunc vltra dicimus quòd Pater Deitate est Deus, proprietate est Pater; persona autem vtrumque complectitur. Ecquis ergo non videt, nisi sibi cæco esse libeat, Deitatem esse quasi rationem formalẽ, qua ista persona est Deus, & proprietatem esse rationem, qua est Pater? Itaq; sicut in compositis partes componentes sunt causæ realis compositionis, & idcircò necessariò antecedũt: ita in ista constitutione rationis partes constituẽtes, vt ita dicam, non sunt quidèm causæ, sed sũt veræ rationes formales, quasi formæ, & formalia principia. Ita vt quærenti quare hæc persona est Deus? reddamus rationem à prioribus, quia est persona ex Deitate constituta: & quare est persona distincta ab alia? à prioribus etiam respondemus, quia est proprietate relatiua constituta, & est Pater per paterni-

Deitas est quasi ratio formalis, vt persona sit Deus; proprietas, vt sit Pater.

In constitutione rationis, constituentia nõ sunt causæ, sed veræ rationes formales, quasi formæ, & formalia principia.

Quærenti, quare hæc persona sit Deus aut persona distincta? redditur ratio à priori, Deitas, vel proprietas ex qua cõstituitur.

paternitatem; non autem est paternitas per Patrem, quia est inuersus ordo intelligendi; ergo natura & proprietas præintelliguntur necessariò personę constitutę. Et cõfirmatur euidẽtèr, ipsa enim constitutio rationis hoc postulat, & hoc ipsum dum exercetur ostẽdit; nos enim constituimus aliquid siue componimus cogitando; priùs ergo cogitando accipimus partes constituentes, quàm ipsum constitutum; quod vel ipsi qui nobis obsistunt per inconsiderantiam faciunt. Aiunt quippe resultante ex parte naturæ relatione, naturam simul cum relatione constituere personam. Ecce priùs accipiunt naturam cum creatione coniunctam, quàm constituant personam; ea autẽ nobis est quęstio quomodo possit relatio cõiungi cum natura ante suppositum constitutum.

Confirm.

Pri's cogitando accipimus partes constituentes, quam constitutum.

Et contra Durandum arguitur qui arbitratur naturam reali distinctione aliqualiter distingui à persona, & à relatione. Mirum enim est quòd ponat distinctionẽ aliquantulam in re, & quod neq; intellectu admittat prioritatem: nam inter res distinctas, & per se coniunctas, necesse est inuenire ordinem naturę, vel etiam prioritatem naturę, ne dicam ordinem, & prioritatem rationis: Quid autem magis ingenitum est nostro modo intelligendi, quàm vt priùs & posteriùs intelligamus res quascunque, dum ordinatè intelligimus? aliàs erit in intelligendo confusio, ordine sublato.

§. Probatur 4. cõtra *Dur.* exdoct. ipsius.

Inter res distinctas, & per se coniunctas ordo & prioritas etiam naturę inuenitur.

6. *Durand.* 1. Respons.

Denique vnum attributum antecedit cognitione aliud, quia est ratio alterius; sed proprietas est ratio quædam cõstituẽs personam, & idcirco est hæc persona, quia habet istam proprietatem: ergo proprietas est prior cognitione, quã persona constituta.

7. Ad hoc argumẽtum duo sunt quę respondet Durand. in 1. d. q. 92. Primum est quòd in rebus diuinis est ordo cognitionis, cum ita se habent vt res creatę, etiamsi hę sint distinctæ, illæ non sint; vt Deus intelligendo aliquid, & aliud, eligit quod vult; & ita intellectus ordine rationis antecedit voluntatem. Similiter si proprietas diuinæ personę esset verum cõstituens, & generatio esset extranea, & relatio fundata esset in generatione; etiamsi hæc essent res vna, tamen haberent ordinem intelligentiæ. Sed quia constitutio diuinæ personæ non est realis, nullam ibi esse ait prioritatem cõstituentis qua antecedat personam constitutam. Hæc tamen responsio non satisfacit; primò, quia diuinus intellectus antecedit intellectionem ordine rationis, quamuis non sit principium reale illius, ideo duntaxàt quia cogitatur ordine intelligendi ac si esset principium reale. Et ita proprietas personæ diuinę intelligitur à nobis quasi esset formale principium, & reale constituens personam: & generatio in Patre consideratur, vt quędam operatio, quę necessariò est ab aliquo operãte intelligenda quasi emanans; sicut intellectio diuina ab intellectu. Et relatio vt relatio necessariò intelligitur ad aliud, ita vt ex modo ipso intelligendi inquiramus, quid est hoc ad aliud? nam prius ad se sit necesse est, vt S. Augustinus ait. Hæc ergo quæ sunt nobis ingenita proprio modo intelligendi, difficultatem faciunt; & cogunt nos vt inuestigemus quomodo relatio constituat personam; quia necesse est prius intelligere constituens quàm constitutum.

Refutatur. Diuinus intellectus antecedit intellectionem ordine rationis, quamuis non sit principium reale illius, vt in cęteris, soluitur quia cogitatur, vt principium reale.

Sic proprietas personæ generatio, & relatio, non sunt simul ordine rationis.

S. August.

8. 2. Respons.

Secunda responsio est Durandi quòd ordo rationis inuenitur interdisparata; disparata autem vocat quando vnũ nõ ingreditur rationẽ formalem alterius, quo pacto distinguuntur attributa, & vnũ est prius altero. Et quia paternitas quæ est proprietas Patris, est ex propria ratione relatio, nunquã antecedit nisi in suo conceptu relatiuo; & quia relatio relatiuo cõceptu non antecedit personã, ideo proprietas personalis diuina nostro modo intelligendi non antecedit personam. Hæc responsio minimè arguta est, egregia sanè illa esset si adcauendum vnum errorem, liceret incidere in alium; ea enim res est quæ in cõstitutione diuinæ personæ tot clarissima vexauit ingenia; quia rectè intelligẽti, necesse est ante personam constitutã intelligere proprietatem constituẽtem; & ante relationem; originem: quomodo autem relatio quæ est vltima, sit actus primus constituens personam non valuerunt explicare. Hoc autem negotiũ non expeditur, si dicamus ideo rationis ordinem nõ seruari, quia proprietas est relatio, vt fides docet, & ideo non potest præintelligi; quasi verò veritas fidei pugnet cum modo intelligendi. Ecclesia autem non solùm edit definitiones

Refutatur 1.

Licèt fide doceãte proprietas sit relatio, potest præintelligi. Ecclesia edit definitiones de rebus etiam.

provt à nobis intelligũturvt c. 2.p.2.n.18.

Vnde cõtra *Præpos.* proprietates ratione distinguimus à personis vt a, recognoscaturea ns distinctio personarum, vt ibidem n.3.

9.
Refutatur 2.

niones de rebus prout in se sunt, sed etiam prout à nobis intelliguntur. Vnde proprietates à personis distinguimus ratione, contra Præpositiuum, vt ipsam distinctionem realem personarũ commodè aptèque possimus intelligere: ergo cum fides doceat, nosq; admoneat proprietates personarum esse relatiuas, id nunc iudicandum est, quanam ratione istas proprietates intelligamus ordine rationis ante personas constitutas.

Præterea ante generationis actum nõ solũ intelligitur persona constituta quæ generet, sed intelligitur quoque potentia generandi in ipsa persona. Nam potentia nostro modo intelligendi antecedit actum. Ergo negari non potest rationis prioritas qua persona prædita potentia generandi antecedat actum generandi & relationẽ gignentis. Hoc argumento quidam conuicti aiunt personam diuinam nõ habere potentiam ad actus notionales; sed nominibus abusos doctores vocare potentiam ipsam generationem. Quod sanè est contra doctrinam Patrum, vt lib. 2. docuimus, qui & potentiam tribuunt generanti, & eam apertè dicũt esse ipsam essentiam: quomodo enim generationem vocabimus potẽtiam generãdi nisi nominibus abutamur, vt illi aiunt? Atqui viro Catholico non est neganda potentia generandi in Patre, vt eo lib. docuimus: quoquo ergo modo intelligant potentiam siue absolutam, siue relatiuam, ordine rationis potẽtiam anteceedere operationem necesse est: ergo ante generationẽ præintelligenda est persona prædita generandi potentiâ.

Resp. negas potentiam ad actus notionales.

Refutatur ex lib.2.c.4.&25

Potentia, siue intelligatur absoluta siue relatiua, antecedit operationẽ

10.
2.Assertio opposita 1. dicto

Post hæc probandum iam est, quòd relatio vt relatio est relatiuo conceptu, non constituat personam; licèt hoc etiã ex ijs quæ tractauimus non nihil confirmatum sit: & probatur, quoniã persona est nomen absolutum, cui subijcitur intelligentia absoluta, vt S. Augustinus docet, & postea declarabimus; id autem quod cõstituitur in cõceptu, siue in intelligentia absoluta, necesse est constituatur per formam simili conceptu absoluto. Neq; satis est ad hoc, vt in persona diuina altera pars cõstituens, scilicèt natura, sit absolutum; quia natura non constituit simpliciter personã, sed solùm secundum id quod est commune, vt diximus: necesse

Relatio relatiuo conceptu non cõstituit personam.

Probatur 1.
Persona est nomen absolutũ *S. Augustini* cit.c.52.n.12.

Resp. tacita cõfutatur ex cap.54.n.5.

est ergo vt persona quæ est individuum naturæ, constituatur sua proprietate incõmunicabili; & quòd in illo absoluto conceptu, forma constituens simili conceptu intelligatur; ergo relatio vt relatio relatiuo conceptu non cõstituit personam. Explicatur hoc magis: propria enim ratio personæ quam explicat definitio, vt antea docuimus, non est natura sed personalitas: vnde numeramus in natura vna personas tres propter personalitates tres, quas præcipuè significat nomen personæ: sed hoc nomen est absolutum: ergo id quid est præcipuũ nominis significatum, absoluto conceptu intelligendũ est: ergo id ipsum non accipimus à relatione vt relatio est relatiuo conceptu, sed alio quodã conceptu absoluto, vt explicabimus p.2.cap. Et confirmatur, quia relatio diuina constituit subsistens; & licèt constituat subsistens relatiuè, tamen ipse conceptus subsistẽdi est absolutus, vt p.2. capit. ostendemus. Et S. Augustin. docet quòd subsistere est ad se. Præterea ipsa relatio creata quę non constituit aliquid absoluto conceptu, vt relatio diuina constituit personam, tamen considerata vt est in subiecto non intelligitur relatiuo conceptu vt relatio, sed vt forma in aliquo: nihil ergo mirum quòd diuina relatio quæ constituit personam conceptu absoluto, vt est forma constituens intelligatur absoluto conceptu. Denique hoc idem probatur, quoniam non potest intelligi quòd relatio eodem modo cognita, antecedat, & sequatur: sed vt liquet ex dictis antecedit vt constituens personam; & deinde sequitur originem: ergo necesse est quòd antecedat conceptu non relatiuo, sed absoluto. Postrema ratio planissima est: vna enim persona est priùs cognitione quàm alia, necesse est enim in ordine intelligere prius & posterius; est autem inter diuinas personas realis ordo originis; ergo vna est prior altera saltem cognitione, propter ordinem qui sine priori & posteriori non intelligitur; sed relata relatiuo cõceptu sunt simul cognitione; ergo necesse est intelligere diuinas personas quæ sunt relatæ re ipsa, non relatiuo conceptu, sed absoluto, vt vnam prius quàm alteram intelligamus, scilicèt personam gignentem priùs quàm genitam.

Explicatur ex ca. 5.p.2 occa. 19.

Numeramus 3.personas propter 3 personalitates, quæ præcipuè significãtur nominis absoluti, personæ, acq; ab eo absoluto conceptu intelligendi.

Commun. ex dictis p.2.

S. Aug. cit.

Probatur 3.
Ipsa relatio creata, vt est in subiecto, non intelligitur relatiuo conceptu vt relatio, sed vt forma in aliquo.

Probatur 3. ex 1.assert.

Probatur 4.
Inter diuinas personas est realis ordo originis quare vna est prior altera saltem cognitione.

Relata relatiuo conceptu sunt simul cognitione, vt c. 58.num.15.

PARS

PARS POSTERIOR.

Quomodò intelligatur relatio vt forma hypostatica, personamque constituat?

1. Ex c. 58.n:18. & hoc cap.59. p.1.num.10. 2 Sétét.cõsect. Quod relatio no vt relatio, sed vt forma hypost.consti tuit personã. ¶ Hæc est sent. S.Thom.

CVm relatio diuina constituat personam; est quippe relatiua proprietas, non absoluta, vt antea docuimus; & non constituat illam relatiuo conceptu vt relatio est, quod priori p.huius cap. probatum est: conficitur ineuitabile argumentum vt ipsa relatio conceptu absoluto vt est forma hypostatica, cõstituat personam. Et hæc quidem est sententia S. Thomæ, vt in confirmatione licet consulere. Ait enim relationem non vt relationem, sed vt formam hypostaticã B constituere personam. At verò Francis. Ferrar. sequutus Ioannem Capreol. ait relationẽ nõ relatiuo cõceptu, vt relatio est, sed cõceptu absoluto vt forma hypostatica est, cõstituere personã. Adduut ergo ad sentẽt. S. Th. solam interpretationẽ & cõmentariũ, scilicèt quòd relatio vt relatio est, intelligatur relatiuo conceptu ad aliud; & relatio vt est forma hypostatica, cõsideretur absoluto cõceptu nõ ad aliud, sed vt proprietas personę.

Ad eam solũ commentariũ addit sentent. *Ferrarien.* *Capreol.*

2. C Hanc interpretationem siue opinionem Ioannis Capreoli, & Francisci Ferrar. ita enarrabimus vt nõ nouemus opinionem; libet enim maximè sequi ab alijs tradita & communia; sed illam acõmodabimus propositæ difficultati; vt nullum dubium videatur relictum. Primùm igitur inquirẽdum est, an illa proprietas quam dicimus formam hypostaticam, & intelligi conceptu absoluto, sit ipsa relatio diuina? nam si in diuina proprietate ratio formalis cognita, est relatio; quamuis ea relatio intelligatur cõceptu absoluto (quod non videtur possibile) tota adhuc redintegratur quæ- D stio, quomodo relatio constituat personam, cum sequatur originẽ: quòd si ratio formalis cognita diuinę proprietatis nõ est relatio; profectò ipsa proprietas est res absoluta, quod est contra fidem: quamobrẽ aliqui Doctores ab hac opinione abhorrent, vt caueant sibi à periculo. Deinde illud inuestigandum est, quomodo relatio possit intelligi cõceptu absoluto? nam si dicas sic intelligi quatenus est forma hypostatica, ille conceptus absolutus exprimit formam hypostaticam, cuius est conceptus, sed non erit conceptus relationis, neque ilã exprimet; cõceptus enim est naturalis similitudo rei, quare sicut relatio ex propria ratione formali est ad aliud, ita non potest conceptu exprimi, nisi ad aliud, & is est conceptus relatiuus.

Notandum.

1. Dubium. An proprietas hęc absoluto conceptu intellecta, sit ipsa relatio diuina? Ratio dub.

2. Dubium. Quomodo relatio intelligi possit absoluto cõceptu? Ratio dub.

3. 1. Aduert. ex lib.1.ca.30. p.2.n.7.

Ad consequendam huius rei intelligentiam aduertendum est, quòd de essentia diuina habemus conceptus plures attributorum, quibus occurrunt ex parte rei cognitæ plures rationes formales obiectę, vt libr. 1. docuimus; eò quòd essentia diuina infinita non potest intelligi quidditatiuè, & idcirco quamuis sit res vna simplicissima, diuersis nominibus & intelligentijs explicatur, & est verè & propriè intellectus, voluntas, iustitia, misericordia, &cæt. Distinguimus autem ista attributa per cõceptus analogos, iuxta rerum creatarum distinctionem, quæ in illis cõueniunt, & ita quia in nobis sunt duæ potentiæ, aut duæ virtutes suis definitionibus distinctæ; multiplicantur quoque attributa in Deo, & distinguũtur suis definitionibus & rationibus formalibus. Ita modò philosophandum de diuina relatione; quia enim relatio diuina est incomprehensibilis, & quidditatiuè intelligi nõ potest, explicatur pluribus nominibus, & conceptibus; quia multiplicantur secũdum distinctionem rerum creatarum, quæ cũ illis analogicè conueniunt; suisque definitionibus, & rationibus formalibus distinguuntur. In diuina enim persona nihil est nisi natura & relatio, vt ex dictis constat; proprietas autem non est natura, quę est communis; est ergo proprietas relatio. Eadem ratione origo, verbi gratia generatio, non est natura; est ergo relatio: ea ergo res quæ est diuina relatio absque dubio continet in suo conceptu proprietatem & originem; sic tamen vt ita propriè intelligamus originem diuinam, ac si illa esset res distincta à relatione; & ita propriè personalem proprietatem, ac si illa esset res distincta ab origine & relatione, sicut de attributis philosophati sumus. Hunc autem explicandi modũ corroboramus auctoritate S. Thom. q. 10. de potent. art. 3. vbi docet relationẽ diuinam etsi sit res vna, modo tamen intelligendi multiplicem esse, quia intelligitur vt proprietas hypostatica, quod non habet quatenus relatio est, scilicèt relatiuo conceptu: & idem dicendum est de origine.

Distinguimus attributa in Deo per cõceptus analogos secũ dũ distinctionẽ creatarũ rerũ in illis conueniẽtiũ.

Diuina relatio quia incõprehensibilis pluribus nominibus, & cõceptibus explicatur

In persona diuina nihil est nisi natura, & relatio cap. 55. p.1.n. 16. & c. 56.p.1.n.7. Proprietas est relatio.

Origo est relatio.

Origo intelligitur ita propriè, ac si non esset relatio, & proprietas, ac si esset ab vtraq; distincta.

Confirmat ex S.Thom.

4.

2.Aduert.ex lib.1. c.33. p.1. n.3.& 4.

Essentia consideratur 1. vt distincta ab attributis.

2.vt continés illa actu.

Sic relatio cõsideratur 1. vt distincta à proprietate,&origine.

2.vt continés vtramque conceptu confuso quasi partes definitionis.

Exemplum essentiæ diuinæ.

Discrimen. Essentia vt distincta ab attributis, est primũ in cognitione, relatio vt distincta à proprietate, & origine est vltimum.

5.

3.Aduert. In & ad increata relationenõ sunt duæ rationes formales, vt lib.3.c.3. n. 10.& c.4.n.7.

Diuina ob distam continẽtiam eminentialem formalẽ aliquid sibi vendicat secũdum, in, quod secundũ quod est origo eidẽ non cõuenit.

Exemplum. Pater nõ proprietate generat, sed generatione; non generatione refertur, sed relatione: at per relationẽ constituitur,

Deindè petendum est à libro primo, quod notauimus de essentia diuina cõparata cũ attributis: consideratur enim dupliciter diuina essentia, primò vt res quædam distincta ab attributis, quasi subiectum attributorũ: secundò vt continens ipsa attributa actu, in suo cõceptu, ad eum modum quo definitum continet partes definitionis actu. Ita etiam relatio diuina potest cõsiderari duobus modis. Primò, vt ratio quędam distincta à proprietate personali, & origine, sicut in rebus creatis hæc distinguuntur; nam conceptibus, & definitionibus distinctis B intelligimus proprietatem personalem, originem, & relationem: vel potest considerari ipsa relatio diuina conceptu quodam confuso, vt continet actu proprietatem, & originem, quasi partes definitionis. Sicut enim si essentia diuina quatenùs continet attributa definiatur, omnia attributa in definitione essentiæ numeranda sunt; ita si relatio diuina definiatur, proprietas, & origo cadunt in eius definitione. Est tamẽ discrimẽ, quia essentia cum distinguitur ab attributis, est primum in cognitione, quia est subC iectum attributionis; relatio verò cum distinguitur à proprietate, & origine, est vltimum in cognitione, quia fũdatur in origine, & origo est à persona constituta proprietate, & ita proprietas est cognitione prima, origo secunda, tertia est relatio vt relatio relatiuo conceptu.

Adhùc aduertendum est quòd relatio creata cõsideratur vt est in aliquo, & vt est ad aliud, ita tamẽ vt non sint duæ rationes formales distinctæ in relatione, vt lib.3. notauimus. Relatio autẽ diuina quia propter suam simplicitatem continet eminenter formaliter res plures, sciD licèt proprietatem personalem, & originem, ita ac si essent res distinctæ, aliquid sibi vendicat secũdum, in, relatiuum, secundũquod est forma hypostatica; quod secundum quod est origo eidem non cõuenit: vt enim Deus non intelligit per voluntatem, sed per intellectum, etsi intellectus, & voluntas sit res eadem; ita neque Pater formâ hypostaticâ generat, sed generatione generat, neque generatione refertur, sed relatione refertur, at verò per relationẽ cõstituitur, vt hoc cap. enucleabimus. Et hoc est valdè obseruandum ad proprietatẽ elocutionis curandam, & expediendam quæstionẽ.

His animaduersis duo illa dubia proposita elucidanda sunt, vt veritas conclusionis eluceat. Dicendum igitur est per hoc nomen, forma hypostatica, in diuinis absque dubio significari relationẽ, conceptu tamen absoluto. Quare illud primum conficitur, vt omnis scrupulus tollatur; siquidèm ingenuè asserimus absq; vlla distinctione, aut hæsitatione, nomine proprietatis significari relationẽ, & nullo modo rem absolutã. Aimus tamen significari relationẽ absoluto cõceptu, quia significatur vt est forma hypostatica. Exemplum est in attributis; nam nomine sapiẽtiæ absque dubio significatur diuina essentia; non tamen cõceptu essentiæ, sed conceptu sapientiæ: ita in diuinis hoc nomẽ, forma hypostatica, significat relationẽ, significat enim proprietatẽ, quæ est formaliter relatio, & nullo modo est quid absolutũ; sed hoc nomen non significat relationẽ sub conceptu relationis, sed sub cõceptu formæ hypostaticæ, qui est absolutus; neq; redintegratur difficultas, vt statim dicemus.

Per hæc eadem respondetur ad secũdum dubium, scilicèt quomodò relatio possit concipi conceptu absoluto: nam in obiecto cognito est res cognita quod dicitur obiectũ materiale: & est ratio formalis cognita, cuius scilicèt formę similitudo est in intellectu. Impossibile igitur est quòd in conceptu absoluto ratio formalis cognita sit relatio; quia si forma rei cognitæ est relatio, forma cognoscentis, quæ est similitudo rei, etiam est relatiua secundum esse intelligibile, vt perspicuum est; sed benè potest accidere, vt res cognita materialiter, vt aiunt, sit relatio: & tamen quia cognoscitur vt forma hypostatica, quæ est quædam ratio formalis absoluta, intelligitur absoluto conceptu, vt conceptus qui est similitudo rei cognitæ cũ re cognita consentiat.

Dicam clariùs: Imago artefacta repręsentat hominẽ, ita vt homo sit res repræsentata; ratio attamen rei repræsentatæ sunt figura, & colores, quarũ similitudo cernitur in imagine. Ergo ad hũc modũ in conceptu diuinæ proprietatis, qđ est materiale obiectũ, est relatio; ipsa enim relatio est proprietas: sed ratio formalis rei cognitæ, est proprietas hypostatica, cuius similitudo expressa, est ipse cõceptus non relatiuus, sed absolutus.

Supersit

6.

Resolutio 1. Dubij. 1

Forma hypostat. in diuinis significat relationem conceptu absoluto & nullo modo rem absolutã.

Exempl. Nomine sapiẽtiæ, significatur essentia diuina, non conceptu essentiæ sed sapientiæ.

7.

Pro 2. Dubio solut. prænot.

In conceptu absoluto, ratio formalis cognita nõ est relatio.

Ratio. Resolutio. In cognitione proprietatis obiectum materiale est relatio ratio formalis cognita est absoluta, scil. forma hypost. & ideò intelligitur absoluto conceptu.

8.

Exemplum.

9. Ad rationem dub. quę infert quòd non est necesse dicere personam constitui per relationem quatenus est forma hypost. sed sat est dicere illam constitui per suam formam hypost.

Solutio: Vtrumque verè dicitur.

Secundum non satisfacit disput.

Ratio 1.

Ratio 2. *ex S. Thom.* Forma hypostat est communis significationis; proprietates personales habent nomina propria.

Supereſt tamen explicãdum id quod in proposito dubio erat obiectum: si enim conceptus ille absolutus est conceptus formalis formæ hypostaticæ; satis hoc est ad intelligẽdam constitutionem diuinæ personæ, vt dicamus illam constitui per suam formam hypostaticã; & non esse necesse dicere, quòd constituatur per relationem quatenùs est forma hypostatica. Respondetur tamen rectè dici quòd constituatur per relationem, quatenùs est forma hypostatica; quamuis etiam verum sit dicere quòd constituitur per suam proprietatem. Sed hoc secũdum dictum non satisfacit disputationi, propter duas causas: tum quia ad professionem fidei necesse est apertè dicere, personas constitui per relationẽ, ne vllus credat per absolutas proprietates cõstitui: tum maximè, quia, vt doctè obseruat S. Thom. in 1. sent. d. 25. q. 1. ar. 3. ad fin. hoc nomen, forma hypostatica, est commune significatione; proprietates autem personales habent nomina propria, & illa relatiua, scilicèt paternitatem, filiationem, & spirationem passiuam: quia ergo hæ relationes suis nominibus explicatæ clarissimè distinguunt personas, absolutè dicendum est per has relationes constitui. Et cum modus constituendi quæritur: respondendum est, explicando doctrinam Theologicam, quòd relatio vt forma hypostatica constituat; verbi gratia, paternitas constituit personam Patris, quatenùs est forma hypostatica Patris; & hoc quidèm cap. sequenti magis explicabimus inter refutanda argumenta.

10. Corollarium.

Eadem res cognita vt forma hypost. antecedit; vt relatio relatiuo conceptu, sequitur

Exempl. in attributis.

Ex quibus etiam colligitur quòd quãuis relatio sit, quæ constituit personam tanquam res cognita, & obiectum materiale; tamẽ per hoc quòd dicitur relatio cõstituere, vt est forma hypostatica, fit satis argumẽtis; quia eadem res cognita, vt est forma hypostatica antecedit, & vt relatio relatiuo conceptu sequitur. Exemplũ est in diuinis attributis; nam licèt res cognita sit vna diuina essentia, tamen ipsa diuina essentia, vt cognoscitur conceptu operationis intelligibilis, antecedit operationem appetibilis; & vtraque operatio est ipsa essentia.

11. 3. Dub. de ipsa ratione formali proprietatis hypost. sitne absoluta?

Quòd si adhùc perconteris de ipsa ratione formali qua intelligitur hypostatica proprietas diuinæ personę, Vtrũ sit absoluta an relatiua? respondendum est, detecta priùs ambiguitate nominis: nam ratio formalis, vt diximus libr. 1. idem est quod obiectũ intellectus: quare nomen hoc supponitur pro re formaliter intellecta: significat autem relationẽ rationis, quatenùs res illa dicitur intellecta; res enim dicitur ratio appellatione extrinseca à ratione, siue conceptu, qui est in nostro intellectu: quam appellationem considerantibus dicet quoque rationem illam formalem proprietatis hypostaticæ appellare absolutã, hoc est, obiectũ conceptus absoluti: sed res pro qua supponitur nomen hoc, nullo modo est absolutà, etiam vt est proprietas hypostatica, sed potiùs est relatio quatenùs ipsa relatio est hypostatica proprietas, quæ vt sic non intelligitur vt relatio, sed vt proprietas. Quemadmodum etiã sapientia est ipsa essentia quatenùs essentia est quoque sapientia, quæ vt sic non intelligitur conceptu essentiæ, sed sapiẽtiæ. Itaque quantumuis intendatur argumentum, nunquã efficitur vt proprietas hypostatica diuina sit res absoluta; sed vera est relatio quatenùs & ipsa relatio est proprietas, quæ vt sic cognoscitur absoluto conceptu; non vt relatio, sed vt proprietas: sicut sapientia cognoscitur non vt essentia, sed vt sapientia conceptu proprio.

Prænot ex libr. 1. cap. 30. p. 3. n. 5.

Ratio formalis supponitur pro re formaliter intellecta: significat relationẽ rationis.

Res dicitur ratio à ratione extrinsecè.

Resol. affirmat quòd est absoluta, hoc est, obiectum conceptus absoluti; sed res pro qua supponitur nullo modo est absoluta, etiam vt est proprietas hypost.

Exempl. sapientię, vt n. 6.

12. Sententia *Heruæi.*

Non displicet *Durand.*

Rad. cõtr. 22. *art.* 3. Excogitata est ab Auctore, nõ dum reperto *Heruæo.* Postea displicuit.

Ratio. Inter absolutũ & relatum cõceptum nõ est medius.

Heruæus quodlib. 10. q. 5. & in 1. d. 26. q. 1. ar. 3. conceptum istũ quo relatio cõstituit personam, abstrahit à relatiuo, & absoluto: quod non displicet Durando d. 27. & alijs. Quam philosophãdi rationem excogitauerat am, etiam nondum reperto auctore Heruęo; sed re magis studiosè expensa displicuit. Nam cum res ipsa cognita, scilicèt proprietas, etiam qua ratione constituit personam, nõ sit absoluta, sed relata, vt docuimus: solus conceptus potest esse absolutus, vt nos cõmentamur. Conceptus autẽ eò quòd non est relatus, est necessariò absolutus: neque enim est medius conceptus inter absolutum, & relatum; sicut non est res media inter entia absoluta, & relata.

13. Si sent. sit etiã dere, Improbatur 1. ex cap. 50. 2 n. 3.

Quòd si isti Doctores censebant, non modò conceptum esse abstractum à relatiuo, & absoluto, ita vt non sit relatiuus, neque absolutus; sed rẽ ipsam cognitam per conceptum nec esse formaliter relatiuam, neque absolutam: omninò dissentimus. Dicendum namq; omninò est rem ipsam, scilicèt proprietatẽ

esse formaliter relationem, quod multis A anteà probauimus. Periculi enim aliquid est in quauis consideratione, proprietatem personarum non relatiuam meditari. Præterea ingenuè errant dum opinantur, rem singularem, qualis est proprietas personalis, posse abstrahi à relatiuo, & absoluto. Nam vt diximus id quod est commune analogum abstrahitur à relatiuo, & absoluto; sed hæc res vel illa necessariò est relatiua formaliter, vel formaliter absoluta: quia vel est ad se, vel ad aliud. Nam hoc ipso quòd aliud non est, ad se est: sicut hoc ipso quòd non est in alio, est per se. Nam hi modi includunt negationem, ita vt alterum oppositum inesse necesse sit. Quod si dicas neque esse relatiuum, neque absolutum, sed eminenter vtrumque; imperitissimè philosopharis: nam quæ in Deo ita sunt eminenter, vt non sint formaliter, imperfecta sunt; relatiuum autem & absolutum, non sunt imperfecta; & ita sunt in Deo eminenter, quòd sunt etiam formaliter. Ergo illud quod nomine proprietatis intelligis, nō est quid tertium, quod nec relatiuum sit, nec absolutum; sed vel formaliter relatiuum est, vel absolutum: absolutum autem dicendum non est: ergo est simpliciter relatiuum; & duntaxat non intelligitur vt relatiuum: sicut sapientia in Deo absolutè est essentia; sed hoc conceptu, sapientia, non intelligitur vt essentia.

Periculi aliquid est in quauis consid. proprietatem personarum non relatiuam meditari.

Improbatur 2.

Omne singulare necessariò est vel relatiuum, vel absolutum formaliter.

Ratio.

Modi ad se, & ad aliud, sicut per se, & in alio, non habet medium.

Respons.

Expugnatur,

Quæ sunt in Deo eminēter & non formaliter imperfecta sunt.

Relatiuum & absolutum nō sunt imperfecta.

14.

Instantia.

Quòd si adhúc instes: Proprietas diuinæ personæ non intelligitur vt relata, neque vt absoluta; ergo vt abstracta ab absoluto, & relato intelligitur: negamus quòd non intelligatur, vt absoluta, scilicèt per modum absoluti, & absoluto conceptu: modum enim intelligendi nō negamus absolutum esse; sed ipsam rem cognitam etiam vt ratione distinguitur à relatione, negamus esse quid absolutū; & aimus esse quid relatiuum: sed nō intellectum vt relatiuū. Nam vt proprietas sua propria ratione formali etiam vt distinguitur à relatione, non sit relatio; non est satis quòd non intelligatur vt relatio, sed est necesse vt re ipsa sit absolutum, quod est contra fidem: absolutum enim & relatum diuidunt res: & nullum est ens non relatum, quod absolutum nō sit, eo ipso quod relatū nō est.

Solutio ex n. 11. & 12.

Vt proprietas sua propria ratione formali etiam vt distinguitur à relatione non sit relatio, necesse est vt re ipsa sit absolutum.

15.

Adnotand.

Relatio vt forma hypost. nō exigit vllum fundamentum; quia quoad hoc quod est forma hypostatica, congruit cum alijs formis absolutis, quæ in alio non fundantur. Aliàs redintregaretur quæstio, in quo fundamento priori forma hypostatica posita esset: illud autem antecederet in persona eadem: ergo illud constitueret personam. Quod obseruat Carthus. d. 27. q. 2. & Bellarm. lib. 2. de Christo, cap. 15. Sed hoc non est necessarium cum forma hypostatica nostro intelligendi modo, nullum exigat fundamētum, sed per se ipsam aduenit naturæ ad constituendam personam.

Relatio vt forma hypostatica, exigit fundamentum.

Ratio.

Carthus.

Bellarm.

Per se ipsam aduenit naturæ ad constituendam personam.

Confirmatio.

16.

QVòd relatio vt forma hypostatica, siue vt subsistens est, cōstituat personam, docet planissimè S. Thom. 1. p. q. 29. art. 4. & q. 40. art. 2. & 4. & lib. 4. contra gentes, cap. 14. & 1. sentent. d. 26. q. 2. ar. 2. ad 1. & de potent. q. 8. ar. 3. & q. 9. ar. 5. & opusc. 2. cap. 64. & ea fuit antiquorum opinio, de qua Carthusian. d. 27. q. 2. & Richard. in 1. q. 3. Marsil. d. 30. artic. 4. & Franciscus Turrecr. super Ioannem Cypariotam, cap. 4. Bellarm. lib. 2. de Christo, cap. 15. Ioan. Capreol. d. 26. q. 1. Ferrar. 4. contra gentes, cap. 26. Syluester in conflato, q. 40. art. 6. & Heruæus locis commemoratis in eandem propendet sententiam.

Est sententia *S. Thom.*

Eadem fuit antiquorum opinio, de qua *Carthus. Richard. Marsil. Turrecr. Cypariot. Bellarm. Capreol. Ferrar. Sylueſt. Heru.*

CAPVT LX.

Argumenta refelluntur.

1.

IN oppositum solent afferri ea argumēta, quibus probatum est, proprietatem personæ diuinæ esse rem absolutam, & non relationem. Deindè probatur, quòd saltem prima persona constituatur proprietate absoluta: quia proprietas Patris est quòd sit ingenitus, quę nō est relatiua, & est prior alijs omnibus relatiuis; ergo est absoluta. Quòd si dicas ingenitū esse negationē: Cōtra, quia negatio fūdatur in re, & ista negatio antecedit relatiua: ergo fundatur in absoluto; & non fundatur in essentia, quia essentia est communis, & ingenitum est proprietas; ergo fundatur hæc negatio in aliqua absoluta proprietate.

Opponi solēt arg. capitis 51.

Insuper 1. Argum. probans quòd saltem 1. persona constituatur proprietate absoluta.

Respons.

Instantia.

2.

Secundò probatur ex partibus oppositis, quòd relatio relatiuo conceptu cō stituat

2. Arg. oppositum, quòd relatio relatiuo cō

ceptu constituat personā.

Respons.

Instantia.

stituat personam: relatio enim relatiuo cōceptu est propria istius, aut illius personæ; ergo constituit istā, aut illam personam. Quòd si respondeas originē esse propriam personæ, & non constituere illam: Adhùc instamus; quoniam illud est primum incommunicabile quod primò occurrit post communia: tunc vltra, in ipsa proprietate hypostatica id quod primò occurrit, est relatio relatiuo conceptu; proprietas enim est relatio prout est forma hypostatica; primum ergo occurrit relatio; ergo relatio erit primum incommunicabile; sed primum incommunicabile est proprietas constituens.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam non est distinctio sine oppositione: personę autem solùm relatiuè opponuntur, vt lib. 1. docuimus: ergo persona relatiuè distinguitur; scilicèt per relationem relatiuo cōceptu: quod autem distinguit, constituit, vt anteà comprobauimus: ergo relatio relatiuo conceptu constituit personam.

3. 3. Arg.

Tertiò idem probatur, quoniam hoc quod est simul intelligi cum alio, scilicèt cum suo correlatiuo, non obstat, quin personæ constituantur relatione. Cum enim Catholicè credamus cōstitui personas diuinas relatione; fatendum quoque est constitui relatiuo conceptu. Et

Confirm.

confirmatur, quoniam quòd relata sint simul natura, & cognitione, non obstat quominùs vnum altero sit prius origine; ergo benè possumus intelligere, quòd personæ constituantur relationibus relatiuo conceptu, seruato ordine originis.

4. 4. Arg.

Quartò probatur idem, quoniam re ipsa relatio vt forma relatiua, hoc est, vt relatio est, constituit personam; aliàs constitueret vt res absoluta; sed modus intelligendi perfectus, coæquatus est rei intellectæ quantum fieri possit; ergo cū rectè intelligamus personas constitui relatiuo conceptu, maximè affirmandū est relatiuo conceptu personas diuinas constitui.

5. 5. Arg.

Quintò: Relatio, vt dictum est, continet in suo cōceptu confuso actuali proprietatem, & originem; ergo si consideretur toto isto conceptu confuso, adhùc cōsideratur vt relatio relatiuo conceptu; igitur si relatio sic intellecta naturæ diuinæ per intellectum nostrum copuletur, constituet personam perfectissimo conceptu relatiuo.

A Sextò: Licèt persona sit nomen absolutum quod non dicitur ad aliud, & intelligentia istius nominis sit etiam absoluta, & non ad aliud; tamen nomina propria personarum sunt relatiua, vt Pater, Filius: igitur si sermo sit de singulis personis constituendis, verbi gratia de Patre, aut Filio, aut Spiritu Sancto, meditanda est constitutio conceptu relatiuo. Et ita quidam aiunt constitutionem personæ secundum formale, scilicèt secundum quod persona est, posse effici secundum conceptum absolutum: sed materialiter scilicèt secūdum quod est Pater, vel Filius, non posse explicari, nisi conceptu relatiuo.

6. 6 Arg. probans constitutionē personæ materialiter nō posse explicari, nisi conceptu relatiuo.

B Septimò: Relatio vt est in aliquo, est relatio ad fundamentum: sicut vt est ad aliud, est relatio ad terminum; sed relatio diuina, vt est proprietas personæ, est in aliquo; ergo etiam vt sic, est relatio; ergo vt relatio constituit.

7. 7. Arg.

Octauò: Forma hypostatica vt sic, abstrahit à relatiuo, & absoluto; ergo vt sic, est quid commune; ergo non est vltimum incommunicabile; ergo non constituit personam. Confirmatur argumēto Durandi d. 26. q. 1. Nam sicut forma hypostatica communis constituit hypostasim communi nomine significatam;

C ita forma hypostatica absoluta hypostasim absolutam in rebus creatis, & forma hypostatica relatiua constituit hypostasim diuinam, quæ est relatiua; differentię autem quæ distinguunt communia, maximè explicantur in conceptu propriorum; ergo forma hypostatica diuinæ hypostasis, explicito conceptu est relatiua, & vt relatiua constituit.

8. 8. Arg.

Confirm. ex *Durand.*

Nonò arguit idē Durandus: aut enim formam hypostaticam accipimus, vt est quid commune relationi, & proprietati

D absolutæ, aut vt est forma opposita relationi (quod Durandus ait, differre supposito; quando non differunt res vt cōmune & particulare, sed vt particulare ab alio particulari, vel legendū est, quod differunt ex opposito) si accipiamus formam hypostaticam vt quid commune, verum quidem est illam constituere hypostasim; & relationem vt est forma hypostatica, constituere hypostasim communem; sed hoc non prohibet quin etiā relatio, vt relatio est, constituat hypostasim particularem. Siverò formam, scilicèt diuinam hypostasim accipimus vt

9. 9. Arg. *Durandi.*

oppositam relationi; id quod relationi opponitur est res absoluta: absolutum enim & relatiuum sunt membra opposita in diuisione entis; ergo res absoluta constituit hypostasim, quod est contra fidē. Et confirmatur, quia in rebus creatis quæcunque proprietas absoluta constituit hypostasim, siue personam, quatenùs ipsa proprietas est quædam res absoluta: verbi gratia, quatenùs est Petreitas, aut Paulcitas: & Petreitas non constituit Petrum conceptu communi proprietatis hypostaticæ, sed particulari conceptu, vt Petreitas est. Ergo & in diuinis paternitas non constituit Patrem, quatenùs proprietas hypostatica communi conceptu, sed particulari conceptu paternitatis, qui est relatiuus conceptus.

Confirm.

10. Decimò, quoniam proprietas est nomen, quod significat relationem rationis ad eū cuius est proprietas; ergo relatio diuina non constituit personam, quatenùs est proprietas, hoc est, quatenùs relatione rationis ad personam refertur, sed quatenùs relatio realis est. Et confirmatur, quia nomen personæ non est quidditatiuum Patri, & Filio, vt anteà disputauimus, sed quasi denominatiuum. Et eodem modo proprietas personalis est denominatiuum ad relationes diuinas: nos verò non disputamus de proprietate personali sub hac ratione denominatiua proprietatis, sed de re ipsa, quæ est proprietas, quæ absque dubio est relatio.

10. Arg.

Confirm. ex cap.46. n.14.

11. Vltimò: Conceptus absolutus in diuinis communis est, quod enim intelligitur ad se, est commune tribus personis, & ipsum nomen personæ est cōmune; ergo relatio non constituit personā cōceptu absoluto vtpotè communi, sed relatiuo, qui est conceptus proprius. Et confirmatur, quoniam si conceptu absoluto constituimus personas; remotis relationibus, constabit Trinitas personarum; quod S. Thom. negat 1.p.q.40. ar. 3. Confirmatur secundò, quoniam si relatio cōstituit quatenùs distinguitur ab origine; ergo constituit conceptu relatiuo, quia vt sic distinguitur ab origine.

11. Vlt. Arg.

Confirm. 1.

S. Thom.

Confirm. 2.

Aduertenda.

12. Consultò seruauimus quę obscuriora erant in hoc caput, ne multitudine rerum premeremus ingenium; & vt argumenta agitata studiosiùs tractarentur, nec forent necessariò repetenda. Primum igitur est quod asserimus, in re ipsa nullam esse constitutionē personæ, vt anteà docuimus, quamuis Ioānes Scotus in 1.d.28.q.3. & in quodlib. q.4. videatur oppositum sentire, vt quidam eum commentantur. Nam constitutio est plurium copulatio in vnum; at verò in re ipsa natura, & relatio nullatenùs distinguuntur, vt probatum est, neque relatio est forma vllo pacto distincta à persona, vt illam constituat. Quarè tota res agitur de nostro modo intelligendi.

1. Aduertendū.

In re ipsa nulla est constitutio personæ diuinæ, vt c.48.p.1 cōtra *Scotū* vt à quibusdā explicatur.

13. Deindè aduertendum est, quòd constitutio personæ potest duobus modis intelligi, scilicèt conceptibus adæquatis (vt aiunt) & inadæquatis, quasi partis conceptibus. Sicut ergo relatio conceptu quodam confuso continet proprietatem, & originem; ita persona diuina, quę relatione constituitur conceptu quodam confuso continet hæc tria, proprietatem, originem, & relationem; & præterea naturam: ergo si vtrumque conceptum confusum conferamus, persona est proprium constitutum relationis; & ille conceptus relationis est relatiuus, quia nihil in illo explicatur quod exigat conceptum absolutum; quia non explicatur forma hypostatica, neq; origo, sed sola relatio diuina in quadam confusione qua continet hæc. Et ita opinamur id quod argumentum conuincit, conceptu adæquato, confuso tamen, relationem relatiuo conceptu constituere personam. Quòd si quæras, an Pater illo relatiuo cōceptu confuso antecedat Filium origine? Respondetur quòd ista quæstio tollit id ipsum quod constituit: nam in conceptu confuso non attenditur origo: quòd si attenditur, iam non est confusus, sed distinctus. Et dicēdum est quòd Pater secundum aliquid antecedit, scilicèt secundum quod per formam hypostaticam constituitur, & generat; & secundum aliquid non antecedit, scilicèt secundum relationem relatiuo conceptu. Iam ergo distinguimus conceptum confusum. Hoc autem videtur significasse S. Thom. in 1.d.9. q.2.ar.1. cum dixit Patrem, & Filium non solùm naturâ, sed intellectu esse simul; quod Thomas Caiet. interpretatur de re ip-

2. Aduert.

Conceptu adæquato, & confuso relatio cōtinet proprietatem, & orig.

Persona proprietatem, originem, & relationem, & etiā naturam.

Persona hoc conceptu adæquato, & confuso constituitur per relationem relatiuo conceptu.

Ratio.

Quæsitum.

Respons.

Cōceptus quo cōparatur origo, iam est distinctus, & hoc cōceptu *Pater* secundum formam hypost. & origine antecedit Filium; non tamen secundum relationem relatiuo conceptu.

Ex 2. aduert. explicatur *S. Thom.*

Interpretatio *Caiet.*

Reijcitur.

re ipsa: at verò S. Doctor loquebatur de nostro modo intelligendi: Nam hæ duæ personæ diuinæ his nominibus significatæ, cõceptu confuso intelliguntur relatiuè; quare natura, & intellectio sunt simul. Si verò inter illos comparetur origo, iam est ibi prioritas rationis.

14. Adnotandũ. Ista cõstitutio personæ conceptu relatiuo confuso est maximè imperfecta, contra aliquos.

Sed obseruandum est, quòd ista constitutio personę per relationem conceptu relatiuo confuso, non est perfecta, vt aliqui opinantur, imò maximè imperfecta: nam cum hæc constitutio sit rationis, ea est perfectior, quæ est magis distincta; quæ scilicèt perspicitur partitis conceptibus, vt originem, & personam, & relationẽ proprijs definitionibus distinguẽtes de diuinis rebus disputemus. Nam in conceptu confuso non possumus considerare origines, vt modò dicebamus: & quamuis re ipsa relatio diuina contineat proprietatem, & originem simul; non tamen perfectiùs intelligimus hæc simul, quàm partitè; quia cum quod quid est ignoramus, distinctis conceptibus, siue intelligentijs res meliùs percipimus, & præclariùs de illis philosophamur; sicut perfectiùs intelligimus diuinam essentiam per attributa, quàm per hoc nomen essentiæ. Et idcircò secuti S. Thomam non fecimus mẽtionem de hac constitutione confusa, quæ disputationi vtilis non est.

Ratio. Cõstitutio rationis pfectior est, quæ perspicitur partitis conceptibus.

In conceptu cõfuso nõ possumus considerare origines, vt n. 13.

Cum quod qd est ignoramꝰ, partitè perfectiùs intelligimus.

Exemplum.

S. Thom. Constitutio confusa nõ est vtilis disput.

15. 3. Adu. cõsect. Relatiuũ relatiuo cõceptu confuso vel explicito, nõ admittit priorit.

Durand. admittens in diuinis prioritatem orig. non rationis. Reijcitur vt in intelligibilis.

In diuinis est ordo originis, vt lib. 2. c. 60.

Nulla ibi est realis prioritas sed rationis, vt lib. 2. c. 61. p. 1. n. 3. & 4.

Post hæc aduertẽdum est id, quod ex modò dictis colligitur, auctore S. Thoma, quòd relatiuum relatiuo conceptu, siue confuso, siue explicito non admittit prioritatem, siquidèm sunt simul intellectu, & natura. Durandus tamen concedit inter relata relatiuo cõceptu prioritatem originis, & negat prioritatem rationis: sed hoc non est intelligibile, quia prioritas rationis nihil est aliud, quàm vt suapte natura vnum præ alio intelligatur: ergo per hoc ipsum quod affirmat Patrem esse primum, & Filium secundum ordine originis absque prioritate reali, quod verisimum est, iam concedit prioritatem rationis, scilicèt quòd suapte natura, & ingenita intelligendi ratione, prius intelligamus id, à quo aliud procedit, & deindè id quod procedit; nam & primum nisi intellectu saltem sit primum, nullo modo est primum: Pater ergo & Filius relatiuo conceptu non habẽt ordinem originis, quia sunt simul intellectu; & cum inter eos

Pater, & Filius relatiuo cõcepto non habẽt

A originem meditamur, iam intelligendũ est Patrem non vt relatiuum relatiuo conceptu, sed secundum aliquid aliud, antecedere.

ordinem originis, quia sunt simul intellectu.

Aduertere tamen opus est quòd nomen principij est relatiuum etiam dum explicatur à quo est aliquid; & nomen prioris etiam est relatiuum: quod si concipiamus relatiuè, verum est, id esse re ipsa prius, non esse cognitione prius; dicitur enim re ipsa prius quod est re ipsa relatum relatione prioris; quod quidèm cognitum vt relatum non est cognitione prius: & fortè hac æquiuocatione captus est Durandus. Sed attendendo ad fundamentum prioritatis, necesse est vt

B id quod re ipsa est prius sit etiam prius cognitione; quia ille ordo est necessariò in intelligente qui cernitur in re ipsa. Principium autem re ipsa prius dicimus in rebus creatis, quibus quod est principium reale, est etiam causa, vt docuimus lib. 2.

16. Adnotandũ. Nomen principij & prioris est relatiuum.

Id prius est re ipsa, quod relatione prioris est re ipsa relatum, at idecognitum, vt relatum, non est prius, nisi pro fundamento.

Cuius assertionis ratio maximè confirmat præcipuam sententiam de constitutione personæ conceptu absoluto. Nam etsi fingamus aliquam aliam relationem constituere personam relatiuo conceptu; tamen hoc non potest intelligi de ijs personis, quæ constituuntur re-

C latione originis: relatio enim ex intima ratione sua formali, quia est ad aliud, postulat vt relatio sibi opposita simul existat, ita vt simul intelligantur existẽtes. Itaque existentia relationis est quædam coexistentia: ergo dum relatio diuina intelligitur conceptu relatiuo, alia sibi opposita simul intelligitur existens; relationes autem quæ fundantur in origine, conueniunt personis, quarum altera est prior origine: ergo relatiuo conceptu non constituunt ipsas personas: origo enim postulat prioritatem, relatio verò simultatem, siue coexistentiam: ordine autem rationis impossibile est, vt idẽ sit simul & prius; ergo vel inter personas non est origo in qua est prioritas: vel non constituuntur relatiuo conceptu in quo est simultas, & prioritas excluditur. Nam si alter origine antecedit, nõ simul vterque intelligitur existens; ergo non intelliguntur conceptu relatiuo, in quo est necesse vt simul existant.

3. Aduertendũ 1. ratio confirmans sent. de quae 58. n. 18. & cap. 59. p. 2.

Quicquid sit de alijs, relatio originis nõ potest constituere personam relatiuo conceptu, vt n. 13. & 15.

Existentia relationis est quędam coexistẽtia.

Origo postulat prioritatẽ.

Dicet aliquis ad hæc, prioritatem in diuinis non significare prioritatem existentię, sed intellectus: obseruandum ta-

18. Respons. Confutatio.

men,

In diuinis res quæ prius, aut posteriùs intelligũtur, eriã intelliguntur priùs, aut posteri⁹ existẽtes Probatur.

men, quòd potiùs res diuinæ quoniam nunquam intelliguntur secluſâ existentiâ, ſi priùs aut posteriùs intelliguntur, necesse est intelligantur priùs aut posteriùs existentes. Nam ſi res aliqua diuina, verbi gratia persona filij, in aliqua prioritate intelligitur, & in illa prioritate nõ intelligitur existẽs, procedit à nõ esse ad esse quod est fieri. At verò contrarium confitendum est, esse res omnes diuinas in ſuis rationibus formalibus, quibus distinguũtur, intrinsecè existẽtes; & inter res ſimul natura existentes, nos alias alijs priùs intelligere. Et ita explicatis terminis confirmatur noſtra concluſio, quòd relatio relatiuo conceptu ſimul intelligitur cum ſua oppoſita; ergo inter eas non intelligitur origo, quia ſecundum relationem intelliguntur ſine prioritate; & ſecundum originem, intelliguntur cum prioritate rationis, vt dictum est. Igitur licèt fingeremus alias relationes cõſtituentes perſonã relatiuo conceptu: tamen de relatione originis hoc nõ poteſt intelligi, quia origo affert prioritatem quam relatio tollit; & item quia relatio originis fundatur in ipſa origine, & perſona antecedit originem,

Eadẽ 1. ratio declaratur 1.

Inter relationes nõ intelligitur origo, vt n. 17.

Origo affert Prioritatẽ quã relatio tollit.

19. Declaratur 2.

Præterea quamcunque prioritatem fingas in diuina origine, eam remouet relatio: ergo ralatio quæ fundatur in origine non cõſtituit perſonas inter quas est origo, ſed aduenit conſtitutis: & ita in perſonis per originem est prioritas; & in relatione conſequente relatiuo cõceptu, nulla prioritas.

20. 2. Rat. cõmun. Relatio est alicuius relati relatio.

Alia est ratio communior quare nulla relatio conſtituat perſonam relatiuo conceptu: nam relatio est alicuius relati relatio, vt ex terminis est euidens, & est ad aliud; ſed id quod est ad aliud nõ poteſt intelligi quin ſit prius ad ſe: quare neceſſe est vt perſona ſaltem abſoluto conceptu ſit prius ad ſe quàm ad aliud. Neceſſe est ergo conſiderare relationem tanquam formam hypoſtaticã abſoluto conceptu conſtituentem perſonam prius ad ſe quàm ad aliud relatiuo conceptu. Relatio verò diuina conceptu confuſo poteſt conſtituere perſonam, vt diximus; quia in illo conceptu confuſo continetur hoc quòd ſit forma hypoſtatica ad ſe, & nõ explicatur quomodò relatio conſtituat, neque intelligitur tunc inter perſonas origo: dũ verò explicatur conſtitutio, neceſſariò ordine rationis relatiuus conceptus poſtremus est.

Quod est ad aliud, priùs est ad ſe ſaltẽ conceptu abſoluto

In cõſtitut. diſtinctæ relatiuè cõcept. poſtremus est.

21. 2. Aduertend. Conſtitutio perſonæ intelligitur cõmuniter, & ſingulatim.

Iam verò est aliud obſeruandũ, quòd conſtitutio diuinæ perſonę, poteſt intelligi communiter & ſingulatim. Communiter hactenus diſputatum est, ſcilicet quòd diuina perſona conſtituatur relatione; hoc enim est propriũ diuinę perſonę; quia nulla perſona creata conſtituitur relatione, ſed abſoluta proprietate: est tamen commune diuinis perſonis; quia omnis diuina perſona conſtituitur relatione. Singulatim verò indagãdum est, hæc perſona quomodò conſtituatur vt ſit hæc & non alia? Et dicendum est diuinas perſonas ſingulatim acceptas, neceſſariò conſtitui relationibus diuerſæ appellationis, quaſi ſpecie diſtinctis. Quare ſi dicas perſonam diuinam conſtitui quadam proprietate quæ non est abſoluta, ſed neque relatiua; falſum aſſeritur, & non explicatur difficultas: falſum quidem aſſeritur, quia nulla est res media inter abſolutum & relatiuum, ſed verè quidem relatio ipſa poterit concipi conceptu abſoluto, vt diximus: ſed neque difficultas ſoluitur; nam ſi dicis formam hypoſtaticam conſtituere diuinas perſonas; hanc perſonam quænam forma conſtituit, vt ab alia ſit diſtincta?

De 1. modo hactenus.

De 2. modo deinceps.

Perſonæ ſingulatim cõſtituũtur relationibus diuerſæ appellationis quaſi ſpecie diſtinctis.

Kelpon. cõſona c. 58. n. 13 Improbatur, vt falſa.

2. vt nõ explicans difficultatem.

Dices quòd hæc perſona conſtituitur per iſtam formam. Sed tunc vltra, iſta forma aut est ſpecie diſtincta ab alia, aut ſolo numero. Si dicas ſolo numero diſtingui, ponis in diuinis perſonis individuas differentias numericas, ſcilicèt hęccitates, quæ ſolũ ſunt in rebus materialibus, vt diximus. Si verò cõcedas illas ſpecie diſtingui, non poteris intelligere in formis hypoſtaticis differentiã ſpecificam, niſi relationum diuerſarum ſpecie; nam differentia ſpecifica in formis hypoſtaticis creatis, ſumitur à natura ſpecifica. Ideo enim humana perſona diſtinguitur ab hypoſtaſi Brunelli, quia altera est naturę rationalis, & altera naturæ equinę; & proprietates hypoſtaticę ſimilitèr diſtinguũtur: ſed in perſonis diuinis est natura vna; ergo formę hypoſtaticæ nõ differunt ſpecie ſumpta à diuerſis naturis; nulla ergo poteſt fingi in eis ſpecifica differentia niſi ex eo quòd ſunt relationes ſpecie diſtinctæ, diuerſæ ſcilicet appellationis, paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua: cõmunę ergo

Solutio. Inſtantia

Hęccitates ſolũ ſũt in rebus materialibus, vt cap. 14. n. 4.

Informis hypoſtaticis creatis differentia ſpecifica ſumitur à natura ſpecifica.

In diuinis nõ ſic, ſed differunt ſpecie, quia ſũt relationes ſpecie diſtinctæ.

ergo est diuinis personis vt constituãtur relationibus diuersæ appellationis; alia persona paternitate, alia filiatione, alia spiratione passiua; quæ est egregia sententia S. Thomę in sententijs, in 1. d.25.p.1.art.3. ad 1nem.

S.Thom. 22.

5. Aduertend. hactenus de constitutione personę vt hic Dub.de constit. singularũ nominib Propijs.

Præterea est aduertendum, quòd hactenus loquuti sumus de constitutione personæ sub hoc nomine, persona: personæ autem singulæ habent propria nomina: quare agendum est de constitutione singularum nominibus proprijs; verbi gratia de Patre, de Filio, & de Spiritu Sancto. Et breuiter dicendũ est quòd nomen, Pater, aliquando accipitur duntaxat vt nomen relatiuum quod significat solam relationem; qua significatione non dicitur persona constituta, sed est quoddam relatum. Aliquando verò est nomen personę, ita vt hoc nomine, Pater, intelligamus Deum Patrem, scilicet personam constitutam ex natura diuina, & relatione. Vnde promenda est explicatio sententiæ illius S. Hilar. lib. 12. de Trinitate, *Neque quicquam aliud ipse nisi Filius*: quia nomine Filij intelligitur etiam natura diuina: nam & est Filius, & est Deus. Itaque sicut persona conceptu confuso continet proprietatem, originem & relationem; ita Pater vt est nomen personæ conceptu confuso eadem continet. Et est solum discrimen quòd conceptus personæ est absolutus, & conceptus Patris relatiuus: & ita persona conceptu explicito relationis, continet confuso proprietatem hypostaticam. Dum autẽ explicatur vtere; conceptus confusus; conceptus absolutus personæ explicatur per relationem, & conceptus relatiuus Patris explicatur per formam hypostaticam: & ita fit, vt semper in explicatione personę constitutę intelligatur relatio, vt est forma hypostatica.

1. Præmonitio. Pater aliquando accipitur vt relatiuum tantum significat & vt hic non est persona sed relatum.

Aliquando vt nomen personæ constitutę ex natura & relatione.

S.Hilar. hinc explic.

Cõceptu confuso eadẽ quæ persona, Pater 2. modo accepta continet, vt dictum 13.

Discrimen.

Conceptus personæ absolutus est, Patris verò relatiuus. Et ita persona cõceptu explicito relat. &c.

Quomodo explicetur vterq; conceptus confusus?

23.

1. Prænotãd Forma seu proprietas hypostatica est res addita naturæ, & constituens personam tàm à natura, quàm à persona definitione distincta: & hæc dicitur etiam proprietas; & in persona dicitur personalitas, & in supposito non incongruè dicitur aliquando subsistentia, vt superiùs admonuimus. Et hæc res quæ distincta est definitione, à natura & persona, distinguitur etiam in Deo à relatione & origine; à relatione autem distinguitur, sicut quodnis attributum ab essentia, ita vt in conceptu confuso illius contineatur, quod sæpiùs repetimus. Ad eundẽ ergo sensum quo dicimus, Deum intelligere per essentiã, quatenus essentia sua est intellectus; dicimus personam constitui per relationem, quatenus relatio est forma hypostatica.

A relatione distinguitur, vt quodnis attributũ ab essentia. Explicãtur personæ per relationes, hoc est forma hypostatica.

24.

His ergo explicatis, duo occurrunt modi euadendi difficultatem. Primus est quem cap. antecedenti proponebamus, videlicet quòd in cõstitutione personæ accipimus relationem vt est forma hypostatica; ita vt relatio sit quasi obiectum materiale, & forma hypostatica obiectum formale nostri cõceptus; & ita relatio constituit personam, sed non relatiuo conceptu, sed conceptu formæ hypostaticę qui est absolutus. Et ponamus exemplum; cum enim dicimus, Paternitas vt forma hypostatica constituit personam Patris, paternitas quidem est quæ constituit, sed ratio formalis constituendi est forma hypostatica, quæ definitione distinguitur a paternitate, licèt in eius cõceptu confuso includatur.

1. Modus respondendi, vt cap. 59. Relatio absoluto conceptu formæ hypostaticę, quę sc. est obiectum formale, cõstituit Patrem.

Exemplum.

25.

Sed contra hoc est argumẽtum, nam paternitas non potest intelligi nisi conceptu relatiuo; sed paternitas conceptu relatiuo, non potest coniungi cum natura ante hypostasim, quia relatio aduenit hypostasi; ergo paternitas nullo modo potest ingredi conceptum constitutiuum personę. Ad argumentum potest respondeni, quòd paternitas non intelligitur, vt concreta cum natura relatiuo conceptu, sed solùm materialitèr quatenùs re ipsa est forma hypostatica, quæ hoc conceptu formæ hypostaticæ cum natura formaliter coniungitur ad constituendam personam. Et ita relatiuus conceptus non coniungitur cum natura formaliter, ante hypostasim, sed quasi materialiter: quatenùs relatio est forma hypostatica.

Obiectio.

Solutio ex n. 24.

26.

Sed magis tamen placet secunda ratio opinandi, quam, licet noua videatur esse, à doctrina S. Thomæ credimus depromi posse: sunt enim quædam abstractiones formales quibus species rerum secundum differentias proprias consideratæ, abstrahuntur à natura generis, vt antea docuimus. Et ita scientiam ponimus in Deo remoto genere qualitatis; imò quasi mutatur genus, quia scientia

Pro 2. modo potiorepręnot Abstractiones formales quibus species rerũ, &c. vt lib. 1. cap. 42. p. 4 n. 3. & lib. 3. c. 3. num. 12.

Exemplum. Sciẽtiæ cuius genus remouetur, imòmutatur in Deo.

2. Modus respondendi. Relatio est in Deo absq; genere accidētis, & ita est forma hypost.

Declaratur. Relatio diuina pertinet ad duplex genus rerum, scilicet relationis, & formę hypost.

Potest abstractione formali ab alterutro genere remoueri; de qua abstractione lib.3.c.3.n.5.& 12.

Vt conuenit cū relatione re mouetur à genere formę hypost.& viceu.

Paternitas vt forma hypost. abstrahitur à relatione, & cōstituit personā Patris.

Confirm. Hoc cōstitutū & cōstituens, absoluto conceptu possunt explicari.

entia quæ in rebus creatis est ingenere qualitatis, in Deo est substantia. Relatio autem ponitur in Deo remoto genere, siue natura accidentis, & ita relatio diuina est forma hypostatica. Itaque relatio diuina pertinet ad duplex genus rerum; vt ita loquamur; quia in hoc quòd est relatio, conuenit cum relationibus creatis; & in hoc quòd est forma hypostatica, conuenit cum hypostacis formis rerum creatarū, quæ sunt in genere substātiæ: ergo potest diuina relatio abstractione formali remoueri ab alterutro genere; & ita relatio diuina vt relatio est, cōuenit cum relationibus creatis, & vt forma hypostatica, conuenit cum formis hypostacis. Igitur quatenùs conuenit cum relatione, remouetur à genere formarum hypostaticarum abstractione formali; & simili abstractione formali, quatenùs conuenit cum formis hypostaticis, remouetur à genere relationis; quo pacto paternitas, quatenùs forma hypostatica, abstrahitur abstractione formali à relatione, & ita constituit personā Patris. Ea confirmatur ista sententia, quoniam Pater vt est nomen personæ, potest explicari conceptu absoluto, sicut persona nomen est absolutum; ergo & paternitas potest absoluto cōceptu explicari quatenùs significat formam hypostaticam; nominibus enim vtimur vt volumus, sicut Sophronisci filius Socrates intelligitur ob consuetudinem, & nominis suppositionē. Cum ergo species relationis, verbi gratia paternitas, abstractione formali possit separari à genere relationis; quid prohibet nomen paternitatis significare hanc ipsam formam hypostaticam constitutiuam personæ? Et hoc videtur indicare S. Thom. 1.p.q.4. art.2. & alijs in locis, cum ait quòd relatio consideratur duobus modis, videlicet vt forma hypostatica, & vt relatio; quia scilicèt abstractione formali secundum vnam rationem remouetur alia. Verum est quòd relatio communis non potest considerari nisi relatiuo conceptu: sed tamen relatio hypostatica potest ita accipi, vt solo hoc nomine significemus quasi speciem relationis, quę est forma hypostatica, & hac significatione relatio hypostatica considerari potest, remoto etiam genere relationis, per abstractionem formalem. Quæ sententia si placeat, tota rei difficultas aperitur; sunt enim tres formæ hypostaticę, paternitas, filiatio, & spiratio passiua; quæ etiam his nominibus significatę, non intelliguntur vt relationes relatiuo conceptu, sed vt formę hypostaticę conceptu absoluto, cum tamē specie distinguantur, vt ex terminis cōstat: re enim ipsa sunt species relationis quæ adhùc remoto genere suis definitionibus distinguuntur; sicut iustitia, & pietas remoto genere qualitatis adhùc distinguuntur suis definitionibus.

S.Thom.

Relatio cōmunis solo cōceptu relatiuo cōsiderari potest secus de relatione hypostatica

Iuxta hūc 2. modū, dubiū aperitur.

Quod autem diximus, has relationes remoto genere, & personas ipsas constitutas considerari conceptu absoluto, nō dissentit ab altera sentētia priùs assertā, quòd relatio relatiuo cōceptu cōfuso constituat personam. Iam autem missam fecimus quæstionem de relatione conceptu confuso includente originem & proprietatem hypostaticam, vt minùs vtilem disputantibus: hoc autē loco differimus de persona quatenus antecedit originē & relationem, & aimus personam constitui per quasdam relationes remoto genere relationis, quatenùs ponitur in genere proprietatis hypostaticæ. Cui rei consonat sententia S. Augustin. *Quia Pater est, generat; quia generat, est Pater:* quia Pater est, scilicèt quia est persona remoto genere relationis, ideo generat; & quia generat, est Pater in genere relationis, remoto genere personæ: Vt clariùs dicamus; quia est persona, generat; quia generat, est relatum.

Deinde considerandum est, nomen personæ esse quasi denominatiuum, vt antea docuimus; non quia significet formaliter negationem vt vult Scotus, aut intentionem, vt vult Henricus & Durandus, sed quatenùs significat rem cum aliqua negatione, siue relationerationis modo ipso significandi, siue intelligendi coniuncta. Hic autem conceptus non est absolutus ex modo significandi, sed ex formali significato: sicut nomen, perfectio, significat rem quampiam cum relatione perfectionis; & tamen est conceptus nominis absolutus, quia forma significata non est relatio vt relatio, sed est forma in actu siue sit relatiua, siue sit absoluta. Et idem dicendum est de nomine personæ. Quare nomine personæ diuinę, si quid additur rei significatę, quo addito appellatur nomē denominatiuū, illud

In Deo tres formę hypost. proprijs nominibus significatæ, absoluto conceptu intelliguntur.

Re ipsa sūt species relationis adhùc remoto genere suis definitionibus distinctæ.

Exemplum 27.

Hoc de absol. cōceptu, nō dissentit à sentēt. asserta n.13. de relatiuo cōceptu confuso.

Constitutio confusa omittitur, vt n.14. Hic sermo est de persona antecedente originem & relationem.

Huic 2. modo consonat *S. Augustin.*

Pater quia est persona generat, quia generat est relatum

28.

6. Aduert. Nomen personæ qua ratione sit denominatiuū, ex cap. 46.num.14.

Reijcitur *Scotus* vt c.16.n.11. cap.19.part.1. *Henric. & Durand.* vt ca.16.n.14.

Cōceptus personæ est absolutus, nō ex modo significādi sc. cū negatione siue relationerationis, sed ex formali significato.

Exemplum perfectionis lib.3.cap.7.p.4.

significantis formā in actu siue sit relatiua, siue absoluta.

illud non est absolutum, sed relatio, vel negatio: ergo cū omnes fateantur nomē hoc esse absolutū; idquod facit absolutū nomen illud, & conceptū nominis absolutū, est ratio formalis significata per nomen, & per conceptū intellecta. Et hoc satis est vt relatio diuina absoluto cōceptu proprietatis personalis cōstituat personā

29. Additur quod nā sit formale significatum.

Sicut in creatis, ita in singulis personis diuinis sunt proprietas origo, & relatio.

Sed amplius aliquid damus argumēto penitus rimantes veritatē. Nam sicut in rebus creatis est quędā res quę dicitur proprietas, quędā quę origo dicitur, quædā etiam relatio; & hæ tres res differūt ex natura rei, & suis definitionibus: ita & in singulis personis diuinis meditamur has tres res nō distinctas ex natura rei, sed suis rationibus, vt attributa: & hæ tres res sola ratione distinctæ, sunt vna & eadē relatio diuina: ergo reiecta negatione incōmunicabilis, & relatione vltimi aut singularis, quæ nomine personæ intelligūtur solo significandi modo; res ipsa significata nomine psonę est relatio nō sub ratione formali relationis, sed sub ratione formali illius rei quā appellamus proprietatē hypostaticā. Itaq; sub nomine proprietatis in rebus creatis penetremus ad rē ipsam quę est proprietas, cuius est ratio formalis aliqua animo cōcepta; ea ratio formalis in persona diuina nō est ipsa ratio formalis relationis, sed est alia ratio formalis distincta, quæ re ipsa est relatio. Et hoc quidē videtur esse perspicuū, quia relatio conceptu analogo cōplectitur in diuinis relationes consequētes originē, quæ solū relatiuè concipiūtur; & proprietas personalis complectitur conceptu analogo illas res formali ratione cognitas, quæ constituunt personas, & antecedunt origines: ergo necesse est confiteri has res sic cognitas esse ipsas relationes, siquidē non sunt res absolutæ; & nō cognosci ratione formali relationis, cū illæ antecedant origines, relatio verò cōsequatur. Cōfitēdū est igitur ipsā rationē formalē rei cognitæ quā dicimus proprietatē esse discretā à ratione formali relationis.

Vltimò considerādū est, per quid differat formalitèr proprietas hypostatica diuina ab alijs proprietatibus creatis, vtrū per hoc differat, quòd illa sit relatiua, hæc verò absoluta, vt vult Durandus. Neq; est ambigendū hoc discrimē inueniri inter has & illas proprietates, quòd illæ sint relatiuæ, hæ absolutæ: hoc enim ipsū fides Catholica & philosophia nos admonet; fides enunciat illas esse relatiuas, philosophia has esse absolutas. Sed quærimus vtrum hoc discrimen sit formale & præcipuum.

Illas esse relatiuas illas, & absolutas istas?

31. Sent. negans placuit aliquādo.

Qua in re etsi nobis aliquādo placuerit negans sententia, vt etiā argumentis Durandi commodè responderemus; dubiolū hoc animo iterū versantes existimamus discrimen esse formale, & concedendū hoc esse Durando. Nam etsi hypostaticas proprietates, per naturas diuersas quarū sunt proprię discernamus: hoc tamē facimus, quia nihil in ipsis intimū cogitādo deprehēdimus, quo possint distingui: nihilominus in ipsis distinctis proprietatibus sua sunt distinguentia, quę nos latent, non proprię differentiæ, sed quasi differentiæ, aut modi entis: vt & in cæteris quę p extrinseca quasi specificantur, & discernūtur. Cū ergo inter hypostaticas proprietates creatas & increatas, inueniamus notas differētias quæ diuidunt ens, scilicèt absolutū & relatū; nō est inficiādū discrimen hoc esse formale & intimū. His adde, quòd proprietas hypostatica diuina est cōmune analogū, cuius sunt quasi species paternitas, filiatio, & spiratio passiua: hæ autē nō distinguuntur per naturā cuius sunt propriæ, cū sint vnius naturę diuinæ: ergo aliàs habent intimas differētias relatiuas quibus discernantur. Et ita in cōceptu propriohypostaticę formę in Deo inuenitur relatio, & sub relatione sūt species distinctæ.

Resolutio affirm. est cum *Durando*. Ratio.

In proprietatibus distinctis sunt non differentię proprię sed quasi differentiæ, & modi entis.

Confirm.

32. Declaratur. Personæ quasi numero sunt distinctæ: proprietates inter se vt res formaliter distinctæ: quasi specie distinguuntur.

Et quāuis dicamus diuinas personas quasi numero distingui cōsiderātes naturā in personis quasi vnā speciē; tamen hypostaticas proprietates cōferētes inter se, vt res quasdā, nō materialiter sed formaliter distinctas, quasi specie illas distinguimus per intimas differentias, quas in proprietatibus absolutis eiusdē specificæ naturæ non licet inuenire.

Responsio.

33. Ad argumēta cap. 52. ibi responsum est.

AD ea quidem argumenta, quibus Ioan. Scotus voluit probare diuinas personas constitui proprietatibus absolutis, iam suprà responsum est, illa adhibita distinctione quòd relatio vt forma hypostatica antecedat conceptu absoluto; quare potiùs confirmant nostram sententiam, quòd relatio non cōstituat personam conceptu relatiuo; re autem ipsa proprietas est relatiua, & est

Confirmant verā sēt. quòd relatio non constituat cōceptu relatiuo

29. Additur quod nā sit formale significatum.

Sicut in creatis, ita in singulis personis diuinis sunt proprietas origo, & relatio.

Hæ tres res sola formalitate distinctę sunt vna relatio diuina.

Relictis ijs, quę intelligūtur solo modo significādi, res significat. eatanomine personæ est relatio sub ratione formali proprietatis hypost.

Declaratur.

In diuinis relatio cōplectitur analogocō ceptu relationes cōsequentes originem.

Proprietas personalis cōplectitur res illas formaliratione cognitas, quæ constituunt personas, & antecedūtorigines.

Ratio formalis proprietatis vt hic, discreta est à formali ratione relationis.

30. 7. Aduert. Dubium. Sit nec præcipuū & formale discrimen inter proprietates hypostaticas diuinas, & creatas

simul forma hypostatica, origo, & relatio. Respondendum igitur est ad ea argumenta, quæ hoc cap. posita sunt.

34. Ad 1. arg. oppositum.

Ingenitū est negatio realis fundata in forma hypost.

Fundatur in relatiuis absoluto conceptu.

Ad primum argumentum respondetur quòd ingenitū est negatio realis quę fundatur in forma hypostatica, siue in ipsa persona Patris; & ita est prior relatiuis cōceptu relatiuo, sed est posterior ipsis relatiuis conceptu absoluto antecedentibus: quare non conficitur argumento, vt fundetur in absolutis, sed in relatiuis absoluto conceptu.

35. Ad 2. arg.

Non omne proprium personæ, est constitutiuū personæ: sic in creatis accidēs proprium, &c.

Ad instant. 1. Respons. iuxta 1. modū, de quo in 5. aduert. n. 24.

Illud cōstituit quod 1. occurrit in cōceptu formaliter, nō materialiter.

2. Respons. iuxta 2. modū, de quo in 5. aduert. n. 26.

Ad confirm. Oppositio personarum relatiua à nobis cōsideratur absoluto conceptu

Ad secundum scitè respōsum est, nō omne quod proprium est personę constituere personam: origo enim & relatio relatiuè aduenient personæ constitutæ, & non constituunt illam, licèt sint propria illius; sicut & in rebus creatis accidens proprium, non est hypostatica proprietas, quia aduenit hypostasi. Cū verò obijcitur, in ipsa proprietate constituēte, primò statim occurrere relationem; respondēdum est, relationem ibi accipi quasi materialiter cognitam, vt diximus in notationibus: formale autem constitutiuū est hypostatica proprietas. Illud autem cōstituit quod primò occurrit in conceptu formaliter, non materialiter. Vel respondetur meliùs relationē quatenùs est forma hypostatica considerari remoto genere relationis, quasi speciem collocatam in genere proprietatis hypostaticæ: cuius adhùc species vltimæ sunt paternitas, filiatio, & spiratio passiua remoto genere relationis. Ad confirmationem respondetur distinctionē, & oppositionem personarum diuinarū, & esse realem, & re ipsa distingui, & opponi relationibus oppositis. Sed nostro modo intelligendi, eam oppositionem relatiuam, puta Patris, & Filij, considerari absoluto conceptu. Nam & Patrem opponimus Spiritui Sancto, quia re ipsa est spirator Spiritus Sancti: cum tamen his conceptibus Patris & Spiritus Sancti non opponatur relatiuè.

36. Ad 3. arg. ex 2. & 3. aduert. n. 13. 14. & 15.

Ad confirm. ex 3. aduert. à n. 15. vsque ad 21.

Ad tertiū negamus quòd relatiuus cōceptus nō repugnet formæ hypostaticę, vt iam disputatum est; nisi loquamur de cōceptu relationis confuso sine distinctione proprietatis & originis; quo pacto cōcedimus personā cōstitui relatiuo conceptu; sed illa cōstitutio imperfecta est, vt notauimus. Ad confirmationē, impossibile esse vt prioritas originis sine prioritate rationis intelligatur, aut verò ipsa origo sine prioritate; atq; ideò si de origine disputatio incidat, necesse est quòd persona cōstituta conceptu absoluto antecedat originem, in qua inuenitur prioritas: quòd autem relata sint simul natura & intellectu; & eadem sint origine priora, & posteriora, impossibile esse commonstrauimus.

37. Ad 4. arg. ex 1. aduert.

Modus noster intelligēdi perfectus non adæquatur rebus diuinis.

De re diuina simplici intelligentia nostra simplex, est cōceptus cōfusus & imperfectus.

Ad quartū negamus, quòd in re ipsa sit aliqua cōstitutio personę, vt dictū est: deindè illud alterū inficiamur, quòd modus noster intelligēdi perfectus circa res diuinas adæquetur illis; impossibile enim est adæquari, quia quod quid est, est incōprehēsibile: si verò dicas adæquari, dum rem simplicē intelligimus simplici intelligentia; falsum est, eam intelligentiā esse perfectā, quia est cōfusa: & ideò rem simplicem intelligentes pluribus conceptibus perfectiùs intelligimus.

38. Ad 5 arg. ex 2. aduert. n. 13. & 14.

Ad quintū cōcedimus totā consequētiā, quoniā relatio cōceptu confuso relatiuo constituit personam; eam tamen constitutionē rationis aimus esse imperfectā, & propterea tractari solitā nōesse.

39. Ad 6. arg. 1. Respons. ex 2. aduert. n. 22.

Nomen personæ, & Patris idē significat, sed diuerso modo.

Declaratur.

2. Respons. ex 5. aduert. n. 22. & 6. aduert. n. 28.

Nomen Patris vt est personæ est relatiuū solum ex modo significādi quia indicat relationem quasi in obliquo.

Ad sextū respondetur, quòd tam nomē personæ quod est absolutū, quàm nomen Patris quod est relatiuū idē significat, modo tamen significandi diuerso; & idcircò dum vtimur nomine personę, explicamus relationē quæ ibi latet in cōceptu absoluto; & dum vtimur nomine relatiuo explicamus formā hypostaticā, quæ latet in cōceptu relatiuo; & res in idē redit: quamobrē nō sunt diuersa cōmentāda de cōstitutione personæ diuinæ in cōmuni; & istius aut illius personę diuinæ. Respōdetur secūdò, quòd nomen Patris vt est nomē personæ, est etiā absolutū quoad hoc qđ significat absoluto cōceptu; significat enim diuinā naturā: & est dūtaxat relatiuū ex modo significādi, quia indicat relationē relatiuè siue in actu exercitam, quasi in obliquo; vt nomē scientiæ: quod posteà declarandum erit, & auctoritate S. Thomæ firmatur.

40. Ad 7. arg.

Habitudo relationis ad subiectum est, vt quidam vocāt, transcendens quę est res ipsa vtri. 3. c. 3. n. 10.

Exemplum.

Ad septimum respondetur, quòd habitudo relationis ad subiectum secūdū quod est in illo, nō est relatio realis formalis quasi addita relationi; sed est relatio transcendēs (vt quidā volūt) quæ est res ipsa, quæcūq; sit, pendēs ab alia, vt habedo quatenùs in subiecto, est ipsa relatio transcendēs: & ita relatio pendēs à subiecto non refertur ad illud alia relatione formali, sed est ipsa relatio transcendens:

Relatio non refertur relatione reali, vt lib. 3. cap. 22. p. 2. n. 1. & 5.

In diuinis relatio nō refertur ad personā in qua est, nisi sola relatione rationis.

cendens, vt lib. 3. docuimus; & maximè, quia relatio ipsa nō refertur, vt ibidē docuim°. Si qua verò est relatio relationis ad subiectū, illa est rationis non realis. At verò in rebus diuinis relatio non refertur ad personā relatione transcendē te, quia non pēdet ab illa; neq; reali relatione, quia non distinguitur ab illa reali distinctione; quare sola relatione rationis ad illā refertur: & ita si relatio diuina cōparata cū persona intelligeretur vt relata, intelligeretur secundū aliquā relationē rationis, qua non potest cōstituere personā. Cum verò dicimus quòd relatio diuina secūdūquod in aliquo est, constituit; intelligimus secūdū quod est forma hypostatica; quia vt forma hypostatica est in aliquo, & vt relatio est ad aliud. Nam in relatione reali creata esse in aliquo, & esse ad aliud, nō sunt duæ rationes formales, vt notauimus; in relatione verò diuina sunt duæ formales rationes: quia secūdū alterā consideratione est forma hypostatica, & secundū alterā est relatio relatiuo conceptu: & vt significemus relationē diuinā quatenùs est forma hypostatica, dicim° relationē diuinam prout est in aliquo.

Relatio diuina vt est in aliquo constituit: intelligē, vt est forma hypost. qua vt sic, est in aliquo, vt relatio, est ad aliud

In relatione creata hæc nō sunt duæ rationes formales, vt li. 3. c. 3. n. 10

In diuina maximè.

41.

Coroll.

Relationis creatę vt est in aliquo, cōceptus est relatiuus.

Itaq; relatio creata prout est in aliquo significat ipsā relationē proprio relatiuo conceptu, cōparatā tamen cū subiecto; vel significat relationem rationis qua ipsa relatio refertur ad subiectū, de qua non est disputatio; aut etiā relationē transcendētē, quæ saltē in diuinis rebus nulla est: relatio autē diuina prout est in aliquo potest significare ipsā relationē prout est forma hypostatica non proprio conceptu relatiuo, sed cōceptu absoluto formæ hypostaticæ. Et hoc sensu concedimus relationem prout est in aliquo constituere personam.

Relationis diuinæ potest esse absolutus.

42.

Ad 8. arg.

1. Respons.

Forma hypost. in cōmuni, nō est vltimū incōmunicabile: sed singulatim.

Ad octauū respondetur quòd forma hypostatica cōplectens relatiuas & absoluras considerata cōmuni cōceptu, nō est formaliter vltimū incōmunicabile, cū sit communis in illo conceptu: sed id quod est forma hypostatica singulatim est singulare, & vltimū incōmunicabile. Hoc enim interpretādū est in actu signato, & in actu exercito, sicut de relatiuis diximus lib. 3. nam in actu signato, forma hypostatica cōmunis, non est vltimū incōmunicabile, cū sit cōmunis: sed in actu exercito singulatim est vltimū incōmunicabile, vnius solius hypostasis &

Declaratur ex lib. 3. cap. 15. p. 2. num. 12.

A nulli alteri cōmunis. Secundò respondetur formā hypostaticā dici incōmunicabilē re ipsa: quia nulla est in rerū natura quæ sit cōmunis: sed esse cōmunē in conceptu nihil prohibet. Præterea hoc ipsū argumentū instat Durād. etiāsi relatio relatiuo conceptu constituat personā; & in omni opinione definientiū hypostaticā proprietatem in communi: consequens enim est vt in illo conceptu communi non sit incommunicabilis.

2. Respons. Est incommunicabilis re ipsa: cōmunis in conceptu.

Idē arg. instat in opinione *Durandi* & in omni.

Ad confirmationē concedimus Durando, quòd sicut hypostasis vt sic, cōstituitur per hypostaticā proprietatē continentē relationā & absolutā; ita hypostasis diuina vt sic, constituitur per proprietate relatiua: sed negamus constitui relatiuo cōceptu. Cū verò obijcit; differētiā rei maximè explicari in cōceptu rei, & ita in concepto diuinæ proprietatis explicandā esse relationē, quæ est quasi differentia diuinæ proprietatis, qua distinguitur à creatis proprietatibus absolutis: Totū hoc concedimus: sed negamus explicari ibi relationē relatiuo cōceptu formaliter: sed explicatur quidē relatio, vt cognitū materiale sub conceptu formali hypostaticæ proprietatis. Hoc enim eodē modo relatio est differentia ingrediens conceptū diuinæ proprietatis personalis, quatenùs est res nō absoluta sed vera relatio, sic tamen cognita conceptu absoluto. Altera verò responsio dignior est & explicatissima, quòd relatio hypostatica remoto genere relationis est proprietas diuinæ hypostasis.

43.

Ad confirm.

1. Respons. iuxta 1. modū de quo in 5. aduert. num. 24.

Ad nonū argumētū respōdetur, quòd cum dicimus, relatio vt est forma hypostatica, non accipimus formā hypostaticam in genere, vt argumentum probat; hoc enim nō obstaret quominus relatio vt est hęc forma cōstitueret cōceptu relatiuo, quāuis vt forma in genere nō cōstituat conceptu relatiuo. Accipimus ergo formā hypostaticā in specie, scilicèt diuinā, & vt distinctā à relatione; nō, inquam, re ipsa sed ratione distinctā: quia forma hypostatica diuina vt sic, distinguitur nostro modo intelligendi à relatione cognita relatiuo cōceptu; non tamē cōsequitur vt sit res absoluta, sed est ipsa relatio cognita conceptu absoluto. At verò iuxta secundā interpretationē faciliùs respondetur, quòd paternitas remoto genere relationis, est quædam quasi species formæ hypostaticæ; & ita

Itē ex 6. aduert.

44.

Ad 9. argum.

1. Respons. Cum dicitur, relatio vt est forma hypost. sumitur forma hypost. in specie, sc. diuina, & distincta à relatione nostro modo intellig.

2. Respons. iuxta 2. modū, vt num. 26

personę diuinæ constituuntur per relationes, hoc est, per species relationis reno eo ipso genere, vt sunt quædam proprietates specie distinctę.

45. Ad confirm. Proprietas creata absoluta est: diuina verò cõtinet duas rationes formales, vt cap. 58. n. 1.

Ad confirmationẽ respondetur concedendo, quòd proprietas creata absoluta cõstituit vt absoluta; quia hoc quod est proprietas creata est vna ratio formalis, quę eadẽ absoluta est; nam esse absolutũ est modus entis intrinsecus & non res addita. At verò proprietas diuina cõtinet duas rationes formales, scilicèt quòd sit proprietas, & quòd sit relatio, etsi vtraq; ratio formalis, re ipsa sit relatio; sed nostro modo intelligendi sicut hęc distinguimus, ita intelligimus personã non constitui per relationem vt est relatio, sed per eandẽ vt est forma hypostatica. Itaq; quoties dicimus diuinas personas cõstitui relationibus, est sẽsus identicus; scilicèt quòd cõstituantur per proprietates quæ re ipsa sũt relationes: tunc postea inquirimus quanam ratione formali constituant, relatiuo cõceptu, an absoluto?

Cũdicimus pſonas diuinas constitui relationibus, est sẽsus idẽticus.

46. Ad 10. arg. Proprietas non significat relatiõ ratio nis siue intentionẽ, vt in 6 aduertend.

Ad decimũ respõdetur, quòd etsi hoc nomẽ, proprietas, significaret relationẽ rationis, accipitur tamen loco rei quam alijs nominibus dicimus formã hypostaticam, personalitatẽ, & subsistentiã. Negamus tamẽ significare relationẽ rationis siue intentionẽ; sed potius significat formã hypostaticã realẽ additã naturæ.

Ad Cõfirm. ex 6. aduert.

Ad confirmationem respõdimus notatione sexta, quòd ipsa ratio formalis significata nomine pſonalis proprietatis diuinę, est distincta à ratione formali relationis, & ideo cognita absoluto cõceptu

47. Ad vltim. arg. iuxta 1. modũ vt n. 24.

Ad vltimũ respondetur concedendo quòd conceptus formę hypostaticæ absolutus, est cõmunis; & ideo relatio ponitur quasi materiale obiectũ illius conceptus, vt distinguantur formæ hypostaticæ suis nominibus. Est enim proprietas Patris paternitas non vt relatio est, sed vt est forma hypostatica; & similiter de proprietate Filij, &c. Quod si obijcias in ratione formæ hypostaticæ has proprietates non distingui formaliter, sed materialiter, quod in diuinis non concedimus. Respondẽdum est ipsas relationes quæ sunt quasi materiale in hypostatica proprietate, indicare eas proprietates formaliter distinctas; sicut & relationes formaliter distinguuntur: quia totum hoc complexum, relatio paternitatis vt est forma hypostatica, indicat proprietatẽ Patris, quasi specie distinctam à proprietate Filij. Verũ iuxta secũdam explicationẽ, respondetur meliùs, quòd remoto genere relationis paternitas, filiatio, & spiratio passiua abstractione formali intelliguntur, vt proprietates specie distinctæ absolutis conceptibus. Tertiò respondetur, quòd in Deo quidquid absolutum est commune est, sed non est necesse vt quidquid intelligitur absoluto conceptu sit cõmune; dicimus enim absoluto conceptu tres res, & tres personas, quæ tamen intelligimus conceptu absoluto: quare nomen hoc, persona, aut hæc res, etsi sit absolutũ, non est cõmune; paternitas verò siue conceptu relatiuo, siue absoluto intelligatur, secũdũ fidem est propriũ non cõmune: quòd autẽ paternitas intelligatur abstractione formali conceptu absoluto, non videtur esse negandũ; abstrahentiũ enim nõ est mẽdaciũ, vt est in prouerbio ex Arist.

2. Respons. iuxta 2. modũ, vt n. 26.

3. Respons. In diuinis quicquid absolutum est commune est, non sequitur quicquid intelligitur absoluto conceptu Exemplum.

2. Modo eque n. 26. consonũ axioma, *Aristotel.*

Ad cõfirmationẽ respondetur negãdo, quòd mancãt hypostases remotis relationibus; nam relationes intelligũtur in cõstitutione personę, vel materialiter iuxta primã explicationem; vel etiã formaliter remoto genere relationis, vt proprietates quędã sunt. Et vtroq; modo si remoueantur relationes, nullæ manent hypostases; quia sine paternitate nulla est persona Patris, & ita de alijs: sed dũtaxàt sequitur quòd absoluto conceptu priùs intelligũtur personæ, quã relationes cõceptu relatiuo. Et illud etiã sequitur, quod nos docemus, remotis relationibus abstractione formali manere hypostases. Quod verò S. Thom. ait remotis relationibus nõ manere hypostases; vel intelligendũ est, quòd si per impossibile nõ essent relationes, nõ essent diuinæ hypostases: vel etiã melius interpretandũ, quòd remotis per intellectũ relationibus omninò, ita vt neq; relatiuo, neque absoluto cõceptu intelligãtur; explicari nõ posse diuinas hypostases, quæ relationibus cõstituũtur. Nam cõfusoquidẽ cõceptu hoc nomine personę intelligimus benè personã siue hypostasim, nihilde relationibus cogitãtes, vt supra elucidauimus. Sed tamen si cõceptus sit explicãdus, necesse est per relationes explicetur. Ad secundam confirmationem respondemus cap. sequenti, eandem rem disputantes, de qua quæritur.

Remotis relationibus abstractione formali, manent hypostases. *Ad S. Thom.* 1. Explicatio.

2. Explicatio melior.

Num. 22.

Ad 2. confirm. ex cap. seq.

CAPVT.

Obiectio.

1. Respons. Relationes quæ sunt materiale in proprietate hypostatica, indicãt proprietates formaliter distinctas.

CAPVT. LXI.

Persona diuina non cõstituitur per originem, sed per relationem.

1.

1.Sentent.titulo opposita, *S.Bonau.in* 1.d. 27. q. 2. quod personæ distinguũtur per origines.

2. Sentent. *S.Thom.* in tit.asserta.

Probatur 1. Distinctiuum est rei intrinsecũ, & forma eius constituẽs vt ea . . . 3.

Origo nõ ita se habet sicut operatio

Probatur 2. per idem.

Origo est ab hypostasi.

1.Confirm. *ex S.Thom. & Arist.* Res præcipuè nominãtur à perfectione, & finequiest ipsa perfectio rei.

Origo significat rem quasi in fluxu.

2.

S.Thom. 1.Consect.

Etsi origo, & relatio constituat & distinguat personas: relatio tamen principaliter facit vtrumque.

2.Consect. Relatiuũ est, priũ nomen personæ: origo aliquid propriũ personæ significat, sed non personam formaliter.

2.Confirm.

DIsputationem istam hũc in locum coniecimus, eò quòd erit ex dictis faciliùs elucidanda, cum non nihil habeat difficultatis in argumentis refutãdis. Est autem celebris controuersia inter S. Bonauẽturam, & nostrũ S. Thom quòd ille affirmat personas distingui p originẽ, hic per relationes. Confirmat S. Th. suã sẽtẽtiã vno & altero argmẽto. Primũ est, quia id quod simpliciter & absolutè distinguit rem, est rei intrinsecũ, & est forma siue actus rei; id enim distinguit quod constituit, vt antea commonstrauimus: origo autem ex propria ratione formali non est actus rei, dans esse rei, sed est operatio; priùs verò est esse quàm operari; ergo origo nõ distinguit personas simpliciter, & absolutè. Secũdum argumentum in idem recidit; origo enim nostro modo intelligendi, est ab hypostasi ducta, vt operatio ab operante; ergo origo non constituit hypostasim; ergo neque distinguit; id enim quod constituit, distinguit. Et hoc confirmatur argumento accepto ab eodem S. Thoma 1.p.q.33.art.2.ad 2. vbi assumit proloquium illud Aristotelis 2. de anima, textu 49. quòd res præcipuè nominamus à perfectione, & fine, qui est ipsa rei perfectio: sed origo significat rem quasi in fluxu & progressu quodam; relatio verò in quadam permanentia: ergo potiùs à relatione quàm ab origine accipiendum est nomen diuinæ personę.

Deinde colligit S. Thom. cum in diuina persona nihil sit, quo possit vna ab alia discerni, nisi origo & relatio; cũ origo non distinguat; consequi vt relatio distinguat personas: quia relatio secundum quod est in aliquo intelligitur vt forma intrinseca, & nõ vt operatio: quare etsi tàm origo quàm relatio, constituat & distinguat diuinas personas, relatio tamen principaliter facit vtrũque. Posteà concludit nomen relatiuũ esse proprium nomen personæ, vt Pater; nomen verò originis vt generans vel genitus, significat quidem aliquid proprium personæ, sed non ipsam personam formaliter. Et isthæc est egregia sententiæ huius confirmatio; nomina enim personarum sunt Pater, & Filius, & Spiritus

A Sanctus, vt ex literis sacris colligitur, & Sanctus Damasus definit Pontifex: sed hæc nomina significant relationes, & non origines; ergo relationes constituunt personas formaliter. *S.Script. S.Damas.*

Obseruandum hic est quòd cum Sãctus Thomas affirmat relationem principaliter constituere personam, intelligit absolutè, ac simpliciter constituere; ait enim priùs & principaliter cõstituere: quod autem priùs constituit, simpliciter constituit; quippe id quod est posterius, aduenit constituto. Itaque inuertit sententiam Sancti Bonauenturæ, qui credidit personam per originem distingui principaliter, per relationem verò indicari distinctam: quod commutandum est; potiùs enim relatio distinguit; origo verò indicat distinctam esse personam generantis, & generati.

Qua in re non sunt audiendi qui existimant genitum & Filium esse synonima; & generari non esse idem quod est genitum esse, sicut moueri & motum esse non est idem: quare genitum esse accipiunt, vt terminum generationis. At verò si nominum significatio spectetur, moueri & motum esse, vel synonima sunt, si motum esse significet tempus præsens; vel si significet præteritum, differunt sola differentia temporis. Et eodem modo differunt generari, & genitum esse: generari autem in diuinis supponitur pro persona, significat autem processionem, & non hypostaticam proprietatem; neque generari est via ad genitum esse, sed ad personam Filij; nam & genitum esse significat ipsam generationem qua Filius est genitus; neque sunt synonima Filius, & genitus, sed nomen, genitus, significat processionem, nomen Filius personã. Hoc autem perspicuè cõprobatur, quia nominis abstracti generationis passiuè acceptę cõcretum est generatũ, siue genitum; ergo vtrũq; nomen significat idẽ; sicut apud Aristotelẽ passio, & Pati, siue passum, idem significat. Et oportet disputantem ab istis extricari, proprioque vsu nominum philosophico esse contentum.

Ægidius in 1.d.26.q.2. vult vtrumq; doctorem conciliare, vt S. Bonauent. rectè crediderit originem esse principium distinctionis quasi actiuum; quia à generatione habet Filius vt distinguatur à Patre, nisi enim procederet non esset distinctus

3.

2. Consectarij explicatio. Quod priùs & principaliter constituit, simpliciter cõstituit.

S.Bonauent. assertum: Quòd personã origo distinguit principaliter, distinctã relatio indicat. Inuertitur à *S.Thom.*

4.

*Vasq.d.*158. c.4. assertum: Genitũ & Filiũ esse synonima: nõ sic generari & genitum esse.

Improbatur. Moueri & motũ esse vel sunt synonima: vel differunt differentia solat m poris: similiter generari & genitum esse.

Generari nõ est via ad genitũ esse, sed ad personã Filij. Genitus significat processionẽ, Filius personã: & nõ sũt synonima.

Ostenditur Generationis passiuæ cõcretũ, est generatũ *Apud Arist.* passio, patisiue passiuè idẽ signif.

5.

Ægidij interpretatio cõcilians vtrunque S. Doctorem.

stinctus: at verò S. Thom. probè asserat relationem formaliter constituere & distinguere, vt formale principium distinctionis. Sed hęc interpretatio violenta est, & rebus ipsis non congrua: Nam argumenta S. Bonauenturæ quibus probatur quòd origo distinguat, probãt esse principium formale distinctionis, vt videbimus. Et prętereà licèt generatio actiua dicatur vtrumque principiũ quasi actiuum distinctionis Filij à Patre; tamen hic commẽtarius non indicat quomodo Pater ipse distinguatur per originem, quæ est in Patre, & Filius per passiuam processionem quæ est in Filio, vt S. Bonauent. vult. Possemus tamen dicere quòd in singulis personis, vel origo actiua, vel processio passiua, quæ in illis est quatenus antecedit relationem constituentem personam, suo etiam modo antecedẽter distinguit personam; quod S. Thom. indicat 1.p.q.35. art.4. ad 7. probans Spiritum Sanctum distingui à Filio, quia eorum processiones sunt distinctæ, quasi ipsæ processiones antecedenter distinguant personas, relationes verò distinguant formaliter. Sed hæc quoque doctrina implicata est; quia in Patre origo actiua non antecedit personam: ergo neque antecedenter constituit illam. Neque S. Bonauẽtura hoc significauit, aut docuit: Neque verò S. Thom. quia cũ processio antecedat personam procedentem, recte colligit Filiũ & Spiritum Sanctum distingui, quia processiones sunt distinctæ: sed non ideo probatur quòd origo actiua distinguat antecedenter Patrem; cum illa non antecedat personam, sed sequatur, vt dicemus. Mittamus ergo explicationem istam Ægidij.

Violenta censetur.

Ratio 1.

Ratio 2.

Additio ad eãdẽ interpretationem.

Pro ea locus *S. Thom.*

Refellitur.

In Patre origo actiua non antecedit personam.

Ab ea alienus *S. Bonauent.*

S. Thomæ mens.

A processionibus distinctis colligit personarum procedẽtium distinctionem.

A

B

C

D

Aliorum opinionem percensẽt Sãct. Thomas in 1. d. 26. q. 1. art. 2. qui dixerũt hypostasim distingui origine, personam verò relatione, eò quòd persona sit nomen dignitatis; & Paternitas, sicut & aliæ relationes, sint dignitates quædam. Sed iam docuimus, personam in natura rationali idẽ esse omninò quod est hypostasis; quare id distinguit hypostasim, quod distinguit personam.

6.

3. Sent. apud *S. Thom.*

Quòd hypostasis origine, persona relatione distinguitur.

Reijcitur. ex cap. 41. p. 4. à n. 4. & c. 45. p. 1. num. 7.

Quidam sunt qui adijciunt ad hæc quòd re ipsa non magis relatio quàm origo constituat personam diuinam. Sed tamen, vt diximus, in re ipsa nulla est constitutio personæ; neque vlla distinctio relationis, & originis; sed est simplex relatio incomprehensibilis, quam personam hypostaticam, & originem, & relationem relatiuo conceptu explicamus. Si autem loquamur nostro modo intelligendi etiã conceptu confuso quo persona diuina complectitur hæc tria, eius forma constituens est relatio conceptu confuso, vt antea docuimus, & nõ est origo, quod capite sequenti magis declarabimus; ergo omnibus modis relatio est, quæ cõstituit personas diuinas, & simpliciter distinguit.

7.

4. Sentent.

Quòd re ipsa non magis relatio quàm origo constituit personam.

Refutatur ex cap. 60. in 1. aduert.

Item in 2. aduertend.

Ad finem tamen istius capitis refutãda est aliquorum sententia qui cum opinentur (id quod probabile est) personam constitui per originem; & eo solo impellantur argumento, quia origo prior est relatione, nihil omninò, ante originem volunt intelligere in persona diuina. Vnde negant commune proloquium, quòd Pater intelligendo producit Verbum, ne ante originem concedant in Patre intelligendi actum: sed illud pronunciatum Theologorum explicant, quòd Deo intelligente Pater producit Verbum: quæ explicatio quàm sit implicata & indigna viro Theologo, nullus est qui non videat. Nam gerundium illud, scilicèt intelligendo, ad eãdẽ personã refertur de qua dicitur, quòd intelligẽdo producit, vt liquet grãmaticis. Prætereà isti negant actus notionales, vt disputatum est lib. 2. Prætereà nescio quã diuinam personam intelligendo constituant, quæ possit generare dum adhùc non potest intelligere.

8.

5. Sentẽt. adit additio: quòd nihil ante originem intelligitur in persona.

Negat proloquium, quòd Pater intelligendo producit Verbum.

Quomodo illud explicet.

Improbatur cũ hac explic.

Improbatur vt lib. 1. c. 45. p. 1. n. 7. & 10.

Improbatur.

Confirmatio.

9.

Sancti Patres hãc quæstionem minimè tractarunt, vtpotè non necessariam ad confutandas hæreses; siue enim personas distinguas per origines, siue per relationes, necesse est res distinctas esse; & hoc satis est ad fidei documenta. Nihilominus tamẽ ex duobus principijs potest peti confirmatio; tum ab eo quod iam constitutum est, relationem distinguere personas; eo enim loco multa recitauimus, in quibus fit mentio relationis, & non originis: tum etiam ab eo, quòd inter diuinas notiones numerãtur relationes potiùs quàm origines; licèt origines quoque pertineant ad notiones, quia sunt ipsæ relationes. Confirmatur

Patres nõ tractarunt hanc quæst.

Ex duobus principijs colligitur mens eorũ pro 2. sent.

Primum vt cap. 58. n. 2.

Secundum, vt cap. 53. num. 1. & 3.

Confirmatur vt n.2. Nomina propria personæ significant ipsam proprietatem personæ.

firmatur maximè ex eo quòd nomina personarum significant relationes, scilicèt Pater, Filius,& Spiritus Sanctus;& Sanctus Damasusdefinit hæc esse nomina personarum:nomina autem propria personæ significant ipsam proprietatem personæ ; ergo relatio per nomen significata est ipsa proprietas quæ constituit & distinguit. Licèt ergoS. Augustinus de fide ad Petrum cap. 1. Rubertus lib. 1. de fide cap. 1.S. Damas. 1.fidei Orthod. cap. 1.& alij Patres personas distinguant per origines;alijs in locis ijdem Patres distinguũt illas per relationes,quia eam quæstionem non admodùm curarunt,vt obseruatum est.

S. Augusti. Rubertus. S. Damas. explicantur.

10. Pro eadem 2. sentent. *S. Thom.*

Deinde confirmatur sententia ista auctoritate S. Thomæ, quæ maxima est 1.p.q.40. art.2.& q. 8. de potent.art.3. vbi docet personam formaliter constitui relatione ; non verò origine, neque relatione illa quæ in origine intelligitur: operatio enim siue origo cum quadam relatione intelligitur. Et in 1. d. 26.q.2.art.2. est in eadem sententia. Et Albertus Magnus d.27.art.2.Alexand. Alens.1.q.65.memb.3.& 4. Durand.d. 26. q.1.Marsilius q.29. art.1. & Henr. Gandauens.quodlib.5.q.8. & Richard. d.26.art.4. q.1. Ægidius, Heruæus, & alij Thomistæ & est communis opinio.

Origo cum relatione intelligitur. *Alb. Magn. Alens. Durand. Marsil. Gendau. Richard. Æg. d. Heruæus.* Cómunisopinio.

CAPVT. LXII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Argum.

PRo partibus aduersis arguitur primò : Id quod est posterius aduenit constituto ; ergo id quod constituit est prius : cum ergo vel origo, vel relatio cõstituat vel distinguat, origo quæ est prius necessariò constituit,& relatio aduenit constituto. Et confirmatur, quia nomina magis communia sunt magis apta rebus diuinis; sed generãs est quid communius,quàm Pater;quia non omne generans,est Pater, sed omnis Pater est generans:ergo generans,quod estcõmunius,est nomen Patris ; quod est argumentum secundum apud S. Thomam 1.p.q.33.art.2.

Confirm. *S. Thom.*

2. 2. Argum.

Secundò: Origo diuina est quoque essentia & hypostasis, & subsistit, & antecedit relationem; ergo ipsamet origo constituit & distinguit.

3. 3. Argum.

Tertiò: origo ex propria ratione formali constituit quoddam conceptu absoluto,& persona intelligitur constitui conceptu absoluto ; ergo origo est quæ cõstituit ; nam relatio ex propria ratione concipitur relatiuo conceptu; quare relatio vt relatio non potest concipi nisi relatiuè, origo autem vt origo absolutè: potius ergo origo constituit quàm relatio.

4. 4. Argum.

Quartò: Vtraque ratio,quaS. Thom. probat originem non esse formam cõstituentem, ostẽdit relationem non cõstituere personam. Nam sicut origo nõ dat esse rei,sed dat esse operans; ita relatio non dat esse absolutè, sed esse ad aliud. Et sicut operatio ex propria ratione est ab operante, ita & relatio originis ex propria ratione sequitur personam operantem. Ergo hæc non obstant quominus origo constituat, & distinguat.

5. 5. Argum.

Quintò:Relatio non constituit vt relatio, sed vt forma hypostatica: sed vt forma hypostatica non distinguitur ab origine ; nam in sensu identico omnia sunt vnum: ergo non magis relatio,quã origo constituit.

6. 6. Argum.

Sextò: Relatio cum origine non potest comparari nisi distinctis conceptibus prout inter se distinguuntur;sed relatio vt distinguitur ab origine, intelligitur conceptu relatiuo: ergo vt distinguitur non constituit personam;non ergo magis relatio,quàm origo constituit.

7. 7. Argum.

Denique remotisproprietatibus,per solas origines intelligimus personas distinctas;ergo origines distinguunt illas.

Aduertenda.

8. Aduert. ex cap. 50. n. 13.& 26.

AD hanc difficultatem enodandam illud præcipuè aduertendum est, quod antea docuimus,relationem diuinam quia est incomprehensibilis,continere conceptu confuso formam hypostaticam &originem,eo sanè modo quo essentia diuina continet attributa; & sicut vnum attributum nõ continet aliud in suo conceptu etiam confuso, quamuis sit res eadem,quia vnum non pertinet ad rationem alterius;ita neque origo in suo conceptu etiam confuso continet formam hypostaticam aut relationem, quia hæc non pertinet ad conceptum originis, quod est certissimum argumentum indicans originem non

Vnũ attributũ nõ cõtinet aliud in suo cõceptu etiã confuso:vt lib.1.c. 33.p.2.num.2. nec similiter origo formam hypost.aut relationẽ,vt lib. 2.cap.52. n.8. Fundam.

Probatur.

constituere personam. Hoc autem ita A persuademus, nam nostro intelligendi modo distinguimus ens in absolutum & relatiuum; ēs autem relatiuum est ipsamet relatio: Cum ergo in diuina persona contineantur hæc tria, scilicèt forma hypostatica, origo, & relatio; & hæc tria sint vnum ens non absolutum, sed relatiuum: consequitur vt relatio diuina in suo proprio conceptu confuso contineat hæc tria. At verò nostro modo intelligendi, originem, verbi gratia generationem, distinguimus à persona & à relatione; quare nullo modo in conceptu confuso originis continetur, aut forma hypostatica personæ, aut relatio. Non igitur possumus nostro modo intelligēdi asserere quòd generatio vt forma hypostatica, constituat personam, quia generatio duntaxàt identicè est forma hypostatica, quia est res eadem, nō tamen ex propria ratione formali etiam confusa, est forma hypostatica. Vnde notauit S. Thom. quòd relatio in Deo est nomen relationis & hypostasis; origo verò non est nomen hypostasis. Et explicatur res ista exemplo, Deus enim non intelligit per voluntatem quamuis voluntas sit res eadem quę intellectus, quia in ratione formali voluntatis non includitur intellectus: intelligit tamen Deus per essentiam, quia in ratione formali essentiæ includitur ipse intellectus conceptu confuso. Ita etiam origo non constituit personam, quamuis origo sit res eadem quę est forma hypostatica; quia ipsa origo in suo conceptu confuso non includit formam hypostaticam; benè tamen relatio quatenùs est forma hypostatica constituit, quia relatio in suo conceptu confuso continet formam hypostaticam.

Formahypost. origo, & relatio sūt vnū ēs, non absolutū, sed relatiuū, vt cap.60.n.13.

Vnderelatio diuina in suo proprio cōceptu confuso cōtinet hęc tria.

Nō sic origo.

Generatio ex propria ratione formalietiā confusa, nō est forma hypost. sed identicè.

Ex S. Thom. relatio in Deo est nomen relationis & hypostasis: origo nō est nomen hypostasis.

Exemplum. Intelligit Deus nō p volūtatē sed per essentiam, quia in ratione formali essētię includitur intellectus conceptu confuso.

Exiſtis colligimus tres modos explicandæ quæstionis: primus est, qui iam proponebatur, quòd relatio non origo constituat personas, quia relatio non origo in conceptu confuso continet formam hypostaticam, vt verè possimus dicere quòd relatio quatenùs est forma hypostatica constituit, sicut Deus intelligit per essentiam, quatenùs essētia est intellectus.

Secundus modus est vt dicamus in hac quæstione non inuestigari formale principium cōstituendi personam quod est forma hypostatica, sed inquiri quasi materiale, id quod est principium constitutionis personę: sicut formale principium quod disgregat visum est album; si verò vltra inquiramus id quod est materiale, scilicèt id quod est album, rectè dicimus non spiritum sed corpus esse album: id ergo quod constituit est relatio, non origo; ratio autem formalis constituendi est forma hypostatica, quia relatio vt est forma hypostatica constituit.

Ad difficultatē de qua c.61. resp 3. modis

1. Modus ex cap. 60.n.13. Relatio continet cōceptu cōfuso formā hypost. & ideo cōstituit personā non sic origo.

10. 2. Modus cap. 60.num.24. Hic nō forma le, sed materiale principiū cōstitutionis inuestigatur.

Exemplum

Quod constituit est relatio: ratio formalis cōstituēdi est forma hypost.

11. 3. Modus elegātior, vt ibidem, n.26.

Tertius explicandi modus elegantior est, & perspicacior iuxta doctrinam à nobis magis approbatam; scilicèt quòd species relationis remoto genere relationis est forma hypostatica diuinarum personarum, quæ sub isto conceptu formali & absoluto distinguitur ab origine; verbi gratia, paternitas non vt relatio est, sed vt est forma hypostatica, est quędam species formæ hypostaticæ, quę vt sic distinguitur propria definitione ab origine, & antecedit originem, & non consequitur illam: quo explicandi modo nulla est in re proposita dubitatio.

Responsio.

12. Ad 1. argum. 1. Respons. Relatio vt forma hypost est prior origine. 2. Resp. melior ex c.6.n.26

AD primum argumentum respondetur concedendo, quòd id quod est primum constituit; sed relatio vt est forma hypostatica est prior origine; quia origo nullo modo est forma hypostatica, sed est operatio hypostasis. Vel respondetur melius quòd species quædam relationis remoto genere, nempe paternitas, filiatio, & spiratio passiua quatenùs sunt formæ hypostaticæ, absolutè sunt priores origine, & nullo modo posteriores. Ad confirmationem respondetur, illa dici nomina magis communia, quę sunt amplioris significationis, vt ens amplius significat quàm substantiam: quo pacto generans non est nomen communius quàm Pater, quòd ad significationem formalem, quia relatio non est species originis, vt origo sit nomen communius: sed materialiter, vt aiunt, est aliquod generans quod non est Pater. Præterea respondetur quòd generatione viuentium quæ sola reperitur in diuinis, omne generās est Pater: quare etiam materialiter pro rebus pro quibus nomen supponitur, generans non est quid communius quā Pater.

Ad confirm. 1. Respons. Quę sunt amplioris significationis dicitur nominatiō muniora. Generās hoc modo non est cōmunius quā Pater, quoad significationē formalem. 2. Respons.

13. Ad 2. Argum. ex num. 8.

Ad secundum respondetur, quòd origo est forma hypostatica solùm idēticè, quia est res eadem; sed non quòd in cōceptu proprio contineat formā hypostaticā, quā continet relatio: & idcirco non origo sed relatio cōstituit, & distinguit.

14. Ad 3. argum. Constitutio nipersonæ cō uenit conceptus absolutus per modū formæ hypostaticæ non verò operationis.

Ad tertium respondetur, quòd non quiuis conceptus absolutus cōuenit cōstitutioni personæ, nisi sit per modum formæ hypostaticæ; conceptus autem originis etsi sit absolutus, est tamen per modum operationis; quare potius relatio non relatiuo conceptu, sed vt est forma hypostatica, conceptu absoluto constituit.

15. Ad 4. argum. 1. Respons. Relatio ex modo significandi dat esse vt forma. 2. Respons. ex n. 8. & 9.

Ad quartum respondetur quòd relatio etsi det esse ad aliud, & quod sequitur operantem; tamen ex modo significandi, dat esse vt forma; & ideo quatenus est forma hypostatica cōstituit. Respondetur secundò, quòd relatio diuina ex propria ratione formali confusa non solùm dat esse ad aliud, sed dat esse vt forma hypostatica; non verò origo, quæ in suo conceptu non includit formam hypostaticam; & ideo relatio constituit, origo non constituit.

16. Ad 5. argum. Relatio etiā vt forma hypostatica distinguitur ratione ab origine. Exemplum. in attributis.

Ad quintum respondetur, quòd relatio etiam vt forma hypostatica, distinguitur ab origine; nam relatio continet formam hypostaticam & originem, & secundum quod est vnum distinguitur ab altero, non distinctione reali, sed rationis. Exemplum est in attributis; nam essentia diuina secundum quod est intellectus, distinguitur à volūtate. Relatio ergo non solùm vt relatio est relatiuo conceptu, sed etiam vt forma hypostatica, distinguitur ab origine, & isto modo posteriori constituit personam.

17. Ad 6. argùm. similiter.

Ad sextū respondetur similiter quòd relatio duobus modis distinguitur ab origine, scilicet relatiuo conceptu vt relatio est, & conceptu absoluto, vt est forma hypostatica, & isto secundo conceptu constituit personam.

18. Ad vlt. argum.

Ad vltimum respondendum est in quæstione speciali, quæ sequitur.

CAPVT. LXIII.

Remotis relationibus diuinis non manent hypostases.

1. Ex tit. cap. 61. S. Thom. colligit hunc tit.

SAnctus Thomas colligit istam assertionem ex priori, quam cap. antece-

A dente constituimus; si enim (inquit) personæ cōstituerentur per origines, remotis relationibus manerent personæ per origines constitutæ; sed quandoquidem constituuntur per relationes, illis remotis non manent hypostases siue personæ.

Deinde subijcit abstractionem quam facimus per intellectum esse duplicem, alteram alicuius vniuersalis, alterā alicuius formæ, quam dicimus abstractionem formalem: in abstractione vniuersalis, non manet particulare, à quo fit abstractio; in abstractione verò formæ, potest manere subiectum à quo forma abstrahitur: exempla perspicua sunt, ab

B strahitur enim animal ab homine remota differentia rationali, sed non manet homo; abstrahitur ab auro figura circuli, & manet aurum: essētia autem diuina est quasi vniuersale cum personis comparata; & relatio est quasi forma personę. Si ergo essentia abstrahatur à persona abstractione vniuersalis, remota differentia personali non manet persona; sicut remota differentia specifica non manet species: si verò ipsa relatio, quæ est quasi differentia, abstrahatur à persona abstractione formali, adhùc nō manet persona, quamuis remota figura re-

C maneat aurum. Ratio triplex occurrit, prima, quia relatio est quasi forma personæ, sed habet quoque vicem differentię speciei, quia sic se habet paternitas ad Patrem, sicut rationale ad hominem, vt supra diximus; remota autem differentia non manet species. Secunda ratio est, quia relatio non comparatur cum persona vt forma cum subiecto, sed vt forma cum eo quod per formam constituitur: quare sicut remota albedine nō

D manet album, ita remota paternitate non manet persona. Tertiam rationem notat S. Thomas in 1. sentent. quia omnis res diuina subsistit, quare sublata forma nihil manet; verbi gratia, si albedo subsisteret, remota albedine non maneret album formaliter, neque id quod album erat maneret; quia ipsum album esset albedo. Cū ergo paternitas sit res subsistens, remota paternitate neque manet Pater formaliter, neque id quod erat Pater, scilicèt persona.

Obseruat etiam S. Thom. 1. p. q. 40. art. 3. quòd relationes quædā cōstituūt personas, quæ dicuntur personales proprietates,

2. Prænot. A stractione per intellectū, duplex. 1. Vniuersalis, 2. Formalis. In 1. no manet particulare in 2. manere potest subiectū à quo fit abstractio. Exempla ex cap. 36. n. 2. & 9.

Essentia diuina est quasi vniuersale comparata cū personis: & relatio quasi forma personæ. Titulus Essentia abstracta vniuersaliter, vel etiam relatione formaliter, nō manet persona. 1. Ratio. Relatio etiam habet vicē differentię speciei, vt c. 45. n. 5. 2. Ratio. Habet se ad psonā vt cōstitutiuū illius. 3. Ratio ex S. Thom. Cum paternitas sit res subsistēs, ea remota nec manet Pater formaliter, neque id quod erat Pater, sc. persona.

3. 1. Aduert. ex S. Thom.

Quędam sunt proprietates & relationes non personales: quib⁹ remotis manent personæ; vt ingenitum, & relatio spiratoris.

prietates, & illis sublatis non manent personæ; quędam verò non constituunt, quibus per intellectum remotis adhùc manent personæ: vt ingenitum est proprietas Patris significans negationem; quæ tamen non ingreditur constitutionẽ personæ; & relatio spiratoris est communis Patri & Filio, quare non constituit vnam aut alteram personam: his ergo remotis adhùc Pater intelligitur persona.

4.
2. Aduert. ex eodem cõtra aliquos.
Spiratio activa non pertinet ad cõstitutionẽ Patris, & Filij.

Vbi licet aduertere quàm perspicuè S. Thom. affirmat spirationem activam non pertinere ad constitutionem personæ Patris aut Filij, contra aliquorum rudem philosophiam, qui aiunt personalitatem Patris continere collectionẽ proprietatum, scilicèt paternitatem, & spirationem activam simul.

5.
3. Aduert. *Ad. S. Aug.* interpretatio quorundã, falsa: quòd ingenitus esset quędam persona quamuis Pater non esset.

Aduertendum etiam est quomodo S. Doctor interpretetur dictum illud S. Augustini 5. de Trinitate cap. *6.* vbi ait quòd si Pater Filium non genuisset, nihil prohiberet eum dicere ingenitum, quamuis Patrem non diceremus; videtur enim significare quòd ingenitus esset quædam persona quamuis Pater non esset: & nonnulli ita arbitrati sunt S. Augustin. existimasse, quẽ decepti sequuntur. Hoc tamen est impossibile, quia ingenitum significat solùm negationem, quæ non constituit personam, vt cap. vltimo disputabimus. Ait ergo S. Thom. 1. p. q. 40. art. 3. ad 3. S. Augustinum loquutum fuisse non de persona diuina Patris; sed communiori philosophandi ratione de quacunque persona, quia benè potest intelligi, quòd ille sit ingenitus, qui Pater non est, siue sit hæc persona, siue alia.

Refutatur cap. vltimo.

Vera interpret. *S. Thomæ.*

6.
1. Dub. de qua abstractione intellectus loquatur. *S. Thom.*
Hæc duplex est, altera negatiua: altera præcisiua.

Sed tamen circa hæc nonnulla dubia occurrunt: primum, quia disputatio ista hæc versatur circa abstractionem intellectus; ista autem abstractio est duplex, quædam dicitur negatio, qua vnum de alio negamus, vt quòd homo non sit rationalis: quædam verò est sola præcisio rationis, qua distinguimus ea quæ coniũcta sunt, vnum aliquid cogitando omisso altero: vt cogitamus animal omisso rationali cum quo animal est coniũctũ. Explicandũ ergo est de qua abstractione S. Thom. loquatur: & haud dubiè videtur dicẽdum esse, loqui illũ de vtraq; abstractione intellectus; nam de illa priori abstractione, qua negamus re maliquã existere, nulla esset disputatio: si enim in Deo non essent vllę relationes, sed sola absoluta, non essent personæ, neque distinctio personarum, quam fides Christiana dictat esse per relatiuas proprietates. Disputatio verò est cum Catholicis, vtrum maneant personæ remotis siue abstractis relationibus. Intelligendũ ergo est de secunda abstractione præscindente vnum ab alio, qua vnum considerамus sine alio.

Responf. De vtraque lo- quitur.
Data 1. abstractione, secũdũ fidẽ nõ essent personæ.

Præcipuè loquitur de 2. de qua est disput. apud Catholicos.

7.
2. Dub. contra inscriptionem huius cap.

Tum aliud dubium se obijcit. Nos enim intelligimus tres personas diuinas absoluto conceptu; conceptus autẽ absolutus est abstractus à relatione, quia non consideratur relatio in conceptu absoluto personæ, vt dictum est; ergo remotis relationibus, manent personæ in intellectu.

8.
Responf.
Abstractio intellectus ea est in qua vnũ nõ cõtinetur actu in conceptu fuso alterius.
Exempla.
Homo nõ abstrahitur à rationali.

Ad hoc dubium videtur dicendum esse, abstractionem intellectus eã dici, in qua vnũ non continetur actu in conceptu alterius, vt rationale non continetur actu in conceptu animalis, neque aurum in conceptu circuli: quare homo non abstrahitur à rationali, quãuis conceptu suo confuso hominis non significet rationale, quia in illo conceptu confuso continetur actu rationale, & quod actu continetur in conceptu, non abstrahitur ab illo, etsi distinctè non repręsentetur sed confusò. Concedimus ergo quòd tres personas diuinas intelligim⁹ cõceptu absoluto, sed nõ abstrahuntur à relationibus, quæ ibi continentur actu in illo conceptu confuso; vt explicatum est: quare si à cõceptu actuali remouea- mus relationes, itavt explicãtes totum conceptum actualem personæ, non includamus relationes; nullæ erunt personæ diuinæ; & hoc indicat S. Thom. in 1. dist. 26. q. 1 art. 2. remotis relationibus non manere hypostases, quia ipsæ relationes sunt quę subsistunt. Prætereà cũ personæ sint plures, & conueniant in conceptu personæ; vt singulæ personæ constituantur, necesse est intelligere istã Patrem, illam Filium, aliam Spiritum Sanctum, ad modum iam explanatum, quibus relationibus remotis, scilicèt paternitate, filiatione, & spiratione passiua, nullæ manent personarum differentiæ: quare scitè dixit S. Thom. loco eodem, quòd si non essẽt relationes, Deus esset persona, ablatis scilicèt distinctionibus trium personarum.

Relationes cõtinẽtur actu in cõceptu cõfuso personarum. ex c. 60. n. 13.
Remotis totaliter relationibus à cõceptu actuali personarũ, nullæ erũt personæ. *S. Thom.*

Probatio.

Ex S. Thom. si nõ essent relationes, Deus esset persona & non tres.

Sed

9.
3. Dub. contra inscriptionem cap.61.

Sed insurgit aliud dubium. Nam similiter si à conceptu confuso personæ remoueamus originem, ita vt actu non contineatur in illo, remouebitur etiam relatio originis; ergo remouetur persona remota origine; ergo origo constituit.

10.
Respons. Remota origine à conceptu integro personæ, tollitur relatio, atq; adeo persona.

Origo non cõtinetur in conceptu actuali personæ vt forma hypost.
Ostenditur.

Respondendum est concedẽdo, quòd in conceptu actuali personæ continetur origo, si loquamur de conceptu integro personæ; & ita si remoueatur origo à diuina persona oportebit remouere relationẽ; & remota relatione tollitur persona, vt argumentum probat. Non tamen sequitur quòd origo cõstituat, quia origo non cõtinetur in cõceptu actuali personæ vt forma hypostatica. Nam persona vt antecedit originem, non claudit illam in suo conceptu actuali, quia persona diuina quatenùs distinguitur ab origine, & antecedit illam, solam relationem vt formam hypostaticam includit. Et ita in illa prioritate rationis remota origine per intellectum, adhùc manet persona; id enim quod est prius intelligitur absque posteriori; licèt aliàs persona diuina in toto suo conceptu confuso, & non prout antecedit originem, sed absolutè, etiam originem contineat.

11.
Coroll. vt cap. 62.n.9.
Remotis relationibus nõ intelligitur distingui personas origines.
Remota origine à conceptu actuali, quo persona illam præcedit, manet adhuc persona.

Ex quibus colligimus (id quod cap. antecedente inquirebatur) quòd non intelligamus personas distinctas per solas origines remotis relationibus; quia cum origo non sit forma hypostatica, non intelligitur constituere personas, sed aduenire constitutis; quare origo sola non distinguit. Remota ergo origine à conceptu actuali personæ, quo cõceptu persona antecedit ipsam originẽ, adhùc manet persona. Attamen si à toto conceptu integro personæ remoueretur origo, neque persona maneret; quia sine origine non esset relatio originis. Et ista sunt perspicaciùs attendẽda. Difficilius est quod S. Thom. docet in 1.d.26.q.1.art.2. remotis relationibus neque personas manere, neque essentiam: quod intelligendum videtur esse, de remotione quę aufert non solùm conceptum, sed rem: cùm enim diuina relatio sit ipsa essentia, non potest auferri seu interire, nisi ablata simul essentia.

S. Thom. explicatur.

12.
Additur ex S. Thom. cuiusdam sent.

Vltimo loco refellit S. Thom. quosdam qui dixerunt remotis relationibus non manere personas, manere tamen hypostases; cum hypostasis in natura rationali sit idem quod persona: quare vt maneret hypostasis & non persona, esset tollenda natura rationalis, non mutanda proprietas; siue enim proprietas sit origo siue relatio, procul dubio ea prõprietas quæcunque sit constituit hypostasim in natura rationali; ergo constituit personam; hypostasis enim in natura rationali, est persona; & manente eadem proprietate, si natura desineret esse rationalis, hypostasis desineret esse persona. Inscitè igitur philosophantur, qui aiunt per origines constitui hypostases, per relationes personas, cum in eadem natura rationali hypostasis sit ipsa persona.

refutatio, vt c. 62. n.6.

Hypostasis in natura rationali est idẽ quod persona.

Manente eadẽ proprietate, si natura rationalis desineret, hypostasis desineret esse persona.

Aduertendum ergo est quòd hypostasis quæ non est persona, ab ea hypostasi quam dicimus personam, non differt per differentias, sed per ipsam naturam, cuius est hypostasis; quia ergo natura est loco differentiæ, manente natura eadem, vel hypostasis est irrationalis naturæ, & nullo modo persona; vel est rationalis naturæ, & est omninò persona.

13.
Aduert. Hypostasis q̃ non est persona, à persona per naturã differt, nõ per differentias.

CAPVT LXIIII.

Explicatur ordo rationis inter actus notionales, & proprietates personarum.

1.
Prænot. Actus notionalis, & origo, siue processio vsurpatur hic pro ijsdem.
Proprietas latiùs patet.
Sensus quæst.

HOc loco aduertendum est, actum notionalem, & originem, siue processionem vsurpari pro ijsdem; proprietatem etiam dici ampliori nomine, quæ personam non cõstituit, vt spiratio actiua. Idem ergo est quærere inter actum notionalem, & proprietatem ordinem rationis; atque inter originem & relationem. Quarè iuxta doctrinam à S. Thoma traditam, relatio prout est forma hypostatica in Patre antecedit actũ notionalem siue originem, scilicèt generationem actiuam, & vt est relatio consequitur. In Filio verò actus notionalis siue processio, antecedit relationẽ etiam vt est forma hypostatica; natiuitas enim antecedit personam genitam: ergo & proprietatem personæ antecedit: quomodo verò natiuitas antecedat personam genitam in Deo, declaratum est lib. 2.

Assertio ex S. Thom.
Relatio vt forma hypost. in Patre antecedit generationẽ, vt relatio, consequitur: in Filio natiuitas antecedit relationem etiã vt est forma hypost. antecedit enim personã genitã, vt lib. 2 c. 28. n. 9. & 15. & cap. 61. n. 29.

Sed

2.
1.Comparatio Patris cum Filio.

Sed vt totam istam seriem ordinemq; rationis perspicuum oculis mentis vno aspectu subijciamus, conferemus primũ Patrem cum Filio; deindè vtrumque cũ Spiritu Sancto.

3.
Aduert.
Sicut vnum attributum est ratio alterius, & sic prius cognitione: ita in cõstitutione personarum.

Aduertendum igitur est, quòd sicut vnum attributum est ratio alterius siue causa cognitionis, & ita vnum est prius altero naturali ordine cognitionis nostræ; ita & in constitutione diuinarum personarum procedendum est. Et primò statim accipimus diuinam naturam vt infinitè communicabilem per intellectum, quæ cõmunicatio cum non possit intelligi nisi inter personas distinctas ipsa infinita communicabilitas per intellectum, est ratio adæquata vt cum natura infinita coniungamus statim paternitatem, vt formam hypostaticam constituentem personam. Deindè intelligimus personam constitutam ex natura, & paternitate. Quod significauit S. Ioãnes Damasc. lib. 1. fid. Orthod. c. 5. obscuris verbis, *Necessitas* (inquit) *naturæ est, monadem Deitatis esse principium.* hoc est, necesse esse, vt in natura cõmunicabili, intelligamus statim monadem, id est, personam vnam, quæ sit principiũ aliarum personarũ in ipsa Deitate subsistentium. Posteà agnoscimus naturam ipsam cõmunicabilem per intellectum esse potentiam istius personæ realem vt generet, sicut lib. 2. declaratum est. Tũc vltra intelligimus generationem actiuam, siue personam istam generantem.

Natiuitas non intelligitur vt subsistens, & ita nõ denominat filium natum, nisi antecedenter, & solo relatiuo conceptu. *S. Thom.*

Post hæc verò ex parte opposita intelligitur primo loco natiuitas: sicut enim in rebus creatis generatio actiua est prior generatione passiua, quamuis sit eadẽ mutatio; ita in diuinis, vbi origo actiua, & processio passiua sunt res distinctæ; ipsa origo est quasi ratio processionis passiuæ; & ista est ab illa, & illa prior est, ista posterior in intellectu. Intelligimus ergo ex parte rei genitæ, primò natiuitatem coniunctam cum diuina natura, non vt formam constituentem personam, sed vt processionem per quam procedit persona.

3.Natura vt potentia realis huius personæ vt generet, vt lib. 2.cap.26.

4. Persona generans.

4.

5.Ex p. opposita cogitatur natiuitas coniuncta cum natura vt processio personæ.

Origo actiua est quasi ratio processionis passiuæ.

5.

5.Cogitati declaratio 1.

Vbi aduertendũ est, quòd prius quam intelligatur cõcretum istius processionis; verbi gratia, prius quam intelligatur genitus; intelligitur persona constituta: genitum enim est relatum quoddam quod sequitur hypostasim, siue personam; natiuitas verò diuina etiamsi sit res subsistens in sensu identico, no tamẽ intelligitur vt subsistens, & ita non denominat personam procedentem, nisi antecedenter, & persona procedẽs non denominatur nata natiuitate quasi forma quam habeat, sed quia procedit per natiuitatem, solo relatiuo conceptu. Et idcircò S. Thom. 1. p. & q. 3. de potent. ar. 3. ad 7. & opusc. 2. aliàs 5. cap. 64. docet quòd generatio actiua supponit personam generantem: passiua verò siue natiuitas præcedit genitum in quantum dicit relationem, & Filium vt dicit formam hypostaticam. Idem sentit Ægidius d. 27. 1. p. principio, q. 2.

Ægid. 6.

Igitur primò intelligitur natiuitas cõiuncta cum essentia diuina vt cum forma rei communicabilis, & ipsa essentia coniuncta cum natiuitate vt forma per illam communicabilis est passiua potẽtia generationis, cuius actus est Filius genitus. Quamobrem ordine intelligẽdi priùs cogitatur potentia passiua generationis, quę est essentia cum generatione coniuncta tanquam cum actu illius potentiæ; simulque intelligitur ipsa generatio passiua, quæ est operatio istius potentiæ: cuius potentiæ, & operationis terminus est filius genitus. Ergo post generationẽ intelligimus filiationẽ vt formam hypostaticam. Tum posteà ipsam personam constitutam ex natura, & relatione. Et sic constitutis duabus personis intelligimus vltimò in illis, relationes duas simul relatiuo conceptu, scilicèt paternitatem, & filiationem, quę fundantur in origine & processione.

Declaratio 1.
Pot. passiua generationis est essentia &c. vt lib. 2. c. 28.
Huius pot. actus est filius genitus.

Genitum est relatum sequẽs hypostasim.

Aduertendum est autem quòd diuina essentia coniuncta cum generatione passiua intelligitur vt potentia passiua, quod libr. 2. declarauimus; coniuncta autem cum filiatione vt est forma hypostatica intelligitur vt principium formale constituens suo modo personam, vt hoc lib. elucidatum est. Et hæc secunda coniunctio est posterior intellectu; quia filius de essentia gignitur tanquam de passiua potentia; cuius potẽtiæ actus est filius genitus, iuxta doctrinam lib. 2. traditam.

5. Cogitatum est hæc pot. simulque operatio eius, scil. generatio passiua
6. Filiatio, vt forma hypost. quę est terminus illius potẽtiæ, & operationis.
7. Persona cõstituta ex natura, & proprie.
8. Relationes vt sic, duæ simul.

7.
Adnot.
Duplex coniunctio essentiæ.
1. cum generatione passiua, vt n. 6.
2. cum filiatione vt est forma hypost. & formale principium constituẽs personam.
2. est posterior intellectu.
Ratio.

Eundem ferè ordinem obseruat Tarantas. apud Dionysium in 1. d. 27. q. 2. art. vbi ponit loco primo formam hypostaticam. Secundo potentiam notionalem. Tertio originem. Quartò demũ relationem. Et cõsentit Scotus in quod-

8.
Tarantas.

Scotus.

lib.

Rada. 9.

lib 9.4. quē explicat Rada controu. 23.

2 Comparatio Patris, & Filij cū Spiritu Sācto.

Reliqua est comparatio Patris, & Filij quatenùs spirant, cum Spiritu Sancto, quem spirant, siue quem spirando producunt. Et aduertendum est quòd ex parte principij producentis non præintelligitur relatio spiratoris ante actū spirandi: relatio enim quæ fundatur in origine actiua, antecedit illam quatenus ipsa relatio est forma hypostatica constituens personas; relatio autem spiratoris non est forma hypostatica constituens: quare ante actum notionalem spirandi non præintelligitur relatio spiratoris. Primum ergo quod præintelligitur ex parte principij spirantis, est natura infinita communicabilis per voluntatem, quæ in Patre, & Filio est vna eàdemque potentia spirandi: vbi etiam facilè liquet quòd spirator non sit aliquod individuum naturæ; vt libro 2. & hoc libro 4. commonstratum est; sed Pater & Filius prout eadem origine siue spirandi actu producunt Spiritum Sanctum, vel ad ipsum referuntur, sunt spirator vnus. Primum ergo commune in principio spirandi est ipsa potentia spirandi. Deindè actus notionalis spirandi. Tunc ex parte opposita sequitur spiratio passiua, siue processio cùm potentia passiua coniuncta, ad eum modum, quo declarauimus natiuitatem sequi generationem actiuam. Tunc vlterius sequitur relatio Spiritus Sancti, prout est forma hypostatica, ex qua & natura constituitur persona. Vltimò, relatio spiratoris, & Spiritus Sancti, vtraque relatiuo conceptu, simul in intellectu oritur nostro modo intelligendi. Itaque solùm in Patre relatio vt forma hypostatica antecedit originem, sicut persona ipsa antecedit originem actiuam; in personis autem procedentibus processio antecedit relationem etiam vt formam hypostaticam, sicut antecedit personam. Semper tamen relatio vt forma hypostatica, antecedit relationem vt relatio est, siue relatiuo conceptu. Relatio verò spiratoris, quia non est forma hypostatica nullumque constituit subsistens, nunquam intelligitur conceptu absoluto, sed duntaxat relatiuo, & ideò est vltima cognitione cōsequens originem, in qua fundatur.

Exp. spirantis vt intelligitur per vnā spirādi in vtraq; persona.

Illatum, vt libr. 2. c. 38. & hic 56.

1. Actus spirādi.

2. Exp. opposita spiratio passiua cum potētia passiua coniuncta, vt n. 6.

3. Relatio Sp. Sancti vt forma hypost.

Vlt. Relatio spiratoris, & Sp. Sācti, vtraque relatiuo cōceptu.

In solis personis procedentibus processio antecedit relationem etiam vt formam hypost.

At semper antecedit relatio nem vt relat.

Relatio spirat. semper intelligitur relatiuo conceptu, & est vltima cognitione.

10. Corollar.

Ex istis colligitur quomodò intelligendæ sunt duæ propositiones sumptæ ex S. August. 5. de Trinit. cap. 5. & 7. quæ sibi videntur inuicem repugnare; Pater quia Pater est generat, & Pater quia generat est Pater: vtraque enim est vera in sensu causali quasi à priori. Nam Pater quia Pater, scilicèt quia est hæc persona, quam Patrem vocamus, generat, & quia generat, est Pater relatiuo conceptu quia generatio fundat relationem paternitatis. Itaque in illa propositione, Pater est nomen personæ; in ista, est nomen relationis, vt ex dictis liquet. Verùm S. August. eo l. b. cap. 7. genitum & Filium synonimicos videtur accipere; neque enunciasse in sensu causali, sed quasi identico hæc verba, *Ideò enim filius quia genitus, & quia filius vtique genitus*, vt explicat S. Thom. dist. 27. q. 1. art. 3. ad 1.

Conciliantur duæ propositiones S. Augusti.

Eiusdem aliæ duæ.

Explicantur à S. Thom.

CAPVT LXV.

Nomen personæ significat in Deo relationem quatenus est forma hypostatica.

ILlis, quæ modò disputabantur, hæc quæstio coniuncta est, quæ potest cōmodè explicari, tametsi presserit multos Doctores difficultate sua. Sunt autem priùs euertendæ falsæ opiniones, vt vera constituantur.

1.

Prima sententia asserit nomen hoc, persona, significare essentiam: & S. Tho. in 1. d. 23. q. 1. ar. 3. refert quosdam dixisse nomen personæ vsque ad tempora Boetij significasse essentiam: & q. 9. de potent. ar. 4. ait eam videri esse opinionem Magistri sententiarum. Sed tamen aiunt ab Ecclesia fuisse accommodatum ad hoc, vt significaret communi quadā significatione non solùm essentiam, sed res quæ habent essentiam, scilicèt Patrē, & Filiū, & Spiritum Sanctum: & idcircò dici tres personas, non essentias tres; quia nomen, essentia, relictum est in sua significatione, nomen autē, persona, traductum est ad tres res significandas in essentia eadem. Et ita videtur sensisse S. Aug. lib. 7. de Trinit. c. 4. & 5. Nam S. Augustin. totā quæst. de Trin. hac vna distinctione versauit, vt relatiua multiplicaret, & absoluta reuocaret ad vnum. Et quia non ita planè animaduertebat relationem ipsam posse intelligi conceptu absoluto; nomen personæ dixit

1. Sent. Nomine personæ significari essentiam. Quidam apud S. Thom. Apud eundē Magist.

Addunt ab Ecclesia accōmodatum fuisse vt significet res etiam quæ habent essetiam.

Idem sentit S. Aug.

Fundam. 1.

significare aliquid ad se, quia non est nomen relatiuum; neque enim Pater est persona Filij, vt ipse arguit; quare credidit hoc nomen significare essentiam. Præterea hoc nomen aduertebat esse commune, quia Pater est persona, & Filius persona; sicut Pater est Deus, & Filius Deus: sicut ergo non sunt tres Dij, ita neque tres personæ dicendæ. Cui argumento proposito nihil respondet; sed illud duntaxat, quòd quia necessitate quadam essent dicendi tres, cum non haberemus nomen quo diceremus tres, ne diceremus tres Deos, nec tres essentias; placuit nomine nouo personæ, accommodata significatione dicere tres personas. Poterit cui placuerit legere S. Augustinum, & Magistrum eademmet disputantem libro 1. dist. 25.

Fundam. 2.

Magist.

3.

Improbatur à *S. Thom.* Nominib. vti debemus iuxta propriam significationem.

Istam verò sententiam improbat S. Thom. 1. parte, quæstione 29. art. 3. nomine auctoris suppresso; quoniam (inquit) nominibus debemus vti iuxta propriam significationem; aliàs non sedaremus hæreticorum calumniam, sed potiùs accenderemus. Si igitur nomen personæ significaret essentiã solùm, non essent dicẽdæ diuinę personæ tres; quia iuxta nominis significationem, dicerentur essentiæ tres: quare Alexand. Alens. 1. parte, quæst. 56. artic. vltimo docet esse errori proximum, si quis asserat personam significare formaliter essentiam, quia personæ tres essent essentiæ tres: sed hoc dictum postea expendemus. Argumenta verò quibus vtebatur S. Augustinus, iam disputatione Doctorum refutata sunt. Nam & relatio potest intelligi nomine & conceptu absoluto: & nomen commune quod significat relationem, siue absoluto, siue relatiuo conceptu multiplicatur in diuinis personis. Sunt enim relationes tres, & res tres, vt S. Augustinus fatetur, cum tamen nomen, res, non sit relatiuum. Quæ autem sunt communia communitate reali, non multiplicãtur, propter vnitatem diuinam; & ideò spiratio actiua, quæ est communis communitate reali non multiplicatur, sed est vna in duabus personis. Itaque etiam in relatione aliqua diuina est communitas realis, quæ non multiplicatur; sicut absoluta non multiplicantur. Relatiua autem quæ sunt communia communitate rationis, vt relatio, origo, proprietas, siue relatiuo, siue absoluto conceptu possunt multiplicari; dicimus enim tres res, tres relationes, & personas tres: quod statim explicabimus.

Censuratur ab *Alens.* vt errori proxima.

Ad 1. fundam ex cap. 59. p. 2.

Ad 2. fund. Nomina communia quæ in diuinis significant relationẽ siue absoluto, siue relatiuo cõceptu, multiplicantur.

Exemplum nominis, res.

Hoc non est intelligẽdum de relatiuis cõmunibus communitate reali sed de communibus communitate rationis

4.

Assertio contra 1. sent. Persona non solam essentiã sed relationem etiam significat.

Haud dubiè igitur affirmandum est nomen personæ etsi sit absolutum, non tamen significare solam diuinam essentiam; quia non essent tres personæ: sed simul cum essentia significare relationes, in quibus cernitur numerus personarum, vt docuimus.

5.

2. sent. apud *S. Thom.* significari ex æquo essentiã & relationem. Confutatur.

Secunda igitur opinio est à Sancto Thoma commemorata in sententijs, & quæst. 9. de potent. artic. 4. quòd nomen, persona, in diuinis significat simul & ex æquo essentiam, & relationem. Sed cum confitendum sit vtrumque significari nomine personæ diuinæ: fieri tamen nulla ratione potest vt vtrumque significet conceptu vno, quemadmodum docuit Aristoteles 4. Metaphysic. text. 10. & 18. Necesse est igitur vt alterum significetur directè, & alterum indirectè & in obliquo quasi coniunctũ cum præcipuo significato.

Non significatur vtrumque conceptu vno. *Arist.*

6.

3. Sent. Essentiam significat directe, relationem in obliquo. *Alens.* *S. Bonau.* *Marsil.* *Capreol.* *Torres.*

Ex confutatione autem istius sententiæ deriuantur opiniones duæ: quidam enim aiunt essentiam significari directè, & relationem in obliquo. Cuius sententiæ assertores fuere *Alex.* Alens. 1. p. q. 56. memb. 2. & S. Bonau. d. 25. q. 1. Marsil. quæst. 26. ar. 2. quibus videtur adhærere Ioan. Capreol. dist. 25. q. 1. ar. 1. & Bartholom. Torres quæstione 29. art. 4.

7.

4. Sent. opposita tertiæ propiùs accedit ad veritatẽ *ex S. Thom.*

Alij verò vtramque partem thesis conuertentes aiunt relationem significari in recto, & essentiam in obliquo: quos S. Thomas affirmat propiùs accessisse ad veritatem, quasi non illam attigerint.

8.

5. Sent. *S. Thom.* 1. assertum augens 4. sent.

Est igitur sententia Sancti Doctoris 1. parte, quæstione 29. articul. 3. nomine personæ significari relationem vt subsistentem, directè; in obliquo autem significari essentiam, siue naturam diuinam. Persona enim significat aliquid subsistens, quod est in natura distinctum: relatio autem diuina subsistit, & ea sola distinguitur in natura diuina, cum natura sit vna: ergo nomine personæ significatur directè relatio subsistens: natura autẽ in qua subsistit, significatur in obliquo. Et cõfirmatur, quia persona est rationalis naturę hypostasis: & hac

Probatur. Persona significat aliquid subsistẽs quod est in natura distinctum.

Confirm. ex defin. personę

& hac ratione natura ponitur in obliquo. Opinionē igitur asserentiū nomine personæ significari relationem directè, Sanctus Thomas non refutauit; sed exposuit, & auxit illam, addendo quòd significet relationem non per modum relationis, sed vt subsistentem.

Hoc assertum est explicatio, & additio ad 4. sent.

9. Commentar. *Vasq. disput. 117. cap. 2.* significari nō essentiam, nec relationē, sed substantiam. Refutatur à *S. Thom.*

Qua in re non placet quorundam commentarius, qui aiunt nomen personæ significare non essentiam, non relationem, sed substantiam, hoc est hypostasim. Quæ fuit antiqua opinio refutata à S. Thoma de potent. quæst. illa 9. art. 4. verum enim est personam significare hypostasim, sed hoc nobis nihil explicat diuinæ personæ, quo possimus dicere personas tres: sed necesse est declarare quòd nomen personæ diuinæ significat relationem vt subsistentem, quæ vt sic est hypostasis & persona.

10. 1. Assertum augens 3. sent.

Sed non parùm difficile intellectu est, quod S. Thom. 1. p. citata, 2. loco affirmat nomen personæ diuinæ, etiam in recto significare essentiam quatenùs est hypostasis, & in obliquo relationem qua hypostasis distinguitur. Ioan. Capreol. in 1. dist. 25. quæst. vnica, art. 5. concluſ. 3. & Sylueſt. in conflato, q. 29. art. 1. explicant nomine personæ significari essentiam per identitatem, quia ipsa persona est essentia; & hoc videtur concordare cum verbis Sancti Thomæ, dum ait significari essentiam quatenus ipsa essentia est hypostasis. Sed tamen hic commentarius non placet; nam si nomina diuina significant per identitatem, omnia confundimus; significabit enim nomen iustitiæ sapientiam, & nomen relationis essentiam. Præterea in his, quia propter identitatem dicuntur significari, nihil cernitur propter quod vnum dicatur significari in recto, & alterum in obliquo; quare ergo essentia per identitatem significata dicitur in recto significari, & non potiùs relatio conceptu absoluto, quæ formaliter significatur nomine personæ?

Commentar. *Capreol. Sylueſt.* per personam significari essentiam identicè. Improbatur 1. Improbatur 2.

11. Pro vero comment. aduert. vt cap. 54. p. 2. n. 3. Item, vt c. 41. n. 5. & 8. Mutatum: subsistēs quod

Cogitandum igitur est quod hoc libro docuimus, relationem diuinam non conuenire naturæ subsistenti, sed quasi afferre secum subsistens: quod quidem subsistens relatione constituitur, sed subsistit non solùm relatiuè, sed etiam absolutè secundum essentiam diuinam, vt antea quoque admonuimus. Illud igitur subsistens quod est relatio, si consideretur vt absolutè subsistit secundum essentiam, principaliter & in recto significat essentiam subsistentem; & significat in obliquo relationem qua constituitur illud ipsum subsistens incommunicabile. Et idcircò dixit Sanctus Thomas quòd significatur in recto essentia prout ipsa est hypostasis: quasi diceret non significari subsistens commune quod est essentia; sed subsistens incommunicabile quod est hypostasis; non tamen consideratum secundum proprietatem constituentem in recto, sed secundum essentiam in recto, quatenùs absolutè subsistit secundum essentiam. Et hic est præclarus commentarius Sancti Thomæ quo dicitur significari in recto ipsum subsistens siue relatio, siue essentia.

Verus cōm. ad 2. assertum *S. Thom.* Significatur in recto ipsū subsistens siue relatio, siue essentia.

12. Colligitur intelligentia aliorū citatorū. *S. Thom.*

Ex ijsdem colligitur intelligentia illius sententiæ Sancti Thomæ, quòd persona significat relationem per modum substantiæ; & quod Sanctus Augustinus ait quòd nomen, Pater, significat essentiam Patris, explicat Sanctus Thomas quòd significat essentiam quatenùs est hypostasis. Nam vt relatio secundum essentiam subsistit absolutè, ita relatio diuina est hypostasis subsistens absolutè secundum essentiam, & essentia quoque diuina, quia est relatio, est hypostasis. Vtrumque ergo est verum, & quòd relatio significatur per nomen substantiæ, siue essentiæ subsistentis; & quòd essentia secundum quòd est relatio, est hypostasis: sed absolutè loquendo, nomen, persona, potiùs significat relationem in recto, & essentiam in obliquo, quàm ordine inuerso.

Relatio diuina est hypostasis, subsistens absolute secundum essentiam, & essentia quoque diuina quia est relatio, est hypostasis. Absolutè, persona potiùs relationem significat in recto & essentiā in obliquo, quàm è contrà.

13. Vtriusque asserti declaratio

Verùm adhùc videtur esse quæstio ista oculatiùs perscrutanda. Nam persona diuina est quid constitutum ex natura, & proprietate personali, quæ est diuina relatio; ergo illud constitutum significatur directè; natura autem siue essentia, & relatio significantur in obliquo. Et confirmatur hoc, quia nomina habent propriam significationem à prima institutione; at verò nomen personæ est institutum ad significandum compositum aliquid ex natura, & proprietate personali; ergo hoc idem significat persona diuina, scilicèt aliquid constitutum ex natura, & relatione, quæ est personalis proprietas. Et hoc

Nomine personæ constitutum ex natura & proprietate significatur directe natura, & relatio in obliquo.

Confirm. Nomen, persona, est institutum ad significandum compositum ex natura & proprietate quæ est relatio.

S. Thom. idem insinuauit Sanctus Thomas 1. A parte, docens nomen personæ significare relationem per modum hypostasis, vt subsistentem; quo pacto significatur non relatio nomine abstracto, sed relatum nomine concreto: & quæstione 9. de potentia clariùs affirmat significari non relationem, sed relatum: dum verò ait simul significari essentiam in recto vt est hypostasis; non essentiam nomine abstracto, sed Deum ipsum nomine concreto significari indicauit. Et vtrumque concretum nomine vno dicitur persona; quod optimè explicatur nomine isto, Deus Pater. Et hoc significatum nominis vt indicaret Sanctus Thomas, dixit vtrumque significari in B recto diuersis rationibus, essentiam vt hypostasim, & relationem vt subsistentem. At verò vt declararet nomen personæ posse multiplicari, obseruauit personam esse ipsam relationem subsistentem, quæ in Deitatis natura multiplicatur.

Idem clariùs.

Ad 2. assertum explicatio.

Vtrumque concretũ Deus Pater, nomine vno dicitur persona.

Hoc nomine, vtrumque significatur in recto diuersis rationibus, essentia vt hypostasis, & relatio vt subsistens.

14.

Ex dictis 1. Dub. Quomodò nõ significentur essentiæ tres?

2. Dub. Quid significetur præcipuè

15.

Ad 1. Dub.

1. Prænot. Nomen significat quod in cõceptu repræsentatur: supponitur etiã pro eo quod in cõceptu non repræsentatur.

1. Exempl. hominis.

S. Thom.

2. Exemplum albi.

Aristot. Ex S. Thom.

albũ nõ supponitur pro corpore, sed copulat illud sub significato seu cõnotat illud.

Supponitur nomen solùm pro directe cõtentis sub forma signif. vt in 1. exẽplo.

16.

Sed ex hac doctrina enascuntur duo dubia. Alterum si nomine personæ vtrumque significatur in recto, quomodò possint dici tres personæ quin significemus tres essentias? Alterum quid significetur præcipuè, essentiane, an relatio.

Circa primum dubium constituendum est nomen significare id quod in conceptu repræsentatur; supponi verò etiam pro eo quod non repræsentatur in conceptu, vt homo significat habentem humanitatem, hoc enim repræsentatur conceptu istius nominis: supponitur autem pro Petro, & Paulo, qui non repræsentantur illo conceptu, vt docet Sanctus Thomas quæstione illa de potentia. Album etiam significat solum albedinem, quæ repręsentatur conceptu proprio istius nominis: supponitur autem pro corpore, quod non significat: aliàs significaret duo, contra Aristotelis doctrinam, & conceptus nostri vnitatem. Imò Sanctus Thomas eo loco ait nomen album non supponi pro corpore, sed copulare corpus suo significato; quod solent dicere recentiores connotare; supponi enim nomen solùm pro illis quæ directè continentur sub forma significata, vt nomen homo pro Petro, & Paulo.

Sed adhùc considerandum est, quòd plura possunt cognosci conceptu confuso, aut distincto: ea autem quæ sunt actu in re significata essentialiter siue intimè, significantur conceptu proprio rei non distinctè sed confusò; verbi gratia, homo significat animal rationale; sed neque animal, nec rationale distinctè; sed vtrumque confuso conceptu. Quæ igitur sic significantur vt essentialiter, siue intimè contenta in re significata, directè quidem significantur, sed non distinctè: vt nomen, homo, directè significat naturam animantis, & rationalem. Sed si explicetur conceptus, dum ad alterum aciem mentis dirigimus, alterum intelligimus in obliquo: vel enim intelligimus naturam sensitiuam contractam per rationale; vel rationale indirectè, coniunctum tamen cum sensitiua natura; & vtroque modo explicamus conceptum hominis: possumus etiam explicare eundem conceptum, vtraque parte compositi in obliquo intellecta, vt cum dicimus hominem esse compositum ex natura sensitiua & rationali.

2. Prænot. Quę sunt actu intimè in re significata, proprio cõceptu rei significantur, directe, sed confusò.

Sic nomine homo, directè significatur animal rationale, confuso conceptu.

Explicato conceptu hominis potest animal intelligi directe, rationale in obliquo, vel e contrà.

Exempl. idẽ. Etiam vtraque pars compositi in obliquo potest intelligi.

Exempl. idẽ.

Similiter igitur nomen hoc diuinæ personæ vtrumque significat directè, essentiam, & relationem simul, conceptu tamen confuso: quo quidem accidit significari plura per modum vnius C constituti ex pluribus: quia illud vnum constitutum est quod conceptu nominis repræsentatur. Sed quia essentia, & relatio continentur actu eodem conceptu, illa quoque significantur directè, non tamen distinctè, sed confusè. Explicato autem conceptu nominis, cum alterum intelligitur directè, alterum in obliquo intelligitur, & vice versa; vel vtrumque etiam in obliquo; cum dicimus personam diuinam esse quoddam constitutum ex natura & proprietate, & hoc est (nisi fallimur) quod docet Sanctus Thomas, quæst. 9. de potent. artic. 4. quòd nomen, persona, in D Deo significat relationem materialiter, id est, non conceptu relatiuo, & distincto: & relationem, nomine abstracto, includi in obliquo ipso nomine personæ. Et eodem art. ad 17. ait nomen personæ significare quid relatiuum, quod proprietate & natura subsistit: vbi significatur proprietas & natura in obliquo.

Explicato conceptu personæ potest alterũ intelligi in obliquo, vel vtrumque etiã.

Hæc est mens *S. Thom.*

17.

Similiter nomine, persona diuina, directè significatur essentia, & relatio simul confuso conceptu

Idem.

18.

Resolutio. Explicato conceptu personæ

Itaque primo dubio respondemus, quòd si essentia significetur in recto, hoc

si essentia significetur in recto, non multiplicatur persona.

Ratio.

Si explicatur relatio in recto natura in obliquo, multiplicatur.

Ratio 1.

Ratio 2.

Simpliciter sunt tres personæ, sed non omnibus modis tres sunt. q. 8. n. 4.

19.

Ad 2. Dubium

Prænot.

Cum sunt duo significata directè, præcipuum est quod est vltimum.

Ratio.

Resolutio.

Proprietas est præcipuum significatum, hoc est vltimum: natura est præcipuum, hoc est, nobilis. *S. Thom.*

Formale significatum præcipuum est proprietas.

20.

De conceptu personæ singulatim quæst. an significet relationem in recto?

Ratio dub.

21.

Alia quæst. præuia.

Sitne conceptus Patris, vt persona est, absolutus?

Prænot.

Pater significat Deum Patrem ex Deitate, & paternitate constitutum.

In opin. de quæ. 60. n. 26.

hoc est, si explicetur conceptus distinctus personæ, secundum quod est Deus, non multiplicatur; quia non sunt dij multi. Si tamen in recto explicatur relatio, & natura in obliquo, sunt multæ personæ; quia sunt multæ relationes subsistentes in eadem natura: & quia nomen personæ principaliter significat relationem vt personalem proprietatem, quod statim subijciemus; ideircò absolutè loquendo sunt tres personæ, & simpliciter sunt tres; sed non omnibus modis tres personæ, vt anteà docuimus.

Circa secundum dubium aduertendum est, quòd cum nomen significat duo directè, illud est præcipuum quod est vltimum, quia complet definitionem rei significatæ per nomen: licèt non sit præcipuum, hoc est, nobilissimum in re ipsa. Nomen igitur personæ significat proprietatem personalem principaliter; quia illa est vltimus actus constituens personam, & complens rationem formalem illius: natura tamen est præcipuum, hoc est, nobilissimum quod constituit personam, tam in rebus creatis, quàm in diuinis. Et hoc ipsum docet Sanctus Thomas, quæstione 9. de potentia, art. 6. ad 4. nomine personæ non significari essentiam diuinam quasi formale significatum præcipuum, sed significari proprietatem distinguentem.

Sed facit nouam difficultatem conceptus cuiusque personæ diuinæ singulatim, verbi gratia Patris, aut Filij: qui videtur esse absolutus, vt statim dicemus: quod si absolutus est, non poterit significari relatio in recto, sed in obliquo; conceptu enim absoluto, non significatur directè relatio, sed fortè in obliquo, vt nomine, scientia, indicatur in obliquo relatio ad scibile.

Prior igitur disputatio illa suscipienda est, Vtrùm conceptus istius nominis, Pater, vt est nomen personæ, sit absolutus? Considerandum hoc nomine significari non solam relationem, sed simul essentiam. Pater enim vt est nomen personæ significat Deum Patrem; quia est nomen personæ, quæ constituitur ex Deitate, & paternitate. Et quidem iuxta opinionem, quæ nobis magis probatur, facilis se se offert responsio: quòd conceptus istius nominis sit absolutus, quia significat Deitatem & paternitatem simul conceptu absoluto, remoto genere relationis, quatenùs paternitas est quædam forma hypostatica, vt declaratum est. At verò secundum alteram opinionem, quæ à paternitate non remouet genus relationis: necesse est vt audito nomine Patris intelligatur relatio in genere proprio relationis; ergo conceptu relatiuo. Sed obstat quòd hoc nomine simul intelligitur Deitas, quæ non potest intelligi relatiuo conceptu? Sed neque vno conceptu clauditur relatum vt relatiuum simul & absolutum: nisi relatio intelligatur in obliquo, vt nomen scientia, significat habitum mentis cum relatione ad scibile in obliquo.

Huic quæstioni duobus modis videmur facere satis. Primum, si respondeamus quod argumentum concludit, conceptum nominis esse absolutum; & Deitatem significari in recto, relationem verò in obliquo. Nam conceptu relatiuo non potest significari aliquid absolutum, quod non repræsentatur conceptu relationis: conceptu tamen absoluto potest simul indicari relatio in obliquo; quia est insitus modus intelligendi, vt intelligendo referamus; & idcircò ipso conceptu absoluto indicatur relatio, vt conceptu scientiæ relatio ad scibile: quæ fortè ratione Sanctus Thomas 1. parte, quæstione 29. artic. 4. dixit relationem per modum relationis significari in obliquo, & relationem vt subsistentem conceptu absoluto, ait significari directè; relatiuè autem significari in obliquo: magis tamen nobis placet horum verborum diuersus commentarius anteà traditus.

Secundò respondemus conceptum istius nominis personalis esse relatiuum, & significare simul Deitatem: nam etsi conceptu relatiuo non possit repræsentari absolutum distinctè, quod argumentum conuincit; potest tamen significari confusò: sunt enim quædam nomina quæ id quod est vltimum significant distinctè; vt nomen personæ significat distinctè personalitatem; licèt simul significet naturam specificam, non distinctè, sed confusò: ergo nomen Patris significat distinctè relationem Patris, Deitatem verò etiam significat directè, sed confusò: vtrumque igitur significat

Resolutio.

Est absolutus, simul essentia & paternitate significans.

In altera opinione, ibi. n. 24 & cap. 59. p. 2. Difficultas.

22.

1. Respons.

Conceptus nominis est absolutus, & Deitas significatur in recto, relatio in obliquo.

Fund.

Conceptu relatiuo nō potest significari aliquid absolutū: sed cōceptu absoluto potest indicari relatio in obliquo.

Ratio.

Ad S. Thom. commētarius.

Alius coment. melior. n. 17.

23.

2. Respons.

Conceptus nominis Pater, est relatiuus, & simul significat Deitatem.

Fund. soluens. aliud pro 1. respons.

Hoc nomen relatione Patris significat distinctè, Deitatem etiam directè, sed cōfusè

nificat directè; sed alterum distinctè, A alterum confusè, non explicato conceptu.

24. Nomine personę significatur relatio directè, non vt relatio, sed vt subsistens, & vt proprietas subsistentis.

Nomine autem personæ perspicuum est relationem significari directè, cum hoc nomine relatio non significetur vt relatio, sed vt subsistens, aut vt proprietas subsistentis: vtroque modo significatur relatio directè. Quibus dictis duas illas quæstiones absolutas esse cẽsemus.

25. Expẽditur sẽt. *Scoti.*

Sed adhùc nobis est quæstio cum Scoto qui negat nomine diuinæ personæ B significari relationem; sed ait significari relationem materialiter, significari autẽ formaliter proprietatem personalem communem absoluto, & relatiuo. Et Sanctus Thomas quæst. 9. de potentia ait relationem significari materialiter.

Pro ea locus *S. Thom.* cit. n. 17.

26. 1. eius improb. *ex Durando.* Falsa est, vt ea. 60. n. 26.

Durand. dist. 23. quæst. 1. improbat opinionem Scoti, quia arbitratur nihil esse commune relatiuo, & absoluto. Nos verò etsi commune analogum his attribuamus; probauimus tamen proprietatem hypostaticam, quæ significatur nomine personæ diuinæ, non esse C aliquid commune relatiuo & absoluto, cum sit proprietas singularis, & sit re vera relatio. Sed credimus Scotum alio sensu longè diuerso dixisse proprietatem hoc nomine significatam esse communem relatiuo, & absoluto.

2. Improbatio ex cap. 59. p. 2. à n. 12.

Non est cõtra *Scotum.*

Huius mens.

Arbitratur enim nomen personæ rebus ipsis, quæ personæ dicuntur, esse appellatiuum, non quidditatiuum: & illa appellatio personæ est communis Petro, & Paulo, qui sunt res absolutæ; & Deo Patri, & Filio, qui sunt res relatiuæ. Et idcirco ait hoc nomen personæ diuinæ significare materialiter relationẽ, D scilicèt rem illam, quæ verè est relatio, verbi gratia Patrem, aut Filium; sed non formaliter, quia formaliter significat appellatiuum illud quo Pater, & Filius dicuntur personæ. Et illud appellatiuum ait esse commune relatiuo, & absoluto, non quidditatiuè sed denominatiuè, vt aiunt, sicut album est commune cygno, & niui.

27. Recolenda ex cap. 16. n. 12. & cap. 19 p. 3. sent. *Scot.* de suppositi

Igitur vt isthæc opinio Scoti expendatur, recolendum est ipsum ex propria quidem sententia existimasse personam siue suppositum constitui negatione: quare in 1. dist. 25. quæst. 1. nomen personæ diuinæ credidit significare formaliter negationem dependentiæ. Quæ opinio multis argumentis improbata à nobis est de supposito creato disputantibus. Verùm ipse Scotus dist. 27. quæst. 1. & dist. 35. quæst. 1. ait si mutanda sit sententia vt nomen personæ significet aliquid positiuum, materialiter significari relationem, formaliter tamen proprietatem communem absoluto, & relatiuo. Quamobrem illud positiuum, quod significat nomen personæ, videtur Scotus sentire, non esse ipsam relationem diuinam formaliter, sed materialiter.

Primum concedimus relationem relatiuo conceptu non constituere diuinam personam, sed vt hypostaticam proprietatem: qua ratione diximus intelligi ibi relationem tanquam obiectum materiale: & eodem modo potest dici relatio significari materialiter nomine personæ diuinæ; quia in conceptu personæ continetur vt materiale obiectum. Sed modò non quærimus quo conceptu relatio contineatur nomine isto personæ diuinæ relatiuo, an absoluto: sed quomodocunq; significetur, relatio siue vt relatio relatiuo conceptu, siue vt proprietas conceptu absoluto, quæritur vtrùm significetur nomine isto diuinæ personæ? & quidem Scotus videtur opinari nomen personæ non significare ipsam rem, quæ est persona, nisi materialiter; quare & nomen ipsum diuinæ personæ non significabit relationem etiam vt proprietatem hypostaticam, nisi materialiter, vt rem quæ est personalitas: formaliter autem ait significari illud appellatiuum quod nomen personæ addit ad rem, quæ est persona. Quod fortè credidit S. Thom. quæstione illa 9. de potentia. Ait enim nomen personæ significare subsistens distinctum in natura, quod materialiter est hoc aut illud.

Nihilominus dicendum est nomen, persona, formaliter significare ipsam rẽ quę est persona, & ipsam rem quę est proprietas: aliàs significaret formalitèr aut negationem, aut relationem aliquam rationis siue intentionem: sed significat rẽ illàm sic cognitam cum negatione, aut relatione; ita vt res ipsa quæ est persona, & quæ est personalitas significetur nomine, persona, vt antea docuimus. Et ea est sententia S. Thom. 1. p. q. 29. art 4. vbi.

constitutione per neg.

Idem addit, in sentent. huic opposita dicendũ quòd persona materialiter relationem, formaliter proprietatem significat communè relatiuo, & absoluto.

Hoc additum est ea sent. de qua n. 25.

28. Admittitur ea sent. prout cõsona dictis c. 60. n. 24.

At modò non est quæst. quo conceptu nomine personæ contineatur relatio sed an significetur nomine illo?

De hoc proponitur ea sẽt. *Scot.* quòd res quæ est persona & relatio etiã vt forma hypost. materialiter tãtum significatur: formaliter verò, appellatiuum quod addit ad rem quę est persona.

Fauet locus *S. Tho.* n. 15.

29. Contra hanc sent. Assertio

Persona formaliter significat rem quæ est persona, & rẽ quæ est proprietas.

Ostẽditur ex c. 46. n. 14. *S. Thom.*

4. vbi docet nomen diuinę personæ vi propriæ significationis significare relationem. Et solutione ad 2. ait intellectu siue conceptu diuinæ personæ relationē intelligi. Et solutione ad 3. clariùs ait relationem ingredi definitionem diuinæ personæ: quæ autem definitionem ingrediuntur, nomine & conceptu rei definitæ formaliter significantur, non materialiter. Quare in hoc quidem ab Scoto disidemus, vt liquet ex dictis: neque verò potest intelligi in opinione Scoti, quid significetur nomine personę formaliter; si non significatur negatio, aut relatio proprietatis, neque verò res ipsa quæ est personalitas: Nam præter hæc nihil est quod possit nomine personæ significari; neq; illud appellatiuum, quod comminiscetur, aliquid est præter hæc.

Idem.

Idem clariùs.

Oſtenditur 2.

CAPVT. LXVI.

Nomen, Spiritus Sanctus, significat simul relationem & naturam.

1. Spiritus à flatu dicitur.

NOmen, Spiritus, dicitur à flatu de qua nominis notatione lib. 6. disputabimus. Accommodatur processioni Spiritus Sancti, qui dicitur Spiritus quasi efflatus; conuenit enim operationi voluntatis hæc similitudo, vt ibidem ostendemus.

Accōmodatur processioni Spiritus Sancti.

2. Nomen Spiritus Sanctus, vt cōplexū, est cōmune 3. personis. Vt simplex, est proprium Spiritus Sancti.

Si nomen Spiritus Sancti accipiatur, vt quoddam coniunctum siue complexum, vt vocant Dialectici, est commune tribus personis, quia Pater est Spiritus Sanctus, & Filius similiter. Si verò accipiatur vt simplex nomen, sicut respub. mutata significatione est proprium nomen personæ diuinæ, & dicitur Spiritus quasi spiratus: qua eadem significatione nomen est proprium diuinæ personę.

3. Ex S. Thom. spirare & spirator significant originem, nō relationem. Ex cōsuetudine relationem etiā significāt. Sūt nomina in vsu Doctorū æquiuoca.

Notat etiam S. Thom. quòd verbum hoc spirare significat originem non relationem; & spirator, siue spiratus similiter significant originem, vel processionem. Sed tamen consuetudo loquēdi effecit iam, vt & relationem his nominibus significemus; & sunt nomina in vsu Doctorum æquiuoca, modò originem, modò relationem significantia.

4. Quæst. est de Sp. S. vt nomē proprium.

Hoc igitur loco disputamus duntaxat, vtrùm istud nomen Spiritus Sanctus, prout est nomen proprium personæ diuinæ significet relationem solam formaliter, an verò relationem & naturam? Quod vt meliùs explicemus, vocandum etiam in medium est illud alterum dubium, an Verbum in Deo significet relationem?

Dub. præuiū: An Verbum in Deo significet relationē?

5. 1. Sentent. *Torres.* affirmat etiā in creatis.

Bartholomæus Torres, fortè vt nomen istud coaptaret rebus diuinis, existimauit verbum etiam creatum significare relationem. Et quidem verbum scriptum siue prolatum voce absque dubio significat relationem rationis, est enim signum ex hominum instituto, cuius significatio est relatio rationis; & hęc est forma significata per nomen. Sed tamen verbum mentis, de quo Torres loquebatur, est forma intelligibilis producta per intellectum, quam constat esse rem absolutam in qua fundatur relatio realis ad intellectum producentem, vt lib. 2. declaratum est; ita tamen vt verbum formaliter non sit relatio, sed forma absoluta qua intelligimus. Quare meritò sententia illius ab omnibus improbatur, vt potè in re perspicua à veritate abhorrens: & ita sentit S. Thom. de Veritate q. 4. art. 5. vbi etiā ait quòd Verbum nihil est aliud quàm sapientia genita: sapientia autem aliquid absolutum est. Idem sentit Capreol. d. 27. q. 2. art. 1. conclus. 5. & Ferrar. 4. contra gent. cap. 135. Bonauent. 1. p. Verum est quòd verbum relatiuè dicitur; est enim verbum loquētis: & est relatiuum secundum dici, vt scientia.

Quoad verbū scriptū vel prolatū, approbatur certò.

Quoad verbū mentis improbatur ab omnibus.

Lib. 2. c. 14. p. 1. n. 5. & c. 15. n. 9 & cap. 18. p. 2. num. 3.

S. Thom. Verbū est sapiētia genita quę est quid absolutū *Capreol. Ferrar.*

S. Bonauent. Verbū relatiue dicitur, & est relatiuum secundum dici.

6. *S. Thom.* explicatur 1.

Et ad hoc pertinet quod S. Thom. ait 1. p. q. 34. art. 3. ad 4. quòd verbum principaliter significat relationem ad dicentem: neque enim eo loco definit, verbū formaliter significare relationem; sed cum obijceretur verbum significare relationem ad creaturas, & propter relationes diuersas multa esse ponenda verba in Deo. Respondet, magis principaliter verbum significare relationem ad dicentem, quàm ad creaturas: & propter relationem vnam ad dicentem non esse opus vt sint verba plura, sed vnū: quod erat satis soluendo argumento. At verò de formali significatione verbi nihil definit eo loco. Præterea loquitur ibi de Verbo diuino, quod fatemur significare relationem, vt statim explicabimus, scilicèt conceptu absoluto.

Explicatur 2.

7. Assertio contra 1. sentent.

Præterea vt nomen hoc, verbum, coaptemus diuino Verbo, multò meliùs dicimus

dicimus verbum creatũ significare formam absolutam; Verbum autem diuinum significare relationem.

8.
1. Aduert. ex cap. 65.

Aduertendum ergo est id quod cap. præcedẽte statuimus, istud nomen personam diuinam significare simul relationem & naturam; relationem, inquã, conceptu absoluto, vt est forma hypostatica: quare nomen, Pater aut Filius, quod apud nos est simpliciter relatioũ, vt est nomen personæ diuinæ est simpliciter absolutum; quia significat Deitatem absoluto conceptu, & relationem vt subsistentem absoluto cõceptu. Quãobrem quanuis verbum significetur absoluto cõceptu, maximè quadrat nomẽ ipsum Verbo diuino: itavt significetur ipsa relatio absoluto conceptu.

Pater & Filius apud nos sunt nomina simplici er relatiua, in diuinis simpliciter absoluta.

Ratio.

9.
2. Aduert.

Aduertendum enim est quòd verbũ, est quoddam nomen concretum, quo significamus id quod per intellectionẽ procedit; ipsa enim forma intelligibilis est terminus intellectionis & res procedens. Igitur in nobis totum hoc est absolutum, scilicèt forma ipsa intelligibilis quæ est id quod procedit; in Deo verò id quod procedit est relatio ipsa subsistens habens formam absolutam. Quare sicut nomen, persona, apud nos significat quid absolutum, in Deo autem significat relationem; & vtrobique significat absoluto conceptu. Ita verbũ creatum significat quid absolutum; Verbum autem Diuinum significat relationem; & vtrobique absoluto conceptu. Verbum autem commune creato, & increato significat absoluto conceptu id quod per intellectionem procedit abstractum à relatiuo & absoluto: quare vt nomen istud accõmodemus Verbo diuino melius dicimus, apud nos significare quid absolutum, scilicèt formam intelligibilem quę procedit; quod verbum in Deo est relatio subsistens, ipsa enim relatio est forma intelligibilis, sicut est Deus in Deitate subsistens, & persona, vtpotè procedẽs à Patre; nihil enim in Deo procedit nisi relatio.

Verbũ cõmune creato, & increato significat absoluto conceptu terminum intellectionis, vt supra.

10.
2. Sentẽt. *Caietani.*

Thom. Caiet. 1. p. q. 34. art. 3. opinatur Verbum in Deo significare solam relationem, quia est nomen personæ; & illud quod legimus Ioan. 1. *Verbum erat apud Deum*, Græcè dici *Verbum erat ad Deum*, quasi relatiuè; de quo commentario arguitur ab Ambros. Cathar. lib. 1. annotationum in Caietanum. Nam

affirmat in Deo Verbum significare solã relationem.

Ratio.

Eius cõmẽt. in *Ioan.* 1.

Arguitur à *Cathar.*

A Patres interpretãtur significari permanentiam Verbi in Patre, nõ relationem. Quod ad rem est, non viderur posse negari quòd Verbum significet ipsam naturam intelligibilem simul cum relatione; neque non ideo personale erit, vt elucidatum est.

Est igitur differentia inter nomen Filij & Verbi; primùm apud nos, hæc maximè distant, quia Filius est hypostasis & formaliter est relatio; verbum autem est accidens & forma absoluta. At verò in Deo, Filius est nomen aliquando relatiuum significans solam relationem, & aliquando personale est: Verbum autem semper est nomen personale, quia significat formam intelligibilem procedentem; quæ non est sola relatio, sed est relatio simul & essentia: Præterea Filius vt nomen personale, significat naturam diuinam in ratione intelligibilis, vt lib. 2. declaratum est. Sed tamen in hoc conuenit vtrumque nomen personale, quòd significat in obliquo relationem relatiuo conceptu prout est ad aliud; quia in conceptu personę Filij, dum vtimur nomine Filij exprimitur in obliquo ordo ad Patrem, & in conceptu Verbi explicatur etiam relatio ad dicentem. Et similiter vtrumque nomen significat in recto relationem non relatiuo conceptu, sed vt subsistentem conceptu absoluto, vt declaratum est.

B

His explicatis nomen Spiritus Sancti perscrutandum est; & quidẽ si haberemus nomen proprium significans formam illam, quæ per dilectionem procedit; omnia quæ dicta sunt de verbo quadrarent in illud nomen; vtpotè si amorem dicamus. Sed, amor, est nomen æquiuocum, quod significat aliquando actũ diligendi; aliquando ipsum terminum dilectionis apud eos autores, qui in dilectione aiunt esse terminum: qua posteriori significatione, amor in nobis est nomen absolutum, & significat rem absolutam; in Deo autem est quidem nomen absolutæ notionis, siue conceptus; sed tamen significat relationem simul & naturam; naturam, inquam, in ratione diligibilis; & cætera accommodanda sunt quæ de Verbo diximus.

C

Nomen autem, Spiritus Sanctus, simile est nomini Filij, quia significat naturã diuinam, & relationem siue originem spirati; differunt tamen, quia nomen Fi-

D

Hæc sent. reijcitur ex dictis

11.
Differentia inter nomẽ filij & verbi.

1. Apud nos.

2. In diuinis.

Filius est aliquando relatiuum, aliquãdo personale.

Verbũ semper est personale.

Ratio.

Filij, vt est nomen personale, significatio ex lib. 2. c. 21. n. 7. & c. 41. p. 2. num. 14.

Inter vtrũq; 1. cõueniẽtia

2. Cõueniẽtia.

Significatinrecto relationẽ, vt subsistẽtem absoluto conceptu.

12.
De quæstion. præcipua.

Si terminus dilectionis haberet nomen propriũ de illo idẽ diceretur, quod de Verbo.

Amor est æquiuocum.

Significat aliquando actũ diligẽdi; aliquãdo terminũ dilectionis apud quosdam.

In 2. signif. est in nobis nomen absolutũ: in Deo absoluti cõceptus &c. vt in Verbo.

13.
Nomen Sp. S. simile est nomini Filij, vt personale est

ilj

Filius aliquãdo est relatiuũ aliquãdo personale: Spiritus Sanctus semper est vel cõmune 3. personis, & spiritibus beatis; vel

lij aliquando significat solam relationẽ relatiuo conceptu; aliquãdo personam, sicut & nomen Pater. Nomen autem Spiritus Sanctus nunquam significat solam relationem: sed vel est nomen commune tribus personis, imò & spiritibus beatis; vel est nomen personale à Christo Domino institutum, & ab Ecclesia vsurpatum; quo personam Spiritus Sancti significamus, duntaxat absoluto cõceptu; quia ipsa relatio relatiuo conceptu vt est ad aliud, in isto nomine non exprimitur, cò quòd ex suo instituto sit nomen personæ, nõn solius relationis. De nominis notatione lib. 6. dicemus. Hæc enim sunt quæ ad constitutionem personæ disputanda fuisse, visa sunt.

personale institutũ à Christo & ab Ecclesia vsurpatum.

Nunquã exprimit relatiõ tationem relatiuo cõceptu

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER

LIBER QVINTVS

DE VSV NOMINVM DIVINORVM.

QVONIAM in mysterio Trinitatis elucidando maximè polienda est loquendi consuetudo; & ad regulas etiam dialecticas confirmãda; visum est nobis in vnum locum congerere disputationes cunctas de nominibus diuinis, & de vsu nominum diuinorum, qua inscriptione librum hunc notamus: hoc autemerit operępretium, vt quæstiones dialecticas complexi, reliquam disputationem his quasi leuioribus impedimentis repurgatam, liberãq; relinquamus.

CAPVT I.

De nominum analogia.

QVoniam ęquiuoca ab arte reijciuntur, prima statim quæstio est nobis necessariò à dialecticis perenda de æquiuocis, vel potiùs de nominum analogia, & quidem celeberrima & inter doctissimos etiam viros nunquã non dubia. Caput diuidimus in partes quinque.

Prima pars: *De æquiuocorũ, analogorũ, & vniuocorum discretione.*
Secunda pars: *Opinio Thomæ Caietani circa analoga infirmatur.*
Tertia pars: *Nomen, ens, non est vniuocum.*
Quarta pars: *Nomen, ens, analogum est vno conceptu, & ratione vna.*
Quinta pars: *De vnitate conceptus, & abstractione analogorum.*

PARS PRIMA.

De æquiuocorum, analogorum, & vniuocorum discretione.

QVoniam nomina sunt notæ siue signa affectionum vel notionum, quæ sunt in mente, vt docet Aristot. lib. 1. periherm, sicut ipsæ notiones quas dicimus conceptus, signa sunt aut similitudines rei significatę per nomen; prima consideratio nominis, qua maximè perspicitur significatio, visque ipsa nominis, versatur circa conceptum mẽtis & circa formale obiectum ipsius cõceptus, quod est ratio significata per nomẽ, & ratio obiecta appellatur. Sed ad explicandas Doctorum opiniones summopere implicatas, necesse est prẹmittere notionem vniuocorũ, æquiuocorũ, & analogorum; vt sciamus quibus nominibus vnitatem conceptus attribuant, aut denegent: & hoc ipsum agemus prima ista parte capitis.

1. Nomina sunt signa conceptuum. *Aristotel.* 1. Consideratio nominis qua maximè perspicitur eius vis & significatio, versatur circa conceptum, & obiectum formale seu rationẽ obiectam.

Est igitur obseruandum, Aristotelem ante prædicamenta, vt nomina æquiuoca, quæ vsum disputandi impediunt, reijceret, de vniuocis, & æquiuocis disseruisse; neque verò de nominibus sed de rebus significatis per nomina disputauit; hoc enim modo melius dignoscitur quæ nomina vniuoca sint, quæ æquiuoca. Res igitur vniuocę dicuntur quasi vna voce significatæ siue vocatæ, & idcirco vniuocę appellãtur; res vero æquiuocæ æquiuocatæ dicuntur siue æquè significatæ. Si verò nomina dicas vniuoca & æquiuoca, vniuoca sunt quæ vna voce significant; æquiuoca quæ æquè plura significant, siue vocant; & idcirco ęquiuo-

2. *Aristotel.* ante prædicamenta non de nominibus vniuocis & æquiuocis disseruit sed de rebus per illa significatis. Etimologia harumvocum si de rebus dicantur.

Item si de nominibus dicãtur.

æquiuoca appellantur quas nominum notationes ſtatim explicabimus.

3. Definitio rerũ vniuocarum.

Res vniuocæ definiuntur ab Ariſtotele quarum nomen commune eſt,& ſecundum nomen ratio ſubſtantiæ hoc eſt eſſentiæ, eadem. Æquiuocę res quarum ſolum nomen commune eſt, ſed ſecundum nomen ratio ſubſtantię, hoc eſt eſſentiæ, diuerſa. Res igitur quæ habent nomen commune,& rationem, quæ ſignificatur per nomen, etiam communẽ, vniuocæ ſunt: quę autem ſolum nomen commune habent, quia ratio ſignificata per nomen non eſt communis, ſed diuerſa, ſunt æquiuocæ: vel potiùs dicuntur res vniuocæ & æquiuocę, quia nihil in rebus eſt, vniuocas vel æquiuocas eſſe, ſed denominatio rationis, quatenùs per nomina ſignificantur, vt notat Boetius: quare non tam ſunt, quam dicuntur ſiue nominantur res vniuocæ, aut æquiuocæ.

Definitio æquiuocarum.

Prior declaratur.

Posterior declaratur.

Ex Boet. Res nõ tã ſũt, quam dicũtur vniuocę, vel æquiuocæ.

4. *Ex Simplic.* dicũtur vniuocæ, quia ſignificatione vna, cum vna voce ſunt cõiũctæ.

Obſeruat autem Simplicius in prologo ſuę Logicæ res dici vniuocas, quia ſignificatione ſunt cum vna voce conionctę, quia vna voce vna ratio communis ſignificatur. Æquiuocæ autem res non ſunt ſignificatione coniunctæ cum vna voce, quia ablata vna ſignificatione adhùc manent aliæ ſignificationes; & idcirco dici res æquiuocas quia æque cõueniunt in voce vna ſignificationibus diuerſis. Dicuntur autem vniuoca Græcè ſynonima (quæ autem nos Latinè dicimus ſynonima, Græcè dicuntur paronima, vt gladiùs & enſis) & quę Latinè dicimus æquiuoca, appellantur Græcè, homonima.

Æquiuocæ, quia æque cõueniũt in vna voce ſignificationibus diuerſis.

Synonima.

Paronima.

Homonima.

5 Inter vniuoca & æquiuoca ſunt media, dicta æquiuoca à conſilio.

Sed quoniam inter ea quæ ſunt extrema, vt plurimùm inueniuntur media: ita etiam inter vniuoca,& æquiuoca media ſunt; quibus, ſcilicèt nomen commune eſt, ratio verò ſignificata per nomen neque eſt omninò eadem, ſed neque omninò diuerſa. Hæc verò media quædã accedunt ad vniuoca, quia ratio eadem eſt ſed non omninò eadem, vt ſunt ea quę vno conceptu ſiue intelligentia cõeunt; quædam accedunt ad æquiuoca, quia ratio ſignificata per nomen, eſt diuerſa. diuerſis intelligentijs, ſed non eſt omninò diuerſa, ſed eſt cum aliqua ſimilitudine diuerſa. Et hæc omnia nomina quaſi media, vocantur ampliſsimo nomine æquiuoca conſilio; æquiuoca enim ſimpliciter quibus ratio omninò eſt diuerſa, caſu ſeu fortuitò conueniunt in ſolo nomine: quibus verò eſt ratio diuerſa, ſed non omninò diuerſa, iam habent inter ſe aliquam cognationem, vt conſultò videantur eodem nomine copulari; & idcirca dicuntur æquiuoca cõſilio. Vbi aduertendum eſt quòd æquiuocæ conſilio dicuntur eę res quę inter ſe cognatæ ſunt, vt propter cognationẽ rerum in eodem nomine conueniant. Nam ſiquis imponens nomen, res quæ nõ ſunt cognatæ, ratione aliqua ſiue cõſilio coniungat; vt ſi in memoriam proauorum, aut ad inuocandum Diuorum aliquem, vocet filium Franciſcum, aut Ioannem, non facit nomina quę conſilio æquiuoca dicimus, ſed caſu vel fortuna æquiuoca.

A

B

C

Alia ad æquiuoca.

Ratio cur hęc dicantur æquiuoca conſilio, æquiuocaverò ſimpliciter, dicantur à caſu.

Aduert. Æquiuocæ à conſilio dictæ ſunt propter cognationẽ, in eo de nomine cõueniunt.

Cõſultò coniũgẽs nomine res nõ cognatas, nõ facit æquiuoca cõſilio, ſed caſu.

Exemplum. 6. Æquiuoca cõſilio dicuntur omnia metaphorica nomina, & per tropũ translata & qua proportione vel attributione dicũtur.

Cõmuni nomine dicũtur analoga, quæ ſignif. hic vſurpantur.

7. Diuiſio analogorũ in analoga attributionis, & proport.

8. Priora. *ab Ariſtot.* dicũtur ad vnũ vel ab vno.

Poſteriora dicũtur analoga ab eodem *Ariſtotel.* *Idem.* *à S. Thoma. Alenſ.* *Scoto.*

Sunt igitur conſilio æquiuoca omnia nomina metaphorica, & reliqua quę per aliquem tropum à ſua ſignificatione dimouentur, aut traducuntur: tropus enim eſt immutatio ſignificationis nominis rebus ſignificatis conueniens. Sunt etiã conſilio æquiuoca quæ attributione, vel proportione dicuntur, vt poſtea explicabimus. Et hæc omnia ampliſsimo nomine ſolent dici analoga, qua ſignificatione nũc diſputamus vtrùm diuina nomina ſint analoga.

Iam verò diſſerendum eſt de analogorum diſtributione; quæ ſolent diuidi in analoga attributionis & proportionis.

Analoga quę nunc appellamus attributionis, dicuntur ab Ariſtotele ad vnũ, vel ab vno; & illa dicuntur ab illo analoga, quæ proportionis dicimus, vt licet obſeruare ex lib. 4. Metaph. text. 2. & lib. 7. text. 14. & 15. & lib. 12. text. 19. & 2. poſter. tex. 2. & præcipuè ex 1. Ethi cor. cap. 6. quem vſum loquendi Græci interpretes tenuerunt. Verum eſt quòd illa verba 5. Metaph. cap. 6. *Analogia quæcũque ita ſe habet vt aliud ad aliud*, vel iuxta verſionem Beſſarionis, *quæcunque ſe habet vt ad aliud*, S. Thom. Alex. Alenſ. & Ioan. Scotus interpretãtur de analogia attributionis, nõ ſolius proportionis. Alij verò interpretantur de analogia propottionis principaliter: quo pacto cõmentantur Græci. Sed vſurpatione Latinorum iam conſueta, etiam quæ ad vnum ſunt, analoga dicũtur; & nomine proprio analoga attributionis. Illa igitur nomina quæ ad vnum

Explicatur 1. vt ſecus loquatur.

Explicatut 2. à Græcis vt cõſone loquatur

Vſus Latinorum quis?

ſunt

Ab Arist. dicta analoga appellamus analoga proportionis.

Ratio.

sunt, dicuntur à nobis analoga attributionis: quæ verò Aristot. analoga dixit, appellamus analoga proportionis; cum sanè analogia Græcè, sit Latinè proportio.

Aduertendum tamen est in hac analogorum distributione non contineri ea quæ Aristotel. 7. Physicor. text. 31. & 10 Metaph. text. 26. docet subesse in natura generis, quæ S. Thom. in 1. d. 19. q. 5. art. 2. vocat analoga secundum esse, & Thomas Caiet. de analogia nominum cap. 2. appellat analoga inæqualitatis. Est enim quædam proportio inter species eiusdem generis, vt vna sit prima & nobilissima, quasi mensura cæterarum. Imò, vt benè notat Caiet. tract. de analogia, cap. 1. ipsa natura generica per differentias quibus contrahitur, hoc obtinet, vt magis aut minus nobilis sit, est enim nobilior natura sensitiua in homine quàm in leone. Vnde Auerroes comment. 12. asserit in genere esse priora & posteriora, sicut ponimus in analogis. Sed hæc proportio siue dicatur inæqualitatis, siue etiã æquiuocatio, est tantùm secundum esse, vt S. Thom. notat, & non cernitur in conceptu communi nominis: quare potest inueniri in nomine vniuoco, vt animal, planta. Nos verò loquimur de analogis quorum analogia in ipsis nominibus & conceptibus reperitur.

Aduert. In ista diuisione non continetur analogia secundũ esse, seu inæqualitatis.

Aristotel.

S. Thom.

Caietan.

Declaratur.

In quo uis genere est vna species prima.

Idem.

Genus per differẽtias quibus cõtrahitur non habitat magis vel minus

Auerroes.

S. Thom. Hæc analogia nõ cernitur in cõceptu cõmuni nominis.

Potest inueniri in vniuoco.

10.

Dub. cur inæqualitas illa specierum nõ reperiatur in mẽte?

Respons. Ea inæqualitas nõ est in communitate naturæ, sed in speciebus collatis inuicem.

Quòd si quæras cur illa inæqualitas quę rebus est inſita, nõ cernatur in cõceptu mentis? Respondendum est cã inæqualitatem nõ esse naturę communis in ipsa cõmunitate, quia nihil re ipsa commune est. Sed conferentes vnam speciẽ alteri, inæqualitatem deprehendimus. Communitas autem naturæ genericæ quæ in intellectu est, ab omni inæqualitate seiuncta est: & ideo apprehenditur vniformi conceptu & significatur nomine vniuoco.

Analoga igitur attributionis siue ad vnum, ea sunt in quibus vnum est principale significatum nominis, cęteris verò nomen ipsum tribuitur, quia ad illud principale habent aliquam habitudinẽ. Ideo enim dicuntur ad vnũ vel ab vno, scilicèt ab vno deducta, vel ad vnum cõparata. S. Thom. diuidit hęc analoga q. 7. de potent. art. 7. fin. in quibusdam enim est habitudo vnius ad alterum, in alijs est duorum ad tertium. Vnius ad alterum habitudo cernitur, dum animal sanum & pulsum sanum dicimus, quia pulsus dicitur sanus quia est signum animalis sani: at verò idem nomen sanum de pulsu & vrina dicitur, quatenùs vtrũque est signum sani, scilicèt cum habitudine ad animal sanũ; & hęc est habitudo duorum ad tertium.

11.

Definitio analogorũ attrib.

Horũ diuisio à S. Thom.

In quibusdam est habitudo vnius ad alterũ: in alijs duorũ ad tertium.

Exẽplũ priorũ

Exemplũ posteriorum.

Aduert. Vrina & pulsus vniuocè sana dicuntur, sed sunt analogata, comparata ad sanũ dictũ de animali

Simile.

13.

Iuxta aliquos posteriorũ analogatorũ appellatio dist. recto nomine.

Improbatur.

Ratio.

Habitudo non facit analogiã, nisi res ad quã est habitudo, significetur per nomen.

Ostenditur.

Sciẽtia pro habitudine ad scibile nõ est analogum.

Pro facultate sciendi & rebus scitis maximè

14.

Iuxta quosdã analogorũ attrib. diuisio secundũ causas efficientẽ, materialẽ, finalem, nõ formalem.

Improbatur: quia materialis

1. Ratio.

2. Ratio.

Improbatur: quia inadęquata.

Aliqui sunt qui hæc analogata pluribus ad vnum appellant nomine distincto, vt salutaria ad sanum. Sed tamẽ hæc nullo modo sunt analoga, imò vniuoca sunt; cum nomen, salutare, nõ significet animal sanum, sed significat res quæ salutem conferunt, vnà omninò ratione. Nam etsi in his sit habitudo ad sanum; habitudo non facit analogiam, nisi ipsa res ad quã est habitudo significetur per nomen. Aliàs scientia esset nomen analogum, quia significat habitudinem ad scibile: sed quia nomen ipsum, scientia, quandoque accipitur pro rebus scitis; tũc in ea significatione nomen erit analogum, quod significat facultatem sciẽdi, & rem scitam. Salutare verò nullo modo est analogum, cum salutem non significet, sed ea quę salutem conferunt, conceptu prorsus vniuoco.

Quidam sunt qui hęc analoga attributionis diuidunt secundum genera causarum; quędam enim sunt quæ à causa efficiente; quædam verò quæ à finali, quædam etiam quæ à materiali deducuntur. A formali enim causa aiunt nulla analoga deriuari, quia penes formam attenditur vniuocum non analogum. Sed hæc distinctio superuacanea est; tũ quia est materialis, nihil enim attinet ad nomen analogum, significetne causam hanc vel illam; & quandoque significat non causam, sed effectum: tum quia non complectitur omnia analoga attributionis; nam pulsus dicitur sanus, non quia est causa aut effectus, sed signũ sanitatis, & homo pictus eodem modo.

Omnia

15. Nomina per tropũ dicta ad analoga attrib. reuocantur.

Exempla.

Omnia etiam nomina quæ per tropũ dicuntur ad hæc analoga attributionis possunt reuocari; vt quòd carina nauim significet per synecdochen, & Bacchus vinũ permetonimiã: quãuis fortè his nominib' figuratis nõ cõueniãt, quę de analogis attributionis præscripta tradũtur.

16. Analoga proport. deducuntur à proportione duarum proportionũ.

Ratio.

Analoga proportionis, quæ Aristoteles sola analoga dixit, iuxta nominis notationem, quia analogia proportio est; deducuntur à proportione non simpliciter, sed à proportione duarum proportionum: nam cum inter ea quæ ad vnũ sunt siue per attributionem dicuntur, sit quædam habitudo siue proportio; illa etiã essent analoga. Sed accipimus proportionem proportionũ, quam S. Th. vocat proportionalitatem, quasi proportionum æqualitatem, siue comparationem proportionum. Hæc autem cernitur in numero clarissimè, quia sicut se habent tria ad sex proportione dupla, ita quatuor ad octo eadem proportione. Igitur eodem modo in quibusdam analogis proportionum proportio attenditur; nam vt homo risu solutus iucundus est, ita pratum floribus ornatum iucundissimum aspectu est: & idcirco cũ pratũ dicitur ridere quia floret, in hac analogia proportio est proportionum, quia sic se habet pratum cum floribus, vt homo cũ risu: est ergo hæc analogia quatuor terminorũ, vt ait Th. Caiet. c.2. quia est duarũ proportionũ, & in duabus proportionibus quatuor res cõparantur.

S. Thom. eã proportionẽ vocat proportionalitatẽ

1. Exemplũ in hoc nomine, numerus.

2. Exemplum in hoc nomine, ridens.

Hic analogia est 4. terminorum.

Ex Caiet. ratio.

17. Aduertend. Hoc nomen, numerus, nõ est analogum, quia pportio significati nõ continetur in signif. huius nominis.

Ratio.

Secus de hoc nomine, ridẽs

Hoc nomẽ, proport. ingenere quãtitatis nõ est analogũ

Ratio.

Idẽ de æqualitate & inæqualitate.

Vbi aduertendum est, quòd hoc nomen, numerus, non est analogũ proportionis; quia licèt in numero inueniatur proportio, tamen ea non continetur in huius nominis significatione; Nam hoc nomine, numerus, intelligimus omnes numeros absque vlla proportione: hoc verò nomine ridentis non intelligimus hominem & pratum, nisi cum quadam proportione. Præterea ipsũ nomen, proportio, ingenere quãtitatis non est analogũ; quia significat omnem proportionẽ, absq; analogia proportionis inter illas; sed eodẽ omninò conceptu proportionis: est enim ingenere quantitatis æquale & inæquale nomen vniuocũ, & proportio similiter. Sed hæc Dialecticis relinquamus.

18. Differẽtiarum series inter analoga

Assignandę igitur sunt differẽtię inter analoga creata attributionis & proportionis adhùc ampliùs elucidandę ex dicẽdis c.6.p.3.à n.5. & c.1.p.1.à n.61. vbi de analogia attributionis nominum diuinorũ, quę specialis est, disseretur. Primũ verò discrimen inter hæc duo genera analogorũ illud est, quod ex eorũ descriptionibus colligitur: Analoga enim attributionis dicũtur ad vnum: proportionis verò analoga suis distinctis proportionibus conferuntur.

19. 2. Differentia. In his prioribus vnũ principale exigitur exproprijs seu vnũ primũ ordine rerũ. & simul modo significandi.

Secũdũ discrimen apertissimè ex hoc ipso colligitur. In analogis attributionis est vnũ quid principale, quod nomẽ suũ sibi præcipuè vendicat; cæteris verò nomẽ attribuitur cũ quadã habitudine ad primũ: & ita in his analogis semper est ordo prioris, & posterioris indicatus per nomẽ. In analogis verò proportionis sola cõparatio proportionũ per se exigitur, & nihil ibi est principale ex proprijs istius analogiæ; v.g. pratũ ridet, & ridet homo; risus quidẽ principaliter inuenitur in homine; sed hoc non prouenit ex analogia proportionis quæ dũtaxat id postulat, vt sicut se habet homo ad risũ, ita & pratũ se habeat ad flores. Et explicatur hoc clariùs, nã persona in specie humana est analogũ; & tamen nõ est vna psona principalius significatũ nominis; sed omnia æquè significãtur; & tamẽ analogicè, vt postea obseruabims: quare in his analogis nõ sẽper est prius & posterius; vt persona nõ dicitur prius de vna quã de alia; ridere verò dicitur prius de homine quã prato, quia de prato dicitur per metaphorã: sed hoc nõ est necessariũ ad analogiam istam proportionis.

2. Clarius personę inspecie humana.

Illatum: In posterioribus nõsemper est prius & posterius: vt est in prioribus.

Exempla eadem.

20. 3. Differentia. Priora, definiũtur p illud vnũ ad quod dicũtur.

Ratio est 4. differentia.

Hoc nõ est necesse in posterioribus.

Tertium discrimen facilè ex ijsdem colligitur, quòd in analogis attributionis quæ dicuntur ad vnum, per illud idẽ definiuntur, ad quod dicuntur, quia in ipsa nominis significatione indicatur illa habitudo, quam oportet definitione explicare. In analogis verò proportionis hoc non est necessarium ex proprijs illius analogiæ: quare principium viæ, & temporis, & loci, & originis omnia analoga sunt, & nullum illorũ definitur palterũ, quia est analogia proportionis.

Principium viæ, tẽporis, loci, & orig. sũt analoga pport

21. Aduert.

Vbi aduertendũ est quòd in his analogis proportionis, ipsa proportio non indicatur per nomen; nam si per nomen indicaretur, oporteret vnũ per alterum definire, aut vtrũque per alterum, vt relata definimus: sed tamen inuenitur in rebus ipsis significatis, quatenùs conueniũt in nomine communi analogo; quia

In his proportio ipsa nõ indicatur nomẽ

Ratio.

Inuenitur in rebus signif. cõuenientibus in cõmuni analogo

Ratio.

nihil illis est commune nisi ipsa proportio, vt postea declarabimus. Et ideo supra diximus proportiones numerorũ non contineri in hoc nomine, numerus; quia scilicèt non conueniunt numeri in sola proportione, sed in specie subalterna quantitatis, quæ dicitur numerus.

num. 17.

22.
4. Differ. Prior a in nominis significatione ostendũt habitudinẽ ad vnũ primum non ita posteriora.

Ex quibus potest colligi quarta differentia istorũ analogorum; nam quæ sunt attributionis in ipsa nominis significatione habitudinem ostendunt ad vnum primum; quam non habent analoga proportionis ex propria ratione analogiæ; quia in significatione nominis nõ explicatur proportio, licèt in re inueniatur. B

23.
5. Differ. iuxta alios: Posteriora necessariò significare formã in suis analogatis: priora non ita.

Improbatur.

Alij adijciunt aliud adhùc discrimen, quòd analoga proportionis necessariò significent formam aliquam in suis analogatis, quam non est necesse vt analoga attributionis significent. Sed hoc videtur esse falsum; nam ridere significat in prato viriditatem propter quam dicitur ridere; Sicut sanum significat in pomo causam salutis, propter quam dicitur sanum, & in prato non est vera forma ridendi, sed aliquid loco formę, sicut in pomo nõ est ipsa sanitas, sed aliquid loco sanitatis propter quod sanum dicitur. Thom. Caietan. alia documenta C tradit de analogis quæ parte cap. sequẽti confutanda sunt.

In prato nõ est forma ridẽdi: sicut nec in pomo sanitas.

24.
Aduert.

Est tamen adhùc animaduertendum, vtramque analogiam scilicèt attributionis, & proportionis simul in eodem nomine posse reperiri; verbi gratia, ens, analogum est substantiæ, & accidentis; tum per attributionem, quia accidens est ens cum habitudine ad substantiam; tũ p proportionẽ, quia sicut substantia se habet ad suum esse, ita & accidens ad suum esse. Ridere etiam analogum est proportionis, vt explicabimus, & simul D attributionis, quia viriditas prati dicitur risus cum quadam habitudine ad risum hominis: sed neque omne analogum attributionis est proportionis simul, vt liquet, quia sanũ est duntaxat attributionis analogum: neque analogũ proportionis est necessariò cum attributione coniunctum; nam principium siue persona sunt duntaxat analoga proportionis.

1. Assertum. Vtraque analogia in eodẽ nomine reperiri potest.
1. Exemplum ent.s.
2. Exemplum ridentis.
2. Assertum. Non semper vtraq; inuenitur simul in eodem.
1. Exemplũ de sano.
2. de principio, siue de persona.

25.
Dubium circa 1. assertum.

Vltimum superest dubium in his analogis in quibus attributio & proportio simul cernitur, quænam istarum analogia alteram antecedat nostro modo intelligendi? Dicendum est priorem esse analogiam attributionis; tum quia in ea est aliquid primum, à quo cætera pẽdent; à primo autem initium intelligẽdi facimus: tum quia illa est simplicior; est enim analogia attributionis duorũ terminorum, proportionis verò analogia est in terminis quatuor, vt diximus; simpliciora autem priora sunt. Explicatur exemplis. Si enim quis percontetur, quid sibi velit quod dicitur pratum ridere? primum est quod respondemus, pratum florere, in quo exprimitur analogia attributionis, ridere enim significat hominis admirantis lætitiam, & per attributionem floriditatem: est autem causa attributionis, quia sicut se habet homo ad risum, ita pratum ad flores. Quòd si obijcias causam esse priorem, & hoc nomen institutum fuisse ad significãdam amænitatem ob causam proportionis, & ita proportionem esse priorem quàm attributionem: respondendum est, istam esse causam institutionis humanæ, vt risus significet viriditatem prati ob illam proportionem, sed in significando prius exercetur ipsa attributio quàm proportio, vt probauimus. Similiter Deum dicimus sapientem, non vt nos sumus, sed per essentiam sapiẽtẽ; in quo significatur analogia attributionis. Postea explicatur res hęc magis, dum intelligimus Deum sic se habere ad sapiẽtiam essentialem, vt se habet homo ad accidentalem, proportione quadẽ. Et ita analogia proportionis est posterior.

Resolut. Prior est analogia attrib.
Ratio 1.
Ratio 2.
Est simplicior: quia duorũ terminorũ, vt num. 16.
Simpliciora sunt priora.
Ostenditur in exemplo dentis.
Obiect.
Respons.
Ostenditur in exemplo sapientis.

SECVNDA PARS.

Opinio Th. Cai. circa analoga infirmatur

1.

HAc secunda parte capitis in animum induximus explanare intellectu difficillimam opinionem Thom. Caiet. 2. cap. de analogia, eamque radicitus conuellere, & in gratiam studiosorum has quasi salebras resecare.

2.
De analogis attributionis Caietani
1. assertum.
1. Eius pars. Ea nõ habere vnũ cõceptũ.
2. Pars. Eadẽ de 1. significãdi nomine, & ratione de alijs nomine tantum.
3. Pars. Ab his non sumi argumẽtũ

Caietan. igitur quodã tractatu de analogia, c. 2. vbi de analogis attributionis disputat; docet ea nõ habere vnũ cõceptum; & dici quidem nomina analoga de suo primo significato nomine & ratione; de alijs verò quibus attribuitur nomine tenus dici: & vt insinuat c. 3. consequens est, vt ab his analogis nõ sumamus argumentum: nomina enim subie-

&a

4. Pars. Eadē esse circa vnum numero, nō positiuè, sed negātèr

Declaratur ex diserim. inter animal, & sanum.

da pluribus conceptibus non sunt apta argumentationi. Asserit præterea hæc analoga attributionis esse circa vnum numero; quā vnitatem numericam per negationem exponit, verbi gratia animal non significat vnum numero positiuè, ideſt, hoc animal aut illud, neque etiā significat vnū numero negatiuè, ita vt non sint plura animalia contenta sub hoc nomine animal; sanum verò etsi nō significat vnum numero positiuè, quia non significat hoc sanum aut illud; significat tamen vnum numero negātèr, ita vt animal sanum & pomum sanum non sint plura sana; vnum enim est sanum quod est animal. Itaque hæc nomina analoga significant vnum negatiuè, hoc est, significant id quod non est multiplicabile in analogatis. Cum autē has ponat conditiones analogorū attributionis; videtur planè annuere, quòd analoga proportionis oppositas partes obtineāt; scilicèt quòd sint vnius cōceptus: quod non solo nomine dicantur de analogatis: & quòd arguendi arti inseruiāt: & quòd non significent vnum numero negatiuè, sed aliquid multiplicabile; dicimus enim tria principia, & personas tres; quę sunt analoga proportionis.

Sanū vnū est negatiuè, ideſt non plura.

nnu it analogorū proport. oppositas esse conditiones.

1. Conditio Secunda. Tertia.

Quarta.

3. 1. Partis, & ex conseq. aliarū improbatio.

In hac opinione iam illud displicet, quòd asserat Caietan. analogata attributionis non posse conuenire in conceptū vno.

4. 1. Aduert. 1. Certum: Quędā analoga sunt pluriū conceptuum. Exemplum de leone.

Obseruandum verò est non omnia analoga esse vnius concetpus, & hoc est certum & per se euidens; leo enim significat animalis speciem, & significat etiam fortitudinem. Itaque proprius conceptus istius nominis exprimit naturam leoninam, quæ si definitione explicetur, nullo modo continet fortitudinem; est enim leo animal & substantia; fortitudo autem qualitas est, & differunt genere: non est ergo intelligibile quòd eadem definitione explicetur leo & fortitudo; conceptus autem rei est ipsa ratio formalis rei, quasi brevis definitio; ergo hoc nomen, leo, duobus conceptibus significat quandam speciem animantis, & quandam speciem qualitatis: sunt ergo quędam analoga quæ æquiuocis viciniora sunt, quia pluribus conceptibus sua analoga complectantur: alia verò vno conceptu vt ens, persona, principium.

Leo, & fortitudo differūt genere, vnde nō explicātur eadē definitione

Cōceptus, est ipsa ratio formalis rei quasi breuis defin.

Quędā analoga sunt vnus conceptus; vt ens, persona, principium.

Certum etiam est, quædam esse analoga attributionis, & proportionis simul, vt diximus; & illorum alia esse pluribus conceptibus aptata, vt ridere, quod de homine & de prato dicitur; alia verò vni conceptui subesse, vt ens. Quare intelligendus est Thom. Caiet. quòd hæc analoga sint vnius conceptus, non propter attributionem, sed quia aliàs sunt analoga proportionis. Et quidē verū est nullū esse analogū vnius conceptus, in quo nō sit proportio; in omnibus enim analogis quæ vna definitione cōtinentur, est proportionū comparatio. Verum quoq; est quòd analogia proportionis nunquā inuenitur in pluribus conceptibus, nisi sit attributionis simul, vt ridere. Sed quòd analogia attributionis plures cōceptus afferat, non assentimur; Nam hoc est cōmune vtriq; analogiæ, quòd inueniatur in pluribus cōceptib°, & in vno. Et probatur ratione; quoniam attributio hoc solum postulat vt vnum sit primum, & alia posteriora. At verò in eodem cōceptu vtraque possunt conuenire priora, & posteriora, scilicèt substantia & accidens; Deus & creatura; ergo in ipsa attributione potest esse conceptus vnus.

5. Ex analogis, quæ simul attrib. & proport sunt, quædam sunt plurium cōceptuū, alia vnius.

Ad Caietan. interpretatio.

In omni analogo vnius conceptus est proportio.

Analogia proport. nunquā inuenitur in pluribus cōceptibus nisi si simul sit attrib.

Analogia attrib. nec sēper affert plures cōceptus: sed cōmune est vtrique analogiæ quòd sit in pluribus, & in vno.

Probatur.

9. 2. Aduert.

In analogis attrib. res significata cōuenit aliquando soli principali analogato, cæteris verò non res sed causa effectus, aut signū rei.

Exemplum de sano.

In his sunt plures conceptus.

Aduertendum igitur est, quòd in analogis attributionis, res significata per nomen conuenit aliquando soli principali analogato, in alijs autē analogatis minus principalibus quandoq; nō inuenitur res significata per nomen, sed causa, aut effectus, aut signū rei. Verbi gratia, sanū significat sanitatēprincipaliter, hæc autem in solo animante inuenitur: in pulsu verò signū sanitatis, & in pomo causa sanitatis. Et his nominibus analogis non subijcitur conceptus vnus, sed cōceptusplures, vt liquet, cū nō sit eadē res significata in analogatis, & quia nomē ens est analogū attributionis, quod principaliter significat substantiā, & minus principaliter accidentia: quidā existimant accidētia nō esse entia nisi nomine tenus, vel (quod aiunt) extrinseca denominatione, quā fuisse opinionē Parmenidis dixit Simplici' 1. Phisic. & Aug. Nyph. disp. 1. & idem tenet Ægid. 4. metaph. q. 4. &. 5. & alij. Et hoc insinuare videtur etiāCaiet. dum ait analoga attributionis significare vnum, ita vt res significata per nomen non multiplicetur: consequitur enim vt substantia & accidens

Hinc de ente 1. fēt. accidētia non esse entia nisi nomine tenus, vel denominatione extrinseca.

Parmenid. apud *Simpl.* & *Niph.* *Ægid.* *Caietan.* vbi supra n. 2. idem insinuat

In cõmẽt. ad 1.p. docet oppositum.

accidens non sint duo entia, sed substãtia sit vnum ens,& accidens duntaxat nominetur ens,vt pomũ nominatur sanum. Ipse tamen Caiet. 1.p.q. 13. art.5. docet ens intrinsecè dici de substantia & accidẽte; quare nõ solo nomine putat dici de accidẽte:& fortè variꝰ est,& sibi non cõstat in opinione ista. Hi sanè Doctores hoc existimãt proprium esse illorum analogorum attributionis vt vno conceptu significent id quod est primũ, cæteris autem rebus alio vel alijs conceptibus tribuantur.

Fortè varius est in hac re. Hæc sent. ait proprium esse analogorũ attrib. vno conceptu significare primum, alio, vel alijs, cætera.

7.

2. Sententia *Fonsec.*

Sunt verò quidam, qui affirmant accidẽtia esse entia ,& ita dici debere; sed tamen si consideretur in eis analogia attributionis, non esse entia nisi extrinseca denominatione ; esse verò entia propter analogiam alteram proportionis, qui certè Caietanum hac in re vidẽtur consequi ; aiunt enim ens quatenùs est analogum attributionis, supponi pluribus cõceptibus ; quatenùs verò proportionis est, vni cõceptui subesse ; quare analoga attributionis semper subijci duobus conceptibus. Sed hoc quoque est falsum ; nam in analogia attributionis dicitur accidens non esse ens , quia non est id quod est, sed quo aliud est: scilicèt albedo est non ens quod est, sed quo Petrus est albus ; quo etiam pacto humanitas non est ens, quia non est id quod est. Hic ergo defectus entis, est in causa, vt accidens dicatur non ens: sed idem defectus declaratur in analogia proportionis, quæ est cum attributione coniuncta ; ergo etiam in ea analogia proportionis accidens non est ens ; & nunquam erit conceptus entis vnus. Probatur minor propositio ; quia dum explanatur, quòd sicut se habet substantia ad suum esse, ita accidens ad suũ esse, exprimitur ipsa proportio deficiens ; quia accidens non est id quod est simpliciter , sed est secundum quid : ergo hic modus dicendi quo dicimus accidens non ens, scilicèt non ens simpliciter, sed sed ens, secundum quid , non tollit vnitatem conceptus in ipsa analogia attributionis; sicut neq; in analogia proportionis; in qua cõfitẽtur vnitatẽ cõceptꝰ.

Dicendum igitur est hunc defectum prædicationis entis ex analogia attributionis oriri ; nam vbi est sola analogia proportionis, est simpliciter communis prædicatio , vt primũ & persona de ijs

Proport. & vera sentent.

Hic defectus predicationis entis ex analogia attrib. oritur.

Ratio.

A de quibus prædicantur, cõmuniter dicũtur,& simpliciter: sed tamẽ defectus iste qui oritur ab analogia attributionis , etiã in analogia proportionis inuenitur quãdo vtraq; analogia cõiuncta est. Neque nomen idẽ analogum duabus analogijs, propter illas subijcitur duobus cõceptibus; sed in vno &eodem conceptu exercetur,& cernitur duplex genus analogiæ; vt in conceptu vno & eodẽ entis est analogia attributionis & proportionis. Reflexi verò ad eundẽ conceptum entis meditamur duas analogias duobꝰ cõceptibus nõ duobus conceptibus entis, sed duobus conceptibus repræsentãtibus analogias duas, quę in diuersis cõparationibus, & cõsiderationibus discernuntur : nominis autẽ entis conceptus est vnus & idem; in quo analogia est duplex. Quare existente conceptu vno entis, quòd accidens sit ens vel nõ sit ens, in vtraq; analogia siue attributionis, siue proportionis eodem modo explicãdũ est: accidens enim est verè & formaliter ens, & nõ sola denominatione extrinseca: aliàs etiam in analogia proportionis nõ esset ens, vt probatum est; sed tamen non est ens simpliciter. At verò quæ sũt analoga rebus diuinis & creatis, simpliciter sunt vtrisq; cõmunia, etiamsi ibi sit aliqua analogia attributionis:

B

C quia vnũ analogatũ non definitur per aliud, & ideo res significata cõuenit vtrique simpliciter. Sed hoc est singulare in attributione nominum diuinorum, vt posteà docebimus.

Sunt ergo analoga quędã attributionis vnius cõceptus; & quę nõ solo nomine, sed vno etiã cõceptu sua analogata cõplectũtur; & à quibus licet ducere argumẽtũ; & quæ significant aliquid cõmune multiplicabile neq; hæ sũt differẽtiæ inter hæc analoga attributionis , & ea quæ sũt proportionis, vt Th. Caiet. vult: licèt verũ sit, quòd in his analogis attributionis vnius conceptus sæpe inueniatur coniuncta analogia proportionis. vt explicatum est.

D

Aliud est quod affirmat Caiet. eodẽ cap. 2. analogum scilicèt attributionis significare primum suum significatũ distinctè, & nihil aliud significare: sed præterea significare habitudinem sui significati distinctè ; & alias habitudines ad illud confusè. Verbi gratia, sanum significat solam sanitatem, & præterea significat

Etiã in analogia proportionis inuenitur, quando vtraque cõiuncta est.

Ens propter duas analogias nõ subijcitur duobus cõceptibus entis, sed vni.

Ad hũc reflexi formamus duarũ analogiarum duos conceptus.

Ipsius entis, vnus est cõceptus in quo exercetur & cernitur duplex analogia.

3. & vera sẽt. In vtraque analogia accidens est formaliter ens secundum quid, & nõ ẽs simpliciter.

Quæ sũt analoga diuinis & creatis, simpliciter sunt vtrisque cõmunia.

Ratio.

9.

1. Asserti, 4. partibus totidem dictis opposita.

10.

Caietani

2. Assertum.

1. Eius pars. Analog. attrib. solũ significare suũ 1. significatum distincte.

2. pars.

Pro vtraq. p. exemplũ sani,

Pro vtraq; p. exẽplum sanificat habitudinẽ ipsius sanitatis ad animal in quo est, quam significat distinctè, est enim propria habitudo formæ significatę per nomen, Cætera autem quę dicũtur sana, habent suas habitudines ad sanitatem, pomum habitudinem causæ, & vrina habitudinem effectus, vel signi; has ergo habitudines nomen, sanũ, significat confusè.

11. Improbatur quoad 1. p. Sequeretur sanum esse vniuocum.

Hoc igitur secundum est, quod in Caietano improbemus, scilicèt quòd analogum attributionis significet vnũ tantum, videlicet principale significatũ dũtaxat; verbi gratia, quòd hoc nomen, sanum, solã sanitatem significet. Hoc autem apparet esse falsum: nam si hoc nomen, sanum, solam sanitatem significaret, esset vniuocũ; à significato enim formali sumitur vniuocatio; nam etsi significaret respectus plures ad sanitatẽ, esset vniuocũ, vt postea ipse Caietanus differit: aut saltẽ sanũ animal & sanũ pomũ differrent, sicut denominatiua, scilicèt non differrent formâ significatâ, sed habitudine ad formã vt sanũ & sanitas; nomen autẽ, sanũ, vt significat animal sanũ & pomũ sanũ, denominatiuum non est, cum sit nomen idem; denominatiua autem sunt nomina plura. Necꝫ dubiũ est, sanum æquiuocũ esse, aut analogum: & probatur euidentèr; cum enim audio pomũ esse sanũ, aliquo conceptu intellectum informo; ille autẽ conceptus qui respondet nomini sanũ, non est conceptus formalis sanitatis; intelligerẽ enim pomũ habere in se sanitatẽ; ergo est cõceptus alius, siue simplex, siue duo conceptus, quo aut quibus intelligo pomũ esse causam sanitatis: sanum autem, & causa sanitatis diuersi cõceptus sunt; & vtriq; cõceptui subijcitur idem nomen, sanũ: ergo hoc nomen, sanum, non significat solam sanitatem. Quare in ijs analogis quæ habent plures conceptus, nõ significatur vnũ numero negatiuè, nec significatur vna forma cũ diuersis respectib°, v.g. vna sanitas, vt Caiet. vult; sed potiùs significãtur plura plurib° cõcepti b°, quæ vno nomine nõ possũt numerari: sicut enim canẽ cęlestẽ, & marinũ, & terrestrẽ, non dicimus canes tres; quia nomen, canis, in tota amplitudinne significationis nõ significat vnũ vno & eodem nomine numerabile; ita pomum & animal non dicimus duo sana, quia sanum non significat vnũ quid, quod possimus

Sanum esse æquiuocũ aut analogum probatur euidenter.

In analogis plurũ conceptuũ non significatur vnũ numero negatiue, nec vna forma cum diuersis respectibus: sed plura pluribus conceptibus.

Exemplũ. Canẽ cęlestẽ & marinum & terrestrẽ nõ dicimus canes tres.

Pomum & animal non dicimus duo sana.

A numerare eodem nomine sanum, sed significat sanitatem, & causam sanitatis duobus conceptibus. Sunt ergo plura significata nominis analogi, etiam eius quod est per attributionem; & non vnum tantùm, vt Caietanus credit.

12. 3. Assertum est 2. asserti p. 2.

Tertium quoque assertum refutamus, quòd analogum attributionis significet illos respectus, qui in attributione cernuntur, etiam eos quibus cætera dicuntur ad vnum, & hoc idem videtur refutare idem Caietanus cap. 3. quia (inquit) esset nomen vniuocum, scilicèt ex ea parte qua istos respectus significaret; relatio enim siue respectus saltem in realibus relationibus vniuocum est. Sed nos longè diuersa ratione impugnamus Caietanum: asserimus enim illos respectus quibus dignoscitur analogia attributionis, non esse res significatas per nomen; licèt aliquando accidat aliquem istorum conceptum siue relationem aliquam ex istis per nomen significari. Nomẽ enim, ens, significat substantiam sine respectu ad accidens, qui tamen respectus consideratur in analogia; in quacunque enim comparatione sunt duo extrema relata siue collata: & significatur accidens cum respectu ad substantiam; sed nõ significatur ipse respectus ad substantiam; sed res absoluta, scilicèt accidens cum respectu siue relatione in obliquo, vt lib. 3. edocuimus. Nomen verò, sanum, significat sanitatẽ in animante, sed non significat ipsam relationem sanitatis ad animantem: & significat in pomo qualitatẽ, qua natũ est ad sanitatem conferendam. Et in pulsu hoc idem nomen significat relationem rationis, scilicèt significat ipsum indiciũ sanitatis; quæ est propria relatio quæ in analogia consideratur, qua pulsus dicitur sanus, id est sanitatis index. Sed sũt pleraque alia analoga attributionis in quibus non hoc accidit, vt relatio ad vnũ principale significetur per nomen analogũ. Nulla ergo necessitas inest nomini analogo, vt significet relationes in quibus cernatur analogia; sed significat res ipsas quas mente apprehẽdimus audito nomine: & analogum quidem attributionis, saltem in rebus creatis, significat sua analogata cũ quadam relatione: hoc enim attributio ipsa designat: sed non necessariò significat ipsam relationem, vt ostendimus.

Contra illud ratio ipsius Caietan.

Relatio saltem in realibus, vniuocum est.

Alia ratio.

Respectus quibus dignoscitur analogia attrib. nõ sunt res significatæ per nomen: licèt aliquis aliquando signif.

1. Exemplũ entis.

Non significat respectũ.

Significat accidẽs cum respectu in obliquo, vt lib. 3, c. 1. p. 1. n. 2.

2. Exemplum sani.

In pulsu significat relationẽ rationis, sc. indiciũ sanitatis

Pleraq; alia analoga attrib. nõ significant relationem ad vnum principale.

Analogum attrib. saltem in creatis, significat sua analogata cum relatione.

13.
Coroll. In analogatis minùs principalibusrelatio ad principale analogatũ indicatur in obliquo.

1. Exẽplũ in analog. attrib.

Hæc forte mẽs *Caiet.*

2. Exemplũ in analogia proport.

Cum hominem appellamus leonẽ intelligimus fortem vt leonẽ.

In analogatis ergo minùs principalib' licèt non significetur relatio ad principale analogatum, indicatur tamen in obliquo; quia verbi gratia, qualitas pomi ad salutem conferendam conducés, quæ significatur nomine sani, non potest percipi sine ordine ad sanitatem; & hoc fortè voluit Caietanus. Similiter cum leo dicitur de homine forti, quę est analogia proportionis, nomen, leo, non significat fortem per conceptum leonis, sed per conceptum fortis; qui tamen conceptus non solùm fortem declarat, sed fortem vt leonẽ, sic vt propter proportionem respiciat leonem; cũ enim hominem appellamus leonem, intelligimus fortem vt leonem: in qua intelligentia cernitur proportio. Diuersis tamen conceptibus, hoc nomen, leo, significat animal istud, & fortem. Quod autem audito nomine leonis, ille conceptus, fortis, leonem respiciat, videtur experimento constare; ita enim fortem intelligimus, de leone simul aliquid cogitantes; neque enim intelligimus simpliciter fortem, sed quasi leonem fortẽ; & ita est venustas in tropo. Siue igitur hę allusiones vno conceptu in mente efficiantur, siue pluribus conceptibus, illud certũ est nomina ista analoga nõ vnũ significare, sed plura pluribus cõceptibus.

14.
De vnitate cõceptus entis.

1. Sentent. *Caietan.* à se dissidẽs in 1. p. 2. asserti & in 1. p. 1. asserti applicata ad ens.

Verum vt veniamus ad vnitatẽ conceptus entis, miror sanè Caietan. in hac quæstione nunquam sibi consentientẽ; nam cum asserat analogum attributionis vnum tantùm significare, & nomen ens esse analogum attributionis; consequens erat vt diceret nominis istius esse vnum conceptum, sicut & vnum significatum. Negat hoc tamen, & asseuerat nomen entis non vni conceptui subijci, sed pluribus, eodem tractatu, cap. 2. & 6.

15.
Huius sent. 1. assertum. Plures esse cõceptus entis taliter quòd singulis cõceptibus cõtineãtur õnia entia, sc. vnũ aliquod genus, v. g substantia, distinctè, & reliqua confuse.

2. assertum simile de quãtitate.

Præterea id quod magis admirandũ est, plures conceptus attribuit nomini entis, ad eum modum vt singulis cõceptibus contineantur omnia entia: verbi gratia, in conceptu entis quo distinctè repræsentatur substantia, ait confusò repræsentari omnia accidentia; & in alio conceptu quo distinctè repræsentatur quantitas, ait repræsentari confusò substantiam cum alijs accidentibus; & ita partitè distribuit nomen entis per conceptus singulorum generum, vt illius generis sit singulatim distinctus cõceptus qui est cæterorum confusus.

Addit, præter hos conceptus nullũ aliũ conceptum esse entis quasi communẽ; & (id quod consequens est) affirmat nullam esse abstractionem entis, de qua re disputabimus.

Contra quam sententiam Francisc. Ferrar. videtur obiecisse Caietano, quòd euertat vnum conceptum entis quem posuerat lib. de ente & essentia.

Respondet autem Thom. Caietanus, rem obscuram obscurioribus declarãs. Ait enim analogum duobus modis posse intelligendo comprehendi; primum vt intelligamus res ipsas quæ fundant analogiam, & ita intelligimus vnũ analogum conceptu distincto, & cætera cõfusè duntaxat vt dictum est. Alio modo intelligimus non tam res, quàm ipsam rerum analogiam; & hæc intelligẽtia fundatur in ipso nostro modo intelligendi. Exemplum primi sit os, quod analogicè dicitur de osse animantis terrestris, & de spina. Itaque vno conceptu intelligimus os vt sustinet carnem, & sin ul intelligimus spinã piscis quæ eius carnem sustinet: & ita res distinctas cõsideramus vno conceptu secundũ quod in analogia conueniunt; scilicèt secundum quod sustinere carnem inuenitur in vtroque. Exemplum secundi, hoc nomen sustinẽs carnem, quod conuenit ossi & spinæ; & est ipsa analogia in vtroq; fundata. Et in vtroque exemplo conceptus analogi est imperfectus, & non distinctus: in primo exemplo est imperfectus conceptus ossis, quia significat distinctè os, confusè verò spinam. In secundo exemplo est conceptus imperfectus, quia ipse conceptus si explicetur, est simul conceptus ossis & spinæ. Ex quibus colligitur quòd in vtroque exemplo conceptus analogi perfectus, distinctus, & adęquatus non est vnus sed plures; conceptus autem imperfectus, in adæquatus, & cõfusus potest esse vnus. Et ita concordat suas opiniones, quòd lib. de ente & essent dixerit entis esse conceptum vnum, scilicèt imperfectum: & in lib. de analogia non esse conceptum vnum, scilicèt perfectũ & adæquatum.

Ex qua doctrina esto vera sit aut falsa, hoc solum colligimus, quòd Caietan. nomini entis attribuit vnum cõceptum imperfectum. Sed hoc quoque non concordat cum doctrina eius. Nam in hoc tractatu

16.
3. Assertum. nullũ esse aliũ cõceptũ tũ entis quasi cõmunẽ nullamque abstractionem.

17.
Obiectio *Ferrar.* cõtra *Caiet.*

18.
Respons. *Caietan.* Analogũ vel esse res quę fũdant analogiã vel analogiã ipsarum rerũ.

Exemplũ primi, os.

Exẽplũ secũdi, sustinẽs, carnem.

Docet in vtroque exemplo cõceptũ analogi esse imperfectũ & non distinctum.

Colligit in vtroq; exẽplo conceptũ perfectũ, distinctũ & adæquatum esse vnum imperfectũ cõfusũ, & inadæquatũ, posse esse vnum?

Hinc ad obiect.

19.
Pugnahui' doctr. enti attribuẽtis cõceptũ imperfectum vnũ cum assertis, n. 15.

Ostenditur

tractatu de analogia, vt modò commemorauimus, enumerat nominis entis, plures conceptus imperfectos, vtpotè qui singulatim repræsentant vnum distinctè, & alia cõfusò. Et affirmat præterhos conceptus nullum esse alium conceptum communem entis: ergo conceptus communis entis etiam imperfectus, non est vnus, sed plures sunt.

Ex ijs assertis infertur conceptum cõmunẽ entis etiam imperfectum non esse vnũ, sed plures.

Prætermissâ igitur dictorum discrepantiâ, ipsa asserta expendenda sunt. Et primum assertum quòd conceptus entis repræsentet substantiam distinctè, & accidentia confusò, falsitatis euidentissimè conuincitur. Ens enim & substantia nomina sunt non synonima, sed diuersæ significationis, cum nomẽ, ens, sit magis commune, vt liquet: quare neque conceptus vtriusque nominis est idem sed diuersus. Ille ergo conceptus nominis entis à Caietano excogitatus, qui distinctè repræsentat substantiam, & accidentia confusò, aliqua ratione differt à conceptu substantiæ proprio; ergo præter substantiam quam significat distinctè, aliquid amplius significat distinctè, & non solùm confusò. Probatur cõsequentia manifestè, quia id quod est confusum in conceptu, continetur in eo quod est distinctum; vt animal & rationale continetur in homine: sed nomen entis & cõceptus entis quem ponit Caietanus, significat aliquid confusò, quod non significat nomen & conceptus substantiæ: ergo in ipso significato distincto vtriusque nominis scilicèt entis & substantiæ est aliquod discrimen, quod Caietanus nullum assignat.

20.
1. Asserti 1. Confutatio euidens.

Ens & substãtia sunt nomina diuersæ significationis, quare conceptus distinctus vtriusque est diuersus.

Cõceptus entis quẽ ponit Caiet. præter substantiã significat aliquid etiã distinctè, si cõfuse illud significat.

Id quod est cõfusum in cõceptu, continetur in eo quod est distinctũ.

21. *Caiet.* debuit discernere significata distincta substãtiæ, & entis.

Eius fund. pro 1. asserto.

Et ille quidem non discernit significata distincta istorum nominum substãtiæ & entis: quod tamen oportuit facere, siquidem conceptus non est idem cũ non sint synonima; sed duntaxat reddit rationem ob quam conceptus ille entis repræsentans substantiam distinctè, repræsentet accidentia confusò: quia scilicèt conueniunt in quadam proportione.

21. Futile ostenditur.

Ex proportione aliquorum non sequitur quòd cõceptus vnius cetera repræsentet.

Hoc tamen argumentum futile est valdè: nam etsi hæc sint aliqua proportione conuincta; non tamen sequitur vt cõceptus vnius cętera repræsentet: vniuocata enim non solùm proportione, sed similitudine perfecta coniuncta sũt; & tamen conceptus vnius non repræsentat cætera, vt conceptus hominis nõ repræsentat leonem: si enim ipsa proportio significaretur per nomen & conceptum, possent simul res plures in eo repræsentari, quatenùs proportione sũt vnum; sed illud nomen non esset conceptus vnius aut alterius rei; sed esset nomen ipsius proportionis, quod nomẽ repræsentaret ipsam proportionẽ. Quã ob causam anteà docuimus, relationes quæ cernuntur in analogia, non significari per nomen.

Exemplum vniuocatorum

Post hæc quòd conceptus substantiæ confusò significat cætera accidentia, explicandum est: est enim confusus conceptus potentialis, qui est vniuersalis continens in sua confusione particularia; & est conceptus confusus actualis, quod est definitum continens confusò partes definitionis: neutro autem modo conceptus substantiæ confuso continet accidentia; cum neque per accidentia diuidatur vt quid commune, neque vt definitum per illa definiatur: ergo nihil ad rem est confusio illa conceptus substantiæ, qua non ostenditur ens esse commune omni enti.

23.
2. Confutatio Conceptus cõfusus, vel potẽtialis, scil. vniuersals, vel actualis, sc. definiti.

Neutro modo conceptus substantiæ continet confusè accidentia.

Deindè substantia cum sit prius cognitione quàm accidens, non includit accidentia etiam relatione aliqua obliqua; & primum analogatum quod non pendet à posterioribus, non explicatur per ordinem ad illa: ergo cõceptus substantiæ distinctus etiam in obliquo non indicat accidentia. Præterea etsi Caietano daremus cõceptum substantiæ, qui habitudine aliqua repræsentaret cætera accidentia, nihil hoc faceret ad analogiam: Nam ens illo conceptu non posset prędicari de accidentibus: accidens enim non est substantia quocũque modo cognita, sed est ens distinctum à substantia: erit ergo ens æquiuocè & solo nomine, sicut pomum solo nomine est sanum; quod nullus dixerit, qui sit particeps philosophiæ. Et confirmatur, quia si conceptus quantitatis distinctus qui sit confusus cæterorum, est quoque conceptus entis, vt Caietanus vult; & ens isto conceptu non potest prædicari de alijs, sed de sola quantitate: & idem dicendum de cõceptu qualitatis, relationis, & cæterorum: certè ens nullo conceptu commune est omnibus entibus; nisi sola voce commune; vtpotè nulla ratione communi prædicabile de multis: quod etiam Caietanus confitetur in

24.
3. Confutatio.
1. Analogatum quod non pẽdet à posterioribus non explicatur per ordinem ad illa.

4. Confutatio.

Etsi daretur is conceptus substãtię, nihil id faceret ad analogiã, cum accidens non sit ens illo cõceptu, seu non sit substantia.

Confirm.

Ex 1. sequitur 3. assertum. sc. ens sola voce commune esse omnibus entibus.

5. Confutatio. eo tractatu, negans omnem abstractionem entis, vt dicemus. Denique arguitur contra conceptum istum entis sic acceptum; ens enim nomen est commune non solùm substantiæ & accidenti, sed partibus quoque substantiæ, quæ simpliciter non sunt substantiæ; sicut accidentia non sunt entia: est etiam commune Deo & rebus creatis. Alius ergo conceptus entis præcipuus meditandus est, qui sit conceptus distinctus significati principalis; cæterorum autem confusus. Quòd si Deus est principale significatum entis, cõceptus entis proprius, erit conceptus Dei distinctus, & cæterorum confusus; quod nullam habet verisimilitudinem; neque enim singula opus est confutare: quòd si Deus non est principale significatum entis, quod tandem illud erit? non erit ens creatũ; quia hoc est commune substantiæ, & accidenti; Caietanus autem negat nomine entis significari aliquid commune illis: est ergo principale significatum entis in sua amplitudine, substantia creata distinctè cum quodam respectu confuso ad Deum & ad accidentia: quod peræque disimile vero est, & rationi dissentaneum; aliàs Deus non erit ens simpliciter, sed per attributionem ad substantiam creatam: & quod est primũ ens, non erit simpliciter ens.

Sequitur conceptum entis proprium esse conceptũ Dei distinctum, & cæterorum cõfusum.

Substantia creata non est principale significatum entis, aliàs Deus non esset ens simpliciter, sed per attributionem ad creatã substantiam.

25. Respons.

Potest tamen responderi pro Caietano eam analogiam entis vt est commune Deo & creatis non esse attributionis, sed proportionis: aut saltem esse cuiusdam attributionis peculiaris in qua non seruantur leges aliorum analogorũ attributionis, vt parte vltima cap. elucidabimus. Sed nihilominùs colligitur, ens, vt est commune Deo & creatis, habere conceptum vnum, qui non repræsentet vnum analogatum distinctè, & aliud confusè: sed quod repræsentet vtrumque confusè sub aliqua ratione cõmuni. Nihil ergo prohibet hoc ipsum affirmare de ente vt est commune substantiæ, & accidenti, scilicèt quòd non significet substantiam distinctè, & cætera accidentia confusò; sed omnia hæc confusò, sub vna ratione communi entis.

Contra, infertur intentum, sc. esse vnum cõceptum entis.

Ad secundum pronunciatum Caietani accedimus asserentis conceptũ quoque quantitatis distinctum in quo continentur cæteræ res confusò, esse conceptum entis. Et hoc quoque falsum esse commonstramus.

26. 2. Assertum simile primo.

Nam audito nomine entis omnes informamus intellectum eodem conceptu entis; vel ergo iste conceptus in omnibus nobis est conceptus substantiæ, aut in omnibus est qualitatis, aut quantitatis. Dices, in omnibus esse conceptũ substantiæ, quia est analogum attributionis in quo primum analogatum significatur distinctè. Contra; ergo conceptus entis est vnus, siquidem apud omnes idem est. Deindè conceptus qualitatis, quatenùs qualitas ens est, est etiam conceptus entis, & eadem proportione significat substantiam & cætera, vt Caietanus docet; ergo vt sic, est primum analogatum quod cætera continet; ergo singula analogata sunt prima, quod non potest intelligi; fieri ergo non potest vt singula entia in suo conceptu distincto, contineant omnia confusè; aliàs singula analogata essent prima, quæ alia in suo conceptu distincto continerent confusè. Hoc autem est impossibile: quamuis enim primum analogatum contineret omnia quæ pendent ab illo, & omnia quæ pendent ab illo continerent ipsum primum analogatum; non tamen posteriora analogata inter se comparata cõtinerent se ipsa inuicem; cum à se inuicem non pendeant: non ergo conceptus singulorum, est conceptus omnium. Falsum est ergo quod Caietanus docet singularum rerum conceptus, esse conceptus proprios entis; & nullum præter illos esse conceptum entis; sed concedendus est proprius cõceptus communis; qui non sit proprius alicuius entis, vt ille vult; sed communis omnibus, & nulli proprius. Præterea in analogia proportionis, in qua Caietanus ait, omnes conceptus esse æquè distinctos, quia nõ est analogatum primum ad quod referantur; efficitur vt audito nomine analogo non idem conceptus sit apud omnes, sicut etiã accidit in æquiuocis: nam audito hoc nomine, principium, si nullus est conceptus communis omnibus principijs, sed sunt plures conceptus, & nullus illorum est præcipuus, siquidem non est ibi analogia attributionis; nulla ratio efficit, vt vnum potiùs conceptum quàm alium audito hoc nomine habeamus in mente: sed erunt in diuersis ijs qui audiunt diuersi conceptus nominis eiusdem.

27. 1. Refutatio. In omnibus est idem conceptus entis.

Respons.

Contra, infertur intentum, sc. esse vnũ cõceptum entis

2. Refutatio

Sequitur singula analogata esse prima.

Posteriora analogata saltem se inuicem nõ continẽt, cum à se inuicẽ nõ pendeant.

3. Refutatio efficax.

Sequitur etiã analoga proportionis non habere certum conceptum apud omnes, ac proindè in definiendo, & arguendo esse reijcienda, sicut æquiuoca.

eiuſdem. Ergo analoga proportionis nõ poterunt definiri: quæ enim nomina diſtinctis conceptibus ſubiecta ſunt, non ſunt apta rebus definiendis. Quare analoga proportionis, quę ſunt maximè recipienda in definiendo, & arguendo, vt ipſe Caietanus rectè docet, eſſent reijcienda; ſiquidem non habent certum conceptum apud omnes. Et hoc eſt perualidum argumentum contra opinionẽ Caietani.

28. 3. Aſſertum.

Illud tertium quod affirmat præter iſtos conceptus diſtinctos, nullum eſſe alium conceptum entis, nulla vi defendi poteſt aut propugnari: cũ enim enuncio ſubſtantiam eſſe ens, vel idem de eodem enuncio, vel aliud: ſi idem, ſynonima ſunt, quod falſum eſſe liquet; aut certè ens eſt nomen æquiuocum; vt cũ enuncio canem terreſtrem eſſe canem, idem dico de eodem, & diuerſis quidem nominibus non ſynonimis, ſed tamen altero vniuoco, altero æquiuoco; ergo ſi ens dicitur de ſubſtantia vt idem de eodem, vel hæc ſunt ſynonima, vel alterũ æquiuocum eſt: quòd ſi non idem de eodem enuncio, neque vtor ſynonimis aut æquiuocis; neceſſe eſt conceptus eſſe diſtinctos, alterum nominis entis, alterũ nominis ſubſtantiæ. Prætereà nomen, ens, aptum eſt argumentationi, & vniuerſali enunciationi: dicimus enim omne ens eſſe verum aut bonum: quòd ſi nomen, ens, diuerſis conceptibus ſubijcitur, nulli argumentationi, aut enunciationi vniuerſali conficiendæ aptum eſt: oſtendo rem ipſam exemplo, & propono argumẽtum; Omne ens eſt vnum, ſi nomine entis concipias ſubſtantiam; tunc procedo, accidens eſt ens; ergo eſt vnum. Argumentum eſt in quatuor terminis, ſcilicèt, ſubſtantia, accidens, ens, vnum; nam in minori propoſitione cum dico, Accidens eſt ens, non intelligitur quòd accidens ſit ſubſtantia: itaque ſi ex nomine entis non oritur conceptus tertius, qui neque ſit ſubſtantiæ, neque accidentis; abſque dubio nulla eſt abſtractio arguentibus idonea. Quòd autẽ conceptus entis ſit communis, iam ſuprà probatum eſt; eſt ergo tertius, ſcilicèt diſtinctus à conceptu ſubſtantiæ, & accidentis. Et hoc ipſum indicat S. Thomas, q.2. de potent. art. 7. probans hæc nomina non eſſe purè æquiuoca, quia aliàs nihil nouiſſemus de Deo, niſi vana nomina, & demonſtrationes eſſent ſophiſticæ.

Confutatur 1.

In hac, ſubſtantia eſt ẽs, ſi idẽ de eodem enũcio, vtrumque eſt ſynonimũ, aut ens æquiuocum.

Si aliud, conceptus ſunt diſtincti.

Confutatur 2. Nomen, ens, aptum eſt argumentationi & vniuerſali propoſitioni. Secus ſi diuerſis cõceptibus ſubijceretur.

Oſtenditur exemplo in argum.

N.8. & 27.

S. Thom.

At verò in reſponſione, quam Caietanus reddidit Ferrarienſi adhibito exemplo oſsis & ſuſtinentis carnem, videtur addere, his dictis alium nouum cõceptum entis; non illum quo intelliguntur res ipſæ fundantes analogiam; nam de eo conceptu quo res ipſæ intelliguntur, hactenùs diſputatum eſt: ſed alterũ cõceptum nouum, quo intelligitur analogia fundata in rebus; & hunc conceptũ eſſe communem rebus ipſis & confuſioni; & rem ſignificatam eſſe cõmunem; vt in exemplo oſsis, ſi loco oſſis ponamus aliud nomen quod ſignificet ſuſtinens carnes. Ego verò miror quàm ſubtilitèr ac ſolertèr in iſtis rebus Caietanus hallucinatus ſit. Nam hic conceptus ſuſtinentis carnem, iam non eſt conceptus oſſis, ſed eſt cõceptus cauſæ; ſuſtinere enim carnes cauſam ſignificat: imò neque eſt conceptus analogiæ; cõceptus enim analogiæ eſt conceptus cuiuſdam relationis, quę dicitur analogia: eſt tamen conceptus fundans analogiã; quia analogia inter os & ſpinam fundatur in hoc, quod vtrumque ſuſtinet carnem. Sed iſte conceptus in quo fundatur analogia, non eſt analogus: ſuſtinere enim carnes vniuocum eſt oſſi & ſpinæ. Prætereà etſi Caietanus excogitauerit illud nomen in oſſe & ſpina commune; nihil adhùc inuentum eſt quod ſignificetur commune ſubſtantiæ & accidẽti, niſi ipſum ens. Nam ſi dicas vtrumque ſuſtinere eſſe: hoc ipſũ eſt eſſe ens. Sed quod ſufficit ad totum hoc improbãdum illud eſt, quòd ponat Caietanus dũos conceptus entis, alterum rerum, alterum analogiæ. Nam ſi iſte conceptus analogiæ eſt vnus conceptus entis, de ipſo nos omnes diſputamus, alterum omninò non nouimus. Si verò non eſt cõceptus entis, ſed relationis cuiuſquam, nihil ad rem eſt; neque conceptus entis dicendus eſt, ſiquidem hoc nomen, ens, non eſt impoſitum ad ſignificandum, niſi ens. Confitẽdum eſt ergo id quod dixerat libr. de ente, & eſſentia, ſcilicèt eos habere conceptum communem & confuſum in quo res ipſæ contineantur: & nullum eſſe cõceptum entis, quem ponit tractatu de analogia. Et ceſſat omnis quæſtio.

29. Reſponſ. *Caietani.* tradita n.18. addit alium nouum conceptũ entis, communem, ſc. ipſius analogiæ rerũ.

Improbatur 1.

Cõceptus analogiæ, eſt conceptus relationis.

Conceptus ſuſtinentis carnem eſt cõceptus fundãs analogiam.

Hic non eſt analogus.

Improbatur 2.

Solutio refelli tur.

Improbatur 3.

Cõceptus analogię ſi non eſt entis, ſed relationis, non eſt ad rem.

Hæc igitur quæ à Caietano quaſi diuinando potuimus percipere; non ſola obſcuri-

Vera ſent. *Caiet.* alibi. Ens habet cõmunem & cõfuſum conceptum in quo cõtinentur res.

30.

obscuritate displicent, sed à vero etiam abhorrentia iudicamus. Atque equidē semper inuiti Caietano contraimus; à quo tam multa doctè, argutissimèque tradita didicimus: sed officij nostri est à falsis absterrere addiscentes.

Notandum.

31.

2. Sent. *Ferrarienſ.*

Franciscus Ferrar. lib. 1. contra gent. cap. 54 simile sentit ijs quæ improbauimus in Caietano: docet enim hoc nomen, sanum, non significare in pomo causam sanitatis, sed habitudinem ad sanitatem: contradicēte S. Thoma ibidem, ac docente priùs, sanum, dici de pomo, vt de causa sanitatis secundum ordinem rerum; vbi apertè insinuat nomen, sanum, in pomo significare causam siue facultatem sanandi; non verò analogicos respectus, vt Ferrar. cum Caietano vult. Docet præterea Ferrar. conceptus entis perfectos plures esse, scilicèt substantiæ, quantitatis, qualitatis. Quod anteà cōuicimus haud dubiè falsitatis. Imitatur etiā Caietanū in illa analogia duplici, quam declarauit exemplo ossis: dixit enim os vt sustinens carnem imperfectè declarare naturam ossis; & illum conceptum ossis, vt sustinentis carnem esse imperfectum & communē ossi, & spinæ: hanc eandem doctrinam imitatur Ferrar. attribuens enti conceptum communem imperfectum, quatenùs ens est id quod fundat esse non explicando naturam substantiæ, aut accidentis. Sed tamen Ferrar. hunc solum conceptum imperfectum entis permittit: perfectos autem plures, scilicèt substantiæ, quantitatis, qualitatis, & cæterorum generum. Qua in re non discordat à se ipso, vt Caietanum à se se dissentientem superiùs ostendimus. Sed aliàs errat maximè: quia si conceptus substantiæ quem declarat nomen, ens, non sit simul imperfectus cōceptus aliorum generum, vt Caietanus docet, consequens est, vt absque vlla tergiuersatione ens sit nomen æquiuocum pluribus cōceptibus adæquatis repræsentātibus res plures absque ordine inter se: quod Ferrar. non ponderauit. Caietanus autem hoc effugiens argumentum incidit in aliud barathrum, excogitando plures conceptus entis, quorum singuli repræsentarent vnum genus distinctè, & cætera genera confusò. Hæc autē omnia fabulæ sunt, & somnia.

1. Assertum cōsonū Caiet. vt n. 12. Sanum in pomo non significare causam sanitatis, sed habitudinem ad sanitatem.

Contrà *S. Thomas*

2. Assertum cōsonū Caiet. vt n. 15.

1. Pars Cōceptus entis perfectos esse plures. Refutata est n. 8. 27. & 28.

Quoad 2. p. imitatur Caiet. in respōs. n. 18. dum explicat conceptū entis imperfectū.

Attribuit ēti vnum solum conceptum cōmunē imperfectum, quatenùs est id quod fundat esse.

Non dissidet à se ipso, vt Caiet. n. 19.

Huius assertī 2. pars Improbatur.

Ex ea sequitur ens esse nomē æquiuocum.

Caiet. hoc effugiens incidit in assertā, n. 15.

32.

Aliud assertū *Caietani.*

Perspicaciùs tamen ipse Caietanus se se expedit à quæstione ista, concedens entis conceptum vnum; quem appellat quid nominis: plures autem conceptus perfectos quid rei, apertè docet hoc nomine entis delitere. Neque satis intelligerem quid velit per conceptum quid nominis, nisi hoc ipsum expiscarer ex illius doctrina.

Entis conceptum quid nominis, esse vnū; quid rei, plures.

33.

Vbi considerandum, quo in loco vnitatem conceptus imperfecti entis claudat per hoc, quòd repræsentantur in illo conceptu plura vt similia sunt in hoc quòd fundant esse, non explicatis naturis singulorum. Ipse autem conceptus imperfectus, est quid nominis apud Ferrar. siquidem est conceptus vnus, quem ille asserit in hoc nomine entis esse conceptum quid nominis, putà cōceptum indicantem quid significet nomen. Sed hinc nos arripimus veræ sententiæ confirmationem. Nam hic conceptus, quem ille vocat quid nominis, est proprius conceptus entis, & adęquatus: conceptus enim substantiæ, quantitatis, & qualitatis sunt enti inadæquati; cum nomen ens adæquet illos omnes simul, & à nullo illorum singulatim adęquetur: neque enim opus est vt conceptus adæquatus explicet distinctè naturam singulorum, quæ in conceptu communi continentur: vt conceptus animātis non explicat naturam hominis, aut leonis: ita & conceptus entis quem Ferrar. nobis permittit, non explicat naturam substantiæ, aut accidentis; sed non ideò non est adæquatus. Sponte igitur cæcutiunt Doctores isti clarissimi in luce meridiana.

2 Pars expendenda.

Prænot. Conceptus imperfectus de quo n. 31. est quid nominis apud *Ferrar.* Ostenditur. Hinc vera sēt. vt n. 29.

Probatur 1.

Iste conceptus est propriùs entis, & adæquatus: alij substantiæ, & quātitatis, sunt ei inadæquati.

Et hoc ipsum probatur, quòd aliquis sit conceptus entis primus, & adæquatus, & distinctus. Nam quodlibet nomē habet adæquatum conceptum vel vnū, vel plures; adæquatus enim conceptus nominis est, qui nomini in significando adæquatur; nomen autem significat res medio conceptu; & ita conceptus est ipsa ratio nominis, seu medium formale, quod necesse est esse adæquatum. Itaq; aliud est, rem esse adæquatam conceptui, & aliud conceptum esse adæquatum nomini: contingit enim non intelligere rem ita perfectè vt illa est, & ita cōceptus non adæquatur rei; sed non contingit rem nominare, nisi vt concipimus; & ita conceptus est adæquatus nomini: verbi gratia Deitati non adæquatur cōceptus

Non opus est vt conceptus adæquatus explicet distinctè naturam singulorum in communi cōceptu contentorum.

Exemplum.

34.

Probatur 2. Quodlibet nomen habet adęquatum cōceptum vel vnum vel plures.

Ratio. Conceptus est ratio nominis seu mediū formale quo medio nomen significat rem. Quin rei adæquatus sit conceptus, adæquatur nomini.

Ostenditur.

Exēplum Deitatis.

ceptus noster, sed conceptui Deitatis ipsum nomen Deitatis adæquatur. Nomen ergo, ens, habet adæquatum conceptum, vel vnum vel plures; si plures adæquatos æquiuocum est, & non potest definiri; si vnum adæquatum, in illo cõtinentur omnia analogata confusè, & nullum distinctè; est enim conceptus cõmunis, in quo omnia conueniunt. Præterea cõceptus imperfectus rei dicitur, vel quia non explicat partes diuisionis, quæ continentur in diuiso in quadã potentia, vel quia non explicat partes definitionis, quæ insunt actu in definito: simplicem enim conceptum rei vel diuisione vel definitione explicamus. Et potest explicari definitione, quod diuisione non explicatur: sed substantia, & quantitas, & cætera accidentia, non sunt partes definitionis entis, vt liquet: ergo non continẽtur actu in conceptu entis; neque verò idcircò conceptus entis est imperfectus, quia non cõtinet illa actu. Imò hac in re ita se habent analoga vnius conceptus sicut & vniuoca, quia nõ explicatis partibus diuisionis, per definitionis partes declarantur.

Nomen, ens, si vnũ habet cõceptũ adequatum, continet omnia analogata confusè.

2. Pars Improbatur. Cõceptus imperfectus rei dicitur qui vel nõ explicat partes diuisionis in diuiso potentiâ contentas, vel partes definitionis actu in definito contentas.

Substantia, & accidentia non sunt partes definitionis entis: vnde nec cõtinentur actu in cõceptu entis: neq; hic ex hoc cap. est imperfectus.

Ex his duabus opinionibus quidam fecerunt tertiam; ponunt enim entis conceptus tres. Alium duntaxat confusum, & eum esse vnum. Alios distinctos omninò, non vnum, sed plures. Tertium conceptum partim distinctum, partim confusum. Primos duos conceptus accepere à Ferrar. ille enim, vt commemorauimus, agnoscit plures conceptus distinctos adæquatos & perfectos entis, & vnum imperfectum inadæquatum & confusum. Tertiũ conceptum deprõpserunt ex Caietani officina, scilicèt repræsentantem vnum genus distinctè, & alia genera rerum confusè. Et hoc iterùm arguere opus non est. Illud certè consequens est in hac 3. opinione, quòd nomen entis omnibus suis analogatis, sit adhùc analogum trium cõceptuum; & quòd singula illorum repręsentet tribus conceptibus. Et hoc quidem est opinionis miraculum, & porrentum.

35. Sent. dat tres conceptus. Ex Ferrar. confusum vnũ distinctos plures. Ex Caietan. partim distinctũ, partim cõfusum.

36. Diuersa sent. n. 29 & 33. Ens habet vnum conceptũ apud omnes, eũque cõmunem

His igitur opinionibus debilitatis, certum esto, nomen entis vnum habere conceptum apud omnes, eumque communem: quemadmodum ex doctrina S. Thomæ loquendum erit.

Confirmatio.

QVòd conceptus entis sit vnus, colligitur ex placitis Aristotelis, & S. Thomæ, vt parte sequenti cap. commõstrabimus. Eaque est sententia Ioannis Scoti qui ens putat esse vniuocum, ne dicam vnius conceptus. Est etiam Thomistis receptissima, Ioan. Capreol. in 1. d. 2. q. 1. conclus. 1. & 9. Heru. quodlib. 2. q. 7. Paul. Soncin. 4. Metaph. q. 1. Dominic. Soto in sua logica, & est Doctoribus admodùm communis.

37. *Arist.* *S. Thom.* *Scotus.* *Capreol.* *Heru.* *Soncin.* *Sot.*

PARS TERTIA.

Nomen, ens, non est vniuocum.

IOan. Scotus in 1. d. 3. q. 1. & 3. & lib. 3. d. 8. q. 2. opinatur nomen ens, esse vniuocum: & omnia entia esse vniuocata hoc vno nomine. Et hoc idem arbitratur de nominibus attributorum, quę sunt Deo & creaturis communia, nempè quòd sint etiam vniuoca.

1. 1. sent. *Scot.* Ens esse vniuocum. Idem de nominibus attributorum Deo & creaturis cõmunibus.

Contra Scotum multi conantur ostẽdere ens non esse vniuocum. Hoc probant aliqui, quia ens esset genus; omne enim quod est simplex & vniuocum, est vniuersale; ens ergo si esset vniuocum, esset vniuersale; & cum non sit species, aut differẽtia, genus esset: quare decem genera quæ conueniunt in ente, non essent summa genera; & Deus esset in genere; quia continetur conceptu entis: quod vtrumque falsum est. Et quòd ens non sit genus, testatur Aristot. 6. Topic. cap. 3. Huic argumẽto respondet Ioan. Scotus in 1. d. 8. q. 3. transcendẽtia non esse vniuersalia logica. Et quidem videtur verosimilis responsio. Nam & quidã sunt qui vniuersale decernunt esse vniuocum & definitum, vt transcendentia, & attributa excludant. Et quidem genera summa, quia non differunt differentijs, non sunt species entis, etsi ens vniuocum esset: attributa quoque negabunt esse genera, quia non sunt entia definita, quamuis sint vniuoca.

2. Cõtra *Scot.* 1. ratio quorũdam sequi ens esse genus. Ens non est genus *ex Arist.* Responsio *Scoti.* Transcẽd. nõesse vniuersalia. Verosimilis ostenditur. Ens licèt vniuocũ esset non habet in generibus summis differ. quibus contrahitur. Sic attributa.

Thomas Caietanus de ente, & essentia, q. 3. probat ens non esse vniuocum, quia bis repeteretur in definitione: nam cum definio hominem esse animal rationale; animal resolueretur vsque ad ens, & rationale vsque ad ens: est enim resolui apud Philosophos, explicari id quod est in cõceptu vsque ad vltimum. Sed neque hoc argumentum vehementer

3. 2. Ratio *Caiet.* Sequi ens repeti in definitione. Resolui quid? 1. Respons.

Ens non pertinet ad aliquã definitionem quidditatiuã.

2. Respons. Res eadem nõ debet poni bis in definitione, quasi explicas definitum.

Partes definitionis resoluẽdo, & vtcunq; explicando, nũquã inuenit inueniri ens in singulis.

3. Respons. *Scot.*

Est verosimilis renuẽte Caiet.

Sicut homo per albedinem est ens per accidens, ex S. Thom. ita per rationale est ẽs denominatum essentiali differẽtia.

ter vrget, tum quia ens non pertinet ad aliquam definitionem quidditatiuam, & essentialem; quæ autem non definiũtur quidditatiuè, definiuntur vtcunque: tum maximè quia res eadem non debet poni bis in definitione, quasi explicans definitum. Quòd si partes definitionis resolutas non definiendo, sed vtcunque explicando, nihil prohibet, in singulis partibus inueniri ens, & bis reperi in partibus distinctis, siue vniuocũ sit, siue analogum. Ioannes Scotus aliter respondet, scilicèt quòd ens in ipso genere definiti inuenitur quidditatiuè, in differentia autem denominatiuè (vt ait) respectu ipsius definiti. Itaque homo per animal est quidditatiuè ens, per rationale verò est denominatiuè ens, sicut per albedinem est ens per accidens. Et est etiam verosimilis responsio, quãuis renuat Caietanus: nam sicut per albedinem homo est ens per accidens, vt S. Thomas ait, ita per rationale, est ens denominatum essentiali differẽtia. Nec verò sequitur, quòd hæc varietas inueniatur in conceptu communi entis; sed quòd conceptus communis entis possit cum his coaptari, vt secundum aliquid dicatur essentialiter, secundum aliquid denominatiuè, imò accidentaliter, vt dicitur de Petro accidentaliter secundum albedinem.

4. 3. Ratio aliorũ sequi genera sũma cõstare duplici entitate.

Infirmatur.

Ens in modis intrinsecis sũmorum generum continetur explicatè, vt cõmune est, intelligitur cõfusè.

Ens eodẽ cõceptu clauditur in genere, & differentia, & tamen non duplicatur cum genus à differentia sola ratione discernitur.

Alij conantur idem probare, quia si ens esset vniuocum, singula genera summa constarent duplici entitate; quia si id, quod commune est omnibus generibus, est ens, oportet vt id quod est proprium, non sit ens; aliàs idem esset commune & proprium: constant ergo singula genera duplici entitate, quod apparet falsum. Sed neque hoc argumentum firmum est, siquid enim valet, in illis rebus valet quæ differunt proprijs differentijs; in ijs enim id quod est cõmune, non est proptium: genera verò summa distinguuntur modis intrinsecis, in quibus modis continetur ipsum ens explicatè, quod vt commune intelligitur confusè. Imò in speciebus sub genere quouis, ens continetur in genere, & in differentia; & tamen non duplicatur entitas: neque ad hoc refert quidquam quòd ens sit vniuocum aut analogum, dummodò sit vnius conceptus. Eodẽ enim conceptu clauditur in genere, & in differentia; & tamen non duplicatur, cum genus à differentia sola ratione discernitur.

Denique arguunt aliqui, quòd accidens etiam quatenùs est ens, habeat ad substantiam respectum quendam; quod in vniuocis non inuenitur. Sed & hoc explicandum erit; non nihil enim difficultatis nobis iniecit. Hoc tamen argumẽtum rectè explicat non esse ens vniuocum.

5. 4. Ratio aliquarum. Explicãda et Rectè refellit *Scotum.*

Aduertendum ergo est, siue ens dicas non esse genus; siue non esse repetendũ in definitione; siue etiam genus summũ non posse cõstare duplici entitate: quòd omnia hæc extranea sunt & per accidẽs, vt aiunt, ad rationem vniuoci, aut analogi vnius conceptus.

6. Aduert. In tribus primis rationibus adducta, peraccidens sunt ad rationem vniuoci, aut analogi.

Nulla ergo ratione meliùs conuinci potest ens non esse vniuocum, quàm ostendendo in conceptu entis attributionem ad vnum, & proportionem; quæ sunt notæ analogiæ, omni consensu philosophorum, doctorumque, inustæ in ipso conceptu entis: quod autem analogum est, vniuocum esse non potest.

7. Vera ratio illa 4. explic. In ipso cõceptu entis attributio ad vnum & proportiõ sunt notæ analogiæ

Quidam verò recentiores commentatores distinctionibus vniuoci vtuntur, quoddam enim esse vniuocum physicũ, aliud metaphysicum, aliud logicum, siue dialecticum. Physicum, esse speciem infimam, in qua nulla latet æquiuocatio, vt in genere latet, teste Aristotele. Metaphysicum, vbi ratio significata per nomen est vna; logicũ, vbi prẽter hoc quod est ratio vna, est subijcibilis, aut prædicabilis; hæc enim logicus considerat, illa metaphysicus. Deindè vniuocum metaphysicum, siue logicum distribuunt in partes quatuor, ita vt hæc nomina attributorum diuinorum, dicant esse vniuoca quidem, sed imperfecta vniuoca, quæ etiam sint analoga; neque enim analogiam vniuocationem euertere: quia igitur non possunt inficiari horum nominũ analogiam; vt Scotum tueantur, vniuoca simul faciunt, & analoga. Hæc summa est sententiæ.

8. Respõsio *Rada.* Vniuocum Physicum. Metaphysicũ. Logicum. Pro *Scoto* interpretatio. Vniuoca dicitur in 4. species, quarũ vna, scilicet imperfecta simul analoga & ad hãc pertinere nomina attributorum.

Hoc loco aduertendum est vniuocũ physicum non dici propter significationem vocis, sed propter rem ipsam significatam, in qua non est inæqualitas participationis, quam appellamus æquiuocationem physicam. Nũc autem disputamus de nominum significatione, & de vniuoco logico, quod penes significationem vniuocum esse censemus.

9. Aduert. Hic sermo est de nominũ significatione, & de vniuoco logico.

Primò

10. Ea interpret. refellitur 1.

Primò igitur isthæc interpretatio refellenda est; quòd sint vniuoca, & analoga simul: nam analoga nomina species quædam nominis sunt; neque enim omnia nomina sunt analoga, sed quædam nomina: quare necesse est analoga discernere ab vniuocis, sicut ab æquiuocis. Et probatur idem planissimo argumento, quoniam analoga differunt definitione ab vniuocis; sunt enim analoga, quibus ratio neque est omninò eadem, neque omninò diuersa; ergo est species nominis opposita; ergo quod analogum est, non est vniuocum. Præterea analogum aut est ipsum vniuocum, aut genus, aut species eius, aut accidens nominis vniuoci; non est ipsum vniuocum; aliqua enim sunt vniuoca, in quibus nulla est analogia, vt homo; aliqua verò analoga in quibus conceptus non est vnus, vt sanum, quæ nullo modo sunt vniuoca: sed neque analogum est genus commune vniuoci, quia omne vniuocum esset analogum: neque analogum est species vniuoci, quia omne analogum esset vniuocum; sanum autem analogum est, & vniuocum non est: neque est accidens, quia analogia cernitur in significatione nominis, sicut & vniuocatio: ergo analogum est species opposita vniuoco, & æquiuoco, & non est accidens vniuoci nominis. Nomen ergo analogum non est vniuocum, neque vniuocum analogum, sed sunt species nominis discretæ suis definitionibus.

Analoga sunt species nominis distincta definitione ab vniuocis, sicut ab æquiuocis, & opposita illis.

Refellitur 2. Analogum nó est ipsum vniuocum.

Non est genus vniuoci.

Non species.

Non accidẽs.

11. Concluditur ex analogia nominum diuinorum rectè inferri non esse vniuoca.

Ijsdem argumentis probatur vniuocum non posse distribui in eas species, quarum aliqua sit nomen analogum: quare quicunque probauerit analogiam nominum diuinorum, hoc ipso ostendit non esse nomina vniuoca.

12. De analogia. Ratio dub. quo modo inueniatur in conceptu vno?

Explicatur.

Sed iterùm redintegratur quæstio illa, quæ viros doctissimos vexauit, quomodò inueniatur analogia in conceptu vno, & vna ratione significata per nomen: hoc enim ad vniuocum pertinet, iuxta definitionem vniuocorum. Quapropter tot viri perspicacissimi diuiserunt conceptum entis, aut saltem rationes significatas per conceptum, vt non facerent vniuocum. Et explicatur magis dubitandi causa: nam si declaremus conceptum entis, Ens est id quod est: sola autem substantia est id quod est; accidens autem est quo

A substantia est, & non est id quod est: ergo accidens non est ens, nisi denominatione extrinseca, quia est entis; sicut sanum dicitur pomum, quia confert sanitatem; ergo conceptus entis non est communis vtrique, scilicèt substantiæ, & accidenti: ergo ratio ipsa analogiæ huius euertit vnitatem conceptus; quòd si conceptus est vnus, analogia tollenda est.

Accidens est quo substãtia est, seu est entis, & non est id quod est.

Ad hoc dubium vt respondeamus aduertendum est, quòd ens est id quod est; ita enim ab Aristotele locis recitatis, & sæpè aliàs explicatur; qua ipsa explicatione conuenit propriè & simpliciter substantiæ, non verò accidenti: tum quia id quod est, substantia est; B accidens verò non est id quod, sed id quo: quo pacto neque natura substantiæ materialis est ens, quia non est id quod, sed id quo; verbi gratia, humanitas non est id quod est, sed quo Petrus est: tum quia accidens non est id quod (hoc est) non est quidditas, sed est quantum vel quale: tum denique quia accidens non est id quo aliquid simpliciter est; albedine enim Petrus non simpliciter est, sed est albus; humanitate autem simpliciter est aliquid, quia est hominis quidditas, & qua homo simpliciter existit. In his ergo omnibus in- C dicatur habitudo accidentium ad substantiam. Sed tamen si ipsa accidentia in se considerentur, sunt entia quædam; albedo enim est id quod existit, & suam habet quidditatem, & propriâ existentiâ existit; quæ in analogia proportionis meditamur: sed quia hæc ipsa, quæ sunt accidentis propria comparantur cum substantia, quæ est primum ens, cuius entis ista quoque entia sunt, accidentia dicuntur non propriè neque simpliciter entia; verè tamẽ & formaliter entia, cum verè & formalitèr existant.

13. Pro respons. prænot. Accidens non est propriè & simpliciter ẽs, hoc est, id quod est.

1. Ratio. Non est id qđ, sed quo.

Idem de humanitate, v.c.

2. Ratio. Nõ est id quod, hoc est quidditas, sed quãt. &c

3. Ratio. Non est id quo aliquid simpliciter est.

Secùs de humanitate.

Ratio. In his indicatur habitudo ad substantiã.

Accidens, vt albedo, in se est ens, & suam habet quidditatẽ, & propriã existentiam, quæ sunt meditanda in analogia proport.

Ob habitudinẽ seu cõparationem ad substãtiã, dicitur nõ propriè, nec simpliciter ens, vere tamẽ, & formaliter ens.

Ex his colligitur, quòd in conceptu communi entis non exprimitur hæc habitudo accidentis ad substantiam; est enim conceptus vnius, non duorum; & cum accidentia sint vera entia licèt imperfecta, coeunt in illo communi conceptu cum substantia, ita vt neutrum significetur, sed solum ens. Dum verò definitur ens, scilicèt per id quod est, adhùc nullus est conceptus substantiæ, aut accidentis; vtrum- D

14. Responsio. In cõceptu cõmuni entis, nõ exprimitur hęc habitudo.

Ratio.

Item nec in illa defin. entis, Est id quod est.

que enim verè & formaliter suo modo est id quod est, sicut vtrumque ens est. Sed tamen cum distinguimus substantiam ab accidente, & ostendimus dependentiam vnius ab alio, tunc deprehendimus illam ipsam rationem cõmunem magis quadrare in substantiam quam in accidens. Itaque sicut modus intrinsecus per se, vel in alio diuidunt ens, quia illud est substantia, hoc accidens; ita modus intelligendi non diuidit, sed accommodat ipsum ens. Vt postquam dicimus substantiam, & accidens esse ens, si quæratur sitnè accidens propriè, & simpliciter ens, quæ syncathegoremata, propriè & simpliciter significant accommodatum modum intelligendi: Respondendum est, accidens non esse propriè, & simplicitet ens, quia conceptus entis non ita benè siue vniuocè accommodatur accidenti; quia ratio significata per nomen non est omninò eadem, propter diuersam accommodationem; est tamen vna ratio communis vtrique, quia vtrumque est verè, & formaliter ens, non ens pictum, aut fictitium: & ita ens nullo modo significat substantiam, sed aliquid, quod propriè accommodatur substantiæ; accidenti autem impropriè; non per metaphoram, sed impropriè, hoc est, minùs accommodato intelligendi modo, vel etiam secundum quid, quia accidens non est id quod est simpliciter quia est in alio; est tamen, hoc est, existit verè & formaliter.

Modus intrinsecus diuidit ens.

Deinde modus intelligendi accõmodat ens.

Hę voces, proprie & simpliciter, significãt accommodatũ intelligẽdi modum.

Ratio significata per nomen, ens, non est omninò eadem.

Ratio.

Accõmodatur accidenti impropriè, hoc est, minus accommodato intelligendi modo, seu nõ itabene siue vniuoce, sed secundum quid.

15.

Etiam in conceptu vno entis est analogia proport.

Ibi analogum prædicatur simpliciter de vtroque.

Eius tamen ratio non est omninò eadẽ, vt infrà. *S. Thom.*

His verò adijcimus, etiam absque inæqualitate prædicationis in conceptu vno inueniri analogiam proportionis: ibi enim analogum prædicatur simplicitèr de vtroque: & tamen non est vniuocum, quia non est omninò eadem ratio communis omnibus analogatis, vt ostendemus in analogia nominum diuinorum: quare scitè docuit Sanctus Thomas prima parte, quæstione 13. articul. 5. in analogis neque esse omninò vnam rationem sicut in vniuocis, neque omninò diuersam vt in æquiuocis; quod intelligendum est de analogis vnius conceptus.

16.

Colligitur Cõmentarius definitionis vniuocorum.

Ex quibus consequuti sumus commentarium dilucidum definitionis vniuocorum. Sunt enim vniuoca quibus est conceptus vnus, perfecta vnitate similitudinis; & ratio significata vna, scilicèt perfectè vna, propter perfectam similitudinem, quæ est vniuocorum fundamentum: quod amplius explicabitur de analogia nominum diuinorum disputantibus inferiùs. Prima autem genera in eo in quo conueniunt non perfectè assimilantur, cum substantia simpliciter sit id quod est, & accidens sit id quod in alio est. Quamobrem quia in aliqua conueniunt similitudine, possunt significari conceptu vno, & sub vna ratione communi; quia verò non concordant in similitudine perfecta, deficiunt ab vniuocis, & analoga sunt.

Genera summa conueniũt in similitudine, sed nõ perfecta.

Confirmatio.

17.

Quòd ens non sit vniuocum. *Aristot.*

ERit nobis petenda confirmatio à sententijs Philosophi capite sequẽti commemorandis, quibus ostenditur ens esse æquiuocum; quibus comprobatur satis quòd vniuocum non sit: quòd verò sit analogum colligitur ex eodem 4. Metaphysic. capite 2. vbi docet ens non dici æquiuocè, & tamen simpliciter dici, & non dici vna ratione; est ergo analogum, quod neque omninò est æquiuocum, neque omninò vniuocum. Et confirmatur, quia sæpiùs docet Philosophus ens esse ex ijs, quæ dicuntur ad vnum, quæ quidem sunt analoga per attributionem. Id affirmat loco eodem, & 7. Metaphysic. text. 14. & 15. & libro 12. text. 19. Idem docet Commentat. ex mente Aristotelis 10. Metaphysic. text. 5. Porphyrius verò cap. de Specie, probat omnia genera summa conuenire in solo nomine entis: & ibidem Boetius, & alij: ergo non est vniuocum. Eadem est sententia S. Thomæ, & omnium ferè Doctorum consensu comprobata.

Quòd sit analogum. *Idem.*

Idem.

Comment. Porphyr.

Boetius. S. Thom.

QVARTA PARS.

Nomen, ens, analogum est vno conceptu, & ratione vna.

1.

Quæst. de ratione vna entis.

DIsputandum iam est vtrum istud nomen, ens, significet aliquid vnũ, & quasi commune; aut saltem significet plura sub vna aliqua ratione communi, quod idem est: an verò immediatè significet plura, vt plura sunt, sub diuersis

uersis rationibus? Hanc partem posteriorem amplectitur Thomas Caietan, & Ferrariensis, & alij qui denegant enti conceptum vnum; quod quidem meritò censent vt consentaneum priori suæ opinioni iam confutatæ. Sed sunt & alij Doctores, qui cum tribuunt enti conceptum vnum, negant vnum aliquid significari illo conceptu vno; aut etiam significari plura sub vna aliqua ratione. Sed plura vt plura sunt sub diuersis rationibus designari aiunt nomine vno & conceptu vno entis. Et quoniam res significata, aut repræsentata per conceptum solet vocari conceptus obiectiuus, hoc est, obiectum conceptus, quod latiùs dicimus rationem obiectam; concedunt vnum conceptum formalem, scilicèt informantem intellectum, & negant vnum conceptum obiectiuum, hoc est, vnum obiectum illius conceptus formalis: cuius opinionis assertores sunt Soncinas, & Heruæus cum alijs.

Et hi quidèm docent, ens significare substantiam accidensque, cum quadam disiunctione, scilicèt substantiam, vel accidens: hoc quippè disiunctum potest prædicari de omni ente. Alij meliùs sentiunt non cum disiunctione neque cum coniunctione significari vtrumque, sed simpliciter; ita vt conceptus entis, sit conceptus vnus substantiæ, & conceptus alius accidentis; absque vlla copulatione, aut disiunctione mente percepta; sed nudi ipsi conceptus rerum.

Hæc opinio à quibusdam refellitur, quia vnius conceptus oporteat esse obiectum vnum. Hoc tamen argumentum validum non est. Vnitas enim conceptus complectitur res plures distinctas, quæ intelliguntur per modum vnius: nam vno conceptu apprehendimus relatum, & terminum relati simul; & rem absolutam cum relatione simul. Imò conceptu accidentis apprehendimus simul substantiam: potest ergo vno conceptu entis simul designari substantia, & accidens: neque hoc ignorabant viri illi solertissimi. Verum est quòd vnus conceptus est vnius rei principaliter, & in recto, vt aimus; & licèt possit repræsentare simul res alias in obliquo secundum aliquam vnitatem obiecti: tamen in recto vnam rem solam repræsentat conceptas vnus. Ens ergo conceptu vno, vnum aliquid significat in recto; & illud est significatum proprium nominis: non ergo significat substantiam simul & accidens in recto; sed aliquid vnum commune vtrique. In hoc ergo refellimus præfatam sententiam, quo iubet absolutè, & in recto significari nomine entis substantiam & accidens simul, cum disiunctione, aut sine illa.

Adhùc verò magis explicatur res ista: nomen enim ponitur loco rei, scilicèt loco illius rei quam significat in recto, & non in obliquo: vt nomen, scientia, ponitur loco illius facultatis, quæ animum exornat, & non ponitur loco rei scibilis, quam indicat in obliquo. Nam scientia de angelis indicat in obliquo Angelos; & non dicimus scientiam esse Angelum, sed esse de Angelis. Et idem significandi modus est in conceptu. Ergo etsi in eodem conceptu entis fingant habitudinem quandam ad decem genera, non ideò prædicabitur ens de illis, nisi significet illa in recto: quòd si in recto significat multa, & non vnum; nomen est æquiuocum argumentationi, distributionique ineptum, vt canis, sanum, & alia huiusmodi.

Quod amplius declaratur ex ipsa definitione, naturaque nominis. Vox enim significans & conceptus, sunt quasi synonima, quæ significant idem eodem modo: cum ipsæ voces notæ sint conceptuum, vt Aristoteles docuit. Nomen autem commune quod potest distribui, & cum numero coniungi, significat plura, quæ sunt plura secundum formam significatam per nomen: sed nomen, ens, est commune, & distribuitur, & numero deseruit, vt omnes confitentur; dicimus enim omne ens esse vnum, & numera nus decem entia genera decem; ergo hoc nomen, ens, significat plura, quæ sunt plura secundum formam designatam per nomen: ergo aliqua forma, siue ratio aliqua obiecti, designatur per hoc nomen, ens, quæ in entibus multiplicatur: ergo nomen istud non significat immediatè plura, sed vnum, quod in multis inuenitur, & de multis dicitur. Nam si ens significat immediatè substantiam, quantitatem, &cæt. cum dicimus, Omne

1. Sent. Caiet. & Ferrar. de qua 3. 1. n. 14. & 31. eam negat cohærenter.

Absolutè & in recto nó repræsẽtatur vno conceptu plura simul cũ disiunctione, aut sine illa.

2. Sent. aliorũ, eam negat.

Hæc sent. concedit enti vnũ conceptum formalem, & negat vnum conceptum obiectiuum.

Eam tenent Soncin. Heru.

2.

1. Explicatio eorundem ab ente significari substantiam, & accidens simul cũ disiunctione.

2. Explic. melior Fonsec. significari vtrũque sine illa.

3.

Istius sententiæ impugnatio. Soar.

Confirmatur. Vnus conceptus potest esse plurium per modum vnius.

1. Exemplum.

Secundum.

Certium.

Explicatur. Est vnius rei principaliter, ac in recto, & alio in obliquo.

Veritas impugn.

4.

Confirm. 1.

Nomen ponitur loco rei quam significat in recto, & nõ in obliquo.

Exemplum nominis, scientia.

Similiter cõceptus.

Dictum:

Nomen, ens, etsi in eius cõceptu fingatur habitudo ad 10. genera, non ideò prædicabitur de illis, nisi significet illa in recto.

5.

Confirm. 2.

Cum nomen ens, sit cõmune, & distribuatur, & numeretur, significat plura quę sunt plura secundũ formam designatam per nomen.

Vnde non significat immediate plura, substantiam quãtitatem, &c. sed vnum.

ens est vnum, intelligeremus omnem substantiam, & omnem quantitatem, &c. quæ sunt multæ distributiones, & propositiones multæ: & cum dicimus decem entia, intelligeremus decem substantias, & decem quantitates, quod est paradoxum ridiculum. Aliquid ergo vnum significat ens quod distribuitur, & numero multiplicatur. Idem autem dicendum est de conceptu entis, & voce, cum sint quasi synonima, vt proposuimus. Et hoc est palmarium argumentum.

Idem de conceptu.

6.

Difficultas: Quodnam sit illud vnum cõmune pluribus quod ens immediatè significat?

Præsciendum ex dictis.

Dari aliquod eiusmodi vnũ, ostenditur.

Iam verò inquirendum est, quanam ratione significandi, nomen hoc, ens, significet plura? Nam si absque vlla ratione communi plura significat, vt canis terrestrem & marinum canem, absque vlla vnitate per nomen designata; profectò reijciendum est nomen, ens, à disputatione; imò à loquendi consuetudine: & nos ipsos à naturali modo intelligendi oportet excedere, qui ens intellectu distribuimus, numeramusque; & de ente disputando informamus intellectum: liquet enim experimento nomen entis apud nos non esse vt nomen canis, aut sanum, quæ non distribuuntur, neque inseruiunt disputanti. Quod si nomen hoc, ens, significat plura vt sunt vnum saltem colligatione aliqua, scilicèt qua possit dici de multis, & distribui: illud tandem exprimendum est, quo plura entia quasi in vnum coeunt; quod solertèr curauit Paulus Soncinnas cum Heruæo, explicans ens per disiunctionem, scilicèt substantiam, vel accidens; vt illa disiunctione faceret prædicabile de multis: qui verò disiunctionem istam negant, & verè quidem negant, vt statim comprobabimus, nihil tandem vnum excogitant sub nomine communi, quod possit de multis prædicari.

Ens non est æquiuocum.

Non est vt nomen canis, aut sanum.

1. Sent. *Heru. Soncin.* illud vnum esse disiunctum, de quo n. 2.

7.

Hęc sẽt. si intelligit enunciationem disiunctam,

Cõfutatur. 1.

At verò Heruæus, & Soncinnas qui explicant ens per disiunctum, certissimè falluntur. Nam cum aiunt nomen, ens, significare substantiam, vel accidens, si faciunt disiunctam enunciationem, sensus est quòd nomen istud significat substantiam, vel significat accidens; putà aliquando accidens, aliquando substantiam: & ita erit nomen ineptum distributioni, aut argumento; sicut cætera nomina, quæ ambigua dicimus, eò quòd nunc hoc, nunc illud significant: neque illa disiunctio significatur per nomen, ens, vt ea, quæ sunt multa quasi disiunctione copulentur: & in eo sensu est disiunctio enunciationis, & non prædicati. Quòd si, vt isti Doctores planè indicant, accipiamus non enunciationem disiunctam, sed prædicatum disiunctum; cum dicimus nomen, ens, significare substantiam, vel accidens, intelligimus significari vtrumque semper isto nomine entis simul cum disiunctione: ita vt hoc idem significet nomen, ens, quod significat nomen istud complexum, substantia vel accidens: quæ opinio sic declarata, ipsis terminis notis apparet esse falsa. Nam substantia vel accidens est quoddam disiunctum ex duobus nominibus concretum quod non potest esse adæquatum nomini vni: aliàs duos conceptus distinctos substantiæ, & accidentis, adæquaremus vni conceptui distincto entis: Soncinnas enim & Heruæus vnum conceptum entis confitentur distinctum à conceptu substantiæ, & accidentis, vt & nos probauimus. Impossibile est autem idem sub eadem ratione vno conceptu ejusdem generis repræsentari, quod repræsentatur duobus conceptibus: ergo est alia ratio entis distincta à substantia, & accidente, sicut est conceptus entis distinctus à conceptu substantiæ, & accidentis. Est quippè conceptus naturalis imago rei repræsentatæ, & oportet variari rem repræsentatam sub sua ratione formali, vbi variantur conceptus.

Confutatur.

Si intelligit quod index prædicatũ iunctum, Confutatur.

Ens non significat idẽ quod hoc cõplexum substantia, vel accidens.

Impossibile est idem sub eadẽ ratione vel conceptu esse repræsentari, quod repræsentatur duobus.

Ratio.

8.

Confutatur 2.

Præterea hæc est natura prædicati disiuncti, vt neutra pars prædicati, certè enuncietur: sed altera pars dubiè & incertè: quare cum aimus substantiam esse ens, nihil certè affirmamus, sed intelligimus, substantiam esse vel substantiam, vel accidens; quod ineptissimè dicitur.

Neutra pars prædicati disiuncti certè enunciatur.

9.

Confutatur 3.

Denique vt in re perspicua non moremur, disiunctum non est aptum nomẽ arguentibus vtile, nisi in solis disiunctiuis argumentis, vt tollamus vnam partem disiuncti, & ponamus alteram: hoc autem nomine vno præstari non potest, sed duobus: arguimus enim, corpus esse substantiam vel accidens; sed non esse accidens; ergo esse substantiam: quòd

Disiunctum non est vtile nisi in disiunctiuis argumentis vt tollamus vnam partẽ, & ponamus alteram.

Arg. in quo per disiunctũ

non potest poni ens.

Ens partes non habet.

Alia tu ntarg. in quibus pro ente non ponitur disiũctũ.

quòd si loco disiuncti ponamus nomen ens, nihil efficies: neque enim poteris disiunctim arguere, negando vnam partem entis ad constituendam aliam: cum nomen, ens, partes non habeat, vt alteram neges, alteram affirmes. Erunt autem alia argumenta multa vsurpantibus nomen, ens, vt commune, quæ disiuncto non constant; sed nomine communi significante vnum aliquid, quod de multis dicatur distributè. Sed neque disiunctum, vt disiunctum est, potest distribui: quia vnitas disiuncti est ipsa disiunctio, scilicèt syncathegorema, vel: quòd si partes disiuncti distribuantur, est duplex distributio, verbi gratia, Omnis substantia vel accidens, declaramus, Omnis substantia, vel omne accidens: distributiones autem plures pertinent ad nomina plura, & conceptus plures. Ergo nomen, ens, quod voce & conceptu est vnum, vnica distributione afficitur, cum dicimus omne ens: ergo vnum aliquid significat vt possit accipi distributè. Postremò disiunctum non potest numerari, nisi numero ipso disiuncto; vt si dicamus esse boues, vel vaccas tres, intelligimus esse boues tres, vel vaccas tres, aut mixtum numerum ex bobus & vaccis. Dicimus autem esse decem entia, non decem substantias, vel decem quantitates; neque verò ex istis mixtum denarium: aliàs nomen, ens, esset æquiuocum, quod æquè significat plura quasi congeriem: sed quod proprium est nominis communis, sub ratione aliqua communi entis, numeramus entia decem. Quòd si respondeas plura cum disiunctione haud facere æquiuocationem: argumentum retorquetur. Nam si attendatur disiunctio, ens erit vniuocum; disiunctum enim æquè dicitur de multis eodem conceptu disiunctionis; nihil enim illis est commune, nisi ipsa disiunctio: ens autem negant ipsi Doctores vniuocum esse.

Confutatur. Disiunctum vt sic, non potest distribui.

Si partes disiuncti distribuantur, est duplex distributio, atque adeo plura nomina & conceptus.

Exemplum.

Confutatur. 5. Disiunctũ nõ potest numerari nisi numero ipso disiuncto.

Exemplum.

Respons.

Retorquetur. Si attendatur disiunctio, ens erit vniuocũ.

10. & vera sent. Illud vnum est ratio cõmunis essẽtiæ, cui conuenit existentia, vt lib. 4. c. 4. n. 13. & 18. Prob.

Quòd autem nomen, ens, significet aliquid vnum, ratio ipsa persuadet: quoniam omnia hæc, quæ dicimus entia, conueniunt in aliqua ratione communi essentiæ, cui conuenit existentia, siue esse, vt libro 4. admonuimus. Quid ergo necesse est fatigari & angi, cum ratio entis communis perspicuè appareat? sed à veritate discedunt hoc solo consilio, vt alia euitent, quæ superare non possunt, de vniuocatione, & abstractione entis, de quibus hoc capite p. 5. disseremus. Confirmatur nostra sententia, quia in ente fit comparatio, dicimus enim vnum ens esse perfectius altero: comparatio autem fit circa idem, vt liquet: ergo aliqua ratio communis inuenitur in ente secundum quam vnum ens alio perfectius esse cognoscimus.

Aduersantium consiliũ vitare difficultatẽ, de qua p. 5.

Confirm. Comparatio indicat vnum in quo discernatur excessus

Confirmatio.

HÆc nostra opinio colligitur ex Aristotele 4. Metaph. cap. 2. vbi docet ens non dici æquiuocè, scilicèt pluribus conceptibus; & 6. Metaph. cap. 1. comparat vnum ens cum alio, & vnum alio perfectius esse prædicat: comparatio autem indicat vnitatem aliquam rationis in qua discernatur excessus: vt modò arguebamus. Idem insinuat clariùs libr. 4. Metaphysic. text. 7. docens metaphysicam considerare ens inquãtum ens, videlicèt sub ipsa ratione entis communis: & hic est commentarius S. Thomæ 1. parte, quæst. 5. art. 3. ad 1. vbi docet substantiam, quantitatem, & cætera, contrahere ens: quòd si ens immediatè significaret plura, non esset quid commune quod posset contrahi ad particularia, sed essent simpliciter plura. Et quæst. 1. de veritate, artic. 1. & iterùm quæst. 21. artic. 1. affirmat, apertissimèque docet conceptum entis scilicèt obiectiuum quod est ipsum ens, esse simplicissimum, & determinari per modos entis intrinsecos. His dictis nos nihil addimus; sed hæc eadem asseueramus, scilicèt ens non esse plura, sed vnum illud quid simplicissimum: puta quia in omnibus clauditur, & omnia resoluuntur in ens, vt in primum cognitum, quod aliàs sæpiùs admonet Doctor Sanctus: & iterùm affirmamus ens esse aliquid commune, quod per modos intrinsecos determinatur, & finitur. Et in primo distinctione 19. quæst. 5. artic. 2. ad primum expressis verbis docet quòd in analogatis, quæ neque re, neque intentione paria sunt, vt ens; oportet quòd res significata sit in vtroque analogato; ergo ens est aliquid commune substantiæ, & accidenti, quod in vtroque est. Et eadem est ratio de ana-

11. *Aristot.* 1. locus.

2. locus confonans proximè cõfirmationi.

3. locus. *S. Thom.* 1. locus.

2. locus.

3. locus.

4. Locus.

Ferrar.

S Thom. alia loca.

Caietan.

Idem.

S. Thom.

Scotus.
Capreol.
Dom. Soto.
Auicena.

logia proportionis vnius conceptus. Et A d. 25. art. 2. ad 5. docet conceptum personæ esse analogum & abstractum contra Thomam Caietanum. Idem sanè sentit S. Doctor cum affirmat ens esse vltimum in resolutione, quæ fit per intellectum, vt doctè Franciscus Ferrar. obijcit Caietano; neque eius responsio satisfacit, vt probatum est. Agit Sanctus Thomas de hac re præcipuè de potentia, q. 7. art. 7. & 1. contra gentes, cap. 34 & 1. p. q. 13. artic. 5. & 6. & opusc. 42. estque ea communis sententia, quòd nomen, ens, habeat conceptum vnum cõmunem, & ratio significata per nomen sit etiam communis. Et ipse Caietanus in responsione ad Ferrarienſem, aliquẽ excogitauit cõceptum communem entis, vt declarauimus. Nam & libr. de ente, & essentia profectò meliùs, ac doctiùs conceptum vnum ac definibilem absolutè posuerat. Vnde etiam colligimus nominis entis esse vnum conceptum formalem sicut & obiectiuum, in schola Doctoris Sancti: neque enim potuit attribuere enti vnam rationem communem, nisi conceptu vno. Et vtrũque satis apertè innuit quæst. 7. de potent. artic. 5. & 6. & eiusdem opinionis participes sunt Scotus in 1. d. 3. Ioann. Capreol. cum alijs, & Dominicus Soto in sua logica: estque opinio ista communis, quam videtur sequi Auicena lib. 1. suæ Metaph. cap. 4.

QVINTA PARS.

De vnitate conceptus, & abstractione analogorum.

1. QVòd sint analoga vnius conceptus declarauimus; quo vno conceptu, analogorum vnam aliquam rationem significari docuimus: ab altero tandem scopulo nos euadere oportet, circa abstractionem horum analogorũ, quonam scilicèt modo abstrahatur illa vna ratio significata per conceptum vnum.

2. 1. Sent. *Caiet.* 1. Dictum: Abstactionẽ analogi esse cũ aliquid abstrahitur à rebus analogatis pro ut conueniunt

Thomas Caietanus tractatu illo de analogia, cap. 2. & sequentibus negat in his analogatis esse aliquid commune abstractum abstractione formali, aut vniuersali; sed esse abstractionem analogi, vt consideremus res ipsas non prout sunt res diuersæ, sed prout conueniunt in quadam habitudine. Affirmat etiam propter hanc conuenientiam posse definiri analoga. Tertiò pronunciat ens non distingui à singulis analogatis vt commune à particularibus, sed solùm nominibus esse discrimen, quod hoc nomen, ens, continet multa, nomen autem qualitas, aut quantitas vnum aut alterũ significat. Et in hac assertione multi Caietano assentiuntur, rati nomine entis nihil significari commune, vt Ferrar. & alij: quare si nihil est commune, neque abstractum quid est.

in analogia. 2. Dictum. Propterhoc conuenientiã posse definiri analoga. 3. Dictum. Solum nomẽ entis esse commune.

Verùm ad obiectionem propositam B à Francisco Ferrar. quòd in schola Doctoris Sancti resoluenda sint omnia vsque ad ens tanquam ad vltimum, & cõmunissimum. Respondet Caiet. ens esse in resolutione vltimum, quia substantia vt fundat analogiam entis abstrahitur à se ipsa, vt Thomas Caiet. vult, & explicabimus in secundo corollario n. 6. consideratur enim substantia, non vt distinguitur ab alijs entibus, sed vt proportione conuenit cum illis; & ita hic conceptus secundum analogiam est simplex, scilicèt prout conuenit cum alijs; C cui ipsa substantia addat aliquid, scilicèt propriam rationem substantiæ. Si verò consideretur non substantia, sed ipsa analogia substantiæ, qui conceptus fundatur in nostro modo intelligendi, vt explicauimus; ille etiam simplex est, & in resolutione vltimus.

3. Obiectio *Ferrar.*

Resp. p. 2. n. 18.

Substãtia fundat analogiam entis, sed vt proportione conuenit alijs, abstrahit se ipsa, & hoc conceptu simplicè.

Hæc tamen doctrina nihil habet põderis, si rectè expendatur. Nam si substantia verbi gratia, resoluitur, non in ens tanquam in quid cõmunius, & simplicius, sed in se ipsam; & secundũ proportionis analogiam abstrahitur à se ipsa: vel vt sic, est ens; & ita ens est quod abstrahitur vt commune; nam substantia abstrahitur secundum id quo conuenit cũ accidẽte; ergo secundũ aliquid cõmune: ergo si abstractio est secundũ ens, aliquid commune est ens; & illud est primum, ad quod fit resolutio, quod S. Thomas docet, & Thomas Caiet. non vult. Si verò substantia resoluitur in se ipsam non secundum quòd est ens, sed duntaxat secundum quòd conuenit in analogia; cum hoc totum quod dicitur conuenire in analogia, sit quædam relatio rationis, fit resolutio vltima non in ens, vt S. Thomas ait, sed in aliquid rationis relatiuum, quod est impossibile.

4. Refutatur.

Subsistãtia resoluitur in ipsã, & abstrahitur à se ipsa secũdum id quo conuenit cũ accidẽte, ac proinde secundò aliquid cõmune, quod est ens.

Cõuenit analogia relatio rationis

Clariùs

Declaratur.

Resoluere est quasi discernere, &c.

Abstrahere est meditari vnã partẽ concreti non cogitando alteram

Ostenditur hoc in substãtia.

Clariùs adhùc illustrabimus rem istam: Nam resoluere aliquid rationis operâ, est quasi discernere partes vnius concreti quod erat mente apprehensum; abstrahere autem est vnam partem illius concreti solam meditari, relinquendo alteram partem, & non cogitando illã. Discernamus ergo in substantia aliquid cõmune, scilicèt partem, quę sit cõmunis substantiæ & accidenti, & illud discretũ est ens, vt vult S. Thomas; ergo alius est conceptus entis, & alius substantiæ: & iterum non cogitando de substantia, aliquid abstractum commune meditandũ est scilicèt ens, vt euidentissimum est.

Refutatur 3.

Præterea Caietanus nihil ponit commune substantiæ & accidenti, non res ipsas quæ distinctę sunt, non habitudines analogiæ: quia alia est habitudo substantiæ ad accidens; & alia est diuersa accidentis habitudo ad substantiam, & neutra habitudo est cõmunis vtrique vt liquet: ergo erit abstracta habitudo non hæc aut illa, sed habitudo communis quę est relatio rationis, vt arguebamus; quę sanè habitudo minime significatur nomine entis; neque ea est illud in quod resoluitur quodcunque ens: quia resolutio fit in partes essentiales, non verò in accidentia rationis, quæ sunt extra cõceptum rei. Certè otiosum iudicamus in re tam perspicua moram facere.

Neutra habitudo, sc. nec substantię, nec accidentis est cõmunis vtrique sed qua cõmunis est relatio est rationis, & nõ significatur nomine entis.

5. Illud ergo explanãdum est quod ait Caiet. abstractionem analogi esse, cum aliquid abstrahitur à rebus analogatis, prout conueniunt in aliqua analogia. Hoc enim complexum, analogata prout conueniunt in analogia, distinguendum est; vel enim facit sensum materialem, scilicèt hæc analogata prout conueniũt in analogia, hoc est, in ente in quo cernitur ratio analogię; & ita est aliqua abstractio ipsius entis: vel facit sensum formalem, prout conueniunt in sola relatione rationis quæ dicitur analogia; & ita nulla est abstractio entis, vt probatũ est. Itaque habitudo ipsa rerũ inter se est causa vt aliquid ab ipsis commune possit abstrahi; quemadmodũ exponemus: sed id quod abstrahitur non est habitudo analogatorum; sed aliquid essentialiter commune illis. Primum ergo enunciatum Caietan. circa abstractionẽ entis incredibile est.

5. Dictum explicatur.

Concedit quoad sensum materialem in analogia, hoc est, in ente in quo est analogia.

Negatur, quoad formalem, hoc est, in sola relatione ratio quę dicitur analogia.

Declaratur, vt n. seq.

6. Dictum explicatur.

Quòd verò secundo loco docet analogiam satis esse vt aliquid possit definiri; verum quidem est & approbamus, si probè scitèque explicetur: quærimus enim definitum formale entis, cum dicimus esse id quod est; definitum enim formale est cuius natura definitione explicatur. Si igitur ipsa analogia, aut analogatorum habitudo est formale definitũ: ens formaliter significat istas relationes & comparationes rationis. Idem enim est definitum formale & significatũ formale nominis definiti. Falsum autem esse liquet, nomine entis significari formaliter analogiam. Dicẽdum ergo omninò est definiri, & significari rationem aliquam entis communem; quæ tamen nulla est nisi entia plura in quadam analogia conuenirent. Est enim analogia causa vt ens possit abstrahi & definiri: sed id quod abstrahitur & definitur est entis ratio communis.

Improbatur si sẽsus sit, formale definitũ per definitionem entis esse ipsã analogiã seu habitudinem.

Idem est definitũ formale & significatũ formale nominis definiti

Approbatur si sensus sit ana giã esse causã ut ratio communis entis possit abstrahi & definiri.

7. Tertium illud corollarium quòd ens non sit aliquid commune, sed solum nomen sit commune; per æquè est à ratione alienum; facit enim Caiet. ens aggregatum, quod numero partium distingua tur à singulis, quod est paradoxum. Et refellitur hoc quoque euidenti argumento; nam id quod plura continet distinctè & actu, distinguitur re ipsa à singulis; si ergo ẽs est plura entia actu distincta, re ipsa distinguitur à singulis entibus, quare omnis propositio erit falsa in qua ẽs prædicatur de rebus; sicut si diceremus lapidem esse aceruum; sola enim abstracta abstractione vniuersalis, hoc habent, vt contineant plura non actu sed potẽtia, quia sunt vnum sola vnitate rationis. Si ergo ẽs distinguitur à singulis per hoc quòd continet actu plura; distinguitur per aliquid reale additum: ergo distinguitur re ipsa, sicut totum à parte. Nihil ergo est in tota hac ratione inuẽti, quod probabile sit; & omnia ad æquiuocationem vergunt, quasi ens sit nomen æquiuocum, vt canis, aut vt homo viuus & pictus; in quibus nulla est abstractio, nulla definitio, aut argumentario.

3. Dictũ cõfect declaratur.

Refellitur. Si ens est plura entia actu distincta, re ipsa distinguitur à singulis entibus.

Sic aceruus à singulis lapidibus.

Vnde distinguitur re ipsa, sicut totum à parte.

Ens nõ est nomen æquiuocum.

8. Facilis verò persuasio est, vt credamus ens esse quid cogitando abstractũ. Dicimus enim abstractum quicquid cogitatur sine alijs: sed comprobatum est, aliquid commune cogitando apprehendi audito nomine entis, & illud commune non esse substantiam, aut quantitatem, sed esse his exceptis aliquid: ergo illud abstractum est.

Ens est quid cogitando abstractum.

Ostenditur ex num. 4.

9.
2. sēt extrema *Scoti.*
Ens esse ita abstractum, vtnō includatur in intrinsecis modis sūmorū generum.

Additio *Scoti.*

Hæc 2. sentē. vt Scotistæ putant, ait ens distingui ex natura rei ab ijs modis.

Refellitur 1. ex lib. 4. c. 32. p. 1. n. 9.

Ens vix possumus cogitādo secernere à rerū differētijs

10.
Refellitur 2. *ex Arist.*

Idem.

11.
Refellitur 3. clarissimè.
Ex ente reali & modo cōtrahente nō reali portentum cō flatur.

Soncin. id conflat.

In cassū id facit, eū aliàs neget ens esse abstractum aut commune.

Ioannes Scotus extrema sequitur; non solū enim affirmat ens esse aliquid commune abstractum à decem generibus: sed ita abstractum esse vt nō includatur in intrinsecis modis quibus decē genera contrahūtur. Mitto quòd docet etiam in suis affectionibus transcendētibus non includi, neque in vltimis rerū differentijs: hæ enim posteriores quæstiones non nobis incumbunt. Sed illud refellendum est, quòd ens non includatur in intrisecis modis generū, per quos contrahitur, de qua re consulendus est in 1. d. 3. q. 3. & d. 8. q. 2. & in 2. d. 3. q. 6. Imò Scotistæ arbitrantur sensisse Scotū in ijs locis, quòd ens sit à singulis entibus distinctum ex natura rei; etiam ab ipsis modis intrinsecis per quos contrahitur ad decem genera. Hoc autem incredibile est, cum neque ipsa genera distinguantur ex natura rei à differentijs, siue modis, quibus contrahuntur, vt lib. 4. commonstrauimus. Ens autem vix possumus cogitando secernere à rerum differentijs, tantùm abest vt ex natura rei distinguatur ab illis.

Est autem contraria sententia Arist. qui 3. Metaph. text. 10. demonstrat ens non esse genus, quia clauditur in his differentijs per quę posset contrahi: genus autem est extra differentias per quas diuiditur, & contrahitur, vt docet idem Aristot el. 6. Topic. cap. 3. aliàs si ens est vniuocum abstractum, & extra modos contrahentes; quid deficit enti vt sit genus? Neque curamus quid ad hæc Scotus respondeat.

Refellitur etiam opinio Scoti clarissima ratione. Id enim per quod ens cōtrahitur, si ens non est, scilicèt si non est ens reale, erit certè ens rationis: & illud ens particulare ad quod contrahitur ēs commune, erit nouum genus fabulæ, scilicèt concretum siue constitutum ex ente reali & differentia rationis: quòd si ipsa differentia siue modus contrahens, est ens reale; iam clauditur ens in differentia contrahente. Paulus Soncinas 4. Meraph. q. 1. ad 2. & q. 19. ad 7. & lib. 5. q. 14. docet modum contrahentem esse ens rationis: & idcirco ens reale non claudi in ipso modo contrahente. Sed non considerauit quòd portentum conflaret ex reali ente & modo contrahente non reali: & in cassum se præcipitauit in hos scopulos, cum aliàs neget ens esse abstractum aut commune quidpiam.

Posito igitur fundamento, quòd modus contrahens est realis: & quòd ens non est extra modum contrahentem, sed in ipso claditur, difficile explicatu est quomodo ens abstrahatur à modis intrinsecis quibus intimum est. Id enim quod abstrahitur est quasi pars resolutionis: vt hominem resoluimus in animal & rationale; & animal est pars abstracta abstractione vniuersalis; rationale autem est pars abstracta abstractione formali: substantia autem verbi gratia, aut aliud genus sūmum non habet partes in quas resoluatur: est enim substantia ens per se: & ipsum, per se, est ens; ergo hæ duæ partes non possunt cogitando separari: ergo neque abstrahi. Abstractio enim est quædam cogitationis separatio, & diuisio.

12.
Posita cōtrariā sententi quæst. de abstractione entis ab ijsmodis.

Prop. eam impugnante,

1. argum.
Genus sūmū vg. substantia nō habet partes in quas resoluatur.

In ente per se, ipsum per se videri ens.

Quidam respondent substantiam esse ens completum: & hac consideratione habere partes; alteram ipsum ens quod vt est vniuersalissimum, non est completum; alteram, modum realem quo constituitur, qui etiam modus non est ens completum. Et ita substantia distinguitur ab his quasi partibus, & potest in illas resolui: & vna ab alia abstrahi potest. Sed contra hoc inualescit argumentum.

13.
Rēsponsū quorundā.

Subst. ātia dī se ēs cōpletum at nodū pers: non esse eiusmodi ens.

Nam si modus realis intrinsecè includit ens, ipse modus est ens completum: quia substantia verbi gratia, nihil est, nisi ens per se; sed ipsum per se quod est modus realis, est intrinsecè ens: ergo ipse modus per se, est ens per se ex propria ratione formali ipsiusmet modi realis: ergo est completum ens.

Refutatur,
Si modus per se est intrinsecè ens, est ens per se ex propria ratione formali, ac proinde cōpletum ens.

Præterea sicut ens contrahitur ad genera rerum per modos istos reales, ita ad ipsos modos reales per aliquid additum contrahitur. Nam modus realis, verbi gratia, per se, est quoddam ens: ergo distinguitur ab ente communissimo per aliquid additum, scilicèt per aliquē modum entis; & ille etiam modus est quoddam ens, quod necesse est à communissimo distingui, per aliquid cogitando additum; & erit infinitus processus: vel confitendum est, ens esse extra modos contrahentes, cum Scoto: vel non esse abstractum, cum Caietano, & alijs.

14.
2. Argum.
Sequitur processus in infinitū in cōtractione entis ad hos modos per alios modos.

Quidam respondent concedendo infinitū processum in animi meditatione. Sed

15.
Respōd. quorundam.

Refutatur 1. *ex Arist.* negante eum processum in prædicatis quidditatiuis.

Sed obstat auctoritas Aristotel. 2. Met. text. 10. & 11. vbi negat processum infinitum in prædicatis quidditatiuis: ea autem quę in alijs intrinsecè includũtur sunt prædicata quidditatiua: ergo sistẽdum est in ijs & non progrediendum in infinitum. Prętereà in ijs quæ per accidens ordinantur, potest esse infinita cogitatio quæ nunquam sistat: sed in conceptibus per se ordinatis necessariò cessandum est, cum ordo essentialis finitus sit, vt lib. 3. docuimus. Maximè quoniã cum habeamus conceptum primum, scilicèt ens, & vltimum scilicèt modũ realem, quo contrahitur ens, verbi gratia ad genus substantiæ: conceptus essentialiter ordinatos inter istos duos necesse est esse numero finitos. Quamobrem ista respõsio vana est, & falsis nititur.

Refutatur 2. Ordo essentialis finitus est vt lib. 3. cap. 8. num. 18.

Confirm. Habemus cõceptum 1. sc. ens, & vltimũ, sc. modum, v. g. per se.

17. Prodecisione. 1. Prænot. Abstractio entis inter analoga singularis est.

Ante explicandam quæstionem non parùm arguram & difficilem, admonemus in analogis omnibus longè diuersam esse abstractionem, atque in vniuocis, quod p. seq. cap. tractabimus; abstractionem verò entis inter cætera analoga singularem esse, reliquisque dissimilem.

18. Ostenditur. Enti neq. cogitãdo aliq. bad ditur, niſi explicitè conceptu dicatur addi id quod ipsum ens includit implicitè.

Aduertendum igitur est, entipropter amplitudinẽ suam nihil reale addi, quia id quod additur nõ solùm includit ens; sed nihil præter ens includit. Itaque enti neque cogitando possumus aliquid addere; nisi dicatur addi sola explicatione conceptus, id quod includit ens in conceptu implicito: verbi gratia si dicamus, ens rationale; ipsum rationale, est ens; sed non est cõceptu explicito ens: & ita enti quod conceptu explicito apprehẽdimus, additur rationale, quod ipsum ens intrinsecè includit, sed implicitè. Huius autem asserti ea est ratio, quia ẽs est primũ cognitum quod in omni cognito includitur, vt proprium obiectum intellectus.

Exemplum

Ratio. Ens est 1. cognitum.

19. Ob eandẽ rationem, modi reales cõtrahẽtes ens, neque possunt intelligi sine ente explicato. Differentiæ possunt. Modi illi non sunt, seu non explicant quedam entia, sed sunt modi ipsi percipiendi illa.

Verum enimverò ob eãdem causam, modi reales quibus ens contrahitur, nõ solùm includant intrinsecè ens: sed neque possunt intelligi sine ente: Nam differentiæ quidem generum siue specierũ, sut quædam entia; quæ licèt implicitè includant ens, tamen non explicato ente percipiuntur. Modi autem, quibus ẽs contrahitur, non sũt quædam entia quæ per se ipsa possint percipi; sed sunt modi ipsi percipiendi quędam entia, quæ dicimus prima genera: & cùm adhùc non explicent quoddam ens; nihil omninò explicant nisi addito ente. Per se enim verbi gratia, non potest intelligi nisi cogitando percipiamus ens per se.

Adhùc considerandum est quòd hi modi qui sine explicatione entis percipi non possunt, significant aliquod ens particulare non partem, sed totum, hoc est, significant aliquid simplex quod partes non habet; verbi gratia hoc complexum, per se, non est nomen, neque significat aliquid nisi explicato ente; quo explicato, per se, idem significat quod per se ens, scilicèt substantiam, & non partẽ substantię; quia substantia est conceptus simplex. At ne hoc admireris, aliquid amplius conabimur persuadere quod verissimum est, scilicèt hos quos dicim' modos entis reales, quasi materialiter significare res ipsas; & ideo dicũtur modi reales; formaliter autem significant modum intelligendi determinatum. Sicut hoc nomen, attributum, significat in Deo aliquid reale, putà misericordiam aut iustitiam, materialiter, vt diximus lib. 1. quia misericordia siue iustitia est res pro qua supponitur nomen, attributum; sed formaliter significat relationẽ rationis attribuentis. Non secus hoc nomen, modus realis, significat materialiter ipsum genus constitutum, putà substantiam, aut quantitatem; neque enim significat partem, sed quid simplex: formaliter tamen significat ipsum modum intelligendi, quo determinatè intelligimus substantiam, aut quantitatem.

Quòd si consideras nomina ipsa modorũ particulatim, verbi gratia, per se, in alio, & similia: non sunt perfecta nomina, neque significant aliquid. Et quidem, per se, significat negationem, scilicèt nõ in alio, vt lib. 4. explicauimus; sed vsurpatione philosophica indicat determinatam essentiam, vt ibidem docuimus: quis autem ignoret per se non indicare essentiam? sed addito ente, ista negatio excitat intellectum ad intelligendum illud ens determinatum quod substantiã nuncupamus: similiter, in alio, non significat essentiam accidentis, vt liquet: neque, ad aliud, significat essentiam relationis; sed addito ente hæc syncategoremata imperfecta dirigunt mentem ad intelligentiam accidentis, aut relationis. Itaque modus entis nudus sine adiecto nihil significat illius entis, cuius dicitur

modi ipsi percipiendi illa.

Vnde nihil explicant nisi addito seu explicato ente.

19. 2. Prænot. Hi modi adiũcto ente significant totũ aliquid simplex cuius nõ sunt partes.

Exemplum de modo p se.

Declaratio. Modus realis cõtrahẽs, quasi materialiter significat substantiam, &c. formaliter modũ determinatum intelligendi illam.

Exẽplũ nominis, attributũ, de quo lib. 1. c. 29. p. 2. n. 5.

20. Nomina per se in alio, &c. nõ sunt perfecta nomina, neq; significant aliquid.

Per se, ex vi sux significationis, significat negationẽ, vt lib. 4. c. 21. p. 1. n. 6.

Vsurpatione philosophica hoc syncategorema addito ente excitat ac dirigit intellectum ad intelligentiam substantiæ.

Sic in alio, & ad aliud.

dicitur modus: & adiuncto ente totum illud nomen significat quid simplex, cuius non sunt partes.

Quamobrem scitè probèque illi sentiunt qui negant, prima genera componi ex ente & modo entis, etiam compositione rationis: quia prima genera sũt simplices quædam rationes, quæ partibus non constant; non solùm quia extra ens nullam partem possumus accipere; satis enim esset, si aliquid acciperemus explicatè, quod in ente cõtineretur implicitè, vt si aliquod nomen, vno conceptu significaret ens rationale; illud significatum posset resolui in ens, & rationale: sed quia modi entis nihil significant illius entis, cui cõueniunt; sed materialiter significant ipsum totum ens, hoc est, simplex ens, & formaliter modum intelligendi: & ita nulla fit compositio rationis quasi ex partibus, in illis quæ sũt prima entia, & suprema genera.

Illud quoque improbamus, quod quidam asserunt, modos ipsos entis habere se ad summa genera, vt abstractum ad concretum: & vt deitatem ad Deum. Nam in accidentibus abstracta & concreta nota sunt, verbi gratia quantum & quantitas, quale & qualitas: neque vni concreti plura sunt abstracta; entis autem plures sũt modi. Sed neque modus entis est abstractum illius: quia abstractum significat totum quod concretum, solo modo significandi diuerso: modus autem entis nihil significat nisi addito ente, quo addito ducit intellectum ad percipiendum determinatum ens: cum modus ipse solus nihil significet: non ergo se habet vt abstractum ad concretum. Neque verò concretum determinatur per abstractum, aut constituitur per illud; vt substantia constituitur per modum intrinsecum; hoc est, intelligitur determinatè per illud.

Ex his documentis petẽda est abstractio entis, & determinatio illius per modos intrinsecos, & singulorum entium resolutio ad vltimum ens.

Aduertendum enim est, in ijs quæ cõponuntur quasi ex partibus; quòd ea pars quæ est genus aut loco generis, quia est cogitando separata à parte alia, in qua non includitur, non solùm abstrahitur abstractione vniuersali ab altera parte, sed etiam abstractione quadã formali; verbi gratia, animal abstrahitur à rationali quadam abstractione formali, vt pars actualis distincta ab alia parte: & simul abstrahitur abstractione vniuersali, vt aliquid commune à particularibus. Ens verò abstractione formali nõ abstrahitur à modis contrahentibus: quia ipsi modi sine ente nihil explicant, at verò addito ente iam non sunt ab ente abstracti, neque secundum implicitũ, & explicitum cõceptum. Alio verò modo ens abstrahitur abstractione formali à differentijs specierum; licèt conceptu implicito includatur essentialiter in ipsis; ob quam causam non est genus. Verùm cogitando ens rationale, nomine entis explico ipsum ens, quod non explico nomine rationalis; sed implicitè ibi etiam ens intelligo. At verò cum dico ens per se, toto hoc nomine quoddam ens explico, & solo syncategoremate per se, nihil explico entis istius: quare abstractione formali non potest separari ens à modis contrahentibus. Abstractione autem vniuersali potest, quoniã satis est vt considerem ens non consideratis entibus particularibus, vt ens sit abstractum. Hoc enim significat abstractum, quod cogitando separatur, ita vt vnum cogitemus, alia non cogitemus. Quis autem etiam proteruissimus neget audito nomine entis nos ipsos cogitare ens, non cogitando substantiã aut quantitatem. Est ergo ens abstractum sola abstractione vniuersali, à modis cõtrahentibus: quæ est imperfectissima abstractio, quando nullo modo coniungitur cũ abstractione formali.

Contractio verò entis abstractioni opposita eodem modo cogitanda est: versantur enim opposita circa idem: ergo ens contrahitur per modos intrinsecos non quasi per additum: quia isti modi neque explicito conceptu addunt aliquid enti, vt declarauimus; sicut rationale quod includit intrinsecè ens, addit enti explicitè aliquid, scilicèt rationalitatem. Modi autẽ contrahentes nihil omninò addunt; sed inducunt intellectum ad percipiendũ aliquod ens determinatũ, hoc vel illo intelligendi modo. Vnde illud singulare est in hac abstractione, quòd id quod contrahit ens & constituit aliquod genus entis, nõ habet se vt verus actus metaphysicus: aliàs esset ibi abstractio formalis; sed est solus modus intelligendi additus, coarctans

21.
1. Illatum: 1. Genera nõ cõponũtur ex ente & modo entis et cõpositione rationis.
1. Probatio.
2. Ptobatio, vt n 18. 19. & 20. tollit ipsã quasi compositionẽ.
22.
2. Illatum cõtraquosd. Modi entis nõ habẽt se ad sũma genera, vt abstractum ad concretum
1. Probatio. Vnius cõcreti nõ sunt plura abstracta.
2. Probatio. Abstractũ significat totum quod cõcretũ, diuerso modo.
3. Probatio. Non determinat aut constituit cõcretum
23. Ex dictis decisio sequitur.
24. Aduert. Ea pars quæ est genus aut loco generis abstrahitur altera non solũ abstractione vniuersali, sed etiã formali.
Exẽplũ animalis.

Decisionis 1. assertum. Ens abstractione formali non potest abstrahi à modis contrahentibus. Ostenditur exp. probatio.

A differentijs specierum maximè.

Ratio discriminis.

2. Assertum. Abstractione vniuersali potest abstrahi à modis cõtrahentibus. Ostenditur

Hęc abstractio imperfectissima est, quando nullomodo cõiungitur cum formali.

25. Decõtractione entis similia asserta.

Primũ negat ijs modis contractionẽ formalem.

Secundũ cõcedit vniuersalẽ

Declaratur vtrumque

Modus contrahens nõ est verus actus metaphysicus

dans tamen intelligentiam ad intelligendum aliquod ens determinatũ, quod illo modo intelligendi sibi proprio apprehenditur; qui modus, vt diximus, nihil rei significat formaliter, sed quadam vsurpatione philosophica inducit intellectum ad comprehendendum aliquod determinatum ens. A

Vsurpatione philosophica inducit ad intelligendũ determinatũens, vt n. 20.

De resolutione entis, similia asserta.

De resolutione similiter ratiocinandum est. Non enim resoluitur substantia in ens quasi in partem sui cõceptus, sed quatũ in aliquod explicatum cõmune, quod in particulari continetur implicitè; ita vt sola explicatio faciat resolutionem: at verò non est resolutio quasi totius compositi in partes componẽtes, ea enim resolutio fit per abstractionem formalẽ vnius partis ab alia: sed secundum totum negatiuè, id quod non habet partes ita dicitur resolui, quia explicatur vltimus conceptus communis illius, cum aliàs non habeat partes; eum enim reuocamus substantiam ad ens, ibi cessat intellectus: non tamen est propria resolutio, quasi totius in partes. B

Primum negat ẽs proprie resolui vt totũ positiue in partes.

Secundũ cõcedit resolui vt totũ negatiue, quia explicatur vltimus conceptus communis illius.

27. Ad 1. arg. ex num. 20. Resolutio substantiæ in ens, & per se, nõ fit in mente, sed ex solis vocib⁹.

Per hæc autem diluitur argumentum illud de resolutione substãtiæ verbi gratia, in ens & per se: negamus enim eam resolutionem fieri in mente, sed in solis vocibus: quæ simul significant aliquid simplex scilicèt substantiam, cuius nullæ sunt partes, vel cogitando separãdæ. Responsio enim illa de ente completo, probè refutatur superiùs. C

28. Ad 1. argum. ex n. 20.

Alterum argumentum similiter absoluitur negando quòd modus entis sit quoddam ens, nisi in ipso modo entis intelligamus ens: quia modus entis in intellectu nihil est nisi ipse modus intelligendi quoddam ens determinatum. Et ista vox, per se, quæ ex vi suæ significationis significat negationem, scilicèt nõ in alio, vsurpatione philosophica inducit intellectum ad apprehendẽdũ determinatum ens, scilicèt substantiam; non quidem vox ista, per se, sola prolata, sed addito ente. Sicut ergo ens non cõtrahitur ad substantiam per modum additum enti: ita neque conrahitur ad ipsum modum per aliquid aliud: Imò modus etiam cogitando nihil est nisi substantia verbi gratia, hoc modo intellecta. Nullus ergo processus infinitus necessarius est. D

Confirmatio.

29. S. Thom.

TOta hęc ratio opinandi firmatur auctoritate S. Thomę qui nobis vnus sufficit, & colligitur ex verbis illius luculentissimis de verit. quæst. 1. art. 1. *Quod primum* (inquit) *intellectus concipit quasi notissimum, & in quo omnes conceptiones resoluit, est ens.* Ecce ens abstractum, vtpotè primum cognitum, adhùc non cognitis particularibus entibus; id enim dicimus abstractũ, quod est sine alijs cognitum: & resolutionem vsque ad ens ipse Sanctus Doctor testatur, quod sine abstractione fieri non potest: & subijcit *Vnde oportet vt omnes aliæ conceptiones intellectus accipiãtur ex additione ad ens: sed enti nihil potest addi quasi extranea natura, per modum quo differẽtia additur generi: quia qualibet natura essentialiter est ens.* Quibus verbis disertissimè docet non fieri additionem quasi partis ad partem, vt generi additur differentia. *Sed secundũ hoc* (inquit) *aliqualiter dicuntur addere supra ens, in quantum exprimunt ipsius modum, qui nomine ipsius entis non exprimitur.* Hæc est additio non rei, sed explicationis solius; qua ipsa explicatione non declaratur res aliqua, sed modus: *in quantum*, inquit, *exprimũt ipsum modum*. Et hoc ipsum ibidem alijs verbis declarat, *Substantia*, inquit, *non addit supra ens aliquam differentiam, sed nomine substãtiæ exprimitur specialis modus essendi.* Et similia docet quæst. 21. de veritate art. 1. Nos his nihil addidimus, nisi hoc quod explanauimus modos istos esse rem ipsam sic intellectam. Ita vt modus nudus nihil rei significet, & ita non est quasi pars componens. Modus autem cum ente, indicat rem ipsam totam, scilicèt simplicem rem modo quodam intelligendi.

De abstractione entis & resolutione vsque ad ens.

De contractione quoad 1. assertũ, vt n. 25.

Quoad 2. assertum, vt ibidẽ.

Quoad vtrũq; assertum.

Idem.

30. Plura alia sunt in hoc libro cum dialecticis nobis tractanda, in quorum tamẽ disputatione nequiuimus separare rerum naturalium nominum vsum, à rebus planè diuinis fideique mysterijs nominibus vsurpandis: sed mixtim diuina naturaliaque tradenda. Quæstionem autem superiorem de analogis, vt nimis longam fastidiosamque percurrendam censuimus.

CAP.

CAPVT II.

Argumenta refelluntur.

1.

QVia oportet hoc capite argumenta partium oppositarum refellere mediam viam ingressis, vtraque commemorabimus partitè: priùs autem ea pars opinionis tractanda, quæ æquiuoca esse hæc nomina affirmat; æquiuoca enim abhorrent ab arte; & sunt priùs reijcienda argumenta priora. Pro partibus igitur Caietan. & aliorum probatur ens & alia nomina similiter communia, non esse communia ratione vna & conceptu vno.

Prima argum. pro 1. sent. *Caiet. &c.* probãtia és, & similia nomina esse æquiuoca, seu nó esse cómunia conceptu vno: aut abstracta.

2.

1. Argum. *Aristotel.* 1. locus.

Primò, auctoritate Aristotelis, ex quo multa refert Paulus Soncinas. Nam 10. Metaph. tex. 8. ait ens significare decẽ genera: quod interpretandum est de prima significatione nominis, vt commentatur Auerroes, & sequitur Alexand. Alens. Et item 8. Met. cap. 6. vbi ait de generibus rerum, *Statim vnumquodq; eorum & vnum quidpiam esse, & ens quoddam*: statim, inquit, quasi dicat nulla media ratione communi. Et idem probatur ex 1. Elenchor. cap. 6. vbi dicitur omnia genera conuenire in æquiuoco; quod etiam Prophyrius recitat. Et 1. prior. cap. 28. significat nihil dici de primis generibus. Item S. Thom. 1. p. quæst. 16. art. 6. vbi ait quòd analogum est in vno solo analogato secundũ propriam rationem. Et 1. 2. q. 20. art. 3. ad 3. docet in his analogis rem significatam esse vnum numero: vnde Thom. Caietan. hoc ipsum desumpsit. Et 1. p. quæst. 13. art. 5. hæc nomina comparat analogis duorum conceptuum, vt sanũ; ergo in his res significata non est quid commune, quod sit in plurib⁹ & numeretur. Adhùc probatur pluribus argumẽtis; & duobus prioribus ductis ab auctoritate Arist. primũ enim affirmat 6. Metaph. text. quòd si non essent substãtiæ separatæ à materia, non esset Metaphysica; quia scilicèt nullum esset obiectum separatum à materia: ergo non est aliquod obiectum commune substantiæ materiali & accidenti; alias illud esset obiectum metaphysicæ, etsi in corporea non essent, quæ sunt à materia separata.

Porphyr. 4. locus.

S. Thom. 1. locus.

2. locus.

3. locus.

Ratio. *ex Arist.* Si non essent substãtiæ separatæ à materia, non esset Metaphysica.

3.

2. Argum. *ex Arist.*

Alterum argumentũm petimus ab Aristotel. 4. Metaph. text. 2. & 7. Metaphi. text. 1. quibus in locis docet, accidens quatenùs est ens, pendere à substãtia; ergo in ipso conceptu entis est dependentia; ergo conceptus entis in quo significatur dependentia accidentis à substantia, vtrumque significat, scilicèt substantiam & accidens; aliàs non significaret dependentiam inter vtrumque. Videtur autem quòd vnus conceptus simplex nõ significet substantiam simul & accidens; non ergo est vnus conceptus entis, neque ille significat quid commune, sed simul substantiam & accidens cum dependentia inter vtrumque. Et idem obijcit Ferrariensis ex sententia S. Thomæ.

Ferrar. S. Thom.

4.

3. Argum. *Ferrariẽsis* ex definitione vniuocorum. Interpretat. *Simplic. Amon. S. Thom.*

Tertiò, probat hoc idem Ferrariensis, quoniam vniuocum nomen est quod subijcitur conceptui vni. Ita quippe intelligenda est definitio vniuocorũ, quibus est ratio vna, hoc est cõceptus vnus, vt interpretantur Simplicius, & Amonius; necnon S. Thomas 1. p. q. 13. art. 4. & 1. sent. d. 2. q. 2. & de potentia. q. 6. art. 7. ergo si his nominibus tribuimus conceptum vnum, non possumus refragari, ea esse vniuoca.

5.

4. Argum. *Aureol. apud Capr.*

Quartò, probat hæc Aureolus apud Ioannem Capreol. in 1. d. 2. q. 1. quoniam si ens est aliquid commune particularibus entibus, vel illa sunt omninò idem cum ente; & erunt idem inter se, & ita non erunt plura entia, sed vnum solum ens, vt asserebat Parmenides: vel sunt aliquo modo diuersa ab ente, quia scilicèt addunt aliquid enti; ergo id quod addunt non est ens, & redit argumentum idem, quoniam secundum quod sunt entia, cum nihil addant, erũt vnum ens.

Vnum solum ens asserebat *Parmenid.*

6.

5. Argum.

Quintò. Si entis est aliqua ratio communis, aut illa est absoluta, & non erit communis relatiuis; aut est relatiua, & non erit communis absolutis; nam inter absolutum & relatiuum nihil est medium.

7.

6. Argum. *Aristotel.*

Sextò: Si genera rerum conuenirent non in solo nomine, sed in ratione aliqua significata, non essent primò diuersa, vt ait Aristotel. 10. Metaph. text. 24. sed omnibus consentientibus sunt primò diuersa; ergo non conueniunt in ratione significata per nomen.

8.

7. Argum.

Septimò probatur, quoniam id quod est commune est simplicius; si ergo sunt quædam cõmunia rebus creatis & diuinis,

nis, illa erũt vtrisque simpliciora; Deus autem est ens simpliciſsimum, quo nihil est simplicius; ergo nihil est illi commune cum alijs rebus. Propositio maior, quòd communia sint simpliciora, notiſsima est; quia particularia adduntur communibus; sunt ergo particularia minùs simplicia.

9. 8. argum. Communiora sunt priora natura ex Arist.

Octauò: Ea quæ sunt communia sunt priora naturâ, vt docet *Aristoteles* in post prędicamẽtis; sed Deo nihil est prius naturâ, cum sit ens omnibus modis prius; ergo nihil est illi commune cum rebus creatis.

10. 9. arg.

Nonò: Id quod est commune subſtãtię & accidenti, vel rebus creatis & diuinis, aut est forma aliqua realis mente concepta, & ita erit natura communis; quæ videtur esse generica, aut quasi generica; & ita omnia conuenirent in vna natura communi, quod est falsum: aut sola analoga attributionis aut proportionis est omnibus rebus communis; sed analogia non est res significata; ergo nulla res significata est rebus omnibus communis.

Posteriora argumenta.

11. Posteriora arg pro 2. sent. Scoti, probã tur esse ev ni bocum.

EX partibus aduersis probat Scotus ens esse vniuocum, nominaq; diuina vniuoca esse, plurimis argumentis: præcipua autem hæc sunt: primò auctoritate Aristotel. 2. lib. Metaph. cap. vbi docet id esse maximè verum, quod est causa vniuoca cæterorum; est ergo verum vniuocum: & eadem est ratio de ente.

1. Arg. Aristotel.

12. Ratio. Theorema Scoti: Conceptus certus de re quauis est vnus, & determinatus: n dubio habe mus plures cõ ceptus.

Deinde ratione: Conceptus certus de re quauis, est vnus, & determinatus; nã in dubio necesse est nos habere plures conceptus, addubitantes sitne hoc, vel illud; sed sublato dubio conceptus est vnus, & certus: dubitarunt autem Philosophi de lumine, verbi gratia, vtrùm esset substantia aut accidens; quòd verò lumen esset ens, certò nouerant; ergo iste conceptus entis certus vnus est, & non plures; est ergo vniuocum. Quæ ratio dicitur desumpta ex *Auicenna* lib. 1. Metaph. cap. 5. vbi nititur probare omnia genera in vna ratione siue intentione entis conuenire.

Auicena.

13. 2. Arg. Illud pronũc Scoti. Id quod cognoscitur per aliud, vel in eo continetur formaliter, vt in suo simili, ita vt vtriusque sit idẽ concepus communis; vel continetur in eo virtute, vt effectus continetur in causa:

Deus autem cognoscitur per creaturas, & accidens per substantiam; & Deus & substantia non contioentur virtute in creaturis, & accidentibus; imò continẽt illa vt causæ eorũ: ergo continentur formaliter tanquam in sui similibus, ita vt vno conceptu vniuoco communi cõueniant. maliter, vt in suo simili, vel virtualiter, vt in causa.

14. 3. Arg.

Tertiò: Cũ de Deo disputamus, omnia imperfecta reijcimus à conceptu; quicquid autẽ perfectionis manet, Deo tribuendum est; ergo quod manet in illo conceptu iam purgato, vniuocum est rebus diuinis & creatis.

15. 4. Arg. constans 4. medijs.

Quartò loco ponamus cętera quoq; argumenta quæ probant vnitatẽ cõceptus & entis, vt quòd ens sit obiectũ potentiæ vnius; quòd sit subiectum cõtradictionis; quòd quædam conueniant enti vt sic, quędam repugnẽt; quòd habeat passiones suas.

16. 5. Arg. Arist.

Quintò, quia entia quædã sunt magis quædam minùs entia; nam vt ait Arist. 7. Physicor. text. 30. inter ea quæ nõ sũt eiusdem generis nõ est cõparatio, quod in vniuocis reperitur; ergo ens in quo est cõparatio, est vniuocum. Et confirmatur, quoniam est quędã similitudo inter entia, quia conceptus vnus omnia representat; ergo est nomen vniuocum.

Confirm.

17. 6. Arg.

Deniq; arguitur, quoniam inter vnũ & multa nullum est medium; sed vniuoca significant vnum, & æquiuoca plura; ergo inter vniuocũ & æquiuocum nullũ est medium: cum ergo ens non sit ęquiuocum quod significet plura, scilicèt pluribus conceptibus, sed vnum conceptu vno; erit profectò vniuocum.

Aduertenda.

18. 1. Aduert. ad 1. argum. pro *Caietano*.

CIrca primum argumentum ductũ ab Aristotele, quòd si non essent substantiæ separatæ, nõ esset prima philosophia, quã metaphysicam dicimus; quidam dixerunt eam consequentiam esse probabilem, quod satis est vt enunciatio conditionata sit vera. Sed hoc nõ placet: constat enim substantias separatas esse partem obiecti metaphysici, licèt præcipuam: eadem ergo est quæstio in metaphysica & in alijs scientijs, vtrùm ablata parte præcipua obiecti, pereat scientia? & idem dicendum in omnibus scientijs: quòd autem inuenitur in omnibus, necessarium est: ergo cõsequẽtia illa, si bona est, necessaria

De conseq. *Aristot.* ibi quorund. sent esse eã pbabilẽ Improbatur.

Sl quoque

Pro sensu illius consequét. prænotat.

quoque est, & non solùm probabilis. Dicendum igitur videtur esse, ablata parte præcipua obiecti tolli scientiam, sic vt circa reliquas partes obiecti, scientia non sit eadem specie, vel saltem nobilitate. Quòd non sit eadē specie, potest persuaderi, quia variatur ordo essentialis scientiæ ad partem obiecti præcipuā. Quòd non sit eadem nobilitate, clarissimè liquet. Cum ergo Philosophus sciret egregiè, alias esse partes obiecti Metaphysicæ, eamque non solas substantias separatas cōtēplari; altero sensu dixit tolli Metaphysicam sublatis substantijs separatis, vel quia non esset scientia eadem specie, vel quia non esset nobilitate eadem. Nihil verò argumenti inde promitur contra nos: Nam si Aristotel. arguit communitatem entis tolli, sublatis substantijs separatis; planè intellexit illis manentibus ens esse cōmune: nec rectè sic argueret; nam si ens semel cōmune est substantijs separatis & alijs rebus, etiam illis sublatis, rebus alijs diuersis erit commune. Quòd si non oportet ens esse cōmune rebus in metaphysica differendis; nulla quoque foret illa consequentia, vt sublatis substantijs separatis, tolleretur metaphysica, quia nō maneret ens cōmune, siquidem communitas entis isti scientiæ dicitur ab illis non esse necessaria: volunt enim tollere cōmunitatem entis, quā nos ponimus.

Ablata parte præcipua obiecti, scientia nō manet eadem

Non manere eādē specie, Probatur.

Non manere eandē nobilitate, patet.

Illius consequ. sensus.

Ex illa consequ. nullum est arg. pro 3. dicto 1. sent. de quo c. 1. p. 5. n. 1. & 7.

Probatur 1.

Probatur 2.

Probatur 3.

19. 2. Aduert. ad 2. arg. *Arist.* explicatur.

Ad explicandum secūdū dubium, respondetur quòd *Arist.* illis in locis non explicat conceptū entis, sed attributionem omnium entiū ad substātiam: quare in lib. 4. Metaph. de ente & sano agit similiter; cū tāmen penes cōceptus hęc maximè differant; est enim sanum analogū plurium cōceptuum, ens vnius. Et in 7 Metaph. dubitat vtrū sedere, aut album esse sint entia, quia hæc nomina in abstracto non significant habitudinem ad substantiā, vnde habent vt sint entia; sedens verò & album nomina concreta magis explicant, quòd hæc sint entia, quia in ipso modo intelligendi explicatur eorum habitudo ad substantiam. Ex quibus colligit *Arist.* hęc esse entia quatenùs sunt aliquid substantię; & ita explicat habitudinem eorum ad substantiā; in qua fundatur analogia attributionis. *Aristotelis* igitur pronunciatum hoc est, quòd hæc sint entia quatenùs sunt aliquid substantiæ. Sed non est illud aliud, quod arguendo proponebatur, scilicèt quòd accidentia quatenùs entia sūt, sint aliquid substantiæ: quæ pronunciata valde diuersa sunt: accidens enim quatenùs est aliquid substantiæ notatur reduplicatione indicante id quod est propriū accidentis, scilicèt quatenùs est aliquid determinatum, quod à substantia pendet: accidens verò quatenùs ens notatur reduplicatione indicante id quod est cōmune, scilicèt quatenùs ens. Nam in ente conuenit cum substantia.

Explicat habitudinē & attributionē accidentiū ad substantiam.

De illis asserit quatenus sūt aliquid substantiæ esse entia.

Et adhùc vtrumque in sensu reduplicante potest concedi, quia idem valet vtrumque; significatur enim vel causa, vel effectus: cum enim dicimus accidēs in quantum est aliquid substantiæ esse ens, reduplicatio indicat causam, scilicèt in quantum est aliquid substantiæ cuius quasi effectus est, vt sit ens: accidens enim à substantia habet vt sit ens. Cum verò dicimus, accidens in quātum ens, est aliquid substantię, reduplicatio indicat effectum, scilicèt ens quod conuenit accidenti per hoc quòd est aliquid substantiæ. Et tamen nō consequitur, vt entis ratio nō sit vna in vtroque. Imò potest esse vniuoca, vt cum dicim⁹ lignū quatenùs calidū pendet ab igne; velquatenùs pēdet ab igne est calidum: calidū enim vniuocum est. Quòd si intelligendus sit Aristot. in sensu specificante, vt aiunt Dialectici, quod possum⁹ dicere in sensu formali; in eo quidem sēsu pronunciatum Aristotel. verum est: alterum verò ab arguente obiectum est falsum. Verum, inquam, est quòd quatenus cætera entia pendent à substantia, & sunt aliquid substantiæ, sunt entia; quia pendere à substantia, est alicuius entis determinati, cuius propria differentia est, vel intrinsecus modus, vt à substantia pendeat; & vt sic in sensu etiam specificante & formali, accidens vt accidens, & vt est aliquid substantiæ, est verū ens; nō solo nomine, vt sanum, sed verè & formaliter ens, ex propria differentia siue modo intrinseco. Alterum verò pronunciatū falsum est, quòd accidētia quatenus entia in sēsu formali pēdeāt à substātia, aliàs ēs nō esset cō mune quid, & definibile vnica definitione; ea enim quæ cōueniūt enti vt sic, cōueniūt omnibus entibus, per regulā, *Cū quidpiā de quopiā*: si ergo accidens vt ens, pendet à substantia, omne ens pendet

Non asserit quatenus ētia esse aliquid substantiæ.

Declaratur.

20. In sensu reduplic. Vtrum assertū concedi possit, vt in 1. reduplicatio indicet causā, in 2. effectum.

Nō sequitur rationē entis non esse vnam in substātia & accidente. Imò non sequitur non esse vniuocam.

Exemplum

De 1. ostenditur.

De 2. ostenditur.

Axioma.

pendet à substantia, & substantia pendet à se ipsa. At verò ad analogiam attributionis quam Aristotel. vult explanare, satis est vt omne ens quatenùs pendet à substantia ex propria differentia siue modo intrinseco, sit ens; colligitur enim quòd ex propria differentia respiciat substantiam, vt primum ens, & hoc est *Aristot.* enunciatum, non illud.

Adanalogiam attributionis satis est 1. assertum.

21.
3. Aduert.
Sicut res vnaest rationes formales plures: ita res plures singulares sunt vna ratio formalis, sc. obiectum vnum
Similitudo plurium in vno conceptu satis est, vt vna definitione definiantur.

Adhùc obseruandum est, quòd antea docuimus, vniuersale esse vnum solavnitate rationis; quia sicut res vna, scilicèt Deitas, est rationes formales plures; pluribus conceptibus intellecta; ita res plures singulares, sunt vna ratio formalis, hoc est, vnum obiectū. In quo obiecto formali id quod cognoscitur non est res vna, sed res plures per modum vnius, quatenus cognoscuntur vno conceptu in quo assimilātur. Et hoc satis est vt res singulares prout similitudine conueniunt in vno conceptu, definiantur vna definitione, quæ ipsum conceptum declarat. Nihil ergo mirum est, quòd etiam in analogatis vbi non est perfecta similitudo, sed quædam habitudo vel proportio, res plures prout conueniunt in vno conceptu, sint ratio vna formalis, scilicèt obiectum vnum, & vna definitione definiantur; etsi hæc vnitas rationis non sit perfecta, qualis inuenitur in vniuocis: quare neque definitio perfecta est.

Etiā analogatorū pluriū est vna ratio formalis & vna definitio, licèt imperfecta.

Vbi notandum est, non quamuis similitudinem satis esse, vt conceptus plurium sit vnus, & definitione explicetur; aliàs nomina metaphorica, quæ de Deo dicuntur, vt leo, ignis, essent vnius conceptus, & possent definiri propter similitudinē analogorū. Sed necesse est vt ea sit rerū similitudo, in qua nihil intelligēdo exprimimus, quod alteri analogato repugnet; cū enim intelligimus ignē, in isto conceptu exprimitur natura ignea materialis, quæ in Deo nō est; cum verò dicimus sapientiā, nihil intelligendo declaramus quod Deo repugnet. Ita etiam probatū est, quòd ens substantiæ & accidenti sit cōmune; quia cōceptu proprio entis nihil expressū est, quod omninò repugnet accidēti: nam ens formaliter significat essentiā & esse; accidēs verò habet essentiā & esse. Quare in his analogis vnius conceptus eadem conueniunt, & eadem repugnant; & idcirco sunt apta argumentationi.

22.
Vt conceptus pluriū sit vnus nō satis est similitudo metaphorica.
Requiritur similitudo in qua nihil intelligendo exprimimus quod alteri analogato repugnet.
Exempla de igne.
De sapientia
De ente.

In analogis vnius conceptus eadem conueniunt, & eadem repugnāt.

Circa illud theorema quod proponit Ioan. Scotus, quādo intellectus est certus de re aliqua, & dubius de alijs, conceptus certus est distinctus ab illis inter quos est dubium; aduertēdum est, quòd vt ipse Scotus explicat, & Thomas Caietanus notauit, his verbis solummodò efficitur vt conceptus certus sit distinctus à dubijs; nam conceptus certus à dubijs necessariò distinguitur; aliàs idē esset certus & incertus. At verò cōceptus dubius non est simplex apprehensio, sed iudicium; in parte enim intellectus iudicante est dubium; & certitudo quoque in assensu quo iudicamus sita est; certi enim sumus cum firmiter adhæremus absque dubio: contraria autem sunt circa idem. Cum igitur nomen vniuocum & æquiuocum, non sit propositio sed nomen, non pertinet ad iudiciū, sed ad simplicem apprehensionem. Explicandum est ergo hoc theorema Scoticum in hunc modum, quòd conceptus ille qui in thesi siue quæstione prædicatur, cum iudicium est certum, est vnus; cum vacillat, est duplex, & ab illo vno distinctus: verbi gratia, sum certus quòd triangulus est ens, & dubius vtrùm sit substantia vel accidens, prioris propositionis prędicatum subijcitur vni conceptui entis, posterioris verò duobus scilicèt substantiæ, vel accidentis; & ita cōuincimus illū cōceptū entis distingui ab istis duobus substantiæ, vel accidētis.

Deinde aduertendum est quòd aliqui opinantur, per istud theorema ostendi quidem vnitatem conceptus certi, sed non ostendi communitatem illius; quia etiam trianguli est conceptus vnus & distinctus à duobus, quibus dubitamus an sit substantia vel accidens; & tamen conceptus trianguli non est communis substantiæ & accidenti. Sed tamen argumentum Scoti hoc quoque conuincit quòd conceptus sit communis, sicut & vnus; propositio enim sic est intelligēda; Cum res plures in vno nomine cōueniunt, cuius nominis est conceptus certus circa vnum, & dubius circa plura, ille conceptus certus est pluribus cōmunis: ex eo enim est dubium circa plura cum certitudine circa vnum in ipso intelligente, quia illud vnum est commune pluribus: vt cum procul conspicio corpus progrediens, iudico esse animal, sed quodnam animal sit dubius

23.
1. Aduert. ad rationē in 1. argum. pro *Scoto.*
Theorema *Scoti* abipso *& Caietan.* explicatum.
Conceptus certus est distinctus à dubijs.
Cōceptus dubius est iudiciū
Similiter certus.

Nomen vniuocū & æquiuocū pertinet ad apprehensionem.

Theorematis sensus.
Conceptus qui in thesi siue q. prædicatur, cū iudiciū est certū, est vnus; cū vacillat est duplex, & ab illo vno distinctus.
Exemplum.

24.
De eo theoremate quorūdā opinio, quòd ostendit vnitatē cōceptus certi, nō cōmunitatem illius.
Instātia de triangulo.

Refutatur.

Illud theorema intelligēdū cū res plures in vno nomine conueniunt, &c.

Exemplum.

sum; ille conceptus animantis quem certò attribuo rei conspectæ, communis est huic vel illi animanti, vt liquet: substantia verò & accidens non conueniunt in nomine trianguli, & ideo conceptus trianguli non est illis communis. Quòd si æquiuocè significarentur per nomen trianguli, tunc istius nominis nullus esset conceptus certus; neque enim certò dicerem, est triangulus, si nomen esset æquiuocum; sicut si dicerem, est canis, nihil certò enunciarem. Probat ergo argumentum Ioannis Scoti non solùm entis esse vnum conceptum, sed illum esse communem, contra Thomam Caietanum.

Ad instãtiam.

Aliud verò Scoti pronunciatũ, quòd illud quod intelligitur per aliud, vel cõtinetur in illo formaliter, vel virtualiter; nobis videtur leuissimum: nam intelligere vnum per aliud infinitis modis contingit, vel per causam, vel per effectum, vel per simile, vel etiam per dissimile, per signa, per circumstantia. Hoc ergo duntaxat arguẽdo efficitur, vt illud quod cognoscimus, vel proprio conceptu, vel saltem communi necesse sit intelligere; aliàs non intelligimus id quod in re est formaliter. Nam etiamsi rem per causam cognoscamus, si notio sit imperfecta, vtpote per causam inadæquatam, adhùc non intelligimus quod quid res est; siue ergo per causam continentem, siue per effectum qui in causa cõtinetur, ad notitiam rei veniamus, hoc vnũ necesse est vt de re cognita vel proprium conceptum, vel saltem cõmunem habeamus; & cum de Deo non sit nobis conceptus proprius, consequens est vt sit communis, quod est argumentum S. Thomę 1.p.q.13.

27. 5. Aduert. ad 2. arg. Aliud pnũc. *Scoti.* iudicatur leuissimum. Ratio. Intelligere vnum per aliud pluribus modis contingit. Quouis modo cognoscatur, solũ necesse est, vt de re cognita vel propriũ cõceptũ, vel saltẽ cõmunẽ habeamus: aliàs nõ intelligimus id qđ in re est formaliter. Ostenditur. De Deo est nobis conceptus communis. *S. Thom.*

Responsio ad priora argumenta.

26. Ad 1. arg. Ad 1. locum. *Aristotel.* Interpretatio quædam reijcitur. *Ad Auerr.* Ad 2. locum ex c.1.p.5.n.24

AD argumenta priora respondentibus explicandus est Aristotel. illis in locis quæ referuntur: quod enim Philosophus dixit ens significare decem genera, perperã explicatur quòd significet illa immediatè. Auerroes autẽ duntaxat ait, nullum illis commune esse genus. Sequentibus verbis quę referũtur, quòd vnumquodque generum statim est vnum & ens, significat Arist. nihil nos contemplari extra singula entia propriè & formaliter abstractum; nam id quod est abstractione propria, & formali abstractum, secernitur à differẽtijs; ens autem in omnibus inclusum est, itaque ens statim, hoc est, non per medias differentias cõtrahitur ad summa genera. Atverò quod Arist. & Porphyrius dicunt summa genera conuenire in æquiuoco, interpretandum est in analogo, quod vniuocum non est: quare maximè hic locus confirmat ens nõ esse vniuocum; neque illum Ioannes Scotus agnouerat apud Aristotelem, sed credidit falsò referri hoc à Porphyrio. In alio loco priorum, Aristot. non meminit decem generum, sed ait quædam esse de quibus nihil prædicatur: & possumus interpretari, quòd de transcendentibus nihil cõmune prædicetur; vel quòd de ipsis generibus primis nihil prædicetur vt genus & vniuocũ proprièque abstractũ. Nam 1. Poster. cap. 14. docet quædam esse prædicata extragenus: non ergo negauit extra genus esse prędicatum cõmune, maximè autem ens quod est primum.

Ad 3. locum. Maximè dicit contra *Scotum.*

At verò S. Th. 1.p. de analogis pluriũ conceptuũ loquitur: & de eisdẽ 1.2. vt liquet in exẽplo sani; sanũ enim in vno solo analogato est, & vnum numero; quia vna est sanitas: & inde probat S. Thom. quòd bonitas actuũ externorũ est eadẽ cũ bonitate internę actionis, quia solum nomen illis cõmune est; actus enim externi nominãtur extrinseca appellatione boni, quia proficiscũtur à recta volũtate; sicut pulsus dicitur sanus, quia est indiciũ sanitatis: de analogis verò vniuocis conceptus aliter sentit, vt diximus capit. præcedente. At verò q.13. art.3. apertè tribuit his analogis vnius cõceptusquãdã cõmunitatẽ, quia scilicèt analogata cõueniunt in aliquo cõmuni: quare non immeritò mirabimur Ferrar, qui ex eodem articulo coniecit, S. Thom. negare illis conceptum vnum.

Ad 4. locum. 1. Interpretat. 2. Interpret. Cõtra *Scot.* ostenditur. *ex Aristotel. alibi.* 27. Ad 1. & 2. loc. *S. Thom.* loquitur de analogis pluriũ conceptuũ. Sicut sanitas animalis denominat pulsũ, ita eadem bonitas actuũ internorũ denominat externos.

Ad 3. locum. Ex eo oppositũ perperam colligit *Ferrar.* 28. Ad rationẽ *Aristotel.* vt in 1. adu. Ad 2. ex 2. aduert. Ad 3. *Ferrar.* iuxta interpretationẽ quam ipse vult. Conceptus ipsa res intellecta, vt loquitur sæpiùs Doctor.

Ad primum argumentum ex Aristotel. depromptum respondemus notatione prima. Et ad secundum, notatione secunda. Ad tertium respondetur iuxta ipsam commentariũ definitionis vniuocorũ, quem Ferrar. vult, quòd vniuocata sunt quibus est conceptus vnus, scilicèt in ratione repręsentandi vniformis, repræsentans res secundum perfectam similitudinem: quod in analogis non inuenitur, vt docuimus. Cõceptus enim est ipsa res intellecta, vt S. Tho. sæpiùs loquitur:

loquitur: quo loquendi modo cum in re intellecta non est perfecta vnitas; neque cõceptus est perfectè vnus, vniformitate repręsentandi, vt declarauimus.

29. Ad 4. arg. 1. Respons.

Ad quartum argumentum respondetur, singula entia addere aliquid reale enti sola explicatione conceptus; sed non addere aliquid distinctum, quia ens nõ est propriè abstractum. Si verò quęras, quomodo addatur id quod non est distinctum, sed idem? Respondetur, id quod conceptu entis nõ est expressum, exprimi conceptu substantiæ, verbi gratia; & ita in intellectu id quod est expressum, potest addi ei quod expressum non est. Præterea respondetur singula entia non addere enti differentiam aut modũ intrinsecum; sed addere ipsum ens cum modo intrinseco; quia ipse modus intrinsecus sine ente non potest intelligi; quæcunque autem additio in intellectu possibilis est. Nam quia possumus considerare ens absque vllo alio modo intrinseco; & possumus considerare illud cum modo intrinseco coniunctum, verbi gratia ens per se; quædã fit additio in intelligente, dum enti additur ens per se: in vniuocis verò fit longè diuersa additio, quia id quod additur, separatum est & distinctũ, saltẽ ratione, vt docuim⁹

In intellecta idẽ sibi additur nõ expresso in expressũ, vt c. 14. s. n. 17.

2. Respons. Singula entia nõ addunt enti modũ intrinsecũ sed ipsum ens cũ modo intrinseco, c. 1. p. 5. n. 18. Declaratur.

Quãdo fit additio in intelligente, dũ enti additur ens per se.

30. Ad 5. arg.

Ad quintum respondetur, quòd ratio communis entis, est in conceptu absoluto obiecta; nam conceptus, qui est quędam imago singularis, aut absolutus est, aut relatiuus; & nihil est medium. At verò ratio ipsa cognita neque est absolutum neque relatiuum, sed commune vtrique: neque verò est medium; nam medium est inter res oppositas, vt inter species aut genera; sed id quod est communius alijs omnibus, non est medium inter illa, & ita euertitur argumentum. Neque enim necesse est vt in conceptu absoluto res cognita sit absoluta; sed potest esse relatio, vt docuimus lib. 4. vel etiam aliquid commune relatiuo & absoluto, vt de conceptu entis affirmamus.

In conceptu absoluto entis ratio obiecta est cõmunis absoluto & relatiuo

Id quod est cõmunius alijs omnibus non est mediũ inter illa.

In conceptu absoluto res cognita potest esse relatio, vt lib. 4. c. 9. n. 3.

Ad 6. arg.

Ad sextum respondetur, primò diuersa conuenire posse in analogo, nõ tñ in vniuoco, & id Aristotelem obseruasse.

31. Ad 7. arg. 1. Responsio Ens esse simplicissimũ in cõcepto, Deũ in

Ad septimum aliqui respondent, cõceptum entis esse simpliciorem quàm conceptum Dei; Deum enim esse simplicissimum in re ipsa, ita vt nihil simplicius cogitari possit, hoc est, magis remotum à reali compositione; sed in ea compositione rationis quam facimus cogitando, nihil prohibet conceptum entis esse magis simplicem; & ita videtur sentire Ioannes Scotus d. 8. q. 3. Hęc solutio nulla reprehensione digna est; nam nostro modo intelligendi componimus eà, quæ simplicia sunt; & diuina essentia continet in suo conceptu confuso plura attributa, cum tamen sit simplicissima. Sed tamen argumẽtum vrget Scotum, nam vniuocum eò perfectius est, quò est simplicius: est enim id, quod significatur nomine vniuoco, perfectio aliqua separata à differentijs vniuocatorum; quare vniuocata sunt quodammodo definita per suas differentias; & hæc compositio etiam si sit rationis, indicat tæmen imperfectionem, vt lib. 4. diximus: ens ergo commune Deo non est vniuocum; aliàs Deus erit compositus imperfecta compositione, & quodammodo definitus per differentiam. Respondetur igitur quòd conceptus entis est simplicior, & ratio ipsa simplicior duntaxat secundum conceptum obscurum; quia non exprimit distinctè idem quod cõceptus substantiæ, aut Deitatis exprimit; nam, vt diximus, particularia entia non addunt aliquid enti diuisum etiam ratione ab ente; vt differentia addit naturę generis: & ita conceptus Dei non est magis definitus, quã conceptus entis; neque est compositus ex duobus entibus; sed est compositus conceptus per negationem, vt cum dicimus Deum esse ens increatum, infinitum, vbi enti sola additur negatio; aut per relationẽ rationis, vt cũ dicimus esse ens primum: huic autẽ cõpositioni opposita simplicitas cõceptus cõmunis entis non ostendit perfectionẽ rei cognitæ; neq; est simplicitas entis, sed cõcept⁹. Nomina etiã attributorũ non contrahũtur ad res diuinas significãdas per aliquid quasi contrahens. Imò per hoc, quod est diuinum, est quasi totũ, vt cap. antecedenti declarauimus: quare nulla ibi est rationis cõpositio; sed per explicitum & implicitũ hoc declaranda sunt, quemadmodum de ente diximus.

Ad octauum similiter aliqui respondent, ens commune Deo esse priùs naturâ, in eo sensu quo priora dicuntur, à quibus non conuertitur subsistendi consequentia; bona enim cõsequentia est,

ipsa: hoc est ès esse, maximere motũ à cõpositione rationis, Deum à reali.

Scot. Hæc respons. nõ est reprehẽdenda.

Nõ enerua argumentum.

Vniuocata sũt quodãmodò definita per sua differẽtias

Cõpositio rationis ita ltẽ pdifferent. indicat imperfect. vt lib. 4. c. 48. p. 2. n. 10.

2. & vera responsio.

Si ens cõparetur eũ Deo, cõceptus entis est simplicior & ratio ipsa simplicior secundum cõceptũ obscurum.

Ostenditur ex n. 29.

Cõceptus Dei non est magis definitus quã cõceptus ẽtis, & solũ est cõpositus per negationem, aut per relationẽ rationis.

De cõtractione attributorũ, vt de ente.

32. Ad 8. arg. 1. Respons. quorundam.

Probatur.

quòd si est Deus, est ens: non autem bona est consequentia; si est ens quòd sit Deus; potest enim ostendi ens creatum, quod quidem est ens, sed non est Deus. Nihilominus dicendum est, ens non esse prius naturâ, non enim omnia quæ sunt priora cognitione sunt priora naturâ. Aristotel. ergo loquitur de vniuocis, & in rebus creatis; de vniuocis quidem, quia ens simpliciter est sola substantia, quare ens non est prius naturâ quàm substantia; sed benè sequitur, Est ens; ergo est substantia. De rebus autem creatis loquitur; quia inter eas res, quæ sunt vniuersaliores, eæ quoque priores sunt in intentione naturæ; magis enim intendit natura conseruare genus quàm speciem; & speciem quàm individuum; & ideo hæc dicuntur priora naturâ. Cũ ergo ens non sit vniuocum, neque propriè vniuersale; Deus verò sit primum ens; nullo modo licuit philosopho asserere, quòd ens Deo priꝰ naturâ sit. Illa etiam probatio falsa est ostenso aliquo ente quod non sit Deus, de quo consequentia non conuertitur, Est ens; ergo est Deus: non, inquam, isto argumento probatur, quòd ens sit prius subsistendi consequentiâ. Hoc enim intelligitur non vt ens prædicetur, sed vt prædicetur, est, quod est verbum subsistendi, siue existendi. Neque enim valet, animal aliquod est; ergo homo aliquis est: & ideo animal est prius subsistendi consequentiâ. Valet autem, Ens aliquod est; ergo Deus est: & iterum, Aliquod ens creatum est; ergo substantia creata est: ens ergo non est prius subsistendi consequentiâ, quàm substantia, aut Deus. Adde his; quòd Aristotel. vniuersalia non vocauit priora naturâ, sed solummodò dixit priora, scilicèt cognitione; priora autem naturâ causas dixit post prædicamenta cap. 2.

Ad vltimum respondetur quòd in quouis conceptu communi siue vniuoco, siue analogo, res non est communis, sed ratio; hoc est, obiectum formale intellectus: res enim singulares sunt & plures, vt supra docuimus. At verò licèt sola ratio siue obiectum commune sit, res tamen ipsæ sunt quæ intelliguntur, & de quibus loquimur sub illo conceptu cõmuni. Et idem accidit in analogia vnius cõceptus; sola enim est vnitas & communitas analogiæ; res autem cognita non est ipsa analogia, sed sunt res veræ in se ipsis, quas dicimus obiectum materiale: & de illis disputamus, sub conceptu vno definientes, & distribuentes, vt supra declaratum est.

Refellitur.
Ens cõmune Deo nõ est prius natura, sed cognitione tã tum.
2. & vera respons.
Aristotel. loquitur de vniuocis.
Ostenditur
Item de rebus creatis.
Ostenditur
Ad probationẽ 1. respõsionis.
Ens non est prius subsistẽdi consequentia quã Deus, aut substantia.
Ostenditur
Valet, Est ens, ergo est Deus.
Itẽ, Est ens, ergo est substantia.
3. Responsio etiam vera.

Ad posteriora argumenta.

34.
Ad 9. arg.
In quouis cõceptu cõmuni res nõ est communis, sed ratio, hoc est, obiectũ formale intellectus.
Vnde in analogia vnius cõceptus sola est vnitas &, communitas ana-

AD posteriora argumenta vt respõdeamus, primus exponendus est locus qui ab Arist. auctoritate producitur, & est duplex commẽtarius. Primus, quòd analoga vnius conceptus propter vicinitatẽ cum vniuocis, vocantur vniuoca; vnde ens & verũ vniuoca dicũtur in Græco tex. 2. lib. Metaph. tex. 4. tametsi in latina versione nõ habeatur, neq; verò argumentũ Arist. assumit quatuor terminos; nam propositio maior, quòd causa vniuoca cæterorũ, est maximè talis, explicanda est amplioti quadam significatione vniuoci, vt etiam analoga vnius conceptus cõplectatur; sicut hoc nomen æquiuocum, aliquando complectitur analoga plurium conceptuum: si tamen partitè ac propriè loquendũ sit; verum non est vniuocum, sicut neque ens. Respondetur secundò faciliùs & meliùs Aristotelem loqui de veritate assensus principiorũ, quæ est vniuocata cum veritate assensus conclusionis. Et ita sicut calidum in igne est maximè calidum, vt *Aristotel.* ait ibidem, quia est causa vniuoca; ita & principia vera, sũt maximè vera, quia sunt causa vniuoca aliorum verorum.

Ad primum argumentũ respõdetur, quòd solùm probat conceptum entis esse distinctum, vt ipse Ioannes Scotus confitetur, vel esse vnum & communẽ; sed non probat esse vniuocum, quia potest esse vnus & communis, & non vniuocus, vt c. præcedenti docuimus: & ita respõdet S. Th. in 1. distinct. 25. quæst. 1. art. 2. ad 2.

Ad secundũ iam diximus illud theorema Scoti falsum esse, quòd vnum cognitum contineatur in alio vel formaliter, vel virtute; cum pluribus modis accidat vnum cognosci per aliud.

Ad tertium respondetur, argumento ostendi, id quod manet in conceptu reiectis imperfectionibus, esse commune rebus diuinis & creatis, ita vt definiri possit; quod diximus in vltima notatione: quia tamen vnitas illius cõmunis non

logiæ; sed res materiales sũt de quib. loquimur sub illo conceptu cõmuni.

35.
Ad 1. argum.
Ad Arist.
1. Cõmẽtarius
Analogarius conceptus propter vicinitatẽ cũ vniuocis vocantur vniuoca.
Idem.
Probatio.

Sic æquiuoca aliquando cõplectitur analoga plurium conceptuum.

2. Cõmẽtarius
Principia ra sũt maximè vera, quia sunt causa vniuocã aliorũ verorũ.
Exemplũ calidi in igne.

36.
Ad rationem ex 4. aduert.
Probat cõceptũ entis esse distinctũ, vel esse vnũ & communẽ: nõ probat esse vniuocum.
S. Thom.

37.
Ad 2. arg. ex 5. aduert.

38.
Ad 3. arg. ex 5. aduert.

non est similitudinis, sed proportionis, A vel attributionis, ideò non est vniuocatio, sed analogia.

39. Ad 4. arg. Ad 1. partem. Vnitas analogiæ in obiecto sufficit ad vnitatem specificam potentiæ. Nam & pot. est causa analoga.

Quartum argumentum probat quòd entis conceptus sit vnus, & ratio significata vna; vnitas autem analogiæ in obiecto, sufficit ad vnitatem specificam potentiæ: nam & potentia est causa analoga; quamuis ergo intellectus verbi gratia, sit vniuocum, quia prædicatur vniuocè de omni intellectu; quia tamen non est potentia vniuoca, sed analoga; quæ producit actiones specie distinctas; ita & obiectum eius satis est quòd sit analogum, vt omnes illas actiones suâ analogiâ contineat. Quòd autem ens sit subiectum cõtradictionis; & quòd quædam ei conueniant, quædam repugnent cum reduplicatione: idem hoc ostendit, quod diximus, videlicèt quòd entis ratio concepta sit vna, licèt sit analoga.

Ad 2. & 3. p. Faciunt cõtra Caiet.

Ad hoc etiam vt habeat passiones, sufficit analogia; maximè si sit analogia proportionis, quia analogata similiter se habent ad essentiam, & ad affectiones siuè passiones quasdam essentiæ; dummodò ipsæ passiones quoque eandem habeant analogiam, quod nos libenter C concedimus. Præterea respondetur passiones entis significare formaliter aliquid rationis, vel negationem, vel relationem rationis, vt suprà diximus; quarè non mirum est propter vnitatem entis, quæ vnitas in intellectu est, inuentas esse passiones, quæ ab intellectu pendent.

Ad 4 partem 1. respons. Ad hoc vt ens habeat passiones, sufficit analogia. 2. Respons. ex lib. 3. cap. 5. n. 4 & 5.

40. Ad 5. arg. 1. respons. Comparatio propriè nõ fit, nisi intra idem genus; imò in solo genere quantitatis inuenitur magis & minùs proprijssimè dictum: sed in analogatis fit comparatio vtcunque, quę potiùs per negationem explicatur: est enim Deus sapientior, quia neque est æquè sapiens, neque minùs; sed per infinitum inter-uallum sapientior; & ita est extra genus, vt diximus lib. 4. Secundò respondetur cum S. Thoma de potentia, q. 7. art. 7. ad 3. quòd comparatio secundum eandem formam conuenit vniuocis; at verò comparatio accidit duobus alijs modis, aut cum forma est eminentiùs in causa; aut cum ipsa forma subsistens cõparatur cum subiectõ participante formam. Et hæ duæ comparationes conueniunt Deo secundum analogiam. Ad

confirmationem respondetur in analogis non esse perfectam similitudinem, & ideò non esse vniuoca; est enim inter res creatas & Deum ea similitudo quæ est inter res calidas, & ipsum calorem; Deus enim est ipsa sapientia, homines autem sunt sapientes, quia participant sapientiam; & hæc similitudo non sufficit ad vniuoca, sed illa quæ fundatur in forma eadem, vt notat S. Thomas ad 1. Ad confirm. Est inter res creatas & Deũ ea similitudo, quæ est inter res calidas, & ipsum calorem.

Idem.

41. Ad 6. arg.

Ad sextum respondetur, quòd nomina significant vnum vel plura, prout sunt in intellectu; quare nomen vniuocum significat ea quæ sunt plura in re ipsa, sed significat illa vt sunt vnum vnitate rationis. Æquiuocum verò significat re & ratione plura; in intellectu autem inter vnum & plura est medium in analogis vnius conceptus; quia est ratio communis vna, sed non perfecta vnitate similitudinis, quæ est in vniuocis; sed analogiæ vnitate imperfecta, vt diximꝰ. In intellectu inter vnum & plura est medium in analogis vnius conceptus.

CAPVT III.

Nominum diuinorum quædam propriè, quædam impropriè dicuntur.

1. In hoc lib. dialectica asserta cum Theologicis mixtim tradenda.

TAmetsi plura alia sint in hoc libro elucidanda de Dialecticorũ scholastica, quia ta mẽ oportet ea perstringi breuiter, consultum esse iudicauimus, non separare, sed mixtim tradere dialectica asserta, cum Theologicis scitis à dialectica hauriendis.

2. Quotnam nomina propriè dicantur.

Accedentibus itaque ad diuina nomina prima disputatio in vestibulo est, vtrùm nomina quędam de Deo propriè dicantur; propriè autem dicuntur, quæ propria significatione vsurpata, rei cuique conueniunt, absque vlla figurata nominis mutatione, quę tropus dicitur.

3. Certum quędã nomina dici de Deo per tropũ.

Certum est autem, vt absque controuersia liquet, quædam nomina dici de D Deo per tropum; quædam enim dicuntur per metaphoram, quę est tropi apud Rhetores species quædam. Est autẽ vsus metaphoræ cum nomen transferimus à sua significatione ad aliud significandũ propter similitudinem, teste Cicerone, cum proprium nomen rei desideratur, aut nomen translatum melius ponitur. Nomina ergo metaphorica rectè dicuntur de Deo, quia nõnunquam ponuntur meliùs quã propria nomina; vt cũ Deus dicitur leo propter fortitudinem. Vsus metaphoræ quis. Nomina metaphorica rectè dicũtur de Deo. Exemplum

4.

1. Ratio, quia nostra intelligentia oritur a sensu.

S. Augusti. eleganter.

Inuenitur autem metaphora in nominibus diuinis multas ob causas. Prima, quia nostra intelligentia oritur à sensu, nomina significantia res mundanas sensui obiectas, transferuntur ad diuina, quasi manu ducantur ad notionem diuinorum. Vnde S. Augusti. elegantè, *Deus* (inquit) *cum infantia nostra ludit in parabolis, & similitudinibus.* Secunda causa est vt facilior sit doctrina, quæ in metaphoris quasi exemplis proponitur, iuxta illud Prouerb. 14. *Doctrina prudentum facilis.* Valet autem exemplum maximè ad persuadendum, vt cum Deus dicitur agricola, aut pastor. Tertia ratio est, vt discamus ex metaphoris, Deum non esse qualem nos intelligimus: negando enim potiùs quàm affirmando consequimur diuinorum intelligentiam, vt posteà dicemus: quare cum audimus Deum pastorem, aut leonem, statim percipimus neutrum esse dictum propriè, sed sollicitum esse Deũ vt pastorem, vt leonem fortem; addiscimus igitur de Deo negare ea quæ nouimus, illo documento Isaiæ 40. *Cui similem fecistis Deum.* Quapropter S. Dionys. cap. 1. de cœlesti Hierarch. docet, res maximè abiectas & viles in his ænigmatibus, siue metaphoris, rectè vsurpari; quia manifestiùs indicatur non esse Deo tribuendas, nisi secundum remotã similitudinem. Nam vt ipse docet cap. 4. de diuinis nominibus, *Nihil diuinæ bonitatis omninò participationem caret.* Et ideircò etiam res minimæ suo modulo referunt diuinam bonitatem: de qua re elegãter disserit Tertull. lib. 1. cõtra Marcionem. At verò propter earum vilitatem, neque homo rusticus ignorat, non eas vt sunt, in Deo inuenit. Quarta ratio potest deprom̃i ex S. Augusti. 15. de Trinit. cap. 8. & 9. Nostra enim cognitio rerum diuinarum etiam cum Deum nominibus propriis nuncupamus, est ænigmatica; ænigma autem est obscura metaphora, siue allegoria. Consentaneum ergo est nostro modo intelligendi vt per metaphoras significemus res diuinas. Quinta ratio est, vt non semper aperiantur nobis diuina, sed occulta quandoq; tradantur recondita verborum inuolucris, vt interpretatur S. Clemens *Alex.* lib. 5. Stromatũ illud Isaiæ cap. 45. *Dabo tibi thesauros absconditos*, id est, thesauros inuisos, quia non omnes digni sunt communicatione diuinorum. Et in stromatibus charta longissimè, quomodò sapientia Ægyptiorum tota versaretur in ænigmate, scilicèt signis, metaphoris, & hyeroglyphicis. Et ad hoc etiam pertinet vt in metaphoris sacrarum literarum, affectata sit obscuritas, non solùm vt lateant indignos arcana, & porcis margaritæ non obijciantur: sed etiam ad excitandam, & exercendam proborum studiositatẽ, vt docet S. Augusti. 11. de Ciuitate Dei, cap. 19. & 2. de doctrina Christiana, cap. 6. & S. Hieron. ad Eustochium de Virginitate, S. Gregor. homilia 10. in Ezech. & ideò S. Hieron. Isaiæ 8. à Deo postulandam esse admonet eorum, quæ sic occlusa sunt, intelligentiam: quod etiam docet Origenes homil. 7. in Ezech. Sexta ratio ex ista consequitur, vt sine fastidio res diuinas percipiamus; quæ enim in conspectu sunt, quasi vulgaria contemnuntur; quæ autem latent, solent maximè æstimari. De quo argumento multa inuenies apud Clement. *Alexand.* libro illo 5. Stromatum. Septima ratio succedit, vt memoriæ commendentur, quæ in metaphoris excipiuntur quasi in signis, signa enim iuuant memoriam. Nam res quæ sunt in oculis, dum rebus diuinis coaptatæ sunt per metaphoram, memoriam illarum excitant. Octaua adhùc ratio suppetit, quę est rhetoribꝰ nobisq; communis, vt cum animi oblectamento excipiantur, quæ per metaphoram dicuntur. Nam S. Thom. 1. p. q. 1. art. 9. ad 1. non negat doctrinam sacram metaphoricam delectabilem esse; sed negat id oblectamentum esse finem doctrinæ; sicut in poesi accidit, aut in Rhetorica; sed quatenùs oblectatio, & animi delinimentum vtile est ad persuadendum, vel ad allicicndum animum ad diuina, à Deo optimo infertur. Est enim sacra doctrina cœleste manna, vt Patres aiũt. Quàm autẽ suauis sit perpetua illa metaphora, siue allegoria in canticis canticorum, quòd Rhetorum lumina & tropi eo in libro eniteant, nullus est qui dubitet. Et hoc indicat S. Doctor, dum ait poesim destinari ad delectationem, quæ est in repræsentandis, siue referendis rebus per metaphoram; sacram autem doctrinam causa vtilitatis metaphoras vsurpare. Alia ratio colligitur ex S. Thoma d. 34. q. 3. art. 1. quæ est ibi secunda, hìc

2. Ratio. vt facilior sit doctrina exemplis, seu parabolis.

3. Ratio. vt discamus ex metaphoris Deum nõ esse qualem nos intelligimus.

Isaiæ 40. ex S. Diony. res maximè viles in his ænigmatibus rectè vsurpantur.

4. Ratio ex *S. Augusti.* quia nostra cognitio de Deo, etiam cum nominibus propriis eum nuncupamus, est ænigmatica.

Ænigma est obscura metaphora, siue allegoria.

5. Ratio, Affectata obscuritas 1. vt diuina lateant indignos.

S. Clem. Ale.

Isaiæ. 45.

2. Ad excitandam, & exercendam proborũ studiositatem. *S. Aug.* *S. Hieron.* *S. Gregor.*

Origenes. 6. Ratio consequens ad 5. vt sine fastidio res diuinas percipiamus.

S. Clem. Ale. 7. Ratio. ad excitandam memoriam signis.

8. Ratio, animi oblectamentum.

S. Thom. explicatur. Huiusmodi oblectamentũ non est finis doctrinæ, vt in poesi, & Rhetorica. Vtile est ad lliciendũ ad diuina.

Idem.

9. Ratio ex *S. Thom.*

Vt corporeus quoque sensus suo modo cõmunicet diuinorum notionem.

hìc autem ordine nona est; vt quia homo constat animo & corpore, non solùm animus imbuatur rerum diuinarũ intelligẽtijs; sed corporeus quoque sensus per similitudines, quæ sunt in metaphoris, suo modo communicet rerum diuinarum notionem, vt societas quædam animi, & corporis etiam hac in re cernatur; sicut & in sacramentis cernitur, quæ corporis siue sensus contactu, animum gratiâ exornant: de qua re differtissimè, atque argutissimè Tertull. lib. de resurrectione carn. Postrema ratio est ea de qua precipua S. Augustin. diseruit lib. contra mendacium, cap. 10. vt per metaphorã eliciamus à sanctis oraculis, & quasi è petra diuinos latices sugamus: plurimum enim doctrinæ subest in quauis similitudine, & metaphora. Sunt ergo multa nomina diuina impropriè dicta, hoc est, impropria significatione: sed translata per metaphoram, vel etiam per alios tropos, & figuras, in quibus accidit significationis aliqua mutatio. Et circa hoc legẽdus est S. Aug. li. 15. de Trinit. cap. 9. & lib. contra mendacium, c. 10. & lib. 3. de doctrina Christiana, cap. 5. vsque ad 16. & lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 14 & de vera religione, cap. 50. & 1. super Genes. ad literam, cap. 1. & lib. de vtilitate credendi, cap. 3. & Driedo lib. 2. de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 2. Sanctes quoque Pagninus lib. 1. Isagogæ ad sacras literas, à cap. 12. vsque ad 29. fusissimè.

Simile de sacramentis.

Tertull.

Vlt. Ratio. S. Augst.

Vt per metaphoram eliciamus à sanctis oraculis, & quasi è petra diuinos latices sugamus.

Legendus S. Aug.

Driedo.

Sanctes Pagnin.

5. Tropus.

Est autẽ apud Rhetores tropus quãuis mutatio circa nominis significationem; sed metaphora est quam in nominibus diuinis vsitatissimam nouimus, quæ etiam dicitur allegoria; est enim allegoria longa metaphora. Et cum dicitur, *Vicit leo de tribu Iudà*, simplex est metaphora: cum verò seruata eadem similitudine plura dicuntur, allegoria est; quæ maximè cernitur in canticis; allegoria autem pertinet ad sensum quem dicimus literalem; exempli gratia, vbi legimus, *Vicit leo*, nõ intelligimus quòd vicerit animal illud, sed quòd vicerit Christus. Aliquandò verò nomina diuina per metaphoram transferuntur ad significandas res creatas, vt cum homines dicuntur dij, quia dignitate imitantur Deum: & illud, *Induimini Dominum Iesum Christum*. Vbi Christus significat ornamentum animi, quo Christum quasi in imagine gerimus.

Simplex metaphora. Apoc. c. 5. n. 5.

Allegoria longa metaphora

Maxime cernitur in Cãtic.

Pertinet ad sensum literalem.

Exemplum.

Aliquando à diuinis fit trãsmutatio ad creata.

13. Ad Rom. 14.

Sed obseruandum est quòd est allegoria sermonis, & allegoria facti, vt obseruat S. August. lib. 15. de Trinit. cap. 9. Allegoriam facti solemus dicere figurã, quasi imaginem, aut simulachrum, iuxta illud, *Hæc omnia in figura contingebant eis*, quia res gestæ, quæ in veteri testamento narrantur, pleræque depingebãt mysteria Christi à Christo Domino peragẽda. Quarè scitè dixit S. Basilius abolitas esse prioris testamẽti cæremonias, quemadmodum artifex typum operis sui peracto opere abijcit & conterit. Est itaque allegoria facti, dum res gesta transfertur ad rem aliam gerendam significandam: sicut est allegoria sermonis, cum nomen transfertur ad rem aliam significandam. Et quoniam sacra pagina duplicem habet sensum, literalem, & mysticum, siue spiritualem, videtur quoque transferri nominis significatio ad aliud, scilicèt ad sensum mysticum; vt, sicut in allegoria obseruamus, in qua nomen leo, verbi gratia, significat Christũ in sensu literali: sic quoque idem nomẽ, leo, vbi significat in sensu literali leonẽ, transfertur in sensu mystico ad significandum Christum. Est tamen discrimen clarissimum; nam in metaphora, siue allegoria Rhetorum quæ cernitur in sensu literali, nomina quasi amissâ significatione propria, significant res alias; vt in illo loco, *Vicit leo*, nomen, leo, non significat leonem, sed solum Christum significat. At verò in sacra pagina eadẽ nomina præter id quod significant propria significatione ad literam (vt aiunt) significant ad sensum mysticũ res alias: tamen sensus mysticus dicitur etiam à Patribus allegoricus, quia imitatur allegoriam Rhetorũ, vt modò dicebamus; & ita inuenitur apud S. August. lib. de vtilitate credendi, cap. 3. vbi tres sensus mysticos, allegoricos vocat.

6. Allegoria sermonis, & facti. S. August. Posterior dicitur figura.

S. Basil.

Posterior est dum res gesta transfertur ad rem aliam gerendam significandam.

Prior est cum nomen transfertur ad re aliam significandam.

In sacra pag. trãsfertur quoque nominis significatio ad sensum mysticum.

Declaratur. Discrimen inter allegoriam rhetorum quæ cernitur in sensu literali, & sẽsum mysticũ.

Sensus tamen mysticus dicitur etiam à Patribus allegoricus.

S. Aug.

Obseruandum ergo est quòd sensus mysticus, qui in eisdem eloquijs post literalem supereſt quasi reconditus, & idcircò mysticus dicitur, triplex est; scilicèt allegoricus, anagogicus, & moralis, siue tropologicus: allegoricus res futuras, anagogicus cœlestes: moralis siue tropologicus mores instituendos indicat. Allegoricus est quasi transmutatus, scilicèt vltra tempus præsens ad futurũ traductus. Anagogicus, quasi sursum latus

7. Sensus mysticus triplex. Allegoricus indicat res futuras: Anagogicus cælestes. Moralis siue tropologicus mores instituendos.

Horum nomi num etymolo gia.

tus ad cœlestia. Moralis, quia de moribus instituendis; qui etiam dicitur tropologicus, quia tropus est quævis mutatio significationis, dum vltra sensum literalem, documenta eruimus ad mores informandos. Hæc autem nomina ob similem significationem apud Patres cófunduntur nonnunquam, vt licet ex S. Augustin. & Driedone colligere locis recitatis, & apud Originem hom. 11. super Numeros, & S. Hieronym. ad Hedibiã q. vltima, & super Ezechielem, cap. 16. & alios Patres, & S Augustin. lib. ad hon. cap. 3. & lib. super Genesim imperfecto cap. 2. aliter distribuit modos istos interpretandi sacras literas, sensu literali, & mystico.

Ob similé significatiõẽ apud Patres cófunduntur nõnunquam.

S. Aug. & *Driedo* cit.

Orig.

S. Hieron.

S. Aug.

8.

Illud igitur est aduertendum, quòd sensus mysticus allegoricus non est allegoria, quam rhetores definiunt; illa enim rethorum allegoria nullum habet sensum alium literalem, nisi ipsum metaphoricum, verbi gratia, *Vicit leo*, vicit Christus: sensus autem mysticus allegoricus sacrarum literarum, latet sub sensu literali. Quare cum Paulus dixit ad Galatas 4. de Isaco, & Ismaele quòd significarent duo testamenta; & illa esse dicta per allegoriam; intelligendum est per allegoriam facti, vt loquitur S. Augustin. & non per allegoriam sermonis, vt quidam existimant: neque ibi est aliquis sensus mysticus allegoricus, aut moralis. Nam quod ait Apostolus esse per allegoriam dictum; non significat in Genesi, dum narratur res illa gesta, vllam esse allegoriam sermonis: sed est ibi siue potiùs narratur allegoria facti; quia res narrata erat figura siue simulachrum rei futuræ; & hoc affirmat S. Paulus, dum ait ea esse per allegoriam dicta, hoc est, ibi historicè scriptum esse, quod per allegoriam significabant duo testamenta. Et ideò rectè S. Ioan. Chrysost. ibidem ait S. Apostolum loqui typicè, quia exponit typum, hoc est, figuram veteris testamenti; & est perspicua interpretatio; dum intelligimus allegoriam facti secũdum S. Augustin. vel secundum Chrysostom. typum, quod idem est.

Is latet sub literali.

Vnde locus *Ad Galat.* 4 explicãdus per allegoriam facti, secundum *S. Augustin.* contra quosdã explicantes de allegoria sermonis.

Item secũdum *S. Chrysost.*

9.

Neque etiam parabola est allegoria.

Ostenditur.

Neque etiam parabola, nulla transferuntur; sed explicatur similitudo inter res diuersas, vt, *Simile est regnum cœlorum grano synapis.* Si quis verò granum synapis vsurparet pro regno cœlorum, tunc per metophoram loqueretur.

Ex istis colligimus quædam esse diuina nomina metaphorica, quæ in sensu literali transferuntur ad res diuinas: quædam verò esse quæ in sensu mystico quodammodò transferuntur; non quidem omissa propria significatione, vt explicatum est, sed amplificata quodãmodò ad significationẽ mysticam præter literalem; vt cum dicitur, *Exurge psalterium, & cythara.* Vbi præter sensum literalem aliqui in sensu mystico intelligunt Christum Dominum. Et ita in sensu mystico psalterium & cithara, est nomen diuinum, significans per metaphoram Christum.

10. Coroll.

Psal. 56. 9

Doctrina igitur quæ per metaphoras vel allegorias, siue parabolas de Deo traditur, dicitur symbolica, quia symbolum similitudinem significat, quod penè diuinitùs tractat; S. Dionys. cap. 1. de cœlesti Hierarch. & consectator eius S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Orth. cap. 14. & 15. vbi singulas corporis partes, quæ Deo attribuũtur, explanat; oculos enim ait significare intelligentiam; aures, benignitatem in audiendis precibus; os & locutionem, indicare ipsam significationem voluntatis suæ; odoratum, quòd nostra acceptet quasi hausto odore; faciem, quòd appareat & manifestè innotescat; dextram, auxilium, & largitatẽ; tactum, curiosum examen quasi contrectando; pedes, celeritatem & præsentiã; & alia ibidem prosequitur eo capite, & sequenti. Hæc autem omnia & similia per metaphorã de Deo dicentur, translata à sua significatione, propter aliquã saltem adumbratam similitudinem iuxta sententiam *Arist.* 6. Elenchorum, c. 7. quòd omnes transferentes secundum similitudinem transferunt.

11. Doctri. de Deo per metaphoras, vel allegorias, siue parab. dicitur symbolica. *S. Dionys.*

S. Damasc. explanans singulas corporis partes, quæ Deo tribuuntur.

Arist.

De sensu autem mystico, & literali tractare, documentaq; tradere, non est istius loci. Agit hoc præter Driedonem, & alios, sapientissimus, & argutissimus Melchior Cano lib. 7. de Locis; sed declinandum est à duobus extremis; ab altero ne ex omni parte scripturæ sacræ velimus enucleare sensum mysticum; propter quod S. Hieron. in epistola ad Pamachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani; non immeritò reprehendit Origenis super Genes. commẽtarios vt nimium refertos mysticis interpretationibus: ab altero verò etiam cauen-

12. De sensu mystico, & literali.

Driedo.

Cano.

De sensu mystico. 1. Extremum vitandum: ne nimium ei indulgeamus.

S. Hieron. 2. Extremum, ne eum omninõ negligamus.

cauendum est, ne sensum mysticum reponamus in obliuione, qui apud Patres fuit semper laudatus, & frequẽtissimus.

13. De literali 1. assertum: Vbi in eo non possunt verba explicari rectè sine metaphora, est illâ vtẽdum.

Quod verò attinet ad sensum literalem, vbi verba non possunt explicari rectè sine metaphora, ipsa ratio commentandi persuadet, metaphoricè accipiẽda esse; aliàs incidemus in mille ineptias, & errores, vt faciunt Iudęi, dum recusant per tropum, & figuram verba veteris testamenti exponere, siue per allegoriam, vt intelligantur de Christo Domino, quæ nomine Dauid enunciantur, & alia huiusmodi. Et eos obiurgat S. *Aug.* *S. Aug.* *S. Hieron.* B Augustin. lib. 3. de doctrina Christiana, c. 10. 15. & 16. & S. Hieron. super Ezechiel. cap. 36. Cum verò possunt verba explicari sine metaphora quoad sensum literalem, non est recurrendum ad metaphoricam explanationem, vt docet S. Augustin. lib. 8. super Genesim ad literã, cap. 7. aliàs, si liceret confugere ad sensum mysticum, Hæretici detrectarent sententias scripturæ apertissimas, explicantes illas ficta aliqua interpretatione mystica.

2. assertum: Vbi possunt, non est illâ vtendum. *S. Aug.* Ratio.

13. Difficultas ex *S. Augustin.*

Sed est nobis adhùc quæstio cum S. Augustino, 15. de Trinit. cap. 9. vbi docet omnem hominis intelligentiã, iuxta verbum S. Pauli, versari in ænigmate: ænigma autem esse obscuram allegoriã; ergo omnis intelligentia de rebus diuinis est allegoria, & non propria; quare & nomina quæ sunt notæ intelligentiarum, siue notionum, erunt allegorica, siue metaphorica.

15. Præmot. Duplex est nominis metaphorici conceptus.

Ad hanc rem explanandam aduertẽdum est quòd in allegoria siue metaphora, nominis est æquiuocatio; quia est duplex nominis allegorici intelligentia, siue conceptus. Nam hoc nomen, leo, vno conceptu significat leonem, altero conceptu significat Christum: at verò inter hæc duo significata necesse est intersit similitudo, propter quam nomen D transfertur ab vno in aliud: in metaphora autem ænigmatica est similitudo obscurior; ænigma enim est obscura metaphora, siue allegoria. Nomina ergo quæ de Deo propriè dicuntur vt attributa, & alia, absolutè & simpliciter nõ sunt metaphorica, aut ænigmatica; quoniam nõ sunt æquiuoca, sed vno & eodem conceptu coaptantur rebus diuinis & creatis: habent tamen aliquid allegoriæ, & ænigmatis; quia sunt analoga secundum

Inter vtrumq; est similitudo. Hæc in ænigmatico obscurior.

Resolutionis 1. assertum. Nomina de Deo propriè dicta, simpliciter non sunt metaphorica, aut ænigm. Ratio. 1. assertum: Habẽt aliquid

A similitudinem, vt posteà declarabimus. Cum igitur Apostolus dixisset, *Videmus nunc per speculum*, quia scilicèt intelligimus per similitudinem, ne putaremus similitudinem ita esse expressam, vt eam quam in speculo, adiecit, *in ænigmate*, vt indicaret obscuram similitudinem. Et ad hunc sensum omnia nomina diuina sunt ænigmatica, quia nullum nomẽ significat Deum, vt est; sed neque perfecta similitudine, quam scilicèt de rebus diuinis non habemus, vt lib. 1. commõstratum est. Explicat rem istam S. Anselmus solerter quasi commentatus S. Augustinum monolog. cap. 62. & 63. *Quomodò*, inquit, *verum inuentum est aliquid de summa essentia, si quod inuentum est, longè diuersum est ab ea?* & respondet. *Sæpè multa dicimus quæ propriè sicut sunt non exprimimus, sed per aliud significamus, id quod propriè, aut nolumus, aut non possumus depromere, vt cum per ænigmata loquimur.* Et iterum subijcit. *Sic quippè vnam eandemq; rem dicimus, & non dicimus; videmus, & non videmus: dicimus, & videmus per aliud; non dicimus & non videmus per suam proprietatem.* Quod videtur accepisse ab eodem S. Augustino cum *S. Aug.* C proponit exemplũ cogitationis nostræ, *Hoc est*, inquit, *grandius ænigma, cum nõ videmus quod non videre non possumus. Ecquis enim nõ videt cogitationem suã? quis eam non videt? ecquis eam videt? sicut ergo video cogitationẽ meam, dum clarè cognosco me cogitare, sed quid sit ipsa cogitatio non video, & hoc est grande ænigma: ita video Deum esse sapientem, sed quid sit ipsa sapientia non capio.* Hac itaque ratione subdit S. Anselmus, *Nihil prohibet & verum esse quod disputatum est hactenùs de summa natura, & ipsam tamen nihilominùs ineffabilem persistere, si nequaquam illa putetur per essentiæ suæ proprietatem expressa; sed vtcunque per aliud designata.* *S. Anselm.*

Exemplũ cogitationis nostræ notandũ

allegorię, & ænigmatis. Ratio. Hinc ad locũ 1. *Cor.* 13. interpretatio.

In sensu 2. asserti, omnia nomina diuina sunt ænigmatica.

S. Anselm.

CAPVT IIII.

Nomina etiam affirmantia de Deo propriè dicuntur.

1. Quæstio præuia *ex S. Dion.*

DE nominibus quæ de Deo propriè dicuntur vlteriùs disputaturis succedit quæstio illa, quam sibi fecit S. Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus, *Cum Deus,*

Deus, inquit, *optimus maximus incomprehensibilis sit, cuius neque sensus, neq; phantasia, neque opinio, neque nomen, neque sermo, neque tactus, neque scientia; quomodo de diuinis nominibus à nobis tractabitur sermo, inuocabili, & supernominabili, & supersubstãtiali Deitate demonstrata?* Deitatem dicit inuocabilem, quia nullo nomine dignè vocari potest; supernominabilem etiam & supersubstantialem, quia est super omnia nomina & super omnem substantiã intelligibilem: quod autem nomine caret, nominare velle, est in re impossibili agenda versari. Respondendum est tamen cum eodẽ S. Dionysio, quòd Deus Optimus, etsi incomprehensibilis sit, nõ est tamen incommunicabilis, quia scilicèt se ipsum communicat, & benignè super apparet, & ad possibilem contẽplationẽ extendit sanctas mentes. Qua admonitione permotus S. Hilar. libr. 12. de Trinit. *Nõ præiudicabit* (inquit) *sensui meo naturæ nostræ infirmitas imperfectusq; sermo, vt fidem intra silentium strangulet eloquendi inopia.* De qua etiam re S. Cyrillus Hierosol. catechesi 6. *Si incomprehensibilis est diuina substantia, cur tu de his differis? Nũquid quia totũ fluuium ebibere nequeo, id quod mihi commodum est sub mensura non hauriam? nunquid cum solem oculis comprehendere nequeam, etiam lucis illius vsum, quantum sufficit, non aspiciam?* Et S. Iustinus de recta confessione ait, *religionem sibi esse arcanos sermones lutea carne, & sordente lingua contrectare.* Et *super apparet*, inquit S. Dionysius, *quia ita apprehenditur à sanctis mentibus, vt intelligant infinitũ esse quod superest intelligendum.* Vnde admonet sanctissimus hic ac sapientissimus Pater; quòd vniuersaliter non est audendum dicere aliquid, nec etiã cogitare de supersubstantiali occulta Deitate; præter ea quæ diuinitùs nobis in sacris eloquijs sunt expressa. Et idem persuadet S. Ioan. Damasc. Dionysij assecla libr. 1. fidei Orthodoxæ. At verò S. Thom. interpretatur, quòd ea quæ consentanea sunt sacris literis, possunt Deo ab Ecclesia, & à Doctoribus ascribi, etiam nouis nominibus institutis, cũ expedit. Sed ex his sententijs consulat Theologus, quàm oporteat vt polita, castigataque sit loquutio de rebus diuinis philosophanti. Colligimus igitur ex dictis, quòd etsi non valeamus de diuinis rebus pro dignitate eloqui; licet tamen vtcunque loqui vera, prout Deus optimus se ipsum nobis præbuit intelligendum.

Resolutio: Deus etsi incõprehẽsibilis sit, non est incommunicabilis.

S. Hilar.

S. Cyril. Hierosol.

S. Iustin.

S. Dionys.

Vnde monet Idem nihil cogitandum de Deo præter ea quæ in sacris eloquijs sũt expressa.

S. Damasc.

S. Thomæ interpretatio.

2. Coroll. consonum resolutioni.

Veniamus igitur ad disputationem Theologicam: quorundam enim ea fuit opinio vt nomina affirmantia, quæ diximus attributa, quæ absque metaphora de Deo dicuntur, ita expenderent, quasi non propriè enunciata; Deũ enim dici sapientem, quia auctor est nostræ sapientiæ, quasi per metonimiam; vt vinum Bacchum dicebant Æthnici, quòd putarent Bacchum auctorem fuisse vini.

2. Quæstio de tit. Sent. tit. oppositæ explic. Ea nomina dici de Deo quasi per metonimiã.

Exemplum.

B Qua in re cautè legendus est S. Ioannes Damasc. lib. 1. fidei Orthod. cap. 4. Et in eadem videtur fuisse sententia Rabbi Moyses apud S. Thomam de potent. q. 7. ar. 5. qui Deum sapientem esse interpretabatur, quia ea facit quæ faciunt sapientes; sicut dicitur iratus, quia punit vt irati puniunt, & se ipsos vleiscentur; quare per metaphorã hæc nomina, aut saltem per metonimiã declarabat. Tertiumq; commentarium Moyses hic adhibebat; quòd Deus dicatur sapiẽs quia non est insipiens, & iustus quia non est iniustus; quem loquendi tropum nullibi inuenio. At verò iuxta has opiniones

S. Damasc. cautè legendus.

C omnia nomina dicuntur de Deo impropriè, & per tropum, nullumque nomen de Deo absque tropo, vel metaphora dicitur, aut propriè. In hos autem errores ex veris principijs declinatum est, vt iam ostendimus; quia enim Deum vt est, nominare non possumus, crediderũt nulla esse nomina, quæ propriè Deo attribuamus.

Explicatio: *Rabbi Moys. apud S. Tho.* ea dici de Deo per metaphoram aut saltem per metonimiam.

Eiusdem explicatio 3. vt lib. 1. c. 29. p. 1. n. 9. & cap. 30. p. 1. n. 7.

Iuxta has explic. nullũ nomen de Deo dicitur absq; tropo.

Est igitur aduertendum tres esse vias quibus ascẽdimus ad rerum diuinarum intelligẽtiam, quas nobis aperit S. Tho. super S. Dionysiũ de diuinis nominibus cap. 7. lect. 4. Prima per negationem rerum omnium, quas cernimus: quam viã diuinæ agnitionis pulcherrimè insequutus est S. August. lib. 9. Confessionum, cap. 10. & lib. 10. cap. 6. in illa interrogatione, & responsione creaturarum; vnum hoc responsum accipiens, *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Et hanc quidẽ viam cognoscendi diuina indicat Dionys. cap. illo 7. & aliàs sæpiùs, & S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Ortho. cap. 4. Secundam in dagendi diuina, est negationum per

Farum fundamẽtum est verum.

3. 1. Prænot. Tres viæ cognoscẽdi diuina ex S. Thom. vt lib. 1. c. 19. p. 1. n. 6.

S. Dionys.

S. Damasc.

1. Via est per negationem rerum creatarũ.

S. August. ipsal. 99. n. 3

tionum per excessum.

per excessum, scilicet quòd nihil horum Deus sit, sed supra hæc: quod S. Augst. etiam elegantèr ostendit eodē loco, scilicet lib.10. Confess. c.6. inducens creaturas hac voce respondentes, *non sumus Deus tuus, quære super nos.* Qua voce monemur quærere diuina nomina per excessum super res creatas. Et S. Dionys. cap. 1. 2. 5. & 7. de diuinis nominib. ijs vtitur, quæ hunc excessum significāt: supersubstantialem, & supernominabilem, & superintelligibilem Deum appellans. Et libr. de mystica Theologia, cap. 3. & 5. & S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Orthod. cap. 4. & Boetius lib. de Trinit. Deum ait non esse substantiam, sed supersubstantiam. Idem vsurpat S. Basil. lib. 5. contra Eunomium, de qua re egregiè disputat Picus Mirād. opusc. de Ente & vno, cap. 3. & 4. quædam ex Platonicis commentarijs. Tertia via est vt cognoscamus Deum tanquam rerū omnium principium primum, & causam. Itaque illis duobus modis cognoscimus Deum per negationem, & hoc vltimo per affirmationem causæ; & nullo istorum modo cognoscimus naturam ipsam diuinam quid sit, sed quid non sit, aut quòd aliorum causa sit: quod S. Dionys. eo loco vult, & probandum susceperat, vt S. Thom. commentatur. Tres adhùc vias cognoscendi diuina persequitur S. Thom. 1. p. q. 12. art. 12. & q. 13. art. 10. ad 5. nonnihil immutans, scilicèt per habitudinem causæ; per excellentiam, siue per excessum; & per remotionem, siue negationem.

S. Auguſt.

S. Dionyſ.

Idem.

S. Damaſc.

Boetius.

S. Baſilius.

3. Via per affirmationē causæ.

Hisvijs solùm cognoscimus quid Deitas nō sit, aut quòd aliorū causa sit.

S. Dionyſ.

S. Thom.

Easdem vias prosequitur *Idem* nonnihil immutans.

4.

Idem cum alia varietate tres vias cōmonstrat.

At verò q. 7. de potent. ar. 5. cum alia adhuc varietate tres vias commonstrat diuinæ notionis, scilicèt primam affirmationis, Deus est sapiens: Secundam negationis, Deus non est sapiens, nempè non est, vt nos sumus: Tertiam affirmationis per excessum, Deus est super sapiens. Quibus collectis indicantur viæ quinque. Prima, qua negantur de Deo, quæ in rebus imperfecta sunt. Secunda, qua Deus consideratur vt principium rerum. Tertia, qua de Deo affirmantur, quę sunt simpliciter perfectiones. Quarta, qua hæc negantur propter modum intelligendi, & significandi imperfectū. Vltima est, qua hæc iterùm cum quodam excessu affirmantur, vt supersapiens, supervious. S. Ioan. Damascen. lib. 1. Ortho. c. 4. obseruat adhùc genus quoddā affirmationis, quod significat superexcellentē negationē, vt cū Deo tenebras circūponimus, indicātes negationē lucis, quia Deus est lux superexcellēs.

Simul collectę sunt 5. vię. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. *S. Damasc.* addit sextam.

Meritò igitur dubitatur quanam ratione nomina aliqua possimus affirmare de Deo? Ad quam quęstionē explanādam doctissimè obseruat S. Th. 1. p. nostrum modū intelligēdi esse imperfectū, ita vt nō solùm nō possimus complecti notionē propriam cuiusque attributi, cū res sit incōprehensibilis; sed neque eum illo modo entis infiniti possimus cōformare intelligentiā. Nam quæuis res diuina & est simplex, & est subsistens: nomina verò quibus res significamus, quędam sunt abstracta quæ simplici modo significandi indicant rem, vt sapientia, iustitia; quæ quidem significant rem vt simplicem, sed non vt subsistentem, imò potiùs quasi formam subsistentis. Nomina verò concreta significant rem vt subsistentem, sed modo quodam intelligendi compositio, vt sapiens, iustus; sapiens enim est qui sapientiam habet; & ita intelligimus quasi duo, eum scilicèt qui habet, & sapientiam quam habet; hæc autem duo intelligimus vno conceptu quasi concreto. Verba etiam nostra significant cum tempore, dicimus enim Deum gignere aut genuisse, cum tempus in Deo non sit.

2. Prænot. ex *S. Thom.*

Cū modo entis infiniti nō possimus conformare intelligentiam.

Obtenditur: Quælibet res diuina simul est simplex, & subsistens, & est extra tempus.

Nomina nostra abstracta significant rē, aut simplicem, sed non vt subsistentem.

Concreta, viceuersa.

Verba etiam nostra significant cum tempore.

6.

S. Thomæ 1. Concl.

Si attendatur modus intelligendi, & significandi, nullū nomen significat proprie res diuinas.

Obtenditur, vt in 2. prænot.

Et quia modus significādi conformatur modo intelligendi, duobus enunciatis S. Thomas quæstionē istam absoluit. Primum est, quòd si attendatur modus significandi, nullum nomen significat propriè res diuinas; esset enim modus significādi proprius, si res simplices simplici modo significarentur, & subsistentes vt subsistentes. Sed res diuinæ simul sunt simplices, & subsistētes: nomina autē quædā, scil. abstracta, significāt ad modum rei simplicis, sed non subsistentis; quædam verò, scilicèt ōcreta, ad modū rei subsistētis, sed nō simplicis: ergo modus significādi nō est proprijs rebus diuinis; quod obseruatur lib. de causis propos. 6. Verba ité significāt cū tēpore, res diuinæ sunt extra tēpus. Et ita interpretatur S. Thom. dictū illud S. Dionys. c. 2. de cœlesti hierar. quòd negationes sunt veræ, affirmationes autem incompactæ, scilicèt quia affirmationes propter modum significandi diuersum, non coaptantur rebus diuinis. Quare solùm per

S. Dionyſ.

Illatum:

Sole tres vie diuinæ cognitionis sunt nostro intelligẽdi modò conformatę, acproprię, de quibus n.3.

negationes intelligimus Dei naturam, aut per affirmationem quòd sit causa & principium rerum. Nam hæc affirmatio quæ non significat naturam diuinã, sed solùm quòd Deus sit causa rerum, propria etiam est, nostro modo intelligendi conformata: & ita considerantes nostrũ intelligendi modũ tres vias diuinæ cognitionis ostendimus, scilicèt simplicium negationum, & negationum per excessum, & affirmationis causam rerum indicantis.

7.
3. Concl. vt in tit.
Si ardẽdantur res significatæ nomina positiua attributorum de Deo dicuntur proprièt, id est, sine metaphora, ac formaliter, id est, secũdũ ipsam formam significatam.
S. Thom.

Secundum enunciatum est; quòd si attendamus res ipsas significatas, diuina attributa, quæ significant perfectiones simpliciter, propriè, & formaliter de Deo dicũtur; propriè, inquam, hoc est, absq; vlla metaphora, sed proprio conceptu, iuxta primum nominum institutum; formaliter autem, vt ipsa forma significata per nomen sit in Deo, & non aliud loco illius. Ita enim dicimus Deum esse sapientem, quia sapientia in illo est. Verũ enim compertum est quod S. Thom. docuit in 1. d. 22. q. 1. art. 2. ad 4. quòd modus significandi imperfectus non facit falsam sed imperfectã loquutionem.

8.
Ex 2. concl. Tres aliæ viæ cognoscẽdi diuina nominibus proprijs diuinis.

Ex quo secũdo theoremate possumus indagare tres alias vias cognoscendi diuina nominibus proprijs diuinis. Prima est per negationes rerum communium, quæ solius Dei sunt propriæ, vt infinitũ, immutabile, æternum, simplex, & aliæ: eæ enim imperfectiones, quæ omni creaturæ communes sunt, vt finitum, mutabile, temporarium, & compositum, si remoueantur per negationes, erunt nomina illas negantia propria Deitati. Secunda via est affirmationum simpliciũ, in quibus non attendimus modum significandi, sed rem significatam: & hæc etiam nomina quę significant perfectionem simpliciter, sunt Deitati attribuenda; non extracta nominis significatione, sed propria quadam vsurpatione, vt quòd Deus sit sapiens, & bonus. Tertia via est affirmationum per excessum, siue exuberantiam, vt affirmemus quidem hæc nomina de Deo, sed cum quodam excessu; vt cum dicimus Deum solum esse bonum, scilicèt per essentiam bonum: aut cum Deitatem appellamus supersubstantialem, affirmando quòd sit substantia; sed superans ratione propria omnem intellectum substantiæ creatæ: & hæc etiam nomina affirmationum,

1. Via, per negationes rerũ communium. Declaratur.

2. Via, per affirmationes simplices perfectionum simpliciter. Declaratur.

3. Via affirmationum per excessum, siue exuberantiam. Declaratur.

A sicut & prima negationum, solius Deitatis propria erunt.

Hoc igitur assertum quòd nomina attributorum, vt sapiens, iustus, &c. dicantur propriè de Deo, est commune omnium Theologorum placitum, & Patrum; & contraria sentẽtia est error cõtra fidem apertissimus; nihil enim esset definitum de rebus fidei; si ea quæ definita sunt, nullo conceptu proprio intelligeremus. Quod vt clariùs intueamur, permittamus cõtraria opinãtibus, quòd nullum nomen dicatur de Deo propriè, sed omnia per metaphorã, vel aliũ tropum. Cum igitur Deũ intelligimus per philosophiam naturalem, vt testatur S. Paulus, & per fidei documenta; vel nullum habemus de Deo conceptum, sed prorsus ignoramus diuina; nec; scimus quæ fide & ratione de Deo cõstrãtur, vt Deum esse, & sapientẽ esse, & esse tres personas in vna natura: vel planissimè, vt concedendum est, habemus de Deo aliquos conceptus, quibus diuina nouimus. Quòd si respondeas, habere nos quidem aliquas de diuinis notiones siue conceptus: sed eos significari per nomina metaphoricè. Quid ergo prohibet nomina instituere, quæ non per metaphorã, sed propria significatione eosdem conceptus significent: ea autem nõ opus est instituere, cum in vsu iam sint: quare S. Thomas suã cõclusionẽ probat ipso experimẽto intelligẽdi: cũ enim audimus Deũ esse sapientẽ, nulla trãslatione nominis facta, intelligimus sapientẽ. Præterea, si omnia diuina nomina essẽt metaphorica, essent æquiuoca, vt dictũ est, quia nõ eodẽ cõceptu dicerentur de Deo, & nobis; nullũ ergo esset argum. à reb' creatis ad res diuinas; neq; vlla esset definitio Ecclesiæ de rebus diuinis; imò nulla fides, quia dum vtimur æquiuocis nominibus, nihil de veritate cõstat; v.g. si dicam esse tres personas, non significo tres personas esse, sed aliud quid per metaphoram, quod est hæreticum.

9.
2. Conclusioni ac tit. oppositi sent. est error contra fidem.
Probatio.
Elucidatur.
Deum intelligimus per philosophiam naturalem, vt libr. 1. c. 36. *Ad Rom. 1.* Item per fidẽ.
Vnde habemus de diuinis conceptus proprios, hoc est, sine metaphora.
Respons. Nomina significantia hos cõceptus esse metaphorica. Refellitur. 1.
S. Thomas probat 2. cõcl. experimento.
Refellitur 2. Omnia diuina nomina essẽt æquiuoca & sic de diuinis nullum esset arg. nulla definitio Ecclesiæ, imò nulla fides.
Exemplum.

Ex istis colligimus quædã consequẽtia, Primũ est quòd nomina diuina quæ significant Deum vt causam, & ea quæ significant negationes imperfectionum, maximè propriè de Deo dicuntur, non solùm quoad res significatas, sed etiam quoad modum intelligendi: nam cũ hæc nomina nihil reale significẽt, sed vel relationẽ rationis, quę intelligitur in Deo, vt

10.
1. Conclect. Nomina diuina inseruientia tribus vijs, quibus n. 1. & 6. maximè propriè de Deo dicuntur.
Ostenditur.

vt est causa rerum, vel negationes, quæ nihil sunt, nisi accidentia rationis; sicut hæc nomina significant ea quæ sunt in nostro intellectu, ita nihil prohibet, vt significent nostro modo intelligendi: attributa verò quæ significant ipsam Deitatem, quia modus imperfectus significandi discordat modo perfectissimo existendi, nō ita propriè significant. Vnde dixit S. Dionysius affirmationes esse incōpactas, quod de negationibus nō dixit. Et S. Anastas. de rectis dogmat. lib. 1. ablationem, hoc est, negationem, ait propiùs accedere ad veritatem de rebus diuinis. Et ibidem egregiè disputat de affirmatione, & negatione circa diuina.

S. Dionys. S. Anast.

11. 1. Consect. Nomina etiā positiua attribut. non significant res diuinas propriè, hoc est, per similitudinem propriam, vt c. 3. n. 15. in 2. assert.

Aliud est quod consequitur, attributa diuina, hoc est, nomina ipsa attributorū, esto significent propriè res diuinas, hoc est sine metaphora, & proprio conceptu; non tamen significant propriè, hoc est, per similitudinem propriam, vt ex S. Augustino, & S. Anselmo obseruauimus. Et hoc voluit significare S. Ioan. Damasc. dum ait Deum non esse sapiētiam, nisi vt causam sapientiæ, scilicèt quasi archetypa sapientia, ita vt non neget Deum formaliter & absque metaphora, imò proprio conceptu esse sapiētiam; negat tamen perfectè indicari hoc nomine diuinam sapientiam.

S. Damasc. explicādus.

12. Hoc indicant inuentæ à S. Dionysio negationes cum affirmationibus coniunctæ, quæ dicuntur exuberantiæ, vt quòd Deus non sit bonus sed super bonus, non sit sapiens sed super sapiens; quę familiares etiam sunt S. Ioanni Damasceno. Et eadē significatione Deus non est sapiēs, sed ipsa origo sapientiæ, quod fortassè S. Damascenus voluit. Et hùc pertinebat opinio Rabbi Moysis quòd Deus sit sapiens, id est, nō insipiens, vt per negationem contrarij, indicaret affirmationem incōprehensibilem. Sed perperam ait sapientiā non inueniri in Deo, vt S. Thomas refert: rectè autem diceret sapientiam similē nostræ non inueniri in Deo, Deus enim nobis non est similis.

Hoc indicant inuentæ à S. Dionys. negationes cū affirmationib. coniunctæ, sc. exuberantiæ, de quibus in fine n. 4. & 8. Hæ familiares S. Damasc. Hūc spectat Rab. Moys. de quo n. 2. in quo errauerit.

13. 3. Consect. Nomina magis communia, magis propriè de Deo dicuntur, vt lib. 4. c. 4. p. n. 12. Ratio S. Thom.

Prætereà illud cōsequitur vt quę sunt magis communia, magis propriè de Deo dicantur; quia res particulares sunt magis concretæ, & imperfectionibus admixtę, vt obseruat S. Tho. sæpiùs: quamobrem 1. contra gent. c. 3. doctè notauit nomina specierū non dici de Deo propriè, quia species significat vltimā differentiā; quæ est vltimus terminus, & vltima circumscriptio, vt plurimū habēs admixtā imperfectionem. Est ergo in Deo scientia, sed nō est logica, aut philosophia.

Consequens etiā est vt nomina attributorum simpliciter & absolutè, ac propriè significent res diuinas: nam modus significādi hoc non prohibet; sicut enim modus intelligendi non est res cognita, sed dūtaxat est modus operationis nostræ, quo imperfectè intelligimus; ita & modus significādi; vt si nō sit coaptatus diuinis rebus, non obstat quominus nomina dicantur de Deo propriè; v. g. sapiēs significat sapientē, & significat quidem modo quodam compositō; sed non significat, cum qui sapiens est, esse compositū; si enim id significaret, non posset accommodari propriè Deo; esset enim falsum Deum esse sapientem, si nomen, sapiens, significaret rem compositā; cōpositio autem in modo significandi, nō est res cognita, sed modus dūtaxat cognoscendi nobis ingenitus. Et ita nihil prohibet quin propriè ac simpliciter dicamus Deum sapientem: est autem modus significandi improprius rebus diuinis, non ita vt gignat falsitatem in mente; sed quia non est ipse modus in cognoscente, qui est in re cognita.

14. 4. Consect. Nomina attribut. simpliciter & propriè significantes res diuinas. Ostenditur. Modus significandi non est res significata.

Adhùc eodem argumento conficitur, vt omnia nomina attributorum significent diuinam substantiam, siue essentiā; quia quicquid est in Deo, est ipsa essentia, & substantia: sed hæc nomina significant id quod formaliter & propriè est in Deo; ergo significant diuinam essentiam, siue substantiā; non tamen his notionibus essentiæ, aut substantiæ; sed significant id quod re ipsa est diuina essentia, & quod in cōceptu confuso essentiæ diuinæ continetur, vt diximus lib. 1. Et hoc est quod ait Boetius de Trinit. omnia quæ de Deo prædicantur præter relationem mutari in substantiam, quoniam non est ibi qualitas, aut quantitas, sed sola substantia, vt effusè probat S. Thom. de potent. q. 7. ar. 5.

15. 5. Consect. Omnia nomina attrib. significāt diuinam substantiā, siue essentiam. Declaratur. Significant id quod re ipsa est essētia, & quod in conceptu confuso essentię continetur, vt lib. 1. c. 33. p. 1. *Boet. S. Thom.*

Postremum est quod colligimus nomina attributorum non esse synonima, sed homonima; quia licèt significent eādem essentiam diuinam, significant tamen diuersis intelligentijs; alia est enim intelligentia sapientiæ, alia iustitiæ, &c. vt primo libro probatum est. Ostendit

16. 6. Consect. Nomina attributa non sunt synonima, sed homonima, seu æquiuoca, sc. consilio. Ratio ex lib. 1 c. 30 p. 3.

S. Thomas 1. Exemplum de causa æquiuoca plurium effectuum excedente singulos.

autem hoc S.Thom.1.p. eleganti ratione; sicut enim à causa æquiuoca, quæ nobilissima est, dimanant effectus specie distincti, quorum singuli imitantur causam, sed non adæquant virtutem eius, quia deficiunt à perfectione essentiali; ita nos qui Deum cognoscimus per ipsos effectus, & singulis conceptibus siue intelligentijs, singulas perfectiones, quas in effectibus cernimus, complexi; nullo istorum conceptu adæquamus diuinam ipsam essentiam, quæ est illorum causa; sed tamen per singulos conceptus imitamur ipsam diuinam quidditatem, & essentiam. Aliud exemplum argutissimum proponit S. Thom. de potentia, q. 7. art. 6. ad 5. sicut enim dum Deus vno conceptu intelligit omnia, ille vnus conceptus refertur ad singula singulis relationibus rationis, nostro modo intelligendi, ita vt infinita cognita in vna cognitione copulentur: sic è contrario dum infiniti conceptus creati, apprehendunt vnam diuinam essentiam, omnibus illis obiecta est res vna cognita, ita vt sint conceptus specie distincti, & res cognita vna simplicissima. Probat hoc S. Thomas in eo art. 6. longissimè. Et confirmat auctoritate etiam Commentatoris 11. Metaph. commento 39.

2. Exemplum proponit *Idem* de vno conceptu diuino relato ad omnes & singulas res.

S. Thomas Apud eundem *Auerr.*

17.

1. Diuisio nominum diuin. *ex S. Ambr.* Personalia.

Nomina naturæ. Metaphorica.

Hoc loco explicanda est distributio nominum diuinorum, quæ traditur à S. Ambrosio lib. 2 de fide ad Gratianum, *Sunt* (inquit) *quædam nomina quæ euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt; & quædam quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimũt veritatem: alia verò sunt quæ trnslatiuè per similitudinem de Deo dicuntur.* Quibus verbis tertio loco recenset ea quæ impropriè, & per metaphoram siue per translationem dicuntur; primo autem loco nomina personalia quæ significant proprietates naturæ diuinæ, quibus fit propria personarum: & secundo loco nomina diuinæ naturæ. At verò S. Dionys. cap. 1. de diuinis nominibus, exceptis nominibus tertij generis, metaphoricis scilicèt, quæ impropriè dicuntur, doctrinam theologicam diuidit in discretam & vnitam Theologiam; discreta est, quæ de personis distinctis disputat; vnita quæ de vna natura, in qua personę cõueniũt.

2. Diuisio, quæ *ex S. Diony.* exceptis metaphoricis, Theologia diuiditur in discretã & vnitam.

18.

3. Diuisio in absoluta & relata. Absolutorum

Sed adhùc nomina diuina possumus vltra diuidere; quædam enim absoluta sunt; quædam relata: absoluta autẽ quædam significant res; quædam negationes. Nomina absoluta quæ significant res sunt essentialia, & dicuntur attributa, vt sapientia, iustitia; est tamen nomen personæ, siue hypostasis absolutũ, quod non significat essentiam; quia absoluto conceptu significat relationem, vt lib. 4. docuimus. Quæ autem significant negationes non sunt essentialia, quasi essentiam significent: sed neque omnia pertinent ad essentiam; nam, ingenitũ, est nomen personale significans negationem. Post hæc licet secare nomina diuina relata: quædã enim sunt æterna; & ea, si sunt relata secundum esse, sunt omninò personalia, quia significant relationes æternas, & personales; si verò sunt relata secundum dici, vt prædestinatio, prouidentia, in quibus in obliquo significatur relatio, & cum relatione dicuntur; ea omnia sunt ad essentiam pertinentia, quia sunt cõmunia; Deus enim nihil respicit extra se, nisi vt est prima origo rerum, quod est nomen commune tribus personis. Si verò significent relationes temporarias, quædam sunt nomina communia, quædam propria; cõmunia, vt creator, sanctificator, quæ significant relationes tempore aduenientes: personalia, vt missus, quod est nomẽ commune duabus personis, scilicèt Filio, & Spiritui Sancto, sed non est commune Patri; Incarnatus, quod est nomen solius Filij, de quo nomine tom. 4. disputabimus; donum missum, quod est nomẽ solius Spiritus Sancti, de qua re agit Magister in 1. & S. Thom. ibidem.

quædam positiua. Hæc sunt essentialia. Excipe nomen personæ, siue hypost. li. 2.

Quædam negatiua. Hæc sunt essentiam pertinentia. Excipe Ingenitum.

Relatorum quædam æterna. Hæc si sunt secundũm dici sunt personalia. Si secundum dici, sunt ad essentiam pertinentia.

Quædam temporaria. Hæc vel sunt communia.

Vel sunt personalia.

Magist. S. Thom.

CAPVT V.

Argumenta refelluntur.

1.

1. Arg. *S. Damasc.*

HIs tamen assertis videtur repugnare S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Ortho. cap. 4. *Oportet* (inquit) *singulum eorum quæ de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare existimare, sed quod non est ostendere, aut habitudinem quandam.* Ergo nomina diuina vel significant causam, vel relationem, & non ipsam Deitatem, siue diuinã substantiam. Et S. Dionys. de diuinis nominib. c. 2. & 11. ait hæc nomina significare processus diuinæ bonitatis in res; processus autẽ in res creatas nõ est diuina essentia; ergo hæc nomina nõ significãt essentiã. Et 1. c. mysticæ Theologiæ ait,

S. Dionys. 1. locus.

2. locus.

Auctor lib. de causis.

ait intellectum optimum Deo vniri, dū intelligit se nihil intelligere. Et lib. de causis dicitur quòd prima causa non nominatur, nisi nomine causati primi, quod est intelligentia: ergo non nominatur nomine essentiali, sed nomine causæ secundum accidens, siue relationem rationis.

2. Ratio.

Præterea arguitur ratione: Diuina attributa sunt inter se distincta, & non sunt formaliter distincta, vt lib. 1. diximus: ergo neq; formaliter sunt in Deo.

3. 2. Arg.

Secundò: Nomina quæ causam significant, dicuntur de Deo formaliter; & tamen non significant aliquid formaliter existens in Deo; ergo etiamsi attributa formaliter dicantur de Deo, non tamen significant ipsam Dei essentiam, aut aliquid in Deo existens formaliter.

4. 3. Arg.

Tertiò: In diuina essentia nulla est multitudo, sed diuina attributa significant plura, vtpotè pluribus intelligentijs; vel ergo illa plura non sunt res, vel non sunt ipsa diuina essentia, quæ res vna est.

5. 4. Arg.

Quartò: Vnum consequitur ens, dum ergo dicimus attributa diuina plura, plura sunt entia; vel ergo sunt entia rationis, vel plura entia realia: & neutro modo sunt ipsa essentia; quæ est vna res & simplicissima.

6. 5. Arg.

Vltimò: Id quod est maximè vnum non potest esse radix multitudinis; sed Deitas est maximè vna; ergo ab illa non potest oriri multitudo attributorum: ergo nomina diuina non significāt propriè aliquid quod in Deo sit.

Responsio.

7. Aduertenda ex libr. 1. c. 29. & 30.

QVæ notata sunt lib. 1. de attributis, hìc recolenda sunt, neque est opus plura obseruare: sed argumentis respondebimus. Primum autem explicabimus Patrum sententias. S. Damascenus igitur verbis recitatis duo genera commemorat nominum diuinorum: quædam significant negationes, vt infinitus, æternus; quędam relationem, non quòd forma significata sit relatio, sed quia sunt analoga relatione quadam, vt cap. sequenti explicabimus; & ita ait, quędam nomina significare habitudinē, siue relationem, qualia sunt attributa vt sapiens, iustus, & hæc significant propriè aliquid quod in Deo est; nullum verò

Ad 1. arg. *Ad S. Dam.*

Attributa dicuntur significare relationē, quia sunt analoga relatione quadam.

nomen significat quod quid est Deus, vt postea commōstrabimus S. Damasceno assensi. Sānctus verò Dionysius obseruat nominibus attributorum prima institutione significari res creatas, quod est significari diuinæ bonitatis processus, hoc est, res procedentes à diuina bonitate, qua eadem significatione traducuntur ad significandam ipsam diuinam essentiam absque vlla metaphora, vt postea dicemus. At verò de mystica Theologia non docet S. Dionys. intellectum Deo vnitum in hoc perfici quòd intelligit se nihil intelligere: perfectio enim intellectus est intelligere; dum verò intelligit, intelligit se intelligere. Sed hoc vult S. Dionys; quòd intellectus Deo vnitus perfectiori intelligētia, clariùs perspicit quòd Deum intelligendo non cōprehendat, & hoc significatur verbis illis S. Dionysij. *At* verò auctor libelli de causis videtur deduxisse nomen Græcū, Theos, vt significat intelligentem; & cum primum causatum diceret esse intelligentiam, hoc est, supremum angelum; insinuat secundum nominis notationem tributum esse primæ causæ nomen primi causati. *At* verò quoad rem significatam, intelligens est diuinum attributum, quod significat substantiam diuinam; sed non definitè, quia non explicat quod quid est: at verò nomen hoc, intelligentia, significat ipsum quod quid est Angeli, quia hoc est nomen illius naturæ; illud verò nomen, scilicèt intelligens, est attributum diuinum, vt dicemus. Et hoc est quod docet S. Thomas de potentia, quæstione 7. articul. 5. ad 5.

Ad 1. locum S. Dionys.

Ad 2. locum.

Intellect. Deo vnitus clariùs perspicit se Deum non comprehendere.

Ad auctorē lib. de causis.

S. Thom.

8. Ad rationem Respond. 1.

Ad primum ergo argumentum respondetur quòd secundum Boetium de Trinitate, Deus est quædam forma, quam dicimus actum, ne quis suspicetur causam formalem; dicuntur autem attributa esse formaliter in Deo, quia res significata per nomen, est ipsa forma Deitatis. Cum ergo dicitur quòd sunt inter se distincta, intelligitur quòd sint ratione distincta; & quòd non sint formaliter distincta, ostendit non esse formas plures: sed his non conficitur, vt non sint forma vna; vnde dicuntur esse formaliter in Deo. Clariùs respondetur distinctione occupando arguentem; non enim sunt in Deo formaliter vt sint formæ in subiecto, sed sunt in

Attributa sunt formaliter in Deo quia res significata per nomen est ipsa forma Deitatis.

Respond. 2. clariùs.

Deo formaliter, quatenùs sunt ipsa forma Deitatis.

9. Ad 1.arg.

Ad secundũ respondetur, quòd tunc aliquid alicui conuenit formaliter, cum forma significata per nomen cum aliquo copulatur: nomina ergo quæ significant relationes rationis conueniunt Deo formaliter, quia per intellectum ipsæ relationes copulantur Deo; sunt enim relationes rationis, quæ per intellectum conueniunt rei: sapiens verò, & iustus, significant res siue formas quasdam reales, quæ re ipsa alicui copulari possunt; & idcirco cum dicimus hæc formaliter Deo conuenire, intelligimus B *Deum esse formam quandam, quæ his nominibus significatur; licèt excedat singula nomina, & non explicetur omnino per singula.*

Nomina quę significant relationes rationis conueniũt Deo formaliter.

Obiectio. At Sapiens, Iustus, &c conueniunt Deo formaliter, hoc est Deus est forma quæ his nominibus significatur, licèt excedens.

10. Ad 2.arg. ex libro 1.c.30.p.3.

Ad tertium iam diximus lib. 1. quòd diuina attributa sunt res vna, & obiecta plura, vtpotè quæ pluribus conceptibus apprehenduntur. Itaque id quod est obiectum est res; forma autem significata per hoc nomen, obiectum, est relatio rationis. Hæc ergo nomina, Sapiens, & Iustus, significant vnam rem, sc. Deum; sed C *significant duobus conceptibus, & res eadem est plura obiecta pluribus relationibus intellectui obiecta.*

11. Ad 4.arg.

Ad quartum respondetur similiter, quòd id quod est attributum diuinum est res vna & non plures; cum autem dicuntur attributa plura, non numeratur id quod est attributum, est enim Deus vnus; sed numerantur obiecta scilicèt relationes plures ad intellectum.

12. Ad 5.arg. Res vna est radix, id est, causa multitudinis, in alio re ipsa; in se per conceptus inadæquatos.

Ad vltimum respondetur, quòd maximè vnum non est radix multitudinis, quasi pars subiecta, vt in arbore radix: est tamen causa multitudinis, quæ in alio cernitur. Et ideò sicut Deus est causa multarum rerum efficiens, ita est causa vt multis conceptibus à nobis intelligatur; & ad hunc sensum est radix D *multitudinis, vt Sanctus Thomas obseruat ex Aristotele, & iterùm ex Commentatore libr. 5. Metaphys. commento 21. vbi Aristoteles ait perfectissimum esse, id quod habet perfectiones omnium rerum; quod ipse commentatur; Deum esse id quod perfectissimum dicitur, quia omnibus nominibus generum nominatur.*

S. Thom. ex Arist. & Auerr.

CAPVT VI.

Nomina diuina communia rebus creatis vnò conceptu & ratione vna sunt communia.

¶ Caput diuidimus in partes tres.
Prima pars: *Quod nomina diuina communia rebus creatis sint analoga.*
Secunda pars: *De abstractione conceptus in analogis nominibus.*
Tertia pars: *Vtraque analogia proportionis, & attributionis est in nominibus diuinis.*

PRIMA PARS.

Quòd nomina diuina communia rebus creatis sint analoga.

1. Nullius sent. est, nomina attribut. esse casu a quiuoca Ratio.

VEnimus tandem ad analogiam nominum diuinorum, & quidẽ quòd nomina attributorum sint casu æquiuocata vt nullo consilio instituta sint ad res diuinas significandas, nullius Philosophorum, aut Doctorum cogitauit; nihil enim de Deo Optimo Maximo penitùs intelligeremus (quod est impijssimum) si nomina quibus vtimur neque similitudine aliqua imperfecta, aut metaphorica Deitatem significarent. Quòd verò hæc nomina attributorum magis accedant ad æquiuoca, videtur sensisse Rabbi Moysis, eò quòd opinetur ea nõ propriè significare res diuinas; quare non eodem conceptu significentur, vt posteà disputabimus; sed tamen non negat esse consilio æquiuoca, quæ analoga dicimus.

1. Sent eam magis accedere ad æquiuoca.

Rab. Moys. de quo c.4.n.1 Fund.

2. Sẽt. extrema *Scot.* Ea esse vniuoca, sicut ens. Fund.

Ioannes Scotus in 1.d.3.q.1.& 3. & in 3.q.2.à partibus aduersis opinatur nomina diuina esse vniuoca, sicut & nomẽ, ens; eò quòd sint vnius cõceptus, & significent vnam rationem formalem: sed iam suprà ostẽdimus vnitatem conceptus & rationis formalis non inueniri in solis vniuocis; sed eam vnitatem quæ fundatur in similitudine perfecta, esse propriam vniuocorum: esseque ens analogum vnius conceptus, qui est vnus quidem vnitate reali, sed non est in repræsentando vniformis. Et ipsa ratio repræsentata per conceptũ est vna vnitate quidẽm præcisionis, sicut vniuoca; quæ vnitas est rationis non realis: est tamen imperfecta, quia non fundatur in similitu-

Huius sent. & fundamẽti refutatio.

Sicut entis, ita attributorũ cõceptus eſt aliquo modo in repræſẽtando vnus, & aliquo modo non vnus, quia non vniformis.

ſimilitudine perfecta, vt ſtatim declarabimus. Ergo nomina diuina communia rebus diuinis, & creatis, etſi ſignificant vnam rationem & cõceptum vnum declarant, non tamen ideo vniuoca ſunt; ſed ſunt potiùs analoga, quia conceptus eſt aliquo modo in repræſentãdo vnus, & aliquo modo nõ vnus, quia vniformis non eſt; & ratio ſignificata eſt aliquo modo vna, & aliquo modo diuerſa, vt dictum eſt de conceptu entis; & de ratione formali obiecta. Eadem enim hìc recolenda ſunt.

3. Prodeclaratione aduert.

Vnitas præciſionis fundatur in ſimilitudine.

Ad intelligendum igitur perfectam vnitatem præciſionis, quæ eſt vniuocis propria, aduertendum eſt eam vnitatem fundari in quadam ſimilitudine: ſimilitudo enim eſt cauſa intelligẽdi, cum intelligere ſit quoddam aſſimilari. Eſt autem ſimilitudo quædam realis relatio, quę in ſpecie eâdem cernitur, vt duo alba dicimus ſimilia, quia eſt in vtroque eadem ſpecies coloris, vt lib. 3. docuimus; album autem & nigrum diſſimilia ſunt, quia licèt in eis ſit vnum genus ſcilicèt color, eſt tamẽ ſpècies alia, & alia coloris. At verò intellectus qui naturã ſua ſpeculatur quamcunque ſimilitudinem etiam remotam, in genere inuenit ſimilitudinem; quia abſtrahens naturã generis ab ſpeciebus, contemplatur illam ac ſi eſſet ſpecies: contemplatur enim illam vt formam vnam; forma autẽ eſt fundamentum ſimilitudinis; quia ergo in homine & leone deprehendit naturam animantis, nulla facta mutatione conceptus, neque cum diuerſa accommodatione ſecundum quid, aut ſimpliciter; percipit illam naturam perfecta ſimilitudine intelligibili, quæ eſt ipſe cõceptus; & ad hoc aduertentes vniuoca appellamus. Et hoc eſt quod dicimus in vniuocis, rationem ſignificatam eſſe omninò vnam; non vnitate reali vt ſupra oſtendimus, ſed ſola vnitate rationis, ita vt hęc vnitas fundetur in ſimilitudine vniuoci, quæ non eſt realis ſimilitudo ſed rationis, vt patet in natura generis. In ſpecie verò nõ eſt ſola ſimilitudo vniuoci, quæ eſt rationis; ſed eſt ſimilitudo phyſica fundata in forma ſpecifica, vt in albedine fundatur ſimilitudo phyſica, & realis.

Sicut eſt alba ſimilitudo realis & phyſica eſt inter duo alba, vt lib. 3. c 12. p. 2.

Inter albũ & nigrũ diſſimilitudo realis; ſimilitudo verò rationis ſeu intelligibilis perfecta quę eſt ipſe cõcep.

Hic intellectus qui naturã ſuã ſpeculatur quamcunq; ſimilitudinẽ etiã remotam, in natura generis inuenit.

Hinc vniuocã appellãtur.

In ſpecie eſt perfecta ſimilitudo rationis, & realis.

4. In analogis vtrius cõceptus eſt defectus perfectę ſimilitudinis.

Deficiente ergo perfecta ſimilitudine rationis, quę inuenitur in ſpecie aut genere, neceſſe eſt nomen & cõceptũ deficere à ratione vniuoci; quod accidit dupliciter in analogis vnius conceptus: quibus enim analogis ſunt conceptus plures, ſunt etiam ſimilitudines plures, nõ vna ſimilitudo. In anologis ergo attributionis conceptu vno, deficit ſimilitudo perfecta, quia forma in qua fundatur ſimilitudo eſt in primo ſimpliciter, in poſterioribus ſecundũ quid. Verbi gratia, ratio entis in ſubſtãtia invenitur ſimpliciter, & in accidente ſecundũ quid: & ſimiliter in alijs analogis attributionis quæ ſũt vnius cõceptus. In analogis verò proportionis eſt quoq; defectus perfectę ſimilitudinis, quia non eſt inter illa analogata ſimilitudo rationis perfecta; ſed ſola cõparatio proportionũ; quæ tamen comparatio proportionum ſufficit vt cõceptus rerum in quibus inueniuntur illæ proportiones ſit vnus: vnius autẽ conceptus vna etiam eſt ratio formalis obiecta in recto, & principaliter repræſentata. Itaque vt rem iſtam ad primam cauſam referamus, natura ipſa intellectiuæ facultatis, quę quauis ſimilitudine res etiam quantũvis diſtantes complectitur, cauſa eſt adæquata, vt res plures in quibus ſunt proportiones plures ſimiles, propter ſimilitudinem proportionum repreſententur conceptu vno; & ideo conceptus nõ repræſentat ſimilitudinem, neq; proportiones illas plures, ſed propter ſimilitudinem proportionum repræſentat res ipſas plures per modum vnius. Verbi gratia, quia ſicut ſe habet principium motus ad motum, ſic ſe habet principium temporis ad tẽpus, vno conceptu intelligimus principium, vt commune quid omnibus principijs. Iſtud autem commune eſt etiam vnum vnitate præciſionis, quæ fundatur non in ſimilitudine perfecta, neque in ſimilitudine formæ, ſed in ſimilitudine proportionum rerum, ſiue formarum plurium. Dicimus autem analogiam attributionis ſiue proportionis imperfectam ſimilitudinem; non ſolùm quia ſit alia ſimilitudo vniuocorum perfectior, ex hoc enim concludendum quoque eſſet, analoga eſſe vniuoca, perfectum enim & imperfectum ſunt in ſpecie eadem; ſed quoniam ſimilitudo analogorum deficit à vera ſimilitudine vniuocorum, dicitur imperfectè ſimilitudo. Nam etſi phyſicè loquendo conceptus qui eſt ſimilitudo, ſit vnus, & ipſe conceptus ſit

In analogis attrib. quia forma eſt in 1. ſimpliciter, in alijs ſecũdũ quid.

In analogis proport. quia in his analogatis nõ eſt rationis ſimilitudo perfecta, aut formę, ſed ſola cõparatio, ſiue ſimilitudo proportionũ formarũ plurium

Natura ipſa intellectus cauſa eſt 1. & adæquata vt res plures vno cõceptu repræſentẽtur per modũ vnius, propter ſimilitudinem proportionũ.

Exemplum principij.

Principiũ eſt vnum vnitate præciſionis fũdata in ſimilitudine proportionum.

Analogia dicitur ſimilitudo imperfecta; non quia ſit alia perfectior, ſed quia ſimpliciter deficit à vera ſimilitudine vniuocorum.

vera similitudo naturalis analogorum; tamen ad vniuoca non satis hoc est: intellectus enim res etiam dissimillimas per modum similis copulat; nam & cõtraria & relata eò quòd opposita sunt simul intelligit per modum vnius & similis; & ipsa dissimilia simul per modũ similis; is enim est modus intelligendi. At verò nomen vniuocorum attribuimus illis, quæ dicimus esse similia in aliqua forma cognita, quæ sit simpliciter communis pluribus; & hęc similitudo vel in specie, vel in genere cernitur, vel etiam in differentia, quæ est vt forma istorum; proprium verò & accidens, ipsa quoque genera & species sunt. Et ita verissima est communis opinio, quòd sola vniuersalia sint vniuoca, auctore etiam S. Thoma in 1. sententiarum. Cætera deficiunt à similitudine simpliciter, declinantque in analogiam attributionis, aut proportionis, vt explicatum est: quia in analogia attributionis forma cognita non est simpliciter communis pluribus: & in analogia proportionis, id quod apprehenditur vt forma cognita, etsi sit cõmune pluribus simpliciter, nõ fundatur in aliqua similitudine rerum, sed in similitudine proportionũ quæ in rebus inueniuntur.

Similitudo vniuoca vel est in specie, vel in genere, vel etiam in differentia.

Sola vniuers. sunt vniuoca. *S. Thom.*

5.
1. Coroll.
Nomen personæ est analogum, contra *Soar.* tract. 3. lib. 1. cap. 5. n. 8. *Scot.*

Probatur *ex S. Thom.* Persona est quid singulare.

Obiectioni occurritur ex num. 4.

Affert nõ causam vt causam

Perfectũ & imperfectũ sũt in specie eadẽ: vnde nõ euertit rationem vniuoci.

Per hæc autem non obscurè deprehẽdes nomen personæ esse analogũ, quod alij sibi persuadere non possunt: quia nõ attendunt id quod S. Thomas obseruat, personam esse quid singulare, quod solâ analogiâ possit intelligi vt commune: quia scilicèt personę non conueniunt in aliqua similitudine rei, sed in sola proportionum multarum similitudine, quæ facit analogum. Quapropter etsi vnaquæque persona sit ita perfecta, vt altera in diuinis, vt illi obijciunt, non ideo est nomen personæ vniuocum. Afferũt enim non causam vt causam. Nam perfectum & imperfectum non euertit rationem vniuoci, vt paulo antè docebamus; quare & personæ creatæ conuenirent in vniuoco, etsi vna sit alia perfectior: sed cum dicimus imperfectam similitudinem excedere ab vniuoco, intelligimus imperfectam, quę non est vera similitudo rationis, secundum formã eandem simpliciter communem: sed vel est similitudo secundum quid in analogis attributionis: vel similitudo non rerum sed proportionum, in analogis proportionis; & hæc sola similitudo proportionum inuenitur in nomine & conceptu personæ: ideo non est vniuocũ, sed analogum etiam in diuinis.

Quibus constitutis luculentissimè cõmonstrabimus diuina nomina non esse vniuoca, sed analoga; quod probat S. Thomas q. 7. de potent. art. 7. diuersus enim modus entis impedit vniuocum; & hoc probat duobus argumentis; primò, quia ens in anima & extra animam, verbi gratia homo in conceptu cognitus, & extra conceptum, non differt ratione entis; nam ipse conceptus est ratio hominis, sed quia differt modo entis homo enim extra cõceptum est existẽs, in conceptu verò est cognitus; idcirco hoc nomen, homo, non est vniuocũ quod vniuocè significat hominem prout est in anima, & hominem prout est extra animam; modus ergo entis diuersus impedit vniuocum. Idem probatur, quia accidens est verè ens, sicut substantia est ens; modus tamen est diuersus, quia accidens est ens in alio; & idcirco ens non est nomen vniuocum: sed omnia quæ sunt in Deo, sunt modo longè diuerso; Deus enim per essentiam est ens, & sapiens; cętera autem per accidens, & non per essentiam; ergo nulla nomina dicũtur de Deo & rebus creatis vniuocè.

6.
2. Coroll. est 3. Sententia asserta. *S. Thom.* 1. Ratio. Diuersus modus entis impedit vniuocũ Probatur. Homo in conceptu & extra conceptum non differt ratione entis, sed modo entis, scilicet cognitus & existens.

Probatur 1. Accidens est verè ens, sicut substãtia: modus tamen est diuersus, scilicet in alio, & per se.

Hoc idem probat S. Doctor 1. p. q. 13. art. 5. elegantissima ratione: quoniã nomina quibus significam⁹ res diuinas, significant ipsam naturam Deitatis. Ita tamen vt nominis significationem excedat res significata; quia Deitas nõ est solùm sapientia, sed iustitia, & misericordia, & cæteræ perfectiones. Res ergo significata per hoc nomẽ, sapiẽtia, est Deitas, quę hoc eodem nomine, sapientia, non significatur vt est iustitia, & misericordia, &c. sapientia autem creata sola significatur hoc nomine sapientiæ; quia nihil est nisi sapientia; ergo in ipsa nominum significatione longissimũ est discrimen; & sola proportionum comparatio potest fieri, quæ est quędã analogia. Clariùs hoc idem dicimus, quòd nomina diuina nõ significant in Deo quod quid est, sed solùm in creaturis: quare solùm significant res diuinas cum quadam proportione imperfectissima, & ita probatur analogia horum nominum. Et confirmatur, quia essentia finita & infinita non possunt conuenire in eadẽ omninò

7.
2. Ratio elegantissima Nomen diuinum v.g. sapientia significat Deitatem, ita vt excedatur à Deitate, vt c. 5. n. 9. Declaratur.

Sapientia creata nihil est nisi sapientia.

3. Ratio. Nomina diuina nõ significant in Deo quod quid est, sed solũ increatu ris. Cõfirmatur

ninò ratione;quod confirmant argumẽta illa commonstrantia infinitam essentiam non esse in genere, à lib.4. accipienda.

Lib.4.c.34.

8. Cõfirmatur 2. vt c.4 n.12.

Confirmatur hoc idem modo loquẽdi sacrarum literarum & Patrum,cũ negant hominem verbi gratia,esse bonum aut sapientem;sed solum Deum sapientem esse, & bonum. His enim maximè declarãt esse inter Deum & res creatas, analogiam potiùs quàm perfectam similitudinem vniuoci. Compertum igitur est diuina nomina quæ cõmunia sũt, analoga esse: de genere autem analogiæ statim disputandum.

PARS II.

De abstractione cõceptus in analogis nominibus.

1.

SEd antequam recenseamus diuina nomina in vna,aut altera classe analogorũ; de abstractione & contractione analogorũ disseramus. Operæ enim pretium erit,rem difficilẽ, & ad intelligentiam analogorũ necessariã , breuissimè perstringere. Et primũ dicimus in analogis attributionis non inueniri abstractionem propriã:quia id quod abstrahitur , dicitur simplicitèr de vno , de alio verò secundum quid: quare illud cõmune non contrahitur propriè loquendo ad principale analogatum;quia satis est vt simpliciter & propriè consideretur, vt inueniatur hoc ipso contractũ. Verbi gratia,ens est id quod est; atqui id quod est simplicitèr & propriè est completa substantia: ens ergo hoc ipso quòd simpliciter & propriè consideratur, ad substantiam contractum est. Cum verò ad accidens contrahitur, impropriè etiam contrahitur,quia potiùs distrahitur & excidit à ratione perfecta entis: nam ens diminutum ,& secundum quid est accidens. Sed quoniam vtrumque est verũ ens,etsi alterũ sit simpliciter ens, alterũ secundum quid;ideo non considerando hos modos dicendi simpliciter & secundũ quid, vno conceptu abstrahimus ens ab vtroque ente, imperfecta tamen abstractione. Itaque illa abstractio imperfecta entis,quia clauditur in ipsis modis contrahentibus , est propria entis: sed ista altera imperfectio abstractionis, secudũ quid & simpliciter, est communis omnibus analogatis attributionis: & neutra imperfectio obstat, quo minùs vno conceptu & vna aliqua ratione,fiat abstractio.

1. Assertio. In analogis attrib.non inuenitur abstractio propriæ Ratio.

Ens, seu id qđ est,simpliciter & propriè consideratũ,est substantia.

Ens etiã ad accidẽs impropriè contrahitur,quia potius distrahitur,& excidit à ratione perfecta entis.

In abstractione ẽtis vna est imperfectio propria entis. Alia communis omnibus analogatis attrib.

Secundò asserimus abstractionẽ analogorum proportionis esse etiam imperfectam ; quia etiamsi ratio illa abstracta, & cognita vno cenceptu,simpliciter dicatur de analogatis, vt docuimus 1.parte cap. & quamuis rursum differentiæ analogatorum sint extra conceptum illius formæ obiectæ cõmunis: tamen non sunt illius communis quasi propriæ differentiæ; eò quòd forma illa obiecta communis , non est communis,neque abstracta, secundum similitudinem aliquam rerum;sed secundum similitudinem proportionum, quæ in rebus cernuntur , vt explicauimus: & ita nõ intelliguntur quasi differentiæ additæ alicui naturę, aut formæ cõmuni,quę in illo cõceptu repræsentatur. Vbi autẽ non sunt differentiæ contrahentes, non est propria abstractio.

2. Assertio. Abstractio analogorum proportionis est etiam imperfecta. Ratio duplici obiectioni occurrens.

Inhis analogis forma obiecta non est cõmunis, neque abstracta secũdũ similitudinem rerum, sed proportionũ rerũ

Itaq; in vniuocis deprehẽdim' abstractionem naturæ communis à differentijs particularibus:in analogis verò proportionis , solũ discernimus cogitando conceptum communem , & conceptus particulares ; sed non proprias differẽtias quibus res significata per conceptus communes , contrahatur ad res ipsas particulares , sed solam similitudinẽ proportionum: quia sicut se habet causa efficiens ad suum effectum , ita se habet causa materialis ad effectũ suum. Vbi autem id quod est cõmune non cõtrahitur propriè per differentias; neque etiã abstrahitur propriè abstractione vniuersalis.

3. Declaratur. In ijs solùm discernimus cõmune,& particularia:at non differẽtias proprias cõtrahẽtes,sed solã similitudinem proportionũ.

Quòd si obijcias hæc analogata definiri per sua propria additis quasi differentijs , quę suo modo contrahunt illud commune. Respondetur concedendo hoc ipsum: neque enim id inficiati sum', sed si attentiùs rimemur horũ analogatorum naturam,inueniemus nõ esse has proprias differentias. Nam in vniuocis differentiæ contrahunt naturam cõmunem secundum quandam participationem illius, magis aut minùs perfectam: in analogis verò etsi sit inęqualitas perfectionis , vt causa efficiens nobilitate est prima , materialis postrema ; tamen nõ sumũtur differentię horũ analogatorum secundum participationem illius communis,

4. Obiectio contra hoc vltimum.

Responsio.

Horũ analogatorũ , vt causæ efficienti materialis , &cæt. sunt quasi differẽtiæ , sed nõ sumuntursecũdum participa

tionē prædicati communis, sed secundum diuersas habitudines.

communis, quod causam dicimus, sed secundum diuersas habitudines: quia sicut se habet causa efficiēs ad suum effectum, ita quodammodo causa materialis, aut formalis singulatim ad effectus suos. Et ideo in sola similitudine harū proportionum conueniunt; non verò in aliqua natura simili, quod est proprium vniuocorum. Quamobrem sicut in his analogatis proportionis non sunt propriæ differentiæ: ita neque id quod est commune contrahitur ad particularia, aut ab illis etiam abstrahitur, propriè & simpliciter loquendo: sed nihilominus aliquo modo abstrahitur commune ab analogatis; quia illud commune intelligitur quasi extra differentias contrahētes, quod in abstractione entis non accidit: quia ens clauditur in ipsis quasi differentijs, quibus quoquo modo contrahitur.

Ab illis abstrahitur cōmune quia intelligit quasi extra differentias contrahentes.

Secus in abstractione ētis

3.

1. Difficultas de causa, &c.

Sed adhùc arguitur cōtra ea quæ modò disputabamus de abstractione quorundam analogatorum: nam relationes causarum conueniunt vniuocè in genere relationis, siquidem sunt reales relationes in genere collocatæ: ergo nomē ipsum, causa, vniuocū est, etiam vt significat formaliter relationem. Respondetur negando consequentiam. Nam nomen, causa, non significat aliquod genus relationis realis vnitate præcisionis abstractum ab speciebus, sed significat relationes plures sola vnitate proportionis. Itaque hę relationes specificæ quæ sunt causę efficientis, formalis, & materialis, in cōceptu relationis nō sūt vniuocata, quia conueniunt ibi in quadam similitudine naturæ, quæ est natura relationis: in conceptu autem relatiuo causę, non sunt vniuocata, quia non conueniunt ibi in aliqua similitudine naturę, sed in sola similitudine proportionum, vt docuimus. Nam relatio causæ nō est aliqua natura communis generica quæ similiter inueniatur in pluribus, sed sūt plures relationes sola proportione cōiuncta; quia sicut se habet causa efficiēs relata ad suum effectum, ita & formalis & materialis ad effectus suos; si tamen relationes causæ formalis & materialis sunt reales. Quòd si contendas relationem causæ esse naturam communem relationibus causarum specificis: concedemus quoque nomen causæ esse vniuocū, vt quidam posuere. Nam hæc analoga maximè accedunt ad vniuoca.

Respōsio. Nomē, causa, nō significat aliquod genus relationis realis vnitate præcisionis abstractū ab speciebus, sed significat relationes plures sola vnitate proport. cōiunctas, si tamen ōnes sunt reales.

Si relatio causæ est natura cōmunis relationibus causarū specificis, nomen causę est vniuocum vt quidā posuere.

De persona verò specialis est difficultas: nam cum persona sit vltimò singulare; vltimo nihil vlterius potest addi: quomodo igitur singulare poterit per singularia cōtrahi, vel etiam improprié, nisi in infinitum procedamus? quòd si non contrahitur per differentias singulares, neque ab illis abstrahi poterit cō muni conceptu analogo. Et accrescit difficultas, quia ipsum singulare in substantijs, quod est suppositum, diuidimus vt commune in alia communia, antequā veniam' ad singularia; verbi gratia, suppositum diuidimus in suppositum rationale, quod est persona, & irrationale quod non est persona: personam verò diuidimus in personam increatā & creatas: persona increata alia Pater, alia Filius, alia Spiritus Sanctus; quæ sunt singularia personę increatæ: personam verò creatam distribuimus in angelicā, & humanam; & vtriusque naturæ innumera sunt indiuidua. Ergo suppositū quod est cōmunissimum singulare, & persona etiā quæ etiam est quoddam commune, videtur cōtrahi per differentias singulares: & ita erit vniuocum, vel etiam species: quòd si non contrahitur, neque abstrahitur.

6

2. Difficultas de persona eò quòd sit vltimò singulare.

Confirm. eò quòd suppositum quod est ipsū singulare in substantijs, vt cōmunissimū singulare diuiditur in alia minus cōmunia.

Declaratur.

Quidam, vt comemorauimus, crediderunt personam esse vniuocum: quare & species erit, cum omne vniuocum sit vniuersale, vt admonuimus. Sed minimè perspiciunt quòd persona non possit contrahi per vlteriores differentias, vt arguendo cōmonstrauimus: aliàs esset processus in infinitum, quod lib. 4. circa definitionem personę obiecimus.

7.

1. Respond. quorundā, n p. 1. n. 5.

Personā esse vniuocum.

Refellitur vt ibid. & lib. 4. cap. 45. & 46.

In hoc igitur analogo istud est singulare, quòd nihil ibi est cōmune nisi similitudo proportionum: non verò res aliqua distincta etiam ratione à contrahētibus. Eleganter autē philosophabimur, si in ordine resolutionum intelligibiliū extrema comparemus. Nam in ente quod est communissimum, ostendimus differentias contrahentes nihil addere, quia id quod est commune intimè in se ipsis includunt. In suppositō verò siue personaquod est vltimum singulare, hoc quoque obseruamus, vt cum abstrahitur conceptu communi, nihil illi communi addatur, quod nō intimè contineat ipsū commune: vltimo enim addere impossibile

8.

2. & vera resp. In hoc analogo istud est singulare quòd nō abstrahit, nec sit commune nisi eo modo quo ens, vt 1. & 2. mox dicendis.

Sic in resolutione intelligibili extrema eleganter assimilātur

ſibile eſt. Itaque nos ipſo modo intelligendi addimus ſubſtantiæ corporeum, corpori animatum, viuenti ſenſibile, animanti rationale, homini differentiã individuam; naturæ indiuiduæ addimus perſonalitatẽ. Ab vltimis verò, ſcilicèt ab ipſis perſonis, abſtrahimus cõmunẽ cõceptum perſonę: cum ergo addimus, hæc perſona & illa perſona, nulla eſt additio alicuius differentię animo cõprehenſæ, aut deſignatæ; ſingulari enim vltimo nihil additur: ſed ſolum eſt diſcrimẽ conceptus explicati, & implicati. Nam in conceptu communi perſonæ, non explicatur hæc & illa: quę explicantur nominibus & conceptibus ſingularibus. Illud tamen commune in illis differentijs additis non contrahitur vt commune ſit extra differentias contrahentes: quare neque propriè abſtrahitur, ſed im propria abſtractione, vt ensquod in particularibus intimè continetur. Et ſicut modus entis non poteſt percipi niſi addito ente; ita neque ſingularitates deſignatæ poſſunt apprehendi cogitando, niſi conceptu ipſo ſingularis. Ergo in reſolutione intelligibili, extrema reſolutionis ſcilicèt cõmuniſsimum ens & ſuppoſitum ſingulare, aſsimilem habẽt abſtractionem. Quamobrem S. Thomas de perſonæ intelligentia diſputans negat abſtrahi ibi aliquid commune: & tamen affirmat inueniri aliquam formam ſiue rationem ſignificatam per nomen quæ definitione explicatur: quæ optimè concordant; quia nihil ibi eſt commune quaſi abſtractum à differentijs, & tamen eſt ratio communis deſignata per nomẽ abſtracta quidem abſtractione vniuerſalis, ſed abſtractione imperfecta vt ens. Nam & de ente ſimilia dicta ſunt, cap. 1. p. 5. n. 24. & ſeq. & cap. 2. n. 29. & 23. vt ibi licèt conſulere.

Sicut modus entis nõ poteſt percipi niſi addito ẽte, vt c. 22. n. 19.

ita ſingularitates deſignatę nõ poſſunt apprehendi niſi conceptu ipſo ſingularis.

Duo dicta S. Thom. concordare oſtenditur.

10. Ad confirm. Suppoſitum diuiditur inrationale, & irrationale quaſi per naturã additam.

Cum autem ſuppoſitum diuiditur in rationale & irrationale; non diuiditur quaſi per differẽtias additas, ſed per naram additam, cuius eſt ſuppoſitum. Eſt enim perſona ſuppoſitum naturæ rationalis: & perſona increata eſt ſuppoſitũ increatæ naturę, vt S. Thom. ibidem notat & obſeruat. Et nulla eſt diuiſio quaſi per differentias: cum nihil ſit commune, quod diuidatur. Sed diuiditur ſingulare, ſola conceptus implicatione cõmune.

Diuiditur ſingulare ſola cõceptus implicatione commune.

11. De abſtractione nominũ diuinorum breue eſt quod moneamus: omnia enim quæ rebus increatis & creatis cõmunia ſunt, abſtracta ſunt imperfectâ abſtractione, cũ in Deo nulla ſit differẽtia contrahẽs, aut per modũ cõtrahẽtis, vt lib. 4 docuimus: Imò vt diximus paulo antea in hoc diſtinguitur ſapientia increata, quia increata complectitur totam rationem ſapientiæ, & eſt potiùs totũ quã pars: differentiæ autem contrahentes hoc ipſo quòd contrahunt, partem capiunt non totum. Eſt etiam hìc quædam attributio qua vnum definiatur per aliud, ſi vnum analogatum ab alio velimus ſecernere, vt ſtatim explicabimus: & in ea attributione, abſtractio etiam imperfecta eſt, vt docuimus.

In Deo nulla differentia cõtrahẽs, aut per modũ contrahentis, vt iib. 4. c. 34.

Sapientia in creata complectitur totã rationẽ ſapiẽtię, & eſt potiùs totum quã pars ſeu differẽtia, vt p. 1. n. 7.

PARS III.

Vtraque analogia proportionis, & attributionis eſt in nominibus diuinis.

1. Sent. negans 1. p. tit. Ratio.

DE genere analogię diſputandũ iam eſt. Sunt qui negant analogiã proportionis in diuinis nominib⁹; cò quòd diuina nomina ſimpliciter dicantur de Deo & creaturis: quę autem dicuntur ſimpliciter, exiſtimant non eſſe analoga proportionis: quod ſibi perſuadent ſatis leui argumento: quia, inquiunt, in vniuocis ſunt etiam proportiones, vt in numeris. Sic enim ſe habent duo ad quatuor, ſicut quatuor ad octo: & tamen numerus non eſt analogum proportionis ſed vniuocum: neceſſarium ergo eſt in his analogis alterum illorum impropriè dici, vt riſus de prato; ſic enim excidunt ab vniuocis, & ſunt proportionis analoga: aliàs niſi impropriè dicantur, vniuoca ſunt.

Fũd. rationis.

2. Adfundam. rationis.

Conſiderandum tamen eſt quòd proportiones quæ ſunt in rebus, nõ cernũtur ſemper in nominum ſignificatione: quare vaniſsimum argumẽtum eſt, proportiones ineſſe numero, & ideo nomen hoc, numerus, analogum eſſe. Eſt ergo nomen analogum quod ſiguificat plura, quæ non ſunt ſimilia ſimilitudine aliqua naturæ communis, ſed ſola ſimilitudine proportionum: numeri autem in ſimilitudine naturę cõmunis cõueniunt, vt liquet: cum ergo in eis ſit ſimilitudo naturę, quæ eſt fundamentum vnitatis vniuocorum; etſi aliàs ſunt etiã in

Analoga ſunt quæ non ſunt ſimilia ſimilitudine naturæ cõmunis, ſed ſola ſimilitudine proportionum.

in ipsis numeris proportiones, nulla est analogia. Analoga enim sunt quę excidunt ab vniuocis ob defectum similitudinis, vt explicauimus.

3. Ad rationē. Analoga proportionis, saltē aliqua, vt principiū persona, &c. dicuntur simpliciter de suis analogatis

Falsum etiam est nulla esse analoga proportionis, quæ simpliciter dicantur de suis analogatis, principium enim & persona, & alia huius generis analoga simpliciter dicuntur: imò hæc analoga ex insita vi significādi possunt simpliciter dici; siquidem non indicant attributionem vnius pendentis ab alio. Analoga autem attributionis sunt quæ istam ob causam non simpliciter dicuntur, vt antea docuimus, & ea est recepta sentētia. Neq; potest negari in schola S. Thomę, analoga proportionis dici simpliciter de analogatis, cum personam analogum esse doceat: persona autem de singulis personis simpliciter prædicatur.

S. Thom.

4.

1. Concl. est 1. membrū tit. Probatur. Proportione quadā res diuinas per creatas intelligimus, quia hæ imitantur diuinas.

Confirm. Creaturæ habēt cū rebus diuinis solam similitudinem proportionis.

His ita explicatis, quòd nomina diuina sint analoga proportionis, minimè dubium est: proportione enim quadam, sicut res naturales inter se copulatę sūt, ita modo nostro intelligendi res diuinas contemplamur: estque in diuina philosophia perpetua quædam analogia, rerūq; humanarum cum diuinis comparatio. Et explicatur arguendo; creaturæ enim habent cum rebus diuinis solam similitudinem proportionis; & res diuinæ intelligūtur per creatas quatenùs istæ res, imitantur diuinas; ergo nomina vtrisq; communia significant plura porportione quadam; sunt ergo analoga proportione. Vnde colligitur omne analogum vnius conceptus etsi sit attributionis, esse simul proportionis analogum; quia deficiente perfecta similitudine vniuocorum propria, necesse est conceptum vnum repræsentare plura secundum similitudinem proportionis imperfectam in qua sita est proportionis analogia. Quod indicauit Arist. 5. Metaph. text. 7. & lib. 12. text. 22. & 27. quibus in locis docet genera rerum non eadem ratione dici, sed similitudine rationū, hoc est similitudine proportionū, quæ cum non conueniant in aliqua similitudine vnius naturæ, necesse est vt in vnum cōceptum coeāt, propter similitudinē plurium proportionum, vt modò arguebamus, quia sicut se habet substātia ad esse, ita & accidens ad suum esse.

Confect. Omne analogū vnius cōceptus, etsi sit attrib. est simul proport.

Arist.

Quæ nō cōueniūt in aliqua similitudine vnius naturæ in vnū cōceptū nō cōeunt nisi propter similitudinē proportionum.

5.

2. Cōclusionis

Dubitatur igitur, vtrùm sint simul hęc nomina attributione communia rebus diuinis & creatis, & non sola proportione? Et videtur dicendum, esse quidem analoga attributionis; sed eam analogiā esse singularem in diuinis. Primum pars ex eo probatur, quia Deus est primum ens, primaque sapientia. Cætera entia sunt quædam primi entis imitationes, & participationes; quod enim per essentiam est sapiens, est primum, & causa cæterorum, vt notat S. Thom. in prologo sententiarum q. 1. art. 2. igitur analogia quæ in his cernitur est cum habitudine ad primum, quæ dicitur attributionis analogia: & hęc est cōmunis Doctorum sententia.

1. pars, vt in 2. mēbro tit.

2. Pars Analogia attributionis diuinis est singularis seu posterius generis

1. Pars proh. Res creatæ sunt quædā 1. eius imitationes. *S. Thom.*

Secunda verò pars cōclusionis, quòd hæc analogia attributionis alterius sit generis, probatur singulatim. Nam nomina attributorum ex prima institutione significant primùm res creatas; cum tamen res diuinæ sint principalia significata, vt postea explicabimus. Et ita docet S. Thomas 1. p. & 1. contra gentes, & aliàs sæpiùs. Deinde quoniam neque diuina definiuntur per creata, neq; creata per diuina, vt statim docebimus. Itē quia in his nominibus nulla indicatur habitudo vnius ad alterum. Hæ autem sunt tres differentię posteriores, quas diximus proprias esse in analogis attributionis; ergo nomina diuinorum attributorum non sunt huius generis attributionis analoga. Primam autem differentiam analogorum attributionis dūtaxat retinēt, quia aliqualiter dicuntur ad vnum primum, vt capite quoque sequenti explicabimus.

6.

2. Par. proh. Hęc analoga non habent 2. differentiā de qua cap. 1. p. 5. n. 19.

Nō 3. differētiā

Non 4. differ.

1. Differentiā retinēt, vt 7.

Quòd autē non definiantur res creatæ per increatas à Sancto Thoma didicimus q. 2. de veritate art. 11. ad 6. vbi docet quòd ea analogata quæ non habent definitam inter se habitudinem, non est necesse vt definiantur per primū: quæ enim per alia definiuntur, ita pendent ab illis, vt non simpliciter dicantur sine illis. Et elucidemus rem exemplo, si sapientiam creatam sic definias, quòd est habitus mentis inhærens quo recte iudicamus de rebus altissimis; exacta est definitio, & non potest conuenire sapiētiæ increatę: est ergo definitio vnius analogati, & non alterius; & tamen sapientia creata non definitur per habitudinem ad Deum: quia tamen inter Deum & creaturas est quædam intrinseca habitudo, si rectè attendas, ista definitio

7. Quoad 3. differ. Probatur. *S. Thom.*

Quæ per alia definiūtur ita pendēt ab illis vt nō simpliciter dicantur sine illis.

Sapientia creata sine habitu id. ad Deū quidditatiue definitur, habitus mentis inhærens quo rectè iudicat &c.

Non accómodatè definitur sic, prout est pars diuidens: sed per differẽtiam oppositã alteri analogato, atque adeò per habitudinẽm ad Deũ.

nitio nõ propriè accómodatur vni analogatorum, quatenùs est pars diuidens, alteri parti oppositæ; cũ enim analogata differant inter se vt particularia, quæ diuidunt aliquid commune; in ista definitione ea quæ ponuntur loco generis distinguunt sapientiam creatã ab increata; est enim sapientia creata habitus inhærens, quod non conuenit increatæ. Differentia verò quæ in definitione ponitur, scilicèt, qua iudicamus de rebus altissimis, conuenit vtrique sapientiæ: quare si ponatur differentia, qua vnum analogatum ab alio distinguitur, necesse est vt sapientia creata definiatur per diuinam; est enim creata sapientia quædam particula, & imitatio diuinæ sapiẽtiæ: quia ergo vnum potest definiri per aliud; imò si rectè per differentiam oppositam alteri analogato definiatur, per aliud quod est primum, definiendum est; analogia est attributionis: & quia nõ est necesse, vt absolutè definiator vnũ analogatũ per aliud; sed rectè potest intelligi, & definiri quidditatiua seu definitione sine alio; ideò ratio communis significata per nomen conuenit vtrique analogato simpliciter & non secundũ quid. Est itaque analogia vtriusque generis in nominibus diuinis proportionis, & attributionis: sed analogia hęc attributionis non seruat eas leges, quas in rebus creatis attributio præscribit.

Ob hoc sapiẽtia est analog. attributionis.

Ob illud ratio sapientię conuenit vtrique analogato simpliciter.

8. Coroll. Res creatæ magis pendent re ipsa à Deo, quã accidens à substantia: quoad intelligentiã, & significationem viceuersa

Ex quibus colligimus quòd etsi res creatæ magis pendeant re ipsa à Deo, quàm accidens à substantia, est tamen prędicationis nominum, & intelligentię rerum maior attributio in accidente ad substantiam; quia sine illa intelligi, aut definiri accidens non potest: tamen absque vlla mentione Dei substantiam, & accidens creatum definimus quidditatiua definitione.

Confirmatio.

9. Pro tit. cap. 6.

QVòd nomina diuinis creatisq; cõmunia sint vnius conceptus, colligitur ex S. Thoma 1.p.q.13. art.5. quia aliàs per res creatas non possemus aliquid propriè cognoscere de diuinis, nisi conceptu vtrisque communi: & de potent.q.2.ar.5.ad 6. ait nomina hæc posse distribui eò quòd sint vnius rationis analogicæ: vt si dicamus, Omnis generatio; hoc nomine comprehẽdimus etiã diuinam generationẽ: est ergo vna ratio analogica, & vnus conceptus, qua vnitate nomen potest distribui pro multis.

S. Thom. 1. locus.

Quòd autem hæc nomina sint analoga proportionis, est sententia S. Thomę expressa q.2. de verit.ar.11. neq; in hac re Doctores dissentiunt. Quòd verò sit analogia quoq; attributionis docet ipse auctor sæpiùs, scilicet in prologo sentẽtiarum, q.1, ar.4. & de potent.q.7. ar.7. & 1.lib.contra gent.cap.34. & 1.p.q.13. art.6. quibus in locis non tolùm docet nomina attributorum dici de Deo, vt de primo, cæteris autẽ rebus creatis attribui vt posterioribus; sed id explanat accuratè. Verum est, quòd de veritate loco cõmemorato affirmat, inter res creatas, & diuinas non esse simplicem proportionem; sed proportionum duarum comparationem: quia, vt ipse exponit, simplex proportio est inter res duas definitas, quæ eadem proportione inter se distant. At verò inter Deum, & res creatas nulla est finita interea pedo, aut distantia; cum ergo ibidẽ ait nomina hæc non esse recensenda inter prima analoga, interpretandum hoc est, quòd non sint analoga simplicis proportionis. Et ita censet Thomas Caietanus de ente, & essentia, cap.2. & Ioan.Capreol.in 1. d.35.q.2. Vel meliùs dicendum est hoc genus attributionis esse diuersũ ab alijs attributionibus, quæ in rebus creatis reperiuntur, vt docuimus. Nam eodem articulo ad 6. docet S. Thom. in ijs analogis inter quę non est definita proportio, non definiri vnum per aliud, vt accidit in cæteris analogis attributionis.

10. Pro titulo 3. partis quoad 1. membrum. *Idem.* Quoad 2. mẽbrum. *Idem.*

Idem 1. loco explicatur 1.

Simplex proportio est inter res duas definitas quę eãdem inter se distant.

Caiet. *Capreol.* Explicatur 2. meliùs vt n.5. & 6. 2. concl. p.2.

S. Thom.

CAPVT VII.

Nomina attributorum priùs dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis.

¶ Caput diuidimus in partes duas.

D Pars 1. *Nomina attributorũ priùs dicuntur de Deo, quã de rebus creatis.*

Pars 2: *Nomina diuinæ originis, seu relationis priùs etiam dicuntur de Deo quàm de rebus creatis.*

PRIMA PARS.

Nomina attributorũ priùs dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis.

1.

QVia in nominibus diuinis est quędam analogia attributionis, in qua aliquid est primum ad quod cætera referuntur; ponderandum est, quid primùm

mùm significent diuina nomina.

Illud autem præiaciendum est, quòd nomina diuina metaphorica, cum sint analoga plurium conceptuũ, absque dubio significant rem aliquam creatã principaliter proprio conceptu, Deo autem nomine tenus tribuuntur alio conceptu distincto, vt leo significat animantem principaliter, at verò Christum per metaphoram distincto conceptu; ita vt leo & Christus solo nomine, non conceptu conueniant, sicut de alijs analogis plurium conceptuum philosophati sumus. Et ita docet S. Thom. 1.p.q.19. art.6.

De metaphoricis certũ, ea Deo nomine tenus tribui alio conceptu à proprio. Exemplũ nominis, leo.

S. Thom.

2. De analogis vnius conceptus, se. nominibus attribut.

1. Præmissum. Ea 1. instituta sunt ad significandas res creatas, & eàdẽ institutióe extensa ad res diuinas.

Noua institutio afferret aliam significationem.

B Disputandum igitur nobis est de nominibus vnius conceptus, quæ sunt nomina attributorum; certum est autem ista nomina primò instituta fuisse ad significandas res creatas, à quibus scilicèt nostra cognitio inchoatur: posteà verò ab humanis ad diuinarum rerum contemplationem subuecti, eadem nomina Deo tribuimus. Neq; hoc factũ est noua institutione hominũ; nomina enim nouo instituto significant, cum præter primam significationem, alia illis inditur significatio. Hoc autem necesse non fuit in nominibus diuinis; sed dum contemplamur in Deo esse quoque sapientiam reiectis imperfectionibus, extendimus nomen sapientiæ ad significandam diuinam sapientiam; & ita cætera nomina dilatamus, vt statim declarabimus.

3. 2. Præmissũ: Eadem modo quodã magis propriè significat res creatas quàm diuinas saltem vt plurimum.

Etiã in creatis similis varietas, vt in accidẽtibus, modus significandi abstractè nó coaptatur modo existẽdi cũ inhærentia.

Deindè aduertendum est, quòd hæc nomina modo quodam magis propriè significant res creatas, quàm diuinas: nam creatas significant eo modo quo sunt; significant enim cum tempore quæ sunt in tempore, & vt inhærentes, quæ substantiæ inhærent: & licèt modus significandi etiã in rebus creatis non semper coaptetur modo existendi rerum; quia accidentia verbi gratia, inhærentia significamus nominibus abstractis, & alia huiusmodi varietas accidit in modo significandi; tamen vt plurimùm modus significandi accommodatus est magis rebus creatis, quàm diuinis, quæ extra tempus, & subiectum sunt, & modo ineffabili, & inexplicabili.

4. 3. Præmissum. Eadem significant res creatas proprijs cõceptibus declarantibus quid res est.

Præterea nomina ista communia significant res creatas proprio conceptu indicante quod quid est rei, & ideò sunt nomina propria rerũ: cũ enim benè intelligamus quod quid sit scientia, hoc nomine, & cõceptu quidditatẽ scientiæ in-

A telligẽdo exprimimus. Diuina autẽ non ita intelligimus, vt quid sit quod nomine attributi significatur, sciamus, aut cogitãdo suspicemur; sed solis cõceptibus cõmunibus, & non proprijs, res diuinas cõtẽplamur, vt posteà docebimus. Quibus fit vt res diuinas intelligamus per aliud, scilicèt per res creatas; sicut in speculo contẽplamur aliquid non in se ipso, sed per aliud, scilicèt per similitudinem in speculo; ita quia creatæ res sunt quædã simulachra Deitatis, per illa cõsideramus Deitatẽ abstrahendo cõceptus cõmunes vtrisque rebus, hoc est, cõtemplantes res vtrasque conceptu vno, scilicèt Deum, & res creatas, quæ imitantur Deitatis naturam.

Diuina intelligimus conceptibus communibus, nó verò ita vt quid sit quod nomine attributi significetur sciam', aut suspicemur.

4. Præmissa consequens. Diuina intelligimus per creata tanquã per causam cogn.

Quia res creatæ sunt simulachra diuinarũ, vtrasq; res conceptu vno cõmuni intelligimus.

5.

1. Concl. ex his cõsectaria.

His spectatis nomina attributorum dicũtur prius de creatis, quàm de diuinis.

Ostenditur per cẽsẽdo hæc præmissa.

S. Dionys.

Ex illis colligitur nomina attributorum his omnibus partibus ponderatis, dici priùs de rebus creatis, quàm de diuinis; tum quia priùs instituta sunt ad illas significandas: tum quia modus significandi cum illis magis concordat: tũ quia significant easdẽ proprijs conceptibus declarantibus quid res est: tum deniq; quia res diuinas intelligimus per creatas tanquam per causam cognitionis; causa autem est prior: ergo quoad hæc omnia primum significatum nominum istorum est res quæpiam creata. Et C ideò S. Dionys. c.1. de diuinis nomin. ait Deum nominari ex rebus creatis. Et S. Thom. 1.p.q.33.ar.2.ad 4. affirmat hæc nomina quoad modum significandi dici de rebus creatis priùs, siue principaliùs, quàm de Deo.

S. Thom.

6. 2. Concl. Simpliciter 1. significatum eorum nominum est res diuina.

Probatur. Illa præmissa indicant nostrum modum intelligendi.

Nihilominùs dicẽdum est, quòd absolutè ac simpliciter primum significatum istorum nominum est res aliqua diuina; nam hæc suprà commemorata indicant nostrum modum intelligendi, vt quòd priùs nomina hæc sint instituta ad significandas res creatas; quòd modus significãdi, & cõceptus proprius cũ illis D consentiat; quòd per illas intelligamus diuina: At verò in attributione nominis nó attẽduntur ista, sed rerũ ordo nominibus indicatus, vt quia nomine entis principaliùs significatur substãtia quàm accidẽs, substãtia est primũ significatũ. Et ideò attendẽtes ordinem rerũ attribuimus hæc nomina priùs Deo quàm rebus creatis, quia ens creatum est ens participatione quadam entis increati. Sed occurrit aliquantula dubitatio, quoniam hic ordo rerum non indicatur in

At in attributione nominis rerũ ordo illis indicatus est, qui attenditur vtc.1.p.1.n.10.

Exempl.

7. Obiect. Hũc ordinẽ non indicari nominibus attributis.

significa-

torum, sed ea simpliciter dici de suis analogatis.

2. Obiectio.

Hæ nomina traduci à rebus creatis.

Prob.

Nomen scientiæ, v.g. fuisse institutũ ad significandam qualitatẽ mẽtis, aut alio conceptu communiab tracto significare diuinam scientiã.

S. Thom.

7.

Ad 1. obiect.

Per id excludi analogiam attributionis in ijs nominib. esse ingularem, vt c. 6. & 6. conclusionis p.2.

significatione nominum, quæ simpliciter dicuntur de suis analogatis. Nam scientia creata verbi gratia, est simpliciter scientia, sicut & increata. Præterea nomina ista videntur tradu&a à rebus creatis ad significanda diuina: priora autem sunt à quibus nomẽ traducitur. Quòd autem nomina diuina traducantur à rebus creatis, commonstratur, quia nomen scientia, verbi gratia, primùm fuit institutum ad significãdam qualitatem quandam mentis; qua significatione & conceptu, non potest significari diuina scientia; sed conceptu alio communi abstracto: quod autem alio conceptu intelligitur, nominis significatione differt; significatio enim adæquatur conceptui. Et idcircò nonnullis hæc pars opinionis placet, quòd ista nomina priùs dicantur de rebus creatis, quàm de Deo: & quòd primum significatum sit res creata. Et ita videtur sentire S. Thom. lib. 1. contra gentes, c. 34.

Duobus his dubijs satisfaciendũ est. Quoad primum aduertendum est, analogiam attributionis nominum diuinorum esse singularem, vt diximus; quia nominis significatione non indicatur ordo ille attributionis; sicut indicatur nomine entis, quod non eodem modo accommodatur substantiæ, & accidenti. Et ideò dicitur ens simpliciter de substantia, & de accidente secundũ aliquid: scientia autem de creata, & increata simpliciter dicitur, nullo indicato ordine prioris, & posterioris. Nihilominùs cernitur in istis rebus attributio: quia cum significatio sit secundum aliquam similitudinem; signum enim est instrumentũ rationis, cuius est in assimilatione vsus: id quod in assimilatione rerum significatarum cernitur, ad analogiam nominum pertinet. Euidentissimum autem est res creatas imitari diuinas. Quamobrem inspectâ naturâ nominis, res diuinæ sunt prima significata, quarũ imitationem quandam contemplamur in rebus creatis; quæ sunt posteriora significata simpliciter, & secundum naturam nominum. Et inculcãtiùs hoc declaratur, cum vnum analogatum cum alio comparamus, & vnum per aliud definimus, vt scientiam creatam per increatam, vt antea quoque docuimus. Itaque concedimus in his analogatis ordinẽ attributionis non indicari ipso nomine. Aimus tamen ordinẽ cerni in similitudine illa, qua conueniunt res significatæ: & illam similitudinẽ pertinere ad nominum significationẽ, & constituere analogiam attributionis; in qua sine dubio primum analogatum est Deus. Et hoc est palmariũ arg. S. Thomæ cũ de re ista disputat.

Circa alterum dubiũ considerandum est, nomina ista cõmunia, si logicè loquẽdum sit, non traduci vllo modo ad res diuinas significandas; & hoc quidẽ perspicuum est. Nam esto nomina ista nouo hominum instituto, & significatione noua vsurpentur ad res diuinas significandas: conceptu tamen vno & significatione vna declarant res vtrasque: ergo non sunt nomina tradu&a ad significandum diuina. Tradu&a enim nomina sũt, quæ secunda significatione traducuntur, siue transferuntur ad res alias designandas. Hæc autem nomina secunda illa significatione significant etiã res creatas; ergo non magis traducuntur ad diuinas res, quàm ad creatas significãdas; sicut ergo inscitè quis diceret nomen, scientia, tradu&um esse ad significandam scientiam creatam quodam conceptu cõmuni cõplectente increatã; ita non minùs inscitè dicitur tradu&um esse nomen hoc cõceptu eodem ad scientiam increatã significandã. Nam in conceptu eodẽ nulla est tradu&io, sed vsus idem nominis, & significationis. Cum autẽ à Doctoribus, aut Patribus dicuntur hæc nomina trãsferri ad diuina, intelligẽdum est non de significatione tradu&a, quod accidit per metaphoram: sed de quadam vsurpatione ampliori, vt declaratum est.

Præterea aduertendum est, quòd nomina principaliter significant differentiam rei; qua consideratione possumus meditari rem quampiã remoto genere, vt scientiam sine qualitate, vt lib. 3. docuimus. Quam ob causam etsi Philosophus qui scientiã nouerat esse qualitatẽ, meditetur scientiam conceptu quodam includẽte qualitatem, quo non complectitur diuinam scientiã extra genus qualitatis; & necesse sit alio conceptu communiori illum vti ad intelligendum simul creatam & increatã scientiam: tamen ille conceptus distinctus scientiæ creatæ ita accommodator nomini, vt non sit necessaria noua nominis institutio ad significandam simul increatam scientiam, sed quædam nominis am-

8.

Ad 2. obiect.

Tradu&a nomina sũt, quæ 2. significatione transferuntur ad res alias designãdas, nõ verò quæ denuò conceptu vno, & significatione vna cõmuniori vsurpantur pro rebus ijsdem, & alijs.

9.

Declaratur.

Nomina principaliter significant differentiam rei.

Secundũ hanc potest res concipi remotogenere, vt de scientia libr. 4. c. 60.

Ille cõceptus distinctus scientiæ creatæ, ita accõmodatur nomini, scientia, vt non sit necessaria noua nominis institutio ad significãdã simul scientiã increatã, sed dilatatio seu vsurp. amplior.

Exemplum dilatationis in nomine, dispositio.

plificatio siue dilatatio accidit, quæ valdè vsitata est in scholis: sic enim dicimus dispositionem ampla significatione includere habitum, & alia huiusmodi multa. In his ergo etsi conceptus sint distincti, non videtur dicenda institutio noua nominis, sed quædam philosophica vsurpatio. Quòd si libet vocare nouam institutionem, non ideò dicenda sunt hęc nomina traducta ad significandas res diuinas; sicut nouo illo conceptu ampliori quo significant etiam creatas res, non dicuntur traducta. Nullum ergo hinc argumentum depromitur ad infirmandam nostram sententiam, quòd ista nomina principaliùs significent diuina, quàm creata. Sententiam verò S. Thomæ in confirmatione declarabimus.

Licèt vocetur noua institutio, non ideò dicenda sunt hæc nomina traducta ad res diuinas, sicut nec ad creatas.

10. Per hæc autem quæ notata sunt facile erit refellere quæque argumenta in oppositum occurrentia: probant enim ea argumenta, nomina hęc priùs conuenire rebus creatis secũdum aliquid; sed simpliciter priùs conuenire diuinis, quæ sunt prima analogata.

SECVNDA PARS.

Nomina diuinæ originis, seu relationis priùs etiam dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis.

1. POst tractatum nominum diuinorũ, quæ dicuntur attributa, de nominibus notionalibus quæritur. Sunt enim quædam communia rebus creatis, & diuinis, vt relatio, processio, persona. In his enim non videtur cerni vlla attributio, vt res ipsæ diuinæ sint prima analogata. Dicendum tamen est in his quoque reperiri analogiam attributionis; quia res istæ creatæ imitantur diuinas, vt processio creata increatam processionem. Imò diuina processio est causa exemplaris processionis creatæ, vt tomo 2. contra quosdam disputabimus. Et hoc indicat S. Thom. 1. p. q. 45. art. 6. vbi docet, processiones personarum esse rationes productionis creaturarum. Imitatur ergo processio creata increatam, & de relatione, personaq; idem est dicendum. Et idcircò in his nominibus attributio quædam cernitur, qua referuntur creata ad diuina: diuina autem sunt prima nominum significata.

Resolutio, vt ip sit

Prob.

Res creatæ imitantur diuinas.

Imò diuina processio est causa exemplaris processionis creatæ.

S. Thom.

A Deindè, si essentiali conferamus notionale; emergit alia quæstio, vtrùm potentia creandi, quæ est quid essentiale; & potentia generandi, quæ est essentiale addito notionali, vt continetur nomine communi potentiæ, sint analogata attributionis, ita vt alterum illorum sit primum significatum?

2. 1. Dub. De potentia ad potentiam creandi, & generandi, an sit analogum attribut?

Primùm dicendum est nomen illud commune vtrique potentiæ non esse vniuocum, sed analogum: tum quia in diuinis nihil est vniuocum, sicut neque vniuersale, vt hoc libro disputabimus: tũ maximè, quia potentia generandi, est potentia quasi traducto nomine, vt statim declarabimus. Potentiam enim in rebus creatis dicimus à qua emanat operatio, aut operatum: operatio autẽ emanans est res distincta à potentia, sicut & operatum. Potentia autem generandi in Deo est essentia, quæ nó distinguitur, re ipsa à sua operatione, vt lib. 2. docuimus, neque res procedens, scilicèt filius distinguitur à potentia: quare etsi abvtraque potẽtia possit abstrahi conceptus communis; tamen ille conceptus abstractus, est quoddãmodò distractus, sicut diximꝰ de abstractione entis: quia de altero analogato dicitur simpliciter, de altero secundum quid: potẽtia enim creandi simpliciter dicitur potentia, potentia autem generandi dicitur potentia cum aliqua explicatione. Cum enim quærimus vtrùm generãdi potentia sit realis potentia, dicimus esse realem potentiã sumpta appellatione à reali processione; & hæc perspicua fecimus libro illo secundo. Quarè mirum est quòd illi qui hæc ipsa considerarunt, crediderint nomen istud vniuocum posse dici, quod non propriè dicitur de altero analogato. Dicitur igitur potentia notionalis per attributionem ad potentiam creandi, non quòd ista pendeat ab illa vt accidens à substantia, & creatura à Deo: sed quia nomen, potentia, traductum est ad significandam istam potentiã notionalem, quasi distractum à magis propria significatione.

3. 1. Assertio: Est analogum. 1. Ratio.

2. Ratio præcipua. Pot. generandi est potquasi traducto nomine, non verò propriè. In creatis operatio emanas, & operatum re distinguuntur à potentia. Non sic in diuinis, vt lib. 2. c. 26. p. 1. Conceptus potentia abvtraque potabstractus est quodãmodò distractus, vt de conceptu entis c. 6. p. 2. n. 1. Pot. creandi dicitur potẽt. simpliciter, sed pot. generãdi dicitur realis pot. cum explicatione, scil. à reali processione, vt lib. 2. c. 25. n. 17. 2. Assertio contraria. Potẽtia notionalis dicitur p attribut. ad potentiã creandi non ob depẽd. sed ob traductã à signific. magis propria.

Deinde, si conferamus potentiam notionalem cum essentiali, emergit alia quæstio, vtrùm potentia creandi, quæ est quid essentiale, & potentia generandi, quæ est essentiale addito notionali, vt continetur nomine communi potentiæ, sint analogata attributionis, ita vt alterum illorum sit primum significatum?

Primùm dicendum est nomen illud commune vtrique potentiæ non esse vniuocum, sed analogum: tum quia in diuinis nihil est vniuocum, sicut neque vniuersale, vt hoc libro disputabimus: tũ maximè, quia potentia generandi, est potentia quasi traducto nomine, vt statim declarabimus. Potentiam enim in rebus creatis dicimus à qua emanat operatio, aut operatum: operatio autẽ emanans est res distincta à potentia, sicut & operatum. Potentia autem generandi in Deo est essentia, quæ nó distinguitur, re ipsa à sua operatione, vt lib. 2. docuimus, neque res procedens, scilicèt filius distinguitur à potentia: quare etsi abvtraque potẽtia possit abstrahi conceptus communis; tamen ille conceptus abstractus, est quoddãmodò distractus, sicut diximꝰ de abstractione entis: quia de altero analogato dicitur simpliciter, de altero secundum quid: potẽtia enim creandi simpliciter dicitur potentia, potentia autem generandi dicitur potentia cum aliqua explicatione. Cum enim quærimus vtrùm generãdi potentia sit realis potentia, dicimus esse realem potentiã sumpta appellatione à reali processione; & hæc perspicua fecimus libro illo secundo. Quarè mirum est quòd illi qui hæc ipsa considerarunt, crediderint nomen istud vniuocum posse dici, quod non propriè dicitur de altero analogato. Dicitur igitur potentia notionalis per attributionem ad potentiam creandi, non quòd ista pendeat ab illa vt accidens à substantia, & creatura à Deo: sed quia nomen, potentia, traductum est ad significandam istam potentiã notionalem, quasi distractum à magis propria significatione.

Quòd si obijcias potentiam notionalem esse priorem cognitione quàm potentiam creandi; & ideò esse primum significatum nominis. Respondendum est primò negando antecedens, vt infrà. Deindè negando consequentiam: nam nomen, potentia, iam vsitatum pro

4. Obiectio.

1. Respons. ex dicendis.

2. Respons.

rebus

rebus creatis, cum dilatamus ad significandas res diuinas,deprehendimus cõceptu illo communi, magis propriè significare potentiam creatricem.Primum autem significatum dicimus, non quod primum intelligimus de rebus; sed cui nomen attribuimus, vt primo aut magis proprio significato.

1. Significatũ dicitur nõ qđ primum intelligitur de rebus,sed cui nomen principaliter attribuitur.

Succedit similis quæstio de nomine principij, vt significat principium creationis, aut diuinæ processionis. Ioan. Capreol. dist.29.q.1.ar.2. refert ex *Aureolo* Henricum Anglicum dicẽtem nomen principij vt complectitur principium essentiale, & notionale, hoc est, principium creationis, & processionis diuinæ, esse vniuocum. Gabriel verò q. 1.art.2. ait esse æquiuocum. Sed ex dictis liquet esse analogum,qua in opinione consentiunt S.Thom. dist.eadem, q. 1. S.Bonauent.q.2. Durand. & Scot.q. 1.& Marsil.q.31.art.3.dub.4.Comprobatâ igitur nominis huius analogiâ disputandum est, vtrùm principaliùs significet principium essentiale creationis, an verò principium notionale diuinæ processionis. Durand. in 1.d.29. q. 1. affirmat nomen principij dici principaliùs de Deo, vt est auctor creaturarum, quàm vt persona vna diuina alterius auctor est. Quia, inquit,à principio creationis procedit hypostasis; & natura, à principio autem diuinæ processionis sola persona procedit non natura.

2.Dub. De principio adprincip.creationis,& pcessionis diuinæ. *Apud Capr. ex Aureol.* 1.sent. *Henr. Angl.* esse vniuocum. 2.Sent. *Gabr.* esse æquiuocũ. 3.& verasẽt. esse analogũ. *S.Thom. S.Bonau. Dur.& Sco. Marsil.* Difficultas de quo dicatur principaliùs? 1.Sententia *Durand.* De principio creationis. Ratio.

Nihilominùs dicendum est, nomen istud, principium, dici principaliùs de principio diuinæ processionis,quam de principio creationis: licèt de vtroque dicatur simpliciter. Et quidem si sermo esset de principio formali, quo, vera esset Durandi sententia: principium enim formale quo aliquis operatur, est potẽtia: potentiam autem de creatrice dici principaliùs decreuimus. Sed principiũ quod operatur, simpliciter & propriè conuenit Patri generanti; & simul Filio cum Patre spiranti. Quamuis ergo nomen hoc, principium, sit analogum; de vtroque tamen analogato est simpliciter prædicabile, tam de principio diuinæ processionis, quàm de principio creationis: sed primum analogatũ propter nonnullam attributionem est principium diuinæ processionis. Distinguendum tamen est quæsitum istud: nam si in principio mediteris aliquid absolutum, siue per modum absoluti significatum, vt libro 2. excogitauimus; sicut diuina processio antecedit naturæ creationem, ita principium processionis habet locum priorem. Sed hoc non satis est ad attributionem, vt quidam existimant; quia non est consequens, vt sicut creatio imitatur processionem;ita principium creationis quod est Deus, imitetur principium diuinæ processionis quod est diuina persona. Hac enim ratione nullam hinc attributionem percipimus, vt vnum analogatum sit prius altero; sed est sola analogia proportionis: sicut nomen, res, dicitur de natura,& de persona, sine vlla attributione.

16. 2ãc vera sent. è contrà, etsi de vtroque dicatur simpliciter. Explicatur 1. De principio formali,quo, vera est1.sent. vt n.3. Principium, quod,de quo hic,est Pater generans,& simul cum Filio spirans.

Si verò in principio cogitemus id quod est principium, & omnibus notum, scilicèt relationem, manifestè est attributio: quia principium processionis diuinę significat relationem realem: principium autem creationis, relationem rationis. Relatio autem rationis dicitur, quatenùs imitatur realem: & relatio realis est præcipuum analogatum. Principium ergo priùs & principaliùs significat diuinæ processionis principium, in quo est realis relatio. Et hæc est sententia Sancti Thomæ in 1. d.29.q.1.ar.2.Consentiuntque Albert, Magnus, Ioan. Scotus, Richard. Ioan. Capreol. & alij.

Recitant etiam auctores istius sententiæ eundem Sanctum Thomam 1.p. q.33 artic.1.& 3. Sed ijs locis disputat S. Thom. de nomine Patris, quo Deus dicitur,& Pater vnigeniti, & Pater creaturarum: certè æquiuocè,& duobus cõceptibus, quia Pater vnigeniti dicitur propriè, & per naturam; Pater autem creaturarũ traducta significatione, quia Filij referunt similitudine Patrem, res autem creatæ sunt similes Deo, velut vestigium: Iob. 38. *Quis est pluuiæ Pater?* vel vt imago deficiens à natura sui exemplaris, quo pacto homo factus ad imaginem Dei dicitur filius, Deuteron. 32. *Nonne ipse est Pater tuus,qui possedit,& fecit,& creauit te?* Quæ imago perficitur, per gratiam adoptionis, & gloriæ secundum excellentiorem similitudinem: sed his omnibus modis nõ est Deus Pater per naturam, sed per metaphoram, propter remotam similitudinem. Ergo priùs dicitur nomen istud de

Explicatur 2. Si cõsideretur in principio aliquid per modum absoluti significatum, principiũ processionis est prius. Tunc est sola analogia proport. Ratio. Res dicitur de natura,& persona sine attributione.

7. Si cõsideretur in principio relatio,datur tũc attributio. Ratio. Principiũ processionis diuinę significat relationẽ realẽ: creationis verò relationem rationis. Relatio ratio nis imitatur realem. *S.Thom. Alb. Magn. Scot. Richard. Capreol.*

8. De nomine, Pater, *S.Thom.* Deus dicitur æquiuocè, & duobus cõceptibus Pater vnigeniti,& creaturarum. Ratio. Creata sũt Deo similia, velut vestigium. *Iob.* 38. Item vt imago deficiens à natura sui exẽplaris. *Deuter.* 32.

His modis nõ est Deus Pater nisi per metaphoram.

Pater priùs dicitur de creatu ris, quàm de Deo respectu creaturarum: quarum dicitur pater per metaphoram.

Patre in ordine ad filiũ naturalẽ, quàm in ordine ad res creatas. Nec de hac re est vllum dubium. Hoc enim modo nomẽ, Pater, priùs dicitur de creatura quã de Deo; scilicèt de vero Patre, qui filiũ genuit, qui propriè nominatur Pater dicitur priùs nomen istud, quàm de Deo quatenùs hominem creauit, aut adoptauit per gratiam, quo nomine dicitur per metaphoram Pater.

9. Contra 2. sent. Obiectio.

Quòd si contra id quod statuimus de nomine principij, quod priùs dicitur de principio processionis diuinæ quàm de principio creationis, obijcias, Communia esse priora personalibus, quæ sunt propria; relationem verò principij ad creaturas numerari inter communia.

Respons. S. Thom. Nomina absoluta communia in diuinis sunt prioraper sonalibus: quæ verò respiciũt creaturas, sunt posteriora.

Respondendum est cum S. Thoma ad 1. quòd nomina absoluta communia, sunt priora personalibus, & proprijs; nomina autem cómunia, quæ respiciunt creaturas esse posteriora: nam propria personalia sumuntur à prima origine, quæ est in ipso Deo; relatiua antem quæ ad creaturas referuntur, sumũtur ab actione diuina, quæ extra Deum dimanat, & est posterior. Numero verò absolutorũ, intellige illa etiam quæ respiciunt quidem creaturas, vt aiunt; sunt tamen essentialia, & absoluta, & solùm relata secundum dici, vt potentia, misericordia, iustitia. Nam & hæc antecedunt personalia, prioritate rationis, de qua modò agimus. Eadem est doctrina S. Thom. 1. p. q. 34. ar. 3. ad 2. vbi docet ea relatiua, quæ consequuntur actionem Dei liberam circa creaturas, esse posteriora personalibus: relationes autem quæ cõsequuntur actionem non liberam, sed naturalem manentem in Deo, vt scientiam naturalem, antecedunt personalia. Quare cognitio creaturarũ anteit processionem Verbi, quæ ducitur ab ipsa cognitione, vt diximus lib. 2.

Essẽtialia quo que quæ respiciũt creaturas vtpotè absoluta, & solùm relata secundum dici, antecedũt personalia.

Ex S. Tho. relatiua quæ sequuntur liberam Dei actionem, sunt posteriora personalibus: quę verò naturalẽ, priora sunt.

Lib. 2. cap. 49. p. 1.

Confirmatio.

10. Confirm. 1. ex Ephes. 3.

VIdetur autem hæc sententia confirmari ex verbis Pauli Ephes. 3, *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, à quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur.* Vbi dicitur ab Apostolo nomen paternitatis ductum à Deo Patre, scilicèt tanquã à primo, quod est exemplar cæterorum. Vbi sanè nominum allusio quædam est

1. interpretatio.

A siue attributio, vt à Patre Deo ducatur paternitas omnis, imò nominetur; prima enim analogata sunt à quibus cætera nominantur. Hoc affirmat conceptis verbis S. Ioannes Damascen. lib. 1. fidei Ortho. cap. 9. *Et hoc* (inquit) *scire oportet nomen paternitatis, filiationis, & processionis, non esse ex nobis ad beatam illam diuinitatẽ, sed è cõtra* (*vt ait Apostolus*) *inde nobis traductum. Propterea, inquit, flecto genua mea, &c.* Idem indicat S. Dionys. cap. 1. de diuinis nominibus alludens ad locum Pauli, *Ex qua* (inquit) *scilicèt Triade, hoc est, Trinitate, de qua loquebatur, trias omnis in cœlo est, ac nominatur.* Et S. Hieron. tom. 9. super Ephes. 3. *Ex quo omnis Paternitas nomen accipit.* Et ita commentãtur Latini Patres. Verum est quòd Græci paternitatem pro familia vsurpant: sed nos ab alijs Patribus, qui paternitatem legunt, & interpretantur, atque à lectione ipsa vulgari, & correcta argumentum petimus, quòd à rebus diuinis res creatæ nominentur; à quo scilicèt Patre diuino omnis paternitas nominatur, hoc est, nomen accipit. Quòd etsi Paulus dicat nominari paternitatem in cœlestibus, quod non potest intelligi de vera paternitate, quæ est genitoris: tamen non infirmatur argumẽtum, quòd à Deo Patre deriuetur nomen paternitatis, siue propriè dicatur, siue impropriè.

Prima analogata sunt àquibus extera nominantur. S. Damasc.

S. Dionys.

S. Hieron.

2. interpret. Græcorũ, paternitatẽ pro familia vsurpantium.

Prior interpret. abalijs Patribus præsertim Latinis pro bata, probatur ex diuinis nominari.

Obiect. occurritur.

B

Cõfirmatur ista opinio vsitato loquẽdi modo sacrarum literarum, & Patrũ. Negantur enim hæc nomina de creaturis quasi imperfectè participantibus; & Deo principaliter attribuuntur, iuxta illud Marc. 10. *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Et Isai. 40. *Omnes gentes quasi nõ sint, sic sunt coram eo.* Quod pronunciatum Plato vsurpauit, fortè ab isto oraculo acceptũ, vt refert S. Augustin. lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 11. de qua re S. Hieron. Ephes. 3. S. Aug. lib. 1. de Trinitate, cap. 1. & lib. 5. cap. 2. & libr. 12. de Ciuit. Dei, cap. 2. & 7. & S. Hilar. Cõfess. lib. 7. cap. 11.

11. Confirm. 2. ex vsitata loquutione scriptur. & Patrum.

Marc. 10. Isai. 40.

Plato apud S. Augustin. S. Hieron. S. Augustin. S. Hilar.

C

Deindè probatur auctoritate S. Thomæ, qui sæpè docet inter res diuinas, & creatas esse analogiã attributionis, quatenùs omnia referuntur ad vnum, scilicèt ad Deum; sed id ad quod cætera referuntur, est primum analogatum; ergo Deus est quem primùm hęc nomina significant.

12. S. Thom. 1. locus.

D

nificant. Idem docet non obscurè 1. p. q. 13. ar. 6. vt ibidem Thom. Caiet. commentatur; ait enim loqui auctorem formaliter vt Deus sit primum quod nomen significat, non solùm re ipsa primũ, sed prout nomine analogo significatur. Et idem docet art. 3. q. eadem. Et hæc eadem est sententia Alb. Magn. Ioan. Scoti, Richardi, & aliorum in 1. d. 19.

2. locus cum Comment. *Caiet.*

Alb. Magn. Scot. Richard.

13. Ob. ex verbis *S. Thomæ.*

Vnum est dubium in verbis S. Thomæ 1. contra gentes, cap. 34. vbi docet quòd sicut sanatiuum est prius sanitate, quia est causa eius; & tamen sanum significat priùs animal in quo est sanitas, quàm pomum quod est causa sanitatis, quia in his non est idem ordo causandi, & cognitionis; ita nomina dicũtur priùs de rebus creatis, quàm de diuinis, licèt illæ perfectiones priùs Deo insint: quia propria ratio nominum est in Deo posterior nostro modo intelligendi. *At* verò 1. p. in argumento 3. hoc sibi argumẽtum obijcit, quòd nomen non attribuitur priùs causæ, sed effectui, vt ostenditur in exemplo ipso sanatiui. Et respõdet id esse intelligendum, si hæc nomina dicerentur de Deo solùm causaliter vt sanum, & non etiam essentialiter. Vnde videtur se ipsum explanasse. Nam lib. contra gent. loquebatur de analogis plurium conceptuum, non verò vnius quæ essentialiter dicuntur de Deo. Si enim nomen significat solum effectũ propriè, causam autem alio conceptu, priùs dicitur de effectu; vt sanum priùs de habente sanitatem, quàm de causa illius: cum verò nomen dicitur propriè, & conceptu eodem de causa, & effectu, prius dicitur de causa, vt sapiẽtia priùs de increata sapientia, quæ est causa creaturæ.

Explicatio ex eodem.

Nomen priùs dicitur de effectu, quàm de causa, quando pluribus conceptibus vtrũque significat, & solum effectum propriè: e contra verò quãdo vno cõceptu vtrũque significat.

Exempl.

CAPVT VIII.

Qui est, nomen est Dei maximè proprium.

1. Aduert. Nomẽ proprium, tripliciter 1. Modo est quidditatiuũ: 2. quod vni rei conuenit soli. 3. maximè nomen personæ.

QVæstio ista parùm facit difficultatis, plurimum autem affert mysterij. Aduertendum est igitur nomen dici proprium triplici sensu. Aliud enim est nomen proprium, id est, quidditatiuum: nullum autem nomen diuinum quidditatiuum est, vt cap. sequenti dicemus, quoniam quid Deus sit omninò ignoramus. *Aliud* est nomen proprium, quod vni rei conuenit, vt leo, homo, & maximè dicitur proprium nomen personæ, quia nulli alteri est commune. Tertium est nomẽ proprium quod maximè quadrat rei significatæ, vt Paulus dicitur Apostolus, & *Arist.* dicitur philosophus; quæ nomina istis personis adeò sunt accõmodata, vt per antonomasiam vsurpẽtur, quasi essent uomina propria personarum. Secundo igirur & tertio modo inuestigandum est an sit nomen propriũ Dei, Ens, siue *Qui est*. Primo enim modo statuimus non esse proprium, hoc est, quidditatiuum.

3. quodquadrat maximè rei significatæ per accommodationem, & antonomasiam.

Quæst. est de nomine, prio 2. & 3. modo solùm.

Verùm vt decernamus sitnè nomen proprium secundo modo, hoc est, soli Deo attribuendum, nomẽ, Ens, siue Qui est; primò declarandus est locus Exod. *Ego sum, qui sum*, & iterũ, *Qui est, misit me ad vos.* Hoc enim ex loco Patres vsurpant nomen diuinum, *Qui est*. Post hæc differendũ est vtrùm nomẽ, *Iehouà*, & nomẽ, *Qui est*, sit idem nomen. Demũ, disputabimus vtrùm nomen, *qui est*, sit nomen propriũ Dei secundo modo; hoc est solius Dei nomen. Lyranus, & Burgens. legunt, *Ero qui ero:* quod verbum futuri temporis nonnulli aiunt significare Deum veracem, scilicèt qui sibi cõstet, & non sit varius, sed is futurus perpetuò qui semel est, *Ero, qui ero*; qui nõ mutabor, vel qui ero vobiscum, vt vult Burgensis, iuxta illud Pauli Hebr. 15. *Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.* Quibus verbis videtur significare Apostolus Christum Dominum non esse mutabilis ingenij, & varij, sed animi stabilis, & semper nobis affuturum. Vatablus docet significari illis verbis, omnem temporis differentiam, qui fui, sum, & ero. Et propterea hoc nomine declarari æternitatem, vt verbis alijs *Apoc.* 1. *Qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Nostra tamen versio etiã, quæ modò castigata edita est, *sum qui sum*, traducit; & S. Hieronymus epistol. ad Marcellam, & cõmentarijs in Ieremiã, cap. 7. & 32. & S. August. lib. 8. de Ciuit. Dei. Septuaginta legunt, *Ego sum ipsum ens*: quod idem est ac *sum qui sum.*

2. Pro 2. modo, 1. Difficultas de loco *Exod.* 3.

2. Diffic.

3. Diffic. de tit.

Quòd si velis his verbis Exodi significari etiam æternitatem, vt nonnulli Patres indicant, & ipsam veritatẽ promissa soluendi, verbum quoque præsentis temporis aptissimè ista quoque cõmõstrat. Nam sicut futuri temporis verbum indicat æternitatẽ, quia nullus erit

Quoad 1. diff. illius loci Exod. 1. versio *Lyrani*, & *Burg.* Explicatur 1. de Deo vera-ce, & constãte, & semper nobis affuturo *Ad Hebr.* 13

Explicatur 2. *à Vatablo* de omni temporis differ. & æternitate. *Apoc.* 1. 2. Versio vulgatæ. *S. Hieron. S. Aug. 70. Interpr.*

3. Huic 2. versioni vtraque explicatio apta. Ostenditur 1. de 2. explic.

illius finis; ita præsens tempus eandem commonstrat, quia tota æternitas præsens est: & ratione eadem incommutabilem animum, & propositum, quod verax dicimus: & ita quidam interpretantur illud, *Propter nomen tuum Domine vificabis me*, scilicèt propter nomẽ Moysi indicatũ, *Sum qui sum*, scilicèt verax: Viuifica ergo me, siquidem verax est nomen tuum; promisisti autem affuturum te miseris, dum te inuocent.

Quòd loco isto significetur æternitas, sententia fuit Patrum antiquissima: illius enim auctorem Nouitianum refert Tertull. lib. de Trinit. c. 4. Eodem modo interpretatur S. Hilar. lib. 1. de Trinit. S. August. de vera & falsa religione, cap. 49. & lib. 83. quæst. q. 10. & S. Cyrill. lib. 1. Thesaur. cap. 6. Sanctus quoque Gregor. lib. 18. Moral. cap. 33. & super Ezech. homil. 2. Beda autem 4. tomo in Exod. cap. 3. & Hugo de S. Victore in Exod. cap. 1. existimant significari ibi promissum diuinum, & præsens auxiliũ. Beda enim interpretatur, *Ego sum qui fui cum Patribus vestris, & qui ero vobiscum*, & Hugo, *Ego sum, qui tecũ ero*, scilicèt cum Moyse.

Sed quicquid sentiendum sit de proprietate verbi Hebraici, indicetnè tempus præsens, aut futurum: Nihilominùs dicendum est, eo verbo maximè significari diuinum esse; nam quòd Deus sit æternus, aut verax, inter attributa eius numeratur: quare cum hæc non sint maximè propria Deo; nomen autem, *Qui est*, sit summum Deitatis encomium ab ipso Deo excogitatum, vt posteà declarabimus; hoc certè nomine non tam significatur Deus, vt æternus, aut verax, quàm vt is qui est, qui est ipsum esse subsistens, & entis pelagus infinitum. Et ita interpretantur Patres hunc locum; quos posteà commemorabimus. Et hac quidem vsurpatione est nomen proprium Deitatis tertio modo per quãdam antonomasiam, vt dicemus.

Pro quæstione altera sciendum est, quòd nomen, *Iehouà*, dicitur tetragramaton, quia est nomen quatuor literarum, id enim significat vox Græca tetragramaton; & apud nos quoque & Græcos nomen Deus, aut Theos est quatuor literarum, vt obseruat Clem. Alexand. lib. 5. Strom. Dicitur etiã ineffabile; vel quia erat nomen compositum ex literis

Ostenditur 2. de 1. explic.

Ps. 142. n. 11

4.
Pro 1. explic. *Nouatian.* auctor apud *Tertull.* *S. Hilar.* *S. August.* *S. Cyrill.* *S. Gregor.*

Pro 2. explic. *Beda.* *Hugo de S. Victore.*

5.
3. & vera explicat. de diuino esse.
Probatur impugnatione 1. & 2 explicationis.
Æternitas, aut veracitas attributa Dei tantùm. Patres, vt infr.

Qui est, in hoc sensu est nomẽ Deo proprium 3. modo.

6.
Pro 2. & 3. dif. 1. Prænot. *Iehouà*, dicitur tetragramaton.
Sic apud nos, & Græcos, Deus, aut Theos. *Clem. Alex.*
Dicitur etiam ineffabile.

A ineffabilis, quæ pronunciari non possunt, nisi adiectis alijs: vel potiùs, quia non erat nomen vulgare; sed quod fas non esset edere, & vulgare; vnde loco eius nominis, vel Adonai, vel Domini nomina vsitabant; Deum verò proprio nomine compellandum non esse dixerit Clem. Alex. adhortat. ad gentes etiam ex Platonis sententia; & eleganter subijcit adiurans, *O per ipsum, nequaquam enim est dicendus*: vel etiam dicitur ineffabile nomen, quia est proprium nomen incomprehensibilis naturæ; de quo plura disputat Theodoretus q. 15. in Exodum. Legendus est S. Iustinus in Paranætica ad gentes. Clemens Alex. lib. 5. Strom. Origen. homilia in lib. Regum in illud sacræ scripturæ. *Nullus est alius præter te.* S. Ioan. Chrysost. homil. 4. in Iob. S. Gregor. Nazianzen. orat. 4. Theolog. S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Orthod. cap 12. S. Hieron. Psalm. 8. in commento, & ad Ephe. in illud, *Ex quo omnis paternitas.* S. August. lib. 12. de Ciuit. Dei. S. Bernardus lib. 5. de Consideratione ad Eugenium, cap. 6. Albin. etiam Alcuin. lib. 1. de Trinit. cap. 16. ait soli Deo hoc nomen optimè cõgruere; iuxta illud Apostoli, *Non fuit est & non, sed est in illo fuit.* Et hoc nomen inscriptum erat in lamina aurea, quæ vittâ capitis tiaræ alligata pendebat ad frontem Pontificis, vt ait Sixtus Senensis lib. 2. suæ Bibliothecæ, & insinuat Clem. Alex. illo loco lib. 5. *Nomen*, inquit, *illud tetragramaton quod illis solis imponebatur qui poterant ingredi adytum.* Nomen autem imponi, est inscribi tiaræ, quæ capiti imponebatur sacerdotis. Aliqui existimãt hoc ipsum nomen inscriptum esse in illo viro insidente equo albo Apoc. 19. qui dicitur habere nomen inscriptum quod nemo nouit, nisi ipse; eò quòd nomen hoc, *Iehouà*, sit incomprehensibile. Sed illud nomen Ioannes statim subiunxit, dum ait, *Et nomen eius est Verbum.* Hoc enim nomen incomprehẽsibile est quoque; & est nomen personæ insidentis equo, qui erat Christus Dominus in illo ænigmatè depictus.

Significat autem nomen hoc, *Iehouà*, *Sum, qui sum*, vel *Ero, qui ero.* Nam & Moyses à Deo nomen istud audituri retulit ad populum. *Iehouà misit me ad vos*, hoc est, *Qui est*, siue *Qui sum*, aut *Qui ero, misit me ad vos*: sed varietas est interpre-

1. Ratio, quia ex insonis.
2. Ratio potior quia non euulgandum.

Clem. Alex. ex Platone.

3. Ratio, quia est naturæ incomprehensibilis.
Theodoret. *S. Iustinus.* *Clem. Alex.* *Origen.*

S. Chrysost. *S. Naz.* *S. Damasc.* *S. Hieron.* *S. August.* *S. Bernard.*

4. Ratio
Alcuin. ex significatione *Iehouà*, vt n. seq.
2. *Cor.* 1. Videlib. 4. p. 1. n. 10.

Sixtus Sen. *Clem. Alex.*

Pro 3. ratione aliquorum cõment. ad locũ *Apoc.* 19.

Reprobatur.

Verus cõmẽt. de Verbo.

7.
2. Prænot. de significatione *Iehouà*, ex etymol.

De institutione huius nominis.

1. Opin. esse à Moyse institutum.

terpretum parui ponderis: existimant enim quidam Deum non instituisse nomen illud ad significandum se cum loqueretur cum Moyse, sed postea Moysem vsurpasse illud, vt nomen Deitatis singulare, eò quòd adhùc Deus nomen nullum haberet proprium, & singulare. Ita opinatur Burgens. & Lypom. in Catena testatur esse eam sententiam Hebræorum, quam sequitur Beda, & Hugo de S. Victore. Sed magis probabile est Deum sibi nomen indidisse, quod datũ Moyses ad populum pronunciauerit: vt S. Gregor. Nazianz. orat. 4 docet; ibi enim affirmat Deum sibi hoc nomen imposuisse.

Burgens.
Lypom.
Beda.
Hugo de S. Victor.

1. Opin. probabilior esse à Deo sibi inditum.

S. Naz.

8. Certũ *Iehouà* esse nomẽ proprium Dei.

Patres cit. n. 4.

Illud quidèm constat, *Iehouà*, nomen quod significat, *Sum qui sum*, esse nomẽ proprium Dei, de quo re commentantur Patres, quos anteà commemorauimus in explicando nomine, *Iehouà*.

9. Nomẽ *Iehouà* etymologia significat esse.

Cum ergo nomen illud Exodi *Iehouà*, quod vertitur, *Ego sum, qui sum*, prolatum fuerit à Deo, siue à Moyse, vt nomẽ proprium Deitatis; etsi hoc ipsum nomen notatione, & etymologia significet eum qui est; tamen institituto diuino, aut saltem Moysis instituto, qui habuit auctoritatem instituendi nomina, iam non significat esse, sed ipsam naturam Deitatis: & est nomen proprium secundo modo, hoc est, solius Dei nomen. Imò nomen est singulare impositum ad significandum solum Deum verum; quo pacto est nomen magis proprium quàm Deus, vt cap. sequenti exponemus. Nomen enim, Deus etiam Deos falsos saltem æquiuocè significat; *Iehouà* autem solum Deum verum, ad quem singulariter significandum, est institutum.

Ex instituto iam non significat esse, sed naturam Deitatis

Est proprium Dei. modo, & magis proprium nomen, Deus.

10 Quoad 2 diff. sic affirm. *Valq.* arguentis *S. Thom.* Resolut. neg. rationes *Vasquiũ*

Quidam igitur S. Thomam arguunt quòd 1. p. q. 13. ar. 11. ad 1. distinxerit quasi duo nomina diuina, *qui est*, siue *qui sum*, & *Iehouà*, cùm nomen vtrũq; idem significet, & sit vtrumque proprium nomen Deitatis. Sed mirum est quàm facile, dum arguimus, arguamur: neque enim attenderunt idioma esse diuersũ Latinum, & Hebræum. Et non eadem nomina nobis, & illis data. Verumenim verò apud Latinos nullum nomen hactenùs diuinæ naturæ agnitum est, nisi Deus; & ipsum nomen Hebræum vsurpamus, *Iehouà*, quod nobis Latinis significat Deum. Sed nomen, *qui est*, nunquam Latinis est datum ad significandum Deum. Nam etsi periti intelligant vbi legimus, *qui est*, Hebræum sibi nomen Deum imposuisse; tamen hæc peritia non dat nomini Latino significationem; quia oportet vt sit omnibus communis, & vsitata. Et S. Damasc. nomen *qui est*, ait esse principalius inter diuina: singulare autem nomen non dicitur principale, sed vnicum. Et S. Gregor. Nazianz. cum alijs ad significationem entis respicit, quòd nomen istud significet pelagus quoddam entis. Itaque etiã Patribus nomẽ istud non significat Deitatem, sed esse quod est maximè proprium Deitatis. Solum est nomen Hebræũ, *Iehouà*, quod etsi anteà esset appellatiuum, siue commune, significans, *qui est*, vel, *qui sum*: factum est singulare diuino instituto. Ergo rectè docet S. Thom. nomen, *qui est*, vsu Latinorum apud quos non est institutum ad significandũ Deũ, non esse nomen proprium, hoc est, singulare, vt nomen, Deus, apud Latinos; & apud Hebræos, *Iehouà*. Quod etsi Philo Iudæus nomen *qui est*, insigniat litera maiuscula, vt nomen singulare; ea cõsuetudo scribendi non est recepta, sed literis communibus scribitur, vt nomen commune in libris Patrum, & Biblijs.

Dicendum igitur est nomen quidèm, *Iehouà*, esse Deitatis maximè singulare; sed nomen *qui est*, neque esse singulare; neque proprium secundo modo, hoc est, solius Dei, cum alijs conueniat nomen: neque esse appellatiuum nomen, vt est nomen homo, aut leo, aut Deus. Hæc enim nomina dicuntur propria, quia sũt nomina naturæ illius, aut illius. Nomen autem, *qui est*, nullius naturæ est nomẽ. Quare falsum est quod Galat. docet lib. 2. de arcanis Catholicę veritatis, cap. 10. ex Rabbi Moyse, nomen, *qui est*, non significare aliquid commune Deo, & nobis, quibus esse est commune. Est tamen nomen proprium Dei solius vsurpatione quadam antonomatica, de qua statim dicemus; sed non est proprium, secundo modo, vt nomen naturæ, aut personæ.

Quòd istud nomen tertio modo sit proprium Dei, non solùm quia proprio loquẽdi modo Deo tribuatur; sed quòd maximè quadret in diuinam naturam, perspicuum est, quoniam ens complectitur quicquid perfectionis excogitari potest, & omnes simul perfectiones; singula

Nomen *qui est* non ita.

Licèt hoc nomen intelligatur, eritis Deitas, non ideò hæc significat. est cõmunis.

Imò nec in Patribus semper significat Deitatem, sed esse.

S. Damasc.
S. Naz.

Solum nomẽ Hebræum, *Iehouà*, etsi anteae et cõmune, factum est singulare diuino instituto

Phil. Iud. reijcitur.

11. Pro 3. differ. 1. Assertio. *Iehouà*, est nomen maximè singulare. *Qui est*, nec est singulare, nec proprium Dei. 2. modo. Nec est appellatiuum, vt homo, &c.

Ratio. Cõtra *Gal.* ex *Rab. Mo.* significat quid commune Deo, & nobis, nempe esse.

2 Assertio. *Qui est*, solum vsurpatione antonomatica est propriũ Dei 3 modo.

12. 2. Assertionis 1. ratio. Ens complectit quidquid perfectionis excogitari potest

Singula attributa non ita. *S.Thom.*

gula autem attributa, quæ sunt communia Deo, & creaturis, significant singulas perfectiones. Quare egregiè dixit Sanctus Thom. 1.p.q.28.ar.2.ad 3. si Deus id solummodò esset quod nomine sapientis, aut iusti indicatur, imperfectum futurum esse, cui scilicèt deessent innumeræ aliæ perfectiones. *At* verò quidquid perfectionis Deo tribuamus hoc nomine entis clauditur; enti enim nihil deest; quòd verò ens non est, perfectio non est; quare infinitus est significationis istius ambitus. Quod S. Greg. Naz. *S. Naz.* dissertissimè enarrat oration. illa 4. suæ Theol. *Ille* (inquit) *semper est, atque hoc modo se ipsum nominat, cum Moysi in monte oraculum edit; vniuersum enim id quod est complectitur, nec principium habens, neque finem habiturus, quasi pelagus quoddam essentiæ immensum, & interminatum.* Et S. Ioan. Damasc. lib. *S. Damasc.* 1. fid. Orth. cap. 12. *Principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus est, qui est; totum enim in se ipso comprehendens habet ipsum esse, velut quoddam pelagus substantiæ infinitum, & interminatum.* Quæ verba Gregorianis persimilia sunt, & fortè à Gregorio depropta. Nomen ergo, ens, significatione quadam infinita, maximè conuenit Deo, vt testatur S. Hilar. lib. 1. de Trinit. *Admiratus sum* (inquit) *tam absolutam de Deo* *S.Hilar.* *significationem*, & alia persequitur. Et iterùm: *Ad hanc quidem infinitatem significationis satisfecisse sermo dicentis videbatur, Ego sum qui sum.* Quod expressit etiam S. Dionys. cap. 1. de diuinis nomin. nominans Deum, totum; qui scilicèt non partem capiat entis, sed sit totum ens, omnia immensitate complexum. Secunda ratio non minùs elegans petitur à S. Thomâ 1.p.q.7. art.1. commentatur enim Deũ esse ipsum esse subsistens; omnia autem perfecta hoc ipso perfecta sunt, quia habent esse; est igitur esse summa perfectio omnium perfectorum: id autem quod subsistit per se, & in nullo subiecto est, non est determinatũ, sed infinitum; quare cum esse sit omniũ perfectorum perfectio, ipsum esse subsistens infinitè perfectum est. Tertia ratio potest accipi à S. Anselm. Monolog. c. 3. vbi ostendit Deum esse maximè, quia non potest cogitari non esse, & idcircò Deus est ipse qui est, de qua re egimus lib. 1. Cui sententiæ annuit S. Hieronymus epistol. ad Damas. vbi ait, *Deus tantùm est qui non nouit fuisse, vel futurum esse.* Et S. Bernard. venustè commentatur in illum locum Canticorum lib. 5. de Consider. ad Eugenium, cap. 6. *Inueni quem diligit anima mea*, percontatus quis ille est? ille scilicèt quem animam suam diligere sponsa dicebat, *Non sanè*, inquit S. Bernardus, *melius occurrit, quàm qui est*: declarans hoc nomen maximè indicare quis Deus sit, vel quid sit; & subdit, *Quicquid de Deo dixeris in hoc verbo instauratur, quod est est; nempè hoc est ei esse, quod hæc omnia esse.* Et iterùm, *Ipse sibi, ipse omnibus est. At per hoc quodammodò solus est ipse, qui suum ipsius est, & omnium esse.* Quibus significat hoc nomen quodammodò esse proprium Deo, scilicèt quia ita est, vt sit ipsum esse suum, & omnium rerum. Idem docet S. Hilar. initio librorum de Trinitate, vbi ait admiratum se fuisse tam absolutam, hoc est, perfectam de Deo significationem, quæ incomprehensibilem naturam aptissimo sermone loqueretur. Et ibidem ait ad significationem infinitatis satis fuisse illud verbum, *Ego sum qui sum*, & hæc est communis interpretatio Patrum. *S. Bernard. in locũ Cãt.* *S. Hilar. vbi supr.*

Refert etiam Eusebius lib. 11. de præparatione euangelica, Ægyptios templis suis verba inscripsisse Deum verum significantia, *Ego sum quod fuit, quod est, quod futurum est: velum meum nemo vnquam reuelauit.* Quæ sanè à sacris eloquijs videntur surripuisse; & velum dicere nomen illud non retectum; quia nomen erat ineffabile, significans incõprehensibilem naturam. 13. *Eusebius.* Verba inscripta Ægyptiorũ templis.

Similiter affirmat Plato in sophista illud simpliciter esse, quod omnibus proportionibus exornatum est, scilicèt Deũ optimum: res alias æstimauit quasi non entia. Plutarchus verò opusc. quodam disputat de dictione, *Ei*; quæ Delphis Apollinis templo inscripta erat, eadèq; celeberrima; & post longam commentationem decernit, nomen istud significare, *es*, quasi Deo tribuerent quod est Deitatis proprium, ipsum esse: & Apollinem quidem inducit dicentem ad eos, qui ingrediebantur templum, *Nosce te ipsum*, & pulchra antitheti respondẽtes, *Ei*, hoc est, *es*, quasi nos nouerimus quòd non simus, Deum autem quòd sit. Eam antithesim Plutarchus non indicat. Subijcit 14. *Plato.* *Plutarch.* Dictio, *Ei*, Delphis Apollinis templo inscripta. Declaratur hæc dictio.

2. Ratio ex *S. Thom.* Esse est summa perfectio omnium perfectorum. Esse subsistẽs est perfectum infinitè.

3. Ratio ex *S. Anselm* Deus est maximè. Lib. 1. c. 29. p. 1. n. 9 & p. 2. n. 7 *S. Hieron.*

ijcit tamen præclaram sententiam, *Nos* (inquit) *vicissim Deo respondentes, ἐι, id est, es, dicimus. Quod dictum vt verum, vt solidum, & solum ad solum illud pertinens vocabulum quòd sit, ἐι, tribuimus. Nobis nihil suppetit vt simus.* Ibidem elegãtèr disputat illa nõ esse quæ fluũt. Et depromit præclaram sententiã. *Metitur* (inquit) *sensus ignorãtiâ eius quod est, esse quod apparet. Quid igitur illud est quod re vera est? æternũ.* Quia, inquit, ignoramus quid sit esse, putamus esse quod apparet, quod est sensus mẽdaciũ, qđ autẽ nõ potest nõ esse, illud verè est.

Illa non esse quæ fluunt.

15. Colligitur 1. assertio.

Ex quibus colligimus nomẽ, ens, per antonomasiam esse proprium Deo, vt nomen Philosophi Aristoteli, & nomen Apostoli Paulo. Quod ergo ait S. Dionys. de diuinis nomin. cap. 1. vnum esse nomen diuinum, & nomina multa; vel intelligendum est de vno nomine quod proprijssimè, & per antonomasiam est vnicum, scilicèt de nomine *qui est*, vel de nomine ipso *Iehouà*, quod est nomen singulare Deitatis ad illam solam significandam institutum, S. etiam August. hoc nomen, *qui sum*, prolatum ad Moysem Exod. 3. accipit vt proprium solius Dei, lib. 1. de Trinit. cap. 1. scilicèt quòd ita propriè dicatur de Deo, vt in nulla creatura inueniatur. *Cum enim*, inquit, *esse aliquo modo dicatur & corpus, & animus, nisi proprio quodam modo id vellet intelligi, non id vtique diceret.* Et affert simile in verbis S. Pauli 1. ad Timoth. 6. *Qui solus habet immortalitatẽ*, videlicèt eam immortalitatem, quæ est incommutabilitas. Similiter ergo cum Dominus se nuncupat hoc nomine, *Ego sum, qui sum*, indicat eum se esse qui est ipsum esse, omne ens infinitate complexum. Sed hæ nominis interpretationes non mutant significationem, sed vsum, vt per antonomasiam dicatur de solo Deo. Et ita nomen, *qui est*, maximè est proprium Deo tertio modo, scilicèt maximè accommodatum. Quamobrẽ non inuenustè obseruauit Rupert. in Ioann. Christum Dominum prostrasse Iudæos interrogantes de se ipso, illa diuina voce testante Deitatem, *Ego sum.*

S. Dionysius explicatur.

Explicationis confirmatio.

S. August.

1. ad Tim. 6.

Diuersæ nominis interpretationes, nõ mutant significationẽ, sed vsũ.

Rupert.

16. Obiectio ex S. Dionys.

Quòd si quis contra hanc Patrũ sanctionem quòd nomen, *qui est*, sit præcipuum inter attributa, obijciat S. Dionysium cap. 5. de diuinis nominibus, vbi ait nomen, bonum, maximè manifestare diuinam excellentiam: interpretatur S. Thom. bonum maximè declarare naturam Deitatis in ratione principij, est enim diuina bonitas primum principiũ finale, & S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Orthod. cap. 12. ait primum nomen Dei, hoc est, præcipuum esse bonum. Plato verò vnum & bonũ Deo tribuebat, vnũ, quia solus Deus simplex est essentia; bonum, quia hoc maximè elucet in Dei operibus. Quæ sentẽtiæ referendæ sunt ad eundem sensum.

Respons. ex S. Thom.

Diuina bonitas est 1. principium finale.

S. Damasc.

Plato.

CAPVT IX.

Nullum nomen declarat quid Deus est.

TRactauimus nomina diuina, quæ propriè dicantur de Deo, & de nomine *qui est*, quod proprijssimè dicitur. Nunc autem inuestigandum est, nomen quod sit proprium, hoc est, singulare diuinæ naturæ: & ponderandum est vtrùm illud nomen declaret quid est Deus? Habet caput partes duas.

Pars prima: *De notatione, & significatione nominis Dei.*

Pars secunda: *Nullum nomen declarat quid est Deus?*

PARS PRIMA.

De notatione, & significatione nominis Dei.

1. Notatio. Deus à Theos *Ex S. Naz.* Theos à verbo thein, vel à verbo, ethin.

NOmen, Deum, Græci dedere Latinis, Theon, quippè mutata prima litera more Latinorum, Deum dicimus. At verò vt auctor est S. Gregor. Naz. orat. 16. Theos à verbo thein ducitur, vel à verbo ethin; quorum alterum significat currere, alterum vrere. Nam & Deus ignis consumens est, & in operando quasi cursu celerrimus, iuxta illud, *Ecce iste venit saliens in montibus, trãsiliens colles.* Sed magis vsitata nominis notatio est quam præcedentibus addit S. Ioan. Damasc. lib. fidei Orth. cap. 12. quòd ducatur nomẽ hoc à verbo Theaste, quod est intueri, quia Deus rebus omnibus prouidet. Eam autem videtur accepisse à S. Dionysio, cap. 12. de diuinis nominibus. Et eandem tradiderat Clemens Alex. lib. 1. Strom. ad finem. Sed vndecũque istud nomen derivetur, institutum sanè est ad significandum diuinam

Cant. 2. n 8. Magis vsitata notatio *S. Damasc.* à verbo Theaste.

S. Dionys.

Clem. Alex. Significatio.

Deus est nomẽ diuinæ naturæ.
S.Iustin.
S. Athan.

uinam naturam, & est nomen naturæ, vt explicabimus. Quod cõfirmatur auctoritate S. Iustini in expositione fidei, *Si naturam* (inquit) *diuinã intelligere velis, Dei nomine expresseris.* Et S. Athanas. epist. de decretis Nycenæ synodi in qua ait, nomen hoc non significare, quæ circa Deum sunt, scilicèt attributa, sed ipsam substantiam diuinam. Et S. Hilar. lib. 11. de Trinit. ad finem, Deum ait esse plenæ, & perfectæ diuinitatis nomen. Et hæc est communis Patrum sententia.

S. Hilar.

Communis sent. Patrum.

Verum est quòd vt notat S. Gregor. Nazianz. hoc nomen videtur significare quandam habitudinem, quia coniungitur cum illis, quorum Deus dicitur; esse autem aliquorum, significat habitudinẽ. Vnde illud Exodi 7. *Constituit te Deum Pharaonis*, & S. Ambros. lib. 1. de fide, cap. 1. docet nomen esse naturæ, & nomen potestatis. Vel ergo dicendum est nomen esse æquiuocum, quod sine adiuncto significet naturam; cum habitudine verò coniunctum significet potestatem: vel dicendum nomen ipsum naturæ posse cum habitudine quadam intelligi; vt prophetæ dicuntur homines Dei, cum homo sit nomẽ naturæ absque vlla habitudine, sed homo Dei dicitur, scilicèt homo qui est Dei. Ita dicitur Deus noster, Deus qui est noster, nobis scilicèt prouidens, & nos gubernans. Et ita S. Thom. 1ar. 7. docet nomen Dei secundum etymologiam cum habitudine dici, quia dicitur à prouidendo; sed in significando non esse illi habitudinem. Nomen autem, *Iehouà*, vt S. Gregor. scitè obseruat disiunctum est ab omni habitudine. Quare hac etiam causa congruentius nomen est naturæ: tum quia institutum est ad significandum solum Deum verum; nomen autem, Deus, significat etiam deos falsos, vt dicemus: tum quia est deductum etymologiâ abesse, non autem à prouidendo, vt nomẽ Deus.

2. Explicatur ex *S. Naz.* Idem nomen coniunctũ cũ habitudine significat potestatem. *Exod. 7.* *S. Ambr.* Vnde vel est æquiuocũ nomen, sc. naturæ, & potestatis, vel est nomẽ naturæ intellectũ cum habitudine.

S. Thom.

S. Gregor. Nomẽ *Iehouà* est disiunctum ab habitudine quare aptũ nomẽ est naturæ. Ratio 1.

Ratio 2.

Adhùc aduertendum est quòd omnipotens est nomen proprium Dei quod est solius Dei, non quod explicet quod quid est Deus, quod nullum nomen explicare potest, vt dicemus p. capitis 2: sed propter relationem additam, quia est potentia ad omnia; posse autem omnia proprium est Dei; sed non est nomen naturæ, quia non est impositum ad significandam Deitatem, sed potentiam Dei.

3. Aduert. Omnipotens est nomẽ propriũ solius Dei propter additã relationem ad omnia. Non est nomen naturæ, sed potentiæ.

tatis. Non dissimiliter dicendum est de nominibus decem, quæ S. Hieron. enumerat epist. 136. ad Marcellum, videlicèt Eloim, Sædaim, Adonai, & alijs. Nã hæc nomina non videntur esse propria naturæ, cum iustitiam aut fortitudinem, aut simile aliquid significent, sicut nomẽ Dominus quod 70. solent substituere loco nominis, *Iehouà*, quod est nomẽ naturæ ineffabile: Dominus autem nomen est commune. Videntur ergo nomina ita per antonomiaticam vsurpationem Deo tribui; sed non esse naturæ diuinæ nomina, vt Iehouà.

Idẽ de nominibus 10. apud *S. Hieron.*

Dominus, nomen est commune, sed 70. substituitur loco *Iehouà*.

Hęc nomina Deo tributa 3. modo. vide n. 1.

PARS SECVNDA.

Nullum nomen declarat quid est Deus.

1. Pro tit. pro fund. *S. Thom.* *S. Dionys.*

CIrca ordinem doctrinæ aduertendum est quòd S. Thom. q. 13. initiũ disputandi facit ab ista quęstione, vtrùm aliquod nomen significet, aut declaret quid est Deus: fecit enim & S. Dionys. eam quæstionem primam, quòd incassũ videamur differere de diuinis nominibus, siquidem nullum est nomen quod significet, quid est Deus. Quod autem S. Dionys. quasi fundamentum posuit à nonnullis Theologis labefactatur, & vocatur res certa in periculũ. Idcircò præmisimus differendo ea, quæ disputationi huic necessaria visa sunt.

2. Contra tit. *Scot.* Hebræi de *Iehouà.* *Burg.* Moderatio quoad beatos *Vasquez.*

Ioan. Scot. in 1. d. 22. q. vnica arbitratur posse institui nomen ad significandum quid est Deus; sicut Hebræi aiunt nomen tetragramaton ad hoc esse inuẽtum, quibus auctor est Paulus Burg. d. 9. sentent. cap. 12. Quidam verò sic moderantur Scoti sententiã, vt affirment hæc nomina nobis nõ posse significare quid est Deus; sed id benè significare beatis intuentibus, quid Deus est. *Aiunt* enim significationis vim non esse ponderandam instituto nominis, sed vsu: hoc est, non esse attendendum, quo conceptu quis imposuerit nomen, sed quem conceptum quis habeat audito nomine. Et cum beatis audito nomine Deus, aut *Iehouà*, significamus Deum ab illis clarè visum, significamus illis quid est Deus: & nomen istud significat quid est Deus, non ex instituto hominum ignorantium quid est, sed secundum vsum beatorum hoc ipsum quid est intuentium.

Fund. Non esse attendendum ad imponentis, sed ad audiẽtis conceptũ, & vsum.

At ve-

3. Pro titulo 1. præmissa. 1. Eius pars. Deus in hac vita non potest cognosci clarè prout est. Lib. 1. cap 12. 2. Pars. Imò nec obscurè, quid est.

At verò vt totam istam sententiam confutemus, verum pronunciatum statuamus, quod Scotus quidem nõ negat meritò, & plerique Theologi comprobant, sc. Deum in vita mortali non posse clarè intelligi prout est, quod tractauimus lib. 1. Aliàs si Deitatis naturã perspicuè intelligeremus, nihil vetaret nominibus sic cognitam declarare. Postmodùm descernendum quoque est, neq; obscurè nos perspicere posse quid est Deus: nam clarè quidem perspicere, licet beatis: obscurè verò percipere quid est Deus, impossibile est, vt statim elucidabimus.

4. Declaratio. Duplex cognitio quidditatiua, alia simplex, quæ est per species proprias; alia complexa, de qua n. 7.

Dicitur autem cognitio quidditatiua, aliter simplex, & aliter complexa; simplex cognitio quidditatiua est per species proprias: species enim, quæ est similitudo naturalis rei, si sit propria non accepta ex alia, manifestè exprimit id ipsum quod res est.

5. De 1. cognitione, Aduert. 1. Intellectus noster vel vtitur specie intelligibili vna ad plura; vel ex vna deducit aliam speciem. Exemplum deductionis in sensatione mõtis aurei.

Aduertendum enim est intellectum nostrum solitum vti specie intelligibili impressa duobus modis, vel enim per ipsam est in actu primo ad intelligendum ea omnia, quæ in specie intelligibili continentur; est enim vna & eadem species intelligibilis principiũ ad multa; vel etiam deducit intellectus ab vna specie aliam speciem qua possit ad ea, quæ magis distant, extendi. Nam & in potentia sensitiua, quæ imaginatiua dicitur, ab speciebus sensuum ducitur noua species, vt à montis specie, & ab specie auri depromitur vna species simplex montis aurei; quod S. Thom. docet 1. p. q. 12. ar. 9. ad 2. Cum ergo Deũ intelligamus per similitudinẽ rerũ creatarũ, eos conceptus quibus mentẽ informamus, aut ducimus ab speciebus rerum creatarum, aut certè ab ipsis speciebus impressis creaturarum vi intellectus agẽtis depromimus species alias impressas cõmuniores à quibus ducamus conceptus Deitatis, qui sunt expressæ similitudines. Vel etiam potest accidere, vt absque speciebus communioribus impressis, ex ipsis conceptibus creaturarum, conceptus Deitatis proprios deriuemus. Nam & S. Thom. non loquitur apertè de speciebus impressis, sed de rerum similitudinibus, quo nomine, & species impressas significamus, & nonnunquam ipsos conceptus expressos. Et affirmat idẽ Doctor Sanctus Paulum ex

S. Thom.

Vel ex conceptibus creaturarũ deducit cõceptus proprios Deitatis.

Idem.

visione diuinæ essentiæ qua videbat res aliquas creatas, potuisse formare cõceptum earũdem rerum: quòd si ex visione rei alicuius potest duci cõceptus aliquis posterior; ita & à cõcepto vno, alius poterit oriri; sive ergo hoc fiat deducendo vnũ conceptũ ab alio, quod videtur probabilius, siquidẽ conceptus est perfecta similitudo, à qua alia similitudo rei alterius deducatur; sive abvna specie impressa depromatur alia, à qua tandẽ deducamus conceptũ rei, sanè hoc modo accidit rem vnam intelligere per aliam.

Hoc 3. modo probabilius est Deũ per similitudines rerũ creatarũ à nobis intelligi. Ratio.

Prætereà aduertendũ est, quòd cũ cõceptum ducimus ab alio conceptu, vel vnam speciem impressam ab alia; neque conceptus, neque species ducta ab alia priori specie, explicat quid res est. Et ratio est, quoniã id quod cognoscitur per aliud, non cognoscitur prout in se est: quare conceptus simplex non est quidditatius, nisi eius rei cuius propria species in intellectu est, vt anteà proponebamus. Quare ille cõceptus ab alio ductus si explicetur, necesse est quòd per id explicetur à quo ductus est. Et idcircò res sensibilis dicitur obiectũ adæquatũ intellectus; quia per speciẽ propriã intelligitur, & potest nobis innotescere quid res est; non per cõceptus aliorũ, sed per cõceptus proprios ab speciebus rerum sensibiliũ primò statim ductis. Substãtia verò sensibilis etsi medijs accidentibus sensu notis intellectũ nostrũ informet, tamẽ quia species intelligibiles deriuãtur ab ipsa substãtia sensibili, nõ cognoscitur per novas species, sed per easdem. Et idcircò potest cognosci qđquid est ea substãtia, scil. quidditatiuo cõceptu simplici; & ita cognoscimus res sẽsu notissimas; *A*ngelos autẽ nequaquã, neq; Deũ.

6. Aduert. 2. probans 1. partẽ. Nec conceptus, nec species abaliaducta explicat quid res est. Ratio. Quod cognoscitur per aliud non cognoscitur prout in se est.

Res sensibilis dicitur obiect. adæquatum intellectus. Ratio.

Alia est cognitio quidditatiua non simplex, sed complexa, quæ pertinet ad iudicium intellectus, & per enunciationem verã declaratur, vt quòd homo sit animal rationale; nam etsi rationalis anima, & ipsa differentia rationalis, non sit per se intelligibilis à nobis; scilicèt per cõceptus ductos immediatè ab speciebus rerum sensibilium impressis; ita vt iste conceptus simplex animæ rationalis non sit quidditatiuus, vt explicatũ est; tamen per quemcunque conceptum res explicetur, ipsa quidditas hominis innotescit, dum dico esse animal rationale; & hæ dicuntur definitiones quid-

Species intelligibiles substantiæ sensibilis ab ipsa deriuantur.

7. De 2. cognitione, quæ pertinet ad iudiciũ, & declaratur p̃ enunciationẽ.

Anima, & ipsa differentia rationalis nõ est per se intelligibilis à nobis, nec eius cõceptus simplex est quidditatiuus: tamen quidditas hominis innotescit definitione quidditatiua.

Angeli nó sũt definibiles ànobis secundum speciem: secundũ genus maximè.

ditatiuæ. His tamen non possumus definire speciẽ angelicam, quia vltimę differentię nos latent; genus autẽ ipsum definimus quòd sit substantia incorporea intellectualis, quæ definitio quidditatiua est. Deum autem nullo modo definimus, quia est extra omne genus, & extra omnem conceptum, ita vt id quod Deus est prorsus ignoremus. Quòd auẽ Deum nõ possimus definire omnes cõsentiũt; cum definitio sit quidam terminus rei cognitæ; natura autem Deitatis incomprehensibilis.

Deus nullo modo definitur.

Hoc, sc. 1. pars probatur.

Definitio est terminus rei cognitæ.

8.

2. partis probatio.

Sed aliquid amplius meditãdum est, scilicèt quòd nihil de Deo cogitemus propriũ, cuius quod quid est vel obscurè percipiamus. Nam angelicam naturã reponimus in genere substantiæ, cui debitum est esse, quæ est accidentibus subiecta. Intellectum angelicum in genere qualitatis, & in specie subalterna potẽtiæ. De Deo autem quod quid sit, nihil persentimus, nam etsi hoc nomẽ, Deus, significat diuinam naturam, quod statim explicabimus: ea tamen natura si à nobis declaretur, vel declarabitur per cõmunia vt quòd sit sapiens, iustus, &c. vel per excessum, vt quòd sit supersapiens, & superbonus, in quibus indicatur relatio excessus; vel per negationes, vt quòd sit infinitus, immutabilis; vel per relationes causæ, vt quòd sit creator, & omnipotens; sed quid sit in Deo potentia ad omnia, quę dicitur omnipotentia, aut quid sit voluntas creandi, non innotescit. Sola enim communia de Deo nouimus, aut negationes, aut relationes: addimus enim potentiæ relationem ad omnia, & intelligimus omnipotentiam. Proprio autem nomine quid sit Deus, nullo indicamus. Nullã ergo nobis est Dei notitia quidditatiua, neque simplex neque complexa. Itaque solæ negationes quædam, & relationes rationis sunt propriæ soli Deo, vt nomine potentiæ creatricis, relatio ad creandum est propria soli Deo. Et in omnipotentia, relatio ad omnia est propria soli Deo; sed potentia est quid commune: & similiter superbonus addit relationẽ excessus ad bonum; bonum autem est commune. Sed nihil vsquam significatur proprium Deitatis, quod sit ipsa Deitas.

Sola communia de Deo nouimus, & negationes, aut relationes rationis Deo proprias.

Nulla nobis est de Deo notitia quidditatiua simplex, vel complexa.

9.

Colligitur 2. pars. Ratio.

Ex quibus colligimus nullam esse vel obscuram notitiam Deitatis, explicantem quid est Deus. Nam simplex cognitio quidditatiua Deitatis, quæ est per propriam similitudinem, si qua est, clarissima est, vt in beatis visio. Cognitio autem complexa nulla est etiam obscura, quæ sit propria Deitatis definitio; neque enim Deus potest definiri per aliquid quod sit Dei proprium; sed per communia, vel negationes, vel relationes, vt diximus. Ergo neque vel obscurè possumus intelligere quid sit Deus, sed sola intuitione aperta quid sit innotescit. Et hoc idẽ probat S. Th. q. 12. ar. 12.

Cognitio quidditatiua simplex, quæ est per propriam speciẽ, est clarissima.

Definitio nulla est per aliquid Dei proprium, vt n. 8.

Propter hoc existimant nonnulli omnia nomina diuina esse connotatiua, quia non significant Deum vt est in se, sed per creaturas. Neque verò connotatiua nomina intelligunt qualia Dialectici, quæ significant formam, & connotant subiectum in quo est forma: neque enim hoc modo diuina omnia nomina connotatiua sunt Dialecticis, cum abstracta non sint connotatiua, sed absoluta; & nomen Deus, absolutum etiam sit ea ratione, quæ à Dialecticis obseruatur. Sed vocant connotatiua nomina diuina, & connotatiuos conceptus, eò quòd connotent, siue indicent habitudinem ad creaturas, sine qua inquiunt non posse intelligi diuina. Hoc autem est etiam falsum. Nam diuina nomina quæ sunt nobis communia, quædam attribuuntur Deo sine habitudine ad res creatas, vt ens, substantia, sapientia, quod Sanctus Thomas obseruauit art. 11. ad 3. Nomen etiam, Deus, licèt secundum etymologiam respiciat creaturas, tamen significando non indicat illum respectum, siue habitudinem, vt cum eodem Doctore Sancto docuimus. Explicamus autem conceptus quos de Deo habemus, non per solam habitudinem, sed quosdam etiam per negationes infiniti, immutabilis, & alias, vt dictum est. Quamobrem non solùm ipsi conceptus simplices Dei non connotãt creaturas, sed neque per ordinem ad creaturas explicantur; negatio enim remouet creaturas, non connotat: per negationes autem explicantur diuina nomina, vt suprà, infinita, increata substantia.

1. Illatio quorundam.

Omnia nomina diuina esse connotatiua, id est, indicantia habitudinem ad creaturas.

S. Thom.

10.

Improbatur.

Ens, substãtia sapientia, &c. non indicant eam habitudinem.

S. Thom.

Nomẽ, Deus, respicit creaturas secundum etymologiam, non secundũ significationẽ.

Negatio remouet creaturas, non cõnotat.

11.

2. Illationis 1. dictum:

Quidditatiua Dei à nobis nõ potest intelligi vno conceptu, &c. id hactenus nullũ nomẽ insti-

Hinc ortum habuit alius error quorundam opinantium, quidditatem Dei non posse intelligi vno conceptu, sed multis. Et existimant hac in re cõstitutã esse quæstionis difficultatem; quia nullũ nomen

Declaratur.

nomen hactenùs institutum sit,quod sig A
nificet quidditatẽ diuinam simplici cõ-
ceptu. Et quidem nomina cõmunia,nisi
aliquid illis adijciatur,non sunt propria
Deitatis;nam sapientia,& bonitas, non
significant Deitatem, nisi addamus in-
creatam sapientiam, infinitam bonita-
tem,& similia:nomen verò,Deus, signi-
ficat quidditatẽ diuinam,vt aiunt, duo-
bus conceptibus, aut pluribus;significat
enim, vel primum ens,vel increatã sub-
stantiam, vel aliquid huiusmodi, prout B
audientibus intelligẽdo occurrit. Quòd
si nomen datâ operâ,& ex consilio insti-
tuatur ad significandum ipsam quiddi-
tatem,quæ est infinita, non significando
infinitam, illud affirmant futurum esse
nomen, quod ex Ioannis Scoti placito
amplius significet, quàm quod concep-
tu indicatur, vt posteà dicemus. Ratio
autem opinandi est, quòd cum de Deo
non habeamus proprium conceptum,
credunt necesse esse illum intelligamus
duobus conceptibus copulatis,vt in ex-
emplis proponunt. Nomen autem (in-
quiunt) posse institui ad significandum C
ipsam Deitatẽ vno conceptu, etsi is cõ-
ceptus vnus nequeat à nobis obtineri.

2. Dictum: Posse ad id instituinomen, etsi is conceptus vnus obtineri nequeat.

Ratio 1.dicti.

12.

Hæc sententia continet plura, quæ
apertissimè falsa sunt.Primum quòd no
men possit significare id cuius apud nos
nõ est conceptus:de qua re iã iam disputaturi sumus. Illud etiã falsum est quòd
Deitatis non possimus habere vnũ con-
ceptum simplicem;neque est verosimile
audito nomine Dei, quosdam formare
conceptum substantiæ increatæ, quosdã
entis primi, vel alios aliter, ita vt idem D
nomen pertineat ad plures conceptus
quasi incidentes casu quodam; conse-
quitur enim vt nullus istorum concep-
tuum sit proprius conceptus nominis
Dei; & ita nomen, Deus, nullum apud
nos habebit conceptum certum; sed
vagum & fortuitum; quare neque quip-
piam determinatè significabit; sed sup-
ponetur pluribus conceptibus coniun-
ctis,siue complexis, vt exemplis osten-
ditur, scilicèt substantiæ increatæ, entis
primi, & alijs: quare nomen erit æqui-
uocum non vnius conceptus,sed pluriũ:
quid autẽ prohibet illud ipsum ens siue
rem illam,quę tot conceptibus explica-
tur, quæ est Deus beatissimus, vno sim-
plici cõceptu Deitatis intelligi? Dicẽdũ
igitur est non solùm posse institui nomẽ
ad significandam illam naturã simplicẽ,
cui hæc omnia conueniunt; sed id factũ
ab initio fuisse, vt nomen,Deus,simplici
conceptu significet naturam ipsam di-
uinam,quam posteà multis conceptibus
explicamus. Imò singula nomina attri-
butorum, quæ significant aliquid com-
mune,possunt conceptu proprio ad sig-
nificandum Deum coarctari, si ita ex-
pediret; sicut verbum quod est cõmune
verbo creato,& diuino, multoties acci-
pitur pro diuino Verbo vno conceptu
simplici;Pater similiter,& processio sim
plicibus cõceptibus accipitur pro rebus
diuinis; & possumus indere nomẽ quod
significet non communem sapientiam,
sed solam diuinam conceptu simplici;&
sic de alijs si ita opus esset. Et probatur
ratione, nam hæc analoga vnius cõcep-
tus prædicãtur essentialiter de suis ana-
logatis,scilicèt quibus est quędam ratio
cõmunis. *At* verò in ijs quibus est prædicatũ essentiale,vno conceptu simplici
intelligimus id quod est cõmune, & alio
conceptu simplici id quod est propriũ.
Quod etiam maximè persuademus no-
bis,siquidèm etiã in parte sensibili ima-
ginante, ex monte, & auro cõficitur vna
imago montis aurei;ergo id quoq; euenire necesse est in quibuscunque analo-
gatis vnius conceptus,vt vno conceptu
intelligatur vnumquodque analogatũ,
sicut vno conceptu intelligitur id quod
est illis commune. Itaque familiare est
nostræ facultati intelligendi, vt aduer-
tens plura conuenire eidem rei, de re
eadem determinatè formemus concep-
tum vnum confusum, ita vt etiam ru-
des homines postquam Dei notionem
animo hauserunt pluribus conceptibus
elucidatam, audito nomine Dei, vnum
conceptum simplicem Deitatis produ-
cant. Et hoc est vniuersim verum,quòd
nomen & conceptus nominis sunt sig-
nificatione adæquata quasi synonima;
sicut enim gladius, & ensis idem signifi-
cat formaliter, ita nomen & conceptus
idem significant, & eodem modo; quã-
uis aliud sit sensibile signum, aliud quasi
intelligibile, quod est forma expressa
intelligendi.

De facto nomẽ,Deus,simplici conceptu significat Deitatem.

Imò communia nomina attributorũ possunt singulacõceptu proprio coarctari adsignificandũ Deũ

Exempl.Verbi,Patris,processionis,&c.

Ratio.

In analogatis vnius conceptus, sicut vno cõceptu intelligimus id qđ est commune, ita & id quod est proprium, seu vnũquodque analogatũ

Exemplum de vna imagine montis aurei in imaginatiua.

Mos est nostri intellectus de pluribus, quæ aduertit cõuenire, determinatè formare conceptũ vnũ confusum.

Nomen &conceptus nominis idem significant adæquatè, quasi synonima, & eodẽ modo: quãuis aliud sit sensibile signũ, aliud quasi intelligibile.

Decidimus igitur primam istam par- 13.
ticulam quæstionis, asserentes nomen
Dei non declarare etiam obscuro con-
ceptu quod quid est Deus. Nam etsi vno
conceptu significet nomen istud quiddi-

1.Præmissa decisio.

Ratio.

Etsi nomẽ,Deus, vno cõcep-

tu significet quidditatē diuinam, non tamen significat quid est Deus etiam obscuro conceptu, aliàs per conceptus distinctos exponi posset.

14.
Æquiuocatio tollitur.

Per nomen quidditatis explicatur in actu signato quidditas sc. resquę dicitur quidditas, sed non in actu exercito, quid sit illa quidditas.

Nomē rei cuiusque, propriam differ. rei indicat, saltem obscuro cōceptu: nomē Deus non ita.

Ita *Scot.*

15.
De 2. prę missa.

Scotus ait posse institui nomen ad significandum id cuius non sit conceptus.

2. Præmissa id negat cum *S. Thom.*

Probatio.

Nomina significant res significando conceptus earum.

Respons.

Vasq.

Refellitur 1. ex *Arist.*

tatem diuinam; tamen quia nullo conceptu explicare possumus quasi definiendo quid sit illa quidditas, ideò nomē istud non declarat quid est Deus etiam obscurè. Illud enim obscuro conceptu dicitur per nomen aliquid significari, quod per conceptus distinctos potest exponi: sed quid sit Deus nullo conceptu explicito declaramus: ergo etiā neq; obscuro conceptu percipimus quid sit Deus.

Est autem æquiuocatio quędam in his verbis, quæ delusit istos Doctores. Nam quidditas est quod quid est res: nomen ergo quidditatis explicat quid res est. Hìc, inquam, delitet ambiguitas, siue amphibologia: explicatur enim per nomen hoc, quidditas, quasi in actu signato; scilicèt res quædā quæ dicitur quidditas: sed non explicatur in actu exercito, quid sit illa diuina quidditas. Et vt dicam clariùs nomen rei cuiusque indicat rei differentiam propriam, saltem obscuro conceptu; nomen autem Deus, nihil proprium solius Dei indicat, quia nihil proprium solius Dei nouimus. Et ita quidem existimauit Scotus cum cæteris, scilicèt nobis non declarari isto nomine quid est Deus.

Credit tamen Scotus posse institui nomen ad significandum id quod nobis nō declaratur, ita vt illud propriū quod res est, quod intelligere non licet, liceat nominare; & quòd intellectu amplior fermo sit, & significatio nominis excedat intelligentiam. Hoc fieri verò non posse commonstrauerat S. Thom. 1. p. q. 13. ar. 1. 2. & 3. quia nomina significāt res significando, hoc est, declarando, ipsos conceptus, quorum sunt notæ; ergo impossibile est esse nomē rei, cuius non est conceptus: quia nomē per ipsum cōceptum significat rem. Occurrunt quidā Scoto patrocinantes: explicant enim nomina esse signa conceptuum, hoc est, rerū quæ dicuntur conceptus obiectiui. Aristot. autem apertissimè pronunciauit initio lib. periherm. nomina esse notas earum passionum, siue affectionum, quæ sunt in anima: quæ autem sunt in anima nō sunt res cognitæ, sed similitudines, quibus res cognoscimus. Sed neq; ea interpretatio discordans ab omniū sensu, opinionem quid iuuat, aut tuetur: nam ipsa res significata est obiecta conceptui, & intelligentiæ; signum enim alicui significat: si ergo alicuius rei nulla nobis est cognitio, aut conceptus, nullū etiam signum est, neque nomen.

Refellitur 2. Res per nomē significata est obiecta conceptui.

Rei, cuius non est cognitio, nō est signū, nec nomen.

16.
Pro *Scoto* 1. interpret. *Molin.*

Declarant igitur opinionem istā alij duobus assertis. Alterum est, nullum nomen à nobis institutum ita posse significare aliquid ignotum, vt audito nomine id quod est ignotum intelligamus; nam si ignotum est, non intelligitur; non ergo ita significatur nomine, vt nomine illo audito intelligatur id quod est ignotū, hoc enim impossibile est. Assertum alterum est, posse à nobis institui nomina ad significādum id ipsum quod ignoramus, quia scimus illud esse, sed quid sit nescimus: & ita nomen aliquod posse significare Deum, vt est, & quid est Deus, licèt id significatū à nobis nō possit percipi.

1. Assertum. Nullum à nobis nomen institui ad significādū ignotū, itavt audito nomine intelligamus ignotū.

2. Assertum. Posse à nobis institui nomē ad significādū id quod ignotum est, nō qd sit, sed quid sit.

17.
1. Asserti improbatio 1.

Hæc tamen omnia falsa sunt, & cōmentitia. Primum, quia nomen non potest significare, nisi id quod nominis cōceptu indicatur; est enim nomen subiectū conceptui, & conceptus nomini respondet. Præterea, quia ipsa institutio nominis per conceptum aliquem fit; est enim signum rationis quod à ratione instituitur; quare hoc ipsū significat quod erat in mente instituentis: nam etsi hæc institutio sit ad libitum, & pendeat à voluntate humana, id tamen quod voluntas vult significare, priùs in intellectu est apprehensum, & illud est significatum nominis: & idem conceptus instituentis est communis apud omnes, nomine iam instituto; quia vsurpatur nomen institutum in eadem significatione, aliàs si mutat significationem, alia iam institutio nominis est. Quid ergo magis potuit dici fictitium, quàm vt nomen significet id quod intellectu non deprehenditur; nam & hoc nomen, inuestigabile, vt significat id quod vestigari non potest, significat tamen hoc ipsum aliquo conceptu, & ille est proprius conceptus nominis, cui nomen ipsum in significando subest; necesse est ergo vt cuicunque nomini succedat cōceptus in mente; nullum ergo nomen significat id quod conceptu non deprehendimus.

Improbatio 1. Institutio nominis fit per conceptum.

Idem conceptus instituentis est communis apud omnes.

Etiam hoc nomen, inuestigabile, in significando subest alicui conceptui.

18.
2. Asserti confutatio 1.

Illa verò interpretatio valdè futilis est, & nullius momenti, vt imponamus nomen ad significādum id quod scimus esse, & ignoramus quid sit. Hoc enim non solùm possibile esse, sed factum & vsitatum aimus: quia nomen, Deus, significat

De facto nomen, Deus, id significat, sed non explicat quid est, imò explicat id qđ quid sit nõ explicatur, vtnec intelligitur.

19. Confutatio 2. ex n. 13.

mificat id quod scimus esse, & ignoramus quid sit. Sed nomen impositum ad significandum hoc occultum, non explicat quid res est. Imò explicat id quod quid sit, non explicatur; sicut neq; quod quid sit, intelligitur.

Profectò ne verum diffitear hi Doctores in re clarissima patiuntur cæcitatem: verum enim est quòd sicut lapis significat naturam lapideam, siue illam definire nouerimus, siue quid est lapis ignoremus: ita nomen, Deus, significat naturam diuinam, & quidditatem quæ est ipsa natura diuina, vt explanauimus, & hoc palàm docet S. Thomas artic. 8. scilicèt quòd Deus sit nomen proprium naturæ; sed non exprimit hoc nomen quid est Deus, quia non habemus Deitatis conceptum indicantem quid res est, vt Ioannes Scotus, & alij confitentur; quare falsum est quòd vllum nomen significet id quod non intelligimus; sed ita potiùs significat prout intelligimus: quæ est ratio Sancti Thomæ firmissima.

Nomen Deus, significat quiddam Dei. *S. Thom.*

Nõ exprimit quid est Deus.

20. Confutatio 3.

Quòd si intelligant nomen significare aliquid occultum, ita vt illius nominis nullum habeamus conceptum, & audito nomine nihil cogitemus: neminem credo ita fuisse otiosum, vt rei non intelligendæ nomen inderet, imò rei à se non intellectæ, neque ab alijs intelligendæ. Quòd si institutio illa sit authentica, quæ constet apud omnes, nihil significabit nomen illud, nisi hoc ipsum, quod etiam tum omnes intelligent, scilicèt rem non intellectam, neque intelligendam. Impossibile enim est quòd nomen significet, nisi id ipsum, quod homines intelligunt, audito nomine.

Si quod nomẽ inderetur rei non intellectę nec intelligẽdæ, illam tantùm significaret.

21. Effugium.

Quòd si contendas nomen non fuisse impositum ad significandam rem illam isto conceptu, sed alio distincto, quem auctor nominis non habet. Respondemus, eam non esse veram institutionem nominis, quæ est moralis, ciuilis, & prudens: sed est quoddam stultum placitum, vt nullus vteretur nomine illo, nisi quodam conceptu, quem non possumus habere: & esset nomen sine vsu; imò neque esset nomen, neque signum; quia non esset aptum significare aliquid; cum significatio ipsa esset occulta; significatio enim cum conceptu coniuncta est. Impossibile igitur est institui nomen publica & ciuili institutione, & quòd sit aptum significare, nisi per conceptum instituentis nomen, & vsurpantium illud, explicat rem significatam. Cum ergo non intelligamus quid sit Deus, neque nomen potest imponi quod significet quid est Deus.

Diluitur.

Vera institutio est prudẽs, non stultum placitum, &c.

Nomen sine vsu neque esset nomen, neque signum.

Alteram viam alij quæsierunt defendendi, vel potiùs variandi opinionem Scoti, scilicèt quòd nomen, Deus, declarat quid est Deus non nobis, sed beatis; nos enim cum eis colloqui, & eos percipere orationes nostras, & cum Deum nominamus, habere eos notionem propriam Deitatis, quam intuemur; sed hæc quoque sententia falsa est. Primùm, quia nomina sunt instituta ad humanum conuictum, non vt beatis rem aliquam significemus, sed vt nostros aperiamus conceptus. Præterea beati non vtuntur nostris nominibus, quia illa non audiunt, vt ijs auditis ducantur in cognitionem rerum significatarum, sed duntaxat norunt quid ab eis petamus, Deo reuelãte. Nomina autem hoc modo significant dum prolata audiuntur, aut scripta leguntur: ergo beatis nihil significant: quod est palmarium argumentum. Præterea conceptus nominis est idem apud omnes, aliàs erit nomen duorum conceptuum: sed apud nos nomen, Deus, non significat quid est Deus: ergo neque beatis id significat. Explicatur argumentum: nam conceptus sapientiæ, & conceptus Dei apud nos sunt diuersi: & propter conceptus diuersos sunt quoque nomina discreta: sed multò longiùs distat cognitio clara Dei à conceptu Dei obscuro, quem nos habemus, quàm conceptus sapientiæ, & Deitatis apud nos: ergo sicut isti conceptus discernunt nomina, ita & illi nomina variant. Quare si beatis volumus significare Deum, non vt nos intelligimus, sed vt illi intuentur, alio nomine vtendum nobis erit, quod instituamus ad colloquendum cum beatis: sicut Plato dicebat suam esse Dialecticam Dijs, quam mortales non intelligerent, vt refert Clemens Alexandr. Stromat. libro primo. Et confirmatur, quoniam institutio nominum est authentica, scilicèt auctoritate publica, vel reipub. cõsuetudine: quare significatio, quæ ipsa reipub. institutione cõstat, nota est apud omnes. Ergo nomẽ significat id quod vsurpãtibus nomẽ aptũ est.

22. 2. Interpret. titulo opposita. *Vasq. vt* n. 2.

Nomẽ, Deus, declarare quid est Deus, non nobis, sed Beatis.

Improbatur 1. Nomina instituta sunt ad conuictum humanum.

Improbatur 2. Beati non vtũtur nostris nominib. nec eis aliquid significant.

Improbatur 3. Conceptus nominis est idẽ apud omnes.

Explicatur.

Nomina sunt diuersa propter conceptus diuersos.

Si Beatis Deũ significarem, vt illi intuentur, alio nomine vtendũ esset. *Plato apud Clem. Alex.*

Confirm. Institutio nominum est authentica.

4 Improbatio fūd. de quo n. 2

In significatione nominis potiùs ad conceptum loquentis quàm audientis attendum est.

Postremò illud falsum esse commõstramus quòd in significatione nominis attendendum sit potiùs ad conceptũ audiẽtis, quàm loquẽtis. Nominibus enim vtimur, ad explicandos conceptus, & propalandos illos: & ipsa institutio est quædam concors voluntas multorum saltem interpretatiua vt aimus, qua volunt homines declarare suos conceptus illo nomine: ergo etsi cum beatis loquamur, non volumus nominibus nostris significare Deum vt illi intuentur, sed vt nos nouimus nostros aperientes cõceptus. Illud quoque consequitur ex ista A noua opinione, vt cum Deo loquentes significemus Deum non solùm quidditatiuè, sed comprehensiuè: siquidem significatio vocis æstimãda est ex conceptu audientis: Deus autem qui nos audit, se ipsum comprehendit; ergo hoc nomẽ, Deus, declarat Deo se ipsum comprehensiuè: est autem non firma responsio, quòd nomina nostra nihil Deo significant, eò quòd nomina aperiunt conceptus occultos, qui Deo non sunt occulti. Nam & Christo Domino per species inditas scientiæ infusæ nota erant corda sermocinantium cum illo, & tamen nomina significabant illi conceptus hominum notos. Hoc enim est per accidens quòd conceptus alicui sit notus, vt conceptum declaremus nostro modo per nomina sensibilia. Confutatur autem adhùc opinio cõtraria, quia neque beati inter se nominibus vtuntur, quibus significent quid est Deus, quod iam comprobauimus.

Confirm. Sequitur nomen, Deus, declarare Deo se ipsum cõprehensiuè.

Respons.

Infirmatur.

Improbatur 5. ex sequentib.

23.

Dub. An nomẽ, Deus, hominibus beatis colloquentibus significet quid est Deus?

Resp. *Ferra.* affirmat, sed medio Verbo tantùm.

S. Thom. Improbatur.

Verbum non est mediũ intelligendi beatis, &c. vt lib. 2 c. 14. p. 3. n. 2. & 3.

S. Thom.

Vltima disputatio est vtrùm post finem mundi hominibus beatis inter se D colloquentibus hoc nomen, Deus, significabit quid est Deus? Franc. Ferrarien. lib. 1. contra gent. cap. 31. affirmantem partem sequitur; sed addit hoc nomen tum significaturum esse quid est Deus non medio conceptu humano, sed per Verbum in quo beati Deum intuentur: eiusque sententiæ testatur auctorem. S. Thom. in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. quęstiuncul. 4. Hoc tamen est falsum; neque verò id docuit, aut indicauit S. Doctor: falsum quidem est, quia significatio exercetur in ipso intelligente, cui nomen aliquid significat; Verbum autem diuinum non est medium intelligendi ipsis beatis; sed est duntaxàt obiectum intellectum, vt lib. 2. diximus; nec S. Tho. hoc somniauit eo loco, quẽ posteà enarrabimus. Sed nonnulla est quæstio vtrùm nomen Deus significet beatis quod quid est Dei per mediam visionem beatam?

Probatur tamen quòd nomen Deus etiam beatis nõ declaret quid est Deus per mediam visionem beatam. Nam significatio nominis accidit per quandam intellectus excitationem, vt ab vno ducatur in aliud: est enim nomen signum instrumentale quod est proprium vtentis ratione, & loquentis sermone sensibili: vnde angelis nomen non significat aliquid, quia non transeunt cogitando à signo ad signatum, sed simul intelligũt vtrumque. Sed beati qui propter lumen gloriæ naturaliter vident Deum, non excitantur ad videndum illud per aliquod signum memoratiuum: ergo nomen, Deus, etiam in beatis, non significat Deum per mediam visionem beatã, sed per alium conceptum, ad quem excitat ipsum nomen auditum: & hoc liquet ex definitione signi Augustiana, *quod præter speciem, quam ingerit sensibus, &c.* Præterea nomen suapte natura est propositionis pars: quare & conceptus, cui nomen subijcitur, est pars propositionis: necesse est igitur ipsos conceptus esse partitos more nostro intelligendi, vt ex illis in mente conficiamus propositiones: quales conceptus neq; Angelus habet; quia simplici quadam intelligentia multa percipit: ergo visio beata qua illi percipiunt quid est Deus, multo minùs est apta pars propositionis: ergo neque nomen est, aut loco nominis, quam scilicèt visionẽ nomen significet & declaret: nomen enim conceptum mẽtis declarat, vt diximus. Hoc ipsum probatur, quia hoc nomen, Deus, non est impositum ad significandum Deum, nisi humano quodam conceptu; neque multos habere potest conceptus, nisi æquiuocè, & nouata significatione: ergo saltem ea significatione, quam nunc habet, non potest significare quid est Deus.

Hanc verò nostram sentẽtiam quòd nec beati vtãtur nomine Deitatis quidditatiuo, firmamus doctrinâ S. Thom. eo ipso loco sententiarum, qui nobis enarrandus est, scilicèt in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. quæstiuncula 4. docet enim ibi esse oportere diuina nomina plura, si nomẽ imponitur ad significandam rem medio concep-

explicandus n. 26.

Difficultas, an media visione lata, &c.

24.

Resol. neg.

Probatur 1. Nomẽ est sign. instrumentale.

Angelis nomen non significat aliquid.

Ratio. Beati non excitantur ad videndum Deũ per aliquod signum memoratiuum.

Definitio signi ex *S. Aug.*

Probatur 2. Nomẽ est pars propositionis; conceptus ita, cui nomẽ subijcitur.

Angelus simplici intelligẽtia multa percipit.

Probatur 3. Nomen Deus est impositum ad significandum Deũ, non nisi humano conceptu: neque alios simul habere potest nisi æquiuocè.

25.

Probatur 4. ex *S. Thom.*

S. Thom.

Cóceptus etiã Beatorum de diuina natura plures ſunt. *S.Chryſoſt.*

conceptu: nam conceptus etiam beatorum de diuina natura plures ſunt;& hoc comprobat auctoritate S.Ioann.Chryſoſt. in elucidatione Pſalm. 148. dicentis, Angelos partitè collaudare Deum, alios bonitatem,alios maieſtatem; ergo diuerſis conceptibus beatorum neceſſe eſt diuerſa nomina ſubeſſe,ſiquidem nomen ſignificat rem medio conceptu. Ex quo argumento vlteriùs colligimus quòd ſicut Deitatis nullus eſt conceptus quidditatiuus, ita neque nomen cõnotatiuum: & cum ſint nomina plura partitè ſignificantia Deitatem,nullũ eſt quidditatiuum, quia vnum illud ſatis explicaret quod quid eſt Deus.

Corollar. Deitatis nullus eſt conceptus quiditatiuus,nec nomẽ connotatiuũ.

26. 1.Obiect. *Ferrar. ex S.Thom.*

B Verùm ex eodem loco obijcit Ferrar. quodS. Thom.docet,beatum videntem Deum poſſe nomen imponere Deitati à ſe viſæ: ergo illud nomen erit quidditatiuum,continens quicquid alijs nominibus ſignificatur,vt ibidem ait S.Doctor. Videtur tamen diſcernenda eſſe nominis ſignificatio duplex. Significat enim nomen rem aliquam, & conceptum loquentis. Impoſsibile eſt autem quòd nomen ſignificet quidditatiuè Deitatem medio conceptu, quia conceptus quem nomen ſenſibile excitat, in mente audientis, non eſt quidditatiuus, neque eſt viſio beata, vt comprobatum eſt. Ergo C ſecundum quod nomen ſignificat rem aliquam medio conceptu, non poteſt imponi nomen Deitati quidditatiuum. At verò prout nomen declarat conceptum loquentis,cum ſignificatio nominis ſit ad placitum, nihil prohibet quin nomen ſignificet Deum clarè viſum à beato, quo nomine audito intelligemus loquentem videre Deum, & illo nomine ſignificari nobis Deum clarè viſum. Et hoc voluit S. Thom. illis verbis notandis, quòd poteſt beatus videns eſſentiã diuinam imponere nomen illi rationi obiectæ,hoc eſt,illi obiecto ſuæ viſionis, D explicando viſionem ſuam illo nomine; ſed audiens nomen illud proprio conceptu nominis, quem conceptum nomẽ excitat in mente, non concipit quidditatiuè Deitatem: ſed intelligit Deitatẽ conceptu obſcuro; vel etiam conceptu reflexo intelligit beatum loquentem ſibi videre Deitatem clarè, & Deitatem clarè viſam ſibi indicare illo nomine. Et hoc eſt beatum vtcunque imponere nomen Deitati à ſe viſæ, explicantem

Reſponſ. Nomen, v. c. Deus, ſignificat duo, rem & conceptũ.

Non ſignificat quidditatiuè Deitate medio conceptu proprio nominis, ſeu quem nomẽ excitat.

A Beato prolatũ poteſt ſignificare Deum ab eo clarè viſum.

In audiente, conceptus per nomen excitatus erit obſcurus, vel reflexus.

Hoc eſt beatũ vtcunque imponere nomẽ illi rationi ob

A illo nomine viſionem ſuam: non tamen quòd proprius conceptus nominis,quo conceptu medio nomen ſignificat, ſit quidditatiuus; quare neque nomẽ quidditatiuum eſt. Cum igitur S.Thom. lib. 1.contra gent.cap.31. ait hoc promiſsũ eſſe beatis vt poſsint intelligere vno nomine quid eſt Deus, interpretandum eſt non proprio vſu nominis quaſi excitati à ſigno ad ſignificatum: ſed quia verè intuebũtur id quod hoc nomẽ,Deus, vſu proprio nominis ſcilicèt ſignificatione, & conceptu non poteſt declarare; vt ipſe S. Doctor dixerat in lib. 1. ſententiarum.

iectæ,ſc.Deitati à ſeviſæ,explicando viſionem ſuam.

2.Obiect.ex *S. Thom.*

Reſponſ. Beati verè intuentur id quod hoc nomen,Deus,vſu proprio nominis nódeclarat *Idem.*

27. 3.Obiect. ex *Zachar.vlt. S.Thom.*

Quòd ſi obijcias locum Zachariæ vltimo, *In illa die erit Deus vnus, & nomen eius vnum.* QuodS. Thom.explicat 1. contra gent. de die beatitudinis, in quo nomen Dei quidditatiuum notiſsimum erit. Interpretandum hoc eſt de diuina viſione, quæ dicitur nomen Dei, quia apertè declarat quid eſt Deus;ſicut illud *Apocal.* 2. *Et in calculo nomen nouum ſcriptum quod nemo nouit, niſi qui accipit*: quoniam enim viſio Dei eſt præmium iuſtorum, dicitur dari in calculo nomen,hoc eſt,viſio; calculis enim rationem ducimus;& ſupputamus;& ita ſcribi nomen in calculo eſt viſionem infundi, iuxta merita. *At* locus Zachariæ, ad literam nihil aliud ſignificat, quàm vnum Deum colendum eſſe, non in die beatorum,ſed temporibus Meſsiæ.

Reſponſ.

Apoc.2.

Calculo nomẽ nouũſcriptum eſt viſio iuxta merita.

Ad loc. *Zachar.* explicatio literalis.

Confirmatio.

28. 1. Præmiſſa confirmatur.

FVndamentũ illud opinionis noſtræ, quòd non intelligamus diuina per conceptum proprium, hoc eſt, quidditatiuum, videtur ipſe Plato poſuiſſe; nam vt refert *Porphyrius apud S.Cyril.* lib.1.contra Iulianum refert, exiſtimauit Deum non poſſe nominari, niſi à poſterioribus, ſcilicèt à rebus creatis: quæ ſententia indicat Deum non intelligi per conceptum proprium; & ideò non nominari niſi à creaturis; vnde oritur diuinorum contemplatio. Hoc ipſum clariùs commemorat Clem.Alex. adhortatione ad gent.& eandem ſententiam tribuit Platoni Nazianzen. orat. 2. vocans illum Theologum prophanorum. Et in eandem ſententiam dicitur libr. de cauſis, propoſit.6. cauſa prima ſuperior eſt nominatione.

Plato vt refert *Porphyr. apud Cyrill.*

Clem. Alex.

S. Naziãz.

Auct. lib. de cauſis.

29. 1. Cor. 13. Interpret. S. Auguſt. vt cap. 3. n. 13.

Poteſt deindè hoc ipſum confirmari ex illo Pauli, *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate*, iuxta interpretationem S. Auguſtini ante elucidatam; quia ſicut ſpecies rei ſenſibilis deducitur ad ſpeculum, & indè ad noſtrum aſpectum reflectitur; ita & ſpecies rerum diuinarum deducuntur ab ſpeciebus creatis quaſi ab ſpeculo. Confirmatur auctoritate S. Dionyſij cap. 1. de diuinis nominibus, vbi docet illam notitiam accipi à rebus creatis, & Deum nominari ab illis, vt ſæpiùs quoque S. Thomas docet. Et hoc idem ſignificat pulchrè S. Gregor. Nazianz. cum ait, *Ex ijs, quæ circa ipſum ſunt, ſcilicet ex operibus magis perfectis, quæ à Deo emanant, ipſum adumbrantes, obſcuram quandam, atque imbecillam, atque aliam ex alia ſpeciem colligimus.*

Confirm. S. Dionyſ. S. Thom. S. Naz.

30. 2. Præmiſſa confirmatur. S. Cyrill. S. Naziãz. Triſmegiſt. Plato.

Quòd verò nullum nomen ſignificet, niſi id quod intellectu capimus, poteſt etiam confirmari Patrum ſuffragijs. Nã S. Cyrill. libr. 1. contra Iulianum, & S. Gregor. Nazianz. orat. 2. de Theologia refert ſentẽtiam Hermetis Triſmegiſti, ſiue Platonis, *Deum intelligere difficile eſt, eloqui autẽ impoſſibile.* Plato enim in Timæo, quem Tullius de vniuer. traducit, *Inuenire* (inquit) *difficile, & cum inueneris indicare in vulgus nefas.* Et Platonem videtur dicere Nazianzenus Theologum prophanorum, vt in ſcholis explicatur. Verum eſt quod ipſe ſubijcit ibi, *Ego verò ita potiùs dicendum cẽſeo Dei naturam nullis quidem verbis explicari poſſe, animo autem atque intellectu comprehẽdi multo minùs poſſe. Nam quod quis fortè animo, & ratione complexus fuerit id quoque fortaſſe declarare ſermone queat.* Vtrumque impoſsibile dicit Deum intelligere, & nominare; ſed intelligere magis impoſsibile; non quia quod non intelligimus poſsimus nominare, ſed quia vt ipſe explicat non eſt difficile nominare, ſi tamẽ intelligamus. Quare perſpecta verborũ ſententia, nobiſcum planiſsimè Gregorius conſentit. Idem teſtatur S. Auguſt. Pſal. 85. *Quid quæris vt aſcendat in linguam, quod in cor non aſcendit.* Profectò hoc quærit Ioãnes Scotus, & eius ſectatores. Idem confirmat S. Proſper. ſentent. 61. *Verius* (inquit) *eſt Deus quàm cogitatur, & verius cogitatur quam dicitur.* Ergo fieri non poteſt, vt quidditatiuè ſignificetur, qui ita cogitari non poteſt. Sanctus quoque Hilarius lib. 2. de Trinitat. *Deficit ergo in nuncupatione confeſsio, & quicquid illuc ſermonum aptabitur, Deum vt eſt, quantusque eſt, non loquetur: perfecta ſcientia eſt ſic Deũ ſcire vt licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem ſcias; credendus eſt, intelligendus eſt, adorandus eſt, & his officijs eloquendus eſt.* Quibus verbis non obſcurè affirmat meliùs nos diuina intelligere, quàm nominibus nuncupare, aut eloqui. Et iterùm. *Extra ſignificationẽ ſermonis eſt, extra ſenſus intentionem.* Et iterùm, *Verborum ſignificantiam rei ipſius natura conſumit.* Et iterùm, *Naturæ ſermo ſuccũbit; rem vt eſt, verba non explicant.* Et Georgius Piſida in ſuo pomate pulchrè dixit, *Omnium ambitu docemus hanc quæ non capitur eſſentiam*: verborum enim ambitus opus eſt, vbi non ſunt nomina propria. Et S. Gregorius Papa lib. 10. Moral. cap. 4. & 5. teſtatur de Deo nos balbutiendo loqui.

S. Hilar. Idem. Idem. Idem. Piſida. S. Greg. Papa.

31. Concl. vtinã tit. confirmatur. Auct. lib. de cauſis. Prouerb. 30. Pſalm. 64. S. Dionyſ.

Præcipuum verò pronunciatũ quòd nullum nomen aut clarè, aut diſtinctè contineat quid Deus eſt, confirmatur Philoſophorum ſententijs. Nam lib. de cauſis dicitur prima cauſa eſſe ſupra omne nomen; & eadem fuit ſententia Triſmegiſti, & Platonis, vt diximus. Deindè ad rem Theologam probatur ex ſacris literis. Id enim indicant verba illa, *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* & illa quoque, *Quod eſt nomen eius, aut nomen filij eius, ſi noſtis?* Vbi non ſolùm videtur indicari incomprehenſibilis natura, ſed quæ nullo nomine includatur. Et probari poteſt ex Pſal. *Te decet laus Deus in Sion*; iuxta aliam verſionem, *Tibi ſilet laus*: quia nullis verbis poteſt exprimi quid Deus ſit. Ea autem eſt cõſentiens Patrum doctrina. S. Dionyſius cap. 1. de diuinis nomin. hoc ipſum luculentiſsimè confirmat, *Quomodò* (inquit) *à nobis tractabitur ſermo de innominabili, & ſupernominabili Deitate*, ſcilicèt, quæ vocari non poteſt, & eſt ſupra omne nomen; & addit Deum increpaſſe Moyſem quòd quæreret nomen eius, *Quod*, inquit, *eſt collocatum ſupra omne nomen, quod nominatur, ſiue in iſto ſæculo ſiue in futuro.* Vbi videtur annuere noſtræ ſententiæ, quòd neque beati vtãtur nomine Deitatis, intelligentes vſu nominis

Idem. Annuit traditis n. 22. 23. & ẽet.

nominis quid res est. Nam nomen est subiectum conceptui definito, extra visionem, vt suprà notauimus. Et idem cõ
Idem. firmat cap. vlt. mysticæ Theologię. Sub-
S. Athan. scribunt S. Athanasius in epistolis Seleuciæ, & *Ariminí*, & in epistolis de decretis Nicænæ synodi, & S. Basilius lib. 1.
S. Basil. contra Eunomium, vbi affert illud, *Nomen meum non manifestaui eis*, tanquã
Clem. Alex. id quod auditus hominis non caperet.
S. Iustin. Clem. *Alex.* lib. 5. Stromat. S. Iustin. in expositione fidei, & Apologia 2. pro Christianis, Origenes lib. 6. contra Cel-
Origen. sum. S. verò Gregorius Nazianz. orat.
S. Nazianz. 1. Theolog. nó solùm Deum, sed incor-
aitetiã incor- porea non posse nominari affirmat, eò
porea non pos- quòd conceptu quidditatiuo nequeant
le à nobis no- à nobis comprehẽdi. Et orat. 4. *Et quã-*
minari, quia *do*, inquit, *solubili voce naturam illam*
conceptu quid *insolubilem, nec cum alijs communẽ ex-*
ditatiuo non *plicare poterant.* Vbi agit de nomine
comprehendũ ineffabili tetragramaton. Et pulchro e-
tur. quidèm exemplo; quia sicut totum mare nemo hausit, ita Dei naturam neque
Idem. mens vlla, neque vox complexa est. Cy-
Cyril. Hier. rillus Hierosolym. cathec. 6. Arnobius
Arnobius. lib. 8. contra gentes, S. Gregor. Nyssenus homil. 8. in ecclesiast. & lib. 6. ad Ma-
S. Nyssen. bium. S. Ioan. Damascenus libr. 1. fidei
S. Damasc. Orthod. cap. 4. & 12. S. Cyrillus lib. 7.
S. Cyrillus. Thesauri, cap. 2. & 3. Tertull. lib. 3. cõ-
Tertullian. tra Marcionẽ, S. Cyprianus lib. de Ido-
S. Cyprian. lorum vanitate, S. Hilar. lib. 2. de Trinit.
S. Hilar. eleganti ssimè, *Verborum* (inquit) *significantiam rei ipsius natura consumit, & contemplationem*, quia scilicèt natura rei excedit vim significationis, & obscuram mentis cogitationem exeedit id
Idem. quod non possumus apertè contemplari. Quod alijs verbis ibidem docet, *Extra significantiã sermonis est, extra sen-*
S. Augusti. *sus intentionem.* S. Augustin. lib. de doctrina Christiana, c. 6. eleganter inquit, *Ne ineffabilis quidem dicẽdus est Deus; quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur; & fit nescio quæ pugna verborum. Quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest; quæ pugna silentio cauẽda potiùs quàm voce pacanda est. Et tamen Deus cum de illo nihil dignè dici posit, admisit humanæ vocis obsequium, & verbis nostris in laude sua gaudere-*
Elucidatur. *mus voluit, nam indè est, quod & dicitur Deus.* Pugna hæc verborum quòd ineffabile non possit voce nominari; & tamen hac ipsa voce, ineffabilis, nominetur, per quandam hyperbolem ostendit, quàm sit Deus ineffabilis, ita vt hoc ipsum videatur non posse nos effari, Deũ esse ineffabilem. Similia diximus cap. 3. ex S. Dionysio, S. *Augustino*, & S. *Anselmo*, ac S. Gregorio Papa lib. 27. Moralium, cap. 26. & lib. 10. cap. 4. & 5. vbi ait quòd sicut Deum imperfectè cognoscimus, ita imperfectè quasi balbutiendo nominamus. Denique Ioan. Cyparioſit. decade 4. cap. 9. multas congerit Patrũ sententias, quibus hoc ipsum indicant Patres, nomen Dei significare naturam diuinam, sed non quid est Deus exprimere. Quibus sic statutis opposita sunt diluenda, vt est moris.

Deus ita ineffabilis, vt hoc ipsum videatur non posse nos effari Deũ esse ineffabilem.

Similia c. 3. n. 15. & lib. 1. c. 7. p. 1. n. 4.

S. Greg. Papa.

Ioan. Cypar.

CAPVT X.

Argumenta refelluntur.

I.

1. Arg. ab instantijs.

1. Instantia de substantia. Cognoscitẽ duobus conceptibus in sent. *Scot.*

ARgumenta Ioannis Scoti ita sunt debilia, vt non sit opus ea proponere vsitatâ formâ arguendi, arbitratur enim substantiam cognosci duplici cõceptu, scilicèt substantiæ, & accidentis; quia cognoscitur per accidentia, & tamen substantiæ nomen esse impositum ad significandam solam substantiam: ergo diuersa est impositio à significationis vsu. Illud autem assumptum falsum est, quòd substãtiam cognoscamus duobus conceptibus, quia aliud est causa cognitionis, aliud res cognita: quare etsi substantiam cognoscamus per accidentia, tanquam per causam; cognoscimus tamen substantiam postquam ad eius agnitionem venimus, vno & simplici conceptu; imò forsan quidditatiuo, vt suprà expositum, eò quòd species accidentium à substãtia per se ducantur. Deum verò etsi non cognoscamus conceptu quidditatiuo, intelligimus tamen simplici conceptu, vt explanatum est.

Resp. negans eã sent. Cognoscimus substantiã per accidentia tãquam per causam.

Cõceptus substantiæ vnus, imò forsãquid ditatiuus, vt cap. 1. p. 5. n. 3. & libr. 4. c. 44. p. 1.

2.

2. Instantia de equifero in sent. aliorum.

Asserunt nonnulli nomen aliud equiferi, quod significat equumferũ duobus cõceptibus; & tamen est nomẽ simplex; ergo aliud significat quam concipimus. Dicendum tamen est nomen istud non significare vnum, sed duo, scilicèt equũ ferum duobus conceptibus; quia licet voce tenus sit simplex, est tamen significatione coniunctum, siue complexum, vt aiunt Dialectici, vt & alia nomina compositæ figuræ; quare in significando nomen

1. Resp. Nomen equiferi significatione, & conceptu complexũ est, & sic de alijs cõpositæ figuræ.

2. Respons. nomen & cõceptus adæquata sunt. Præterea etsi numerus conceptuum, & nominum voce tenus non adęquetur, nunquam tamen accidit vt id quod non est in conceptu, declaretur nomine. Potest etiam dici, nomina hæc esse vnius conceptus; nam sicut conceptus hominis affectus nota distribuente aduertitur ad omnes homines, ita per hæc nomina compositæ figuræ aduertitur intellectus ad hos equos, vel ad illos, ad hos canes vel ad illos: nam & sua habent nomina simplicia canes venatorij, qui alij ad aliud genus venationis destinati sũt. His autem conceptibus simplicibus non intelligimus simul substantiã & accidens, sed intelligimus speciem quidèm animantis, scilicèt canis, aduertendo tamẽ conceptum ad hæc individua, & non ad illa, scilicèt ad hos canes, & non ad illos; est enim solertissima virtus intelligendi, & quæ facilè se coaptat operationi intelligibili.

3. Respons. Potest dici huiusmodi nomina esse vnius conceptus.

Exemplo declaratur.

At his conceptibus simplicibus non intelligitur substãtia, & accidẽs.

3.

2. Arg. ab exẽplis.

Secundum argumentum petitur ab exemplis. Nam ad significandos characteres ignotos, possumus nomina imponere: & vrbi nondum notæ potest imperator indere nomen: & cæcus potest instituere nomina de rebus, quæ sunt in aliorum prospectu, quas res cæcus institutor quodam conceptu obscuro, alij verò conceptu claro intelligunt, nomine eodem vtentes. Respondendum his est, imprimis hæc omnia accidere casu; quæ autem accidunt non considerantur in scientijs. Præterea hæc quidem significata esse nota in genere, etsi non sint nota in specie; quare nomina ista declarãt quid est res saltem in genere; de Deo autem nullum nomen explicat quid est, etiam in genere, cum Deus in genere nõ sit. Denique hæc nomina significata etsi non sunt nota possunt tamen innotescere saltem infusis speciebus à Deo; & ij conceptus rerum proprij seruient nomi num significationi. Nomen autem Deus nullo conceptu qui possit nomini coaptari, significat quid est Deus, vt commẽtati sumus. Deindè respondetur ad singula, quòd nomina characterum, quę nõ sunt nota, otiosa sunt, & hoc ipsum significant quod est notum; verbi gratia vnũ nomen significabit primum characterẽ, & aliud secundum: aliqua enim ratione, saltem ordine numeri, oportet esse nota, quæ nominibus significẽtur. *Accidit autem* casu ignorari characteres, quorum hæc sunt nomina. Deum autem quid sit ignorari necessarium est, vtentibus nomine & conceptu nominis. De nomine vrbis non notæ similia dicenda sunt: scilicèt quòd ante notitiam vrbis nomen significat vrbẽ non notam, sed non mutatur significatio postquã nota est vrbs: quia vterque conceptus obscurus, & distinctus vrbis est singularis, licèt alius sit abstractiuus, alius intuitiuus: hæc enim differentia conceptuum non variat nominis significationem, cum vterque cõceptus repræsentet idem eodem modo dialectico. Et idem dicẽdum est de characteribus: & hoc idem de cæco. Nam siue per sensum auditus, siue per aspectum, cõsequatur notitiam alicuius rei, eadem res intelligitur, & eodem modo dialectico, esto sit notitia abstractiua, aut intuitiua. Præterea hæc accidunt & necessaria non sunt, & vsus nominum est communis plerisque, aut saltem possibilis. Nominis verò Dei vsus nullus est, quo explicatur quid est Deus, ex notitia nominis ad rem significatã progressis.

Ad 2. similiter.

Conceptus abstractiuus, & intuitiuus eorũ plo non variat nominis significationẽ, quia vterque est singularis: cũ præsentet idẽ eodem modo dialectico.

Ad 3.

Idem de re intellecta superiùs percepta per auditum, siue per visum.

CAPVT XI.

Nomen, Deus, analogum est vt significat falsos Deos, & per similitudinem.

1.

QVæstio succedit de nomine Dei, vtrùm sit analogum quatenùs significat Deum verum & simul Deos non veros, sed falsos deos, aut per similitudinem.

2. Tituli 1. pars. Deus est analogum attrib. ad Deum verũ & deos per similit.

Ratio.

Ea autem analogia perspicua est qua hoc nomen significat Deum, & eos qui per similitudinem dicuntur dij; traduãum est enim nomen istud ad significãdum in rebus excellentiam quandam imitatricem Deitatis. Quarè S. Dionys. veram Deitatem vocat Hierarchicam, hoc est, Deitatem principalẽ, vt S. Thomas interpretatur. Tertullianus autem appellat Deum Deificum, qui scilicèt facit Deos. Et aduersus gentes, vnitatẽ Dei probat ex ipsa multitudine Deorũ: nam oportet vnum esse auctorem qui alios Deos faciat; & in Psalmis legitur, *Ego dixi dij estis*, & *Deus Deorum Dominus*, & Apostolus Petrus, *vt efficiamini diuinæ consortes naturæ*. Quod argumentum familiare est Patribus, & expressum à S. Leone serm. de natiuitate,

Hoc nomen trãslatũ est ad excellentes participatione, vel consortes Deitatis. *S. Dionys. S. Thom. Tertull.* *Psalm. 81. & 49.* *1. Petr. 1.* *S. Leo.*

Vt

Vt homines deos faceret factus homo. No men ergo, Deus, quadam translatione significat eos qui consortes sunt Deitatis, aut potestate excellunt; quæ est analogia attributionis. Et est ea analogia duorum conceptuũ quorum altero significatur Deus, altero ij qui solo nomine dicuntur dij propter similitudinem: & istud analogatum posterius definitur per illud primum, sicut diximus de nomine, sanum, quod analogatum posterius, scilicèt pomũ sanum, definitur per salutem, quæ est in animali. Similiter dij dicuntur qui Deum verum imitatione quadam & excellẽtia referunt. Nec hac in re dubium vllum occurrit.

Est analogia duorum conceptuum.

2. Analogatũ per 1. definitur Exempl. de sano.

3. De 1. p. 1. sent. *S. Thomæ.* Deus est analogum ad Deũ verum, & deos falsos. Contra eam difficultas.

Affirmat tamen S. Thom. 1. p. q. 13. art. 10. nomen istud esse analogum, vt complectatur Deum verũ & falsos deos. Quod satis est difficile intellectu. Nam idolatræ concipiunt etiam mente verũ Deum, vt S. Thom. docet, & omnes cõfitentur. Ideò enim idolatræ sunt, quia dijs qui non sunt attribuerunt veram Deitatem: vera autem Deitas vno conceptu apprehenditur apud omnes. Et hoc argumento quidam adducti sunt, vt dicerent nomen istud esse vniuocum, dum significat Deum verum & deos falsos contra sententiam S. Thomæ affirmantis esse nomen analogum.

Hinc 2. sent. esse vniuocũ.

4. 3. sent. *Vasq.* Idolatris esse vniuocum, Catholicis & philosophis analogum.

Alij rem istam solertiùs distinguunt, ad veritatem propiùs accedentes. Aiũt enim idolatris nomen istud esse vniuocum, quia eodem conceptu veri Dei omnes deos animo suo concipiunt; sed Catholicis, & philosophis esse nomen analogum, quod non eodem conceptu significat Deum, & idola; quia, inquiunt, idolatræ putant esse veros Deos, & intelligunt deos non vt existimatos, sed vt veros deos; periti autem sciunt falsos esse deos, & sola opinione deos.

5. 4. Sent. olim auctori, & vero similis. 1. pars. Idolatras non habere proprium conceptũ nominis Dei, sed eo conceptu quẽ habent, quod nomẽ est de eis vniuocũ. 2. Pars: Catholicos habere duos conceptus proprios,

Olim nobis persuasimus idolatras nõ habere proprium conceptum istius nominis, Deus; eò quòd habeant conceptum falsum, scilicèt Dei qui Deus non est. Nos verò nominis conceptus duos habere, alterum cum idolatris communem, scilicèt falsum; alterum verum: & istud de illo negantibus verum enunciari, quòd dij illi non sunt Deus: quare hoc nomẽ apud nos est analogum duorum conceptuum, qui sunt proprij conceptus nominis Dei, ex vera nominis institutione ducti. Idolatræ verò non habent proprium conceptum nominis; sed eo conceptu, quem habent, nomen, Deus, est illis vniuocum. Et hæc quidèm verisimilia sunt, & ex parte vera sunt.

Sèd sententia S. Thomæ etsi obscurioribus verbis tradita sit in solutionibus argumentorum, tamen enucleata facilis est, & perspicua.

Obseruandũ igitur est quòd conceptus conformatur rei cognitæ; quòd si ita res est, vt repræsentatur, est quædam veritas in conceptu ante iudicium mẽtis, quamuis propriè veritas intellectus in iudicando cernatur. Primum igitur cõstituendum est quid intelligamus nomine Dei. Nam si isto nomine intelligamus excellentiam quandam, quæ possit inueniri in rebus creatis: ea est analogia deorum qui per similitudinem dicuntur dij, & ea significatione verum erit dicere plures esse deos: si autem isto nomine intelligamus verum Deum adorandum prima adoratione, opificem mundi, & cum alijs attributis huiusmodi, quæ sunt solius Dei; hic conceptus apud omnes est idem, & est verus conceptus Dei; & id quod repræsentatur isto conceptu est primum analogatum nominis Dei: quarè affirmatio, & negatio debent esse circa idem, scilicèt circa conceptum eundem. Et conceptu isto nomen est vniuocum apud omnes. Quod si idolatra Deitatem sub isto eodem conceptu attribuat multis idolis; conceptus illi idolorum falsi sunt suo in genere, quia non conformantur rei; cum re vera non sint dij: conceptus igitur quibus apprehenduntur vt dij, sunt falsi conceptus: vt cũ à longe prospiciens quoddam animal concipio conceptu alterius, ille conceptus quo decipior, suo in genere falsus est, ea falsitate quæ in simplici conceptu potest reperiri.

1. falsum, 2. verum, & hac ratione esse eis analogũ duorũ conceptuũ.

6. Approbatur 1. sẽt. & enucleata facilis iudicatur.

Ex quibus colligo, quòd nomẽ, Deus, proprio conceptu Deitatis, non est cõmune vniuocũ pluribus idolis, etsi idolatra putet esse commune, quia illi conceptus multi non sunt proprij conceptus istius nominis, sed adulterini, & suppositi errore idolatræ.

7. Obseruand. Conceptus cõ formatur rei cognitæ.

At propriè veritas intellectus in iudicã do cernitur.

Si hoc nomine, Deus, intelligatur excellẽtia creata analogum est.

Si intelligatur Deus adorandus 1. adoratione opifex mũdi, &c. isto cõceptu est vniuocũ apud omnes.

Si sub isto eodem conceptu idolatræ Deitatẽ multis idolis attribuãt cõceptus illi idolorũ sunt falsi suo in genere, quia non conformantur rei.

Exemplũ in quo conceptus sunt falsi ea falsitate q̃ in simplici cõceptu potest reperiri.

Secundò colligitur quòd nomẽ, Deus, non significat illos conceptus idolatræ. Nam hoc nomen est institutum ad significandum verum Deum, etiam apud idolatras: idola autem non sunt veri Dij; ergo non significantur isto nomine, sed existiman-

8. 1. Corol. Deus proprio conceptu Deitatis non est vniuocum pluribus idolis. Ratio.

9. 2. Coroll. Nomẽ, Deus, non significat illos cõceptus idolatræ. Ratio.

Declaratur.
Idola non cõueniunt in cõceptu Deitatis, nec in re significata per conceptum.
In hoc confutatur 2.&3.sẽt. &4 quoad 1.p.

10.
Obiectio.
Ad respons. prænot.
Duplex conceptus in abstractione.
1. est abstractus, sc.nõ cogitãdo de hoc & illo.
Hic est idem in nobis & idolatris, sed non cõmunis pluribus dijs.
2.est reflexus in quo fit comparatio rei cognitæ cum illis àquibus abstrahitur, sed hic falsus est in idolatris.
Deus cõmunis nec verus Deus est, nec significatum est nominis, Deus.

11.
Respons.
Dij multi nõ cõueniunt in vno conceptu Dei vero, sed in vno falso, coq; reflexo.
Conceptus singulares plurium deorum, & communis reflexus Deitatis, vt ab eis abstractæ, sunt adulterini, vt n.7.9.10.
Proprius cõceptus nominis Deus, est vnus, & directus idolatris, & nobis cõis.

12.
Aduert.

existimantur ab idolatris deceptis significati. Explicemus rẽ ipsam: nam vniuocata sunt quæ conueniunt in conceptu, & in re significata per conceptum; sed idola non conueniunt in conceptu communi Deitatis, neque in re significata per conceptum: ergo non sunt vniuocata istius nominis. Et in hoc confutamus opinionem secundam, tertiam, & quartam quoad 1. partem asserẽtes hoc nomen, Deum, idolatris esse vniuocum ad significandos deos plures.

Quòd si obijcias à pluribus dijs cognitis, vt veris dijs, abstrahi posse cõceptum communem Dei veri. Respondendum est in abstractione intellectus duo inueniri: primum est conceptus abstractus, qui est conceptus alicuius rei non consideratis rebus alijs: secunda est cõparatio illius rei cognitæ cum illis quibus est communis, & à quibus abstracta erat. Primus conceptus abstractus quo cõsideratur Deus, non cogitãdo de hoc & illo Deo, est idem siue similis in nobis & idolatris; sed ille non est communis pluribus, vt illi putant. Secundus conceptus reflexus quo considerant Deitatem, siue Deum, vt quid commune, & abstractum à singularibus dijs; est falsus conceptus idolatrarum. Et ista abstractio reflexa qua aliquid consideratur vt abstractum à singularibus, potest quidẽ accidere in idolatris, sed falsa est: & Deus communis non est verus Deus, sed fictus: quare neque est significatum nominis Dei.

Dicendum igitur est deos multos nõ conuenire in vno conceptu Dei vero: qui est proprius cõceptus nominis Dei: sed posse conuenire in vno conceptu falso eoque reflexo, quo consideramus Deum vt communem: sed hoc non esse significatum nominis, neque proprium conceptum nominis, quo volumus significare verum Deum opificem mundi maximum & optimum. Omnes ergo ij conceptus supposititij sunt, & adulterini, tàm conceptus singulares plurium deorum, quàm cõceptus communis reflexus Deitatis, vt communis, & abstractæ à singularibus. Proprius autem conceptus nominis est vnus & directus tam idolatris, quàm nobis communis, quo consideratur Deus, nihil cogitando de hoc aut de illo deo.

Adhùc aduertendum est quòd istius nominis, Deus, est alius cõcepus secundus, quo cogitamus deos qui falsa opinione sunt dij: & hoc est secundum analogatum nominis, scilicèt Deus per hominum opinionem, sicut Deus per similitudinem. Et hæc sunt analogata attributionis, quæ definiuntur per primum analogatum, scilicèt per Deum verum: nam aliquis dicitur per similitudinem Deus, vel per opinionem Deus, vt docet S. Thomas in articulo. Qua ratione etiã idolatris hoc nomẽ est analogum. Nam & illi quos existimant falsos deos à sua religione extrusos, appellant hoc nomine analogo deos, scilicèt per opinionẽ deos.

Secundam igitur sententiam quàm maximè improbamus existimantiũ hoc nomen Deum esse vniuocum falsis dijs, & Deo vero: quæ enim vniuocata sunt, conueniunt in vna vera ratione communi, & ita essent plures dij: in tertia sententia non placet quòd idolatris putauerint hoc nomen, Deum, esse vniuocum ad significandos plures deos: cum enim concedant idolatras cõuenire nobiscum in conceptu Dei veri; aliàs non esset disputatio circa idem negantium, & affirmãtium idola esse verum Deum; impossibile est in conceptu Dei vero, conuenire deos plures: sed in solo conceptu falso conueniunt, vt explicatum est. In opinione quarta, quæ nobis nonnunquam placuit; illud cõfutamus, quòd conceptus idolorum falsi, sint analogata istius nominis, Deus. Illi enim conceptus adulterini sunt, & non proprij istius nominis, sed per errorem suppositi: neque ibi cernitur aliqua analogia: est autem conceptus istius nominis secundus abundè satis notus, quo apprehenditur analogatum secundum, scilicèt Deus per opinionem; in quo analogato manifesta est attributio ad verum Deũ: sicut homo pictus dicitur per attributionem ad hominem verum.

His constitutis euidentissimum est, quo pacto sit contradictio circa idem affirmante idolatra Iouem esse verum Deum: negante Philosopho Iouem esse verum Deum. Nam conceptu directo & proprio, idem significat nomen, Deus, idolatræ & nobis: Idolatra autem opinatur per errorem, quòd ille conceptus tribuendus sit Ioui, Philosophus refragatur.

uominis, Deus, 2. cõceptus, & 2. analogatu sunt dij in opinione hominum.

S. Thom.
Hoc modo etiam idolatris analogum et nomen, Deus.

13.
Infertur 1.sẽt. improbatio.

3.sẽt. improb.

4.sẽt. improb quoad 3.p.

Cõceptus idolorum adulterini, vt n.11. non sunt analogata istius nominis, Deus per opinionẽ est analogatũ 1. & in eo est attributio Deum verum.
Exempl.

14.
Ex hoc euidẽs contradictio inter idolatram affirmantẽ, & philosophum negantem esse Iouem Deum.
Ratio.

15. Arg. contra 1. fer.

Residuum est vt explicemus doctrinam S. Thomæ in responsione ad primum argumentum, quæ indiget cõmentario. Obiecerat enim argumento priori nomen Deum dici de idolo, & de vero, & ita videri vniuocum. Respondendum est in æquiuocis non considerari prædicationem, sed significationem. Intelligendum est, non considerari prædicationem in qua potest esse veritas, & falsitas. Nam nomen, Deus, eodem conceptu dicitur verè de vno, & falsò de multis; & ideò cum apud idolatras prædicatur de multis falsò, contradicitur à Catholicis verè, & est contradictio circa idem. Sicut siquis affirmaret imaginem pictam esse hominẽ, alius negaret esse hominem, homo quod est prædicatum, idem significat in affirmante, & negante, & tamen non prædicatur de eodem. Nullum ergo est argumẽtum: Prædicatur de multis, scilicèt verò aut falsò; ergo est vniuocum: quia non est attẽdenda in æquiuoco nomine prædicatio, sed significatio. Nam idẽ nomen, Deus, alio conceptu significat deos, qui dij nõ sunt, sed per opinionem dij; & nomen homo, alia significatione significat imaginem: & ideò sunt nomina analoga. Verum est quòd affirmari de multis verè, est proprium vniuocorum, aut saltẽ analogorum vnius conceptus, quæ sunt propinqua vniuocis. Sed doctrina S. Thomæ verior est & sincerior, quòd æquiuocatio non in prædicatione, sed in significatione perspicitur.

Resp. In æquiuocis cõsideratur significatio, non prædicatio, in qua esse potest veritas, & falsitas.

Deus, eodem conceptu, dicitur verè de vno, & falsò de multis.

Num. 12. & 13.

Affirmari verè de multis, est proprium vniuocorum, vel saltem analogorum vnius conceptus.

16. Dubium: An nomẽ Deo, apud cultores Deorum sit vniuocum? Pro set. affirm. 1. Argum. 2. Argum. Quod saltem sit analogũ vnius conceptus.

Sed quamuis compertũ sit apud nos, qui Deum verum nouimus, nomen hoc esse analogum, pluribus intelligentijs suppositum, quæritur vtrùm apud cultores Deorum sit nomen vniuocum? videtur enim eis vno conceptu hoc nomen plures Deos indicare. Quidam hoc eodem argumento impulsi, arbitrantur esse vniuocum. Et probatur quòd saltẽ sit vnius conceptus; quia alias non esset contradictio circa idem, cum idolatra affirmat Iouem Deum, negat Catholicus.

17. Resolut. S. Thom. ad 1. arg. Siue traducatur ad significandos excellẽtes viros, siue ad falsos deos, est analogum deorũ cocept.

Dicendum est cum S. Thoma art. 10. nomen hoc siue traducatur ad significãdos Deos, hoc est, excellentes viros, siue ad falsos deos referatur, nomen esse æquiuocum, siue analogum, vt sanũ, quod duobus conceptibus significat; est tamẽ discrimen, quia traductum ad significãdum Deitatis consortium ingignit verũ sensum in mente, iuxta illud, *Ego dixi dij estis*: dum verò falsis dijs attribuitur, falsam sententiam affert idolatris qui falsum nominis conceptum habent; nobis autem qui verum conceptum nominis habemus intelligẽtes deos fictitios, falsitatem non ingerit. Itaque cũ nomẽ Deus, significet haud dubiè verũ Deum; & in mẽte idolatræ significet etiam eos qui non sunt veri Dei, impossibile est nomen esse vniuocum: *Altero* autẽ conceptu nominis vero & principali est cõtradictio circa idem, dum idolatra affirmat idolum esse verum Deum, & repugnat Catholicus, vt anteà explicauimus.

1. Modo gignit, verum sensum in mente. *Psalm.* 81. 2. Modo gignit falsum in idolatris, non in nobis.

Ad 2. arg. vt n. 14.

18. Pro resolut. exempl. de luna apud rusticum.

Exemplum est apertissimum in rustico, qui speculatur lunam in fluuio, existimat esse lunas duas; nomẽ lunæ vtrãque significat æquiuocè & duobus conceptibus, alteram veram lunam, alterã falsam, & specie tenus apparentem.

19. Conceptus nominis est is qui nominis successit ex ipso instituto humano.

Perspicatiùs igitur attendendum est, quòd conceptus nominis non est is, quẽ quisque mente effinxit, siue verus, siue falsus; sed is qui nomini succedit ex ipso instituto humano; quare cum nomen, Deus, sit institutum ad significandum Deum verum, & non amiserit istam significationem; eundem enim volunt esse ethnici, licèt putent plures esse Deos veros, efficitur vt nomen etiam apud eos æquiuocum sit.

Nomen, Deus æquiuocũ etiã apud ethnicos

20. Ostẽditur hoc

Nam & ethnici volunt hoc nomine significare illud eos primum quod est prima causa, & excellentissima substantia, aut aliquid huiusmodi, quod est proprium Deitatis: & nomen, Deus, hac significatione, significat verum Deum, vt notat S. Thomas q. 13. art. 10. ad 5. Et simul volunt idolatræ significari hoc nomine plures Deos, qui verè non sunt dij; & ita dij falsi significantur alio diuerso conceptu, etsi idolatræ putent significari eos conceptu eodem: ergo etiam illi habent huius nominis diuersos conceptus. Clariùs etiam docuimus in mente idolatræ alium esse conceptum verum Dei, non abstractum, aut communem pluribus dijs, qui est verus conceptus Dei: & alium conceptum abstractum à pluribus dijs, illisq; communem, qui est falsus conceptus. Sicut rusticus habet verum conceptum lunæ, quam in cœlo aspicit, & falsum cõceptũ lunæ,

S. Thom.

In mente idolatræ, alius est conceptus verus Dei, nõ abstractus nec cõmunis plurib. dijs: alius falsus abstractus, & communis pluribus dijs.

Exempl. vt n. 18.

Idolatræ non credunt se habere lures cóceptus.

lunæ, cum illum facit communem duabus lunis, putans lunam apparentem esse lunam veram. Quare idolatræ quidèm credunt nomen Dei esse vniuocũ, & se habere conceptum vnum istius nominis repræsentantem deos veros plures: sed falluntur maximè; quia duos habent conceptus, alterum verum cum nomine Dei intelligunt excellentissimam substantiam, & causam primam nihil cogitando de dijs: & alterum conceptum falsum, cum nomine ipso Dei vt significat causam primam, intelligunt Deos plures conceptu communi, qui est falsus conceptus. Et apud fideles habet adhùc nomẽ istud alium conceptũ, quo intelligimus deos fictos putatos veros.

Apud fideles est adhuc alius conceptus, sc. de dijs fictis putatis veris.

Sed adhùc est opus distinctione; nam sicut suprà diximus quòd nomen, sanũ, significat omnia poma sana vno conceptu, & vt sic est vniuocum; ita nomen, Deus, significat omnes falsos deos vno conceptu, tam apud nos qui nouimus esse falsos, quàm apud idolatras qui opinantur veros: sed ponderata tota nominis significatione, vt hoc nomen institutum est ad significandum verum Deum, etiam apud idolatras est æquiuocum, cuius vterque conceptus nobis est notus, scilicèt vt intelligamus falsos deos vno conceptu; & altero verum Deum: idolatris verò notus est conceptus vnus falsus quo conueniunt falsi dij putati veri; & occultus est alter conceptus veri Dei.

21.
Deus, vt significat falsos deos, vno cõceptu omnes significat nobis & idolatris.

At ponderata tota significatione, est æquiuocum etiam idolatris.

Nobis vterq; conceptus nominis notus
Idolatris alter tantùm, sc. falsus.

CAPVT XII.

Nomen, Deus, non est singulare in consideratione dialectica, sed appellatiuum.

1.
Ratio dub. pro p. opposita.

EX dictis cap. præcedenti videtur consequi nomen Dei esse singulare, cum conceptus nominis proprius conueniat soli vero Deo: sed antequam versemus quæstionem non ita facilẽ, propter studiosos trademus breuem distributionem dialecticam nominũ diuinorũ.

Prænotandæ diuisiones nominũ diuinorum.

2.
Nominum cõmunium diuisiones ex regulis dialect. petendæ.

Imprimis nomina diuina, quæ rebus creatis communia sunt, communibus dialecticorum præscriptis continentur; & ad suas classes per dialecticas diuisiones sunt reuocanda.

3.
Propriorum 1. diuisio, in abstracta, & concreta;

De proprijs autẽ nominibus vt tractemus, ex dictis lib. 4. liquet quædam esse abstracta, quædam concreta; proprietas enim personarum vt paternitas, filiatio, nomina abstracta sunt, modum significandi habentia abstractorum; Pater autem & Filius nomina concreta sunt: Deus etiam nomen concretum, Deitas abstractum, cuius discrimine significationis Deus generat, Deitas non generat.

4.
2. Diuisio in connotatiua & absoluta.

Sunt etiã inter hęc nomina cõnotatiua, & absoluta, vt dialectici distribuunt. Qua in re vnum est aduertendum, quòd nomen Pater, vel Filius duobus modis sumitur; primo vt nomen personæ, & est nomen absolutũ, si dialecticè loquendũ sit, hoc est, non cõnotatiuum; quoniam cum nomen, Pater, significet diuinã personam, quatenùs est substãtia, vel hypostasis, eodem modo est nomen absolutũ, sicut Petrus: secundo accipitur vt nomẽ relationis significans formaliter solam relationem, & connotans suppositũ, siue personam cui conuenit relatio; ita vt nõ significet suppositum formaliter, sed relationẽ eius, quo pacto haud dubiè nomen connotatiuum est. Item ea omnia quæ non sunt nomina, sed verba, vt generare, procedere, & cætera omnia, cõnotatiua sunt; ea quippè est verbis insita significatio, eò quòd significant operationem, vel actum quasi formam hypostasis; nihil autem interest quòd operatio ipsa sit diuina substantia; quoniam in connotatiuis duntaxat attendimus modum significandi; nam & rationale quod est nomen connotatiuum, substãtiam significat.

1. Aduert. Nomen, Pater vel Filius vt nomen personæ absolutum est.

Vt nomen relationis, est cõnotatiuum, cõnotans personam, cui conuenit relatio.

Verba connotatiua sunt.

Ratio.

Est tamẽ aduertendũ, quòd licèt verba significent solum tempus præteritũ, aut futurum, non tamen idcircò falsò significant rebus æternis attributa; cum enim æternitas omne tempus complectatur, complectimur & nos æternitatẽ cogitatione collatã cũ omni tempore. Et ita verũ est dicere quòd Deus genuit & geniturus est, vt lib. 2. notauimus.

In connotatiuis modus solùm significandi attenditur.

Rationale est connotatiuum.

5.
2. Aduert. Verba licèt solum præteriti aut futuri temp. significent non falsò significãt rebus æternis attributa.

Ratio. Lib. 2. c. 59.

Denique etiam grammaticis est dandum discrimen, inter adiectiua, & substantiua; nam licèt adiectiua omnia sint connotatiua, non tamen omnia substantiua sunt absoluta; nam magister est nomen substantiuum, non tamen absolutum, sed connotatiuum, quia significat relationem vt formam adiacentem: & ita in diuinis nominibus nomina relatiua, vt Pater, sunt quidèm substantiua, non tamen absoluta, sed connotatiua.

6.
3. Diuisio adiectiua & substantiua.

Omnia adiectiua sunt connotatiua.

Non tamen omnia substantiua sunt absoluta vt magister.

Item relatiua in diuinis

At

Ad vsum nominum diuinorũ interest sitnè substantiuum, an adiectiuum.

At verò quòd nomen sit substantiuum, aut adiectiuum, plurimùm interest ad vsum nominum diuinorum; dicimus enim Patrem, & Filium esse vnum spiratorem, quia est nomen substantiuum; quamuis sit connotatiuum, neque enim est nomen subsistentis, sed solius relationis; quod quidem nomen connotatiuum est, sed quia substantiuum est, dicitur spirator vnus; duos autem spirantes dicimus, quia nomen est adiectiuum, vt posteà disputabimus.

Pater, & Filius vnus spirator, duo spirantes.

7.

4. Diuisio nominũ per communia, & singularia.

Post hæc expendenda est nominis distributio per communia, & singularia. Et quidèm certum est nomina attributorum esse communia, cum conueniant rebus creatis & diuinis vno conceptu; ea enim Dialecticus dicit communia, quæ non solo nomine, sed conceptu etiam & ratione significata communia sunt; nomina autem attributorùm analoga quidèm sunt, sed vnius conceptus, & idcircò non sunt à communibus reijcienda. Liquet etiam nomina personarum esse singularia, cum vnum tantummodò significent; nomen quippè personæ, quę est incommunicabilis, omninò singulare est.

Nomina attributorũ sunt communia, cũ vno conceptu conueniant diuinis, & creatis.

Sũt analoga, sed vnius conceptus.

Nomina personarum sunt singularia.

8.

Assertio, loquendo de re significata.

Difficultas igitur est in solo nomine Deus, vtrùm sit in consideratione dialectica singulare, an commune? Et quidèm si de re significata sit sermo, quoniam Deitas incommunicabilis est quoad numerum, ita vt vna sit Deitas, & non plures dij, aut Deitates; nomen, Deus, dicitur incommunicabile. Sapient. 14. *Incommunicabile nomen ligni, & lapidibus imposuerunt.* Et quia incommunicabile, singulare quoque dicitur, possumus rectè dicere nomen Dei singulare, si attendamus ad rem significatam per nomen: & ea quoque in re nonnulla est difficultas, quia Deitas esto non sit communis, vt plures sint Deitates, in vna ratione communi conuenientes; est tamen natura ipsa diuina communis tribus personis, de qua re posteà disputabimus.

Nomẽ, Deus, sit singulare, hoc est, incommunicabile.

Sapient. 14.

In hac assert. difficultas, de qua posteà.

9.

S. Thom. explicatur, vt cap. 11. n. 12. & 13.

Dub. de ipso nomine, Deus an sit singulare dialecticè.

Quod autem ait S. Thomas nomen Deum, communicabile esse multis, non secundum rem, sed secundum opinionem; intelligendum est communicabile esse voce tenus, non conceptu: sicut pomum est sanum nomine tenus; re autem ipsa non sanum est, sed sanitatis causa; & ita dij, per opinionem dij sunt, hoc est, non verè dij, sed nomine tenus dicuntur dij, eo quòd existimantur dij ab idolatris.

10.

1. sent. affirm.

Missa igitur æquiuocatione, siue analogia nominis: de nomine vt est vniuocum, & solius veri Dei nomen differendum est. Quòd si res hæc disputetur inter dialecticos, qui nomina distribuunt in singularia, & communia, quidam opinantur nomen Deum esse singulare; quia scilicèt de vno solo Deo prædicatur; ita enim nomen singulare definiunt, quod de vno solo dicitur. Verùm ea definitio non est nominis singularis; sed est potiùs definitio rei singularis; quæ vniuersali opposita est; in Deo autem neque singulare est propriè loquendo, neque vniuersale, vt diximus libro 4. Præterea nos nomina non distribuimus secundum res significatas, quæ prædicantur, sed propter modum significandi. Quare nomen singulare est quod ex modo significandi significat vnum tantùm; nomen autem commune est, quod ex modo significandi significat naturam communem. Attendenda est autem nominis institutio: nam etsi Deus sit vnus, & nullo modo possint intelligi dij plures vero conceptu, quo Catholici Deum intelligimus; tamen is verus conceptus Dei non exprimit ipsam vnitatem, siue singularitatem, vt ita dicam; neque nomen est inditum ad eam vnitatem significandam: quare non est dicendum nomen singulare in consideratione dialectica: & ostenditur hoc ipsum exẽplo. Nam istud nomen, hic homo, ex ista nota singulari indicat vnum tantùm; & nomen, Petrus, ex ipso nominis instituto significat hoc aliquid, scilicèt istum hominem; Phœbus etiam nomen est singulare, quod significat istum solem: sed sol naturam significat; quamuis enim vnus sit sol; tamen nomen, sol, non significat ipsam vnitatem, quam significat Phœbus; quia est nomen institutum ad significandum istum eundem solem.

Fund.

Huius fund. 1. Refutatio.

Definitio rei singularis, nõ nominis.

Lib. 4. cap. 36

2. Refutatio.

Nomina distribuũtur tãtùm secũdum modum significandi.

Definitiones singularis, & communis nominis.

Deus vnus est, & nullo modo verè intelligi potest vt plures, sed nomen ipsum non est inditum vt exprimat vnitatẽ ipsam, & singularitatem.

2. Sent. neg.

Declaratur exempl.

Sol non significat vnitatem, quam significat Phœbus, quod est singulare.

11.

Similiter ex *S. Thom.*

Quamobrem rectè dixit Sãctus Thomas nomen, Iehouà, esse forsan singulare; quia videtur à Deo allatum Moysi, ad significandum istum ipsum Deum, quem colimus. Et ita testatur Paulus Burgens. d. 9. Scrutinij, capite primo, receptum esse inter Hebræos, nomen istud ineffabile, esse nomen istius Dei; quare non potest traduci ad Deos alie-

Iehouà forsan est singulare.

Burgens. ait ita receptũ inter Hebræos.

Vndenõ potest traduci ad deos alienos.

Ad S. Tho. hoc docens 1.Comment.

nos. Docet autem hoc obscuris verbis Sanctus Thomas, ait enim quòd nomen, Deus, significat hoc aliquid, non ex parte suppositi, sed ex parte naturę: quod potest duplici commentario explicari, primo vt suppositum dicatur res quæpiam significata quasi materiale significatum nominis; & ita nomen, Deus, ex parte suppositi, scilicèt ex parte rei, quæ significatur, significat aliquid vnum & singulare; sed formaliter solam naturam significat. Secundus commentarius est, vt natura diuina ex parte suppositi intelligatur natura iam incommunicabilis, siue sit in vno supposito, siue in pluribus; hoc enim satis est vt significetur singularis.

Deus ex parte materialis significati, sc. suppositi significat aliquid singulare: sed formaliter solam naturam.

2.Cõment.

12.

Sed primus commentarius magis placet vt suppositum dicatur res ipsa pro qua nomen supponitur, quod dicimus materiale significatum; ea enim significatione vsurpabatur nomen suppositi ab antiquis doctoribus. Docet autem S. Thom. hoc nomine Dei non ita significari diuinam naturam cum ista scilicèt singularitate, sed fortè significatam sic fuisse nomine, Iehoua; & ideò illud nomen singulare existimandum, si hunc Deum singularem significabat ex proprio instituto.

1.Comment. præfertur.

Ratio.

Secùs fortè de Iehouà.

13.

Verùm consequens est vt istud nomen, Deus, siquidem non est singulare, sit commune. Sanctus Thomas appellatiuum nuncupat; quod autem grammaticis appellatiuum dicitur, est dialecticis commune: nihilominùs magis placet appellatiuum dicere cum Sancto Doctore, quam commune; appellatiuum enim est quo non indicatur singulare, sed natura ipsa, aut attributum personæ. Potest autem dici nomen commune secundum aliquid, scilicèt secundum modum significandi; ita vt licèt conceptus nominis non sit communis pluribus Dijs, tamen modus significandi is sit, qui solet esse in nominibus communibus; quia cum ipse conceptus non exprimat aliquid singulare, ex modo significandi communis est; ratio tamen formalis significata repugnat, vt de pluribus dicatur. Non potest, inquam, dici de pluribus vero conceptu directo, vt capite antecèdenti enarrauimus: quia non conueniunt multa in vero conceptu Deitatis directo: sed in conceptu reflexo, & falso, qualem

Conſect. quòd Deus sit commune.

S. Thom. appellatiuum dicit.

Sic meliùs quã commune.

Appellatiuũ quid?

Nomẽ, Deus, potest dici cõmune secundũ aliquid, id est, secundum modum significãdi.

Declaratur.

Non potest dici de pluribus vero conceptu directo, sed reflexo, & falso.

A possunt habere idolatræ, existimantes esse plures veros Deos.

Vt igitur nostram sententiam aperiamus dicimus, nomen hoc Deum, non esse singulare aut commune, præscriptis Dialecticorum conclusum: & magis numerandum esse inter communia propter modum significandi. Quòd non sit nomen singulare, probatum est. Et confirmatur, quia nominibus singularibus non addimus notam singularem: esset enim actum agere, & ineptire; non ergo dicimus hic Petrus, hic Ioannes; dicimus autem hunc Deum; B quarè nomen, Deus, singulare non est. Ex quibus etiam colligimus nomen individui vagi (vt vocant) ineptum esse Deitati: neque enim rectè dicimus quendam Deum; nam illa nota, quidam, significat ex pluribus quempiam, siue vnum designatum ex pluribus: atqui non sunt plures dij: neque diuina persona singulatim est quidam Deus; ob rationem eandem, quia non est ex pluribus Dijs vnus; quidam enim nota est partitionis. Idemque dicendum de *A*ngelis: Nam etiamsi haberemus nomina specierum Angelorum, nomen personæ esset singulare, vt Gabriel; C sed nomen naturæ specificæ non est singulare, quanuis ea natura non possit multiplicari in individuis, vt diximus. Sed neque est nomen hoc, Deus, simpliciter commune iuxta regulas dialecticas; cum non possit distribui, neque significet plura vno conceptu; sed duntaxat ex modo significandi est commune; quod non sufficit vt simpliciter sit commune, nisi sit etiam conceptu commune. Et quia Dialecticus maximè considerat modum significandi; videtur potiùs nomen hoc recensendum inter communia, quam inter singularia; ita enim significat Deum, D non significando eius vnitatem, vt si essent Dij plures, eodem nomine dicerentur. At verò nomen, hic Deus, ita significat vnum, vt etsi essent plures non hoc nomine significarentur. Et idcircò nomen, Iehoua, siquidèm institutum est ad significandum hunc verum Deum, quem colimus, absque dubio est singulare, vt Sanctus Thomas docet.

14. Assertio. Deus nec singulare est, nec communi dialectice.

Primum probatum est.

Confirm. Nominibus singularibus non additur non singularis.

Coroll. Nomen individui vagi ineptum Deitati.

Ratio. Nota, quidam, significat ex pluribus quidam.

Est nota partitionis.

Idẽ de Angelis. Etsi haberemus nomina specierum Angelorum, nomen personæ esset singulare, non verò nomen naturæ.

Secundum probatur 1.

Vt nomen sit communesim pliciter, nõ sufficit est modus significandi, sed quòd sit conceptu cõmune.

Magis inter cõmunia quã inter singularia recensetur nomẽ, Deus.

Ratio.

Iehouà absque dubio singulare est.

S. Thom.

15.

Ea verò, quæ capite antecedente decreuimus, nonnihil corroborant opi-

nionem

Probatur 2. ex dictis cap. præcedenti.

nionem istam. Nam conceptus Dei veri est idem idolatris & nobis: & tamen illum conceptum idolatræ attribuunt pluribus, per errorem quidem; sed possunt animo concipere deos plures; quia nomen, Deus, ex proprio conceptu nominis, non explicat ipsam singularitatem. Itaque plures Petros nec cogitare quidem possumus; plures autem deos cogitant idolatræ, licèt falsis conceptibus, vt docuimus.

Plures Petros nec cogitare possumus; sed plures deos cogitat idolatra.

CAPVT XIII.

Tres diuinæ personæ sunt vnius essentiæ, quod est ὁμοουσιον,

DE significatione nominum diuinorum hactenùs disputatum est, quæ significatio vsus quidam est nominum præcipuus. Altera igitur parte libri huius tractanda sunt ea quæ ex significatione nominum, vel ex ipso significandi modo consequentia sunt. Et quoniam diuina natura est singularis, hoc est indiuidua, & eadem communis communitate reali, quia reali processione communicatur; duæ quæstiones excitantur circa modum significandi, prima, vtrùm diuinæ personæ rectè dicantur esse vnius naturæ? secunda, vtrùm vna persona sit in alia? deindè trademus regulas nominum numeralium, vt vnitatem naturæ, & numerum personarum sine errore significemus. In his autem quæstionibus regulas etiam grammaticas versamus, sed non munere illo grammaticorum, vt faciamus congruam orationem: sed vt veritatem orationis indagemur, quod est munus Dialecticorum. Quare istæ regulæ sunt communes vtrisque, & grammaticis, & dialecticis, diuersa longè meditatione, vt diximus. Postmodùm de prædicatione nominum diuinorum, & de consequentijs iuxta præscripta dialectica vsque ad periodum libri disputabimus. Quæstionem verò istam inter Theologos, & Patres diuidimus.

Altera parte sequente huius libri quænam tractanda?

Pars prima: *In disputatione Theologa tres diuinæ personæ sunt vnius essentiæ.*

Pars secunda: *Patrum sententiæ ad eũdem sensum sunt reuocandæ.*

PRIMA PARS.

In disputatione Theologa tres diuinæ personæ sunt vnius essentiæ.

QVia communitas cuiusque naturæ cum vnitate aliqua coniuncta est, ex eo quòd aliqua natura est communis pluribus, est etiam in illis vna, aut vnitate reali, aut vnitate rationis; & personæ illæ dicuntur vnius naturæ, quibus est communis natura vna, vt Petrus, & Paulus sunt naturæ vnius specificæ: quarè etiam tres diuinæ personæ, quibus est communis natura diuina reali communitate, vt lib. 4. docuimus, rectè dicuntur esse vnius naturæ, quia natura communis illis, est etiam vna in illis. Hoc igitur ipsum erit hoc capite explicandum, quare dicantur vnius naturæ esse, quibus natura communis est: & interpretandum etiã nomen omousion, quod significat vnius essentiæ, p. cap. 2.

1. Prænot. Communitas naturæ coniũcta est cũ vnitate aliqua.

Personæ vnius naturæ dicuntur quibus est vna natura cõmunis. Lib. 4. c. 36.

Personæ diuinę dicũtur esse vnius naturæ.

Obseruandum igitur est, quòd cum communitas naturæ in Petro, & Paulo sit rationis, vnitas autem diuinæ naturæ in personis sit realis; quædam concedẽda sunt in diuinis, quæ in rebus creatis videntur falsa esse. Dicimus enim quòd Pater, & Filius sunt personæ vnius naturæ diuinæ; sed non dicimus Petrum, & Paulum esse personas vnius naturæ humanæ; videtur enim significari vnitas realis, dum vna natura cum personis cõiungitur; sed benè dicimus Petrum, & Paulum esse vnius naturæ, quia non videtur significari vnitas realis, sed quæuis vnitas; vel etiam dicimus Petrum, & Paulum esse personas vnius naturæ specificæ; vt explicetur vnitas specifica. Similiter dicimus maximè Patrem æternum, & Filium esse vnius essentiæ, non verò Petrum & Palum esse vnius essentiæ; & quia nomẽ naturæ significat principium, idcircò Petrus, & Paulus possũt dici vnius naturæ, vt vnius generis: & in dialectico vsu dicitur natura abstracta, & ita potest intelligi etiã quòd sint vni naturæ abstractæ, vnius autem essentiæ non solẽt dici indiuidua creata, sed personæ diuinæ sunt maximè vnius essẽtię. Et hoc dicimus ex mẽte S. Thom. q. 39. ar. 2. ad 3. vbi docet ea dici vnius essentiæ, quibus vnũ est esse; solæ ergo diuinæ personæ sunt vnius essẽtię, quia significatur vnitas realis, in qua vnum est esse.

2. Prænot. Quædã sunt solis personis diuinis concedenda ob vnitatem realem naturæ.

1. Solę diuinę dicuntur personæ vnius naturæ.

Creatæ dicuntur vnius naturę, vel personę vnius naturæ specificę.

2. iuxta titul. Solæ diuinæ dicũtur vnius essentię; licèt nõ solę vnius naturę.

Discriminis 1. Ratio. Natura significat principiũ

2. Ratio. Dicitur abstracta.

Confirm. ex *S. Thom.* Ea dicuntur vnius essentiæ, quibus vnum est esse.

3. Aduert. Casus gignēdi est possessiuus apud grammaticos.

Omne cum altero cōiunctū ad quod habet habitudinē, latè dicitur abeo possideri.

Exempla de aqua vasis, & vase aquæ.

Item de persona naturæ, & natura personæ.

Apud philosophos persona nullius est, seu à nullo habetur, vt lib. 4. c. 19. p. 4. n. 4.

Philosophi accipiunt habere propriè.

4. Apud grāmaticos etiam casus gignēdi sine addito positus indicat propriè possessionem.

Exempl. *S. Thom.* Vnde persona vnius nat. non denotat quod psona sit nat.

5. Apud grāmaticos attributa personæ ponūtur in casu gignendi; idq; aliquādo vna voce.

Exempl. Hoc modo, dicūtur personę diuinæ vnius essentiæ, vt explicetur, quam essentiam habeant, sc. vnā.

Ex S. Tho. Personæ diuinæ sunt vnius essentiæ, sednō vnius Dei.

Post hæc aduertendum est, quòd casus gignēdi apud grammaticos est possessiuus; quia indicat rem significatam per nomen illud in casu gignēdi aliquid possidere; vt cum dicitur gladius Gedeonis, hoc nomen, Gedeonis, in casu genitiuo declarat Gedeonem possidere gladium: possidere autem amplissima quadā significatione vsurpatur, vt quicquid cum altero cōiunctum est, ad quod habet quamuis habitudinem, dicatur ab eo possideri: quare dicitur aqua vasis, quia vas continet aquam; & dicitur vas aquæ, quia ipsum vas pertinet ad aquā, est enim vas nobis vsui, aquam continendo. Eodem modo Petrus est persona naturæ humanæ, quia continet illam, & sustinet, quasi pertinens ad naturam, & quasi fulcimentum naturæ; & ipsa natura est natura istius personæ, quia possidetur ab illa; philosophi tamen aiunt personam nullius esse, vt lib. 4. notauimus, significantes non esse aliud quod habeat personam; quia habere accipiūt propriè. Est igitur modus hic loquendi amplissimus apud grammaticos, apud Philosophos magis restrictus.

Sed tamen si rectè consideremus, sua quoque obseruatio est grammaticis in re ista; nam cum casus gignendi ponitur absolutè nullo addito, indicat propriè loquendo possessionem. Quia Plato non est libri, sed liber est Platonis. Neque persona est naturæ, sed natura est personæ, quia est quasi forma personæ, vt S. Thomas docet. Cum ergo dicitur persona vnius naturæ, aliud aliquid significatur, non quòd persona sit naturæ.

Est namque aliud grammatices præscriptum, vt ea quæ significant excellētia, vel aliquod attributum personæ, ponantur in casu gignendi, vt pertinētia ad personam. Quare Petrus non dicitur esse ingenij, benè tamen dicitur esse boni ingenij; & nonnunquam vna vox nullo addito significat attributum personæ, vt cum dicitur vir sanguinum. vir rixarum. Hac autem loquendi norma, Pater, & Filius sunt vnius essentiæ; quia explicatur quam essentiā habeant, scilicèt vnam essentiam; & eodem modo dicuntur esse infinitæ essentiæ, & incomprehensibilis essentiæ; quare etiam obseruat S. Thom. d. 34. q. 1. art. 2. ad 2. quòd diuinæ personæ sunt vnius essentiæ, sed non sunt vnius Dei: quia essentia significat per modum formæ, Deus autem per modum subsistentis. Et quidèm optimè dicuntur vnius essentiæ, potiùs quàm vnius naturæ, vt S. Doctor notat; quia illis non solùm principium agendi commune est, quod dicimus naturam; sed ipsa substantia Deitatis, quæ dicitur essentia, est illis communis. Est igitur elogium singulare diuinarum personarum, quòd sint & dicantur vnius essentiæ: personæ autem creatæ vnius naturæ dicuntur, sed non vnius essentię, vt docuimus. Ponitur etiam in casu gignendi nomen vniuocū quod habet vim duorum ex proprio idiotismo, vt vir sanguinum multi sanguinis effusor, vt notat S. Doctor eo loco solut. ad 4.

Ratio. Essentia significatur per modū formæ, Deus per modum subsistentis.

Personæ diuinæ *ex S. Th.* potiùs dicuntur vnius essentiæ quā vnius naturæ. Hoc est elogium singulare diuinarū personarum, vt infra & n. 2.

Sed tamen vnum argumentum occurrit refutandum: nam S. August. 7. de Trinit. cap. 6. negat diuinas personas esse ex vna natura, aut de vna natura, ne significetur distinctio inter personā, & naturam; sed casus gignendi indicat quandam habitudinem, quę est inter res distinctas; ergo neque concedendum est personas esse vnius naturæ. Respondet S. Thomas S. Augustinum rectè negare quòd personæ sint ex vna essentia, vel de vna essentia, quia istæ propositiones indicant causam efficientem, & materialem, quæ à suis effectis re ipsa distinguuntur; per casum autem gignendi indicari posse principium etiam formale, quod sine distinctione intelligitur, vt constat in Angelis, quorum forma est ipsa hypostasis.

6. Arg cōtra *ex S. Aug.* Diuinæ personæ non sunt, vel de vna natura.

Respon. *S. Thom.*

Per casum gignendi formale etiam principium non distinctum indicari potest, vt in angelis.

Hæc responsio difficultatem habet; tum quia omne principium reale, etiam formale, distinguitur re ipsa, ab eo quod est à principio: quare & in Angelis posuimus distinctionem aliquam hypostasis, & naturæ, libr. 4. tum quia auctore eodem S. Thoma, cum Filius dicitur gigni de substantia Patris, significatur formale principium; & tamen cum distinctione reali Patris, & Filij, aliàs non esset vera propositio quòd Filius de substantia Patris sit, aut gignatur.

7. Contra resp obiectio. 1. Omne principiū reale distinguitur re ipsa ab eo quod est à principio, vt lib. 4. c. 21. §. 4. Obiect. 1. *S. Thom.*

Dicendum igitur est principium formale esse quidem distinctum re ipsa abs re alia cuius est principium, si principiū reale sit, vt arguendo ostenditur. Nihilominùs dum hæc genera causarum ad Deum traducimus, generans quidem quod habet rationem principij efficientis, necesse est distingui re ipsa à genito;

8. Ad 1. obiect. Id verum esse si principium reale sit.

essentia

essentia autem diuina, quæ habet rationem principij formalis, nullo modo distinguitur à persona in qua est; & sicut dicim' quòd natura est in persona propter distinctionem rationis duntaxat; ita dicimus quòd personæ sint vnius naturæ, vel essentiæ, ad quod satis sit ipsa rationis distinctio inter personam, & essentiam. Et hoc modo refellit S. Doctor argumentum.

Distinctio rationis sufficit vt natura dicatur esse in persona, & persona esse vnius naturæ, & essentiæ.

9.

Essentia diuina non est verum principiũ formale reale; sed imitatur illud.

Generans est verum principium reale; nó verum efficiẽs, sed illud imitatur.

10.

Ad 2. obiect. S. Thom. declaratur.

Essentia diuina vt est potẽtia pass. realis, dicitur formale & reale principium, de quo Filius gignitur; sicut prout est pot. actiua generandi, est reale princip. generationis, quo, vt lib. 2. c. 24. p. 2. n. 5. Vbi non significatur origo, essentia nõ est principiũ formale reale, sed solùm formale cõstituẽs personã; quæ habitudo sine distinct. reali indicatur.

11.

Præpositiones de, ex, cum formale princip. reale significãt distinct. realẽ indicant.

Exemol. ex lib. 2. c. 62. p. 1. n. 21. lib. 1. c. 22 p. 4. S. Aug

Caueamus tamen, ne essentiam diuinam esse verum principium formale, & reale intelligamus, quia necesse esset aliquatenùs distingui à personis, sed imitatur principium formale; generans autem imitatur principium efficiens, sed ita vt sit verum principium reale, quamuis efficiens non sit: essentia verò non est verum principium reale diuinæ personæ.

Ad aliud autem obiectum respondetur, rectè dixisse S. Thomam in eo loco, formale principium exigere realem distinctionem, ibi enim accipit formale principium vt est principium de quo filius gignitur, quod est potentia passiua realis, & indicat realem distinctionem gignentis, & geniti, vt lib. 4. docuimus. Et ita potest dici reale principium; sicut enim potentia actiuè generandi, est reale principium generationis quasi actiuum; non quia ipsa distinguatur à genito, sed quia est principium quo, & quasi actiuum generantis; ad eundem sensum dicitur essentia diuina formale principium reale generationis, vt est realis potentia passiua, de qua Filius gignitur; non quòd essentia distinguatur à genito, sed quia est principium quasi formale, de quo genitum procedit; & idcircò vbi non significatur origo, essentia non est principium formale reale, sed est solum principiũ formale constituens personam, vt propria forma personæ; & sine distinctione reali indicatur ista habitudo, dum dicimus personas esse vnius essentiæ, quia vna essentia est forma illis personis communis.

Præpositiones autem de, vel ex, vt plurimùm significant aut materiam, aut efficiens; cum verò formale principium reale significant, distinctionem realem indicant, vt quòd Gabriel sit de natura angelica, quod lib. 4. obseruauimus. Et ideò S. *Augustinus* negauit personas esse de natura vna, ne significaretur realis distinctio inter personas, & naturam. Quod ex S. Thoma clariùs possumus accipere q. 41. ar. 3. ad 3. vbi ait, in ea enunciatione, Filius est de essentia Patris, aliquam relationẽ indicari, quæ facit distinctionem, quare concedenda sit: sed cum dicitur, tres personæ sunt de eadem essentia, nulla distinctio realis ab essentia indicatur: quare neganda est, cum præpositio distinctionem realem designet; & ibi respondebat ad idem argumentum ab S. *Augustino* acceptum. Hanc S. *Augustini* doctrinam non obseruauit Marius Victor. lib. 1. contra *Arium*, qui ex vna substantia tria dixit, hoc est, tres personas ex vna substantia: & lib. 2. de vna substantia tres subsistentias, scilicèt personas.

S. Thom.

Verè dicitur, Filius est de essentia Patris.

Ratio.

Falsò dicitur, Tres personæ sunt de eadem essentia.

Ratio.

Mar. Vict. falsò dixit, ex vna substantia tria, vel tres subsistentias.

SECVNDA PARS.

Sententiæ Patrum ad eundem sensum sunt reuocandæ.

NOmen ὁμοούσιον, fuisse refutatum à Concilio Arimin. testatur S. Athanas. in epistola de synodis Arimin. & Seleuciæ, & S. August. lib. 3. contra Maximum, cap. 14. & iterùm à Concilio Sirmiensi, vt narrat Pater Athanas. S. Epiphanius hæresi 73. Neque probatum est nomen à Patribus Antioch. Concilij, vt scribit S. Hilarius lib. de Synodis ad finẽ. Paulus enim Samosetanus, tres personas dixit tribus Deitatibus, quæ tamen propter similitudinem dicantur vnius essentiæ specificæ, & ad hoc idem significandum vtebatur nomine, ὁμοούσιον. Quod nomen damnato Samosetano, Patribus Antiochenæ synodi inuisum fuit: & priscis viris displicuisse affirmat S. Hilarius, & lib. 4. de Trinit. ait hæreticos hoc nomen, ὁμοούσιον, explicare, quòd idem sit Pater, & Filius cum Sabellio, & alias nominis prauas, hæreticasque explicationes ibidem recenset.

1.

Nomen ὁμοούσιον, refutatum est à Cõc. *Arim. S. Athan. S. Aug.* Item à *Conc. Sirm. S. Epiphan.* Item à *Conc. Antioch. S. Hilar.*

Ratio.

Error Samosetani ponẽstres Deitates vnius essentiæ specif.

Id significabat hoc nomine.

Idem.

Huius nominis explicatio Sabelliana.

Verùm quia p. cap. priori comprobatum est, perperam eos dici vnius essentiæ, qui sola specie, & vnitate rationis conueniunt; significari enim vnitatem realem cum absolutè dicitur vnius essentiæ; fit, vt exposita nominis significatione, quam inscitè vsitabat Samosetanus; idem nomen propria significatione & vsu philosophico sit hęresis antidotũ,

2.

Cõtra Samos. hoc nomẽ, priè significat naturã vnam vnitate realinõ specifica, sed in diuidua in diuinis personis,

quæ olim eo nomine declarabatur. Verè enim significat realem vnitatem non specificam, sed individuam vnius naturæ diuinæ in personis tribus. Ineptissimè autem Sabelliani Omousion dicebãt quasi vnam personam; cum nomen hoc non personam vnam, sed vsiam, hoc est naturam, siue essentiam vnam designet, simul cum quadam distinctione, vt statim exponemus.

Contra Sabell. hoc nomẽ significat nõ personam, sed vsiã hoc est, essentiam.

3.

1. Obseruand. Significatio Omousion, est aptissima Trinitati.

Est enim obseruatione dignum quòd aptissima est, nominis istius significatio beatissimę Trinitati. Nam quemadmodum omonima dicuntur res æquiuocæ, quæ differunt inter se, & in nomine significante conueniunt; ita vt omonima, & distincta, & coniuncta significet, scilicèt quæ ratione sunt distincta, nomine verò coniuncta; sic etiam omousion ita significat vnitatem essentiæ, quòd indicat simul distinctionem, scilicèt personarum; interpretaturque S. Ambros. Omousion, id est, cum vno aliud ipsum, libr. contra Arianos, cap. 7. ad finem. Quare coaptatum est nomen ad significandam vnitatem naturæ diuinæ; quæ est vna simul & communis tribus personis; validissimumque argumentum est ad vtramque hæresim refringendam, Sabellianam quę negat distinctionem personarum, & Arianam quæ negat vnitatem naturæ; Omousion enim & distinctionem, & vnitatem indicando, vnitatem quidèm essentiæ significat, distinctionem autẽ in personis insinuat. Quas ob causas meritò S. Athanasius in libr. de decretis Synodi Nyssenæ ait hæreticos hanc vnam vocem non potuisse ferre, qua vna tota illorum fraus eluditur: Quod autem omousion vtrumque significet, scilicèt vnitatem essentiæ cum aliqua distinctione, docent præter cæteros S. Epiphan. in *A*nchorato. & S. *A*mbros. lib. 3. de fide, cap. 7.

Hoc nomine refringitur vtraque hæresis Sabelliana, & Ariana.

S. Athan.

S. Epiphan.
S. Ambr.

4.

2. Obseru. ex *Genebr.* vniu. substãt. id est, equalis substantię: qđ magis explicat fidei sensũ.

Obseruat etiam Genebrard. Græci sermonis peritissimus ad SchegKium, fol. 165. Curusion significare etiã vnius substãtiæ; sed Omousiõ, significare equalis substantiæ, quod magis explicat fidei Catholicæ rationem, & sensum. Nam illud, eiusdem substantiæ, non tollit confusionem personarũ: æqualis verò substantia indicat distinctionem earum simul cum vnitate: vt modò dicebamus. Quare S. Epiphan. hæresi 73. Trinitatẽ noluit dicere vnitatem, sed similitudinẽ

S. Epiphan.

siue æqualitatem, ne videretur Trinitatem ipsam cum vnitate confundere: æqualitas verò vel similitudo, cum sit inter plures, distinguit Trinitatem: & testatur Syros dicere suo idiomate Patrem, & Filium essentiæ paris, quod in idem recidit, & antiquos solitos vertere nomen Omousion, æqualitatem substãtiæ. Vide S. Epiphan. hęresi 74. & 79. & S. *A*ugust. lib 4. contra Maximum, cap. 10. Ioan. Maxent. in sua professione catholica Christum dicit secundum humanitatem nobis omousion: quod si concedendum est, non significat nomẽ istud identitatem realem substantiæ, sed specificã: qua specifica vnitate sumus eiusdem cum Christo naturæ. Et ita nomen hoc non refellit hæresim Sabellianam ponentem plures diuinas naturas: cum tamen Patres affirment *A*rium hac vna voce conuinci, & damnari.

Idem.
S. Augus.
Maxẽt. dicit Christum secundũ humanitatẽ esse nobis omousion.

Sic hæc vox non refellit Sabellianam hęresim.
At Patres aiũt illa conuinci & dãnari.

*A*t verò Omousion dicimus, nõ omyusion, quod est similis substantiæ. Nam etsi similitudo indicat distinctionẽ personarum, non declarat æqualitatẽ personarum, aut vnitatem realem naturæ. Quare *A*riani libenter dicebãt Omyusion, & S. *A*thanas. epistola contra synodum Syriniẽsem id nomen non probat. Nos verò omousion prædicamus, hoc est vnius substantiæ, aut etiam æqualis substantiæ.

5.
Omyusion, id est, similis substantię.
Non declarat equalitatẽ, vel realem vnitatem naturę.
S. Athan.

*A*cceptum igitur est optimo iure nomen ab Ecclesia Patrum Græcorum, & Latinorum assensu: de quo disputat S. *A*than. in disput. cum *A*rio, & in epistola de decretis in Concilio Nycęno, S. Cyrill. lib. 1. de Trinit. S. Epiphan. hæresi 68. S. Hilar. lib. vltimo de Synod. S. *A*mbros. lib. 3. de fide, cap. 7. S. *A*ugust. lib. 3. contra Maximum, cap. 14. & lib. 1. de Trinit. cap. 2. S. Isidor. lib. 7. etymolog. cap. 2. & Marius Victor. tractatu de hoc nomine omousion, lib. 5. Bibliothecæ sacrę, & S. Thom. 1. p. q. 39. art. 2. & in 1. d. 34. q. 1. ar. 2. explicat, quam probè dicantur diuinæ personę vnius essentię. Itaque definita est omousiana fides in Concilio Nyssęno, & tanta alacritate susceptа præcipuè contra perfidos Arianos, vt fuerit plurimis Ecclesiæ athletis glorioſa occumbendi occasio, vt narratur in historia Ecclesiastica.

6.
*A*cceptum est Omousion ab Ecclesia.
Idem.
S. Cyrill.
S. Epiphan.
S. Hilar.
S. Ambr.
S. August.
S. Isidor.
Mar. Vict.
S. Thom.

Definita est Omousiana fides in Concil. Nyssęno.
Pro ea Martyres.

Nec est inter Cõcilia, aut Patres pugna verborum; siquidem olim suspecta erat nominis significatio, quòd fuerat à Samose-

7.
Conciliantur Patres, & Concilia.

Samosetano inuentum. *At* verò in Concilio Nysseno, qua ætate hæresis *Ariana* grassabatur, & *Ariani* hoc nomen maximè detestabantur; quia meliùs nota nominis significatione, vnitatem realē essentiæ in tribus personis agnoscebant prædicari; frequentissimo consensu Patrum nomen istud receptum est. Quod vtrumque testatur S. Hilarius vltimo de Synod. ad finem, *Malè*, inquit, *omousion Samosetanus confessus est, sed nunquid melius Ariani negauerunt? octoginta Episcopi olim respuerunt, sed trecenti decem & octo nuper receperunt*: & iterùm, *Si & probando, & improbando vnum vtique statuerunt, quid benè statuta conuellimus?* Rectè dixit probādo, & improbando, idem vtrosque Patres statuisse; quia mutato nominis vsu vtrāque hæresim refutauerunt. Et antiquior S. Athanas. hanc eandem facit Patrum concordiam. Doctrina ergo fidei omousianæ meliori vtitur nominis interpretatione; nam vnius essentiæ dicuntur diuinæ personæ, quia reali vnitate indiuiduæ naturæ coniunctæ sunt.

S. Hilar.

Cōtra Samos. So. Episcopi hoc no mē respuerunt. Contra Ariū, 318. Episcopi receperunt.

Mutato nominis vsu vtraque hæresis refutata.

S. Athan.

8.

Quapropter non dubitādum est, quod refert *S. Ambros.* libr. 3. de fide, cap. 7. Eusebium quendam Nicomed. Arianū intulisse hanc vocem in epistola sua, vt improbam; & quam vocem ille formidabat, concilium hilariter sibi vendicasse, vtpotè hæresi Arianæ aduersam, siue illa fuerit ab Arianis, siue à Samosetano inuenta.

S. Ambros. refert Eusseb. Arianū hanc vocem in sua epist. intulisse, vt improbam, ac à Conc. acceptam.

9.

Arius in disputatione quam habuit cum S. *Athanas.* coram Probo, obijcit nouitatem nominis omousion: cui respondet S. *Athanas.* licere Ecclesiæ noua nomina condere ad res fidei antiquæ significandas: quare siquidem res significata per nomen est in sacris literis declarata; nihil est criminis, quòd ab Ecclesia declaretur nomine aliquo, quod in sacris libris non sit. Quam responsionem approbat S. *Aug.* tract. 97. in Iob. in illud, *Ego & Pater vnum sumus.* Et est consentaneum nomen istud alijs nominibus sacris, quod ostendit S. Ambr. lib. 3. de fide, cap. 7. & S. Cyrill. libr. 1. de Trinitate.

Arij contra S. *Athan.* obiectio de nouitate huius nominis.

Responsio S. *Athan.* Licet Ecclesiæ noua nomina condere ad res fidei antiquæ significandas, S. *August.* S. *Ambr.* S. *Cyrillus.*

CAPVT XIIII.

Pater est in Filio, & Filius in Patre.

¶ Caput diuiditur in partes duas.

A Prima pars: *Personæ diuinæ sunt in alterutris per essentiam.*

Secunda pars: *Traduntur aliæ rationes, quibus vna persona diuina est in alia.*

PRIMA PARS.

Personæ diuinæ sunt in alterutris per essentiam.

1.

ADmirabile valdè est in Trinitate beatissima, quòd vna persona sit in alia. Rectè enim S. Hilar. libr. 3. de Trinit. *Intelligentia*, inquit, *non assequitur quomodò Pater in Filio, & in Patre Filius.* Nam in physica consideratione; quia persona est vltimum id & incommunicabile quod in natura subsistit; nihil est quod non sit in persona, & ipsa persona in nullo est, vt lib. 4. docuimus. Quòd enim persona sit in specie, aut genere quasi contenta, est hoc logicæ contemplationis; quòd autem sit in loco, extraneum est & circunstans; solæ autem diuinæ personæ hoc habent summopere singulare, vt vna sit in alia per essentiam, & realem vnitatem.

Immanentia de qua in tit. cap. est mirabilis.

S. Hilar. Ostenditur.

Omnia sunt in persona, & persona in nullo est, vt li. 4. cap. 9 p. 4. n. 4 In specie, aut genere, est logicè.

Eadem immanentia, diuinarum personarum elogium.

Hanc personarum vnitatem vt personæ sint in alterutris Patres Græci Pericurisin vocant: quod Genebr. circuitum, vel complexum interpretatur: alij circuminsessionē; vt simul & introrsum vnitatem, & circumadæquationem declarent, vt se mutuò capiant, seque metiantur diuinæ personæ: quod acceptum est à S. Ioanne Damasc. lib. 1. fid. Orth. cap. 11. & cap. 19. disertissimè quidem, *Immanentia* (inquit) *& stabilitas hypostasum inuicem est: nam ipsæ inseparatæ & inabscedentes sunt ad inuicem, in confusam habentes ad inuicem circuitionem: non quòd misceantur, aut confundantur, sed quòd inuicem inhabitentur.* De qua etiam re disputat S. Hilarius libr. 4. de Trinit. S. *Ambros.* 2. Corint. 13. S. August. lib. 6. de Trinit. cap. vltimo.

2

Hac vnitas Græcis Pericurisis.

Genebrard. circuitus, vel complexus.

Alijs circuminsessio.

S. Damasc.

3.

Notandum autem occurrit, quòd vt vnum aliquid sit in alio, necessaria est aliqua distinctio, vt *Aristotel.* docet 4. Physicor. text. 26. & text. 23. numerat modos quibus aliquid in aliquo est. Et non minùs necessaria est aliqua coniunctio qua vnum in altero sit. Et idcircò dum intelligimus naturam diuinam esse in Patre, aut in Filio, naturam à personis cogitatione distinguimus; dum autē

Notand. Vt aliquid sit in alio necessaria est aliqua distinctio.

Aristot. Item aliqua cōiunctio.

Declaratur vtrumque.

Patrem

Illatum: Eadem immanentia refellit Arium, & Sabell.

Patrem esse in Filio dicimus, coniunctionem quoque Patris, & Filij necesse est intelligere. Quare hoc pronunciatũ simul & Sabellianam hæresim refellit negantem personas distinctas; & *Arianam* improbat, asserentem distinctionẽ naturarum in Patre, & Filio; quod S. Thom. notauit 4. contra gentes, cap. 9. & Marius Vict. lib. 1. contra *Arium* appellat inseparabilem separationem, id est, distinctionem eorum, qui sunt in se mutuò, solis personis distinctis. Et hoc idem Patres obseruant in illis verbis Domini, *Ego & Pater vnum sumus*: Nam quod ait, *sumus*, significat distinctionem personarum, & quod affirmat, *vnum*, vnitatem naturæ, quod S. Hilarius disertè elucidauit lib. 3. de Trinit. Quamobrem minùs propriè dixit Marius Victor. post libros contra *Arium* hymno primo, *Tres in vno singuli*. Nam in vna persona diuina non sunt tres, nisi persona illa sit in se ipsa; quod propriè non dicitur. Quamobrem Ioan. Maxẽt. in sua professione negat Trinitatem esse in Christo, ne Christus credatur 4. persona, quæ fuit hæresis Nestorij: & ideò Nestorianos, ait, dicere Trinitatẽ esse in Christo.

S. Thom. *Mar. Vict.* hanc vocãs inseparabilem separationem.

Patres ad *Ioan.* 10. *n.* 30.

S. Hilar. Vnde minùs propriè *Mar. Vict.* dũ innuit personam esse in se ipsa.

Maxent. negat Trinitatẽ esse in Christo contra Nestor.

Prima autem præcipuaque istius elogij interpretatio Patribus frequentissima (nam & duæ aliæ sunt) ea est, quòd Pater sit in Filio, & Filius in Patre per essentiam, propter vnitatem essentiæ; vt idem valeat quod Christus Dominus dixit, *Ego & Pater vnum sumus*. Sed inuestigandum est, qua ratione vna persona dicatur esse in alia, quamuis vna sit vtriusque essentiæ. Dicendumque est ex duobus principijs istam conclusionem deriuari. Primum est quòd Pater est ipsa essentia diuina; quod assertum argutissimè, doctèque commonstrat S. *Anselm.* Monolog. cap. 57. imò probat Patrem esse ipsam essentiam Filij, eò quòd Pater sit diuina essentia, quæ ipsa est Filij essentia; non quòd Pater sit Filio forma existendi, vt vnus existat per alterum, quasi non habẽs in se ipso formam existendi; sed quia Pater est ipsum esse, quo Filius existit. Secundum pronunciatum est, essentiam diuinam esse in Filio, eo modo intelligendi quo naturam meditamur in hypostasi existentem. Quibus conficitur hoc argumentum, Pater est essentia diuina; & illa eadem essentia est in Filio; ergo Pater est in Filio. Et simili argumento ostenditur esse Filium quoque in Patre; quia Filius est diuina essẽtia, & illa est in Patre: ergo, & cæt. Et de Spiritu Sãcto non dissimiliter dicendũ. Quam sententiam breuissimè perstrinxit S. Hilar. lib. 3. de Trinit. *Alius*, inquit, *in alio, quia non aliud in vtroque.* Et idem insinuat S. Ioan. Damasc. lib. 1. de fide, cap. 11. vbi cum docuisset suppositum in nullo alio esse, excipit diuina suppositа, propterea quòd id quod eis est commune, est re ipsa vnum in tribus suppositis.

Similiter de Spir. Sancto. Pro 2. princip. *S. Hilar.* *S. Damasc.*

Horum alterum Thomas Caietanus rectè obseruauit animaduertens, ad hoc vt Pater sit in Filio necesse esse vt essẽtia diuina sit in Filio; cum enim ratio quare Pater in Filio sit, sit ipsa essentia, maximè necesse est, vt ipsa quoque essentia in Filio sit. Sed alterum quoque necessarium est, nam etsi essentia diuina sit in Filio; vel etiam in Patre, & Filio, vt Caietanus vult; non colligitur statim quòd Pater sit in Filio, sed solùm quòd in Patre, & Filio sit eadem essentia. Necesse est ergo contemplari, quòd Pater sit ipsamet essentia; & tunc argumento conficitur, vt quoniam essentia hæc est in Filio, Pater qui est ipsa essentia, sit in Filio. Neque hoc secundum nos inuenimus, sed accepimus à S. Thoma commentarijs in Ioan. cap. 10. quod ibidem S. Doctor refert accepisse se à S. Hilario qui de re hac sapientissimè disputauit. Et 1. p. idem argumentum conficit; assumit enim quòd Pater est sua essentia, quam communicat Filio. *Vnde* (inquit) *sequitur quòd cum essentia Patris sit in Filio, sit in Filio Pater.* Ex vtraque propositione fecit argumentum, quia Pater est essentia, & quia eadem essentia est in Filio. Ex quibus colligitur quanta vnitas Patris, & Filij his verbis declaretur; siquidẽ ad hoc vt Pater sit in Filio opus est, non solùm vt eadem sit vtriusque natura; sed etiam vt Pater sit ipsa natura, quæ in Filio est; & quòd Filius sit ipsa Patris essentia, vt sit & ipse in Patre. Necesse est etiam vt sit æqua vtriusque magnitudo. Vnde illud egregiè dictum Cerealis Episcopi contra Marc. cap. 9. *Si minor Filius est Patre, quare dixit, Pater in me est? nunquam maiorem potest capere minor.*

5. *Ex Caiet.* 2. principium necessariũ est. Ratio.

1. Principium etiam necess. Ratio.

Hoc acceptũ *S. Thom.* *S. Hilar.* *S. Thomas* ex vtroq; principio concludit eandẽ immanentiam.

Ex his colligitur 1. quanta vnitas Patris, & Filij.

Colligitur 2. vtriusq; æqua magnitudo. *Cerealis* eleganter.

6. 1. Dubium.

Sed tamen disputandũ hìc est, vtrùm Patrem

4. Eiusd. imman. 1. modus, seu interpretatio, vt in tit. huius partis. Pro eo locus *Ioan.* 10. Ratio.

Eadem imma nent. est cõcl. ex duob. princ. 1. Principiũ: Pater est ipsa essẽtia diuina: sic Filius. *S. Anselm.* Declaratur.

2. Principiũ: Essentia diuina est in Filio, vt natura in hypostasi: sic est in Patre. Ex his eadẽ immanentia.

Quid significet Patrem esse in Filio, & è conuerso?

1. Sententia S. Thom.

Significat relationem rationis.

Ratio.

Patrem esse in Filio, & Filium in Patre, significet aliquid rei, an solùm rationis quampiam relationem, aut extrinsecam appellationem. S. Thom. in 1. d. 19. q. 3. ar. 2. ad 3. quæstionem expedit, docetq; hoc ipsum significare relationem rationis, qualis est inter essentiam & personam. Quibus verbis non solùm aperit veritatem obscuram, sed indicat quoq; causam huius sententiæ; nam quòd essentia sit in Patre, vel in Filio, sola est relatio rationis, qua vnum in alio meditamur quasi distincta; sed Pater est in Filio per hoc quòd est essentia, quæ est in Filio; ergo hoc ipsum quòd Pater sit in Filio est relatio rationis.

7.

2. Sentent. Caiet.

Essentiam esse in Patre, & Patrem esse in Filio, vtrumque esse relationé rationis: sed Patrem esse in Filio, secundum rem.

Vltimum assertũ dissonat ab aljs.

Probatur.

Thomas Caietan. 1. p. q. 42. ar. 5. ait essentiam esse in Patre secundum rationem, & ibidem docet, quòd sit relatio rationis Patrem esse in Filio. Sed affirmat Patrem esse in Filio secundum rem, quod assertum non satis percipio, quomodò concordat cum altero, quod essentia sit in Patre secundum rationem. Cum enim essentiam esse in Patre, & Patrem esse in Filio, vtrumque sit relatio rationis; non video cur illud dicatur secundum rationem accidere, hoc autem in re ipsa inueniri; vnitas enim realis nõ est maior, neque minor inter Patrem, & Filium ratione essentiæ, quàm inter essentiam, & Patrem: Nam sicut Pater, & essentia vna res omninò, ita Pater, & Filius vna res omninò, quæ est essentia. Nihil ergo est vt coniunctio essentiæ cũ Patre dicatur secundum rationem, coniunctio verò Patris cum Filio secũdum rem; hæc enim omnia significãt relationes rationis, quarum fundamentum in re inuenimus. Et ita identitas Patris cũ essentia est realis, sicut identitas Patris cum Filio in essentia; ergo & essentia est in Patre re ipsa, sicut Pater in Filio re ipsa est ratione essentiæ. Quare vtraque coniunctio est in re secundum fundamentum reale: & vtraque significat solam relationem rationis.

Pro 1. sent. 1. Declaratio: Hæ cõiunctiones sunt in re secundum fundam reale, scil. identitatẽ personarum cum essentia, & inesse in essentia.

8.

2. Declaratio S. Thom.

Non est eadẽ relatio rationis, qua essentia est in Filio, & qua Pater est in Filio.

Probatur 1.

Eodem loco indicat S. Thom. quòd non sit eadem relatio rationis, qua essentia est in Filio, & qua Pater est in Filio; non enim ait esse eandem relationé, sed similem: illa enim qua essentia est in Filio, siue in Patre, siue in Spiritu Sancto, est relatio communitatis, cuius relatum est sola essentia; neque enim Pater est res communis, neque Filius; sed vterque est incommunicabilis res. Præterea fundatur hæc relatio in aliquo essentiali, scilicèt in ipsa essentia, quæ est quasi forma personæ, nostro modo intelligendi. Relatio verò qua vna persona est in alia, est relatio coniunctionis, siue identitatis secundum essentiam; cuius relationis subiecta relata sunt ipsæ personæ. Et fundatur hæc relatio in essentia quidem, addita relatione personali, siue proprietate: est enim hic modus singularis quo persona est in persona, & idcircò fundatur in hoc, quòd vtriusque personæ est vna essentia; & quòd personæ sunt distinctæ. Et hoc est quod S. Augustin. sapienter expressit de fide ad Petrum, cap. 2. esse Patrem in Filio, vt subsistentem in subsistente: hoc enim ipsum facit summam admirationẽ, quòd id quod subsistit personaliter, sit in alio subsistente personaliter; relatio autem qua vna persona est in alia, est communis singulis personis diuinis, quia singulæ sunt in singulis.

Illa est relatio communitatis

Probatur 2.

Illa fundatur in aliquo essentiali, scil. in essentia.

Hæc verò est relatio identitatis secũdum essentiã, cuius relationis relata sunt personæ: & fundatur in essentia, addita relatione personali.

S. Augustin.

Relatio qua vna persona est in alia, cõmunis est singulis personis diuinis.

9.

Corollar.

In hac, Pater est in Filio, est, non significat exist. sed veritatem propos. Vide lib. 1 c 36 p. 2. & lib. 4. c. 23. p. 2. n. 3.

Ratio.

Res significata est sola relatio rationis, & nõ inest per existentiam rei.

Declaratur.

S. Damasc.

S. Cyrillus.

S. Hilar.

aiunt Patrẽ in Filio existere.

Hoc verum ob reale fũd. vtn. 6

Ab his autem quæ disputabamus, deducimus, in hoc enunciato, Pater est in Filio, verbum est, non significare existentiam, sed veritatem propositionis; vtrumque enim solet significare verbũ est: persuademus autem hoc, quia res significata est sola relatio rationis, quæ tribuitur per operationem rationis, & non inest per existentiam rei; ergo verbum, est, in ea prædicatione non significat existentiam, sed veritatem propositionis. Verum est tamen quòd S. Ioan. Damasc. S. Cyrill. & S. quoque Hilar. aiunt Patrem in Filio existere: neque hoc nos inficiamur. Cum enim ista immanentia sit realis secundum reale fundamentum (est enim idẽtitas realis, quæ ipsa est relatio rationis, vt crebrò aduertimus) rectè explicatur per verbum existendi; sicut si dicamus Patrem existere similem Filio, quod verè dicitur, esto similitudo illa non sit realis relatio, sed rationis. Si tamen logicè agendum sit, in hac propositione, Pater est similis Filio, verbum, est, non significat existentiam, sed veritatem propositionis. Videtur autem minùs correctè fuisse locutus Cornel. Iansen. suæ concordiæ, cap. 93. in illum locum Ioan. 10. *Pater in me est, & ego in Patre*, qui ait, Patrem subsistere in Filio: personæ enim diuinæ subsistendo distinguuntur; sunt enim modi

Exemplum in hac Pater existit similis Filio, quæ similitudo est relatio rationis.

Iansen.

non rectè ait Patrem subsistere in Filio.

Probatur.

Personæ diuinæ subsistẽdo distinguũtur.

modi oppositi entis, esse in alio & subsistere; subsistit enim quod in se est; Pater autem est in Filio non ratione personæ subsistentis, quia esset Pater Filius, sed ratione naturæ existentis in Filio; non ergo subsistit in Filio, nisi æquiuocè subsistere pro existendi actu vsurpetur: sed minùs tuta ea est loquutio. Et hoc confirmatur auctoritate S. Hilarij, qui solertèr distinxit subsistere, & inesse, 7. de Trinitat. verbis ferè vltimis: *Inesse* (inquit) *non aliud in alio vt corpus in corpore; sed ita esse, ac subsistere, vt in subsistente insit, ita verò inesse, vt etiam ipsa subsistat.* Nec verò fauet Ianseno quod S. Athanas. libr. de vnita substantia ait Spiritum Sanctum in Patre, & Filio inuicem, & in se esse consistentem; tum quia consistere non est subsistere; tum etiam quia in se ait consistere: in Patre autem & Filio inuicem potiùs est, quàm subsistit. Pater ergo in Filio immanet, inest, existit; & proprijssimè loquendo, est Pater in Filio; sed non subsistit in Filio, quia non idem significat esse in alio, & subsistere.

Minùs tutum vsurpare subsistere pro existere.

Confirm. ex *S. Hilar.*

Non fauet *Ianseno S. Athanas.* dicens Sp. Sãctum in Patre & Filio inuicẽ & inse esse cõsistentem.

Ostenditur. Subsistere & esse in alio sunt modi oppositi entis.

10.

2. Dub. Qualiter vna persona sit in alia?

Circa istum primum modum quo explicatur vna persona esse in alia, controuersia fit inter Durandum, & Scotũ. Nam Durand. in 1. d. 19. q. 3. sentire videtur, quòd vna persona diuina non sit in alia secundum se totam, sed quasi secundum partem, quia solùm secundum essentiam est vna in alia. Quod clariùs affirmat Henric. ab Scoto recitatus, rẽ declarans exemplo, quòd si duó animãtia cõmunicarent parte aliqua sui vtrique communi, vnum illorum esset in altero secundum partem illam communem, & non secundum se totum. His contraria ponit Ioan. Scotus d. eadem, q. 2. Henrici sententiam improbrans, & impugnans: credit enim vnam personã diuinam esse in alia secundum se totam. Probat autem hoc Scotus, quia relatio qua personę dicuntur esse in se inuicem, est in singulis eadem, siue eiusdem rationis: quòd si vna esset in alia ratione solius essentiæ, vna esset quasi contenta in alia, & alia quasi continens; quæ sunt relationes diuersæ. Rectè tamen respondet Durand. vtramque relationem continentis, & contenti inueniri in singulis personis: quia dum Pater dicitur esse in Filio, intelligitur Pater quasi contentus; & iterùm dum Filius esse dicitur in Patre, cõsideratur Pater vt continens: sunt ergo duæ relationes disquiparãtiæ, quarum vtraque inuenitur in singulis personis. Idem probat Scotus, quia si Pater esset in Filio ratione solius essentiæ, esset in Filio eo modo quo est essentia in illo, scilicèt vt forma Filij: quod argumentum futile est, & cap. sequenti refutandum. Quidam autem hoc ipsum cõprobant, quia si Pater esset in Filio ratione essentiæ, essentiæ prius conueniret esse hoc modo in Filio, Patri autem cõueniret secundum essentiam quasi secũdum partem; vt qui sanatur secundum partem, de qua re disputat *Aristot.* 5. Physic. cap. 1. Præterea non esset totus Pater in Filio, sicut non sanatur totus homo, cum sanatur secundum partem. Quod S. *Ambros.* decantauit, *In Patre totus Filius, & totus in Verbo Pater.* Neque esset vnus in alio vt subsistens in subsistente, quod tamen affirmat S. Hilar. lib. 7. de Trinitate.

Resolutio *S. Thom.*

Nihilominùs dicendum est cum S. Thom. in hoc art. vnam personam esse in alia ratione solius essentiæ, hoc modo existendi in alio, quem Patres appellant circuminsessionem: neque aliud potest defendi profitentibus distinctionẽ personarum. Nam vnam personam esse in alia, significat identitatem secundum id quo vna est in alia, vt liquet hoc cap. ex doctrina Patrum, & Theologorum omnium: sed diuinæ personæ solâ essentiâ sunt idem: ergo ratione solius essentiæ in qua est identitas, dicitur vna persona esse in alia. Itaque cum Dominus ait, *Ego & Pater vnum sumus*, idem est quod dicit, *Ego in Patre, & Pater in me est*; sed ratione essentiæ sunt vnum; ergo & ratione essentiæ est vnus in altero. Quòd etsi relatio spiratoris sit eadẽ in Patre, & Filio; non tamen ratione illius relationis, dicitur esse vnus in altero; quia esse in altero indicat essentiam per quam vtraque persona existit. Hac autem relatione excepta, de qua Theologi non disputant, sola essentia est eadem, ratione cuius diuinæ personæ sunt vnum, & sunt in se inuicem. Et confirmatur, quia si Pater est in Filio non solùm ratione essentiæ, sed paternitatis, non sola essentia, sed paternitas quoque est in Filio, quod est hæreticum. Respõdent paternitatem esse in Filio non vt formã Filij, sed vt personam subsistentẽ,

Sed

1. Sent. *Durand.* nõ esse in alia secundũ se totam, sed solùm secundum essentiam.

Eadem est *Henrici.*

Exempl. de duobus animãtibus, &c.

2. Sent. opposita *Scot.* improbantis Hẽricum.

1. Arg. *Scot.*

Responsio *Durand.* approbatur.

Vtraque relatio continẽtis, & contenti inuenitur in singulis personis.

Ostenditur.

2. Arg. *Scoti.*

Futile est, vt cap. 15.

3. Arg. *Vasq. disput. 69. cap. 2.*

Exemplum *Aristot.*

4. Arg.

S. Ambr.

S. Hilar.

11.

Resolutio *S. Thom.*

Vna persona est in alia ratione solius essentiæ per circuminsessionẽ

Probatur. Vnam esse in alia significat identitatem secũdum id quo vna est in alia.

Ioan. 10. & 14.

Ratione relationis spirationis, Pater non dicitur esse in Filio.

Ostenditur. Vnam personã esse in alia indicat essentiam per quam vtraq; existit.

Confirm.

Respond.

Refellitur.

Sed hæc responsio nullius est ponderis. Cum enim dicimus Patrem ratione paternitatis esse in Filio, iam distinguimus paternitatem conceptu abstracto à Patre conceptu concreto: quo conceptu abstracto paternitas nõ est in Filio. Hęc enim propositio simpliciter est falsa, & contra fidem, paternitas est in Filio: ergo neque Pater est in Filio ratione paternitatis.

Conceptu abstracto paternitas non est in Filio, secundũ fidem.

12.

1. Aduert. Totũ animal sanatur simpliciter cum sanatur secundum partem.

Considerandũ igitur est vt alieno vtamur exẽplo, totũ animal simpliciter sanari, cũ sanatur secundũ partẽ qua sola ægrotabat. Nam & ab illa parte ægra, dicebatur ægrotare ipsum animal: sicut enim pars illa est totius animantis, ita & ægritudo afficiens partẽ, est totius. Omnia enim sunt hypostasis subsistẽtis, quæ est quid totum: quare & ægritudo, & sanitas est totius scil. hypostasis, vt omnes Philosophi norunt. Et dicitur totũ sanari, sed non secundum se totum, quia non sanatur secundum omnem partem sui.

Omnia sunt totius, sc. hypostasis.

13.

2. Aduert. Aliquid conuenit hypostasi secundum partem tantũ, quãdo totum non recipit illã appellationem.

Aduertendum posterius est, quòd aliquid conuenit hypostasi secundum partem, quod non cõuenit simpliciter. Hoc autem accidit cum sola pars nominatur talis; & totum ipsum non recipit illam appellationem: nam Æthiops qui solos dentes habet albos non appellatur albus, nisi explices albus secundum dẽtes: cuius scilicèt soli dentes albi sunt. Quo pacto minimè docemus vnam personã diuinam esse in alia solùm secundum essentiam, quasi sola essentia sit in personis, & non sit vna persona in alia: quod fortè in Henrico reprehenditur. Nam exemplo illius vtentibus, si duo animãtia haberent idem caput, simpliciter vnũ non esset in altero; esset tamen vnum in altero secundum quid, scilicèt secũdum caput quod esset in vtroque idem. Imò si duæ hypostases distinctæ à natura sua, communicarent naturâ eâdem, vna nõ esset in altera simpliciter, ratione illius naturę, sed secundum quid: verbi gratia, si duæ hypostases diuinæ assumerent eãdem humanitatem, humanitas non esset ratio circuminsessionis, vt vna persona esset in altera simpliciter, sed secundum quid, scilicèt explicando quòd secundũ humanitatem, esset vna in altera. Nam quia hypostasis non est humanitas, etsi hæc humanitas sit in altera persona, non sequitur vt hæc persona sit simpliciter in alia: sed solùm sequitur vt hæc persona sit simpliciter in alia secundum humanitatem, hoc est, humanitas istius personæ, sit in alia: sicut vnum animal esset in alio secundum caput idem commune vtrique animanti. Est ergo singulare in Deitatis natura, vt quia persona diuina est ipsamet essentia, & essentia est in alia persona, sit quoque vna persona simpliciter in alia, & non secundum essentiam quasi secundũ partem, aut secundum quid. Et ita perspicuum est quod canit S. Ambros. totũ Patrem esse in Filio: tum quia totum est nomen hypostasis: tũ maximè quia non secundum partem; sed totus ipse Pater qui est sua essentia, & secundum totam essentiam est in Filio: & quod ait S. Hilar. nos quoque edocemus, esse vnum in alio vt subsistens in subsistente.

Singulare est in Deitate quòd ratione identitatis cũ personis sit ratio circuminsessionis simpliciter.

S. Ambros. vt n.9.

S. Hilar. ibidem.

SECVNDA PARS.

Traduntur aliæ rationes, quibus vna persona diuina est in alia.

1.

2. Modus immanentiæ à *Durand.* improbatus Patribus tribuitur.

SEcunda explicatio qua Pater potest rectè dici esse in Filio, creditur à S. Thom. excogitata, & à Durando refellitur; quæ tamen relicta est à Patribus literis prodita, vt confirmando referemus; videlicèt Filium esse in Patre, vt in principio; quare & Pater in Filio erit, vt in eo qui est à principio. Cum enim Aristotel. multos modos enumeret quibus res vna esse in alia dicitur, & nullus illorum quadret illi coniunctionis vinculo, quo est Pater in Filio, & in Patre Filius; reuocat S. Thomas istum modum existendi in alio, ad illum, quem Aristot. inter cæteros indicat, quo res quæpiam est in suo principio, siue in sua causa. De quo elegantèr disputat Sanctus Hilarius lib.7.de Trinit. *Dum*, inquit, *per datam à se naturæ suæ originẽ, nascentem sequitur ille qui gignit: & per acceptam natiuitatem, in gignente se manet ille qui nascitur.* Quibus affirmat, & gignentem in genito esse, & in gignente genitũ. Et hoc ipsum coaptat diuinæ origini

Filius est in Patre, vt in principio, Pater est in Filio, vt in eo qui est à principio.

S. Thom. hoc reuocat ad modum Arist. quo res est in suo principio.

S. Hilar.

2. Aduert. Res creata in sua causa est imperfectè. In ea est ab illa pendens, & nõ existens actu. Causa est in effectu imperfectè, secundum

Aduertendum est autem, quòd res creata est in suo principio, vel causa imperfectè, non solùm quia pendet ab illa, sed quia ens in causa est ens in potẽtia; extra causam enim actu existit, in causa verò non actu existit, sed in potentia. Causa verò est in effectu etiam imper-

esse diuersum, & participatũ, vt lib. 2. cap. 22. p. 1. n. 3. & p. 2. n. 2.

Non sic est Filius in Patre, sed ineffabili modo. *S. Thom.*

3.

Hic 2. modus proponitur.

Filius est in Patre, vt in principio processionis immanentis terminus.

Item processio diuina est de substantia principij, & æterna tota simul.

Illatum:

1. Modus ostẽdit immanentiam secũdum essentiam: hic 2. eandẽ in processione.

4.

3. Modus secũdum causã cognitionis.

1. Hoc accidit quia Filius est imago Patris.

2. quia sunt relata.

5.

De 1. horum, aduertendum.

In essentia diuina singulare est, vt imago sit ipsum esse sui exẽplaris.

Ostenditur.

Lib. 2. cap. 15 n. 11.

Imaginis immanentia perfectissima in genere intelligibilis.

fectè, quia est in illo secundum esse diuersum, & participatum; non enim causa communicat effectui suum proprium esse, sed esse distinctum, vt lib. 2. docuimus: non autem hoc modo Filius est in Patre, vt in principio, scilicèt imperfectè, sed modo ineffabili, vt S. Thom. notauit.

Dicendum igitur est quòd Filius est in Patre, vt in principio operationis immanentis, cuius terminus manet in ipso principio, & non extra producitur, vt in actione transeunte contingit, qua extra agens aliquid procedit. Præterea ipsa processio diuina est de substantia gignentis, aut spirantis, & est æterna tota simul: quare nihil ibi intelligitur in potentia existens, neque essentiâ diuisum, aut secundum esse diuersum, vt in lib. 2. disputatum est. Quamobrem Filius est in Patre, vt in principio consubstantiali, qui est perfectissimus modus entis, & Pater est in Filio, vt in procedente de eius substantia; vterque ergo per ipsam processionem est penitissimè & intimè in alio, quod statim dictis Patrum cõfirmabimus. Quare iste modus existẽdi in alio ostendit eandem immanentiam, & pericuisin; prima quidèm explanatio significat immanentiam secundum essentiam; secunda verò eandem in processione indicat.

Tertius modus quo Pater est in Filio & in Patre Filius, non indicat immanẽtiam, nisi solùm secundum causam cognitionis; est enim vnus in alio, quia vnus per aliũ cognoscitur: & hoc accidit duobus modis; altero, quia Filius est imago Patris; altero, quia sunt relata, quę simul adsunt intelligenti. Nec etiam hoc secundum de relatorum mutua cognitione S. Thom. inuenit, vt quidam crediderunt, cum & apud Patres compertus sit.

Circa hæc autem nonnulla occurrunt aduertenda. Primum est, quòd in essentia diuina hoc est singulare, vt imago sit ipsum esse sui exẽplaris, si ita loqui licet. Nam in rebus creatis imago est exemplar nomine tenus, quia repræsentat illud. *At* verò in Deo reali vnitate Verbũ est ipsa essentia intelligibilis secundũ esse reale, vt libr. 2. docuimus. Et ita quòd Filius sit in Patre, vt imago in eo cuius imago est, & Pater sit in Filio, vt in imagine; indicat etiam realem immanentiam, & perfectissimã in genere intelligibilis. Et hoc quidẽ quadrat amori procedenti, qui est Spiritus Sanctus, qui perfectissima vnitate est ipsa diligibilis essẽtia secundũ esse reale; & ita est in Patre, & Filio vt amor procedens; & vterque est in Spiritu Sancto, vt in amore intrinseco, perfecto modo vnitatis per immanentiam realem.

Sic de amore procedente.

Hæc autẽ immanentia realis non distinguitur ab illa secunda immanentia, qua Filius est in Patre, vt in principio, nisi vt singulare & cõmune. Quòd enim Filius sit in Patre, vt imago in exemplari, indicat principium & terminum processionis, quasi in specie, videlicèt quòd Pater quatenùs exemplar, & Filius quatenùs imago secundum esse intelligibile reale sint idem: & quòd Pater, & Filius vt dilectionis principiũ, & Sp. Sãctus vt terminus secundum esse diligibile reale sint idẽ: & vtraq; species immanentię, in genere cõmuni, dicitur esse in alio, vt in principio; hæc ergo immanẽtię specialis explicatio in secũdo loco numerãda est, quo vnum est in alio, vt in principio.

6.

Hæc immanentia realis non distinguitur a secunda, nisi singulare, & commune.

Ostenditur.

Quod verò pertinet ad causam cognitionis, quæ tertiã immanentiam indicat, recolendum est etiã ex lib. 2. Filium exprimere essentiam diuinã non ratione proprietatis, sed ratione naturę: quarè non magis Pater intelligit se in Verbo, quàm in se ipso, aut Spiritu Sancto; sed per quandam accommodationem, quia similitudo procedens est proprietas Filij, dicitur Pater intelligere, & speculari se in Verbo; imò & Spiritus Sanctus in Verbo dicitur contemplari; quia dum personæ diuinæ omnia contemplantur in essentia sua, hoc ipsum ibidẽ considerant quòd Verbum sit intelligibilis imago à Patre procedens in quo sunt omnia intelligibilia: cum enim singulæ personæ diuinæ alias repræsentent propter similitudinem; hoc ipsum conuenit Verbo diuino specialiùs ex proprio conceptu, vt lib. 2. declarauimus. Hoc ergo modo Pater est in Filio, vt in causa cognitionis, quia dicitur cognosci per Verbum quadam loquendi accommodatione, vt explicatum est. Sed reiecta accõmodatione sermonis, quatenùs personæ diuinæ sunt sibi inuicem simillimæ, sunt sibi inuicem causæ cognitionis, quia similitudo causa est cognoscendi; & quia inuicem referuntur, & relata cognoscuntur simul; sunt ergo

7.

De 2. indicãte 3. immanẽtiã. Aduertendũ 2. c. 14. p. 1. n. 9.

Filius exprimit essentiam diuinam, non ratione proprietatis, sed ratione naturæ.

Pater nõ magis in Verbo, quàm in se, & in Sp. Sancto intelligit se.

Per accõmodationẽ dicitur specularj se in Verbo: & sic Spiritus Sanctus, lib. 2. c. 4. p. 1. n. 12.

Ratio.

Per accõmodationẽ Pater est in Filio, vt in causa cognitiõis, &c.

Absolutè personæ sunt sibi inuicẽ causæ cognitionis: quia sunt simillimæ, & referũtur ad inuicem: & singulę sunt in alterutris

mutuæ

mutuæ cognitionis causæ; & ita singulæ sunt in alterutris, hoc est, singulæ per singulas cognoscuntur, propter similitudinem, & propter relationem. Et hæc est tertia immanentia, quia vna persona est in alia, id est, cognoscitur per aliam; quam etiam Patrum sententijs confirmabimus.

8.

Quartus est modus immanentiæ quo vna persona dicitur esse in alia à Ioanne Scoto inuentus d. 19. q. 2. cui isti tres modi displicent; ait enim vnam personam esse in alia, primò, adæquatè & se tota, ita vt vna persona sit in alia ratione naturæ, & proprietatis simul, & in hoc sensu se tota sit in alia. Deinde ait esse vnam in alia per realem præsentiã; præsentiam autem non interpretatur eã quam nos indicamus cum res est ante oculos, aut sensu, aut intelligentiâ per se nota; sed esse quandam rei ipsius exhibitionem. Hoc tamen Scoti inuentũ nonnihil affert nouitatis, veritatis autẽ nihil. Ille enim modus existendi in aliquo per exhibitionem sui, fictus est & vanus, vt lib. 6. commonstrabimus: nec enim opus est illa nunc quæstione implicari, quo modo Deus sit in rebus præsens: sed satis nunc sit quòd doctrina S. Thomæ 1. p. q. 8. art. 3. explicans rei præsentiam approbatur communi omnium consensione; illis enim rebus dicimus nos esse præsentes, quæ sensui, vel intelligentiæ obiectæ sunt. Debet autẽ maximè curare Theologus, vt non nomina, sed res afferat ad quæstionem expediẽdam; cum enim dicitur quòd præsentia est rei exhibitio, affertur ad quæstionem elucidandam nouum nomẽ exhibitio, sed quid sit exhibitio non declaratur; neque verò res vlla animo occurrit, quam significet præsẽtia, nisi sensum vel intelligentiam; imò ipsum verbum, exhibere, significat ostendere, quod ad sensum quoque vel intellectum reuocatur. Quòd si præsentia significet sensum, aut mentis intuitum, dubium non est quin vna persona esset præsens alteri per essentiam, quia per essentiam, scilicèt per intellectum, se ipsam, & alteram intuetur. Sed tamen sicut non dicimus nos esse præsentes nobis, quia præsentia significat sensum rei distinctæ; ita vna persona diuina non est in alia per præsentiam, cum sint eiosdem essentiæ in qua eadem est res cognita, & cognoscens, scilicèt vna & eadem essentia. Et idcircò videtur hic modus existendi in alio non esse numeratus à Doctoribus; vt persona diuina dicatur esse in alia per præsentiam, quia quæ sunt in nobis ipsis non dicuntur præsentia, sed quæ extra nos sunt: maximè verò videtur omissus, quia præsentia non significat vnitatem naturæ, sed vnitatem intellectus, quæ potest esse in rebus naturâ distinctis: lapis enim est in intellectu secundum esse intelligibile, & non cõmune esse naturæ, & eo modo est præsens. Quod autem persona diuina vna sit in altera, significat naturæ vnitatis modũ.

Quòd verò Scotus affirmat Patrem adæquatè esse in Filio, & in Patre Filiũ, scilicèt secundũ essentiã, & secundũ proprietates relatiuas, pessimè cõsentit cũ ista explicatione præsentiæ; nam nostro intelligẽdi modo Pater dicitur esse in Filio secundum essentiã, quia vna est illis essentia; at verò secundũ proprietates relatiuas, quibus distinguũtur, nõ potest vnus esse in alio; nisi fortè vt obiectum in cognoscente, & diligente; Filius enim secundum essentiã, & secundũ proprietatẽ intelligitur, & diligitur à Patre, & Pater à Filio eodẽ modo, & ita est totus Pater præsẽs Filio, & totus Filius Patri, si nomine præsentiæ intelligamus cognitionẽ: nullo autẽ modo alio est in Patre filiatio, nisi vt cognitũ in cognoscẽte. Quamobrẽ nonnihil habet periculi illa propositio quòd Filius sit in Patre secũdũ essentiã, & proprietatẽ. Probè enim dixit Marius Vict. lib. 2. contra Arium, *Pater quo Pater est, in Filio esse nõ potest.* Quod lib. 3. cõprobauimus. Quòd si respõdeas Filium secundũ proprietatẽ suã esse in Patre, nõ quouis modo, sed præsentialitèr: dũ ista præsentia explicatur per aliud quid reale, scil. per exhibitionẽ realẽ, & non per id quod ad cognitionẽ pertinet, magis indicatur coniũctio aliqua proprietatũ personaliũ realis, qua filiatio sit in Patre, & in Filio paternitas: & hoc esset personas cõfundere, vt cõmonstrauimus lib. 3. cõtra eos, qui perfectionẽ relatiuã vnius personæ docebant esse in alia persona; hæc ergo omnia sunt parũ philosophica, & falsa.

Solent hoc loco ab studiosis tractari quæstiones duæ, altera an Pater, & Spir. Sanctus sint in Christo, nõ solùm in supposito diuino secundum immanentiam,

4. Modus Scoti eius dictum, vnam personã esse in alia adæquatè, & se totã.

2. Dictum: vnam esse in alia per realem præsentiam, id est, personę exhibitionem.

9. 1. dicti improbatio 1. vt ex lib. 6.

Improb. 2. ex S. Thom. cõmuniter recepto.

Præsentes nos dicimus rebus, sensui, vel intellectui obiectis.

Notandum.

Exhibere significat ostendere, sensui sc. vel intellectui.

Non dicimus nos esse præsẽtes nobis, quia præsentia significat sensum rei distinctę, & q̃ sit extra nos.

Sic vna persona diuina nõ est in alia per essentiam.

Confirm. Præsentia significat vnitatẽ, non naturæ, sed intellectus: quę potest esse in rebus naturâ distinctis

Exempl. Secũs personã diuinã esse in alia.

9. 1. dicti improbatio. Non consentit cum 2. dict. Ratio vt lib. 3. c. 28. & 31. p. 1. à n. 5. Secundũ proprietates relatiuas non potest vna persona esse in alia, nisi vt obiectum in cognoscẽte, & diligente.

In 1. dicto aliquid est periculi. *Mar. Vict.* vt loco cit.

Resp. dicens Filium secundum proprietatem esse in Patre præsentialitèr tantùm. Refellitur.

Hoc, si nõ pertinet ad cognitionem, est cõfundere personas, vt loco cit.

10. 1. Dub. resoluendũ tom. 4.

sed in ipsa humanitate singulari aliquo modo,qui ad immanentiã, de qua disputamus,reuocandus sit.Et ea quæstio agitabitur tom. 4. *Altera* est, vtrum Pater, & Spir.Sanctus secundum immanentiã, qua sunt in Christo secundum Deitatẽ, sint etiam in Eucharistia?

2.Dub. An eadem immanentia Patris,&Sp.Sancti in Christo secũdum Deitatem, sit etiã in Eucharistia.

11. Declaratur dubium.

Breuitèr nos expediemus à quæstione ista: neque enim modò disputamus, vtrùm Pater, & Sp.Sanctus per concomitantiam sint in Christo cũ humanitate illa beatissima cõiuncti,quod tom.4. tractabimus; sed duntaxat de modo loquendi, vtrùm per hoc quòd saltem per immanentiam Pater, & Spir.Sãctus sint in Christo secundum Deitatis vnitatẽ, dicãtur etiam esse in Eucharistia, in qua est Christus. Quòd tota Trinitas sit in Eucharistia affirmat Viguerius de Catholica institutione,cap.13.§.3.

1. Sent. affirmat de tota Trinitate. *Viguerius.*

12. 2. & vera sent. neg.

Existimamus tamen exacto loquẽdi modo propositionem esse negandã;nam sicut esse in vtero, significat esse cõceptũ; & esse in cruce significat esse suspensum: ita esse in Eucharistia significat esse sacramento contẽtum. Hoc enim intelligunt Theologi cum affirmant Christũ esse in Eucharistia;sed nullus Theologorum dicet Patrẽ fuisse in vtero Virginis, aut fuisse in cruce; ergo nec dicendũ est eum esse in Eucharistia;cum Pater corpus non habeat,quo in Eucharistia contineatur.Neq; hic significatur immanẽtia,siue pericusis,qua *Pater* esse in Filio dicitur:nam ea indicat quòd vna persona sit in alia: Patrem autẽ esse in Eucharistiæ sacramẽto, non significat ipsũ esse in Filio,aut esse in Christo. Colligimus igitur Patrem,& Spir.Sanctum non esse in Eucharistia secundum immanentiã. Imò etsi ea opinio vera iudicetur, quæ singularẽ modũ indicet,quo Trinitas sit in humanitate Christi, quasi per cõcomitantiã; non tamẽ colligitur quòd Pater, & Spir. Sanctus sint dicẽdi esse in sacramẽto; sicut non est dicendũ quòd Pater fuerit in vtero,aut in cruce,nisi explicetur per concomitantiã. In his enim eloquutionibus sunt quædã appellationes propter quas sunt iudicãdæ falsę propositiones,&distinguẽdę sunt;vel absolutè negãdũ est quòd Pater sit in Eucharistia, & quòd Trinitas sit in Eucharistia. Et ita sentiunt Hugo Cardin. in speculo Ecclesiæ, §. *Post hæc*, & Didacus Tapia de Eucharistia 44.mẽb.4. proposit.vltima.

Hoc asserendũ etiam in opinione inducẽte singularem modũ quo Trinitas sit in humanitate Christi quasi per cõcomitantiam.

Illa propositio & similes propter appellationes quasdã negandæ sunt absolutè, vel distinguendæ.

Hugo Card. Did. Tapia.

Confirmatio.

13. De tradita immanentia,affertum: Pater est in Filio,& Filius in Patre. *Ioan.* 10.& 14. *S. Hilar.* 1. proponit difficultatẽ huius asserti.

QVòd Pater sit in Filio, & Filius in Patre,sentẽtia est Christi Domini Ioan.10,& 14. *Ego*, inquit, *in Patre,& Pater in me est.*& iterùm:*Pater autem in me manẽs ipse facit opera.* Primus verò S.Hilarius proponit difficultatẽ quęstionis disertissimè initio lib.3.de Trin. *Natura* (inquit) *intelligentiæ humanæ rationem dicti istius non capit; videtur enim nõ posse effici vt quod in altero sit, æquè id ipsum extra alterum sit.* Et iterùm. *Non posse se inuicem continere vt qui aliquid aliud intra se habeat, atque ita maneat, manensq; semper exterior, ei vicissim quem intra se habeat maneat æquè semper interior.* Dicit autem vnũ esse extra alium distinctione personali, & intra alium coniunctione essentię;mirum autem esse quòd æquè vnus sit & intra alium, & extra alium; & quod est difficilius, vt vnus cõtineat alium;& nulla facta mutatione, sed manens idem contineatur ab alio. Non est autem intelligendũ quòd vnus alium contineat, vt vas aquam; sed quia essentia diuina est in vtroque quasi intelligentia, & cogitatione contenta,Pater est in Filio tãquàm contentus, quia est essentia Filij; non ratione personæ, quæ est extra aliã personaliter,sed ratione essentiæ; facta autem cogitationis conuersione, Filius est quoque in Patre,quia est essentia Patris, quæ in Patris intelligentia claditur.Quod paucis interiectis explicat solertissimè,*Nõ duo*(inquit)*vnus,sed alius in alio, quia non aliud in vtroque.* Ita scilicèt est Pater in Filio vt duo sint, & duo maneant, & non vnus quasi confusus, vt Sabellius vult;alius tamẽ in alio, quia non aliud in vtroque, alius enim significat personam, aliud naturam. Est igitur Pater in Filio,alius quidem, quia persona distincta est; est tamen in Filio, quia non est aliud, sed eadem essentia Filij,& lib.7. propè finem, *Pater igitur in Filio est,& Filius in Patre,Deus in Deo; non per duplicem conuenientium generum coniunctionem, neque per institutiuam capacioris substantiæ naturam; quia per corporalẽ necessitatẽ, exterior fieri bis,quibus continẽtur, interiora nõ possunt.* Vbi duo obseruat; primũ quòd in Patre, & Filio non sit duplex natura, quarũ copulatione vnus sit in alio, quia hoc

Ait vnam personam esse extra aliam,sc.distinctione personali,& intra aliam, sc.coniunctione essentiæ.

Item vnã continere aliam,& immutatã cõtineri ab ea;intellige nõ tione personæ, sed essentiæ.

Idem.

Alius pro persona;aliud pro natura.

Idem.

hoc modo esset vnus in alio per affectũ duntaxat, vt Deus in nobis est & nos in Deo, vel per realem continentiam, quæ non potest esse mutua. Et hoc secundum reijcit, dum ait, necessitatẽ esse in corporibus, vt interiora, quæ continentur nullo modo sint extra continens; Pater verò & est in Filio, & extra Filium, vt explicauimus. Eodem modo continentia causæ non potest esse mutua, quia effectus non cõtinet causam. De qua etiã re elegantèr disserit Phæbadius lib. contra *Arianos*, Galliarum Episcopus, quẽ S. Hieron. suo in Cathalogo numerat, *Si minor*, inquit, *est Filius nec ipse in Patre dabitur, quia nihil in se recipiet aeterna eius beatitudo, nisi proprium, nõ proprium Dei, nisi plenum, atque perfectum: nec rursum in eo Pater esse dignabitur, in quo totus esse non possit.* Est ergo æqua immensitas vtriusque in alterutro existentis. Declaranda autem sunt verba ipsius lib. eodem, *Vt secũdum spiritus virtutem totus esset in toto.* Quibus indicat in rebus corporeis non posse intelligi, vt totum sit in toto substantialiter: sed hoc pertinere ad virtutem spiritus, id est, ad naturam spiritualem, imò ad diuinam.

Phæbadius.

Idem explicatur.

14. Obiectio hæreticorũ apud *S. Cyrill.*

Aliud est quod circa hoc obijciebant hæretici apud S. Cyrill. lib. 3. Thesauri initio statim. Non enim volebant cõcedere quòd Pater esset in Filio per essentiam, aut Filius in Patre; quia enim dicebant Filium esse minorem Patre, vtrũq; impossibile dicebant esse, scilicèt Patrẽ esse in Filio, quia Filius essentialiter ipsum non caperet; & Filium esse in Patre, quia non posset essentialiter Patrem replere. Et idem refert S. *Athanas.* lib. de Ariana, & Catholica confessione. Ex quo argumento hæreticorum, nos Catholici æqualitatem colligimus, siquidèm Pater in Filio, & Filius in Patre est, ergo vterque æqualis est, vt capiat aliũ & impleat. Quod affirmat S. *Augustin.* lib. 10. de Trinit. cap. 11. nisi enim essent æquales non se inuicẽ caperent, qui modus capiendi, & implendi eodem modo declarandus est, quo vnum alium continere diximus, vt persona sit capiens, & essentia inclusa, vel implens. Ex quibus colligitur non solùm vnitas naturæ, sed æqualitas personarum. Nam illud, *Ego & Pater vnum sumus*, æqualitatẽ indicat, vt Patres obseruant. Quod significat

S. Athanas. Ex eodem arg. colligitur catholicè personarum æqualitas.

S. Augustin. Non se inuicẽ caperent, nisi essent æquales.

Ioan. 10.

S. *Anselm.* Monol. 57. *Iucundũ est* (inquit) *intueri in Patre, & Filio, & vtriusque spiritu, quomodò sint in se inuicem, tanta æqualitate, vt nullus alium excedat.* *S. Anselm.*

De qua etiam re D. Pasch. lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 10. *Capax*, inquit, *sui est Trinitas; sicut ego in Patre, & Pater in me*, & libr. 2. de Spiritu implente Iesu, *Quis ergo*, inquit, *nisi eiusdem esset plenitudinis, impleta omnia posset implere.* *D. Pasch.*

15. 2. Assertum: Deus etiam est in Deo. *S. Thom.* Ibi Deus pro personis.

Colligitur etiã ex Patru dictis, quòd nõ solùm Pater dicatur esse in Filio, sed dicatur etiam Deus esse in Deo, vt S. Thomas cõcedit 1. p. in qua propositione nomẽ, Deus, pro personis accipitur, vt cũ dicimus, Deus generat Deũ. Nam ipsa natura diuina non est in se ipsa cõgruo loquendi modo; necessaria quippè est personalis distinctio, vt Deus dicatur esse in Deo; & idcircò nomẽ, Deus, accipitur pro personis. Quòd autẽ Deus sit in Deo affirmat S. Hilar. multis in locis, & probat hoc ipsum lib. 5. de Trinit. ad finẽ oraculo Isaiæ prophetæ, *Quoniã in te est Deus, & non est Deus præter te*, sic enim legit S. Hilar. Vnde colligit quòd Deus in Deo est, & præter eũ Deus nõ est. Nam & his verbis maximè significatur vnitas diuinæ essentiæ, siquidẽ est Deus in Deo vnus Deus. *Affirmat* hoc idẽ S. *Ambr.* lib. 1. de fide, c. 2. & probat ex eo quòd Pater est in Filio, & in Patre Filius; est ergo Deus in Deo. Idẽ sentit Marius Vict. lib. 2. contra *Arium*, & probat illo versiculo, *In lumine tuo videbimus lumen*, scilicèt Deũ in Deo, Patrẽ in Filio.

S. Hilar.

Isai. 45. *Iudith. 9.*

S. Ambr.

Mar. Vict. *Psalm. 35.*

16. Significatio circainsessionis. *S. Thom.* *Ferrar.* *Genebrard.* de hæreticis pfitentibus contrientiam, vt in vase. *S. Damasc.* contra hos excogitauit nomẽ pericuiseos

Doctores appellant circainsessionem quasi personæ iotus, & circa quęque se se complectantur: de qua re S. Thomas 4. contra gent. cap. 9. lege Ferrar. eo loco, Testatur autem Genebrard. fol. 119. ad Schegkiũ, quosdam hæreticos qui Filiũ in Patre esse tanquam in vase dicebant, à Patre tanquam à maiore contentũ, ita vt esset Filius in Patre, non in Filio Pater. Contra quã hæresim S. Damasc. recèt excogitauit nomẽ pericuiseos, vt mutuã immãsionẽ vltro citroq; designaret.

17. De 1. mod. seu interpret. immanentiæ, sc. secundum vnitatem essentię. *S. Damasc.*

Quòd autem hæc immanentia qua vnus est in alio significet vnitatem essentiæ, frequentissimus est Patrum commentarius. Ita sentit S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orth. cap. 10. in vltimis verbis, immanentiam scilicèt significare vnitatem, & inseparabilitatem substantiæ, & operationis, vt eius verbis vta-

mur: & cap.19,*Immanentia* (inquit) *& stabilitas hypostasion inuicem est, nam ipsæ inseparatæ,& inabcedentes sunt ab inuicem, inconfusam habentes inuicem coniunctionem; non quòd cõfundantur, aut immisceantur, sed quod inuicem inhabitentur*:& iterùm, *quòd quidem in natura creata conspicere impossibile est; quoniam diuina effulgentia, & operatio, una substantia est, & simplex, & impartibilis, & boniformiter in rebus partibilibus variata.* Circuitionem vocat ipsam immanentiam mutuam, quia dum singulas personas cogitando circumimus, quasi ducto orbe singulas in singulis inuenimus: effulgentia autem & operatio idem est, quia Deus operando innotescit, & effulget nobis. Hæc igitur immanentia dicitur esse vnitas substantiæ, & operationis, quæ dicitur simplex & impartibilis in suis partibilibus, scilicèt in personis, quæ diuisæ sunt, vt colligitur ex alio loco S.Damasceni; boniformiter autem, quia vna est forma bonitatis in illis; & ita perspicimus totam rationem immanentiæ, vnitatẽ esse substantiæ, siue essentiæ. Quod autem ait personas à se inuicem inhabitari, eadem est metaphora, quæ verbis continendi, aut capiendi, aut implendi designatur. Et idem testatur S. Hilarius apertissimè, quæstionis istius integerrimus disputator lib.8.de Trinit.*Una igitur fides est*(inquit) *Patrem in Filio, & Filium in Patre, per inseparabilis naturæ vnitatem confiteri; non confusam sed indiscretam; neque permistam, sed indifferentem; neque cohærentem, sed existentem; neque inconsummatam, sed perfectam.* Quibus verbis doctissimè declarat perfectam vnitatem qua Pater est in Filio; si enim essent naturæ distinctæ, aut personæ distinctæ non essent; confusi essent, dum in se inuicem essent, & permixti, & cohærentes quasi loco copulati; & nihil esset vnum vtrique commune perfectũ, & consummatum. Et libr. 5. de Trinit. verbis doctissimis, sed obscuris idem docet, *Naturam suam, vt ita dicam, sequitur immutabilis Deus immutabilem gignens Deum subsistentem.* Nam quia Filius genitus, est persona distincta, & subsistens, & tamen Deus idem; consequitur autem Deus generans, quasi sequatur, hoc est, comitetur naturã suam, dum per eam quam communicat, manet in Filio, quæ est distincta persona. Neque opus est amplius in re perspicua cunctari.

Mutuam immanentiã vocat circuitionem.

Idem.

S.Hilar.

Declaratur.

Quòd verò Filius sit in Patre, vt in principio affirmat S. Cyrill. haud obscurè lib.3. Thesauri non procul à principio, *Quoniam*(inquit) *quod Pater est natura, id ipsum Verbum suum est, ideò Pater in Filio est, sicut sol in suo splendore; & sicut mens, siue intellectus in verbo suo, & sicut in fluuio fons.* Dixit Cyrill. id quod erat obscurius, scilicèt Patrem esse in Filio, sicut principium in re, quæ à principio fluit, vt sol in suo splendore, & cæt. Quod etiam ibidem indicauit, dum ait Filium esse in Patre, quia procedit ab illo; est ergo in illo vt in principio suæ originis. S.verò Hilarius sæpissimè veritatem istam cõmonstrat: & lib.7.de Trinit. non procul à fine cum de ista immanentia disputaret, assignans causam, siue rationem illius, *Cum*, inquit, *à natura Dei non degenerat natiuitas; dum non aliud aliquid quàm in Deum Deus nascitur, & cæt.* Est ergo Filius in Patre vt genitus in gignente, quia nascitur Deus in Deum; is enim est formalis terminus generationis, vt lib.2.diximus: est ergo genitũ in gignẽte vt terminus generationis est in principio ipsius generationis; in Deo autem principium & terminus eadem est essentia; ergo maximè significatur vnitas vtriusque dum genitus in generante esse dicitur; & generans quoque in genito, quod verbis conceptis docet idẽ S.Hilar.lib.3.de Trin.*Pater*, inquit, *in Filio, quia ex eo Filius; Filius in Patre, quia non aliundè quòd Filius.*

18. De 1. modo 1. assertum. Filius est in Patre, vt in principio.

S. Cyrillus.

Declaratur.

S. Hilar.

Præterea quòd Pater sit in Filio vt in imagine, communis est Patrum doctrina, quod elegantèr dixit S.Hilar. lib.8. de signaculis, *Dum totum*, inquit, *accipiunt quod imprimitur, totum ex se referunt quicquid impressum est. Verùm hoc ad diuinæ natiuitatis non proficit exemplum, &c.* Et iterùm. *Vt quod signasset Deus non aliud ex se, quàm formam Dei signantis afferret.* Est igitur exemplum signaculi, vel sigilli quoad hoc non dissimile, quòd id quod cælatur & imprimitur, totum refert quod accipit; Filius ergo Dei qui nascendo diuinã formam accepit, totam formam Deitatis refert, & exprimit. Et ita conspicitur in Filio Pater, vt in imagine; quæ est cõmunis

19. 2. Assertum: Pater est in Filio, vt in imagine.

S.Hilar.

Exemplum sigilli.

munis Patrum interpretatio in illum locum, *Philippe qui videt me videt & Patrem meum; non credis quia ego in Patre, & Pater in me est.* Quibus verbis indicat Dominus Patrem esse in se vt in imagine. S. Hilarius verò etiam indagare videtur illam vnitatem realẽ secundum esse intelligibile, qua Verbũ Dei, & imago est essentia ipsa, quam nascendo accipit, & vt imago refert, & exprimit. Idem docet S. Basilius epist. 43. in illud, *Si cognouissetis me, &c.*

Ioan. 14.

S. Hilar.

S. Basil.

20. De 3. modo: quòd Pater sit in Filio, vt relatum in relato.

Denique quòd etiam Pater sit in Filio vt relatum in relato, scilicèt intelligentiâ conuincti, docet S. Cyrill. lib. 1. Thesauri, cap. 8. ad finem, *Pater*, inquit, *semper in se ipso cogitationem de Filio habet, cognoscendo enim quid ipse sit, Filium quoque cognoscit.* Et iterùm, *à filiatione namq; paternitas intelligitur, & à paternitate filiatio.* Et hoc idem docet S. Ioan. Damasc. lib. 3. fid. Orthod. c. 6. Meritò igitur S. Thom. ait Patrem esse in Filio, & Filium in Patre relationis intelligentia, quia vnum relatum in alio intelligitur, vt ad hoc quoque referatur dictum Domini, *Philippe qui videt me videt & Patrem meum, &c.*

S. Cyrill.

S. Damasc.

S. Thom.

21. Quòd Spiritus Sanctus sit in Patre, & in Filio.

Quod verò Spiritus Sanctus sit etiam in Patre, & Filio, eadem ratio fidei Catholicæ commonstrat; & S. Athanasius confirmat ex illo, *Nemo nouit quæ sunt hominis, &c.* De qua re disputat lib. de vnita substantia ad finem, & de Ariana, & Catholica confessione propè initiũ.

S. Athanas.

1. Cor. 2.

CAPVT XV.

Argumenta refelluntur.

1. Contra immanentiam personarum.

1. Argum. *Arist.* cõtra Anaxag.

QVòd personæ non sint in se inuicem, probatur primò: quia si singulæ sunt in singulis, erit confusio, vt probat Aristot. contra Anaxagoram; sed in Deo nulla est confusio; ergo non sunt singulæ personæ in singulis.

2. 2. Argum.

Secundò: In quocunque est Filius, est filiatio; sed in Patre non est filiatio, aliàs esset Filius; ergo neque Filius est in Patre, aut in Filio Pater; quod eodem argumento probatur. Et cõfirmatur, quoniam hypostasis in nullo est, vt suprà diximus.

Confirm.

3. Contra 1. modum, seu inter primmanẽtię 3. Argum.

Tertiò probatur, quòd vna persona non sit in alia, ratione essentiæ. Nam si ideò Pater est in Filio, quia Pater est essentia, quæ est in Filio, Pater etiam est essentia, quæ est in Patre; ergo Pater est in Patre.

4. 4. Arg. *S. Augusti.*

Quartò: Vna persona est in alia vt subsistens in subsistente, quod docet S. Augustin. essentia autem non est in personis vt subsistens in subsistẽte; ergo quòd essentia sit in personis, non est ratio vt vna persona sit in alia. Et confirmatur, quoniam quicquid est in Patre ratione essentiæ, eo modo est in Patre, quo essentia est in illo; sed essentia est in Patre vt forma qua Pater existit; ergo Filius est in Patre vt forma existendi; & ita Pater erit Filius; imò vna persona erit forma alteri quod non est intelligibile.

Confirm.

5. 5. Arg.

Quintò: Natura diuina est in personis vt quid commune; persona autem vna in alia vt incommunicabile; ergo illud non est ratio istius.

6. 6. Arg. *Durand.* cõtra 2. modũ.

Sextò arguit Durand. contra illud pronunciatum S. Thomæ, quòd Filius sit in Patre, vt in principio. Nam esse in principio est quid imperfectum, scilicèt esse in potentia; ergo non conuenit Filio Dei. Et confirmatur, quoniam quòd Verbum sit in Patre duobus modis potest intelligi; vel quòd sit vna essentia vtriusque personæ; & ita hic modus existendi in alio non distinguitur à primo, quo dicitur vna persona esse in alia per essentiam, vel potest intelligi quòd ipsa operatio per quam verbum procedit, sit in Patre; sed hoc non ostendit Verbum esse in Patre.

Confirm.

7. 7. Arg. *Aureol.* contra 3. mod

Vltimò arguit Aureol. contra illud quod S. Doctor docet Patrem esse in Filio ratione relationis, sequitur enim quòd se toto sit in Filio, & ita nihil Patris sit extra Filium. Quòd si occurras Patrem esse in Filio ratione relationis, non modo existendi reali, sed solùm secundum intellectum. Contra obijcitur: Nam Filius est in Patre modo existendi reali ratione originis, origo autem est ipsa relatio; ergo Filius se toto existit in Patre.

Respons.

Instantia.

Aduertenda.

8. 1. Aduert. vnam personã esse in alia est relatio rationis fundata in sola essẽtia, vt cap. 14. p. 1. n. 5.

PRopter argumẽta refutanda, aduertere maximè opus est, quòd vnam personam diuinam esse in alia est relatio rationis, vt diximus, fundata in sola essentia: cum autem relationis causa inquiritur, fundamẽtum designatur; verbi

Sic similitudo

S. August.

gratia, si quæramus quare Pater est similis Filio? Respondetur propter essentiã vnam. Quamobrem doctè notauit S. *August.* personas esse similes, non ratione proprietatis personalis qua differũt, sed ratione naturæ, in qua conueniunt: sicut igitur ad hoc, vt Pater, & Filius sint similes, necesse est vt sint distincti suis proprietatibus personalibus; quæ tamen distinctio non est fundamentum similitudinis, sed est conditio in relatis necessaria; ad eundem modum vt Pater sit in Filio, tota ratio est vnitas essentiæ; distinctio autem personarum est conditio necessaria in extremis, quæ referuntur. Quare perspicuum est solam essentiam esse rationem adæquatam, vt vna persona sit in alia. Quidam autem arbitrantur relationem similitudinis fundari in ipsa distinctione extremorum; sed ingenuè fallũtur confundentes, & cõmiscentes fundamentum cum ijs conditionibus, quæ in relatis exiguntur. Vt enim admotio est conditio agentis, sed non ratio agendi, ita in relatis distinctio extremorum est conditio sine qua relata realia non sunt, sed non est fundamentum.

Ratio adæquata, seu fundam. quare Pater est in Filio est vnitas naturæ; distinctio est solũ conditio.

Quidam aduertantes fallũtur.

Exemplum de admotione agentis.

9.

2. Aduert. circa 2. modũ immanentiæ.

Secundò aduertendum est, quòd Filium esse in Patre ratione originis non significat aliam vnitatem, nisi essentiæ; sed significat illam alio modo, quia in ea origine quæ est in operatione immanẽte, id quod procedit manet in suo principio; diuina autem origo siue processio est de substantia producentis, vt diximus libr 4. & idcircò ostendit eandem vnitatem essentiæ, alio modo. Cum ergo dicimus Filium esse in Patre, vt in principio, significamus esse consubstantialem Patri; quia ita procedit de substantia Patris, vt in illo maneat; non verò volumus, quòd ipsa natiuitas Filij sit in Patre, sed ratione natiuitatis dicitur esse in Patre, quia nascitur in Deum. Est ergo ratione essentiæ in Patre tanquam per causam formalem, & ratione generationis tanquam per causam efficientem; quia principium originis est quasi actiuum, vt diximus lib. 4. Et ad idem reuocatur quòd sit Verbum in Patre secundum esse reale intelligibile, scilicèt secundum quod procedit vt forma intelligibilis subsistens, quod lib. 2. declaratum est.

Filium esse in Patre ratione originis significat eandẽ vnitatem essentiæ alio modo.

Filius est in Patre vt in principio, sc. consubstantialitèr ratione natiuitatis in Deum, non quòd ipsa natiuitas sit in Patre.

Filius est in Patre ratione essẽtiæ, vt per causam formalem & ratione generationis, vt per efficientẽ.

Sic Verbum in Patre, &c.

10.

3. Aduert.

Adhùc obseruandum est diuersas esse relationes illas rationis, quibus vna persona est in alia, & quibus essentia est in singulis personis; nam illius relationis qua personę sunt in se inuicem, extrema sunt re ipsa distincta, quia sunt ipsæ personæ diuinæ; istius verò relationis qua essentia est in personis, extrema nõ sunt distincta, quia essentia non distinguitur re ipsa à personis. Quamobrem Thomas Caiet. putauit mutuam coniunctionem personarum esse realem, cõiunctionem verò essentiæ cum personis esse tantũmodò rationis: quam sententiam anteà improbauimus. Sed aduertendum est quòd licèt relatio sit diuersa, modus tamen existendi est idem; Filius enim existit in Patre, vt essentia eius, vt vita eius, vt sapientia eius, quæ sententiæ apud Patres frequentissimæ sunt; aliàs non probaretur quòd Filius sit in Patre, ex hoc quòd essentia quæ est ipse Filius sit in Patre; esset enim argumentum à diuersis ad idem hoc modo; Essentia est in Patre vt forma eius; Filius est essentia; ergo Filius est in Patre alio modo existendi: quod est arguere à diuersis ad idem; & vteremur quatuor terminis syllogizando. Est igitur modus existendi idem, sed cum aliqua diuersitate; nam essentia, quicquid est, est in Patre vt forma eius; Filius verò non quicquid est, est in Patre: nam persona quidèm extra personam est; essentia autem Filij in Patre est: ideòque Filius est in Patre, vtpotè quia est essentia Patris; sed est aliquid amplius quod à Patre distinctum est. Proponamus exemplum clarissimum, quod Henricus Gand. videtur excogitasse, licèt non sit exemplum naturę, sed potiùs portentum. Fingamus duobus animantibus vnum esse caput, aut partem aliquam communem, vtrumque esset in altero ratione illius partis communis, & ita vtrumque esset in altero per modum partis cum hac sola differentia, quòd pars illa quidèm esset tota in vno, & tota in altero; animal verò vnum esset in alio non se toto, sed ratione partis. Exemplum autem deficit infinito interuallo à diuina perfectione, quia animal non est sua pars, & ita non absolutè dicendum esset vnum animal ratione partis esse in alio; sed tamen Filius est tota essentia Patris, & ita est adęquatè in Patre secũdum essentiam. Cum hac tamen diuersitate, hoc manet in exemplo

Diuersa est relatio rationis, qua personę sunt in se inuicem, & qua essentia est in personis, vt c. 14. p. 1. n. 7

Ratio.

Illic extrema distincta; hic nõ ita, vt ibid

Vide sententiam Caietani improbatam ibi n. 6

At modus existendi est idẽ.

Ostenditur.

Filius existit in Patre, vt essentia eius, &c.

Aliàs esset syllogismus à diuersis ad idem, & constans 4. terminis.

Illa identitas est cum aliqua diuersitate.

Ostenditur.

Exemplum *Henrici*, vt cap. 14 p. 1. n. 9 & 12.

In aliquo deficit.

In alio est simile.

Aliquid est in Filio quod in Patre non est formaliter.

exemplo simile, quòd aliquid est Filius quod in Patre non est formaliter, nam persona Filij non est in Patre, vt persona est formaliter.

11.
1. Coroll. contra sētēt. Caiet. de qua n. 10.

Ex quibus etiam colligendū est, hāc etiam ob causam falsum videri id quod Thom. Caiet. ait cōiunctionem personarū inter se esse realē, essentiæ verò cū personis nó esse realē, sed rationis tantū. Nam si cōiūctionē vel existētiā vnius in alio accipit formaliter, vtraque est relatio rationis, vt ipse Caiet. confitetur. Si verò de fundamentis sit sermo, vtriusque relationis fundamentum est reale; nam & identitas essentiæ cū personis realis est, sicut identitas personarum secundum essentiam realis est; neq; verò credibile est, quòd coniunctio personarum, quæ oritur à coniunctione essentiæ cum personis, sit maior, eam ob causam quia personæ sunt distinctæ: aliàs distinctio esset causa coniunctionis; siquidem essentiæ cum personis coniunctio esset rationis, quia non sunt distinctæ res; personarum verò coniunctio realis, vt vult Caietanus, quia sunt distinctæ.

Vtriusq; relationis fundamentū est reale, scil. identitas, vt cap. 14. p. 1. n. 6.

12.
2. Coroll. Dicta immanentia nō probatur p 2. principiū, vt vult Caiet. sed 1. addēdū vt 14. p. 1. n. 5

Colligitur etiam, existentiam vnius personæ in alia non probari per hoc quòd essentia vna est in vtraque, vt Caietan. vult: sed per hoc quòd vna persona est essentia, quæ essentia est in alia persona; hæc enim est recta forma arguendi, nam aliàs ex hoc quòd vnum corpus est in duobus locis sacramētaliter, scilicèt Romæ, & Eboræ, non sit vt Roma sit Eboræ, aut Ebora Romæ.

Exēplū clarū.

Responsio.

13. Ad 1. Argum.

AD primum respondetur confusionem existere sublata vnitate, quia vnitas sequitur terminos rerum, vt in exercitu sublata vnitate ordinis permiscentur, & confunduntur cohortes; & ita Anaxagoras ponens singula in singulis, cōfundebat rerum essentias, faciens omnia vnum sublata vnitate singulorum. At verò diuinæ personæ seruata distinctione personarum, sunt in se inuicem secundum vnitatem essentię; & idcirco non tollitur vnitas singulorum, neque fit confusio; sunt enim in se inuicem solummodo per essentiam, vt diximus. Argumentum vrget eos qui opinantur vnam personam esse in alia secundum se totam.

Anaxag. ponebat singula in singulis sublata vnitate singulorum.

Arg. vrget. Scotum impugnatū cap. 14. p. 2. n. 8. & 9

Ad secundum quidam concedunt filiationem esse in Patre, per modum existendi intimum, sicut Filius est in Patre. Sed non videtur hoc cōcedendum; nam etsi Filius & filiatio res eadem sit; nostro tamen modo intelligendi quem exprimūt ista proloquia, quòd Filius sit in Patre, aut Pater in Filio, nomen filiatio significat quasi formā, quæ non dicitur esse nisi in subiecto, quod nominat. Quare filiatio non est in Patre, aliàs Pater esset Filius. Negatur ergo quòd in quocunque sit Filius, sit filiatio; nam filiatio significatur per modū formæ, quæ solùm est in persona Filij; quare si nomen Filij significet solam relationem, Filius est in Patre vt relatum in relato; relatum autem est in relato sola cognitione, vt diximus, quia vnum in alio cognoscitur; per essentiam verò Filius est in Patre, vt persona in persona, ita vt accipiantur hæc nomina pro personis; personæ enim sunt, quæ habent essentiam. *Ad* confirmationem respondetur, singulare esse diuinis personis, vt vna sit in alia, non ratione personæ siue hypostasis quæ in nullo est vt argumēto probatur; sed ratione essentiæ, quia ipsa hypostasis est essentia.

14. Ad 2. arg. 1. Respons. Improbatur.

2. Respons. vera. Non in quosūq; est Filius est filiatio. Filius vt relatū est in Patre vt in relato seu 3. modo immanētiæ, vt c. 14. p. 2. n. 4.

Ad confirm. Hypostasis vt sic, in nullo est.

15. Ad 3. arg. 1. Respons.

Ad tertium negatur consequentia, quòd Pater sit in Patre; est enim fallacia accidentis; dum enim dicitur, Pater est essentia, non significatur quòd Pater nihil sit nisi essentia; est enim etiam persona; & idcirco ipsa essentia est in Patre, sed non Pater in Patre, quia idem non est in eodem: cum verò nos colligimus, quòd Pater est in Filio ratione essentiæ, non consequitur vt idem sit in eodem. Thomas Caietan. negat consequentiæ similitudinem, quia essentia est in Patre sola rationis cōsideratione; Filius autem est in Patre secundum rem: responsio autem ista minùs placet, propter ea quæ obseruauimus.

Pater non est in Patre.

2. Respons. *Caietan.*

Reijcitur, vt num. 11.

16. Ad 4. Arg. ex 3. aduertēd. num. 10. Vna persona est in alia vt subsistens in subsistente. *S. Augustin.*

Ad quartum respondetur, quòd vnā personam esse in alia, vt subsistēs in subsistente, declarat simul eundem modum existendi quo essentia est in personis, & diuersitatem aliquam, qua vna persona est in alia; ita vt subsistentiæ non confūdantur. Quod vt caueret S. *Augustin.* notauit, personam esse in alia vt subsistens in subsistente; aliàs si hic modus existēdi esset diuersus ab eo modo quo essentia est in personis, omninò vna persona

At nō subsistit in alia, vt cap. 14.p.1.n.8. & p.2.n.8.&9.

Ad confirm. Vna persona est in alia vt forma alterius ratione essentiæ.

sona non solùm esset in alia, sed subsiste ret in alia, quod impossibile est, & antea satis improbatum. *Ad* confirmationem respondetur concedendo quòd vna persona est in alia, vt forma alterius, sed est tamen forma alterius, non ratione personæ, sed ratione essentiæ. Et hæc est vera & propriè asserta enunciatio; Filius est forma & substantia, & quidditas Patris, nō quatenus Filius est persona, sed quatenus est essentia.

17. Ad 5. argum. Probat tradita in 3. aduert.

Ad quintum respondetur similiter, quòd modus existendi quo essentia est in personis, & quo persona est in persona, non est idem omninò vt argumento probatur & antea declarauimus; sed tamen essentia non ideo est in persona, quia est communis, sed quia est forma personæ; quare per hoc quòd Pater est essentia, quamuis Pater non sit commune quid, est tamen in Filio vt forma eius.

Essentia non ideo est in personis, quia cōmunis, sed qa forma personæ

18. Ad 6. argum. Esse in principio consubstātiali est summa perfectio.

Ad confirm.

Ad sextum iam diximus quòd esse in principio consubstātiali, est summa perfectio, & modus existendi in alio perfectissimus. *Ad* cōfirmationē respōdetur quòd esse in alio, vt in principio siue per originem, significat quidem ipsam vnitatem essentiæ, sed significat illam per originem, quasi designemus causam efficientem istius modi existendi in alio, vt declaratum est; cum tamen ibi causa efficiens nulla sit.

num. 9.

19. Ad vlt arg. Probat contra sient. *Scoti.* *S. Thom.* 3. modus, vt c. 14.p.2.num.4. est immanentia æquiuocà

Ad vltimum respondetur argumentum conuincere quòd Filius non sit in Patre ratione essentię & relationis simul, aliàs filiatio esset in Patre; & Pater esset Filius. At verò S. Thomas cū docet Filium esse in Patre vt relatum in relato, non loquitur de modo existendi reali secundum reale fundamentum: sed æquiuocè dicitur in alio esse, quod in alio cognoscitur: quo pacto vnum relatum est in alio, hoc est, cognoscitur simùl cum alio.

20. Ad confirm. Natiuitas nō est in Patre, sed indicat rationem qua Filius est in substantia, & de substātia Patris vt num. 9.

Ad confirmationē respondetur, quòd Filius est in Patre ratione natiuitatis, non ita vt natiuitas eius sit in Patre, vt argumentum probat; sed quia natiuitas indicat rationem quare Filius sit in ipsa substātia, & de ipsa substantia Patris; quasi declarat causam efficientem, vt dictum est.

CAPVT. XVI.

Nomen Trinitatis significat tres personas in vnitate naturæ.

EXplicandum iam est clariùs, quæ nomina significent in Deo vnitatem, quæ distinctionem. Trinitas autem vtrumque significat, & idcirco erit ab hoc nomine ducendum initium.

1. 2. 1. Pars vtrum sit *Ex S. Isidor.* Trinitas, idest, ter vnitas. *Ex S. Thom.* ea non est germana significatio. De hac, 1. sect. est significatur ter vnitatem. Refellitur ab eodem. Sic Deus trinus erit ter vnus, quod est hæreticum. Arg. à cōiugatis. 2. & vera sect vt in tit. *Magist.* Significatur nariùpersonarū in recto, & vnitatē naturæ in obliquo. *S. Thom.* 3. 1. Aduert. ex eodem Nō significat psonas aut naturam. Consect. Non est nomē personale. *Idem.* Licèt esset personale non esset relatiuū. ex lib. 4. c. 65. Exemplum personæ.

S. Isidorus lib. 7. etymologiæ cap. 4. Trinitatem interpretatur trium vnitatem: sed tamen, vt S. Thom. obseruat 1. p. q. 31. art. 1. & d. 24. art. 2. q. 2. hæc est nominis notatio siue etymologia, & nō ipsa germana significatio. Quidam ergo dixerunt nomen hoc significare duntaxat personas siue vnitates personales, vt Trinitas dicatur ter vnitas. Et hoc refellit S. Doctor in sent. quia ea nominis explicatione Deus nō diceretur trinus, trinus enim est nomen ductum à Trinitate. Si ergo Trinitas est ter vnitas. Deus trinus erit Deus ter vnus, quod est hæreticum; cum sit semel Deus vnus, & non ter vnus. Argumentum est à coniugatis. Alij ergo dixerunt meliùs cū Magistro nomen hoc significare tres personas in vnitate naturæ; ita vt vtrumque significet & numerum & vnitatem, sed præcipue numerum quasi in recto, & vnitatem in obliquo, vt Theologi loquuntur, & hæc est sententia S. Thomæ.

Obseruandum est autem eodem auctore, quòd istud nomen non significat personas aut naturam, sed numerum in personis, & vnitatē in natura: vnde colligitur non esse nomen relatiuum personalium, scilicèt Patris & Filij, & Spiritus Sancti, non tamen significat ipsas relationes aut personas, sed numerum illarum, vt docet S. Thom. ad 1. Et potest dici præterea, quòd licèt significaret personas, non tamen esset relatiuū nomen; quia significaret eas conceptu absoluto: vt nomen ipsū personæ, quod relatiuum non est, & quia significat numerum, dicitur nomen personale, & inter personalia recensendum in ea distributione nominum quam fecit S. Ambrosius.

cap. 14. n. 17.

4. 2. Aduert. In diuinis nō est nomen numerale cōmune alijs rebus.

Aduertendum tamen est quòd hoc nomen Trinitas, accommodatum rebus diuinis, non est nomen numerale commune alijs rebus; tum quia significat nō solum ternarium personarum, sed vnitatem

1. Ratio. Illatum: Trinitas & ternarius nó sunt synonima.

tatem quoque naturæ; quare Trinitas & ternarius non sunt synonima: tum etiam quia significat numerum, & vnitatem in Deo, scilicèt in diuinis personis & diuina natura. Itaque est nomen diuinum, quod videlicet rei creatæ non cóuenit. Et hæc omnia potest significare simul per modum vnius, quia significat numerum illum planè diuinum, in quo est etiam vnitas; & idcirco dicitur significare præcipuè numerũ quasi in recto, & vnitatem in obliquo; vt vno cõceptu vtrumque significet: sicut enim de pluribus simul iudicium mente proferimus per modum vnius, hoc est, vt ad vnum referuntur; ita & plura quæ ad vnum revocantur, vnâ intelligentiâ apprehẽdimus.

2. Ratio. Illatum: Trinitas est nomen diuinum significans numerũ diuinũ in quo est vnitas.

Vno conceptu vtrumque significat.

Ostenditur.

Alia sunt quæ S. Thomas obseruat 1. p. q. 31. art. 1. Nam solut. ad 3. notat quòd Trinitas dicitur, sed non triplicitas, quia triplicitas non est nomen numeri, sed proportionis, vt docet Boetius de Arithmet. lib. 1. cap. 24. & idem docet S. August. 6. de Trinitate cap. 7. *Nec quoniam*, inquit, *Trinitas est, ideo triplex putandus est.* Quia scilicèt differrent essentiâ, & vnus esset maior alio, quod pertinet ad proportionem: vnde sequitur. *Alioqui minor erit Pater solus, aut Filius solus, quàm simul Pater & filius.* Triplex ergo inæqualitatem significat, sicut multiplex etiã significat formæ diuersitatẽ, vt dicemus p. cap. sequenti: & idem affirmat Iohan. Maxẽt. in confessione Fidei. Vide Magistrum d. 19. vbi negat similiter Deum esse triplicem. Admonet etiam quòd licèt nomina pleraque diuina abstracta de concretis dicantur, & concreta de abstractis; non tamen dicitur trina Trinitas; quia sicut dicimus Deum trinum eò quòd sunt tria suppositа Deitatis, ita dicendo trinam Trinitatem, tria suppositа Trinitatis diceremus; scilicèt tria suppositа, quorum vnumquodque esset Trinitas. Verè enim Trinitatis tria suppositа sunt in sensu collectiuo, vt significetur collectio suppositorũ; sed S. Thom. hoc negat in suppositione personali, vt aiunt dialectici, scilicèt quòd sint tria suppositа & vnumquodque suppositum sit Trinitas; benè autem dicitur cum S. Ansel. Monolog. c. 76. vna trinitas, & trina vnitas.

5. 5. Aduert. ex eodem. Trinitas dicitur, sed non triplicitas. Ratio. *Boet.* *S. August.* Triplex proportionem, ac proinde inæqualitate significat. Sic multiplex formę diuersit.

Præterea obseruat S. Thom. quòd cum dicitur in Symbolo S. Athanasij, & in præfatione ecclesiastica Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate veneranda; numerum ponimus pro rebus numeratis, ita vt erudiamur venerari nos debere Trinitatem, hoc est, personas tres in vnitate, hoc est in natura vna, & vnitatem in Trinitate similiter; aliàs si esset Trinitas in vnitate, vnitas esset trina, & essẽt diuinæ naturæ vnitates tres, vt ponit Arius. Quòd si esset vnitas in Trinitate personarum, personarum ternarius esset numerus rationis, & non rerum, vt ponit Sabellius.

4. Aduert. ex eodem. Veneramur numerũ, pret. numeratis. Aliàs trinam vnitatem, seu Trinitatem in vnitate ponit Arius. Itẽ vnitatẽ in Trinit. ponit Sabellius.

In bibliotheca Sanctorum, tomo 5. pag. 514. refertur controuersia hæreticorum cum Catholicis vtrùm Filius Dei dicendus sit vnus ex Trinitate, an verò vnus in Trinitate? Sed ista controuersia per ea quæ dicebamus facilè pacatur. Vtrũque enim potest dici & quòd de Trinitate sit vnus, & quòd in Trinitate sit vnus. Neque enim in Trinitate vnus significat, quòd hic vnus sit vnus in tribus; sed quòd in illis trib' hic vnus numeretur, quasi contentus in illo numero: sicut dicimus in quaternario esse duos binarios, & quatuor vnitates. Quòd verò Christus sit vnus ex Trinitate, siue etiam vnus trium, tuetur Ioh. Maxent. in sua professione contra Nestorianos, & recitat testimonia. S. Augustin. in lib. Enchir. & libr. 2. de Trinit. cap. 10.

7. Quæst. ex Bibliot. Patrum. Vtrum Filius Dei dicẽdus sit vnus ex Trinitate, an in Trinitate? Resol. ex dictis Vtrũq; dicit.

Ex quibus colligimus nomen hoc etiamsi ex primo instituto significet etiã apud Theologos ternarium cum vnitate coniunctum; tamen traductum esse vt significet quoque ipsas tres personas diuinas in natura vna; quæ est figura loquutionis qua continens pro contento accipitur; sicut nomen pro re significata vsurpatur, cum dicitur. *Omnipotens nomen tuum de regalibus sedibus venit.* Neque enim nomen venit, sed Deus nomine indicatus: ita numerus trinitas pro rebus numeratis, vt plurimùm sumitur ab Ecclesia, à Patribus, à Theologis. Et in ea significatione hoc nomen vno conceptu exprimit tres personas in vna natura, quatenus tres in illa vnitate conueniunt. Et ita adoramus latriâ beatissimam Trinitatem; nõ numerum, sed res numeratas; neq; vnitatem, sed essentiam vnam, & Deus ipse appellatur vnitas perfectissima.

8. Coroll. Nomen, Trinitas, traductũ est vt significet quoq; tres personas in natura vna. Simili figura vtitur Ecclesia Sic adoramus latriâ Trinitatẽ, & vnitatẽ.

3. Aduert. ex eodem. Trinitas dicitur, sed non triplicitas. Ratio. *Boet.* *S. August.* Triplex proportionem, ac proinde inæqualitate significat. Sic multiplex formę diuersit.

Maxent.

Magist. Hic admonet non obstante doctr. c. 23. n. 15. & 24. n. 16. quòd non dicitur trina Trinitas.

Ratio.

Trinitatis tria suppositа concedũa in sensu collectiuo. Ex S. *Thom.* negãda in suppositione personali. Bene dicitur vna Trinitas trina vnitas. S. *Anselm.* 6.

In

9. Sic Trinitas est nomen collectiuum. *S. Thom.*

In hac significatione Trinitas est nomen quasi collectiuum, vt docet Sanctus Thom. ad 2. similitudo autem cum collectiuis hæc intercedit, quòd nomẽ collectiuum significat plura distincta simul, ita vt non sit personalis suppositio; omnes enim homines simul sunt vnus populus: Trinitas quoque sunt tres personæ simul, sed singulæ non sunt Trinitas. Est etiam in nomine collectiuo vnitas ordinis; quæ etiam est in personis diuinis. Vt enim docet S. Ambros. 1. lib. de Trinit. non est confusum quod vnũ est: esset autem confusio in multis sine ordine. Discrimen autem est nõ minùs notum, inter illa collectiua, & sanctum nomen Trinitatis; nam nomine collectiuo significantur res plures maximè distinctæ, vt potè quæ nullâ formâ communi conueniunt. Significatur autem simul hoc nomine quædam vnitas ordinis duntaxat, vt populus. *At* verò Trinitas significat res quidem distinctas minima distinctione quæ est relatiua, & coniunctas maxima vnitate eiusdem simplicis essentiæ, & non solum vnitate ordinis. Quia ergo Trinitas significat plura simul, hæc propositio est falsa, Pater est Trinitas; & hæc etiam, Trinitas est Pater: nam licèt Deitas sit Pater, & Deitas sit Trinitas; tamen Trinitas nõ est Pater, variata suppositione, vt posteà dicemus. Et ita docet S. Augustin. lib. 5. de Trinitate cap. 11. nisi Pater significet adoptionis gratiam, qua nos Deum Patrem vocamus: nam & Filius & Spiritus Sanctus vnus est nobis Pater, & tota Trinitas Pater, vt S. *Augustin.* notat. Sed tamen quia Trinitas est idem cum essentia diuina, hæc est vera propositio, Deus est Trinitas, vt docet S. Thomas q. 39. art. 6. ad 1. quod in nulla re creata potest cogitari. Quapropter deficit hìc Aristotelis documentum verissimũ lib. 1. periherm. cap. 5. quòd nota vniuersalitatis, scilicèt omnis, nunquam inueniatur in prædicato affirmationis veræ; neque enim omnis homo est omne animal, neque Petrus est omnis homo, neq; vlla est vera affirmatio in qua prædicetur, omnis, vt S. Thom. ibidem ostendit: oportet enim vt multa contenta sub omni prædicentur de eodem; omnis enim de tribus primùm dicitur, de paucioribus non dicitur, vt *Aristotel.* docet. Est autem Deus omnis persona diuina, quia multæ personæ contentæ sub prædicato, omnis persona, dicuntur de Deo. *Adam* autem ante Euam conditam non erat omnis homo, sed vnus homo.

10. 5. Aduert. *Conc. Tol.* 11 negat hanc, In Deo est Trinitas. *Et Bellarm.* hoc Cõc. licet à Papa nõ confirmatũ, tamen ab Ecclesia receptum. Obiect. excip. *Damn.*

Atqui obseruandum est adhùc quòd in Cõcilio Tolet. 11. negatur hæc propositio. In Deo est Trinitas, quia more loquendi exacto, personæ non sunt in Deo, sed Deitas est in personis. Quod concilium etsi Bellarmin. testetur non esse auctoritate apostolica cõfirmatum lib. 2. de Verbo Dei, c. 10. fatetur tamen ibidem; esse consensu Ecclesiæ receptum. Cum verò cap. *Damnamus*, dicitur, in Deo sola Trinitas; alius est sensus, scilicèt quòd in Deitate inuenitur Trinitas, hoc est, agnoscitur Trinitas, non quaternitas: non autẽ quòd personæ sint in natura, sed potiùs est natura in psonis, si Dialecticæ imò & physicæ disciplinæ obseruandæ sint. Ad hoc etiam pertinet, quod dicitur à Maxentio libr. 2. cap. 19. tom. 3. bibliot. contra Nestorium, Filius est vnus ex Trinitate, sed nõ est in Trinitate vnus. Nam vnus ex Trinitate designat partitionẽ, quòd ex tribus sit vnus. At verò vnus in Trinitate, significat quòd sit vnus in tribus, quod est falsum; sola enim diuina natura est vna in tribus. Nihilominus hæc forma loquendi non semper adeò exactè seruatur. Vnde S. Thom. q. 31. art. 1. in Deo esse Trinitatem ait, hoc est inueniri in natura diuina tres personas.

Respons. In Deitate sola Trinitas, idest, nõ quaternitas. Exacta formâ loquendi, personæ non sunt in natura, sed est natura in personis. *Maxent.* contra Nestor. ait quòd Filius nõ est vnus in Trinitate, idest vnus in tribus. Exacta forma nõ semper seruatur. *S. Thom.*

11. 6. Aduert. Nomẽ Trinitatis semper vsurpatum. *S. Dionys.* *S. Greg. Naz.* *S. Iustin.* *Tertull.* *S. Cyprian.* *S. Naziãz.* *S. Hilarius.* *S. Augus.* *S. Athanas.*

Nomen autem ipsum Trinitatis ab initio nascentis Ecclesiæ accepimus, sicut & fidem Trinitatis; vsurpauit illud S. Dionys. Pauli auditor cap. 1. de diuinis nominibus, & lib. de mystica Theologia, & Grego. Taumaturg. in sua fidei confessione. Et Sanctus Iustinus de recta fidei confess. Tertullian. lib. contra Praxeam. S. Cyprianus serm. de Orat. dominica. S. Gregor. Nazianz. in oration. Theolog. Sanctus verò Hilarius libros inscripsit de Trinitate; & omnes Patres post Sanctum Augustinum nomẽ vsurpãt. Quod Sãctus Athanasius Symbolo fidei inseruit, *vt vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit*; quod est etiam in concilijs nomen familiare, vt cõstat c. *Firmiter de sũma Trinitate*, & in alijs plurimis. Græci Triadem vocant, nos Trinitatem. *At* quòd nomen traditionis acceperimus, docet

Inter eadẽ discrimen.

1. Consect. ex 1. similitudine Hæ sunt falsæ, Pater est Trinitas, Trinitas est Pater.

S. Augus. Secus de Patre per adoptionẽ

Idem.

2. Consect. ex discrimine. Hæc est vera, Deus est Trinitas. *S. Thom.* Deficit hìc *Arist.*

dicẽs nullam esse verã affir. in qua prædicetur, omnis. Exempla

S. Thom.

Omnis, de tribus primũ dicitur. *Aristotel.*

Cap. firm.

Genebrard. docet Genebrard libr. 3. de Trinitat c. cap. 102.

12.

2.Pars. 1 Dub.an Deus triplex?

Adhùc duo sunt quæ disputãdo oportet inuestigari. Alterum, rectène dicamus Deum triplicem, sicut dicimus Trinum? Alterum, vtrum triplicem personam liceat dicere?

2. Dub. an psona triplex?

13.

De 1.dub.1.sẽt. affirmans. *Mirandul.* 1.& veræ sent. neg. 1.assertio.

Picus Mirandulanus in Poemate, triplex numen dixit. *Vnum in Triplici numine numen habet.* Quòd si numen accipiamus vt nomen abstractum, neque trinum numen dicendum esse videtur, sicut non est trina Deitas, sed Trinus Deus, si exactè loquendum sit, vt disputauimus. Sed accepto etiam nomine concreto, non audienda est Mirandulani sententia, quæ Patribus aduersa est, vt in confirmatione subijciemus. Quòd si inquiritur causa ipsa & ratio assertæ sententiæ à Patribus; vna & altera occurrunt aduertentibus triplex dici quasi triplicatũ, sicut multiplex multiplicatum. Prima ergo ratio negandi Deum triplicẽ est, quia sicut multiplex opponitur simplici, in quo nõ sunt multa distincta; ita triplex opponitur simplici. Nam si in simplici non sunt multa distincta ab ipso, neque sunt tria ab ipso simplici distincta: ergo eadem ratione, qua simplex non est multiplex, nõ est triplex. Non est ergo Deus triplex, cum non sit distinctus à personis tribus. Alia ratione clariùs liquet Deum non esse triplicem, quia non est triplicatus, sicut neque multiplicatus: Deus enim triplex significat Deos tres, sicut multiplex multos Deos.

Numẽ p Deitate nec est trinũ, nec triplex exactè loquendo, vt n.10.

2. Assertio. Numen pro Deonõ est triplex.

1. Ratio. Sicut multiplex, ita triplex opponitur simplici.

2. Rat. clarior. Deus nõ est triplicatus.

14.

De 2. Dub.

Hac ergo qnæstione transacta, tractanda alia est, quare non dicatur persona diuina triplex, siquidem multiplicatur & triplicatur? Theologi enim duplicem processionem diuinam aiunt; ergo & triplicem personam. S. August. negat personam diuinam esse triplicem, quia sequeretur tres personas esse maius quid quàm vnam. Nec dissimilis est responsio Sancti Thomæ, quæstione 31.articul.1.ad 3. quia, inquit, triplex significat proportionem, vt docet Boetius libr.de Arithmetica. Quidam verò rationem traditam ab Augustino & à S.Th.oppugnãt. S.August. enim obijciũt in ternario numero id necesse esse, vt ternarius sit maior binario. At verò S.Th.opponunt, nihil necesse esse vt in numero cernatur inæqualitas in qua est proportio: non ergo neganda est proportio, sicut neq; numerus in diuinis rebus. Quare arbitrantur posse dici tripli cẽ personã & multiplicẽ personam, sicut p̃sonas tres & personas multas dicimus.

Ratio dub. Processio dicitur duplex. 1.Sent.neg. *S.August.* 1. Ratio. 2. Similis. *S.Thom. Boet.* 2.Sent. affirm. *Vasq.* Impugnat 1. 1. rationem Impugnat 2. 2. rationẽ.

Contra istam sententiam, S.August. & S.Thom. aduersantem imprimis cõprobauimus, nomen hoc, triplex, suspectum esse in rebus diuinis, quod satis est Theologo, vt caueatur. Nomen enim, Trinus, significat numerũ, quem in personis esse non ambigimus: nomen verò triplex, quod est ductum à triplo, significat proportionẽ, & inæqualitatem, quæ in re omni diuina euitanda est: ergo etsi in numero abstracto sit inæqualitas, vt docuimus lib.1.tamen absolutè vsurpãdum non est nomen proportionis indicãs inæqualitatẽ nefaciamus suspicione attribuẽdi inæqualitatẽ aliquã in ipsa natura Deitatis, quæ solũ est in intellectu nostro. Præterea proportio in re ipsa ostendit esse maius & minus: Nam triplum siue in quantitate continua, siue in discreta, est re ipsa maius & melius, vt lib. eodem commõstrauimus: ergo non est attribuendum diuinis rebus: sed in solo numero abstracto, qui est in intellectu numerãte, triplum cernitur. Postremò, id quod est præcipuum; nomen Trinitas, significat ipsas personas diuinas tres, vt cõprobauimus 1.p.cap. sed in personis ipsis non est triplum, quod est proportio & inæqualitas: ergo hoc nomen non est aptum diuinis rebus. Et hoc apertissimè conuincit argumentum S.*Augustini*. Nam si in ipsis personis inueniretur triplum, illud esset maius vno. Nam triplum ex propria ratione est maius. Numerus autem proprio conceptu numeri non significat maius, aut minus. Quare nomen numeri ternarij rectè acceptum est ad significandas diuinas personas. Et nomen triplicis, quod est nomen proportionis, meritò est expunctum. Et eadem est ratio S.*Augustini*. & S. Thomæ.

In hac sent. dicitur triplex & multiplex persona.

15.

Pro 1. sent. assertio. Nomen, triplex, suspectũ est in diuinis, ex num.5.

Prob.1. ex 1. & 2.tatione, vt supra.

Nomen, triplex, quod est ductũ à triplo, significat inæqualitatẽ, & proportionẽ. In qualitas solũ est in num. abstracto, vt lib.1.cap.42.p.4. num.7.

Prob.2. Triplũ est re ipsa maius, & melius, vt ibidem.

Prob.3. ex num.5.

Triplũ ex propria ratione est maius. Numerus non sic.

Argumenta autem opposita hoc solũmodo cõfirmant, quòd in numero abstracto, qui est in solo intellectu, possit dici multiplex & triplex; & quòd ibi sit inęqualitas & proportio. Theologi verò aiunt processionem esse duplicem, quia nomen, duplex, vsitatum est ad significandum numerum, nõ solam proportionem.

16.

Ad vtramque impugnation.

Ad ration.dub Nomen, duplex, vsitatum etiam pro numero.

15. Additio. Multiplex significat nō solū numerū neque solī proportionē, sed diuersitatem naturę.

His omnibus addendum est multiplex significare diuersitatem, nō solum numerum, neque solam proportionem numeri, sed diuersitatem naturæ, quo pacto opponitur simplici; & multiplex dicitur quod multis modis vtile est, aut quod multis & diuersis qualitatibus prędituin. Qua etiam ratione in diuinis personis cauendum, ne significemus diuersam naturam. Præterea nomen, triplex, æquiuocum est. Nam etsi aliquādo significet distributè tres, aliquando significat vnum triplicatum modis aut qualitatibus, vt triforme: quare etiam propter ambiguitatem ineptum est diuinis personis, quod significauit S. Ambros. lib. 1. de fide, cap. 2. *Neque multiplex*, inquit, *quod est indifferens*. Probat enim essentiam diuinā non esse multiplicem, quia est in singulis personis eadem, sine diuersitate aliqua, hoc quippe dicit indifferens.

Item nomen, triplex, æquiuocū est ad 3. distribute, & ad vnum triplicatū modis aut qualitatib⁹ *S. Ambros.*

A

B

Confirmatio.

16. Quoad 1. dub. pro sent. neg. *S. Ambros. S. August. S. Bernard. S. Nazianz. S. Thom. Alens. Cōc. Tol. 11*

QVòd Deus non sit triplex, probatur auctoritate S. *Ambrosij* lib. 1. de fide, cap. 2. S. Augustin. lib. 6. de Trinitate, cap. 6 7 & 8. & lib. 15. cap. 13. & S. Bernard. lib. 5 de considerat. ad Eugen. & S. Gregor. Nazianzen. orat. ad Euagrium. Quos Patres consequitur S. Thom. 1. p. q. 31. art. 1. ad 3. & *Alex.* Alens. q. 66. memb. 1. artic. 4. & Concilium Tolet. 11. in confes. fidei profitetur Deum non esse triplicem, sed trinū.

C

17. Quoad 2. dub. pro sent. neg. Sicut Deus est trinus, nō persona; ita triplex, si hoc nomen diuinis conueniret.

At verò ijsdem auctoribus probatur non dici triplicem personam in Deo. Nam nomen, triplex, non potest dici de Deo nisi ratione personarum: sicut enim nulla persona est Trina, sed Deus Trinus est; ita neque vlla persona est triplex, sed Deus triplex dicendus est, si id nomen in diuinis vsurpandum est. Quòd etsi triplex accipiamus partitè vt nomen numerale; quia tamen trinum indicat proportionem, probè ab *August.* & S. Thom. excluditur, vt comprobatum est.

D

CAPVT XVII.

Nomina explicantur quæ vel vnitatē vel distinctionem in Deo indicāt.

1. DIsputationi præcedenti coniunctū est, vt nomina illa siue nominum vsum elucidemus, quæ vel vnitatem vel distinctionem indicant, vt aptè rebus diuinis significandis afferantur.

2. 1. Pars tit. Nomen vnius, vel vnitat. Deo maximè quadrat, vt lib. 1. 37. & 38. Nomen vnionis pro vnitate æquiuocum. 1. Significat coniunctionē, cohærentiam, & relationē causę. Nihil horū inuenitur in Deo. 2. Significat relationem nationis, seu coniunctionē personarū in vnitate naturę, vel naturā Patris cum natura Filij in eadem vnitate.

Nomen vnius vel vnitatis Deo maximè quadrat, vt lib. 1. docuimus; & nihil habet significationis suspectum. Inuenitur autem apud Patres nomen vnionis pro vnitate, quod sanè æquiuocum est, & disceptationis discordiæque origo: significat enim nomen istud, vnio, actionem qua res diuisas coniungimus, vel ipsam cohærentiam rerum coniunctarum, vel etiam relationem inde prosilientem. Quarum rerum nihil inuenitur in ea vnitate qua diuinæ personæ sunt vnum, quæ est vnitas essentię: neque enim per actionem, aut causam vllam coniunguntur, aut cohærent vt causata, neque habent inter se eam relationem vnionis quam habent quæ per causam sunt coniuncta. Dicuntur tamen personæ coniunctæ in vnitate naturæ, vt & nos loquimur; quia intelligēdo illas coniungimus. Imò naturam Patris cum Filij essentia, cogitando copulamus, non quòd sint duæ essentiæ, sed quia eadem essentia bis sumitur in contēplatione nostra, in Patre vt principium, in Filio vt terminus: & in relationibus similitudinis, & æqualitatis eā. dem essentiam, quæ est fundamentum harum relationum, cogitādo repetimus, vt diximus lib. 3. Quamobrem vnio siue coniunctio inter diuinas personas, est sola meditatio humanæ rationis.

Simile de relationibus similitudinis, & æqualitatis.

3. Ex hac ambiguitate oh resis Ariana, si vnio sit naturæ cum natura. Item Sabelliana, si vnio sit personarum. *S. Hilar.*

Ex qua nominis ambiguitate, vtraque potest oriri hæresis, Ariana, & Sabelliana: Ariana, si vnio indicet coniunctionem naturæ cum natura, vt diuisa sit natura Patris à Filio: Sabelliana, vt vnio tribuatur etiam personis. Et quidem Sanctus Hilarius libr. 5. de Trinitate, & clariùs lib. 6. aliquantulum longiùs à principio, nomen vnionis detestatur vt Sabellianum, & inuentū esse ait vt religio fidei vnitatis auferatur, scilicèt vt non sincera vnitas naturæ in personis distinctis colatur. S. verò Athanas. in prologo, & libr. de vnitate Trinitatis libenter vsurpat nomen vnionis, & ait nomen Deitatis esse vnitum, & aliàs sæpiùs. Et Sanct. Gregorius Nazianzenus oration. 1. Theolog. nomen vnionis non refugit. S. quoque Dionys. de diuin. nomin. Theolo-

Vnionē in 2. sign. vsurpat *S. Athanas.* *S. Nazianz.* *S. Dionys.*

In 1. significatione euitat *S. Bernard.*

Theologiam facit vnitam & discretam vnitam propter ea quæ sunt vnũ in Deo. Sed S. Bernardus lib. 1. de considerat. ad Eugen. nomen vniti euitat, *Vnũ quippe est*, ait, *non vnitum*. Cauendum est igitur ab loquendi vsu hęreticorum qui in nostram ætatem incidunt, & nominis interpretatio disputationi prætendẽda.

Hæresum præsentium signif vitanda.

4.

Circa relatiuũ idẽ, quorundã sent. quòd referre ipsonã

Relatiuum, idem, quod ad vnitatem etiam pertinet, visum est aliquibus plus referre, quàm relatiuum, illud, aut, quod: Quare negandum esse enuntiationem, Pater est Deus, & idem Deus est Filius. Quare & S. Thom. aliquando dubitauit concedere, Pater & Filius sunt idem: ne videretur relatiuum, idem, referre personam, eandem. Et auctor commentarij in Boetium apud Bedam col. 1113. concedit Patrem & Filium non esse eundem Deum, sed Deum eundem: quia relatiuum, idem, si antecedit prædicatũ, refert etiam personam; si sequitur refert solam naturam: sed potiùs vtendũ est nominibus eo vsu quo explicantur à peritis grammaticæ; qui nihil distinguunt significationem nominum siue antecedant, siue consequantur, solo situ orationis discreta. Relatiuum verò, idẽ, refert, vt & alia relatiua, nomen antecedens, suppositione illa qua antecedit: si verò coniungitur cum nomine aliquo, refert formale significatum nominis. Quare idem Deus est Pater & Filius, & Pater est Deus, qui idem Deus est Filius, vt S. Thom. 1. p. concesit; quia idem Deus significat identitatem Deitatis.

Consect. *S. Thom.*

Limitatio cõmentatoris *Boetij*, apud *Bedã*, si, idem, antecedat prędicatum, &c.

1. Assertio: Idẽ ob situ solũ vnũ variat id quod refert.

2. Assertio; Obsup positionem nominis anteced. variat vt & alia relatiua.

3. Assertio: Si cõiungitur cum nomine, refert formale signific.

Vnde adcõsect *S. Thom.*

5.

Succedunt ea nomina quæ vnitatem quidem significant, sed quia distinctionem personarum auferunt, à Dei prædicatione excipimus; neq; enim est Deus singularis, nec vnicus, nec solitarius, sed vnus. Non singularis, quia tollitur cõmunicabilitas, vt ait S. Thom. quæst. 31. art. 2. & probat auctoritate Sanct. Hilarij lib. 7. de Trinitate asserentis sacrilegium esse Deum singularem dicere; quare nec Deitas est singularis cum sit communicabilis. Tertull. etiam lib. cõtra Praxeam, Deum singularem negat, cum pluraliter dicat, *Faciamus*. Non vnicus, quia tollitur numerus personarum, vt auctor est ipse Sanctus Hilarius libr. eodem; Filium verò vnicum dicimus, quia non sunt plures Filij, plures tamen personæ sunt quæ sũt Deus vnus: quare Deus vnus, non vnicus dicitur.

Denominibus vnitatis quæ distinctionẽ personarũ auferũt

1. Dictum. Deus nõ singularis; quia tollitur cõmunicabilitas. *S. Thom.* ex *S. Hilar. Tertull. ex Gen.* 1.

2. Dictum. Deus nõ vnicus; quia tollitur numerus personarum. *S. Hilar.*

A Testatur enim Phebadus lib. contra Arianos Vicentium, Valentem, & Putaneum hæreticos Deum vnicum subdola fraude dixisse, quasi solitarium sine personis. Imò & Deum vnum formidat dicere, hæretico scilicèt sensu pro vnico. Sed Catholicè confitendus est vnus Deus, vt & ille confitetur lib. eodem. Et quod clarius est, non dicitur Deus solitarius, cum sit in Deo consortium personarum, vt docet ipse Sanctus Hilarius libr. 4. Dicitur etiam natura vna sed non confusa, aut composita, aut mixta, sed simplex & vna.

Phebadus conta Arian.

3. Dictum. Deus non solitarius. *S. Hilar.*

4. Dictum. Dicitur natura simplex & vna

Sed hęc iam vsu molliora sunt, & magis à periculo semota, vt liceat Durando dicere, d. 9. q. 1. benè posse Deum vocari vnicum & singularem: maximè cũ hæ voces ex instituto non significent solitariam naturam sine personis, de qua re *Alex.* Alens. q. 65.

B

6. Hæc iam vsu molliora. *Durand.*

Alens.

Alia sunt nomina quæ distinctionem significant, sed qualis non est in diuinis personis; non enim dicitur diuina persona differens, non diuersa, non separata, aut diuisa, non dispar, aut discrepãs, non denique aliena, sed distincta. Quòd non dicatur differens, aut diuersa docet S. *Ambros.* lib. 1. de fide ad Gratianum cap. 2. *Pater & Filius Deitati vnum sunt, neque est ibi substantiæ differentia aut diuersitas.* Et idem docet S. Hilar. lib. 4. de Trinitate; quod S. Thom. approbat; quia differentia ostendit distinctionem formæ siue speciei; personę autem diuinæ sunt eiusdem formæ, scilicèt diuinæ essentię, & idcirco propriè non differunt. Et apud logicos differẽtia est eorum quæ subsunt vniuersalibus; quare non est differentia personarum, quam logicus definit. Græci tamen non formidant differentes dicere diuinas personas, S. Iustinus in expositione cõfessionis Trinitatis, S. Nazianz. orat. 3. Theologa, S. Ioan. Dam. lib. 1. fidei c. 1. & 11. & lib. 3. cap. 5. Eurymius in Ioan. c. 16. & ex latinis Richard. de S. Victore lib. 4. de Trinitate cap. 20. & lib. 5. cap. 1. Magist. in 1. d. 24. & Alexand. Alens. 1. p. q. 44. Diuersum etiam non dicitur de diuinis personis, quia diuersitas significat naturę distinctionẽ, vt docet S. Th. art. 2. q. 31. & firmatur autoritate Patrũ S. Fulg. ad Thrasim, c. 6. *Alterũ genuit nõ diuersũ*, & S. Hilar. lib. 4. de Trinit. & S. August. lib. 7. de Trinitate c. vltimo, &

C

7. Differentia ostendit distinctionẽ formæ siue speciei.

Contra Græci *S. Iustinus. S. Nazianz. S. Damas. Eutymius.*

D

2. Pars tit. De nominibus distinctionis quæ vnitatem naturę auferũt

1. Dictum. Diuina persona non dicitur differẽs, aut diuersa.

Ex Latinis. *Ric. de S. Vict. Magist. Alens.*

Quòd non sit diuersa, probatur

Diuersitas significat naturæ distinctionẽ. *S. Thom. S. Fulgent. S. Hilar. S. August.*

Lactãtius.
Illatum *S. Thom.*
Idem & diuersum non diuidunt increatũ ens.

Lactant. lib. 4. instit. diuin. cap. 29. *Nõ diuersum dicimus, neque vtrumque secernimus.* Vnde colligit S. Thom. in 1. d. 4. quæst. 1. art. 2. ad 1. quòd idem & diuersum ex sententia Philosophi diuidant quidem ens creatum, non verò increatum ens.

8.
2. Dictum
Diuina psona ñ est discrepãs, seu dispar ab alia.
S. Ambros.
Ratio.

Quòd verò persona diuina nõ dicatur discrepans, seu dispar ab alia, monet idem S. *Ambros.* lib. de Trinitate, quia discrepans, & dispar, & his similia, inæqualitatem, & dissimilitudinem declarant, quæ inter personas diuinas non noscitur. *Alienum* autem, separatum, & diuisum, commonstrant naturę diuersitatem; nam propter vnitatem Pater est in Filio; quod autem in alio est per essentiam, neque alienum, neque diuisum est. Quare meritò Lactantius dicit personas non secerni, hoc est, non diuidi. Licentiùs enim dixit Hugo Etherianus libr. 2. de Spiritu Sancto personas diuinas diuidi, hoc est, distingui. Quod S. Hilar. docet lib. 7. de Trinitate personas neque diuersas, neque alienas, neque separatas esse. Emendata ergo loquutionis norma est, vt dicamus personas distingui, aut etiam discerni, quæ nomina cuicunque numero aptissima sũt. Nomen distinctionis commune est Patribus, Theologis, & concilijs: discretas autem personas docet S. Dionys. de divin. nomin. cap. 2. discernere enim est vel intellectu distinguere; personæ autẽ diuinæ sunt re ipsa distinctæ. S. Thom. q. 9. de potent. art. 8. docet cõtra *Ariũ* cauenda esse qnatuor, scilicèt diuersum, diuisum, dispar, alienum; contra Sabelliũ itemquatuor, scilicèt singulare, vnicum, confusum, solitarium, quæ omnia ibidẽ explicat.

3. Dictum.
Iteñ est aliena, nõ separata non diuersa.
Ratio.
Personas non secerni rectè ait *Lactant.*
Hug. Ether. explicatur.
S. Hilar.

4. Dictum.
Personæ dicuntur distingui, aut etiam discerni.

S. Th. ait cõtra Arium 4. cauenda, vt n. 5.
Contra Sabel. item 4. vt n. 7. & 8.

9.
Notabile.
In adiectiuis sine substantiuo positis genus malc. indicat personã, neutrum substantiam.
Ostenditur.
S. Thom.

Sed adhuc notandum est nomina adiectiua mutato genere diuersum animo sensum ingenerare; genus enim masculinum indicat personam etiam in substantijs incorporeis; genus ergo maris in Deo indicat personam, neutrum autem genus substantiam; quod intelligimus cum nomen adiectiuum absque substantiuo ponitur. Nam de personis quærimus, quis est? de substantia autem siue essentia rei, quid est? & dicitur prædicari in quæstione quid est ipsa rei quidditas & essentia, quod obseruat S. Thom. 1. p. quæst. 31. art. 2. ad 4. docens neutrum genus esse informe, masculinum verò formatũ eò quòd coaptetur psonę.

10.
Ex hoc notab. 1. Docum.
Nominaliũ distinctionis dicun.ur de plonis generis mascul. nõ neutri.

Ex qua notatione colliguntur præscripta Theologa; nam quia alius & alter significant distinctionem, masculino genere Pater & Filius est alius & alius, siue alter, & alter; neutro autem genere nõ est aliud neque alterum: quia est quidem distinctio in personis genere masculo indicata; sed non est distinctio in quiditatequæ ingenere neutro designatur. Contra verò Pater & Filius sunt vnũ & idem genere neutro, sed nõ sunt vnus neque idem genere masculo; quia est vnitas & identitas quidditatis genere neutro significata, non verò personarum vnitas quam genus maris ostendit; vnde & Porphyrius dixit cap. de differentia, quòd differẽtia facit aliud, hoc est, aliam essentiam siue speciem aliam, quas regulas dialecticas studiosè Patres obseruarunt. Colligitur ista Doctrina ex Nouatiano apud Tertull. lib. de Trinitate. cap. 22. Quam firmant S. Hilarius lib. 1. 2. 3. & 7. de Trinitate. S. Augustin. 11. de Trinit. cap. 10. & tractatu 37. in Ioan. S. Fulgent. lib. 1. de fide ad Petrum, S. *Anselm.* Monolog. cap. 40. 42. Leo primus serm. 1. de Pentecoste, S. Bernard. Epistol. 190. & ex Græcis S. Basilius in Orat. contra eos qui calumniantur nos adorare Deos tres, S. Cyrill. lib. 3. Thesau. c. 1. S. Ioan. Dam. lib. 3. de fide cap. 7. D. Albinus libello 28. q. 9. de S. Trinitate, & S. Paulinus Aquilensis Episcop. aduersus Felicẽ. Guitmũdus etiã Episcopus Auers. libello de Trinit. Quod idem documentum tradit S. Thom. 1. p. q. 31. art. 2. & in 1. d. 5. & d. 24. art. 1. *Alex. Alẽsis* 1. p. q. 63. mẽb. 2. S. Bonau, d. 21. art. 1. q. 2. Henricus 2. p. suæ sũmę, art. 53. q. 1. Quod etiam sancitũ est in Cõcilio Ephes. tom. 2. cap. 7. & Tolet. 11. in confessione fid. &. Later. c, *Damnamus*, his verbis, *Etsi alius sit Pater, alius Spiritus Sãct', nõ tamen aliud.*

2. Docum.
Nominatio tatis ècõuer.

Porphyrius

Nouat. apud Tertull.
S. Hilarius.
S. Augus.

S. Fulgent.
S. Anselm.
Leo 1.
S. Bernard.
S. Basilius.
S. Cyril.
S. Damasc.
D. Albinus
S. Paulinus
Guitmũdus.

S. Thom.
Alensis.
S. Bonau.
Henric.

Cõc. Ephes.
Conc. Tol. 11.
Conc. Later.

Durand. tamen d. 9. q. 1. non concedit absolutè Filium esse alium à Patre, sed alium personaliter: nihilominus cũ Sancto *Augustino*, cui Ecclesia maximè consentit, absolutè confitendum est Filium esse alium, sed non aliud; quia masculinum genus refert solam personam, vt modò dicebamus. Et ita decretum est capite *Damnamus*, quod non aliud, sed alium dicamus. Ita affirmat S. Augustin. libr. 11. de Ciuitate Dei, cap. 10. S. Ful-

11.
Contra *Durandum* per 1. docum. Filius est alius à Patre, sed nõ aliud.

Cap. Damn.

S. Augus.

S. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 1. & alij quos recitat Genebrar. in Symbolo Athanas. pag. 219. de qua etiam re D. Rusticus Cardin. disp. contra Acephalos.

S. Fulgent. Genebrar.

D. Rusticus.

12. Docum. Aliud significat non rē asiā vt grāmatici exponunt, sed aliam substantiā, siue quidditatem.

Ratio.

Colligitur etiam ex dictis quòd genus neutrum in quæstione Theologa nō est exponendum, vt quidam grammatici exponunt, dulce, hoc est, res dulcis: si enim similiter explanemus, aliud, hoc est, res alia; Pater esset aliud à Filio, quia est res alia & distincta, vt diximus. Significat ergo, aliud, non rem aliam, sed aliam substantiam siue quidditatem; nam & hoc nomen grammaticis est relatiuum diuersitatis; in personis autem diuinis non significat diuersitatem, sed distinctionē: unt ergo nomina rebus, non res nominibus coaptandæ, vt ait S. Hilarius.

Nomina rebus nō res nominibus coaptādæ *S. Hilar.*

13. 4. Docum. contra 1. & 2. cum adiectiua iunguntur substātiuis.

Præterea cōsequitur vt alijs vtamur legibus, cum hæc nomina adiectiua sunt iuncta substantiuis; nam Pater est alius à Filio, sed non alius Deus, quod notauit S. Cyrill. lib. 2. Thesauri cap. 2. & S. Hilar. lib. 8. de Trinitate, & ita constitutum est in 6. Synodo action. 11. & in Epistol. Sophronij. Non enim vnus Deus patitur alium Deum; neque Filius est alius Deus: & ratio est, quia adiuncto substantiuo efficitur quædam nominum coniunctio, & adiectiuum prædicatur causâ substantiui; & ita dum dicitur Pater Deus alius, significatur quòd Deitate sit alius; quod est hæreticum. Contrà verò etsi Pater & Filius nō sint vnus sed duo, sunt tamen vnus Deus, quia prædicatur vnus de illis ratione Deitatis, quæ vna est.

Exēpl. quoad 1 *S. Cyrill. S. Hilar. 6. Synod.*

Pater est alius à Filio, sed nō alius Deus.

Ratio. Adiectiuū prædicatur causâ substantiui.

Exemplum quoad 2.

Item Pater & Filius nō sunt vnus, sed sunt vnus Deus.

14. Dub. circa hoc exemplum. *S. Auguſt.*

Hoc loco occurrit dubium quod pōderauit S. Auguſt. Cum enim dixisset Pater & Filius est vnum, retractauit, & correxit, *Non est*, inquit, *vnum, sed sunt vnum*. Sed ego sanè non perspicio quid prohibeat dicere Pater & Filius est vnū: explicatur enim copulatio ad normam dialecticam, Pater est vnum, & Filius est vnum; sicut Pater & Filius est Deus, quę est verissima. Sed quia duobus numerus pluralis assignatur in sensu collectiuo; & non est grammatica constructio Pater & Filius est vnum, sed sunt vnum: præterea si copula implicetur in subiecto vt aiunt, sensus erit, is qui est Pater & Filius est vnum; quæ est hæretica: melius, & absque vlla suspicione dicitur,

sanè, Pater & Filius est vnū, correxit sic, sūt vnum.

Loquutio est vera.

Est melior 1. Ratio. 2 Ratio.

A sunt vnum; quamuis & est vnum verò dici posit. Dicuntur autem Pater & Filius non vnus sed vnum, quia neutrum genus indicat substātiam & ita sunt vna substantia, de qua re S. Hieroym. Esai. 6. S. Ambros. lib. 3. de sponsal. cap. 18, Albert. d. 2. art. 8, & d. 31.

Dicuntur vnū iuxta 1. doc. *S. Hieron. S. Ambros. Alb. Mag.*

Vltimo loco aduertendum est quòd horum nominum ea quæ à grammaticis dicuntur relatiua, quia referuut aliquid, hoc est, quia in mentem aliquid reuocāt; possunt referre substantiam solam, vel solam personam, vel vtrumque: dicendumque est hæc relatiua vtrumque significare simul & substantiam, & personas vel hypostasim; quod docet S. Th. non obscurè 3. p. q. 17. art. 1. ad 2. & 3. quæ tamen doctrina explicatione indiget. Nam si nomina hæc vtrumque referrent, cum dicimus alius est Pater, intelligeremus & personam, & naturam esse distinctam, & esset propositio falsa quæ verissima est; est enim sensus, alia persona est Pater; dicendum igitur est quòd genere masculino fit quædam coarctatio, vt docet S. Thom. 1. p. quæst. 31. art. 2. ad 4. Et idcirco nomen hoc, alius, refert duntaxat personam; consequēs autem est, vt in genere neutro quo nomen, aliud, non coarctatur, referat vtrumque, personam & naturam: & est falsa propositio quòd Pater sit aliud, cū sit natura eadem.

25. Docum. Relatiua possunt referre substātiam solā, vel personā solam, vel vtrūq; *S. Thom.*

Explicatur hoc docū.

Genere masc. fit quædā coarctatio ad personam. *Idem.*

Genere neutro non ita: vnde refert vtrūque

16. 1. Consect. Christ' nō est aliud & aliud. *S. Thom.* Ratio. Christus est vnum ens, *ex S. Thom.*

Et inde colligimus vnum & alterum consectarium, quæ aduertere operæpretium sit. Primum est quòd Christus Dominus Deus & homo, etsi duabus naturis siue quidditatibus subsistat; non tamen est aliud & aliud, quod docet Sanct. Thom. loco commemorato. Et probatur manifestè, quoniam Christus est vnum ens, vt sanctus Doctor cōmonstrat 3. p. vnum autem & aliud opposita sunt; non igitur Christus est aliud & aliud. Quamobrem dictum S. Auguſt. Enchirid. cap 35. vbi videtur dicere Christum aliud & aliud, interpretatur S. Thom. secundum distinctas naturas diuinam & humanam; & clariùs idem repetit ipse S. Auguſtin. ad Felic. Pap. 11. & eodem modo interpretandus est Sanct. Damascen. lib. 3. fidei Orthod. cap. 7, & Naz. quem ibi S. Thom. recitat, & siquis alius Patrū similē pertulit sentētiā. Quare nō est absolutè asserēdū Christū esse aliud & aliud, nisi adijcias secūdū diuersas natu-

Ad S. Aug. interpretatio. *S. Thomæ.*

Similiter *Ad S. Dam. Ad Naziāz.* Christus non dicitur aliud & aliud, nisi adijcias secūdum diuersas naturas.

ras, ne significetur psonarũ distinctio in Christo, quæ fuit hæresis Nestoriana; nomen enim relatiuum genere neutro vtrumque refert & naturam, & personam; benè autem dicimus duas naturas in Christo esse aliud & aliud; quia tunc aliud copulatum naturis duabus solas naturas refert. Et ita videtur intelligendus esse Leo Papa ad Flauiam cum ait. *Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs.* Scilicèt Deitas miraculis coruscat, humanitas iniurijs succumbit: vt aliud non referat Christum, sed humanitatem. Et idẽ ait Epistol. 10. cap. 4. Quod clariùs dixit S. Gregor. Nazianzen. Epistola ad Chiled. Episcopum, *Quamuis* (inquit) *in Dño Iesu Christo Dei, & hominis vna persona sit; aliud tamen est vnde cõtumelia in vtroq; cõmunis; aliud vnde cõmunis est gloria*: vbi aliud & aliud ad naturas diuersas refert. Et clariùs, *Aliud & aliud sunt ea, ex quibus saluator est.* Scilicèt duę naturæ ex quibus subsistit.

Duæ naturę in Christo dicũt aliud & aliud.

S. Leo Papa.

Idem.

Greg. Naz.

Idem.

17.

At verò Sanct. Thom. 3. p. quæst. 2. artic. 3. ad primum, non affirmat quòd nomen, aliud, non referat suppositum simul cum natura, vt aliqui existimarunt, cuius contrariam sententiam q. 17. scriptam reliquit; sed duntaxat docet quòd cum Christus Dominus dicitur aliud & aliud apud Patres, nomen, aliud, non refert suppositum; aliàs esset hæretica propositio. Et ita interpretatur aliorum opinionem, non affert suam, quam postea clarissimè aperuit.

S. Thom. nõ aduersatur.

Interpretatur aliorũ opinionẽ, non affert suam, vt n. seq.

18.

Alterum consectarium est Patrem, & Filium simpliciter non esse idem genere neutro: licèt enim sint vnum, non tamen idem; quia vnum significat quidditatis vnitatem, vt diximus. Idẽ verò etsi significet vnitatem siue identitatem quidditatis, refert tamen etiam suppositum, siue personam, & eam ob causam simpliciter negandum est, quòd Pater & Filius sint idem; sicut simpliciter negamus Christum esse aliud, & aliud; vtriusque enim pronunciati eadem est causa. Et hæc est sententia Sãcti Thomæ 1. p. quæstion. 28. articul. 1. ad 2. vbi docet simpliciter idem dici, cum aliquid ad se ipsum refertur; ergo ex opposito, cum alius ad alium refertur, non est simpliciter idem. Quia propter Sanct. *Ambros.* libr. 2. de Spiritu Sancto ad finem, tauton, quod est idem, refert ad idem posse, & idem velle in diuinis personis; quia aliàs non sunt simpliciter idem. Et contra Arian. capit. 6. elegantèr vocat Filium alium idem; vt & distinctio personæ & perfectissima vnitas naturæ, quæ est Deitas, ostendatur. Et ad hoc attendens animũ Doctor Sanctus in 1. distinctione 29. quæst. 1. art. vltimo ad 3. non ausus est concedere Patrem, & Filium esse principium idem Spiritus Sancti; sed quęstionem dubiam reliquit, vel potiùs distinguit sensum verborum. At verò 1. p. quæst. 36. art. 4. ad 6. concedit esse idem principium, quia nomen adiectiuum coniungitur cum substantiuo; dicimus enim Patrem & Filium esse eundem Deum, & idem principium similiter; sed absolutè & separatìm, duos esse idem non dicimus. Sunt autem notanda verba illa Concilij Later. cap. Damnamus. *Id quod est Pater est Filius, & Spiritus Sanctus, idem omninò*: id, enim quia non est relatiuum reciprocum, neutro genere significat quidditatem, & ita sunt verba perspicua; scilicèt ea quidditas quæ est Pater est Filius, & Spiritus Sanctus, eadem omninò; significatur quippe identitas eius in quo conueniunt. Sententia autem S. *Anselm.* Monolog. cap. 14. *Penitus idem ipsum est de eodem ipso*, exponenda est; neque enim est simpliciter concedenda, sed in eo sensu quem vult S. *Ansel.* vt sit Filius à Patre in vnitate essentię omninò eiusdem; hoc enim dixit compendio, vt ipse fatetur, quo significaret nihil tribui genitori, quod in genito non cernatur.

Idem vocat Filium alium idem.

S. Thom. in 1. distinguit hanc, Pater & Filius est principiũ idẽ Spirit. Sancti.

Idem 1. p. illam concedit iuxta 4. docum

Ad Cõc. Lat. cõmentarius.

In hoc loco distinctio, id, non est relatiuum reciprocum.

Ad S. Ansel. commẽtarius.

2. Conſect. Pater & Filius simpliciter nõ sunt idem genere neutro, licèt sint vnum.

Ratio. Idem, vt & aliud, refert suppositum.

19.

Quæst: Vtrùm mutata persona homo ille sit simpliciter idem?

Pro p. affirmat argum. de homine eodem mutatâ totâ materiâ.

Quibus constitutis elucidabitur non vulgaris quæstio, vtrùm demissa humanitate à Verbo, & accedente proprio supposito, homo ille esset simpliciter dicendus idem qui fuerat. Nam sicùt materiâ totâ mutatâ, est homo idem simpliciter propter formam eandem, quæ dat esse formaliter hominem; ita & mutatâ personâ, etsi non sit diuina, sed humana persona, cum tota natura sit eadem, videtur quòd sit dicendus homo idem simpliciter, & secundum quid diuersus, scilicèt secundum personalitatem.

20.

Nihilominùs dicendum est simpliciter, quòd non est homo idem. Quod colligimus

Resol. negat.

Probatur ex 5. docum.

ligimus ex documẽto iam tradito, quia idem relatiuum refert naturam, & suppositum: & quia simpliciter non est idẽ, neque homo idem dicendus. Nec simile est exemplum de homine eodem, mutatâ totâ materiâ: quia ille homo est idem quoad suppositum, & quoad naturam, hoc enim vtrũque refert relatiuum, idẽ: quare licèt natura non sit omninò eadem, satis est quòd sit eadem formaliter & suppositum idem. *At* verò qui subsisteret humanitati dimissæ à Verbo, non esset idem suppositum: quare absolutè esset homo alius, & non idem homo; esset tamen alius masculino, non aliud neutro genere; quia secundum substantiam, siue naturam, esset idem.

Adarg.

Ille homo mutata materia esset idem quoad suppositũ, & quoad naturam, licèt non omninò eandem.

21. Obiectio ab exemplo.

Quòd si obijcias Patrem, & Filium esse eundem Deum; qui Deus idem non significat identitatem in personis, aliàs non esset Deus idem, sed significat idẽtitatem in natura: in homine autem illo esset natura eadem; ergo esset homo idem.

22. Respons.

Respondendum est, quòd nomen, idẽ, est relatiuum, & significat relationem: sunt autem considerandæ istius relationis relata in quauis propositione. Potest enim idem referri ad se, & ad alium. Cum ergo refertur ad se, homo idem significat eundem qui erat, vel eundem qui est. Et hac significatione negamus quòd homo iste subsistens in humanitate demissa sit idem, scilicèt idẽ qui erat, cum suppositum sit distinctum: si verò idem referatur ad alium relatum, ex parte prædicati fit appellatio, & significatur identitas solùm in forma significata per prædicatum; vt idem Deus, idẽ homo. Identitas autem cum vnitate cõiuncta est, quia est summa vnitas. Quare si Filius Dei retineret eandem humanitatem, & persona creata subsisteret in illa, vtraque persona diuina, & humana esset homo idem: sicut Pater, & Filius est Deus idem, quia indicatur identitas in sola forma, quæ prædicato significatur: sed dimissa humanitate à Filio Dei, neq; in hoc sensu persona creata est homo idem, quia non identificatur cum Filio Dei in eadem humanitate. Siue ergo relatiuum, idẽ, referatur ad se, scilicèt ad personam illam creatam; siue ad alium, scilicèt ad personam diuinam, quæ dimisit humanitatem, neutro sensu est homo idem.

Cum idem refertur ad se, homo idem significat eundẽ qui erat, vel eũdem qui est, & sic resol. negat

Cum idem refertur ad aliũ relatum, significatur identitas solũ in forma significata per prædicatũ. Exemplum.

Aliud exẽpl. vt in obiect.

Neutro sensu est ille homo idem.

Et est notandum, quòd nomen, alius, significat distinctionem entis, quia est affectio entis: nomen verò, alter, significat apud Philosophos distinctionem accidentis, à quo ducitur nomẽ, alteratio, quæ est mutatio accidentis; grammaticis verò significat duorum vnum. Si igitur philosophicè loquamur, nomẽ, alius, significat præcipuam differentiã, & substantialem, vel essentialem differentiã; significat enim aut personam distinctã, aut naturam distinctam: alter verò significat accidentariam differentiam; alter enim est homo qui accidente forma mutatus est. Et quãuis dicamus in Symbolo, *Qualis Pater, talis Filius*, quæ nomina designant qualitatem essentialem; non tamen possumus dicere alter Pater Pater, alter Filius, vt nomen hoc designet differentiam qualitatis: nam proprietas personalis, neque est qualitas essentialis, neque vllo modo qualitas: & idcircò in nullo sensu potest dici alter Pater, alter Filius, nisi vt alter accipiatur pro alio; & hoc docet S. Thom. 3. p. q. 17. ar. 1. ad 7. & q. 2. ar. 3. ad 1. & idem obseruat *Alex. Alens.* q. 44. in vnico, & *Albert. Magn.* d. 2. art. 9. ex Porphyrio. Sed & hæc nomina confunduntur, vt alterum accipiatur nõnunquam pro alio, quod facit S. Hilar. lib. 2. de Trinitate, S. *Athanas.* lib. Oration. de æterna substantia Filij. S. Fulgent. lib. 3. ad Thrasim, cap. 6. S. *Augustinus* contra Maximum libr. 3. cap. 10. & alij Patres cum Sophronio 6. Synodo, act. 11. & S. Hilar. 3. de Trinit. quem refert Magist. d. 2. & S. Nazianz. ad Ieron. & Genebrard. in Symbolum ad illud verbum, *neque substantiam separantes.*

23. Notabile. Alius, significat distinctionem entis, seu essentialẽ, quia est affectio entis

Alter apud philosophos significat distinctionem accidẽtis, seu accidẽtalẽ; vnde alteratio: apud grammaticos duorum vnũ.

In Symbol. licèt dicamus, *Qualis Pater*, &c. tamẽ proprietas personalis nullo modo est qualitas.

Idcircò in nullo sẽsu dicitur alter Pater, alter Filius, nisi alter accipiatur pro alio. *S. Thom. Alens. Alb. Mag.*

Alterum pro alio. *S. Hilar. S. Athan. S. Fulgent. S. August.*

Est etiam moris apud Latinos vt duas personas appellent alterum, & alterum: quo sanè idiotismo dixit Richard. 3. de Trinit. cap. 3. *Alter amorem impendens*, scilicèt Pater, *alter rependens*, scilicèt Filius, & Isai. 6. de angelis dicitur, *Clamabant alter ad alterum*, hoc est, vnus ad vnum.

S. Hilar. Magist. Genebrard.

24. Apud Latinos duæ personæ alter & alter, *Richard.*

Isai. 6.

CAPVT XVIII.

Explicantur documenta quædam de nominibus numerorum.

1. Horum documentorum necessitas.

AD tractandum mysterium Trinitatis summoperè necessarium est,

certa documenta tradere de nominibus A significantibus numerum, vt quæ numerare possimus, vel non possimus discernamus; neque enim eodem modo numeramus, cum substantiuis nominibus supponimus numerum, & cum eundem numerum adiectiuis subijcimus.

2. Ex eorum ignoratione dixit *Marsil.* tres Deos dicendos esse.

Ex huius disciplinæ ignoratione euenit, vt dixerit Marsil. in 1.q.5.art.2. ad 5. tres Deos dicendos esse, iuxta documenta dialectica, si vsus Ecclesiæ pateretur; & Aliac. q. eadem, propositione B E, litera *A.* censet eam esse probabilem sententiam, decepti regulis dialecticis tractandis, vt commonstrabimus: quem tamen errorem lib. 1. confutatum reliquimus, vt fidei Catholicæ aduersum. Quare non scitè dixit Marius Vict. lib. 1. contra *Arium*, *Vera tua lumina, magis aut vnum lumen*. Etsi declaret tua lumina non propriè dici, sed vnum.

Aliacensis id probabile censet.

Hoc dictum refutatum est lib.1.cap.3.8. vt fidei aduersũ.

Mar. Vict. in hoc lapsus.

3. Et quia res hæc implicata est, duobusque præscriptis à S. Thom. traditis est tota absoluenda; vt clarior sit doctrina; priùs dicemus circa quæ similiter se habeant cum numeris, substantiua, & C adiectiua: tunc exponemus, in quibus discrepent.

Ordo procedendi in hoc cap.

4. Aduert. Aduertendum igitur est, nomina quędam esse abstracta, quædam concreta; abstracta ita significant rem quampiam vel formam simpliciter, vt pro eodem accipiantur, quod significant. Et idcircò nominibus abstractis recensentibus, nihil occurrit dubij. Tot enim res numerantur, quot nominibus significantur, quibus numerus adijcitur: vt si dicamus Deitates tres, absque dubio tres diuinas naturas, & non tres personas intelligimus; quia nomen, Deitas, non accipitur pro personis, sed pro ipsa natura; D cò quòd est nomen abstractum. Nomen verò concretum habet alium significãdi modum, significat enim formam indicando id in quo est forma, qui modus significandi compositus est; vnde & nomina dicuntur concreta; latinè enim concretum dicitur quod compositũ appellamus. In concretis igitur est causa dubitandi, vtrùm addito numero numeremus vtrumque, scilicèt formam, & id in quo est forma.

Nomina abstracta pro eadem forma accipiuntur quã significant.

Nomina concreta significãt formam indicando suppositum.

In his nominibus dub. ah addito numeronumeremus formam, & suppositum?

5. In duobus igitur se se gerunt similiter cum numero, nomina substantiua, & adiectiua. Primùm (id quod satis liquet) si forma sit vna, & id in quo est forma sit etiam vnum, nomine vnius vtendum est. Quòd si formæ sint plures, & ea in quibus formæ sunt, plura quoque sint, nominibus opus est quæ multitudinem significent siue numerum; verbi gratia, in substantiuis, quia est vna persona, & vna natura, est homo vnus; & plures personæ, quæ subsistunt pluribus humanitatibus, plures homines sunt. Et in adiectiuis similiter si sint plures homines suis scientijs præditi, plures sapientes nominantur.

Quoad hoc in duobus euentibus se gerunt similiter substantiua, & adiectiua.

1. Cum forma & suppositum est vnum.

2. Cum vtraq; sunt plura. Exempla substantiuorum.

Item adiectiuorum.

6. Prima igitur controuersia est de discrimine substantiuorum, & adiectiuorũ nominum, cum inuenitur in vno supposito multitudo formarũ. Quidam enim opinantur tum in solis adiectiuis retineri vnitatem, in substantiuis verò admitti numerum; verbi gratia, vnus homo prædituς duabus scientijs, est vnus sapiens, quod est nomen adiectiuum; sed vna persona subsistens duabus humanitatibus, essent duo homines, quod est nomen substantiuum. Ea videtur fuisse opinio S. Thomæ in 3.d.1. q.3.art.5.ad 2.& 3.& Ioan. Capreol. in 1.d.4. q.1.ar. 1.ad 1. *Aureoli*, & Ioan. Scoti in 3. d.1. q.3.& in 1.d.12.q.1. & Altisiodor. lib.3. suæ Summæ tract.1.cap.1.q.5. Ratio asserti est, quia vnitas, vt & numerus, in nominibus substantiuis, à forma significata petenda sit, vt S. Thom. docet 1.p. quare si sint multæ formæ in vno supposito, ob multas formas recipitur numerus; & vna persona esset multi homines, ob multas humanitates in persona vna. Et Pater diuinus est multa principia, quia nomen principij est substantiuum, quod in Patre significat duas relationes principij; duabus enim relationibus est principium Filij, & Spiritus Sancti.

1. Sent. tunc in adiectiuis retineri vnitatem, in substantiuis numerũ.

Videtur fuisse opinio *S. Tho. in 3. Capreol. Aureol. Scot. Altisiodor.* Fundamen. *S. Tho. 1.p.*

Hæc opinio falsa est, & nulla ratione defenditur. Et contrarium est verisimũ pronunciatum Theologis plerisq; probatum, quod hac in re nullum sit discrimen substantiuis, & adiectiuis nominibus, vt sij in vno supposito sint multæ formæ, non admittatur numerus, sed seruetur singularitas siue sit nomen adiectiuum, siue substantiuum. Quamobrẽ sicut pluribus scientijs homo prædituς, est vnus sapiens; ita vna persona duabus humanitatibus subsistẽs est vnus homo: & Pater diuinus duabus relationibus principij est vnum principium. Hæc est senten-

Exempla. In hac sent. vna persona habẽs multas humanitates esset multi homines distincti: & Pater diuinus multa principia.

7. 2. & vera sent. tunc in vtrisq; seruari vnitat.

S.Tho.3.p. ſententia S.Thomæ 3.p.q.3. ar.7. ad 2. vbi docet nomina ſiue ſubſtantiua, ſiue adiectiua non dici numero plurali, niſi ob multitudinem ſuppoſitorum; ergo ſi ſuppoſitum ſit vnum, vtraque ſingulariter dicuntur. Et 1.p.q.36.ar.vlt.ad 2.affirmat Patrem non eſſe duo principia, *Idem 1.p.* quia nõ eſt duo ſuppoſita, ſed vnum: ergo in nominibus ſubſtantiuis ob vnitatem ſuppoſiti retinetur ſingularitas. Legendus Caiet. 1.p.q.39, ar.3.&3.p.q.3. *Caiet. Ferrar.* ar.7. & Franciſc.Ferrar. 4.contra gent. cap.11. Comprobatur primùm vulgari conſuetudine loquendi: nam vnum ſapientem dicimus, & vnum artificem, eum in quo ſunt multæ ſcientiæ, vel artes multæ; ſapiens autem nomen eſt adiectiuum, & artifex ſubſtantiuum: ergo vtriſque nominibus eadem eſt norma cõmunis. Prætereà, ſi vna perſona duabus humanitatibus ſubſiſtens eſſet duo homines, vnus illorum hominum non eſſet alius; & non eſſet communicatio idiomatis in vnitate perſonæ: quare nec Deus eſſet homo, quod eſt hæreticum. Quidam reſpondent negando ſequelã, & concedunt quòd vnus illorum hominum eſſet alius: quia ad realem diſtinctionem non eſt neceſſe, vt vnum de alio negetur. Sed valdè futilis eſt reſponſio iſta. Nam diſtinctio realis nihil eſt, niſi quædam negatio, quæ neceſſe eſt vt negante enunciatione explicetur. Quare aliquid accidit enunciando negare in quo non eſt realis negatio, vt docuimus; ſed non poteſt intelligi realis negatio, quæ enunciatione non explicetur, qua vnum de alio negamus. Prætereà ipſam diſtinctionem realem explicamus per hanc negationem, quòd vnum non ſit aliud: & duo ſunt, quorum vnus non eſt alius; aliàs ſi non eſt alius & alius, vnus ſanè eſt. Ergo ſi illorum hominum vnus eſt alius, non ſunt duo homines, ſed homo vnus, & alius non eſt.

Ratio verò oppoſiti aſſerti cauſa eſt potiùs erroris, quàm indagandæ veritatis. Nam cum S.Thomas ait nomen ſubſtantiuum attendi penes vnitatem formæ, intelligit ex modo ſignificandi, quia ſignificat vnam formam vnitè, vt ita dixerim; ſic, inquam, vt poſſit ſupponi pro vno, ſaltem confuſione quadam, quod poſteà explicabimus. Aliàs cum nomen adiectiuum ſignificet etiam vnam formam, quare erit inter adiectiua, & ſubſtantiua diſcrimen penes vnitatem formæ ſignificatæ, niſi certè ex modo ſignificandi? neque dixit S.Thom. in ſubſtantiuis attẽdi multitudinem in forma ſignificata, ſed attendi vnitatem: quia etſi ſuppoſita ſint multa, propter formam vnam ſeruatur vnitas; vt vnus Deus in ſuppoſitis tribus: non tamen duo homines in ſuppoſito vno.

Ratio autem huius ſententiæ perſpicua eſt, quoniam nominibus concretis neceſſariò numeratur ſuppoſitũ habens formam: quare ſiue ſit nomen ſubſtantiuum, ſiue adiectiuum, impoſsibile eſt vt dicatur nomen cum numero vbi ſuppoſitum eſt vnum; quare neque ſunt duo homines, quibus eſt vnum ſuppoſitum, ſicut neque duo ſapientes. Itaque ſeruata vnitate ſuppoſiti, numerus ſingularis vſurpandus eſt, ſiue ſit nomen ſubſtantiuum, ſiue adiectiuum, neque hac ex parte eſt inter iſta nomina diſcrimẽ. Hoc idem confirmatur auctoritate S. Gregor. Nazianz. qui anathemate ferit eos qui Chriſtum dicunt eſſe filios duos duabus filiationibus diuina & humana; ſed filius eſt nomen ſubſtantiuum; ergo multiplicandum eſt, & dicendi duo filij contra decretum S. Nazianz. Quidam reſpondent filium eſſe nomen quaſi adiectiuum; & idcircò non multiplicari in Chriſto. Sed nobis liquidiſsimè conſtat illud eſſe nomen ſubſtantiuum, & tamẽ non multiplicandum eſſe in Chriſto, vt monet S. Gregor. & Chriſtum non eſſe duos filios, ſed vnum filium.

Eiuſdem ſunt nobiſcũ ſentẽtiæ Marſil. in 3.q.2.ar.3. & Gabriel d.1.q.2. art. 3.dub.4. qui tamen ſimul affirmant tres perſonas vna humanitate eſſe tres homines, & vna Deitate tres Deos; ita vt à ſuppoſitis ſumatur vnitas, aut numerus: & ſi eſt vnũ ſuppoſitum, ſiue perſona vna duabus humanitatibus, eſt vnus homo, vt & nos aimus; ſi plura ſuppoſita vna tantùm humanitate, ſunt plures homines, & vna Deitate plures Dij. Hanc verò poſteriorem partem opinionis, qua à nobis diſsident, poſteà infirmabimus.

Durandus verò in 3.d.1.q.3. videtur ſentire quòd vna perſona duabus humanitatibus neque eſt vnus homo, neque plures homines: quam opinionem commemorat Richard. d.eadem, q.5. art.1. Eandemque refellit Scotus d.eadem, q. 3.ad 1. quia illa perſona eſt ens, imò eſt homo

Probatur 1. ex conſuetudine loquendi qua vnum ſapientem dicimus, & vnum artificem.

Probatur 2. In 1.ſent. vnus illorum hominum non eſſet alius, & nõ eſſet communicatio idiomatis in vnitate perſonæ.

Reſponſio *Vaſq.d.145. c.4.* ad realẽ diſtinctio. nõ exigit vt vnum de alio negetur

Improbatur vt futilis.

Diſtinctio realis eſt quædam negatio realis.

Confirmatur improbatio,

Si illorum hominũ vnus eſt alius, non ſunt duo homines.

8.

Probatur 3. conuellendo fund. oppoſitũ *S.Tho.* dicẽtis in nomine ſubſtãtiuo attendi vnitatẽ penes formam intelligit ob modũ ſignificãdi vnitè, ſeu ita vt poſsit ſupponi pro vno, ſaltem confuſe.

Item quia etſi ſuppoſita ſint multa, ob formam vnã ſeruatur vnitas.

Exemplum.

9.

Prob.4. propo nendo fund. *p* prium.

Nominibus cõcretis neceſſariò numeratur ſuppoſitũ.

Seruata vnitate ſuppoſiti numerus ſingularis vſurpãdus eſt.

In hoc nullũ eſt inter ſubſtantiua, & adiectiua diſcrimen.

Confirm. ex *Nazianz.* decernente Chriſtum nõ eſſe filios duos

Reſponſ.

Refellitur.

Filius eſt nomen ſubſtantiuum.

10.

Pro 2.ſent. *Marſil. Gabr.*

Horum aliud aſſertum, tres perſonas vna humanitate eſſe tres homines, & vna Deitate tres deos

Infirmabitur n.24.

11.

3. Sententia *Durand.* quòd tunc nec eſt vnus homo, nec plures

Eam refert *Richard.*

Refellit *Scot.*

Illa persona est ens imò est homo, atque adeò vnus, vel multi.

homo ab humanitate quam habet: ergo est vnus homo, vel multi homines: quia vnum & multa opponuntur absque medio. Nos verò iam comprobauimus esse vnum hominem, quia si essent multi homines, numerarentur suppositũ, siue persona, quæ tamen est vna & numerari nõ potest. Ergo non est discrimen substantiuorum, & adiectiuorum, quando sunt in vno supposito formæ multæ.

Illatum: Quo ad 3. etiã similiter se gerunt substantiua, & adiectiua

12.

Circa 4. euentũ quando vice uersa est in suppositis multis forma vna, *ex S. Thom.* 1. docum. In substãtiuis tunc retinetur vnitas.

Exemplũ in nomine, Deus

Quando verò vice versa est in suppositis multis forma vna, discrimen est scitum inter adiectiua, & substantiua nomina. De quibus tradit S. Thom. duo documenta. Primum, In substantiuis cũ forma significata est vna, retineri vnitatem, etiamsi sint plura ea in quibus forma inuenitur. Verbigratia nomẽ, Deus, significat Deitatem, quæ est vna, personæ autem in quibus est Deitas sunt plures; sed quia nomen, Deus, est substantiuum, propter vnitatem Deitatis quam significat, retinet vnitatem; & dicimus Deum vnum, non Deos tres. *Alterum* documentum est contraria vsurpari in adiectiuis, quia cum contingit ea plura esse in quibus est forma, etiamsi forma sit vna, non retinetur vnitas, sed suscipitur numerus. Quare etsi in tribus personis sit vna sapientia, dicimus tres sapiẽtes; quia nomen, sapiens, cui numerus opponitur, adiectiuum est. Et hinc oritur communis Theologorum sententia, quòd tres personæ sint vnus æternus substantiuè, & tres æterni adiectiuè.

2. Docum. In adiectiuis tũc suscipitur numerus.

Exemplum in nomine, sapiens.

Hinc proloq. Tres personæ sunt vnus æternus substãtiuè & tres æterni adiectiuè.

13.

Adnot. Verba sunt adiectiua. *Ægid.* Itẽ participia. *S. Bonau.*

Nomine etiam adiectiuorum verba comprehendimus cum Ægidio in 1. d. 9. q. 3. & participia verborum, vt docet S. Bonauent. dist. 25. in commentario. Nam & verba & participia adiectiuorũ modum obtinent; & ita dicimus quòd Pater & Filius spirant, numero plurali, quia verbum est quasi adiectiuũ; & spirãtes quod est participium verbi: imò nomina verbalia dixerunt quidam numero plurali, vt spiratores, de qua re posteà dicemus.

Exemplum in nomine, sapiens.

Hinc proloq. Tres personæ sunt vnus æternus substãtiuè & tres æterni adiectiuè.

13.

Adnot. Verba sunt adiectiua. *Ægid.* Itẽ participia. *S. Bonau.* Exempla.

Itẽ iuxta quosdam nomina verbalia.

14.

Pro vtroq; docum. 1. ratio ex *Scot.* & fũd. rationis.

Ioan. Scot. in 1. d. 12. q. 1. assignat rationem regulæ substantiuorum, & adiectiuorum; quia duo adiectiua ita sunt affecta, vt neutrum determinet alterũ, sed vtrumque designet substantiuum; & ita tres personæ sunt tres æterni, quia hæc duo nomina, tres æterni, sunt duo adiectiua designantia substantiuum, scilicèt personas: quod quia non accidit in substantiuis, retinent substantiua suam vnitatem. Sed tamen fundamentum istius rationis falsum est, scilicèt quòd vnum adiectiuum non determinet alterum; imò si adiectiua connexa sunt, vnũ alterum determinat, & afficit, quod Dialectici vocant appellationem; dicitur enim magnus musicus, qui arte canendi valet. Cum verò adiectiua non ita sensu & significatione connectuntur; neque etiam voce copulantur, nisi interiecta coniunctione, aut virgula, vt si dicamus Petrum musicum, & candidum; non verò musicum candidum simul dicimus. Quare argumentum hoc potiùs nobis potest obijci. Nam si tres personæ dicãtur tres æterni, videtur numerus connecti cum æternitate, vt dicantur tres ratione æternitatis; sicut quis dicitur magnus musicus, quia in musica magnus est. Respondendum est autem, vnum & numerum nihil addere rebus; quare sicut personæ tres sunt æternæ, ita sunt tres æternæ, ita vt non fiat appellatio, aut connexio adiectiuorum secundum formam significatam per nomen; sed solùm obseruatur constructio grammaticæ, vt statim declarabimus.

Refellitur fund. rationis.

Si adiectiua connexa sunt, vnum alterũ determinat, & hoc vocatur appellatio.

Exemplum. magnus musicus.

Ratio igitur istius discriminis inter substantiua, & adiectiua clarissima, ab interpretatione grãmatica petenda est: nomen enim substantiuum, quod solum Aristot. nomen appellat, & definit, est illud quod verbo addito conficit enunciationem verum vel falsum significantem; grammatici verò aiunt nomẽ substantiuum reddere suppositum verbo: per suppositum autem intelligunt id cui verbum in oratione coniungi possit, quicquid illud sit. Itaque suppositum nominis apud grammaticos est id in quo est forma significata, si nomen sit concretum; si verò nomen sit abstractum, ipsa forma significata est suppositum nominis, quia illi coaptatur verbum: vel vt dialecticè rem eandem declaremus, suppositum nominis est id pro quo verbum coniunctum nomini supponitur. Nomina autem adiectiua per se accepta absq; substantiuis, non copulãtur verbo; quarè non afferunt suppositum grammaticum, quod est suppositum nominis; sed est necesse connectantur cum substantiuis. Quarè vsus ipse grammatices postulat, vt etiamsi forma significata per nomina adiectiua sit vna, numerum tamen recipiant;

Quare hæretio impugnat dicta docum.

vt tres personæ dicãtur tres æterni ratione æternitatis.

Respond.

Vnum & numerus nihil addunt rebus: vnde non faciunt appellationem formæ, seu constructionem grãmaticã, vt n. seq.

15.

2, & vera ratio ab interpr. grãmatica.

Substantiuũ definitur dialecticè.

Definitur grãmaticè.

Substantiuũ reddit suppositum verbo.

Suppositum nominis declaratur grammaticè.

Declaratur dialecticè.

Adiectiua per se sumpta non afferunt suppositum grãmaticum, sed necesse est cõnectantur cũ substantiuis.

Exempl. Non congruè dicimus, Pater & Filius sunt æternus, sed necesse est dicere sunt æterni, & sic duo æterni. Nam nomina in numero plurali nil prohibet numerari.

recipiant; verbi gratia, non dicimus cõgruè, Pater, & Filius sunt æternus, sed necesse est dicere sunt æterni, vt adiectiuum cum substantiuo copuletur. Quòd si æterni sunt, sunt quoque duo æterni, æterni quippè numero pluralidicti, quid dubij quin possint numerari: dicimus tamen quòd Pater, & Filius sunt Deus; nomen enim, Deus, substantiuum non coaptatur alijs nominibus substantiuis, sed retinet suum significandi modum per se sumptum: quòd si Deum dicimus numero singulari; vnum etiam Deum dicere nihil prohibet. Hoc idẽ indicat S. Thom. 1. p. & q. 9. de potẽt. ar. 6. cum rationem doctrinæ suæ illam profert, quòd nomina substãtiua significent per modum substantiæ; quia scilicèt propter modum significandi per se sumuntur, sicut substantia per se stat: adiectiuą autẽ per modum accidentis; quia sicut accidens non per se stat, sed in alio à quo indiuiduatur; ita nomina adiectiua cum alijs copulantur, & cum ijsdem numerãtur. Et hoc idem videtur sentire Franc. Ferrar. lib. 4. contra gent. cap. 11. Quare nihilo dissentimus à S. Doctore; sed rem ipsam ex grammaticis præscriptis elucidamus.

Consentit Ferrar.

16. Prisci dialectici apud S. Thom.

Et hanc quidèm doctrinam satis indicabant prisci dialectici, qui vt ait S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 3. ad 5. dicebant, nomina substantiua supponi, adiectiua verò copulari; quia substantiua ita supponuntur prò rebus, vt ex modo significãdi sint quasi subsistentia, vt de ijs alia prædicentur, quasi adiecta. Adiectiua verò quasi adiecta dicuntur, quia cum substantiuis copulantur. Negandum tamen non est adiectiua, & substantiua pro rebus quibusdam supponi, & quandoq; res alias significare, vt albus & album supponuntur pro corpore, significant verò albedinem; qui modus significandi dicitur connotatiuus, sed non attinet ad regulas numerorum. Illud autem pertinet ad numerorum regulas, quòd nomina substantiua ita supponantur pro rebus vt reddant suppositum verbo.

Quòd adiectiua & substantiua supponãtur pro rebus quibusdam, & res alias significent, spectat ad cap. 22. n. 3. Ad hoc cap. quòd ita supponantur pro re bus, vt reddãt suppositũ verbo.

17. Colligitur 1. documentum ab hac solutione explicatum. Cum numerus per se sumptus prædicatur.

Ex quibus colligitur tertium documentum ab istis duobus sola explicatione distinctum: quòd cum numerus non coniungitur alicui nomini substantiuo, aut adiectiuo, sed per se sumptus prædicatur; si genere coniungatur cum subiecto, vt adiectiuum, numerantur personæ; si verò neutro genere sumatur, quòd est substantiuorum, numeratur essentia. Quare tres personæ diuinę non sunt vnus, sed sunt tres; sunt tamen vnũ, & non sunt tria. At verò Christus Dominus est vnus, & est vnum, quia est persona vna: sicut enim in personavna tàm adiectiua, quam substantiua eodem modo retinent vnitatem; ita & nomina numeralia per se sumpta, excludantur à persona vna; & ita Christus neque est duo in genere masculino, neque duo genere neutro, sed vnus & vnum: tres verò personæ sunt vnum substantiuè, sed non vnus adiectiuè; & sunt tres adiectiuè, & non tria substantiuè.

Quòd etsi S. Hilar. lib. de Synodis dicat, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum esse per substantiam tria; minùs propriè loquutus est: tum quia etsi substantiam intelligas hypostasim, non sunt per hypostasim tres, sed potiùs sunt hypostases tres: tum verò quia non tria sunt, sed tres.

18. S. Hilarius personas tres cum dixit per substãtiã tria, minus proprie loquutus est. Ostenditur.

Ex ijsdem etiam documentis colligitur, quòd cum duas personas nominamus à parte subiecti, plurali numero verbum apponendum est. Nam etsi iuxta regulas dialecticas, illud quod dicitur coniunctum, possit explicari per cõiunctiuam, vel copulatiuam (vt aiunt) hoc modo, Pater, & Filius est vnus Deus, Pater est vnus Deus, & Filius est vnus Deus; quæ enunciatio vera est: tamen nè cum Sabellianis nomine Patris, & Filij putemus dicere personam vnam, potiùs est plurali numero vtendum, dicẽtibus, Pater, & Filius sunt vnus Deus. Quare S. Augustin. cum alicubi dixisset Pater, & Filius est vnus Deus, siue est vnum, quod idem significat: tamen id libr. 1. retract cap. 4. correxit dicendo, Pater, & Filius sunt vnũ, siue vnus Deus. A parte verò prædicati etsi ponantur duæ personæ, si subiectum sit singulare, verbum singulare vt sit oportet, sic dicendo, Deus est Pater, & Filius. Ratio est, quia subiectum est quod numeratur, vtpotè de quo verbum dicitur, vel numero singulari, vel plurali.

19. Colligitur 2. 4. docum. Cum duas personas numerãm⁹ à parte subiecti, vel plurali vtendum. Quare etsi hæc sit vera Pater, & Filius est vnus Deus, tamen contra Sabell. potius dicendum, sunt vnus Deus, vt cap. 17. n. 14. S. Augustin.

At cum à parte prædicati ponũtur duæ personæ, verbum accõmodatur subiecto.

Qua in re decipitur Ambr. Cathar. Ioan. Capreol. in Genesi, & Genebrar. lib. 2. de Trinit. pag. 154. dicentes, esse verum enũciatum, Personæ diuinæ sunt Dij: falsum verò esse quòd sint tres Dij: & probant ex locis sacræ paginæ, vbi Eloim

20. Hac in re falsa sent Cather. Capreol. Genebr. quòd personæ diuinæ sũt Dij sed nõ tres Dij.

Argum. ex *Gen.* 1.

Eloim dicitur numero plurali indicante personas plures. Sunt ergo (inquit) personæ diuinę Dij, sed non tres Dij, ne numeremus Deitates. Videtur autem sufftagati huic opinioni Origenes hom. 5. in Spiritum Sanctum, vbi ait tres spiritus intelligi: quod pronunciatum tuetur idem Genebr. ad Schegkium, pag. 53. Atquì verissimum est quod docet S. Bernard. cum antiquiori Hieronymo, quòd spiritus singulatim pro Patre, & Filio, & Spiritu Sancto accipiatur; sed non dicunt esse tres spiritus, vt Origenes. Verùm ex documentis grammaticis liquet, vt modò disputabamus, numerum pluralem pluribus conuenire: plures autem necesse est vt numerẽtur: quare neque Deos, neque plures Deos, neque tres Deos adoramus, sed Deum adoramus, & vnum Deum. Idiotismus verò linguæ Hebrææ hoc patitur, vt numerus pluralis pro singulari ponatur sæpiùs. Hoc autem nonnunquam vsitatur ad indicãdum mysterium plurium personarum in natura eadem. Neque indè argumentum efficax depromitur ad ostendendum plures esse diuinas personas, sed solum indicium, & coniectura, vt suprà docuimus. *At* verò phrasis latina hanc licentiam non permittit: quare nusquam legimus Deos Latino, aut Græco sermone pro vero Deo, aut diuinis personis.

Orig. dictũ: in diuinis tres spiritus intelligi.

Genebr.

His non faueti *S. Bernard.* *S. Hieron.*

Hæresent. reselitur ex n. 15.

Ad arg. Hebraris numerus pluralis pro singulari ponitur sæpiùs.

Lib 1. cap. 16. num. 3.

21.

S. Nazianz. dicens in diuinis vitas, lumina, bona, & glorias, se corrigit.

Licuit quidèm S. Gregor. Nazianz. orat. 2. de Pace dicere Trinitatis personas, *vitas, & vitam; lumina, & lumẽ; bona & bonum; glorias & gloriam*: addito tamen singulari numero correxit forsitan significationem numeri pluralis, vt intelligamus personas esse vitas, hoc est, singulatim quamlibet esse vitam, sed omnes simul non esse multas vitas, sed vnam vitam: cum aliàs idem S. Gregor. sæpiùs neget Deos plures, scilicèt

Idem.

orat. in laudẽ Heronis, & orat. 5. Theolog. & 2. paschæ, Deorum turbam explodit: & idem sentit orat. de fide. Sed enunciatum S. Gregor. vt dicamus vitas, & glorias, vsitandum non est.

22.

Notabile pro documentorũ ostensione.

In hac re omnem quæst. numerus ipse resolutus aperit.

Exemplũ in hypothesi pertinente ad 1. docum.

At verò vt ab omni quæstione, se quisque facilè expediat, numerum ipsum resoluat, & exponat, rationem ducendo, hoc est, numerando: verbi gratia, si audias esse tres Deos; ergo est vnus Deus, & alius Deus, & tertius Deus: nihil enim clarius, vt veritas perspiciatur. Si tres personæ diuinę assumerent eandem humanitatem; quidam aiunt futuros fuisse tres homines: falluntur tamen ingenuè, esset enim vnus homo, & alius homo, & tertius homo; quòd si alius homo est secundum humanitatem eandem, alius Deus est secundum eandem Deitatem, quod est hæreticum. Itaque numerus ductus, omnem quæstionem aperiet.

23.

Difficultas in hypoth. quòd essent tres animæ in vno corpore.

Quidam verò vocant in quæstionem data hypothesi impossibili, quòd essent tres animæ in vno corpore, Vtrùm essent tres homines, aut vnus homo? Responsio est facilis, si attendatur quòd essent tres hypostases, siue tres personæ; & quia homo magis dicitur ab anima, quàm à corpore, essent tres homines: non tamen sunt Dij tres; quia Deus dicitur à Deitate, quæ est vna. Sed per cõsequentiam extraneam, vt sæpiùs notauimus, essent quoque vnus homo, quia essent corpus vnum, & vna humanitas ex corpore vno compacta, & tribus animabus. Et hæc figmenta parùm vtilia sunt disputandis rebus. Sed vtcunque hæc sint, certum est nobis tres personas diuinas, non tres Deos dicere, sed vnum Deum, iuxta regulam substantiuorum.

Responsio 1. assertum. Essent tres homines.

Ratio. Non sequitur esse Deos tres, nam Deitas est vna.

2. Assertum. Per consequentiam extraneam essent quoque vnus homo.

24.

Cõtra 1. doctũ assertum. *Marsil.* *Gabr.* vt n. 10

Hæ regulæ substantiuorum ab omnibus Theologis probantur, vno aut altero excepto. Nam Marsil. in 1. q. 5. art. 2. & in 3. q. 2. art. 3. dub. 2. & Gabr. in 3. d. 1. q. 2. ar. 3. dub. 4. opinantur tres personas vna humanitate esse tres homines, & vna Deitate esse dicendos tres Deos, si nominum significatio põderetur. Sed fatentur non ita posse asseri à viro Catholico, loquendi consuetudine ecclesiastica refragante. Quod assertum lib. 1. confutatum est; & in Concil. Syrmiẽs. can. 22. definitur, non esse dicendos tres Deos.

Hoc asserunt iuxta nominũ significationẽ sed fatentur non esse Catholicũ. Confutatum est lib. 1. cap. 3 *Conc. Syrm.*

25.

Alij verò Theologi has quidèm regulas probè obseruant, sed existimant esse quãdoque notandas exceptione aliqua. Et quidam attendentes modum significandi, affirmant connotatiua nomina, quæ adiectiuis sunt affinia, aliquando cum substantiuis, aliquando cum adiectiuis æstimanda esse. Cuius sententiæ est Ioannes Scot. in 1. d. 1. q. 5. & Alex. Alens. ante Scotum 1. p. q. 42. in 3. ar. 1. & S. Thom. in 1. d. 5. q. 1. artic. 2. videtur consentire; vbi ait nomen Patris, & substantiuè, & adiectiuè accipi: quare etiam quidam dicebant Patrem, & Filium esse

Ab eod doct 1. Exceptio at tendens mod significãdi, substantiua c notatiua, al quando cũ a iectiuis æsti manda. *Scot.* *Alens.* Pro ea loc *S. Thom.* Exemplæ Pater.

duos

Spirator.

duos ſpiratores, quia ſpirator ſit nomẽ connotatiuum, quod poſsit conformari regulis adiectiuorum.

26.
1.Exceptio attendens rẽ ſignificatam idẽ ait de ſubſtantiuis connotatiuis, quæ ſignificant accidens.

Alij verò non attendentes ſignificandi modum, ſed rem ſignificatam, aiunt ea nomina connotatiua, quæ ſignificant accidens, eſſe numeranda in adiectiuis, etiamſi ſubſtantiua ſint: quia multi homines albi eadem albedine, non eſſent vnum album, ſed multa alba, iuxta regulam adiectiuorum, quamuis album neutro genere ſit ſubſtantiuum nomen.

Exemplum: Album neutro genere

27.
2.Exceptio: idẽ ait de ſubſtantiuis, quæ non ſignificant aliquid eſſentiale ſuppoſito

Exemplũ de homine in 4. euentu, de quo n.12.

Marſil. Aliac. Henric. Syluest. Dom.Sot. Medin.

Quorundam apud Richa. moderatio.

Durand. magis inclinat in 1 docum.

Sunt qui reponunt in numero adiectiuorum, nomina quæ non ſignificant aliquid eſſẽtiale, quod eſſentialiter prędicetur de ſuppoſito: quare etſi homo ſignificet eſſentiam humanam, quia tamen diuinæ perſonæ non eſt eſſentiale prædicatum, & neceſſarium, ſed contingens; ideò iuxta normam adiectiuorum tres diuinas perſonas aſſumpta eadem humanitate eſſe tres homines, non vnum hominem: quam ſententiam tenent Marſil. in 3. q. 2. art. 3. & Petrus Aliac. in 3. quæſt. 1. & Henric. Gandau. diſt. 1. quæſt. 1. & Syluest. in conflat. q. 59. art. 2. & Dominicus Soto in ſummulis, cap. de appellation. & Barthol. Medin. 3. p. At verò Richardus in 3. diſt. 1. q. 4. aliorum refert opinionem aſſerentium tres perſonas humanitate eadem, & eſſe homines tres, & hominem vnum. Quibus ſimilia dixit Durand. q. 3. ſed magis inclinat in noſtram ſententiam, quòd dicatur homo vnus ſeruata regula ſubſtantiuorum.

28.
4.Exceptio idẽ ait de ſubſtantiis, quæ non ſignificãt aliquid ſubſiſtens.

Arg. Lib.4 cap.39. n.2.n.4.

Conſect. Quòd iuxta Conc. Later. ſpirator ſit vnũ quid per ſe ſubſiſtens.

Vide lib.4.c. 38 p.2.

Quidam alij magis excogitatam afferunt opinionem. Aiunt quippè vt nomen ſubſtantiuum retineat vnitatem, numeremque excludat, neceſſe eſſe, vt id in quo eſt forma ſignificata, ſit vnum aliquid ſubſiſtens reali ſubſiſtentia: tunc enim vnum verè, & propriè dici, cum ſit vnum ſubſiſtens; nam & Deum vnum idcireò dici, quia Deus ipſa Deitate ſubſiſtit, vt lib. 4. docuimus. Ex quo etiam colligunt, quòd cum Pater, & Filius ſint vnus ſpirator, vt definit Concil. Later. neceſſe ſit ſpiratorem eſſe vnum quid per ſe ſubſiſtens; & hoc ſibi eſſe adeò validum argumentum nonnulli affirmant, vt iſtam opinionem ſubſiſtentis ſpiratoris, vel inuiti recipiant, hoc argumento coacti.

29.
Pro hac excep tione 1. locus. S. Thom.

Hanc autem regulam volunt cum doctrina S. Thomæ cõformare, quia q. 39. ar. 3. indicans rationem regulæ ſubſtantiuorum ait, ſubſtantiua ſignificare per modum ſubſtantiæ; ſubſtantiam autem ſicut per ſe habet eſſe, ita per ſe habere vnitatem: habere autem eſſe per ſe, eſt ſubſiſtere; ergo vnitas nominum ſubſtãtiuorum, à ſubſiſtentia rerum ſumenda eſt; & de pot. q. 2. ar. 1. vbi ait vnitatem formæ ſumi ab vnitate ſubſiſtentis. Cõfirmatur auctoritate, & illorum doctrina, qui docent, cum eadem humanitate tres perſonas eſſe tres homines, quia humanitas non eſt ſubſiſtens.

2. Locus.

Confirm. ex 3. exceptione.

30.
Concl. Ab eo docum. nulla eſt exceptio.

Hæc autem omnia, quæ falſa ſunt, vno aſſerto refringuntur, quòd à regulis ſubſtantiuorum, nulla exceptio permittenda ſit. Subſtantiua enim, quæ connotatiua ſunt, non propterea excipiuntur. Et ratio eſt, quòd ipſa nomina adiectiua neutro genere, in ſubſtantiuorum numero computata, ſubiecta ſunt regulis ſubſtantiuorum: & tamen non mutant ſuam ſignificationem propriam nominis connotatiui; æternum enim & æternus, idem ſignificant formaliter, & tamen dicimus tres æternos, & vnum æternum: ergo etiam in ſubſtantiuis connotatiuis, obſeruatur regula ſubſtantiuorum. Quare in his documentis ſubſtantiuorum, & adiectiuorum, non ad res ſignificatas, neque ad formalem ſignificationem; ſed ad illum duntaxat modum ſignificandi animus eſt aduertendus, quo vtraque differunt: quia ſubſtantiua per ſe ſumuntur & habent ſuum hominis ſuppoſitum; adiectiua autem cum alijs cõnecti opus eſt.

1.Exceptionis confutatio.

A diectiua neutro genere ſũt cõnotatiua, vt in alio genere, & ſeruant eãdem ſignificationem formalem, & tamen dicimus tres æternos, & vnũ æternum.

In his docũ. non ad res ſignificatas, neq; ad formalẽ ſignif. ſed ad illũ duntaxat modũ ſignificãdi attendendũ eſt quo vtraq; nomina differũt; de quo n. 15.

31.
2. Exceptionis confutatio ex n. 30 petenda.

Explicatur Si vna albedo eſſet in tribus, tres homines ratione albed. nõ eſſent vnũ. Ratio ex n. 17. Eſſent vnũ albedine, & albũ eſſet vnum.

Et eodem modo dicendum eſt, quòd ſi vna albedo eſſet in tribus, tres homines eſſent vnum album, vt regula ſubſtantiuorum perpetuò conſtet. Verum eſt quòd tres homines ratione albedinis non eſſent vnum, quia vnum in genere neutro abſq; alio adiecto ſignificat vnã eſſentiam, vt ſuprà diximus; ſed eſſent vnum albedine, & album eſſet vnum, quod magis declarabitur inter confutanda argumenta.

Et idem dicendum eſt, ſiue connotatiuũ ſignificet accidens, ſiue ſubſtantiã, dũmodò ſit ſubſtantiuum; vt diximus in exẽplo albi, quod genere neutro vnũ eſt.

32.

33.
Ex his comprobãtur loca S. Thom. 1. Locus.

Ex iſtis colliges veras eſſe ſententias à Sancto Doctore pronunciatas 1. part. quæſt. 36. artic. 4. de vnitate ſpiratoris.

Ait enim quòd etsi hoc nomen significat vnam proprietatem, quia tamen est substantiuum, vnum spiratorem dici; quasi ionuens, quòd etsi sit nomen connotatiuum, tamen in regula substantiuorum continetur, vt nomen Patris, de quo ibidem meminit, quod similiter nomen connotatiuum est in rebus creatis, quod ibi Sanctus Doctor adiecit. Eadem ratione Pater licèt sit principium Filij, & iterùm principium Spiritus Sancti; non tamen est duo principia, quia est vna persona, vt monet S. Thomas respõs. ad 2. Similiter, quia nomen substantiuum est subiectum prædicationis, siue, vt grãmatici aiunt, reddit suppositum verbo, rectè docet S. Thomas ad 5. quòd non solùm Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, sed etiam dicendum quòd vnum principium Spiritus Sancti est Pater, & Filius.

2. Locus.

3. Locus.

34.

3. Exceptionis reiectio.

Perspicacius autem est quòd nomen non cõnotatiuum, sed absolutum, quod significat non accidens, sed substantiã, vt homo, etsi contingenter dicatur de personis diuinis, seruet tamen vnitatem nominis substantiui.

Exemplum de homine vno in euentu, quo humanitas assumeret à tribus personis, vt n. 27.

Regula enim substantiuorum in omni rerum occasione verissima est, quam S. Thom. tradit nihil excipiens: & 3. p. q. 3. artic. 7. ad 1. tres personas vnum esse hominem apertissimè docet; quamuis ab eo discedat illo loco Medina, nihil minùs cogitans. Et probatur, quia verum esset dicere, humanitate eadem assumpta à tribus personis, Hic homo loquitur; hic autem homo vnus homo est; ergo non essent tres homines, cogitari enim non potest, quòd esset vnus homo & tres homines. Quod argumentum à numero petitum clarissimum est: nam si sunt tres homines, numerari possunt, vt dicamus, hic homo, & alius homo; & præter istos duos homines tertius homo. Quod autem erit maius portentum opinionis, quam vt qui audirent verba illius humanitatis ore prolata, si vnum hominem dicerent se audire, errarent; eò quòd non vnus ille homo esset, sed tres homines; ita vt præter illum hominem loquentem alius esset homo, qui tunc esset idem: necesse enim est quòd ille alius homo esset idem homo; cum enim Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, singulatim esset homo, homo esset singulatim Pater, & singulatim Filius, & Spiritus Sanctus; & hi tres essent tres homines; ergo & homo vnus esset tres homines: Præterea cum istum hominem loquentem audiremus; adhùc intelligeremus trium hominum vnumquemque loqui, & vnum hominem loqui; quod absurdissimum est. Dicendum igitur est non esse tres homines, sed duntaxat vnum hominem.

Confutatio 1. ab auctoritate S. Thomæ.

Et hæc est sententia S. Thomæ 3. p. q. 3. ar. 6. ad 1. & in 3. d. 1. q. 2. ar. 4. ad 6. Altis. lib. 3. tract. 1. cap. 1. q. 6. Alexand. Alens. S. Bonauent. Durandi.

Exemplum, vt n. 27.

Exemplũ idẽ.

Aduersatur Medina.

Vltima autem opinio, quòd non seruatur regula substantiuorum, nisi nomẽ substantiuum significet aliquid re ipsa subsistens, non ratione aliqua, sed placito quodam, & pro libito excogitata est.

Confutatio 2. à ratione.

Cuius operæpretium erit leuissimum fundamentum deijcere, vt ad id quod verum est, liber animus adhibeatur: & imprimis probatur in simili exemplo. Quoniam si plures personæ assumerent eandem humanitatem essent vnus homo, vt probatum est; tunc sic arguitur, in eo rerum euentu esset vnus homo, & non tres homines; & homo non esset vnum subsistens; ergo ad hoc vt dicatur vnus homo nomine substantiuo, non est opus, vt hoc nomine significetur vnum quid subsistens. Maior propositio demonstrata est, quòd tres personæ essent vnus homo. Minor ab omnibus conceditur vt euidentissima; sicut enim humanitas, quæ est in aliena hypostasi, non est quid subsistens per se, ita si esset eadem humanitas in tribus hypostasibus, humanitas non esset quid subsistens, neque homo esset vnum subsistens; sed essent tres subsistentes in humanitate vna. Igitur consequens est, vt non sit necessarium vnum subsistens, ad hoc vt nomen substantiuum retineat vnitatem; siquidèm esset homo ille vnus & non tres homines; & homo vnus non esset vnum quid subsistens. Et confirmatur, quoniam antequam viri docti agnoscerent essentiam diuinam esse per se ipsam subsistentem, tuebantur acerrimè esse vnum Deum dicendum, & non Deos tres; & non esse vnum Deum, & alium Deum, sed vnum Deum præter quẽ nõ est alius. Cuius veritatis causam afferẽtes, non subsistentiã vnã Deitatis pone-

In eo euentu verum esset dicere, Hic homo loquitur, hic autem homo vnus homo est.

Declaratur ex notabili, vt n. 22.

Quare si essent tres homines, Homo vnus est tres homines.

Item intelligeremus trũ hominum vnumquemq; loqui, & vnum hominem loqui.

36. S. Thom. Altis. S. Bonau. Durand.

37. 4. Exceptionis reiectio, vt liberè excogitata.

38. Confutatio 1. ex dictis contra 3. except.

In dicto euentu esset vnus homo, & non esset vnũ subsistens.

Essent tres subsistentes in humanitate vna.

Confirm. Viri docti antequam agnoscerent subsistentiam vnã Deitatis, Deos tres esse negabant.

a.

ponebant quam adhùc non audierant aut non credebant, sed Deitatem esse vnam, Deos autem tres significare Deitates tres. Imò hominibus rudibus si proferamus Deos tres esse, ingenuè negant; planè enim intelligunt Deitates tres. Quod autem homines concti audito nomine intelligunt, axioma est certissimum, vtpotè naturalis informatio, & insita intelligentia, quæ falli nequit, vt Aristot. etiam docuit. Commentum igitur est & fabula asserere tunc nomina substantiua indicare vnitatem, cum res significata est vnum quid subsistens. Idē adhùc probatur clarissimè, quia plura nomina substantiua sunt, quæ significant res non subsistentes, & tamen seruant vnitatem significando, vt nomina omnia abstracta, quæ significant accidens; nam vna albedo est, etiamsi sit in tribus corporibus; & tamen albedo non est quid subsistens.

Similiter homines rudes.

Quod omnes audito nomine intelligūt, axioma est certissimum.

Confutatio 2. perinstantias.

Vna albedo est, etiamsi sit in tribus corporibus; & tamē albedo nō est quid subsistens.

39. Confutatio 3. ex ratione data n. 15. pro 1. docum.

Ratio igitur regulæ istius substantiuorum, notissima est; quòd substantiuum affert secum suppositum nominis, quod anteà explicauimus quid sit. Suppositum autem nominis satis est ad enunciationem conficiendam, adiecto verbo. Et idcircò etiamsi in re significata sint plura ea in quibus est forma, tamen in modo significandi retinetur suppositum nominis vnum; neque enim est necessarium ad hoc quòd sit suppositum nominis vnum, vt sit vnum suppositum rei; nam Deus vnus est, & tamen supposita re ipsa sunt tria: sicut ergo non opus est, vt sit suppositum rei vnum; ita non necesse est, vt sit subsistēs vnum; sed satis est vt sit suppositum nominis vnum; quod quidem suppositum nominis substantiui, est vnum ex modo ipso significandi substantiuorum, dum forma est vna. Et ita dicitur Deus vnus propter vnitatem Deitatis; & homo vnus propter vnitatem humanitatis; & spirator vnus propter vnitatem relationis, siue originis, quæ est forma significata per nomen substantiuum.

Nō est necesse ad hoc quòd sit suppositum nominis vnū, vt sit vnū suppositū rei, aut vnū subsistēs.

Exempla.

40. Ad S. Tho. ait ab esse rei sumendam vnitatem rei. Hic disputatur nōde vnit. rei, sed de vsu nominum.

Atquì Sanctus Thomas minimè isti opinioni patrocinium fert, cui valdè contraria sæpè docet; & oppositam sententiam planissimè tenet. Sed ait ab esse rei sumendam vnitatem, quod verissimum est. Nos verò non de vnitate rei, sed de vsu nominum disputamus. Præterea sine subsistentia potest esse vnitas, vt diximus. Quare argumentum nullum est, A subsistentia sumitur aliqua vnitas, scilicèt incommunicabilitas in humanitate; ergo à sola subsistentia sumitur omnis vnitas. Potest ergo esse natura vna, siue forma non subsistens vna; & propter illam vnitatem nomen substantiuum non numerabimus. Quod verò aiunt in eadem humanitate tres personas esse tres homines, iam refutatum est; neque ob fallam quorundam de ea re sententiam, libet regulam substantiuorum variare, quæ etiam certissima est.

Licèt à subsistentia suma tur aliqua vnitas, scil. incommunicabilitas in humanitate, non tamen ab ea sola omnis vnitas.

Ad confirm. ex n. 34. 35. & 36.

Ad finem capitis recolenda est con- B trouersia inter Doctores agitata, si persona vna diuina assumeret humanitates tres, vtrùm esset vnus homo, an homines tres? nam esse tres homines dicendos asseruit Sanctus Thomas in 3. dist. 1. quæstione 2. artic. 5. ad 2. & 3. & Ioan. Scot. dist. eadem, quæst. 3. & in 1. d. 2. q. vnica, Durand. in 3. d. 1. q. 3. *Altisid.* lib. 4. sentent. tract. 1. cap. 1. q. 5. & alij.

41. Dub. circa 3. euentum, recolitur ex traditis à n. 6.

1. Sent. negat tunc esse hominé vnum. *S. Tho. in 3. Scot. Durand. Altisiod.*

Nihilominùs dicendum est, esse ho- minem vnum. Quod docuit S. Thom. 3. p. q. 7. art. 3. ad 2. retractans priorem sententiam. Et idem docet Marsil. in 3. quæst. 2. art. 3. Thom. Caietan. in commentario 3. p. & alij. Stamus autem regulâ omnium nominum tam substantiuorum, quàm adiectiuorum; quia si id pro quo nomen supponitur est vnum, etsi formæ significatæ sint multæ, cum vnitate enunciandum est: vt vnus dicitur indutus multis vestibus, & vnus sapiens multis scientijs, & vnus homo multis humanitatibus, si suppositum est vnum.

42. 2. & vera sent. affirmat. *S. Tho. 3. p. Marsil. Caiet.*

Ostenditur ex reg. omnium

Exempla.

CAPVT XIX.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Arg. de his nomini b° auctor, spirator. *S. Hilar. S. Thom.*

IN oppositum obijcitur auctoritas S. Hilarij, qui libr. 1. de Trinit. ait Spiritum Sanctum esse à Patre, & Filio auctoribus, & S. Thom. in 1. dist. 11. & 29. in vltimis articulis affirmat Patrem, & Filium esse duos spiratores. Idem sentiunt *Alex. Alens.* 1. p. q. 70. art. 3. & *Albert. Magn.* dist. 11. art. 3. & S. Bonauēt. q. 2. & Ægidius ibidem, & Richard. dist. 11. quæst. 5. Sed relatio auctoris, siue spiratoris, quæ est forma significata, est vna, vt diximus libr. 2. & nomen est

Alens. Alb. Magn. S. Bonau. Ægid. Richard.

substantiuum; ergo regula substantiuorum falsa est, quòd propter vnitatem formæ significatæ, retineatur vnitas nominis substantiui.

2. 2. Arg. Secundò: Nomina cõcreta absoluta, & connotatiua, quæ omninò substantiua sunt, vt Deus, homo, non solùm significant naturam, sed etiam hypostasim siue personam; ergo cum in eadem Deitate, siue humanitate sint plures personæ; non est æqua ratio, vt propter vnitatem naturę dicatur vnus Deus, & vnus homo, & propter multitudinem personarum non dicantur Dij plures, & homines plores.

3. 3. Arg. Tertiò: Nomen connotatiuum significat formam aliquam, & supponitur nõ pro forma, sed pro habente formam; supponitur itaque pro hypostasibus, siue personis; ergo cum personę sunt plures, plures spiratores dicendi sunt, nomine connotatiuo indicante personas plores.

4. 4. Arg. Quartò: Iuxta nominis interpretationem, Deus est is qui Deitatem habet, & ita cætera substantiua interpretamur; sed tres personæ sunt tres habẽtes Deitatem; ergo sunt tres dij: & similiter sunt tres homines.

5. 5. Arg. Quintò: Si vna albedo esset in duobus hominibus, duo homines essent duo alba, & non vnum album, etiam in genere neutro, quod inter substantiua reputatur; ergo regula substãtiuorum falsa est. Probatur antecedens, quia duo homines, etsi eadẽ albedine præditi essent, non essent vnum, sed duo genere neutro; ergo neque essent vnum album, sed duo alba. Et confirmatur, quoniam essent duo entia alba; ergo duo alba; sic enim adiectiua in genere neutro exponimus. Et idem argumentum ostendit, cætera nomina connotatiua, quæ significant formam accidentariam, à regula substantiuorum excipienda esse.

Confirm.

6. Vlt. arg. cõtra 2. dogum. Vltimò S. Athanas. vetat dicere tres æternos, quod est nomen adiectiuum; ergo regula etiam adiectiuorum tollenda est.

Aduertenda.

7. 1. Aduert. *Marsil.* sẽt. de qua cap. 18. n. 2. 10. & 24. verbis inordinatè, platis dilabi in hæresim.

OBseruandum est opinionem Marsilij asserẽtis dicẽdos esse tres Deos, licèt catholicè confiteatur vnam Deitatem, verbis tamen inordinatè prolatis dilabi in hæresim. Illa verò opinio quorundam minimè suspecta est, qui arbitrantur, si tres personæ diuinæ assumerent eandem humanitatẽ, dicendos esse tres homines. Nam discrimen afferunt quòd humanitas sit extranea diuinis personis, vtpotè assumpta: & idcircò attendendum esse numerum personarũ vt dicantur homines tres; & non esse cõsiderãdam humanitatis, quæ extera est, vnitatem, vt dicatur homo vnus: licèt non sint tres dij dicendi; quia Deitas est intima personis diuinis. Quæ tamen sententia etsi hæretica non sit, verosimilis non est, vt probauimus; & minùs consentanea est ad doctrinam fidei elucidãdam, quòd est dicendus Deus vnus, licèt personæ sint tres.

Non sic 3. exceptio, cap. 18. n. 27.

Ratio diuersa. Humanitas assumpta, hoc ipso est extera diuinis personis.

Deitas est intima iisdem.

Etiã hæc exceptio improbatur.

8. At verò tres æternos adiectiuè, & nõ tres æternos substãtiuè, inuenimus vtrũque in concilijs. Quondã enim cũ Ariani dicerent tres Deos, & tres æternos, scilicèt substantiuè: contra hos decretũ est, non esse tres æternos. At verò in cõcilio Later. cap. *Firmitèr*, tres consubstantiales, & coomnipotentes legimus, scilicèt adiectiuè; sed absque vllo periculo adiectiua multiplicamus, vt licet nobis per Concilium Later. substantiua autem singulariter dicimus.

Conc. Latr.

9. 2. Aduert. Concreta absoluta non connotatiua indicant id in quo est forma siue sit subsistens, siue non.

Secundò obseruandum est, quòd nomina concreta absoluta non connotatiua, vt homo, Deus, propriè loquendo, nõ significant hypostasim; sed ex modo significandi indicant id in quo est forma, siue id in quo est forma sit hypostasis, vt Petrus, siue sit quid subsistens, vt Deus; siue etiam neque subsistens sit, vt spirator: & in eo euentu quo humanitas esset in tribus personis, hic homo scilicèt nõ esset subsistens; nam & hic homo, & spirator non significant quid subsistens; sed solùm indicant suppositum nominis, vt diximus, quod est vnum; est, inquam, vnũ vnitate quidèm confusionis, ita vt pro vno supponatur nomen, quod est proprium suppositum nominis, cui verbum copulatur. Et idcircò ratio nominis exigit, vt Deus dicatur vnus, & vnus spirator, & vnus homo, etiamsi sint plures personæ his nominibus contentæ, quæ sunt quasi secunda suppositа nominis: primum autem pro quo nomen quodlibet istorum supponitur, est vnum saltem vnitate confusionis, vt posteà dicemus.

Hic homo in 4 euẽtude quo c. 18. n. 12. & item spirator non significat quid subsistens, sed solum indicant suppositum nominis.

Hoc si est primum, in illis nominibus est vnum saltem vnitate confusionis, vt cap. 18. n. 8.

Tertiò

10. 3. Aduert. Ex impossibili anteced. possunt consequi opposita: vnū exp. prædicati p cōseq. intrinsecā aliud exp. subiecti per extraneam, vt lib. 2. c. 43. n. 1.

Tertiò aduertendum est, ex impossibili antecedente posse consequi opposita, ita tamen vt id quod colligitur ex parte prædicati, sit simpliciter consequens per insitam vim ipsius consequētiæ: quòd verò sequitur ex parte subiecti, sit consequens non simpliciter, sed secundum aliquid, & per extrinsecam consequentiam, vt lib. 2. docuimus. In re autem proposita existimamus impossibile esse, vt vna albedo sit in duobus hominibus; quare hac hypothesi impossibili concessâ, quòd vna albedo sit in duobus hominibus, si id quod sequitur ex natura nominis substantiui animaduertamus, duo homines essent vnum album; imò & ex natura ipsa albedinis essēt vnum album; quia essent vnum individuum speciei albedinis: vna enim forma albedinis vnum albū nominat; aliàs abstractum esset vnum individuum, scilicèt vna albedo, & concreta essent duo individua, scilicèt duo alba; debemus autem abstrahere abstractione formali, ab hac albedine hoc album, & ab vna albedine vnum album. Si verò consideremus subiecta albedinis, ex parte illorum essent duo alba dicenda per consequentiam extraneam; siquidèm essent simpliciter duo entia, & duo entia alba. Et propter istas diuersas consequentias, eorum qui possibile esse crediderūt albedinem vnam in duobus hominibus existere, quidam dixerunt dicendos esse duos homines vnum album, quidam verò dicendos esse duo alba: cum vtrumque consequatur, alterum ex parte prędicati, alterum ex parte subiecti.

Sic dato quòd vna albedo sit in duobus hominibus, esset vnum albū per conseq. ex natura nominis substātiui, imò & ex natura ipsa albedinis.

Aliàs abstractum esset vnū individuū, & concreta duo.

A

Atex parte subiectorum esset duo alba per cō seq. extraneā.

Hinc inter doctores dissensio.

B

C

11. 4. Aduert. Adiectiua masculi genere pro substātiuis aliquādo vsurpāntur, vt neutro. Symb. S. Athan.

Aduertendum etiam est nomina adiectiua masculino genere pro substantiuis aliquando vsurpari, sicut & genere neutro. Et idcircò S. Athanasius dixit genere masculino, *Non tres æterni, sed vnus æternus*. Aliàs adiectiua multiplicantur, iuxta regulam designatam. Nam cap. *Firmiter*, diuinæ personæ dicuntur omnipotentes.

Aliàs adiectiua multiplicātur C. *Firmitèr*.

D

12. Ad 1. arg.

Responsio.

AD primum argumentum respondetur aliquid singulare esse in nomine spiratoris, vel auctoris, quod est Patri, & Filio commune, vt dicātur duo spiratores, vel auctores; quia scilicèt Spiritus Sanctus procedit ab eis, nō solùm vt ab vno, sed etiam vt à duobus, quod S. Thom. notauit q. 36. art. 4. ad 7.

Spir. Sanctus procedit à Patre & Filio, vt à duobus. S. Thom.

quam ob causam & S. Hilar. & ipse S. Thomas in sentētijs dixerunt duos siue auctores, siue spiratores; sed eodem loco retractans S. Doctor sentētiam, quā in sententijs tenuerat, asserit dicendum esse vnum spiratorem; quoniam regula grammatica obseruanda est propter modum significandi, quicquid disputemus de rebus significatis. Neque mirum est alios Doctores fuisse secutos S. Hilariū.

S. Hilar. & S. Tho. in 1. dixerunt duos auctores, seu spiratores. Idem 1. p. id retractat.

Ad secundum iam respondimus in secunda notatione: quòd propter vnum suppositum non rei, sed nominis, quod est primum significatū nominis substantiui, dicitur illud nomen cum vnitate.

13. Ad 2. arg. ex 2. aduert.

Ad tertium respondetur similiter, quòd nomen connotatiuum supponitur pro habente formam, vt arguendo ostēditur; sed tamen si sit nomen substantiuum, primum suppositum nominis, cui verbum copulatur, est vnum, & ita in constructione grammatica numerus singularis seruatur propter modum significandi.

14. Ad 3. arg. 1. Suppositum nominis cōnotatiui, cui verbū copulatur, fisit substātiuū est verbum.

Ad quartū respondetur cum S. Thoma q. 39. art. 3. ad 1. esse fallaciam accidentis; nam licèt Deus & habens Deitatem idem sint, tamen hæc differunt modo significandi, cum Deus sit nomen substantiuum, habens verò Deitatem sit adiectiuum; quare diuersimodè numerantur; sunt enim tres habentes Deitatem, & vnus Deus.

15. Ad 4. arg. S. Thom. Deus, & habēs Deitatem differūt modo significandi.

Ad quintum respondetur, quòd duo homines prædicti eadem albedine essent vnum album; argumentum verò procedit per consequentiam extraneam, vt diximus. Respondetur secundò negando consequentiam; nam licèt duo homines non sint vnum absolutè, quia vnū significat substantiā, vt suprà docuimus; sunt tamen vnum album; quia significatur vnitas in sola albedine: & licèt sint duo entia alba; non tamē sunt duo alba; est enim fallacia compositionis: nam in antecedente coniungitur numerus cum ente, scilicèt dicendo duo entia, & tunc nomen, alba, additum, est adiectiuum: in consequente verò numerus coniungitur cum nomine, alba, dicendo duo alba; alba autem pluraliter genere neutro, est nomen substantiuum: quare est fallacia compositionis, & accidentis.

16. Ad 5. arg. 1. Respons. ex 5. aduert.

2. Respons. Licèt duo homines nō sint vnum absolutè, vt cap. 18. n. 31. sunt tamen vnum album: & licèt sint duo entia alba, non sunt duo alba. Est fallacia compositionis & accidentis.

Ad vltimum iam diximus, nomina adiectiua in masculino genere, pro substantiuis vsurpari.

17. Ad vlt. arg. ex 4. aduert.

CAPVT XX.

Pater, & Filius non sunt vnum principium vtriusque originis.

1. QVæstio ista implicita est, & ad regulas numerorum iam traditas dirigenda. Proposuimus autem quæstiones terminis clarioribus quàm solet versari; vt rei veritas manifestiùs eluceat.

2. Recolendum ex lib.2. c.24. Patrem, & Filium esse vnũ principiũ spirationis.

Recolendum ergo est quod suprà docuimus, Patrem, & Filiũ esse vnum principium spirationis; & quia spiratio simpliciter est origo, haud dubiè concedẽdum est Patrem, & Filium esse vnũ principium originis: sed quia duplex est origo diuina, scilicèt generatio, & spiratio; Pater autem est principium generationis, spirationis verò principium Pater, & Filius; ex ista complicatione principij generationis, & spirationis simul, emergit quæstio, *An* Pater, & Filius sint vnũ principium generationis, & spirationis simul? quod nos magis explicatè quærimus, vtrùm sint vnum principium vtriusque originis?

1. Quæst. an sint vnũ principium generationis, & spirationis, seu clariùs vtriusque originis?

3. 1. Prænot. Principiũ orig. vel est principium quo, siue formale, sc. essentia, vt lib. 2. c. 26. n. 5. Vel principiũ quod, sc. persona.

Post hæc verò aduertendum est, quòd principiũ originis duobus modis vsurpatur, scilicèt principium quo siue formale principium; quod quidem est essẽtia, vt diximus lib. 2. & principiũ quod, & illud est persona: si verò loquamur de principio formali, quod est essentia, certum est Patrem, & Filium esse vnam essentiam, quæ est vnum principium vtriusque originis. Sed tamen sint ne dicendi Pater, & Filius vnum principium formale vtriusque originis postmodùm expendemus.

De 1. infrà.

4. De 2. hic. 2. Prænot. Principium orig. significat relationem realem. Hæc duplex.

De alio principio nobis est modò disputandum, quod est originis principium producens, & generans, siue spirans; essentia enim non generat, aut spirat, sed persona. Et opus est aduertere quòd hoc nomen principium originis significat relationem realem. Est autẽ duplex relatio principij in Deo, altera generationis, altera spirationis; & vtraque est res eadem; cum enim eadem persona, scilicèt Pater, sit generans, & spirans, relatio generantis, & spirantis non sunt res duæ, vt suprà admonuimus. Videtur igitur, cum hoc nomen complexũ, principium vtriusq; originis, significet duas relationes; quæ tamẽ sunt res vna; quòd sit dicendum Patrem, & Filiũ esse principium vnum, si de vnitate reali disputemus.

Vtraq; est res eadem. Ostenditur ex lib. 3. c. 34. p. 2. n. 4.

Bartholomæus Torres q. 39. ar. 3. arbitratur esse dicendum principium vnũ. Et alij quoque sunt quibus placet pars affirmans, quòd Pater, & Filius sint vnũ principium vtriusque originis.

5. Pro p. affirm. *Torres. Molin.*

Sed difficultas hæc rectè à verborum ambiguitate aperienda est. Primũ enim potest quæri sensu collectiuo, vt plures homines sunt vnus populus: & hoc sensu Pater, & Filius sunt vnum principiũ, saltem collectione vnum; quia vnum principium vtriusque originis inuenitur in ambobus: quamuis non sit vnum vnitate reali, sed vnitate collectionis. Quæ disputatio supernacanea est, & inquirẽtem de rebus diuinis minimè iuuat, collectio enim cum confusione connexa est.

6. 1. Sensus quæstionis, de vnitate collectionis.

1. Concl. In hoc sensu vera est p. affirm.

In eo quæst. est inutilis.

Alius sensus quæstionis est, vtrùm Pater, & Filius sint vnum principium originis vnitate analogiæ ad eum sanè modum quo Petrus, & Paulus sunt vnus homo specie, vnitate vniuoci, & vniuersalis. Sed ea etiam quæstio minùs vtilis est, inseruiens duntaxat subtilitati cuidam dialecticæ; à sententijs autem Patrum longè diuersa. Præterea in eo quoque sensu non rectè dicitur quòd sint vnum principium vtriusque processionis; nam istud adiectum tollit vnitatem communem analogię: sicut si diceremus Petrus, & Paulus sunt vnus homo diuersorum municipiorum, aut regionum. Denique propter vnitatem rationis, aut analogiæ, ea quæ sunt plura non dicuntur simpliciter vnum, vt Petrus, & Paulus simpliciter non sunt vnus homo, sed vnus specie.

7. 2. Sẽsus de vnitate analogiæ.

Etiam in eo quæst. inutilis

Est igitur germana interpretatio thesis huius, vtrùm Pater, & Filius sint vnũ principium vtriusque processionis; vnũ, inquam, vnitate reali, quod est esse vnũ numero: quam vnitatem regulę illæ substantiuorum, & adiectiuorum superiùs traditæ, indicant & commonstrant. Quo sensu dicendum est Patrem, & Filium nõ esse vnum principium vtriusque originis. Et probatur euidenti argumento, nam Filius non est vnum principium vtriusque originis, siquidèm nõ est principium vtriusque; qui enim homo non est, non est homo vnus: sed Filius non est principium vtriusque originis; quia non est principium generationis, alias esset princi-

2 Concl. In eo vera est p. negans, vtrũ tit.

Ostenditur 1.

Exempl.

Ostenditur 2.

8. 3. & verus sensus de vnitate reali.

3. Concl. In eo vera est p. negans, vtrũ in tit.

Probatio. evidens.

Filius non est principium vtriusque originis ac proinde nec vnũ.

principium sui; ergo non est principium vnum vtriusque originis; ergo hoc cõplexum vnum principium vtriusque originis non prædicatur de Patre, & Filio, sed de solo Patre. Ostenditur idem clariùs, quoniam principium vtriusq; originis, est nomen incommunicabile, vtpotè solius Patris, vnde Pater dicitur principium totius Deitatis, & origo fõtana Deitatis; ergo non est nomen cõmune Patri, & Filio; ergo Pater, & Filius non sunt vnum principium totius Deitatis, aut vnum principium totius originis, vel vtriusque originis. Adhuc idẽ commonstramus argumento dialectico: Nam istam enunciationem Pater, & Filius sunt vnus Deus, sic interpretamur, Pater est Deus, & Filius est Deus, & vterque vnus Deus, vel ambo vnus Deus; ergo similiter istam debemus exponere, Pater, & Filius sunt vnum principium vtriusque originis, & Filius est principiũ vtriusque, & ambo sunt vnũ principiũ; secunda autem enũciatio scilicèt Filius est principium vtriusque originis, hæretica est. Denique explicatur res ista exemplo. Nam complexum hoc, Deus Pater, significat aliquid commune, scilicèt Deum; & aliquid proprium, scilicèt Patrem; sed addito proprio, totum complexum est proprium, & non commune: quare etsi Filius sit Deus qui est Pater; non tamen Pater, & Filius sunt vnus Deus Pater. Similiter principium vtriusque originis significat aliquid cõmune, scilicèt principium spirandi; & aliquid proprium, scilicèt principium generandi: addito tamen proprio, totum complexum efficitur proprium; ergo sicut hæreticum est dicere quòd Pater, & Filius sunt vnus Deus Pater, ita est hæreticum affirmare quòd Pater, & Filius sint vnum principium spirationis, & generationis simul.

Confirm. 1. Principium vtriusque orig. est prædicatũ Patris propriũ

Confirm. 2. interpretatione enũciationis affirm. per aliam ostensa.

Confirm. 3. exemplo huius prædicati, Deus Pater.

Ad commune addito proprio totum cõplexũ est proprium.

Hæc est hæretica, Pater, & Filius sunt vnus Deus Pater.

9. Hæc probatio à quibusdã animaduersa.

Quidam videntur argumẽtum indagasse; sic enim sibi obijciunt, Filius non est principium generationis; ergo non est vnum principium cum Patre, vtriusque originis. Respondent negando cõsequentiam, quia satis est distinctio virtualis (quam nos dicimus formalẽ eminenter) inter vtramque originem, siue inter vtrumque principium. Et quidẽ verum est, quòd hæc distinctio satis est, vt Filius sit spirator, qui spirator est genitor, & tamen Filius non sit genitor: sed tamen non est satis hæc distinctio, vt Filius etsi non sit genitor, sit tamen genitor, & spirator simul: sed principium vtriusque originis significat genitorem, & spiratorem simul; ergo Pater, & Filius non sunt vnum principium vtriusque originis.

Respons.

Refellitur. Distinctio virtualis inter vtramque orig. siue inter vtrumque principiũ.

non satis est vt Filius etsi non sit genitor, sit tamẽ genitor, & spirator simul.

Sed tamen illud est maximè ponderandum, vtrum dicendum sit Patrem, & Filium esse duo principia originis? Videtorque esse respondendum, eos esse duo principia ratione formali distincta; sed non esse duo re ipsa. Quod sunt duo ratione formali distincta probatur euidenter; quoniam sunt duæ personæ, & est in eis duplex ratio formalis principij, scilicèt generationis, & spirationis; ergo sunt duo principia ratione formali distincta. Et potest hoc ipsum confirmari auctoritate S. Thomæ, qui docet Patrem non dici duo principia, quia est persona vna; cum ergo Pater, & Filius sint duæ personæ, & in eis sit duplex ratio principij; duo principia sunt originis; iuxta regulas iam constitutas. Et quoniam relatiua nomina afferunt sensum formalem, videtur quidem simpliciter dicendum fuisse, quòd Pater, & Filius sint duo principia originis; sicut simpliciter dicimus paternitatem, & spirationem actiuam esse duas relationes. Ex quibus colligimus non esse aptè dictum, quòd Pater, & Filius sint vnum principium formale vtriusque originis: principium enim formale originis suam habet rationem formalem, quæ in vna origine, & in alia distinguitur; & ita sunt principia formalia duo, scilicèt alterum generandi, alterum spirandi, sicut duæ origines sunt.

10. 2. Quæst. an sint duo principia?

1. Assertum: Sunt duo principia ratione formali distincta; sed nõ duo re ipsa distincta.

1. Pars prob. euidenter.

Confirm. ex S. Thom. & ex cap. 18. n. 5.

Nihilominùs tamen, quia apud Græcos fuit grauis calumnia aduersum Latinos, quòd principia diuiderent, vt diximus lib. 2. explicanda potiùs est hæc affirmatio, scilicèt quòd sint duo principia formalia ratione distincta; non tamen sunt duo principia formalia re ipsa distincta; quia principiũ spirationis non distinguitur re ipsa à principio generationis.

11. Huius assertι limitatio.

Propter Græcos de quibus lib. 2 c. 34 vtẽdum explic. vt in 1. asserto.

Ita neque principia formalia duo cõcedimus, nisi explicando, quòd sint ratione distincta, non re ipsa, ne Græcis ingignamus suspicionem, quòd principia dividamus: duo autem principia formalia ratione distincta, vel in vno Patre

12. Consect. Sũt principia formalia duo, sed non nisi cũ explic. vt in 2. asserto

Duo principia ratione distincta, vel in vno

Patre concedenda sunt.

concedenda sunt, in quo est duplex origo generatio, & spiratio.

13. Pro vtraque qu. est. quoad principium re ipsa, concl. neg. vt in tit.

At verò vt redeamus ad quæstionem de principio originis vtrùm sit vnũ vnitate realiꝰ aimus Patrem, & Filium non esse re ipsa vnum principium vtriusque originis, neque duo principia vtriusque originis.

14. Obiectio.

Quòd si arguendo opponas: Inter vnũ & plura nihil est medium, sed non sunt plura principia re ipsa distincta; ergo sunt vnum principium.

1. Respons.

Aliqui volunt inter vnum & multa, inueniri medium quod neque est vnum, neque multa. Sed

Refellitur.

B

falluntur certissimè; vnum enim significat negationem multorum, & ita probatur vnitas à negatione affirmationis multorum, quæ est euidens demonstratio. Nam si non sunt plura hoc ipso est vnum, dummodò sit ens: diuiditur enim ens in vnum, & multa.

Inter vnum ens, & multa non dari medium ostenditur.

2. & vera resp.

Respondemus igitur concedendo, quòd de eodem necesse est alterum prædicari, scilicèt vnũ, aut multa; quod enim non est multa, est vnum. Quare si de ipso principio vtriusque originis quæras vtrùm re ipsa sit vnum aut multa, scilicèt vtrùm sit res vna, an verò res multæ? dicendum est principium vtriusque originis, non esse multa re ipsa, sed vnum, scilicèt rẽ vnã:

Ipsum principium vtriusq; originis est re ipsa vnum, sc. res vna.

C

sed tamen per hoc non probatur quòd Pater, & Filius sint vnum principium vtriusque originis re ipsa, aut re ipsa multa principia vtriusque originis; quia hoc quod est principium vtriusque originis non conuenit Patri, & Filio: aliud enim est quòd vnum vel multa dicãtur de re quapiam, & aliud quòd vnum vel multa principia dicantur de re quapiam: nam quæ res non est principium, neque est principium vnum vel multa. Cum ergo Pater, & Filius non sint principium vtriusque originis simul, vt explicauimus, non necesse est vt sint principium vnum, aut multa. Itaque principium vtriusque originis est res vna; sed

At hæc res nõ conuenit Patri, & Filio, sed Patri.

Vnde neque sũt re ipsa duo principia, neq; vnum.

D

hæc res vna non conuenit Patri, & Filio, sed Patri: quare si de sola origine spirandi loquamur, re ipsa Pater, & Filius sunt vnum principium originis; si verò de vtraque origine disputemus, quod hoc loco facimus, Pater, & Filius neque sunt duo principia, neque vnum; quia hoc ipsum quod est esse principium vtriusque originis quod est res vna, non cõuenit ambobus, sed alteri, scilicèt Patri.

Itaque inter vnum & plura non datur medium, si illud extet cum quo vnũ & multa copulamus; nam chimæra neq; est ens vnum, neque multa entia, quia scilicèt non est ens: ita Pater, & Filius non sunt duo principia re ipsa vtriusque originis, neque vnũ, quia non sunt principium vtriusque originis; sed Pater dũtaxat est simul vtriusque originis principium; si enim Pater, & Filius essent principium vtriusque originis; firma est consequentia, quòd essent vnũ, aut multa principia. Quod si arguas: Pater, & Filius sunt re ipsa principia duarum originum, & non sunt duo re ipsa; ergo sunt re ipsa vnum: occurrendum est explicãdo propositionem; Pater enim, & Filius sunt re ipsa principia duarum originũ, accõmodatè & partitè, vt Pater sit principium vtriusque originis, Filius autem principium vnius duntaxàt; non tamen in alio sensu, vt vterque sit principium duarum. Quare quod consequitur, scilicèt illos re ipsa esse vnum principium, accommodatè colligendum est; quòd re ipsa sunt vnum principium vnius originis, & non duarum. Cauendum ergo est ab alijs huiusmodi fallacijs, nam res ipsa est planissima.

15. Declaratio. Quod non est ens, neque est vnum ens, neque multa, vt chimera.

Replica.

Occurr. Pater, & Filius sũt re ipsa principia duarum orig. accõmodatè, & partitè, non verò vterque sit principium duarũ.

Sunt re ipsa vnum principium originis accommodatè sc. vnius, non duarum.

CAPVT XXI.

Argumenta refelluntur.

PEt hæc autẽ facilè confutantur quædam quæ solent obijci multis alijs præmissis aduertendis. Et primò obijcitur nobis S. Anselm. lib. de Spiritu Sancto, cap. 1. *Neque tamen* (inquit) *duo confitemur principia, vnum Patrem ad Filium, alterum Patrem & Filium ad Spiritum Sanctum: sicut non credimus alium Deum Patrem, de quo est Filius, alium Deum Patrem, & Filiũ de quo est Spiritus Sanctus:* ergo non sunt duo principia, sed vnum vtriusque originis, cum de re vtraque loquatur S. Anselm.

1. 1. Argum. S. Anselm.

1. Respons.

Posset aliquis respondere, illum fuisse locutum de principio formali, quod est essentia: sed certè videtur loqui S. Anselm. de principio producente, quod significat relationem realem in Deo, cum de ipsis relationibus palàm disputet. Dicendum igitur est, nos summoperè cum illo consentire; negamus enim principia duo esse, scilicèt re ipsa duo non esse

Refellitur.

2. & vera resp. ex c. 20. n. 11.

asseren-

Exemplum *S. Anselmi*. Vt Pater, & Filius non sunt Deus alius à Patre: ita neq; principium aliud, vt lib 2. c. 35. n. 14.

Item ex cap. 20. n. 14.

asserentes; sed neque re ipsa vnum vtriusque originis principium. Et vtimur eodem exemplo quod S. Anselm. solertissimè proponit; sicut enim nõ est Deus alius, ita neque principium aliud, quod lib. 2. luculentissimè disputauimus. Prętereà concedimus quòd vtriusque originis principium est res vna; sed negamus quòd hæc res vna sit in Patre, & Filio, sed in solo Patre. Nam hæc res vna, quæ est genitor spirans, siue spirator generans, siue principium vtriusque originis, est Deus Pater; res, inquam, distincta à Filio, non quatenùs Deus, neque quatenùs spirator, sed quatenùs Pater. Itaque sicut Pater, & Filius non sunt Deus alius à Patre, sed neque sunt vnus Deus Pater; ita Pater, & Filius non sunt principium aliud à Patre; sed neque sunt principium Pater, neque vtriusque originis principium vnum. Verba autem quę sequuntur de Patre explicãda sunt; scilicèt quòd de eodem Deo, & de eodẽ principio, Filius, & Spiritus Sãctus sunt, scilicèt de eodem Patre: neque enim potest intelligi, quòd Filius sit de eodẽ principio generationis, & spirationis, tanquam de se; sed de Patre necessariò interpretandum est.

Vt non sunt Deus Pater. Ita neq; principium Pater.

2. 2. Arg. Arguunt etiam quidam asserentes, Patrem, & Filium esse vnum principiũ originis absolutè, & simpliciter; ergo nõ solùm vnius originis sunt principium vnum, sed absolutè totius originis sunt principium vnum: ita tamen vt absolutè, & simpliciter sint principium vnum, & illa origo absolutè & simpliciter sit origo; quod vtrumque verum est; ergo absolutè & simpliciter sunt principium vnum originis, scilicèt alicuius originis, puta spirationis principium.

3. 3. Arg. Arguunt adhùc à regulis substantiuorum, quia hoc nomen, principiũ vtriusque originis, significat rem vnam, scilicèt relationem principij generandi, & spirandi, quæ est res vna, vt suprà diximus; ergo principium vnum.

Respons. ex cap. 2. n. 14. Respondetur nihilominùs ex dictis, libẽter nos confiteri principium re ipsa esse vnum vtriusque originis; sed hoc complexum non conuenire Filio; quare neque Patri & Filio simul conuenire: sicut Deus Pater res vna est, & Filius est Deus qui est Pater, non tamẽ Pater, & Filius est vnus Deus Pater; ita Filius est principium spirandi, quod est ipsum principium generandi; non tamen Filius est spirandi, & generandi principium: quare neque Pater, & Filius sunt principium generandi & spirandi simul. Itaque vna est res significata per nomen, sed ea non conuenit Patri, & Filio, vt liquet ex dictis.

Exemplum, vt cap. 20. n. 8.

4. 4. Arg. Aliter etiam argumentantur, quòd Filius vt spirator non distinguatur re ipsa à generante etiam vt generans est; vbi autem non est distinctio est vnitas; ergo cum principium originis significet vtramque originem, Pater, & Filius sunt vnum principium vtriusque. Similiter respondetur quòd sicut argumentũ non probat Filium esse principium generationis, & spirationis simul, quod est hæreticum; ita minimè ostendit Patrem, & Filium esse vnum principium vtriusque. Nam esse principium vnum, consequitur ad hoc quod est esse principium. Prætereà quamuis concedendum sit, Filium vt spirator est, non distingui re ipsa à genitore, sicut quatenùs Deus est non distinguitur ab illo, quia sunt vnus Deus, & vnus spirator; non tamen concedendum est, quòd non distinguatur à genitore, vt genitor est. Nam hac adiectione reduplicante, vt aiunt, significatur, quòd in ipsa relatione genitoris sit vnitas, quod est hæreticum; cum genitor sit res distincta à Filio, & ita solùm probatur in Filio vnitas spiratoris cum Patre, non autem spiratoris, & genitoris simul; quia licèt in Patre spirator, & genitor sit vna res, in Filio tamen non est hæc res; sed est Filius res distincta ab spiratore gignente, sicut à Deo gignente, vel à Deo Patre Filius distinguitur.

Resp. ex cap. 20. n. 8.

Sicut Filius quatenùs Deus est, non distinguitur re ipsa à genitore, ita neque vt spirator est.

Tamẽ distinguitur à genitore, vt genitor est.

Ratio.

Filius est res distincta à spiratore gignẽte sicut à Deo gignẽte, vel à Deo Patre.

5. 5. Arg. Denique obijciunt, Patrem, & Filium in ratione principij non distingui, quia non opponuntur origine: Sed hoc negamus; nam principium generationis, & genitum opponuntur; igitur Pater, & Filius in ratione principij gignentis opponuntur, quia Pater est spirator generans, Filius genitus.

Respons. Pater est spirator generans, Filius genitus: vnde opponũtur.

CAPVT XXII.

Explicatur dialectica suppositio nominum diuinorum.

1. Reliqua disputatio dialectica de rebus diuinis à suppositione nominũ inchoanda est.

Suppos-

2.

1.Prænot. Suppositio est vsus ipse nominum.

Suppositio est vsus ipse nominum; nomina enim subrogantur loco rerum, de quibus agimus. Sicut enim imago regis, eò quòd secundum effigiem repræsentat regem, subit locum illius, & dicitur ipsa imago imperator: & verbũ mentis quo imperatorem apprehendo, dicitur quoque imperator, quia ipse imperator est in mente, id est, verbum loco imperatoris: ita & verba ore prolata, aut scripta, loco rerum sufficiuntur; & hoc quod est suffici, seu substitui loco rerum, dicitur supponi pro re, seu supponere rem, vt S. Thom. loquitur. Alij verò minùs accuratè supponere pro supponi vsurpant, & ita aiunt nomina supponere pro rebus, id est, supponi.

Substitui loco rerum dicitur supponi pro re, seu supponere rem.

Non rectè dicitur supponere pro re.

3.

2.Prænot. Supponi non est significare, sed significãdo importare.

Albedo rem eandem supponit, & significat.

Sed aduertendum est, quòd supponere rem, seu supponi pro re, non est significare illam, sed significando afferre, seu importare rem. Vnde albedo quia nihil affert secum, nisi id quod significat, scilicèt albedinem ipsam, rem eãdem supponit, & significat; album verò ita significat albedinem, quòd ex modo significandi non ponitur loco albedinis, sed loco eius quod album est; & ideò albedinem quidèm significat, sed non supponitur pro ea. Et quidèm supponitur pro eo quod album est, scilicèt pro corpore, cum tamen non significet corpus, sed solam albedinem. Imò affirmat S. Thom. q.9. de potent. ar.4. ad 18. quòd nomen, homo, non significat singularia, sed solum hominem communi conceptu. Quare falsum est quòd quidam aiunt idem esse significare, & supponi.

Album significat solam albedinem.

Supponitur pro corpore.

S. Thom. simile ait de homine.

Quidam aduersantur.

4.

Vt nomẽ supponatur pro re non est necesse quòd verè affirmetur de ea.

Exemplũ de Antichristo.

Ratio.

Vt autem nomen supponatur pro re, non est necesse quòd verè affirmetur de ea; nam Antichristus supponitur pro illo homine futuro, quamuis ille non existat; quia suppositio pertinet ad vsum rationis, quæ vtitur nominibus substituendo ea loco rerum, siue res existant, siue non existant, siue verò, siue falsò.

5.

Ex his

1.Consect. Ad veritatẽ affirmantis satis est, vt ea pro quibus prædicatum, & subiectũ supponuntur, materialiter, siue secundũ rẽ sint idẽ. Sic est vera hęc albedo est similitudo.

Ex his colligitur ad veritatem propositionis affirmantis, non opus esse vt subiectum, & prædicatum pro eodem supponãtur, sed satis esse vt ea pro quibus supponuntur, materialiter, siue secundum rem sint idem; verbi gratia, cũ dico, Albedo est similitudo, neque nomen albedinis pro similitudine vllo modo supponitur, neque nomen, similitudo, pro albedine, cum abstracta pro eodem supponantur quod significant; hæc autẽ diuersa significant pro quibus supponuntur: & tamen est vera propositio, quia vtrumque significatum est res eadem. Hoc autem appellant Dialectici verificari vnum de alio, cum scilicèt intellectus aduertens ad ea pro quibus nomina supponuntur, verè iudicat esse idem secundum rem; siue nomina supponantur pro eodem, siue non supponantur, sed verificentur, hoc est, secundum rem sint idem ea, quæ per nomina importantur. Recolo quidem Magistrũ Dominicũ Sotum in summulis docuisse quòd supponi, & verificari sint idem: sed longè diuersa sunt, vt ex hoc cap. clariùs constabit.

Hoc dicitur verificari.

Colligitur secundò nomina abstracta eò quòd supponuntur pro eodem quod significant, hoc habere inter se commune, vt duo nomina pro duobus, & non pro vno formaliter supponantur. Verbi gratia, hæc duo nomina albedo, & similitudo, etsi res eadem sit, non tamen pro eodem propriè & formaliter supponũtur; neque enim loco albedinis ponimus nomen similitudinis, aut loco similitudinis nomen albedinis, aliàs omnia confunderemus. Vnde necesse fuit sensum identicum à sensu formali distinguere, vt cum dicimus albedinem esse similitudinem, non intelligeremus accipi albedinem pro similitudine, quod est absurdum, sed id pro quo accipitur nomen vtrumque esse rem eandem non formaliter, sed quasi materialiter (vt aiunt) quia albedo est quasi subiectum similitudinis. & relatio similitudinis est quasi appendix, quæ non absolutè distinguitur à re, cui adiaceat, vt lib.3. docuimus. Et ideò conceditur in sensu identico, & negatur in sensu formali, quòd albedo sit similitudo.

Vnde contra *Dom. Sotum* supponi, & verificari diuersa sunt.

6.

2.Consect. Duo nomina abstracta pro duobus, & non pro vno formaliter supponũtur.

Exemplum. Albedo est similitudo in sensu identico, seu materiali, non formali. Ostenditur.

His ergo prænoratis, de suppositione nominum diuinorum dicendum primò est, omnia nomina diuina, quæ sunt simpliciter communia, vt persona, relatio, & similia, communibus dialecticorum legibus, quoad omnia esse subiecta: nam ex eo quòd persona est nomen commune analogum, potest notari notâ vniuersali, aut particulari, aut etiam singulari, & ita ad contradicentium, seu syllogismorum leges coaptari. Nec de hac re est vlla difficultas. Similiter nomina personarũ, quia simpliciter singularia sunt, & pro vno solo supponuntur, ad syllogismos

7.

Pro titulo assertio: Omnia nomina diuina, quæ simpliciter sunt communia, communibus dialecticorum regulis quoad omnia sunt subiecta.

Similiter quæ sunt simpliciter singularia.

giſmos expoſitorios,& ad contradictionem idonea ſunt,iuxta regulas dialecticas communes.

8. Dub. de hoc nomine, Deus, quod habet q̄ di ſuppoſitionis cōmunis, quædam ſuppoſ. ſingularis.

Hæc igitur ſunt nominibus diuinis, alijsque omnibus apud dialecticos cōmunia: ſed nomen ipſum, Deus, nouum habet genus ſuppoſitionis, quod non ſit facile explicare ; cum enim Deus ſit quid commune Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,& ſimul ſit natura indiuidua; nomen ipſum, Deus, quędam habet ſuppoſitionis communis, quædam etiā ſuppoſitionis ſingularis,& pro natura,&pro perſonis ſupponitur. Quidam igitur exiſtimant hoc nomen habere ſuppoſitionem nominis collectiui. Nam & S. Tho. q. 39. art. 5. ad 6. explicans illud S. Auguſtini, quòd Pater eſt principium totius Deitatis, ait nomen Deitatis eſſe quaſi collectiuum, quod complectitur perſonas tres. Eſt verò ſimilitudo inter nomen collectiuum,& nomen, Deus, vt hi Doctores exiſtimant, quia ſicut collectiuum, verbi gratia domus, vna ſuppoſitione, & non duabus ſupponitur pro tota domo, & pro partibus ſimul: ita inquiunt, nomen Deus, non duabus ſigillatim ſuppoſitionibus, ſed vna, & eadē ſupponitur pro natura diuina, & pro ipſis perſonis ſimul. Et ſicut domus dicitur cedrina ratione partis, quia tectum eſt cedrinum, ita quòd non mutata nominis ſuppoſitione, prædicatum illud, cedrina, conuenit domui ratione vnius partis, & non ratione alterius: ita cum dicitur Deus generare, nomen Deus, ſuppoſitionem non immutat; ſed tamen dicitur generare, quia Pater eſt, non quia Filius. Eſt tamen notum diſcrimē, vt illi aiunt, inter vtrumque nomē, quia collectiuū ſignificat aliquid compactū, ſiue congregatum ex pluribus, nomen autem, Deus, indicat ſimplicem eſſentiam in perſonis tribus. Vnde oritur ſecundum diſcrimen, quòd nomen, domus, non ſupponitur pro partibus, ita vt de ſingulis prædicetur ; tectum enim non eſt domus, aut paries: nomen autē, Deus, ſupponitur pro perſonis, ita vt de eiſdem ſigillatim dicatur ; ſed quia ſupponitur pro illis, & pro natura diuina, eius ſuppoſitio nominis indiſtincta eſt, & confuſa.

1 Sent. hoc nomē habere ſuppoſitionem nominis collectiui. Pro ea locus S. Thomæ.

In hac ſentētia 1. ſimilitudo, quòd ſicut domus v. c. vna ſuppoſitione ſupponitur pro toto, & pro partibus ſimul: ita nomen Deus, &c.

2. Similitudo, quòd ſicut domus dicitur cedrina ratione vnius tantùm partis: ita Deus dicitur generare, &c.

Iuxta eandem 1. Diſcrimen.

2. Diſcrimen.

9. Hæc ſent quoad 1 ſimilitud. confutatur 1.

Hæc exiſtimatio falſa eſt, quoad ea, quæ poſſent in exemplum afferri: nomē enim Deus, ſignificat naturam diuinam pro qua ſupponitur; & nō ſignificat perſonas, ſed ſupponitur pro illis: neceſſe eſt ergo, vt altera ſuppoſitione ſupponatur pro natura diuina, quam ſignificat; & altera pro perſonis, quas non ſignificat; verbi gratia, qui audit Deum gubernantem, concipit mente naturam diuinam,& illi tribuit gubernationem rerū. Nomen ergo, Deus, ſupponitur pro natura, quæ gubernaculum rerum gerit;& adhùc in illa prima intellectus animaduerſione, non ſupponitur nomen iſtud pro perſonis, quæ nomine iſto non ſignificantur primò per ſe, neque primò importantur. Eſt ergo altera ſuppoſitio, qua nomen iſtud ſupponitur pro perſonis, vt liquet. Eodem etiam modo, nomina communia, vt homo, leo, ſupponūtur primò pro naturis communibus, & ſecundò pro perſonis, ſiue hypoſtaſibus,& indiuiduis. Deindè nomen collectiuum non prædicatur de partibus ſingulatim, ſanè idcircò, quia non ſupponitur pro illis ſingulatim. Nomen autē, Deus, prædicatur ſingulatim de perſonis, vt fides docet; nam & Pater eſt Deus, & Filius eſt Deus: ergo ſupponitur pro illis ſingulatim. Et confirmatur, quoniā cum dicitur Deus generare, haud dubiè nomen, Deus, ſupponitur pro Patre generante,& non ſupponitur pro Filio, qui non generat; ergo ſupponitur ſingulatim,& coarctatur nominis ſuppoſitio, ac variatur, vt modò pro Patre, modò pro Filio ſupponatur. Denique commentarius ille, quòd Deus dicatur generare, quia Pater generat, ad eum ſenſum, quo domus dicitur cedrina, quia tectum eſt cedrinum, fabula eſt & figmentum. Cum enim generare nullo modo conueniat diuinæ naturæ, ſed ſoli perſonæ; cum dicitur Deus generare, non tribuitur generatio naturæ ratione perſonæ, ſed tribuitur ipſi perſonæ generanti, pro qua ſupponitur ſingulatim nomē, Deus. Cū verò dicitur domus cedrina, eſſe cedrinam, eſt verum attributum domus, quod domui, vt domus eſt, conuenit ſecundū partem ſuam: nam & criſpitudo in capillis eſt forma exiſtens in homine, qua homo criſpus eſt, ſecundum caput: natura autem non generat, ſed perſona. Dicendum igitur eſt cum S. Thoma q. 39. ar. 4. quòd hoc nomen, Deus, quia ſignificat naturam diuinam, quæ tamen eſt communis tribus perſonis, hoc habet nominis

Nomē, Deus, ſignificat naturam, non perſonas: quare vna ſuppoſitione pro illa, altera pro his ſupponitur.

Exempl.

Similiter homo, leo, &c.

Confutatur 2. Domus de partibus minimè: At Deus prædicatur de perſonis ſingulatim, quia ſupponitur pro illis ſingulatim.

Confirmatur hæc cōfutatio.

Quoad 2. ſimilitudinem cōfutatur.

Generare nullo modo conuenit naturæ diuinæ, ſed ſoli perſonæ.

Domui vt ſic, eſſe cedrinam conuenit ſecūdum partē ſuā

Sic criſpitudo, &c.

2. & vera ſent. S. Thom.

Nomē, Deus, hoc habet nominis cōmu-

nis, quòd potest supponi p natura, & pro personis: sicut homo, &c.

Exempla.

nominis communis, quòd potest supponi pro natura, & pro personis; sicut nomen homo, quandoq; pro natura, quandoque pro personis supponitur. In hac ergo enunciatione, Deus creat, nomen Deus, accipitur pro natura; in hac verò, Deus generat, nomen ipsum supponitur pro persona; & ita sentit S. Thom. in 1. d.4.q.1.art.2. vbi ait, nomen Dei importare simul & essentiam, & suppositū; & videtur adnuere S. Damasc. lib.3. fid. Orthod. cap.4. At verò *Alex. Alens.* 1. p.q.50. in vltimo, docet nomen hoc supponi pro persona adiectione quadam, quia scilicèt supponatur pro natura, cui suffragatur Scotus d.4.q.2.

Idem.

S. Damasc. 1. Sent. in 2. similitud. fauet *Alens.* *Scot.*

10. Aduert. ex *S. Thom.* Nomē, Deus, pro psonis supponitur naturaliter, seu consentaneè huic nomini Ostenditur.

Est etiam aduertēdum, quod S. Thomas loco commemorato, & artic. 5. ait nomen, Deus, supponi naturaliter pro personis, eo loquendi more, quo dicimus naturalia, ea quæ per se insunt; quæ verò aduenium aliundè, non naturalia, sed extranea. Igitur data significatione huic nomini, Deus, vt designet Deitatē, eo ipso, quia Deitas est in tribus personis, & nomen, Deus, est concretum, naturale est illi pro tribus personis supponi; ita vt hæc suppositio non sit Theologorum inuentum, sed ipsi naturæ, siue virtuti significandi consentaneum. Vndè iure negamus Deitatem generare, aimus verò Deum generare, vt posteà elucidabimus; quia Deitas eò quòd est nomen abstractum, non supponitur pro personis, sicut supponitur nomen concretum Deus.

11. Hinc inter *Caietan.* & *Capreol.* quæst. de hac, Deus creat. Sent. *Caiet.*

Hinc excitatur disceptatio inter Thomam Caiet. ad ipsum art. & Ioan. Capreol. in 1.d.4.q.1. Arbitratur Caiet. in illa enunciatione, Deus creat, nomen Deus supponi pro natura diuina solūmodò, ita vt non supponatur simul pro personis: & probatur, quoniam docet, tunc hoc nomen supponi pro personis, cum prædicatum id postulat, scilicèt cū prædicatur origo, aut relatio, quæ personis cōueniunt, vt Deus generat, Deus spirat. Contrà est Capreolus affirmans, in illa enunciatione nomen, Deus, supponi, & pro natura, & pro personis; quod etiam auctoritate S. Thomæ petita ab eius verbis pluribus in locis confirmat. Et hoc idem non obscurè ostenditur; cum enim nomen, Deus, & pro natura, & pro personis possit supponi, vt Sanctus Thomas docet, satis est quòd prædicatum non repugnet huic suppositioni pro personis, vt etiam pro illis supponatur. Neque enim arguimus, Potest supponi, ergo supponitur; quam consequentiam Caiet. meritò improbat: quia nomen quod potest supponi pro re aliqua, potest etiam prohiberi alio adiecto ne supponatur pro re illa. Et ideò non est bona consequentia, Potest supponi, ergo supponitur. Sed cum nominis suppositio sit cum ipso nomine conuenientia, ex eo quòd prædicatum non impedit quin supponatur nomen, Deus, pro personis, rectè colligitur pro personis supponi. Et confirmatur, quoniam hæc cōsequentia bona est, Deus creat, Pater est Deus, ergo Pater creat: ista autem bona non est, Deus creat, paternitas est Deus, ergo Patetnitas creat; quia variatur suppositio; nomen enim, Deus, non supponitur pro paternitate, sed pro Patre; igitur in ipsa enunciatione, Deus creat, in subiecto continetur Pater, vt suppositū nominis. *At* verò non satis perspicio, quare Caiet. à Capreolo dissentiat, cum ipse fateatur nomen quod supponitur pro natura diuina posse simul supponi pro personis non primò, sed secundò, & concomitanter; nihil enim amplius debet sibi velle Capreolus.

Supponitur p personis, cū possit, & prædicatum non obstet.

Confirm.

Confirm. 1. ad hominem. *Caietan.* ait pro personis supponi nō 1. sed 2. & concomitanter.

Idem vult *Capreol.*

12. Declaratur ex suppositione absoluta.

Quoddam genus suppositionis circūfertur inter dialecticos, quod rem istam nonnihil declarat; vocant enim suppositionem absolutam, qua nomen supponitur pro natura communi, ita tamen vt secundò, & concomitantèr supponatur pro personis. Verbi gratia, leo est animal, homo est risibilis. Videtur autē suppositio absoluta ea in qua prædicatum conuenit per se naturę, sicut exemplis declarauimus; cum verò prædicatur accidens, non videtur esse suppositio absoluta: cum enim dico, homo est animal, animo comprehendo ipsum hominem, & nullum hominem designo; & ita nomen supponitur pro natura communi absolutè, ita tamen vt supponatur secundò pro singularibus, quibus ipsum prædicatum conuenit; & ita omnis suppositio absoluta est etiam personalis. Cum verò dico, homo currit, cum impossibile sit naturam cōmunem currere, statim mente apprehendo aliquem hominem currere, atque idcircò non videtur nomen supponi pro natura absolutè, sed pro aliquo homine, cum is sit modus

Hæc datur, cū prædicatū cōuenit per se naturæ.

Secùs, cū prædicatur accidens.

Exemplum prædicati per se.

Omnis suppositio absoluta est etiam personalis.

Exemplum prædicati accidentalis.

Arg.

1. Concl. pro *Capreol.*

Ibi nomen, Deus, supponitur, & pro natura, & pro personis.

Probatio 1. ex *S. Thoma.*

Probatio 2. ex n. 9. & 10.

modus intelligendi. Est autem discrimẽ inter nomen, Deus, & nomẽ homo; quia enim natura humana re ipsa non est vna, sed diuisa, cum dico hominem currere, significo hominem aliquem; quia verò natura diuina est per se existens communis, cum dico Deum creare, non designo aliquam personam creare, sed ipsum Deum creantem designo; & hanc suppositionem absolutam videtur significare S. Thom. illo art. 4. cum ait in illo enunciato, Deus creat, nomen, Deus, supponi pro natura diuina absolutè, scilicèt cum nihil impediat, quin simul supponatur pro personis.

Est tamen aliud quod videatur Caiet. in Capreolo rectè arguere, dum ille ait quoties nomen, Deus, supponitur pro natura, etiam pro personis accipi; nam in ista enunciatione, Deus est Trinitas, Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus coniunctim; nomen, Deus, supponitur pro sola natura, vt S. Thom. docet quæst. eadem, art. 6. siquidem neque Pater est Trinitas, neque Filius, sed Deus est Trinitas. Certa autem illa sit regula, quam hìc designamus, quòd nomen, Deus, supponitur pro natura, & personis, nisi prædicatum impedimento sit, vt vel non supponatur pro natura cum dicimus Deum generare, vel non supponatur pro personis cum dicimus Deum esse trinum: nam etsi S. Thom. d. 4. ar. 3. in ista propositione, Deus est Trinitas, nomen, Deus, supponi doceat pro personis simul; tamen 1. p. q. 39. ar. 4. ad 2. ait supponi ibi nomen, Deus, pro natura, sicut cum dicitur Deus est Pater, quæ est prædicatio per identitatem, vt Sanctus Thomas ait ad 3.

At verò Gilbert. Porret. teste S. Tho. respõs. illa ad 2. negauit istã enunciationẽ, Deus est Trinitas; quia credidit, nomẽ, Deus, supponi semper pro personis, & quia Pater nõ est Trinitas, neq; Filius est Trinitas, neque Spiritus Sanctus est Trinitas; colligebat Deũ non esse Trinitatẽ; sicut est falsa ista, Homo est omnis homo, quia neque hic homo est omnis homo, neque ille, neque alius. Respõdet S. Tho. hominẽ per se supponi pro personis, Deũ verò pro natura, qua in re videtur fauere Caietano. Sed dicendũ est discrimen vtriusque nominis perspicuũ esse, nam nomen, homo, quia significat plura diuisim, ita supponitur personali-

ter, vt nõ possit supponi pro natura, nisi prædicatũ sit intentionis secũdę, vt homo est species, quod etiã docet S. Tho. respõs. ad 3. ar. 4. Deus verò quia significat naturã re ipsa cõmunem, & nõ diuisam, supponitur nomẽ, Deus, per se pro ipsa natura, per se, inquam, hoc est nõ tradu-cta suppositione à virtute prædicati, vt cũ dico, Homo est species, quia illic nomẽ, homo, supponitur pro natura quasi extractũ à propria suppositione, & non per se: nomẽ verò, Deus, per se supponitur pro natura, hoc est, propria virtute suppositionis; non taꝫẽ per se, hoc est, necessariò, quia si necessariò pro natura supponitur, nunquam supponeretur pro persona. At verò propositio, quã negabat Porretanus vtroque modo est vera. Nam & Deus, siue natura ipsa, est Trinitas Personarum; & Deus, hoc est, diuinæ personæ simul collectæ sũt Trinitas: sed quia nomen, Deus, imitatur nomen cõmune, quod dicitur singulatim de multis; idcircò videtur S. Tho. negasse quòd in illa propositione, Deus est Trinitas, nomen, Deus, supponatur pro personis; ne singulatìm & distributè accipiatur, quòd Pater sit Trinitas, aut Filius sit Trinitas: at verò in 1. sentẽt. in sensu collectiuo dixerat, nomen, Deus, ita supponi pro personis, scil. pro omnibus simul. Hoc ergo corrigit 1. p. quia nomẽ Deus, imitatur nomẽ cõmune, nõ collectiuũ.

Alia sunt difficiliora suis locis tractãda de istius nominis Dei suppositione, singula enim postulant quæstiones singulas.

CAPVT XXIII.

Quæ sit prædicatio nominum diuinorũ.

QVonĩã rei dialecticæ hoc libr. operam damus, expensa nominũ suppositione, ad cætera, quæ ab illa pendẽt, progrediendũ nobis est: & primò dicẽdũ, de prædicatione nominũ, tunc de cõtradicentibus, de exclusiuis, de infinitis, deque arte syllogizandi, qua poterimus breuitate hæc omnia perstringentibus.

Quod attinet ad nominum prædicationem sciendum est omnes enunciationes de rebus diuinis versari in materia naturali; nulla enim in eis est materia contingens; cùm omnia in diuinis, vel necessaria sint, vel impossibilia. Sed neque est materia remota, vt homo est lapis; materia enim remota est, in qua

se, sed solũ tra-hente prædi-cato 2. intẽtionis.

Idem.

Deus supponi tur pro natura per se, hoc est, propria virtute suppositionis.

Non autem, per se, hoc est necessariò.

Ea propositio vera est, siue in ea Deus suppo natur pro natura, siue pro personis simul collectis.

Idem negat in ea Deũ supponi pro perso nis, ne singula tim accipiatur

In 1. quod dixit, corrigit, 1. p. cõsone ad 2. sent. n. 9.

15.

1.

Tractanda hoc cap. & sequentibus.

2.

Prohibul. 1. Obseru. Omnes enunciationes de rebus diuinis versantur in materia naturali. Nõ in cõting. Ratio. Nõ in remota

Ratio. Quæ sit materia remota.

prædicatum non est aliquid pertinens ad subiectum; omnia autem quę sunt in Deo conueniunt in vnitate essentiæ, & miro ordine originis. Quare hæc enunciatio, Pater est Filius, etiamsi sit falsa, & impossibilis, non tamen est in materia remota; est enim Pater ipsa essentia Filij, licèt non sit Filius. Omnes ergo enunciationes de rebus diuinis sunt in materia naturali; quia omnes res diuinę naturâ cohęrent, siue enunciationes falsæ sint, siue veræ; nam in eadem materia versantur verę, & falsæ enunciationes.

In eadem materia versantur veræ, & falsæ enunciationes

Secundò obseruandum est quòd accidit in rebus diuinis prædicatio non formalis, sed identica; & iterùm prædicatio non directa, sed indirecta. Quòd sit prædicatio non formalis, sed identica, affirmat S. Thom. q. 39. ar. 4. ad 5. cum dicimus Deus est Pater; natura enim significatur vt forma personę. Cum igitur persona prædicatur de natura, non est prædicatio formalis, in qua prædicatum est quasi forma subiecti, sed idętica est prædicatio, quod S. Doctor ait esse enunciationem per identitatem veram, hoc est, in sensu identico. Et idem dicędum est, si nomen Pater accipiatur, non vt nomę personæ, sed vt nomen relationis; cum enim relatio non informet naturam diuinã, vt diximus lib. 3 in solo sensu idętico potest concedi, Deum esse Patrem, quia est persona, quæ est Pater. Hæ etiã prædicationes indirectæ sunt nostro modo intelligendi: nam etsi prædicationes aliæ identicæ non sint indirectæ, cum scilicèt idem de eodem dicitur, vt Petrus est Petrus, vel cum dicitur albedo est similitudo, & in Deo misericordia diuina est ipsa iustitia diuina; prætereàq; etiam in rebus diuinis nullus sit ordo præposterus, aut inuersus; nihilominùs nostro modo intelligędi, cum intelligamus naturam vt formam personæ; ordo prædicationis inuersus est, cum personam de natura prædicamus dicentes, Deus est Pater; & ea est prædicatio indirecta.

2 Obseru. In diuinis accidit prædicatio identica, & indirecta.

S. Thom. de hac, Deus est Pater.

Non esse formalę, sed identicam, ostenditur.

Idem dicendũ si Pater accipiatur relatiuè. libr. 3. c. 30. n. 1.

Non esse directam, sed indirectam, ostenditur.

3. Obseru. Omnis prædicatio vera de rebus diuinis est per se.

Probatur.

Quę sit vera per se?

In diuinis vnum est ratio alterius, si exactissimè definiendum sit.

Ostenditur.

Tertiò aduertendum est, omnem prędicationem de rebus diuinis, quæ vera sit, esse per se: prędicatio enim per se vera est, in qua prædicatum ingreditur definitionem subiecti, aut subiectum definitionę prædicatis; in Deo autem omnia attributa, & nomina etiã personalia sũt cõiuncta ordine quodã intimo, vt vnum sit ratio alterius, si exactissimè definiendum sit. Itaq; persona definiẽda est per relationẽ, & originẽ; relatio etiã per originẽ; & origo per naturã; & ipsa attributa naturę per eandẽ demõstrãtur. Quarè omnia per se de alterutris prædicantur, vtpotè cõiunctissima vnitate etiam cogitãdo cõnexa. Sed iam anteà docuimus nihil in Deo inueniri per accidens; quare neque per accidens quidpiã prædicatur. At verò S. Thom. de pot. q. 8. ar. 2. ad 6. ait esse prędicationẽ per accidens non per se, quæ est identica; v. g. cũ dicimus paternitatẽ esse sapientiam, ideò fortè, quia cũ prædicatio formalis, & directa dicatur secundũ naturã, scil. secundum naturã significationis, & intelligẽtiæ; quæ nõ est directa, neque formalis, potest dici per accidẽs, sc. propter naturã nominũ; non tamẽ per accidens, quasi res significatæ non per se cohęreant: sed meliùs dicitur eodẽ authore 1. p. quòd sit per identitatem, quàm quòd per accidẽs. Et in sensu etiã identico sunt quædam enũciationes impropriæ, quę sunt potiùs explicandæ, aut negãdę, quã vsurpandę, vt dicemus posteà.

Nihil in Deo est aut prædicatur per accidens.

S. Thom. explicatur.

Prædicatio identica nõ recta, neq; formalis potest fieri per accidens, scil. propter naturã nominũ.

Melius dicitur per identitatem.

Ex his quæ explicãda, aut negandæ

4. Obseru. In diuinis quædam sunt prædicationes essentiales.

Postremum illud est ad hoc caput obseruandum, quasdam esse prędicationes in diuinis nominibus essentiales, vt Pater est Deus; hæc enim prædicatio est formalis, directa, & essentialis; & item Deus est sapiens.

Dub. de hac, Deus est Pater.

1. Sent. de essentiam.

Sed dubium est, an ista sit essentialis, Deus est Pater; siquidem Pater claditur in conceptu essentiæ. Nos tamen suprà hanc quoque existimationem refutauimus, quòd personę claudantur in cõceptu essentiæ. Sed etsi contineri eo cõceptu contendas, non tamen continentur vt essentialia, sed vt personalia; necesse est enim omninò discernere personalia ab essentialibus: ea autem quę essentialia non sunt, prędicari nequeunt essentialiter.

Ratio.

Refutata hæc ratio lib. c. 19. n. 3. & c. 65. n. 3.

Etiam eà cessante refutata hæc sent.

7. 2. Sen. Tota est relativa.

Barthol. Torr. dum inuestigat genus istius prędicationis, nouũ aliquid videtur sibi afferre ex S. Augustino dicens esse prędicationẽ relatiuã. *Quia*, inquit, *secundum Augustinũ omnia prædicãtur secũdum substantiã, vel secundũ relationem*, sc. essẽtialiter, vel relatiuè: sed nihil hoc asserẽdo efficit. S. Aug. enim loquitur de reb' significatis, nõ de modis dialecticis, qui in prędicationibus obseruantur. Et hoc exponitur exẽplo; cũ enim dico, Petrus est albus, & Petrus est similis, non muta-

Pro ea loco S. Aug.

Refellitur.

S. Augustinus explicatur.

Non mutatur genus prædicationis penes absolutum, & relatiuum.

Ratio.

mutatur genus prædicationis penes absolutum, & relatiuum; aliàs tot essent genera prædicationis, quot sunt prædicata: ergo neque in diuinis mutatur genus prædicationis penes absolutũ, & relatũ.

Dicendum igitur est, prædicationem non esse essentialem, sed neque accidentariam, quia non est directa, & formalis; sicut ista, Animal est homo, neque est accidentaria, neque essentialis, sed est indirecta, quæ neutra est. Præterea possumus dicere quòd sicut hæc prædicatio, Verbum est homo, dicitur à S. Thoma essentialis, quia prædicatum respicit hypostasim Verbi, vt essentia eius est; at verò à quibusdam viris doctis, quia nõ est absolutè prædicatio essentialis, dicitur substantialis, vt non omninò dicatur essentialis. Ita etiam in ista enunciatione, Deus est Pater, quia prædicatur hypostasis, quæ est perfecta substantia, & prædicatio est necessaria; potest quoque dici substantialis: sed sufficit dicere, illã prædicationem esse indirectam.

Ad hoc caput reuocanda sunt documenta, quæ tradit S. Thom. q. illa 39. art. 3. 4. & 5. licèt nonnulla illorum pertineant ad suppositionem nominũ, non ad prædicationem. Art. 3. docet nomina essentialia prædicari de personis numero singulari, si substantiua sunt, quia Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus.

Articulo 4. docet nomina essentialia in concreto supponi pro personis, vt cũ dicimus, Deus generat Deum, hoc est, Pater generat Filium.

Art. 5. docet nomina essentialia abstracta non supponi pro personis, vt cũ dico; Essentia generat, non est sensus quòd Pater generat, sed quòd ipsa natura subsistens generet: vbi aliud documẽtum tradit solutione ad 5. quòd nomina personalia substãtiua possunt prædicari de essentia, non verò nomina adiectiua; dicimus enim quòd essentia est genitor, sed quod essentia sit generans negamus, quia nomina substantiua non faciunt appellationem, sicut adiectiua.

Artic. denique 6. docet nomina personarum posse prædicari de essentia obrationem eandem, quia substãtiua sunt; ibi tamen disputat solut. ad 2. de genere prædicationis identicæ, aut per se, quod nos hoc iam cap. præstitimus.

Ibidem obseruat S. Thom. prædicationem eam, in qua dicitur inferius de superiori, vt homo dicitur de animante, enunciando, *Animal est homo*, esse accidentalem: non quòd homo fit accidens, sed accidit cogitãdo vt animal dicamus hominem, quia possumus dicere leonẽ, & alia animalia, quia animal per se neque est homo, neque leo: Deus verò est Pater per se, & nullo modo per accidẽs, cum non possit non esse Pater, vt ibidẽ docet S. Thom. quia neque re ipsa accidit naturæ diuinæ esse Patrem, nõque cogitando possumus dicere, Deum non esse Patrem, sicut dicimus animal non esse leonem: neque enim Deus est natura vniuersalis, de qua dicuntur inferiora per accidens, sed est natura communis communitate reali, cum qua singularia quæ sunt personæ, sunt per se coniuncta.

Prædicatio in qua prædicatur inferius de superiori est accidentalis.

Ratio.

At Deus est Pater per se.

S. Thom.

Ratio.

Postremò dicendum nomina abstracta essentialia prædicari de se inuicem quasi in sensu identico, quo sensu loquitur Diuus August. 6. de Trinit. cap. 6. non verò quasi in sensu formali: attributa enim differunt ratione formali; ergo significata nominibus abstractis, quæ significant ipsas rationes formales, non prædicantur de se inuicem, nisi sensu identico: sicut enim in Deo intelligere non est velle, & misereri non est punire; ita neque intellectus est voluntas, neque misericordia est iustitia in sensu formali: Sunt tamen hæc omnia re ipsa vnum; & in sensu identico possunt prædicari mutuò: quæ est opinio Ioan. Capreol. in 1. d. 8. q. 4. art. 3. imò & Gregor. d. eadẽ, q. 2. qui attributa negat distingui, vel etiam ratione; credit tamen non prædicari mutuò. Et hæc est consentanea opinio affirmantibus vnum attributum non claudi in conceptu alterius. Quare non mirum, quod Barthol. Torres credens illa includere se se mutuò, affirmet de se mutuò prædicari. Abstracta verò essentialia de concretis prædicari confitendum est, cum definitum sit in Concilio Rhemensi, Deum non solùm esse sapientem, sed ipsam sapientiam, & de personis diuinis idem esse cõfitendum. Quod etiam ratio consentit; nam nomina abstracta indicant rei simplicitatem, vt cum Sancto Thoma obseruauimus lib. 1. Quare in diuinis ita vsurpantur vt concreta ad significandam diuinam simplicitatem; nisi aliunde obstet sensus formalis, quo sensu negamus, pa-

8. Documenti pars 1.

Nomina abstracta essentialia in Deo prædicantur de se inuicem quasi in sensu identico, nõ in formali.

S. Augustin.

Ratio.

Declaratur.

Hæc opinio est *Capreol.* *Gregor.*

Item affirmatiuum vnũ attributum non claudi in conceptu alterius.

Torres hoc negans aduersatur.

Pars 2.

Ea abstracta prædicantur de concretis.

Cõc. Rhem. vt lib. 1. c. 24. p. 1. cap. 30. p. 1 n. 29. cap. 43. p. 1. n. 15.

Ratio, vt ibid.

Pars 3. ex S. Thom.

ternitatem generare, aut creare. Rectè etiam obseruat S. Thom. de potentia, q.8. art.2. ad 7. adiectiua nomina proprio significandi modo conuenire suppositio, minùs propriè essentiæ, relationi verò impropriè: quod non est intelligendum de omnibus adiectiuis, nam relatio diuina est propriè æterna, & perfecta.

Limitatio.

CAPVT XXIIII.

Deitas non generat, sed Deus.

1. PRima, præcipuaque difficultas à nominum diuinorum suppositione accepta hæc est, cuius explanatione Catholicam tuemur veritatem, quòd Deitas non generat, sed Deus.

2. *Magist.* negabat. *Abb. Ioach.* concedebat. *Alph. à Cast. Ric. de S. Vi.*

Celebris ea disputatio fuit inter Doctores, cum enim Magister in 1. negasset istam enunciationem, Deitas generat, oppositit se Abbas Ioachim. affirmans esse concedendam, vt refert Alfonsus à Castro libr.3. de hæresibus, & Richard. de S. Victore libr.6. de Trinit. cap. 22. Ecclesia autem definiendo inclinauit in partes Magistri, vt dicemus.

3. *Ioachimus* concedebat Deitates duas, contra Cap. *Damn.*

Quo loco aduertendum est quòd Ioachimus in eo, quod asserebat, Deitatem generare aliam Deitatem, ponebat Deitates duas, quæ hæresis damnata est cap. *Damnamus.* At verò Richard. de S. Victore 6. de Trinit. cap. 22. concedit Deitatem generare, vt Deitatem pro Patre accipiamus. Sed ista propositio, Deitas generat, condemnatur eodem cap. quatenus in rigore loquutionis, hæretica est.

Ric. de S. Vi. concedit eandem, contra idem cap.

4. De gener. actiua, Assertio 1. Si disputemus de re ipsa, Deitas non generat, sed solus Pater.

1. Ratio.

Et quidem si de re ipsa sit sermo, certissimum est Deitatem non generare, sed Patrem solum generare. Nam inter generans, & genitum interest realis distinctio; quapropter oportteret Deitatem esse distinctam a Filio genito, si quidem ipsa gigneret Filium. Reuergo creatas à Deitate distinctas, Deitas producit, & creat, quia ab eisdem distinguitur. Quod autem Filium generet Deitas, non est intelligibile; siquidem Deitas, & Filius est vna, & eadem res, nullo modo distincta, nisi sola ratione; & hanc causam negandi propositionem, Deitas generat, prætendit Alex. Alens. & Scot. d.5. q.5. Scotus verò etiam aliam affert, quia essentia, inquit, est abstracta vltima abstractione, ita vt non possit esse principium quod processionis. Sed tamen cum essentia diuina, siue Deitas maximè sit principium quod processionis ad creaturas, quamuis sit forma abstractissima; alia ratio quærenda est, quare Deitas non sit principium quod internæ processionis. Ea autem est ratio, quia oportet esse distinctum principium quod, & id quod ab eo emanat, vt declarauimus. Aduertendum tamen est, id quod antea docuimus, in hac enunciatione, Deitas non generat, non significari in re ipsa negationem realem, quæ sit inter Deitatem, & generationem; quoniam tunc essent res distinctæ, generatio, & Deitas, quod est falsum, sed est vera enunciatio negans propter fundamentum in re, cum oporteat generans, & genitum esse res distinctas, Deitas autem & generatio non sint res distinctæ; idcirco verè dicitur, quòd Deitas non generat.

Prior ratio probatur.

Aduert. In hac, Deitas non generat, non significatur in re ipsa negatio realis quæ sit inter Deitatem, & generationem. Vera est propter fund. in re.

5. De passiua, 1. sententia *Genebr.* Filium habere essentiam genitam. Pro ea Pars vt à n.21. Ratio.

Genebr. tamen vir aliàs doctissimus, responsione ad Schegkium, fol. 88. multis contendit, non posse intelligi Filium Dei esse verum Deum, nisi habeat essentiam, & substantiam genitam: quod cõfirmat Patrum sententijs, quas sententias posteà explicabimus. Et hoc iterum probat; quia natis nobis, & ea quæ sunt in nobis nascuntur. Ecclesiam verò ait definisse essentiam non esse genitam simpliciter, sed rectè dici esse genitam in Filio, quod est gigni non simpliciter, sed secundum quid, vt & in nobis essentia non simpliciter gignitur: probat hoc assertum, quia Filius secundum diuinam naturam est genitus; est igitur & ipsa natura genita in Filio. Et confirmat, quia Filius nõ solùm personã accipit, vt persona dicatur genita, sed etiã accipit naturã, vt & natura genita dicatur. Et Marius Victor. lib. 1. contra *Arium* dixit, *Quoniã Dei est voluntas ipsa quæ sit generans, generatur*: ergo saltem in Deo, essentia est generãs, & genita. Sed tamẽ longè melius philosophatur S. Thom. in processionibus rerum creatarum essentiam produci secundum quid, & per accidens; quia essentia rei producta, est distincta ab essentia producentis, quoniã essentia producta incipit esse noua quædam existentia, quæ indicat distinctas quoque esse essentias, vt lib. 4. docuimus: essentiam verò diuinam, quæ est ipsum esse genitoris, & geniti, quæ est vna, & eadẽ in vtroque, nullo modo, neque secundum

Ad definitionem Ecclesiæ dicit essentiã esse genitã in Filio, atq; adeo secundũ quid tantùm. Probat hoc.

Confirmat.

Mar. Vict.

2. & vera sent. *S. Thom.* Declaratur. Essentia creata producitur secundum quid & per accidẽs ex lib. 4. c. 2. p. 2. & c. 10. p. 2. Essentia diuina nullo modo producitur aut gignitur.

Deitas, & Filius est vna, & eadem res.

Alens. Scot. Hic 2. rationẽ affert.

Refellitur.

Probatur hoc euidenter.

cundum quid, neq; per accidens produci, aut gigni: quod probatur euidentissimè, quia res producta à producente necessariò distinguitur; aliàs non distinguamus Filium à Patre, vt facit Sabellius; sed quod gignitur quoquo modo etiam per accidens, verè producitur; generatio enim est quædam productio, vt liquet: ergo essentia Filij, quæ non distinguitur ab essentia Patris, nullo modo gignitur, sicut nullo modo producitur. Et contraria sententia non longè abest ab hæresi. Quòd si dicas essentiam quidem gigni, sed non produci, vt videtur insinuare Genebr. eo in loco: æquiuocè accipis verbum gignendi, vt id dicatur genitum, quod est per generationem acceptum; quo sensu posteà explicabimus Patrum dicta similia. Sed more philosophorum si sit loquendum, nullo modo est essentia genita; nec idem est, naturam accipi, & naturam gigni, vt ille arguit, sicut non idem est dare, quod gignere. Nam Pater dat essentiam suã, & non gignit illam. Quod autem ait Filium gigni secundum essentiam, verissimum est; sed non significat essentiam gigni, sed significat essentiam esse generationis principium formale, aut terminum, vt suprà dictum est. Et folio 120. concedit Genebrard. idem esse numero gignens, & genitum: quod ex dictis illius est consequens; sed id sanè falsissimum. Nam inter gignens, & genitum, & Philosophi, & Patres necessarium discrimen reale agnoscunt. Marius verò Victor. eo loco vel per metaphoram loquitur, vel saltem impropriè, vt libro 2. declarauimus, dicit enim ibi Filium generare se ipsum, & nullo modo fauet Genebrardo, vt videre licet in explicandis verbis eius libr. 2.

Non est idem naturam accipi, & gigni, sicut non est idem dare essentiam & gignere illã

Filium gigni secundum essentiam rectè ait hic Doctor Ratio.

Idem esse numero gignens & genitum consequenter ait, sed falsò. Ratio.

Ad Mar. Vict. lib. 2. c. 17. n. 4.

Hæretici huius temporis ex eo pronunciato Ecclesiæ, quòd essentia non generat, neque generatur, colligũt quòd neque Pater generat, neque Filius generatur, vt refert idem Genebr. lib. 4. de Trinit. cap. 321. Sed stultissimè paralogizantur; vt liquet ex dictis hìc, & lib. 2. disp. vberiori.

6. Hæreticorum quorumdam illatum ex defin. Ecclesiæ.

Refellitur, vt hic, & lib. 2. c. 9

Deinde vt disputemus de ipso loquẽdi modo, dicendum est, Deitatem non generare, sed Deum quidem generare. Nam inter Doctores controuersia fuit de modo ipso loquendi, & constitutum est ab Ecclesia, Deitatem non generare:

7. 1. Assertio, vt in tit. si disputamus de modo loquendi. Probatur.

ergo modus ipse loquendi nobis præscriptus est. Nam ista enunciatio, Deitas generat, significat id ipsum, quod secundum rem falsum est, scilicèt naturã diuinam generare; quare oporteret esse distinctam à re genita, vt modò differebamus. Ista autem propositio, Deus generat significat Patrẽ generare. Si verò discrimen vtriusque elocutionis exquiratur, est vnus Holcoth q. 10. dub. 4. qui arbitratur huius dogmatis rationẽ nullã reddi posse, sed ita definitũ esse, quia libuit Ecclesiæ. Quæ sententia errat cõtra fidem: neque esset insignis error, si iste Doctor solùmodò diceret Ecclesiã, ita hæc nomina diuisisse, vt alterum indicaret essentiam, alterum Patrem; & ita istam enunciationem, Deitas generat, esse falsam, quia ex instituto Ecclesiæ Deitas significaret solam naturam; illã autem enunciationem, Deus generat, esse veram, quia eodem statuto Ecclesiæ, nomen, Deus, indicaret personam; vsus enim nominum pendet ab humano placito eorum hominum, qui habẽt popularem auctoritatem loquendi, & potest Ecclesia suo placito statuere nominum vsurpationem: sed vel hoc ipsum, quòd Ecclesia ad libitum absque vlla ratione aut pondere, immutauerit nominũ significationẽ vel vsum, satis improbè dictum esset. At verò cum Ecclesia nominum vsum non mutauerit; sed ijsdẽ vsa, quæ in disputatione versabantur, decreuerit Deitatem non generare, sed Deũ, in errorem contra fidem per inconsiderantiam hic Doctor lapsus est, asserens Ecclesiam absque vlla ratione istud dogma sanxisse. Quòd enim Ecclesia temerè, & absque ratione, fidei definitionem edat, si quis putat, errat manifestè cõtra fidẽ; parũq; abest à dissensu Ecclesiæ, qui existimat illam ad libitum proponere fidelibus, quæ credenda sunt.

Hæc, Deitas generat, significat naturã generare.

Hæc, Deus generat, significat Patrem generare.

De ratione discriminis. 1. sententia. *Holchot.* nullam esse. Est error. Non esset insignis error, si diceret, ad libitum tãtum ab Ecclesia adhoc mutatam nominum significatum, vel vsum.

At hoc esset improbè dictũ Ecclesia nomina non mutauit, quę in disput. versabantur.

Vna est excusatio Holcoth, quia ait non posse reddi rationem naturalẽ Ecclesiæ definitionis. Et quidem si aliquid Ecclesia decerneret ex traditione acceptum, non esset necessaria ratio naturalis, qua in definiendo niteretur. Sed cum istius sanctionis non sit antiquior traditio, nefas est affirmare, absque vlla ratione, & absque vllo iudicio, sed ad libitum, proposuisse Ecclesiam Dei hoc pronunciatum credendum, quòd essentia non generat.

8. Excusatio pro Holcoth.

Refutatur.

Definitionis Ecclesiæ de hac re non est antiquior traditio.

9.
Dub. quo pacto rem hanc Ecclesia definierit?

Occurrit hìc autem dubium, cum Ecclesia non faciat nouas fidei definitiones, nisi eas quæ in sensu ipso Ecclesiæ latent, eruendo prodat, atque explicet, vel ab scripturis sacris, vel etiam à traditione; quonam pacto rem istam agitabtam inter Doctores, definiendo constituerit? Dicendum est Ecclesiam eruere fidei definitionem ab scripturis, vel traditione ecclesiastica, per euidentem cõsequentiam, maximè, accedente auctoritate Patrum; quare per regulas dialecticas euidenti argumentatione commonstratas, collegisse Deitatem non generare, sed Deum. Vel etiam dicendum est, Ecclesiam non definisse Deum generare, saltem verbis expressis, licèt eam propositionem concedat Concil. Lateran. cap. *Damnamus*; sed Deitatem non generare definijt; quia ipsismet verbis declaratur, id quod re ipsa verum est, naturam non generare, sed personam.

1. Respons. Ecclesia per regul. dialecticas euidenter cõmõstratas, collegit titulum.

2. Respons. Nõ definijt sal-tẽ ex relatiuo hũc Deus generat. Cõceditur à *Cont. Later.* Definijt hãc, Deitas nõ generat.

10.
2. Sent. Illius discrim. ratio datur. Videndus *Torres.*

Discrimen igitur inter vtrãque enũciationem, aliud, atque aliud Doctores indicant; quod facit longiùs Bartholom. Torres ad art. istum S. Thomæ: sed ratio vna, scilicèt S. Doctoris, planissima, & firmissima est. Quia enim nomina abstracta supponuntur pro ipsis rebus, quas significant, vt anteà docuimus. Nomina autem concreta supponuntur etiã pro ijs in quibus forma significata inuenitur. Cum dicimus, Deitas generat, sensus est, quòd natura diuina generet, quod est hęreticum. Cum autẽ dicimus, Deum generare, sensus est Patrem generare; quoniam nomen, Deus, potest supponi pro Patre, vt dictum est; & tunc maximè supponitur pro Patre, cum prędicatum notionale, quod significat originem, id ipsum postulat. Dominicus Sot. vir sapientissimus in suis summulis existimans esse quandam appellationẽ nominum dialecticam in ista enunciatione, Deitas generat, eò quòd prędicata notionalia, quæ originem significant, appellationem afferant; sicut etiam verba, quę indicant actũ animi; Deus enim vult rem, quæ est furtum, sed non vult furtum, quia verbum velle affert appellationem, siue formalem sensum; & significatur, Deum velle furtum, qua ratione furtum est. Similiter ait, in ista, Deitas generat, appellatio est generationis ad ipsam Deitatem, vt Deitas est, non vt persona est. Sed ista probatio redundans.

Alia ratio *Dom. Soti*, quòd generare, &c. affert appellationẽ, sicue sensum formalem.

Sic velle, &c. Vnde Deus vult rem, quæ est furtum, sed non vult furtum.

Improbatur vt redundans.

A dantiæ peccat. Nam similiter colligendum esset, Deum non generare propter nominum appellationem; quia Deus, quatenùs Deus non generat. Simplicius est ergo, cum S. Thoma dicendum, istam enunciationem esse falsam, Deitas generat, quia nomen, Deitas, non supponitur pro persona, sed solùm pro natura diuina.

Probatur etiam Deum non generare.

11.
Dub. de hoc modo loquendi: Deitas in Patre generat, in Filio generatur.

Circa istum loquendi modum, quòd Deitas non generat, sed Deus generat, occurrit quæstio, vtrùm concedendum sit, quòd Deitas in Patre generat, aut quòd in Filio generatur? Nam hæc propositio, Deitas in Patre generat, videtur significare, quòd sit in Patre principium generationis; & illa altera, scilicèt Deitas in Filio generatur, videtur significare, Deitatem in Filio esse terminum generationis: & vtraque propositio in eo sensu est vera. Eam tenet Richard. lib. 6. de Trinit. cap. 22. & Mairon. in scholijs super Anselmum, & Genebrar. 4. de Trinit. & pro ista opinione Alex. Alens. 1. p. q. 92. & Heruæus de relatis, q. vltima, afferunt plurima argumenta. Et S. Thom. opusc. 9. q. 21. affirmat Deitatem generare, vt quo; & hic loquendi modus concordat cum illo altero, quòd Deitas in Patre generet.

1. Sentem approbãs probatur.

Richard. Mairon. Genebr. Alens. Heruæus.

Locus *S. Thom.*

12.
2. Sent. cõprobans. Probatur.

Nihilominùs correcto loquendi modo, non est dicendum Deitatem in Patre generare. Nam in rebus creatis natura in hypostasi agit, & operatur; quia etsi non sit id quod operatur, est tamen reale principium operationis distinctũ à re producta; & idcircò ab ipsa natura emanat res producta reali emanatione: essentia autem diuina non est res distincta à procedente, neque reale principiũ à quo emanet persona procedens reali processione, quæ est inter res distinctas: sicut ergo in re ipsa negamus, quòd essentia diuina per se, vel per accidens generet, aut generetur; ita & quoad modum loquendi negandum est, quòd essentia in Patre generet, & in Filio generetur. Et confirmatur, quia hoc nomen complexum, Deitas in Patre, significat in recto ipsam Deitatem, & pro illa supponitur; erga etsi in obliquo, scilicet in Patre persona generans explicetur, prędicatum tamen, non pro Patre supponitur, sed pro Deitate, quæ non generat. Et hæc est sententia S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 5. ad 2. per quam antiqua propositio, in

In rebus creatis natura in hypostasi agit, cum sit reale principium operationis distinctum à re producta.

In diuinis non ita.

Confirm. Hoc complexũ, Deitas in Patre, significat in recto Deitatem, & pro illa supponitur.

Hæc est *S. Thomæ.*

Locus prot. ſent. retractatus.

in opuſc. 9. commemorato retractatur; quæ tamen propoſitio magis toleranda eſt, dum enim dicitur Deitas generare vt quo, explicatur, non eſſe principium quod generat, ſed eſſe formam, ſiue potentiam, qua Pater generat.

Tolerabilior eſſe oſtenditur.

13. Documenta à nominum ſuppoſit. deducta ex S. Thom.

Reliquum eſt, vt aliqua documenta à nominum diuinorum ſuppoſitione deducamus, quæ tradit S. Thomas per articulos tres.

14. 1. Docum. pro cap. 18.

Primum ſit circa quęſtionem cap. 18. tractatam. Obſeruat S. Tho. q. 39. ar. 5. nomina adiectiua differre à ſubſtãtiuis, quoniam hæc, ſcilicèt ſubſtantiua, afferunt ſecum ſuppoſitum nominis, vt diximus; illa verò, ſcilicèt adiectiua, non afferunt, ſed apponuntur ſubſtantiuis; quia forma ſignificata per nomen adiectiuũ copulatur ſuppoſito nominis ſubſtantiui; verba autem omnia adiectiua ſunt. Quapropter cum dicimus Deitas generat, generatio ſignificata per verbum adiectiuum coniungitur ſuppoſito nominis ſubſtantiui, quod eſt ipſa Deitas: ſuppoſitum enim nominis non eſt ſuppoſitum naturæ, ſed eſt res quæuis pro qua nomen ſupponitur; & ita in hac propoſitione non eſt appellatio formalis dialectica, eſt tamen quædam applicatio adiectiui, & ſubſtantiui. Participia autem, adiectiua etiam ſunt; quia ducũt à verbis eundem modum ſignificandi, & ita eſt hæretica propoſitio, Deitas eſt generans. Si tamen participium accipiatur ſubſtantiuè, quia non fit illa applicatio, eſt vera propoſitio in ſenſu identico, ſenſus enim eſt, quòd Deitas eſt res generans: ſed non eſt abſolutè concedenda, niſi priùs explicetur; tum, vt euitemus amphibologiam; tum quia contraria definita eſt in Concilijs, vt videbimus. Eadem propter vtraque iſtarum vera eſt, Deitas eſt res generans, Deitas eſt res non generans, vt S. Thom. obſeruat, & perſpicuè liquet. Nec S. Doctor dixit, has alias eſſe veras, Deitas eſt generans, Deitas eſt non generans; quarũ altera ſanè falſa eſt. Nam ſi participium accipiatur, vt adiectiuum, affirmans eſt falſa; ſi verò vt ſubſtantiuum, negans propoſitio de prædicato infinito, aut contradictorio falſa eſt, ſcilicèt Deus eſt non generans, vel Deus non eſt generans, vt poſteà dicemus. Cui rei conſequens eſt, vt cum participium in enunciatione ſubijcitur, rectè poſsit de eo

Suppoſitũ nominis eſt res pro qua nomẽ ſupponitur.

In hac, Deitas generat, nõ eſt appellatio, &c. ſed applicatio adiectiui, & ſubſtantiui.

Participia adiectiua ſunt.

Sic falſa hæc, Deitas eſt generans.

Secus ſi accipiatur ſubſtãt.

Sic vera eadẽ in ſenſu idẽt.

At nõ cõcedẽda ſine explic.

1. Ratio.

2. Ratio.

Iuxta hæc iudicandum de quibuſdã propoſit. vt c. 28. n. 10.

Cum participium eſt ſubiectũ propoſitionis, accipitur vt ſubſtantiuum.

Tunc non valet conuerſio dialect. ob fallaciam accidentis.

S. Thom.

15. Pro cap 23. 2. Docum.

Abſtracta diuina prædicãtur de abſtractis & concreta de concretis directè, & indirectè ob identitatem realem.

16. 3 Docum.

Subſtãtiua diuina poſſũt de quouis alio nomine prædicari.

Oſtenditur ex 1. docum.

Illatum: Hæc eſt ſimpliciter concedẽda, Eſſentia eſt genitor.

17. Vlt. docum.

Prædicatio adiectiui de abſtracto eſt formalis.

S. Thom.

1. Conſect.

Deitas nõ generat.

Ratio, vt n. 10

Cõuerſio, vt n. 14. eſt ab idẽtica ad formalem.

18. 2. Conſect.

Paternitas nõ generat, autcrẽat.

A eſſentia, ſiue Deitas prædicari, quia iam accipitur, vt ſubſtantiuum, quando eſt ſubiectum propoſitionis; verbi gratia, generans eſt eſſentia. Neque valet conuerſio dialectica, Generans eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt generans propter fallaciam accidentis. Mutatur enim nomen ſubſtantiuum in adiectiuum. Et ita mutatur eiuſdem nominis ſuppoſitio. Quoniam in ſubiecto ſupponitur nomẽ, generans pro re generante, ſcilicèt pro Patre; & in prædicato nomen adiectiuum, generans, ſupponitur pro ſubiecto propoſitionis, ſcilicèt pro Deitate: cui doctrinæ ſimilia tradit S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 7. ad 4. & ar. 9. ad 3.

Secundum documentum eſt, quòd nominum diuinorum poſſunt quidẽ prędicari abſtracta de abſtractis, & concreta de cõcretis directè, & indirectè propter identitatem realem. Itaque Deitas eſt generatio; & ſapientia eſt iuſtitia; & generans eſt Deus, & Deus eſt generãs; & Pater eſt Deus, & Deus eſt Pater.

Tertiũ documentum eſt, quòd nomina diuina ſubſtantiua, poſſunt de quouis alio nomine prædicari: quia prædicatũ eſt quaſi forma ſubiecti, quod cum illo coniungitur; nomen autem ſubſtantiuũ affert ſecum ſuppoſitum nominis, & facit ſenſum identicum. Quare iſta ſimpliciter eſt concedenda, Eſſentia eſt genitor, quia licèt nomen, genitor, ſignificet generationem, eſt tamen nomen ſubſtantiuum quod affert ſecum ſuppoſitum nominis, ſcilicèt rem, quæ eſt genitor. Et ita eſt abſolutè concedenda propoſitio, Eſſentia eſt genitor.

Vltimum documentũ eſt, quòd cum adiectiuum de abſtracto prædicatur, prędicatio non eſt identica, ſed formalis, & ſenſus eſt ponderandus. Quod idem docet S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 7. ad 4. & art. 9. ad 3. Ex quo documento communi, illud primum conſequitur, quòd Deitas non generet, non quia nomen generantis afferat appellationem, vt Dominicus de Soto vult. Sed quia prædicatur concretum de abſtracto, non identica prædicatione, ſed formali. Et illa conuerſio, Generans eſt eſſentia; ergo eſſentia eſt generans, eſt etiam ab identica ad formalem: quæ eſt inualida conſequentia.

Ex eodem documento perſpicitur, iſta enunciata eſſe falſa, Paternitas generat, Paternitas creat, vt docet Sãctus

S. Thom. Ratio.

Thomas 1.p.q.32.art.2,ad 2.& in 1. d. 32.q.1. ar.4. Quamuis enim Paternitas re ipsa sit persona subsistens, generans, & creans; tamē nō significatur vt subsisteos, sed vt forma subsistentis. Igitur nostro modo intelligēdi falsum est, personam Patris constitui per Patrem, sed per paternitatem constitui affirmamus, quamuis Pater,& paternitas re ipsa sint idem. Et eodem etiam modo negamus Deum intelligere per voluntatem, sed per intellectum aimus, cum tamen intellectus,& voluntas sint idem. Ita quoque negamus paternitatem generare, aut creare, sed Patrem generare, aut creare dicimus, etsi Pater & paternitas eadem res sit. Conueniunt tamen paternitati, quæ imperfectionē remouent, vt quòd sit æterna, & infinita, & vna, vt ibidem docet S. Thom.

1.Simile.

2.Simile.

Tamen Paternitas est æterna, infinita, vna, &c.

19.

Aduert. Vt Deitas subsistit, ita Paternitas.

At illa intelligitur vt subsistens, hæc non ita.

Quare illa dicitur creare, gubernare, sapiēs esse, hæc non ita.

Quo loco aduertēdum est, quòd sicut Deitas subsistit, ita & paternitas subsistit; sed nos Deitatem intelligimus, vt naturam subsistentem: Paternitatem verò non intelligimus, vt subsistentem, sed vt proprietatem subsistentis. Nam & hoc attinet ad excellentiam naturæ. Quapropter dicimus quidem Deitatē creare, gubernare, esse sapientissimam, & optimam: hæc autem de paternitate non dicimus; quia non intelligimus illam vt subsistentem, sed vt proprietatem personæ subsistentis: Deitas enim est nomē naturæ; Paternitas, nomē proprietatis. Illa verò de paternitate prædicamus, quæ possunt proprietatem personalem commendare, vt quòd sit æterna; immensa, incomprehensibilis; non verò quòd sit sapiens, aut nos gubernet.

20.

In hoc docum. discernendum Vtrùm prædicatio sit formalis, an identica?

In hoc igitur documento animus est aduertendus, vtrùm prædicatum in prędicatione formali, an identica, conueniat subiecto. Illud enim concedendum est, quod quadret, illud negandum, quod dissentiat: siquidem formalis prædicatio est cum adiectiuum de substantiuo, siue de abstracto prædicatur. Hoc etiam loco quæritur, vtrùm concedēda sit ista enūciatio, essentia est Pater Filij; de qua re varias sententias recensēt Scotus d. 5.q.1. Sed quia ambigua est, videtur diuidendus sensus, si enim sit identica prędicatio, ea est vera propositio, scilicèt essentia est persona quædam, siue res quædam, quæ est Pater Filij. Si verò sit sensus formalis, est hæretica propositio,

Dub. de hac, Essentia est Pater Filij.

Scot.

Resolutio. Si ea sit identica prædicatio, est vera.

A significat enim essentiam habere Filium & referri relatione Filij. Essentia enim sicut non generat, ita neque refertur relatione Patris; & eodem sensu non est Pater Filij.

Si formalis, est hæretica.

Confirmatio.

21.

Patrum loci aduersantia, explicantur pro titulo.

HOc capite Patrum sentētiæ enarrandæ sunt, quibus aiunt Deitatē generare, aut alia similia, vt ipsa interpretatio earum enunciationum, nonnihil faciat ad veritatem confirmandam.

1.Locus *S. Aug.*

S. August. 7. de Trinit. cap. 1. & 2. sic ait, *Pater, & Filius sunt vna sapientia... quia vna essentia; & sigillatim sapientia de sapiētia, sicut essentia de essentia.* Vbi cum præmittat sapiētiam esse vnā, & essentiam vnam; subijcit, esse sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia, quasi illa sapientia vna, & essentia vna sit generans, & genita. S. Thom. 1. p.q.41.art.5.ad 2. obseruat præpositionem, de, indicare principium in his propositionibus: & docet idem S. Bonau. d. 5.q.1.& Alex. *Alēs.* 1.p.q.42.in 3.art.1. Explicat autē eum locū S. Doctor q.39. ar.5.ad 1. hoc modo, *Sapiētia est de sapientia*, hoc est, Filius, qui est sapiētia procedit, siue est de Patre, qui est sapientia: minus autem propriè dici essentiam de essentia, quia essentia non significat rationem principij, sicut significat sapientia, aut natura, quæ sunt operationis principia. Et ipse S. August. suis verbis hunc sensum indicat, vt nomina abstracta pro personis accipiamus. *Sigillatim* (inquit) *sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia*; aduerbium enim, siue sincathegorema illud, sigillatim, indicat de personis singulis esse sermonē: & non est sensus, quòd vna, & eadem sapientia procedat de sapientia, scilicèt de se ipsa, quod intelligi nullo modo potest: idcircò enim cum dixisset Patrem & Filium esse sapientiam vnam, adiecit sapientiam sigillatim esse de sapientia, hoc est, vnam personam de alia, quæ vtraque persona est sapientia vna. Aliter etiam possemus hunc sensum deflectere, vt propositio, de, insinuet principium formale quo: & ita sapientia, nempè Filius, est de sapientia, hoc est, de essentia diuina; est enim Filius ipsa sapientia, de qua procedit, quia est essentia ipsa de qua gignitur. Admonet autē S. Thom. non

S. Aug. Patrem, & Filium esse sapientiam de sapientia, sicut de essentia de essentia.

1.Cōmentus *S. Thomæ.* Prępositio, de, indicat principium, vt lib. 2. c.62 p.1.n.5. *S. Bonau. Alens.* Huius cōment. 1.sensus est S. Doctore, vt nomina abstracta pro personis accipiantur. Minus propriè id de essentia dicitur.

Hic sensus indicatur à *S. August.*

2.Sensus, vt propositio, de, insinuet principium formale, quo, vt lib. 2.cap.61.

S. Thom. no

net hunc locum non imitandũ, sed explicandum.

non esse nobis hæc proloquia vsurpanda, sed potiùs interpretanda. Hic igitur esto primus commentarius similium dictorum, quæ apud Patres frequentia sunt.

22.
2. Cõmentarius
Nomina abstracta significant formas, quasi separatas à materia, atq; adeo infinitas.

Alius commentarius non alienus est ab ipsa forma loquendi à Patribus vsitata. Aduertendum quippè est nomina abstracta excellentiam quandam infinitã innuere, quia significant formas quasi separatas à materia; quæ autem separata sunt infinita sunt, & idcircò qui Deum dixerit sapientiam, dicit infinitè sapientem. Quamobrem Patres, vt dignitatem personarum diuinarum cõmẽdirent, passim & vbique nominibus abstractis vtebantur. Imò Filium, aiunt esse virtutem, sapientiam, vitam Patris; & Spiritum Sanctum similiter. Quia loquẽdi forma videtur dicere S. Augustinus Filiũ esse sapientiam de sapientia, & essentiã de essentia, scilicèt, quia ipse Filius est essentia, & est sapientia, sicut & Pater. Cum enim dixisset eos esse vnam sapientiam, & vnam essentiam, subijcit, *Et sigillatim sapientiam de sapientia.* Itaq; gratiâ perfectionis, & excellentiæ, nominat fortè S. Augustinus personas nominibus abstractis, ita vt sit sapientia vna essentialis: & sigillatim sapientia generans, & sapientia genita, quæ sunt personæ duæ. Hæc autem loquutio etiam impropria est, iuxtà dialectica præscripta; quia cum nomen, sapientia, non sit concretum, sed abstractum, non supponitur pro Patre seueritate dialectica cõseruata, etiamsi gratiâ excellentiæ, ornatu quodam orationis, possit nomen abstractum pro persona vsurpari. Et hæc phrasis Patribus familiaris est, quorum sententiæ sunt Theologis explanandæ.

Ideò excellentiæ causâ illa nomina pro personis vsurpant Patres.

S. Augustinus loco cit.

Hoc inuolucratur verbis eiusdẽ loci, vt n. 21.

Pro hoc cõm. S. Athan.

Quam interpretationem possumus petere non obscurè à verbis S. Athanasij lib. 1. contra Arium, *Dedit*, inquit, *Filio Pater omnipotens omnipotentiam, maiestatem maiestati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti*, &c. Neque enim potest intelligi, quòd maiestati detur maiestas; sed ei, qui est ipsa maiestas, datur ea, quã habet maiestas: quarè etiam ait dari virtutem virtuti, & prudentiam prudenti, aut prudentiam prudẽtię; iuxta illud S. Augustini, *Eo est Pater sapiens, quia est ipsa sapientia*, vt libr. 1. notauimus. Et obseruandum est sæpiùs nomina abstracta pro concretis vsurpari, vt nomen lucis, & alia; vnde propriè dicitur lux de luce, sicut Deus de Deo.

S. Augustin. lib. 1. cap. 14. n. 8. & cap. 4. n. 17. Pius abstracta pro concretis

Durius est, & difficilius id quod ait S. Hilar. lib. 4. de Trinit. *Nihil nisi natum habet Filius*, quasi habeat essentiam natam: quod clariùs dixit lib. 5. *Quia*, inquit, *nemo ambigat essentiam Auctoris in Filij natiuitate connasci.* Et S. Anselmus Monol. cap. 43. *Non*, inquit, *minùs perfecta est essentia, vel sapientia Filius, quia est essentia nata de Patris essentia.*

Et quidẽm S. Anselm. Filium quem S. Augustin. dicit sapientiam genitam, nuncupat minùs propriè, essentiam genitam. Sed aduertendum est, quòd sapientia significat operationem, & principium operationis; & significat ipsum terminum operationis, cum additur sapientia genita; id enim quod gignitur in operatione est terminus, scilicèt diuinũ Verbum. Quare Filius rectè dicitur sapientia genita; sed minùs propriè dicitur essentia genita, quia adiectiuum cõiungitur cum supposito nominis, & idcircò essentia genita, si propriè loquendum sit, non est Filius genitus, qui est essentia; sed est ipsa genita essentia; quod in Deo impium est asserere. At fortè S. Anselm. ita intellexit S. Augustinum cũ ait, Filium esse essentiam de essentia, vt diceret Filium essentiam genitam; quod tamen S. Augustinus non dixit. Explicemus ergo S. Anselmum, quòd dixerit essentiam genitam, hoc est, Filium genitum, qui est essentia.

23.
2. Locus difficilior
S. Hilarij dicentis Filiũ essentiam natam, & cõnasci in genito.
S. Anselm. dicit Filium essentiam genitam.

Sanctus verò Hilarius minùs quoque proprio philosophandi modo, dixit naturam connasci in genito, nam in rebus creatis, dum hypostasis generatur, simul gignitur in hypostasi natura, quia natura habet causam. In Deo verò non gignitur, sed accipitur natura per generationem, vt diximus lib. 2. Et hoc quoque per generationem accipi, dixit S. Hilarius minùs propriè connasci, quia Patres rem agentes cum Arianis, maximè nitebantur verissimam natiuitatem exprimere.

24.
Idem sic impropriè.
Rectè vocat *S. Augustin.* Filium sapientiam genitam
Ratio discriminis.

Adiectiuum coniungitur cum supposito nominis.

S. Anselmi intellectus ad *S. Augustin.* est non consonus.
S. Anselm. explicatur ex 1. comment. in 1 sensu.

Est quoque illud explicandum, quod ait S. Augustin. 15. de Trinit. cap. 19. Christum esse Filium substantiæ Patris, quia in his verbis Augustini, datus gignendi nõb significat relationem, quasi substantia Patris sit Pater Filij, sed significat principium originis. Illud verò quod ait lib.

25.
Ad S. Hilar. 3. Comment. vt cap. 25. n. 7.
Per generationem accipi, minùs propriè dicitur cõnasci.

26.
3. Locus *S. Augustini.* Christum esse Filium substãtiæ Patris.
Explicatur ex 1. Cõmẽt.

lib.12.cõtra Maxim.cap.14. admodùm aspernum est, *Carnalibus* (inquit) *cogitationibus pleni, Dei substantiam de se ipsa gignere Filium non putatis.* Quę verba rectè interpretetur Magist.in 1. d.6. quòd substantia accipiatur pro Patre qui est substantia: vel fortè pro hypostasi;nam & hypostasis significatur nomine substantiæ; quod videtur literæ conformari,dum dicitur, Dei substantiam,hoc est Dei hypostasim: vel etiam accipitur substantia non vt nomẽ abstractum, sed concretum;nam &hoc nomẽ apud nos, vt concretum inuenitur;& ita nomine concreto substantia generat,sicut Deus generat. Confirmatur istiusmodi commentarius ex eodem lib. S. August. vbi insinuat eo se modo dicere, quòd substantia gignat, sicut dicimus Deum gignere. Gennad.Constant.in expos.fid. Cõcil. Florent. sect.6. dicit Filium principium essentię Spiritus Sancti;impropriè quidem, & explicandum quòd sit principium,de quo Spiritus Sanctus essentiã accipit. Petrus Ioan. ex ordine Minorũ refert 366. testimonia Patrum, quibus hoc videntur asserere, quòd Deitas generat. Quamobrem meritò ponderandum est,quantum valeat etiam in rebus fidei Theologica disputatio,qua effectũ est, vt Ecclesia decerneret propter proprietatẽ locutionis,negandum esse Deitatem generare,& Patrum testimonia commodè explicanda, vbicunque affirmant Deitatem generare, scilicèt obseruata norma loquendi propria,& philosophica.

Cum igitur Patres in hac disputatione,sæpiùs licentia quadam loquendi vsi sint, quia res non dirigebatur ad regulas dialecticas; constat certè Ecclesiam constituisse veritatem, iuxta ipsas regulas dialecticas à Philosophis, & Doctoribus obseruatas. Definitum autem Magistri sententia contra Ioachimum in Concilio Later. cap. *Damnamus. Illam res* (inquit)scilicèt essentia) *non est generans, neque genita, neque procedens; sed est Pater, qui generat, & Filius qui gignitur, & Spiritus Sanctus qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura.* Quibus in verbis sapientissimè designatur, ex qua causa veritatis assertum, quia de re ipsa disputando, si essentia generat, non est vnitas in natura, sed distinguitur natura genitum

A norans à persona genitali: tum quia nostro modo intelligendi negatur quòd essentia generet, & conceditur quòd essentia sit Pater, qui generat; quia illa prædicatio est formalis, ista verò identica. In Concilio etiam Tolet. 1. quod à Leone confirmatum est, idem definitur his verbis; *Si quis dixerit, vel crediderit Deitatem nascibilem esse, anathema sit.*

CAPVT XXIV.

Argumenta refelluntur.

B COntra decretam sententiam, quòd Deitas nõ generat, arguitur ex verbis Prouerb. 8. vbi nomine sapientiæ dicitur, *Nondum erant abyssi; & ego iam concepta eram;* sed sapientia est nomen abstractum, quod supponitur pro essentia; ergo essentia est concepta, & genita. Et confirmatur verbis S. Augustini 4. de Trinit. cap. 20. *Pater* (inquit) *est principium totius Deitatis.* Et S. Dionys. cap. 2. de diuinis nominibus, vocat primum fontem totius diuinitatis, vnde S. August. idem videtur accepisse; & S. Athanas. in orat. de fuga Episcoporũ appellat principium, & causam totius diuinitatis, & Concil. Tolet. 11. in principio, & Tolet. 6. & Florent. in literis sanctæ vnionis hoc idem vsurpat; ergo Deitas procedit à Patre, vt à principio.

Et probatur ratione, quoniam in re genita, natura etiam generatur, quia per generationem producitur: ergo cum Filius subsistat in diuina natura; in ipso Filio genito natura per generationẽ producitur. Et hoc est, quod ait S. Hilar. lib. 4. de Trinit. nihil non natum habet Filius. S. Basilius quoque & S. Athanas. apud S. Thomam opusc. 72. cap. 4. aiunt diuinam essentiam esse genitam in Filio. Et confirmatur; quia in Filio, natura ipsa, vel est genita, vel ingenita; sed non potest dici ingenita, cum sit per generationem accepta; ergo est genita.

Secundò: Natura est principium reale generationis, & geniti, quamuis ab istis rebus non distinguatur re ipsa; ergo natura potest generare absque reali distinctione à genito: & ita ait S. Ignatius epistola 6. ad Magnetium, Filium esse essentiam genitam. Et S. August. 15. de Trinit. cap. 40. contra Eunomium ait, Filium

Item 2. assertionis, vt n. 7. & 10.

Conc. Tol.

1. 1. Arg. *Prouerb. 8.*

Confirm. *S. August. S. Dionys. S. Athan.*

2. Ratio.

S. Hilar. vt cap. 24. n. 3. *S. Basil. & S. Athan. apud S. Th.*

Confirm.

3. 2. Arg.

S. Ignat.

S. August.

Filium non esse voluntatis, sed essentiæ; quòd si est Filius essentiæ, essentia illum genuit.

4. 3. Arg.

Tertiò: Pater est essentia diuina; Pater generat; ergo essentia generat: qui est syllogismus expositorius à singularibus.

5. 4. Arg.

Quartò: Essentia supponitur pro Patre, siquidem prædicatur de Patre, cum dicimus Patrem esse essentiam; ergo est vera propositio, quòd essentia generet.

6. 5. Arg. S. Thom.

Quintò: Hæc est vera, Deitas est homo, vt ait S. Thom. 3. p. q. 16. ar. 5. quia Deitas supponitur pro Verbo diuino, quod est homo; ergo similiter est vera ista, Deitas generat, siquidem Deitas potest supponi pro persona generante, sicut in illa altera, Deitas supponitur pro Verbo diuino.

7. 6. Arg. Arist. Confirm.

Vltimò: A cõiuncta ad diuisam licet arguere, vt ait Aristot. 2. periherm. sed Deitas est res generans; ergo Deitas est generans. Et confirmatur, quia simplex conuersio est bona consequentia, & formalis in omni materia: licet igitur sic arguere, Generans est Deitas; ergo Deitas est generans. Vide alia argumenta apud Heruæum de diuinis relat. q. vlt. & Alex. Alens. 1. p. q. 42. in 3. quæ tamẽ per istorum confutationem facilè refellentur.

Alia arg. vide apud Heru. Alens.

Aduertenda.

8. 1. Aduert. ex lib. 2. c. 63. n. 8. & hic cap. 24. n. 5. & 11.

HOc loco repetendum breuiter est ex libr. 2. naturam etiam in rebus creatis non dici simpliciter genitam. Hypostasis namque per se gignitur, natura autem non per se gignitur, sed in hypostasi. In Deo autem, neque natura per se gignitur, neque in hypostasi, quia non producitur per generationem; est enim terminus communicatus, sed non productus. Et idcirco nullo modo dicitur natura genita.

In Deo natura neque per se gignitur, neq; in hypostasi.

9. 2. Aduert. Ingenitum negatiuè. Ingenitum priuatiuè.

Deindè obseruandum est, quòd ingenitum dicitur negatiuè, & priuatiuè. Negatiuè, quicquid non est genitum, ingenitum est; priuatiuè dicitur illud ingenitum, quod cum possit esse genitum in genere suo, in individuo non est genitũ, vt suprà diximus. Primo igitur modo natura diuina in Filio est ingenita, hoc est non genita. In secundo sensu potest quòque dici ingenita, quia cum in alijs omnibus rebus genitis, natura genita sit; in Filio æterno, non est genita. In eo tamen sensu impropriò quidem, quo natura diuina apud Patres dicitur genita, hoc est, per generationem accepta, non potest dici in Filio genita.

Deitas in Filio est ingenita negatiuè. Non tamen ingenita priuatiuè.

10. 3. Aduert. pro 4. Docum.

Denique aduertendum est, istã enunciationem, Deitas est homo, veram esse in sensu identico, quia Deitas est Verbum, quod est homo; & ita confirmatur nostra conclusio. Nam si vtamur nominibus adiectiuis est prædicatio formalis, & non communicatur idioma; Deitas enim non moritur, non laborat, non est infirmitatibus subiecta. Nominibus verò substantiuis, Deitas est homo, Deitas est Christus, & alia similia enunciantur, obseruata proprietate dialectica. Nunquam tamen nomen, Deitas, supponitur pro Verbo.

Hæc prædicatio, Deitas est homo, vera est in sensu identico: Hæc est formalis, & falsa, Deitas moritur, laborat, &c.

Responsio.

11. Ad 1. arg. Ad locum Prouerb. 8.

PRimum locum Prouerb. facilè exponimus de sapientia genita, quę est Filius Dei; licèt enim sapientia sit nomen essentiale, & ista significatione supponatur pro essentia; quia tamen est nomen operationis, adiectione illa, quòd sit sapientia genita, sumitur pro termino operationis, quod est Verbum Dei. Verba autem S. August. duobus modis explanantur à S. Thoma ad 6. vel quòd sumatur Deitas, vt nomen collectiuum, quatenùs indicat plures personas, & ita Pater est principium Deitatis, hoc est personarum, quæ in Deitate subsistunt. Quo loquendi modo dicimus Adamum fuisse principium humanæ naturæ; non quia humana natura sit filia Adami, aut genita ab Adamo; sed quia nullus in ea natura numeratur, cuius principium ille non fuerit, quem non genuerit, vt obseruat Genebr. ad Schegkium, fol. 83. Vel potest dici Patet principium totius Deitatis; eò quòd sit principium, non producens Deitatem, sed communicans illam; producit enim personas, communicat autem naturam. Et hanc quidem sententiam S. August. accepit à S. Dionysio, quare postea vsurpata est à Concilio Florent. ait enim Patrem esse fontem, & principium totius Deitatis. Hæretici verò postea hæretico fanè spiritu, & sensu, aiunt Deitatem esse fonté personarum Patris, & Filij, vt illam à personis diuidant, quòd nullo modo permittendum est; sed benè Pater est fons Deitatis ad sensum expositum.

Sapientia est nomen operationis, vndecũ addito illo, genita, sumitur pro termino. *Ad S. Aug. ex S. Thoma* 1. interpret. Pater est principium totius Deitatis, id est, personarum. Sic Adamus dicitur principium humanę naturæ.

Genebr. 2. Interpret. Pater est principium nó producens Deitatem, sed cõmunicans illam. Idẽ locus explicatur lib. 2. c. 33. n. 12.

Hæreticæ explic. pro hæresi refutatâ lib. 1. cap. 43. p. 1.

Ad

12. Ad rationem ex 1. aduert. *Ad S. Hil.* ex 2. aduert. & cap. 24. n. 2 t. Eodem modo *ad S. Basil. S. Athan.* Ad confirm. ex 2. aduert.

Ad primum iam diximus, naturam in Filio Dei, non esse genitam, quia non est per generationem producta. Hilar. verò vocat natum id quod est per generationem acceptũ, equidem minùs philosophica elocutione; & eodem modo Basil. & Athanas. interpretantur. Ad confirmationem iam etiam notauimus, quo modo possit dici natura ingenita in Filio, genita autem nullo modo dicitur.

13. Ad 2. argum. Principium formale in diuina gener. nõ distinguitur à re genita, vt lib 2. c. 62. p. 2. n. 2 Actiuum maximè. *Ad S. Ignat vt ad S. Hil. n.* 11. *Ad S. Aug.*

Ad secundum dicendum est, principiũ formale in diuina generatione nullo modo distingui à re genita, vt libr. 2. notauimus; sed principium producens necessariò distinguitur à re producta. Cum autem dicitur Deitas, siue essentia generare, significatur quòd ipsa producat Filiũ, quod est hæreticum. Quo modo verò Patres vocent essentiam genitam, iam explicatum est. *Augustin.* verò non ait Filium esse Filium essentiæ, sed ait Filium esse essentiæ, quia de essentia gignitur, ita vt Filius sit subiectum propositionis, & quòd sit essentiæ sit prædicatum.

14. Ad 3. argum. ex 3. aduert. & ex cap. 32. n. 4. & 5.

Ad tertium respondetur argumentũ fieri ab identica ad formalem, affirmãdo; nam, Pater est essentia, est identica; Essentia generat, est formalis; & sic consequentia nulla est. Posteà autem vberiùs dicemus de syllogismis expositorijs, & fallacijs, quæ in diuinis incidunt,

15. Ad 4. argum. 1. Respons. ex cap. 22. n. 5.

Ad quartum iam antea admonuimus ad veritatem propositionis affirmantis non esse necesse vt termini supponantur pro eodem. Nam in sensu identico non supponuntur pro eodem, & illa est identica prædicatio, Pater est essentia, neque essentia supponitur pro Patre.

2. Respons. *S. Thom.* ex cap. 24. n. 11

Respondet etiam S. Thom. solut. ad 5. nomina substãtiua dici de essentia, quia afferunt secum suppositum, hoc est, supponuntur pro aliquo, de quo sit prædicatio, vt Pater est essentia; adiectiua verò alijs applicantur, & faciunt appellationem logicam: vt cum dicimus, Essentia est generans, est appellatio. & ita cõcedit, quòd essentia est res generans, & est res non generãs, quia res est nomen substantiuum, quod rectè prædicatur de essentia.

16. Ad 5. argum. ex 3. aduert.

Ad quintum similiter respondetur, quòd in illa enunciatione, Deitas est homo, Deitas non supponitur pro diuino Verbo, sed solùm in sensu identico vera est. Est autem sensus identicus, quia prædicatum est substantiuum, non adiectiuum.

Ad vltimum respondetur, consequẽtiam à coniuncta ad diuisam esse bonã, quando vtraque pars prædicati coniuncti, per se seorsum conuenit subiecto; nõ verò quando vnum conuenit ratione alterius. Quare non sequitur, Est magnus musicus; ergo est magnus; sequitur tamen, ergo est musicus; quia magnitudo ibi prædicatur ratione musicæ; musicum verò non ratione magni, sed per se. Similiter cum arguitur sic, Essentia est res generãs; ergo est res, benè sequitur; sed non sequitur, ergo est generãs; quia generans adiectiuè non dicitur de essentia, nisi cum adiuncto illo, res generans. Ad cõfirm. ex Richard. ex cap. 24. n. 11 Ad confirmationem respondetur cum Richard. d. 5. q. 1. ad 4. quòd variatur nominis participij acceptio. Nam in antecedente ponitur substantiuè, quia est subiectum cum dicimus, Generans est essentia, in consequente verò adiectiuè quia est prædicatum, cum dicimus, Ergo essentia est generans. Quare substantiuè est bona consequentia, Ergo essentia est generans; nam substantiuè generans est idem, quod res generans, vt diximus.

17. Ad vltim. arg. Consequentia à coniuncta ad diuisam bona est quando vtraq; pars prædicati cõiuncti per seorsum conuenit subiecto.

CAPVT XXVI.

Contradicentes sunt, Deus generat, Deus non generat.

HIsputatio ista dnobus modis potest agitari. Primò, vt nomen Deus supponatur pro persona. Secundò, vt nomen Deus supponatur pro natura in cõcreto. Et ad vnum, & ad alterum tractandum dubium, caput diuidimus in partes duas iuxta duos sẽsus quæstionis. Prima pars: *Accepto nomine Deus pro persona sunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat.* Secunda pars: *Accepto nomine Deus pro natura diuina sunt contradicentes; Deus generat; Deus non generat.*

PARS PRIMA.

Accepto nomine Deus pro persona, sunt contradicentes; Deus generat, Deus non generat.

QVòd nomẽ Deus, supponatur pro Patre, in affirmatione, Deus generat, In natiuit. Deus supponitur pro Patre.

De neg.dubiũ Sent,tit. oppoſita.

rat,cõſentiũt Doctores. At verò in negatione,quidã aiunt nomen,Deus,ſupponi pro natura diuina, quidã verò ſupponi pro Filio;& vtroq; modo, negans eſt vera, quia neq; Deitas generat,neq;Filius generat. Quapropter, hæ nõ erunt cõtradicẽtes,Deus generat,Deus nõ generat,ſiquidẽ ambæ ſunt verę;ſed ſi oppoſitas dicant,dicent ſubcõtrarias,quia vtraque eſt vera. Has partes tenet Durãd.in 1.d.4,q.2.& Aureol.apud Ioan. Capreol.d.eadem q.1. Marſil. q. 8.art. 3. Gabr.q.2.art.2.

Durand. *Aureol.* apud *Capr.* *Marſil.* *Gabr.*

2.

Dom.Sotus. cũijſdẽ ait nomẽ,Deus,ſupponi pro natura in concreto, quia, inquit, prædicatũ non eſt notionale.

Ad verò,magis mirandum eſt, quòd Dominic.Sot. 5.Summularũ c.2.lect.4. doceat nomen, Deus,ſupponi pro natura in concreto in illa propoſitione negante;quia (inquit) prædicatũ illius nõ eſt notionale, cum dicimus, Deus non generat,quia prædicatũ eſt non generare,quod eſt cõmune Filio,& Spir. Sãcto & ipſi naturæ diuinæ; quare cum ijſdem auctoribus videtur conſentire. Nam & illi affirmant prędicatum negantis non eſſe notionale, & ſubiectũ ſupponi pro natura diuina,cũ dicimusDeus nõ generat.Conſequenter verò negant illas eſſe contradicentes cum ſint veræ.Sotus verò non negat eſſe cõtradicẽtes,neq; affirmat negantẽ eſſe verã: ſed ait prædicatum negantis non eſſe notionale, vt illi quoq; aiunt. Quod apertiſsimè improbat Barthol.Torr. ad 6.art. Hæ enim duæ enunciationes affirmans & negans ſũt oppoſitæ; quare neceſſe eſt cõſtent eodem ſubiecto,& prædicato; ergo ſicut in affirmatione prædicatum eſt notionale, ita & in negante. Prætereà negatio non eſt pars prædicati, ſed remouet prædicatum à ſubiecto; ergo idẽ eſt prædicatũ in affirmante,& negante. *Adhùc* probatur idẽ, quia affirmationi ſi præfigas negationẽ,efficis contradicẽtẽ,vt Ariſt.docet 1.Periherm. Cum ergo dicitur,non Deus generat, prædicatum negantis,abſque dubio eſt notionale,quia negatio non eſt pars illius.Idem verò eſt dicere,Deus non generat,& nõ Deus generat;quia nomẽ, De⁹,eſt æquè ſingulare in vtraque;vt ſi dicas, Petrus non currit,& nõ Petrus currit,quod poſtea magis declarabimus.Conſtat igitur vtriuſq; propoſitionis prædicatum eſſe idẽ non diuerſum,& eſſe notionale. Denique in his enunciationibus, homo eſt ſpecies, homo nõ eſt ſpecies,prædicatũ eſt idẽ,& intẽtionale etiã in negante, & eadẽ ſuppoſitio ſubiecti in vtraq; :ergo negatio in prædicato non variat genus ſuppoſitionis in ſubiecto; neque obſtat quin prædicatum ſit notionale,ſiue intẽtionale;eadem enim eſt ratio.

Contra hæc

1. Aſſertum. Prædicatũneg. eſt notionale.

Secũdo loco probatur contra Sotum quòd ſubiectũ negantis nõ ſupponatur pro natura,ſi cũ S.Thom. ſentiamus illas eſſe contradicentes,& negantem eſſe falsã. Nam vt rectè affirmant Durand. & Aureol.ſi ſubiectũ negantis ſupponitur pro natura, cũ natura diuina non generet,verũ erit dicere Deum nõ generare, hoc eſt,naturã diuinã non generare. Quòd ſi dicas negantẽ non facere iſtum ſenſũ,ſed aliũ diuerſũ,ſcilicèt quòd naturæ diuinę repugnet generatio, quod videtur inſinuare S.Th. q.39. art. 4.ad 3.Hic cõmentarius verborũ S.Th. non eſt germanus,neq; ad mentem doctoris Sãcti,vt dicemus.Et cõtra hoc iteram⁹ argumẽtũ:Nã ſi nomẽ,De⁹,ſupponitur pro natura in illa negatione,cũ dicimus Deũ nõ generare, negamus generationẽ de natura; & ita non eſt ſenſus,quòd naturę repugnet generatio,ſed quòd ipſa natura nõ generet. *Aliorũ* reſpõſio eſt pro Soto,quòd ſubiectũ ſupponatur pro natura diuina;ſed negãtẽ eſſe falsã,quia natura illa non diuiditur in perſonis, & ideo quod negatur de natura indiuiſiua negatur de perſonis omnibus, & negatio eſt falſa.Sed argumentũ reuoluimus ad illos: Nam quia natura eſt indiuiſa, erit vera negatio, quod Deus nõ generat; ſiquidẽ non ſignificat quòd perſona nõ generet,ſed quòd natura ipſa nõ generat,quod veriſsimũ eſt fidei aſſertum. Dicendũ igitur omninò eſt in iſta negatione,Deus nõ generat,ſubiectũ nõ ſupponi pro natura diuina, ſi hæc negatio æſtimãda eſt falſa,& alteri contradicẽs.

3.

2. Aſſertum.: Subiectũ neg. non ſupponitur pro natura cõtra *Sotũ.* ex *D.Thom.* Probatur.

1. Reſponſ.

S.Thom. Refellitur.

2. Reſponſ.

At verò,quòd iſta negatio,Deus non generat,ſit cõtradictoria alterius,Deus generat, cõtra Durand. & alios probabimus validiſsimis argumentis, ſi cum dialecticæ artis peritis diſputãdũ ſit declinantibus ab imperitorum ſophiſtarũ portentis & inſuetis enunciationibus. Ariſtotel. enim 2.Periherm. cap. vltim. planè docet de eodem poſſe eſſe negationem,de quo eſt affirmatio, vt obſeruat S.Doctor ad finem articuli.Quòd ſi iſtius affirmationis;Deus generat, quæramus contradicentẽ, nullam aliam inueniemus

4.

3. Aſſertum vt in titul.

Probatur 1. *Ex Ariſtol.* de eodẽ poteſt eſſe negatio de quo eſt affirmatio. *S.Thom.*

Probatur 1. à *Torr.* propoſitiones illæ ſunt oppoſitæ.

Retorquetur, Quia natura eſt indiuiſa,erit vera negatio quòd Deus nõ generat, ſi ſupponitur pro ea.

Probatur 2.

Prob.3. ex *Ariſtotel.*

Idem eſt dicere nõ Deus generat, & Deus non generat.

Probatur 4. exemplo hãũ, Homo eſt ſpecies, homo nõ eſt ſpecies.

ueniemus, nisi istã, Deus nó generat: de eodẽ autẽ est affirmatio, & negatio: sed affirmatio est de persona, vt hi doctores confitẽtur; ergo & negatio de ipsa persona est. Et cófirmatur, quoniã de quocũq; nomine singulari affirmare, & negare est impossibile; sed nomẽ, Deus, est quoad hoc singulare quòd nó dicitur de pluribus alijs, sed de vno, & eodẽ Deo; ergo si vnus & idem Deus generat, impossibile est, quòd nó generet, aliàs vnus erit *De*⁹ generãs, & alius Deus nó generans. Qd sapiẽter S. Tho. in ar. póderat. Prętereà Deus generat, & nõ Deus generat, sũt secundũ Arist. doctrinã, apertissimè contradicẽtes, nihil enim melius cõtradicas quàm vt præferas negationẽ toti affirmationi; sed ista negatio, nõ Deus generat, omnia habet similia alteri, Deus nõ generat; ergo sicut nõ Deus generat, est cõtradicẽs, ita & Deus nõ generat. Probatur minus assumptũ, quòd omnia in vtraq; similia sint, subiectũ enim & prędicatũ est idẽ, vt probatum est, & genus suppositionis idẽ esse probatur ex præscriptis dialecticis: negatio enim pręposita solũ mutat suppositionis cõditionẽ, vt efficiatur vniuersalis: suppositio autẽ nominis istius, Deus, nõ potest effici vniuersalis, quia nõ potest distribui, vt postea erit diligẽtiùs cõprobandũ; ergo est de eodẽ affirmatio, & negatio. Denique quãuis Pater nõ sit factus homo, ista tñ est hæretica, Deus non est factus homo; quia significatur, quòd nulla persona diuina sit homo; ergo & ista *Deus* nõ generat, contra fidẽ est. Quo argumento duo conficimus, & quod contradicẽtes sint, & quod in negatione nomen, *Deus*, non supponatur pro natura, sed pro persona, sicut in affirmante, cum nihil suppositionis mutetur in subiecto, neque vlla suppositionis conditio varietur.

Confirm. De quocunq; nomine singulari affirmare, & negare est impossibile.

Idem. Probatur 2.

In his nõ Deus generat. & Deus non generat, omnia sũt similia. Ostenditur hoc.

Negatio pręposita solũ mutat suppositionis cõditionẽ, vt efficiatur vniuersalis.

Probatur 3. Sicut hæc est contra fidem, Deus non est factus homo: ita & hæc, Deus nõ generat.

5. Dub. Sententia *Torres*, & interpretatio ad *S. Thom.* In vtraque cõtradic. nomen, Deus, supponi pro Patre.

Reliquum est vt declaremus pro qua persona diuina supponatur nomẽ, Deus, in his cõtradicentibus. Barthol. Torres existimat in vtraq; supponi pro Patre, & ita interpretatur S. Tho. cũ ad 3. ait, negationẽ Deus nõ generat, indicare quòd generatio repugnet naturæ diuinę; quia (inquit Torres) si Pater nõ generat, nulla est in natura diuina generatio. Sed ea interpretatio dura est, & ipsa sententia nõ placet, Ex eo enim, quòd nomẽ, Deus, est aliquo modo suppositione cõmune, aliquid amplius affert illa negatio

Refutatur.

A ennnciãtibus, Deus nó generat. Et probatur, quoniã si essent duo generãtes in natura diuina, quod attinet ad modũ significãdi, hęc enũciatio, Deus generat, nõ significaret esse plures generãtes, ista autẽ, Deus nó generat, indicaret nullũ esse generantem; ergo non negatur generatio de vna sola persona, ex propria nominum significatione, vt vult Barthol. Torr. sed negatur de omnibus personis.

Aduertendũ igitur est, quòd nomen, Deus, est suppositione cõmune simul & singulare, vt docet S. Tho. in 1. d. 4. q. 1. ar. 2. ad 3. & 1. p. q. 39. art. 4. ad 1. Quare Alex. Alens. 1. p. q. 7. in 7. ar. 3. & Caiet. aiũt, nefas esse dicere omnis Deus, pro tribus personis; quia acciperetur, vt nomẽ cõmune pro pluribus Dijs, Nam dictio, Omnis, saltem tres indicat, teste Aristot. Et Gregor. d. 4. 7. & 6. frustra ait addi notam distributionis, quia idem est dicere, Omnis Deus, ac si diceres, Omnis Socrates manẽte nomine singulari.

6. 1. Aduert. v. cap. 22. n. 8. *S. Thom.* *Alens.* *Caiet.* *Gregor.*

Secũdo loco notandũ, quòd vt dialectici aiũt, nomina supponũtur, & verificãtur: supponũtur quidẽ pro omni re, q̃ sub nomine cõtẽta, iuxta regulas dialecticas intelligenti occurrit; verificantur autẽ pro ea re, in qua veritas significata inuenitur: v. g. dũ audio, Aliquis homo currit, nomẽ, homo, supponitur pro quouis homine disiũctiuè; occurrit enim cogitãti, omnis homo, cũ dubio quidẽ, quis eorũ currat; & idcircò fit descẽsus ad hũc vel illũ, quia nomẽ supponitur pro omnibus disiunctiuè: verificatur autẽ de eo homine, in quo cursus inuenitur. *At* verò nomen, Deus, est suppositione cõmune; quare cũ dicitur Deus generat, quia generatio cõuenit personæ nõ naturæ; virtute suppositionis dialecticæ supponitur nomẽ, Deus, pro omni persona diuina disiũctiuè, vt idẽ sit dicere, Deus generat, ac si dicas, aliqua persona diuina generat: verificatur autẽ pro sola persona, quæ est Pater; quia neq; Filius, neque Sp. Sãctus generat. Quod cõfirmatur auctoritate S. Tho. 1. p. q. 39. art. 4. ad 1. & in 1. d. 4. q. 1. ar. 2. & *Alex.* Alẽs. 1. p. q. 62 in 2. ar. 1. docẽt enim nomẽ, De⁹, supponi pro psonis indistinctè, sive indeterminatè, quę est suppositio apud dialecticos disiũctiua. Cũ ergo dicitur, De⁹ generat, etsi nomẽ, Deus, ad sẽsum propositionis optatum, verificatur pro Patre, supponitur tamẽ indistinctè pro singulis psonis diuinis:

7. 2. Aduert. Nomina supponuntur, & verificantur. Exemplum.

S. Thom. *Alens.*

diuinis: & per disiunctionem explicãda est suppositio, scilicèt quòd Pater generet, aut Filius generet, aut Spiritus Sanctus generet; non Filius, neque Spiritus Sãctus, ergo Pater est, qui generat: quod sic ostendere, dialectici vocant verificare. In negante autem, cum dicitur Deus non generat, supponitur nomen etiam pro personis, non disiunctiuè, sed copulatiuè, & ita manent contradicentes. Idem enim est dicere, Deus non generat, & nulla persona diuina generat; & hoc insinuat S. Doctor, dum ait istam enunciationem, Deus non generat, indicare, quòd generatio repugnet naturæ diuinæ, quia si nulla persona generat, B repugnat generatio naturæ. Hæc autẽ, quæ afferunt sensum clarissimum, ratione etiam confirmantur. Nam nomen, Deus, ita supponitur pro pluribus personis quasi nomen commune, vt simul pro vno Deo supponatur vt singulare; quare cum prędicatum negatur de Deo, negatur de omnibus personis, quæ in illo singulari conueniunt: & idcircò cum dicimus, Deus non generat, significamus nullam personam diuinam, quæ sit Deus, generare. Et confirmatur, quoniã si prædicatum sit nomen substantiuum, quod non coniungitur cum subiecto, vt possit illud restringere, aut coarctare, C adhùc sunt contradicentes, Deus est Pater, Deus non est Pater; ergo contradictio non est petenda à restrictionibus dialecticis, sed à virtuali suppositione nominis, Deus, quam modò explicauimus. *Adde* verò subiectum non restringi à prædicato, vt S. Thom. obseruat in argumento 2. & 3. ergo cum dico, Deus non generat, subiectum non supponitur restrictè pro Patre, sed pro omnibus personis, vi nominis singularis, qđ est Deus.

Sed põderãda sunt verba ipsa S. Tho. quibus ad argumentũ 3. respondet; vbi cum discrimen posuisset inter nomina alia communia, & nomẽ, Deus, quia illa non supponuntur pro natura communi, nisi eam suppositionem prædicatũ exigat, vt cum dicitur, homo est species; nomẽ verò, Deus, naturali sua suppositione, supponitur pro natura cõmuni, quia illa est re ipsa communis nisi prædicatũ exigat, vt pro persona nomẽ, Deus, supponatur, vt cum dicitur Deus generat.

His traditis sic colligit, *Vnde cũ dicitur, Deus generat, ratione actus notionæ* D *alis, supponitur hoc nomẽ, Deus, pro persona Patris: sed cũ dicimus, Deus non generat; nihil additur, quod determinet hoc nomẽ ad personã Filij; vnde*, inquit, *datur intelligi, quòd generatio repugnat diuinæ naturæ.* Attẽdamus singula: neq; enim dixit S. Doctor in negante, nomẽ, Deus, accipi pro natura, licèt hoc videretur illaturus ex antecedẽtibus: sed dixit nomen, Deus, non determinari ad personam Filij in negante. Dixitq; etiã illis verbis indicari, quòd generatio repugnet diuinæ naturæ.

Colligit 2. in neg. suppositionem.

Deinde sensũ.

10.

Commentandum est igitur, quòd nomen, Deus, cum supponitur pro natura, nihil prohibet, quin supponatur simul pro personis; quare in affirmante Deus generat, nõ pro natura, sed pro persona supponitur; in negãte verò, quia nõ determinatur subiectũ à prædicato, supponitur nomen pro natura, ac personis simul, & ita significatur, quòd generatio repugnet diuinæ naturæ, & simul etiam personis; ita vt non inueniatur in diuina natura generatio, sicut cum dicitur, homo non est species, negatur prędicatum non solùm de natura, sed de indiuiduis.

In hæc cõmẽtarius.

In affirm. nomẽ, Deus, supponitur pro persona.

In neg. pro natura, ac personis simul.

Exemplum.

11.

Nõnulli Thomistæ aiunt, in affirmãte nomen, Deus, supponi pro Patre; in negãte verò pro tribus personis: sed neq; idverũ est, si res ad normã dialecticã dirigatur; nam in suppositione subiectũ, & prædicatũ supponũtur pro eodẽ. Dicẽdũ est enim in vtraque nomẽ, Deus, supponi pro personis; sed in affirmãte disiũctiuè, sc. pro hac, vel illa persona: in negãte autẽ copulatiuè pro hac, & illa persona: quia quod prędicatur de Deo, non prædicatur de omnibus personis copulatiuè; quod autẽ negatur de Deo, negatur de omnibus, vt diximus, eò quòd nomẽ hoc aliqua ex parte imitatur singularia nomina.

Quorundam Thomistarũ comentarius.

Refutatur.

In vtraque nomẽ, Deus, supponitur pro personis, vt n. 7.

Confirmatio.

12.

QVòd istę sint cõtradicẽtes, Deus generat, Deus nõ generat, auctor est S. Thom. ad 3. cuius tũ verba explicãda sunt. Nam, vt benè obseruat Torres, nequaquã ait, nomẽ, Deus, in negãte supponi pro natura, sed affirmat ũ supponi pro Filio, sc. restrictè pro illo solo. Illud etiã aduertendũ, quod S. Tho. ait, in affirmãte, nomẽ, Deus, supponi pro Patre, intelligit supponi, & verificari, vt aiunt; neq; enim eo tẽpore nominũ suppositiones ita erant elucidatæ, vt conditiones ip-

S. Thom. de neg. explicãdus, vt n. 10. *ex Torres.*

De affirm. vt n. 7.

In negãte supponitur nomẽ Deus, pro personis copulatiuè sc. pro hac & illa.

S. Thom. vt n. 3.

Ratio ex vi nominis singularis.

Confirm. 1. si prædicatum sit nomen substantiuum.

Confirm. 2. *Idem* 1. p. q. 39. ar. 4. ad 2. & 3.

8. Eiusdẽ verba ponderantur. Præmittit discrimen suppositionis inter nomina communia perrationem, & nomen Deus.

9. Colligit 1. in affirmante suppositionem.

sarum suppositionum discernerentur ab illis. Nunc igitur dicimus nomen Deus in illa enunciatione Deus generat, etiã supponi pro Filio disiunctiuè, sed nõ verificari: si verò supponi & verificari coniungas, pro solo Patre supponitur, & verificatur nomen Deus in ista Deus, generat, quia solus Pater generat.

13. *S. Bonau. Alens. Albert. Richard. Durand.* fatetur esse cõmunem sent.

Cum S. Thoma consentiunt S. Bonauent. in 1. d. 4. q. 1. ad 3. & *Alex* Alens. q. 50. memb. 3. art. 2. & Albert. Mag. d. 4. art. 6. Et Richard. q. 1. ad 2. & Durãd. confitetur eam esse communem Doctorum sententiam, ne videantur negare diuinam generationem, si concedãt Deũ non generare; quamuis ille existimet, põderata virtute significationis, concedẽdam esse negantem, Deus non generat, quia Filius non generat.

PARS SECVNDA.

Accepto nomine Deus pro natura diuina, sunt contradicẽtes, Deus generat, Deus non generat.

1. Exopin. de qua c. 18. n. 28. *Caietan.* 1. sent. oppositam titulo deducit, & eã explicat.

SEcunda nobis altercatio est cũ Thoma Caietano, quia ratus inuenisse se individuum illud subsistens, quod vocat hunc Deum, arbitratur, eò quòd illud individuum sit commune Patri & Filio, & Spiritui Sancto, posse de eodem aliquid affirmari, & negari, vt quòd hic Deus generet, & non generet, quia Pater generat, & Filius non generat; sicut de homine affirmatur, quòd currat & nõ currat, quia Petrus currit, & Paulus nõ currit: & hoc intelligẽdi modo affirmat has non esse contradicentes, Deus generat, Deus non generat; sicut neque istas homo currit, homo nõ currit. Caietano videtur assentiri Ioan. Scot. d. 7. q. 1. §. *Quia autem*; quippe docet, nomen Deus in affirmante supponi pro Deitate in concreto. At verò sententiam istã Scoti ad finem cap. elucidabimus.

Exemplum.

Scotus de quo n. 6.

2. Hresent. non est. probabilis 1. Aduert. Est ejusdem suppositionis nomẽ hic De' & nomẽ Deus

Ratio. Hic Deus adhùc est communis. *Caiet.* 2. Aduert.

Ista sententia Th. Caiet. nõ est probabilis; & primò statuendũ est idẽ nos dicere, siue Deũ generare, siue hũc Deum generare dicamus. Nam Deus & hic Deus, licèt significatione aliquantulum differant, quia nomen Deus nõ indicat singularitatẽ quã hic Deus significat; tamen hic Deus adhùc est cõmunis tribus personis, vt etiã Caiet. vult; quapropter est eiusdẽ suppositionis, nomen hic De' & nomen Deus; ergo eodem modo cõtradicentes efficientur, siue dicas Deus generat, siue hic Deus generat. Iam verò quæ sit sententia S. Thom. non obscurum est, cum doceat istas esse cõtradicẽtes, Deus generat, Deus nõ generat, & negantẽ esse falsã. Idẽ autẽ dicẽdũ est de istis, hic Deus generat, hic De' nõ generat. Sed veniamus ad rẽ, si standũ sit Caiet. sent. vt nomen hic Deus, siue Deus supponatur pro natura, affirmatio erit falsa, siue hęretica, hic Deus generat; sicut & ista est hæretica, natura generat. Et confirmatur auctoritate S. Th. qui ait istã, deitas generate esse falsam quia prædicatũ adiectiuũ cõiungitur cũ supposito nominis, sc. cum re, pro qua nomen Deitas supponitur, quod est ipsa natura. Sed Caiet. vult subiectũ istius, Hic Deus generat, nõ supponi pro persona, sed pro illo individuo, quod est natura; ergo in eo sensu hæreticum est dicere, quòd hic Deus generet; non enim ideo negatur à Catholicis deitatẽ generare, quia deitas in abstracto nõ generat; sed quia natura ipsa nõ generat, sed persona; & quia nomẽ deitas non sumitur virtute significandi pro persona, negamus deitatẽ generare. Hæreticũ igitur est dicere, quòd hic Deus generat, ita vt nomen Deus non accipiatur pro persona, sed pro natura, siue in cõcreto, siue in abstracto. Et cõfirmatur quoniã natura in concreto, vel hic Deus, esset res vna genita, & generãs, quod Cõc. Lat. cõdẽnat. Quare hæc opinio Caiet. nõ in nullo periculo versatur: deniq; probatur, quoniã in ea nominis suppositione, vt nomẽ Deus pro natura sola supponatur, & nõ pro personis, est quasi suppositio simplex & immobilis, ita vt sit aptũ subiectũ cõtradictionis, quasi esset suppositio singularis. Ita enim sũt cõtradicẽtes, homo est species, homo nõ est species, sicut Petrus currit, Petr' nõ currit; ergo in eo genere suppositionis, Deus generat, Deus nõ generat, vt pro natura nomen Deus supponatur cõtradicẽtes erũt, & nõ vtraq; vera, vt Caiet. sentit. Dicendũ igitur est non eã esse nominis suppositionẽ propriã pro sola natura; & in ea quidẽ suppositione, si ad libitũ fingatur, illas enũciationes esse contradicentes: quare affirmans est falsa, Hic Deus generat, quia natura etiã in concreto nõ generat, sed persona; negatio vera, scilicèt Deus non generat, quia natura non generat.

Quidam sunt, qui Thomæ Caietano suffragium ferunt, & cum illo concordant,

In vera acceptatione, negans est falsa, vt 1. p. n. 4. *S. Thom.* 2. & vera est in tit. asserta.

In acceptione ficta à *Caiet.* vt in tit. affirmans est hæretica, & negans vera.

1. Probatio Cõfirm. *S. Thom.*

Caiet. vult subiectũ istius Hic Deus generat, non supponi pro persona, sed pro individuo, quod est natura.

Confirm. 2. Hic Deus esset res vna genita & generãs Contra Cõc. *Later.*

2. Probatio Suppositio in tit. est quasi simplex, & immobilis, atque adeo apta contradictioni.

Horum summarium.

Declaratur. Natura etiam in cõcreto nõ generat, sed persona.

Pro *Caiet.* alia explic.

quòd in illis enũc. Deus habeat ſuppoſitionem nominis collectiui. Improbatur 1. vt cap. 23. n. 9.

dant, alio tamen modo dicendi: cenſent enim veras eſſe iſtas enunciationes, Deus generat, Deus non generat; quia hoc nomen, Deus, habeat ſuppoſitionẽ nominis collectiui: quam exiſtimationẽ ſupra refutauimus: ſed etſi vera eſſet opinio iſta de ſuppoſitione nominis, quoad alterum eſt improbanda; quòd negat iſtas eſſe contradicentes, & affirmat eſſe ſimul veras. Nam etſi domus ſit cedrina ſecundum rectum, & lapidea ſecundum parietes, non tamen ſunt concedendæ cõtradicentes, quòd ſit cedrina & non cedrina, lapidea & non lapidea; hæ enim intelliguntur ſecundum idem: itaque ſicut eſt cedrina ſecundum rectum, ita ſimpliciter negandum eſt, quòd non ſit cedrina; quia negatio cadit ſupra eandem partem, ſcilicèt quòd ſecundum rectum non ſit cedrina. Similiter etſi Deus dicatur generare ratione Patris, non tamen diceretur non generare, quamuis Filius nõ generet; quia dũ abſolutè Deus dicitur non generare, intelligitur, quòd ratione eiuſdẽ Patris nõ generat, ſi fingamus eã ſuppoſitionẽ nominis collectiui: ſiverò ſimplicẽ ponam⁹ ſuppoſitionẽ, Deus generat, erit falſa, quia natura nõ generat, pro qua ſupponitur nomẽ Deus ſimplici ſuppoſitione. Si verò propriam ſuppoſitionem confiteamur, quæ eſt perſonalis, Deus generat, veriſima eſt; Deus non generat, falſa: Et hoc maximè confirmatur, quia ſimilitèr falſa eſt, Deus nõ eſt homo, quãuis Pater non ſit homo; quia ſignificatur quòd nulla perſona ſit homo. Et iterum Deus non eſt Pater, falſa eſt, quamuis Filius nõ ſit Pater. Et ita opinatur Barthol. Torres ad iſtũ articulũ, & plures alij.

Improbatur 2.

Exemplum in quo negans eſt falſa.

In ſuppoſitione ſimplici, affirmatio eſt falſa. In perſonali eſt vera

Improbatio - nis cõfirmatio ex his falſis, Deus nõ eſt homo, nõ eſt Pater. *Torres.*

4. 3. Explicatio, quòd Deus ſupponatur pro natura abſolutè.

Sed eſt iſtius opinionis Caietani quędam explicatio non contemnenda, vt hic Deus dicatur generare, & non generare, ita vt nomen Deus neq; ſupponatur pro perſonis, neq; pro natura pręciſa, quaſi ſimplici ſuppoſitione, ſed pro natura abſolutè, prout ea, quæ inueniũtur in hypoſtaſibus, inueniuntur in natura; nam ea quę inſunt primis ſubſtantijs, per primas inſunt ſecũdis: eſt enim homo albus, quia Petrus eſt albus. Eadẽ ergo ratione, Deus generat, & Deus nõ generat; ita vt nomen Deus non ſupponatur pro perſonis, ſed neq; pro natura præciſa à perſonis, ſed tamen pro ipſa natura, vt eſt in perſonis.

Exemplum.

A Ad hoc tamen reſpondendum eſt, in his enunciationibus, homo currit, homo non currit, ſubiectum ſupponi non pro natura communi: licèt enim nomẽ, homo, ſignificet naturam communem, ſuppoſitio tamen non ſequitur ſignificationem ipſius nominis, ſed accõmodatur alijs partibus propoſitionis. Quare nomen homo, in his contingẽtibus ſupponitur pro ſingularibus, & eadem ſuppoſitio eſt, ſi dicas homo currit, & aliquis homo currit, quæ eſt ſuppoſitio perſonalis diſiunctiuè exponẽda. Quare ad hunc modum nominis cõmunis, libenter concedimus, nomen Deum ſupponi pro perſonis, cum prædicatum eſt perſonale in affirmatione; at verò in negante pro natura & perſonis ſimul ob quandã conditionem nominis ſingularis, vt explicatum eſt. Thomas verò Caiet. reuocabat ſuppoſitionẽ iſtius nominis ad immobilem, quaſi ſimplicẽ ſuppoſitionem: quia hic Deus eſt ſingulare quid, & de iſto ſingulari aiebat dici cõtradicẽtia. Quod non habet exemplum in propoſitionibus cõſtantibus ſubiecto cõmuni. Neq; verò in re ipſa cognita, eſt ſimilitudo vlla: nam naturæ communi, quæ in ſolo intellectu eſt communis, accidunt contraria accidentia, quæ tamen non coniunguntur cum natura in illa cõmunitate, ſed cum hac & illa natura, quæ ſunt diuiſæ; & ideo naturæ communi poſſunt accidere oppoſita, quia ipſa natura cõmunis eſt in ſingularibus diuiſa, in quibus illa oppoſita inueniuntur; accidunt autem oppoſita naturæ communi, vel quia contrahunt illam vt differẽtiæ, vel quia adueniunt naturæ contractę, & diuiſæ, vt accidentia; ſed non accidunt, quaſi inſint, & inhæreant naturæ cõmuni. Natura autem diuina eſt communis communitate reali, ita vt nõ diuidatur in perſonis, ſed ſemper maneat communis. Quare non poſſunt de eadem dici contradicentia, aut contraria, ſcilicèt quòd generet aut non generet, generetur aut non generetur; neque enim hæc poſſunt intelligi quaſi accidere naturæ communi ratione ſingularium, cũ enim in diuiſa ſit in ſingularibus, nullã appellationem accipit à ſingularibus, ſicut cum dicimus homo currit, quia Petrus currit, eſt enim Petrus quidã homo, & homo diuiditur in Petro. Nõ verò dicitur Deus generare, quia Pater genetat, quaſi

5. Refutatur.

In hac contingenti, homo currit, eadẽ eſt ſuppoſitio, ac ſi dicas, aliquis homo currit, quę eſt ſuppoſitio perſonalis diſiunctiuè exponenda.

Eadem eſt in hac affirm. Deus generat.

De neg. vt 1. p. num. 10.

Caietani mens.

Eius exemplũ de quo num. 1 improbatur.

Naturæ per rationem cõmuni poſſunt accidere oppoſita, quia ipſa eſt in ſingularibus diuiſa.

Secus de natura diuina, quæ ſemper manet communis.

Vnde nullam appellationem accipit à ſingularibus.

si Pater sit quidam Deus generans, sed dicitur Deus generare duntaxat, quia supponitur nomen pro persona generãte; nulla autem ratione generatio conuenit naturæ, aut accidit naturæ. Itaque non est exemplum, aut similitudo in his enunciationibus, quas vocant indefinitas: neque in rebus ipsis communibus; cum nomen, Deus, supponatur speciali suppositione, & res cognita sit communis communitate reali, non diuisa in singularibus.

6. 4. Explicatio, quòd Deus supponatur pro Deitate in cõcreto. *Scot.*

Quidam aliter interpretantur Caietanum, sentiunt etenim nomen, Deus, in his enunciationibus supponi pro natura diuina in concreto; in quo consentit cum Caietano Scotus. Affirmant autẽ idem esse supponi, & significare; quare sicut nomen, Deus, significat naturam diuinam in concreto: ita & pro eadem eodem modo supponitur; & sicut non significat personas diuinas, si propriè loquendum sit, ita neque pro eis supponi propriè; sed eas solummodò connotare. Cum verò Caiet. ait nomen, Deus, posse supponi pro persona Patris, interpretantur de impropria suppositione, siue significatione, qua inquiunt, nomen supponi pro ea re, de qua veritas enunciationis ostẽditur, quod anteà diximus vsu dialectico verificari; vt Deitas nomẽ abstractum non supponitur propriè pro Patre, sed verificatur de illo, cum enunciamus, Pater est Deitas. Eodem modo illi putant in affirmante, Deus generat, nomen Deus, non supponi pro Patre, sed verificari de illo. Quem eundem sensum arbitrantur esse germanum doctrinæ S. Tho. dicentis nomen Deus, in illa affirmatione supponi pro Patre. Censent tamẽ nomine sic suppositio pro concreto Deitatis, has esse contradicẽtes Deus generat, Deus non generat; quo asserto à Caietano disident.

Hæc explic. dicit 1. idem esse supponi propriè, & significare.

Dicit 2. nomẽ Deus, non supponi pro personis, sed connotare illas.

Dicit 3. affirmantem, ideò esse verã, quia nomen, Deus, verificatur de Patre; quod vocat supponi impropriè, seu connotare.

Scotus ait contra Caiet. illas enunciationes esse contradicẽtes.

7. Hæc explicatio tuta est, sed non ad mentem *Caiet.* Ostenditur.

In hac sententia nihil est periculi, & eodem sensu in tuto est Scoti pronunciatum; quæ tamen interpretatio à mẽte Caietani longè abest. Nam ille altero sensu, quo nomen supponitur pro personis, affirmat esse contradicentes cum S. Thoma. Cum verò supponitur pro cõcreto Deitatis, ait esse subcontrarias. Aliam ergo suppositionem hìc excogitauit Caietanus, & non illam qua connotantur personæ, vt isti Doctores volunt, siquidèm connotatis personis sunt contradicentes, & non subcontrariæ.

Hæc igitur explanatio reuocat istas contradicentes ad suppositionem nominis Dei personalem, de qua disputauimus p. 1. capitis, multa verò sunt quę in ea displicent. Primum, quia confundit significationem nominis cum suppositione, quæ est erroris origo. Nomẽ enim Deus, etsi non significet personas, supponitur tamen pro illis. Secundum videtur esse falsum quod aiunt, nomẽ hoc connotare personas, & non supponi pro illis. Nam nomen commune dicitur à nonnullis connotare singularia, quasi secundo loco illa significet: connotare enim est simul notare: supponitur autẽ nomen commune pro singularibus, quę connotat: ergo & nomẽ, Deus, pro personis. Tertium verò, quod est præcipuũ, falsò affirmant, asserentes affirmationẽ, Deus generat, idcircò esse veram, quia nomen, Deus, verificatur de Patre, etsi non supponatur pro illo. Nam si ea esset causa veritatis istius affirmationis, Deus generat, similiter esset vera affirmatio, Deitas generat, quia nomẽ, Deitas, verificatur de Patre. Verè enim dicimus, Pater est Deitas. Necesse est igitur concedant nomẽ concretum, Deus, non solùm verificari de Patre, sed Patrẽ & personas diuinas inuolui ipsa significatione huius nominis concreti, & importari hoc nomine diuinas personas, ita vt loco personę ponatur nomẽ Deus, ponai autem nomen loco rei est proprijssimè supponi. Deitas ergo nomen abstractum suo modo significandi non importat personas, & ideò non supponitur pro illis: quam ob causam falsa est affirmatio, Deitas generat. Nomen autem concretum, Deus, suo modo significandi importat personas, & supponitur pro illis. Et reddit veram affirmationẽ, Deus generat, quia nomen, Deus, ponimus pro persona generante, quę est sententia S. Thomæ apertè dicentis nomẽ, Deus, supponi pro personis, eaque est Theologis receptissima: & firmatur auctoritate S. Ioan. Damascen. lib. 3. de fide, cap. 4. dicentis diuinitatem indicare essentiam, Deum verò indicare supposita, scilicèt ipso modo significandi concreto, quo pro multis supponitur. Et hęc quæ ad normas dialecticorum vsitatas diriguntur, verisimiliora sunt, & cum veris concordant. *S. Damasc.*

8. Approbatur prout ait Deũ supponi personaliter, vt q. n. 10. Improbatur 1. dictum, vt confusum. 2. vt falsum.

Exemplum. Nomen commune supponitur pro singularibus quæ connotat.

3. vt falsum.

Aliàs hæc est vera, Deus generat, quia Deitas verificatur de Patre.

Non Deitas, sed Deus suo modo significandi importat personas, & supponitur pro illis.

Confir-

Confirmatio.

9. *S. Thom. Alens. Alb. Magn. Richard. Durand. Capreol.*

HÆc est sentẽtia S. Thomæ, & Alex. Alens. q. 50. memb. 3. art. 2. & Albert. Magn. d. 4. q. 6. & Richard. q. 1. ad 1. Durand. q. 2. Capreol. q. 1. art. 3. qui omnes consentiunt in ista propositione, Deus generat, nomen Deus, supponi, non pro natura, sed pro persona.

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Arg. *Durandi.* pro sua sent. de qua 1. p. n. 1.

SVnt tamen argumenta contraria cõfutanda, & quòd hæc negatio, Deus non generat, vera sit, ex eo probat Durand. quia sicut Patri conuenit generare, ita & Filio non generare: ergo sicut de Deo prædicatur generare propter Patrem; ita de eodem Deo prædicatur non generare propter Filium.

2. 2. Arg.

Secundò responsionem nostram repellit, quòd scilicèt nomen, Deus, ex eo quòd est singulare, sit subiectum contradictionis; quia (inquit) Deus habet conditionem nominis communis non singularis, cum pro tribus personis supponatur; quare non est subiectum contradictionis.

3. 3. Arg.

Tertiò arguit. Quòd si in enunciatione negante, eò quòd est nomen singulare, pro tribus personis simul sumitur nomen, Deus, cum dicimus, Deus non generat, ita vt sit sensus, quòd neque Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus generet; idem erit genus suppositionis in affirmante, cum dicimus, Deus generat, vt sensus sit, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus generet.

4. 4. Arg.

Quartò idem probat; nam de eadem persona subsistente in duabus naturis, scilicèt de Christo, dicuntur contradictoria; ergo de eadem natura in distinctis personis possunt dici contradictoria.

5. Consensio Caietani cum Durando.

Thomas autem Caiet. ferè eandem sententiam tuetur, nisi quòd Durandus ait esse ambas veras, dum nomẽ, Deus, supponitur personaliter: Caietanus verò ait, esse ambas veras, dum idem nomen supponitur quasi simplici suppositione pro sola natura; probatque suam opinionem, quia sicut de homine prædicamus, quòd currat, & non currat, quia natura est communis personæ currenti, & non currenti; ita etiam de hoc Deo, quia est individuum commune personæ generanti, & personæ non generanti, vtrumque verè dicitur, & quòd generat & quòd non generat. Et confirmatur verbis S. Fulgent. lib. 3. ad Transimundum, cap. 6. *Verè passus passioni non subiacens*, quæ sunt contradicentes de eodem Deo.

Confirm. ex *S. Fulgent.*

Diffensio ab eodem.

Vlt. Arg. *Caietani.*

Aduertenda.

6. Aduertend. *ex S. Thom.* diferimen inter naturã cõmuné creatã, & increatam vt cap. 26. p. 2. num. 5.

NOs verò vtrumque argumentum eadem obseruatione refutabimus explicantes ea, quæ docet S. Thom. ad 3. assignat quippè discrimen inter naturam communem creatam, & increatam; quia natura creata solâ vnitate rationis est communis, re autem ipsa est res plures; quare cum affirmatur de homine quòd currat, & quòd non currat, nomen homo accipitur pro diuersis hominibus, ita vt negatio & affirmatio nõ inueniatur in eodem. Natura autem diuina est communis vnitate reali; quare quod negatur de illo vno, negatur de tribus personis, quæ in illa vnitate reali conueniunt.

7. Difficultas posita in 1. arg. *Durandi.*

Hæc autem adhùc indigent commẽtario. Nam si generatio diuina nõ prædicatur de illo vno, scilicèt de natura, vt paulo ante docuimus, sed de persona aliqua, scilicèt de Patre in affirmatione, Deus generat; etiam in negatione, Deus non generat, generatio non negabitur de illo vno, scilicèt de natura, sed de Filio; & ita non negabitur de tribus personis propter vnitatem naturæ, vel affirmabitur de tribus propter eandem vnitatem naturæ, vt Durand. arguit. Dicẽdum est igitur est nomen Deus, in his enũtiationibus supponi pro persona iuxta nominis significationem, ita vt non supponatur pro nuda persona, sed pro persona habente naturam diuinam; supponitur enim pro eo quod est Deus, & ita supponitur pro pluribus ratione vnius naturæ: quo differt istud nomen à nomine homo, vt sapientissimè S. Doctor indicauit: nomen enim homo, supponitur pro pluribus hominibus, quia conceptu confuso cõtinet plures humanitates; nomen autem Deus supponitur pro pluribus personis, ratione vni⁹ Deitatis. Quamobrem in affirmante non verificatur prædicatum de omnibus per-

Responsio. In his enunciationibus nomen Deus, supponitur pro persona iuxta nominis significationẽ, sc. pro eo quod est Deus.

Per hoc quòd prædicatū cōiungitur cum vno Deo, non cōiungitur cū omnibus personis vni⁹ Deitatis.

Secùs in remotione.

sonis vnius naturæ, cum dicimus Deus generat; quia per hoc, quòd prædicatū coniungitur cum vno Deo, non coniungitur cum omnibus personis vnius Deitatis. At verò in negatione, Deus non generat, per hoc quòd prædicatum remouetur ab vno Deo, remouetur ab omnibus personis, quæ illa vnitate continētur. Vnde scitè colligit S. Thom. quòd si Deus generat, & Deus non generat, essent duo Dij, quia in vno Deo si generatio inest, non potest ab eodem generatio remoueri.

Responsio.

8. Ad 1. arg. *Durandi* ex aduert.

AD primum argumentum Durandi respondetur, quòd in ista enunciatione, Deus non generat, non est sensus, quòd alicui personæ conueniat non generare; sed est sensus, quòd ab illa vnitate Deitatis, in qua personę conueniūt, excludatur generatio, ita vt nulla persona generet, sicut declaratum est.

9. Ad 2. arg. ex eodem aduert.

Ad secundū respondetur nomen singulare necessariò esse subiectum contradictionis, etiamsi habeat conditionē suppositionis communis; quia illa vnitas singularitatis efficit, vt in enunciatione negante prædicatum remoueatur ab omnibus contentis in subiecto, vt dictum est.

10. Ad 3. arg. ex eodem.

Ad tertium ijsdemmet dictis facimus satis; assignauimus quippè discrimen quare in affirmante prædicatum nō verificetur de omnibus personis, in negāte verò de omnibus remoueatur.

11. Ad 4. arg. ex eodem.

De Christo non prædicā tur contradictoria, sed benè quidē contraria.

Ad quartum respondetur de Christo Domino non prædicari contradictoria, sed benè quidē contraria; est enim mortalis, & immortalis; quare contradicentes sunt falsæ, scilicèt, quòd non sit mortalis, aut quòd non sit immortalis. Negatio enim absolutè remouet prædicatum; affirmatio autem ponit quidem prædicatum non absolutè, sed iuxta id, quod postulat sensus enunciantis; & ita Christus est mortalis, & immortalis absolutè, quod tamen interpretamur secundum diuersas naturas. Cum verò contradicentes occurrunt quòd non sit mortalis, aut quòd non sit immortalis, absolutè sunt falsæ, quia absolutè remouentur ista prędicata à Christo; est enim negatio malignæ conditionis, vt aiunt.

Negatio est malignæ conditionis.

12. Ad vlt. arg. ex eodem aduert.

Ad vltimum Thomæ Caietani argumentum respondetur ex eadem obseruatione, quòd nomen, homo, supponitur pro pluribus, non seruata vnitate naturæ: quare in negatione illa, homo non currit, non remouetur cursus à personis omnibus, quia non sunt vnius individuę naturæ; sed ab vno homine remouetur, & ab alio homine non remouetur; & idcircò homo currens, & homo non currens, est vnus, & alius homo; Deus autē vnus est, & nō potest dici, quòd sit Deus generans, & Deus non generans; quia essent plures Dij. Ad confirmationem respondetur, S. Fulgentium vsurpare nō passum pro impassibili; & ita non sunt contradicentia, sed contraria prædicata: neque illa affirmat de Deo, vt vult Caiet. sed de Christo hypostasi indiuidua, de qua nullo modo possunt contradicentia affirmari.

Nomē homo supponitur pro pluribus non seruata vnitate naturæ.

Ad confirm. ex *S. Fulg.*

CAPVT XXVIII.

Deus generat Deum, qui non est Pater.

1. Connexio huius quæst. à præcedente.

QVæstio ista coniuncta est cum præcedente, tum propter nominum similem suppositionē; tum maximè, quia ad alias contradicentes tractandas, disputando istas compellimur.

2. Hæc est recepta, Deus generat Deum.

Illud autem à Doctoribus cum confessu recipitur, quòd Deus generet Deū. Probat autem hoc ipsum S. Thom. verbis Symboli, *Deum de Deo.* Et confirmatur, quoniam in Concil. Later. permittitur ista enunciatio, Deus generat, & similis est ista, Deus generatur; nihil autem prohibet, siquidem Deus generat, & Deus generatur, simul colligere istam, Deus generat Deum; Deus enim generans generat Deum genitum. Et hæc perspicua sunt. Familiare autem est S. Hilario Deum ex Deo natum dicere, vt lib. 8. de Trinit. & alijs.

Probatur à *S. Thom. ex Symbol.*

Confirm. ex *Conc. Later.*

S. Hilar.

3. 1. Dub. Vtrum Deus generet se Deum, vel alium Deum?

Sed iam quæritur, vtrùm Deus generet se Deum, vel alium Deum? Quæ sanè quæstio aliquantulùm vexauit Magistrū sententiarum. Ioan. Scot. in 1. d. 4. q. 2. concedit istud enunciatum, Deus generat eundem Deum, quod idem est ac si diceret, Deus generat se Deū, nisi quòd minùs latinè dicit eundem Deum; nam idem refert id, quod anteà dictum erat; refert ergo Deum generantem: quòd si Deus generat eundem Deum, scilicèt eundem, qui generat; profectò generat se

Magist. De priore *Scotus* affirmat alijs verbis.

Probatex *Aristot.*

Idem & diuersum opposita sunt.

Respons.

A negatione copulatiuæ cõsequitur affirmatio alterius partis disiunctiuæ.

Cum arguitur, Nõgenuit eũdem Deũ, ergo genuit diuersum, variatur appellatio, & arguitur à negatione copulatiuę ad affirmat. vnius p. determinatè.

De priore p. Resolutio negat q; ódDeus genuit eundẽ Deum, vel se Deum.

S. Hilar. etiam negat de alio Deo.

Idem. similiter.

S. Thom. & *Augusti.*

Idem contra loquens & *S. Thom.* explicatut 1. clariùs.

se Deum. Probat autem Scotus, quòd Deus genuit eundem Deum Aristotel. pronunciato ex lib. 10. Metaph. tex. 12. quia idem & diuersum opposita sunt; sed non genuit diuersum *Deum*: ergo eundem. Respondetur tamen facilè, concedendo ea esse opposita absque vllo medio. Sed cum arguitur à negatione vnius ad affirmationem alterius, obseruanda est suppositio, & appellatio dialectica. Nam cum dicimus non genuit eundem *Deum*, negamus esse naturam, & personam eandem in genito: & à negatione copulatiuæ consequitur affirmatio alterius partis disiunctiuæ, scilicèt aut natura, aut persona est diuersa in genito; diuersa, inquam, hoc est distincta: nam diuersum, vt est oppositum ad idem, sumitur ampla significatione, pro quocunque distincto, quod non est idem. Cum autẽ arguitur, Nõ genuit eundem Deum; ergo genuit diuersum Deum, variatur appellatio: quia ex hoc quòd non genuit eundem in persona colligitur quòd genuit diuersum in natura, nam Deus diuersus significat diuersitatem in Deitate: & virtute consequentiæ arguitur à negatione copulatiuæ, ad affirmationẽ vnius partis determinatè, vt elucidauimus, quia ex hoc quòd non genuit eundem Deum in natura, & persona, colligitur quòd genuerit diuersum in natura, hoc enim significamus per diuersum *Deum*. Negandũ ergo est absolutè quòd genuerit eundem Deum; quia relatiuũ, idem, refert eundem Deum generantẽ, quasi dicas genuit se *Deum*. Quam sententiam firmat S. Hilar. lib. 1. de Trinit. his verbis, *Deum ex Deo natum, neque eundem natiuitas permittit esse, neque aliud*. Ecce impossibile est nasci eundẽ Deum ex Deo: sed neque nascitur aliud, siue alius Deus; sed alia persona. Et iterùm libr. 8. profitetur Filium genitum, neque alium Deum esse, neque ipsum Deum, scilicèt neque Deum generantẽ, neque alium Deum. Meritò itaque S. Thom. negat istã, Deus generat se Deũ, quam eandem negat S. August. lib. 3. ad Maxim. cap. 14. *Genuit* (inquit) *quod ipse est, non autem alterum se*. Refertur autem idem S. August. epist. 66. ad Maximum contrarium asserens, quòd scilicèt Deus Pater genuit alterum se, & S. Thom. ad 4. interpretatur hoc dictum duobus modis. Primo, vt relatiuum, se, A mouetur in casu, quasi dicat, genuit alterum à se, qui commentarius durus est. Melius igitur dicendum, aut esse mendum in litera, aut figuratam esse loquutionem, vt indicetur maxima similitudo; genuit alterum se, scilicèt alterum sibi simillimum, est enim imago Patris, quasi alter Pater, quo pacto dixit S. Ambros. lib. contra Arianos, cap. 6. pereleganter, *Quod est enim Filius de eo quod Pater est; alius idem.* Quòd si idem dicas neutro genere, nihil est dubij. Si verò, quod venustius est, dicas masculino genere, illa antiphrasi contraria significatur alius quidem, sed simillimus qui posit figurâ dictionis vocari idem. Marius verò Victor. lib. 1. contra *Arium*. *Nos contra* (inquit) *non enim similem, sed eundem dicimus, quippè ex eadem substantia.* Vbi posuit masculinum genus pro neutro: non enim dicendum est Filium esse eundem, sed idem cum Patre. Disputationem istam S. Doctor absoluit, affirmãs, quòd Deus genuit Deũ, neque se Deum, neque alium Deũ, quia hæc relatiua coniuncta cum Deo significant, aut personam esse eandem, si generet se Deum, aut naturam diuersam, si genuit alium Deum: nam alius Deus, non est, vt anteà docuimus. Obseruat etiam huic enunciationi, Pater genuit alium Deum, posse subesse diuersum sensum, scilicèt vt relatiuum, alium, non cõiungatur cum nomine Deo, ac si dicat, genuit alium, qui alius est Deus, vel genuit alium, & illum quidem Deum, quod est dictum per appositionem. Partem hanc disiunctiuæ, vel genuit alium Deũ, negant cum S. Thoma q. 39. art. 4. Ioan. Scot. in 1. d. 4. q. 1. Durand. q. 2. Marsil. q. 8. ad 3. Hugo de S. Victor.

Nouum subindè dubium proponitur. Siquidèm Deus generat Deum, vtrùm generet Deum, qui est Pater, vel Deum qui non est Pater? Præpositiuus vtrãque negabat, vt refert S. Thom. ad 5. affirmantem negabat, quia significat Deum genitum, scilicèt Filium esse Patrem; cũ enim dicimus Deus genuit *Deum*, qui est Pater, relatiuum, qui, refert Deum genitum. Negantem etiam falsam esse dicebat, quia significaret Deum non esse Patrem. Cum enim dicimus Deus generat Deum, qui non est Pater, videtur hoc ipsum affirmari, quòd Deus non sit Pater. Nihilominùs respondendum est cũ S. Tho-

Explicatur 2. melius.

S. Ambros.

S. Thoma prov traque p. resolutio, De' genuit Deum, neque se Deó, neq; aliũ Deũ.

Ratio.

Posterioris partis sensus diuersus.

Absolutè eam negant *Idem, Scot. Durand. Marsil. Hug. de S. V.* 4.

2. Dub. de duabus propositi. *Præp.* vtrãq; negat apud *S. Thom.*

Ratio contra affirm.

Ratio contra neg.

Resolut.cum *S. Thoma* eas esse contradicentes secũdum copulam prædicati.

Declaratur.

S. Thoma, has esse contradicentes secũdum copulam prædicati, vt aiunt dialectici: est autem copula prædicati, cum integrà enunciatio fit pars prædicati, quæ constat nomine, & verbo, & significat verum, & falsum; verbum quippè à dialecticis dicitur copula enũciationis, quia coniungit formam significatam in prædicato cum subiecto. Cum igitur pars prædicati est enunciatio verũ, aut falsum significans; possunt in ea contineri contradicentes. Et quia relatiuum, qui, refert Deum, sicut sunt contradicẽtes; Deus est Pater, Deus non est Pater; ita etiam in copula prædicati, qui est Pater, qui non est Pater, est cõtradictio, quia, vt ait Arist. 2. periherm. de codẽ, de quo est affirmatio, est negatio.

Arist. 5.

1. Obiectio ex *S. Thom.* cõcedẽte alias duas similes esse si nulveras, nõ contradicẽtes.

Dubium tamen hinc oritur circa illas enunciationes, quas concedit S. Thom. 1.p.q.39. art.5. ad 5. essentia est res generans, & est res non generãs: cum enim vtramque veram esse concedat, tollatur non esse contradicentes. Et tamen vidẽtur contradicentes esse. Nam si negatio quæ est pars prædicati, facit contradicentes; etiam istæ contradicentes sunt, in quibus negatio, scilicèt non generãs, est pars prędicati. Et ostenditur hoc idẽ, si similes faciamus enunciationes; essentia est res, quæ generat, & etiam est res, quæ non generat, quæ etiam sunt veræ, & non contradicentes; & tamen in parte prædicati est contradictio. Respondendum est, tum esse contradicentiam in parte prædicati, cum prædicatum est quidpiam singulare, ita vt copula implicationis pro eodem sumatur; aliàs pro diuersis non est contradictio: in illa autem enunciatione, Pater genuit Deum, prædicatum Deus, etsi sit significatione commune, est tamen ibi suppositione singulare; quia supponitur ibi pro Filio, scilicèt, pro Deo genito, de quo possunt enunciari contradicentes; & relatiuum, qui, refert ipsum Filium. Cum verò dico, Essentia est res quæ generat, & res quæ non generat, prædicatum, res, est significatione, & suppositione cõmune; potest etiam supponi pro natura, & pro personis; & relatiuum, quæ, refert rem communem, de qua, quia communis est, non possunt enunciari contradicentes, sed subcontrariæ, Quædam res est generans, quædam res non est generãs. Quia igitur ibi nomen, res, supponitur communiter, relatiuum, quæ, dum dicimus, res quæ generat, res quæ non generat, non supponitur pro eodem, sed pro diuersis, & non sunt contradicentes; neque S. Thom. dixit copulam implicationis facere contradicentes, sed posse facere contradicentes, obseruatis præscriptis dialecticis; vt modò disputabamus; eruntq; contradicentes, Essentia est res generans, essentia non est res generans, Essentia est res quæ generat, essentia nõ est res quæ generat, vt totum prædicatum negetur. Alter defectus suppositionis contingit in contradicentibus, quæ prædicato appenduntur; estque ea res subobscura apud S. Thom. q. 36. artic. 4. Nam istas negat esse contradicentes, Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, quod est Pater; Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, quod non est Pater; & tamẽ principium Spiritus Sancti est nomen singulare, sicut Deus, quia significat proprietatem singularem, licèt communẽ duabus personis; ergo sicut in illis propositionibus in quibus prædicatur Deus, per copulam implicationis fiunt cõtradicentes, verbi gratia, Deus generat Deum, qui est Pater, Deus generat Deũ, qui non est Pater: ita & istæ, in quibus prædicatur principium Spiritus Sancti (quod est nomen singulare, sicut Deus) adiunctâ copulâ implicationis erunt cõtradicentes, quod S. Thom. negat, aitque esse vtramque falsam.

Idem solum ait copulam implicationis posse facere contradicentes.

2. Obiectio instans ex eode, ponente alias duas similes simul falsas, no contradicẽtes.

6. Respõsio eiusdem perspicua

Responsio Declarans discrimen.

In istis duabus prędicatũ res, quam refert relatiuum, quæ, est significatione, & suppositione cõmune: quare sunt subcontrariæ.

Responsio S. Thomæ perspicua est; ait enim principium Spiritus Sancti supponi ibi suppositione confusa pro Patre & Filio, ita vt pro neutro supponatur distinctè, neque copulatiuè, neque disiunctiuè; suppositum enim nominis ex modo significandi est vnum, quia est nomẽ substantiuum; sed res pro quibus nomẽ supponitur sunt duæ, & non est vna res communis; significat enim nomen istud proprietatem, & supponitur immediatè pro duabus personis, vt anteà docuimus. Quare cum dicitur Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, quod est Pater, indicatur quòd Filius sit Pater, siquidèm Filius illo nomine confusa suppositione continetur: & cum dicitur Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, quod non est Pater, significatur quod Pater, qui eodem nomine continetur confusè, non sit Pater.

In istis duabus, principiũ Sp. Sancti supponitur suppositione confusa pro Patre & Filio.

Exemplum aliarum duarum falsarum ob confusionē prædicati.

ter. Exemplum est, si dicamus, ad iter necessarius est equus qui est Brunellus, vel necessarius est equus qui nō est Brunellus, vtrumque falsò enūciatur; propter confusionem prædicati illius, equus, quod supponitur confusò, & nihil sub illo nomine potest distinctè indicare. Nomen autem, Deus, non supponitur confusa suppositione in illis contradicentibus, Pater generat Deum qui est Pater, vel Deum qui non est Pater; sed supponitur determinatè pro Deo genito, scilicèt pro Filio, & est prædicatum aptum, cui si adiungas copulam implicationis efficias contradicentes.

7. Obseruand. Relatiuū, qui, supponitur eadem suppositione antecedentis, & verificatur de eodem.

Est tamen obseruandum iuxta dialectica scita, quòd relatiuum, qui, supponitur eadem suppositione, qua supponitur illud nomē, quod refert; & præterea verificatur de eodem; verbi gratia, si dicas, quidam homo ambulat, qui etiam loquitur, relatiuum, qui, supponitur pro quodam homine, sed tamen verificatur de eodem homine, qui ambulat; aliàs falsa erit enunciatio. Quare perspicuum est falsam esse propositionem, Deus generat Deum, qui est Pater; cum enim dicimus Deus generat Deum, nomē Deus supponitur pro aliqua diuina persona, sed tamen in subiecto verificatur de Patre, & in prædicato verificatur de Filio; ergo si copula adijciatur prædicato, dicendo, Deus generat Deum, qui est Pater, relatiuum, qui, verificatur de eadem persona, de qua verificatur prædicatum Deus, scilicèt de Filio; & est sensus, quòd Deus Filius sit Pater, quæ est hæretica. Quare copula contradicens est verissima, Deus generat Deum, qui non est Pater. Sunt verò exponenda verba illa S. Augustini lib. 3. ad Maxim. quæ iam retulimus, *Pater genuit id quod est*, nam cum vtatur nominibus relatiuis, hæc in genere neutro non referunt personam, sed naturam, quasi dicat, Pater genuit Deum, & hoc ipsum est Pater, ità vt id, vel quod, referat in genere neutro non personam, sed naturam.

Exemplum. Infertur resolutio, vt n. 4. scil. affirmantem esse falsā, negantem veram.

Exponitur *S. August.*

8. Improbatur dictum quorūdam apud *Torr.* quòd Deus generās est Deus genitus, Deus genitus generat. Et Sabellianū

Quā in re non possum non admirari viros Theologos, qui concesserunt has propositiones, Deus generans est Deus genitus, Deus genitus generat, vt refert Bartholomæus Torres dub. 3. Quæ verba absque dubio Sabelliana sunt, Deus enim Pater non est Deus Filius; sed neque est Deus alius; sed quia alius est, scilicèt alia persona, ideò non est Deus Filius. Quid enim intelligimus nomine Patris, nisi Deum Patrem, siue Patrem Deū? atquì catholicè confitēdum est Patrem non esse Filium; ergo Deus Pater non est Deus Filius.

9. Declaratur.

Sed in his enunciatis procurandum maximè est, summoque studio cauendū, ne variato loquendi modo decipiamur; quia enim adiectiuum supposito nominis substantiui copulatur, Deus generās supponitur pro persona generante, & Deus genitus pro persona genita, simpliciter, & absolutè loquēdo. Quarè hęc est omninò falsa, idem Deus generat, & generatur: & ex Concilij Later. definitione facilè improbatur; quia illa res, vna, & eadem, siue in concreto, siue in abstracto non gignit, aut gignitur, vt antea docuimus: idem tamen Deus est res generans, & res genita, & est genitor, & Filius, siue natus substantiuè; adiectiuè autem copulatur generatio, aut cū persona, & ita non est eadem generans, & genita, aut cum natura, & ita neque illa generat, neque generatur. Nullo ergo modo idem Deus generat, & generatur. Sed illa alia propositio & substantiuis, & adiectiuis nominibus est falsa, siue adiectiuis dicas, *Deus generans* est Deus genitus; siue substantiuis, Deus Pater est *Deus Filius*.

Adiectiuum supposito nominis substātiui copulatur

Vnde hæc est falsa, Idē Deus generat, & generatur.

Probatur ex *Conc. Later.*

Consentaneè autem ijdem Doctores, qui concedebant Deum generantē esse Deum genitū, concedebant, quòd Deus generat Deum, qui est Pater, contra doctrinam S. Thomæ, & apertissimam veritatem, vt probatum est.

Idem tamen Deus est res generans, & res genita, & est genitor, & Filius, siue natus substantiuè.

Rectè autem docet S. Thom. ad 3. negandum esse, quòd sit Deus generans, & Deus non generans, quia ibi prædicatur generans, & non generans de Deo, & sunt contradicentes, & essent duo *Dij*, si esset Deus generans, & Deus non generans, vt obseruauimus. Sed indè nō sequitur eundem esse Deum generantē, & non generantem; sed potiùs consequitur Deum generantem esse, Deum autem non generantem non esse, quia sunt contradicētes termini de vno Deo. Quare de Patre, & Filio benè hæc dicuntur, de Patre, quòd sit Deus generans, de Filio, quòd sit Deus non generans, vt S. Doctor ibidem docet, quia tunc generans, & non generans supponuntur pro Patre, & Filio, quæ sunt istarum

At illud dictum, & substantiui, & adiectiuis nominibus falsum est.

10. Idem dictum repugnat resolutioni traditæ n. 4. & 7.

11. Negatur cum *S. Thoma*, quòd sit Deus generans, & Deus non generans, vt cap. 26.

Non sequitur eundē esse Deū generātem, & non generantem.

rum enunciationũ ſubiectas; ſed de Deo prædicari non poteſt, quòd ſit generãs, & non generans; neque de Deo non generante aliquid verè affirmatur. Solus enim Deus vnus eſt, Deus autem generans eſt, Deus non generans non eſt verus Deus; quia Deus non generans ſignificat Deum non generantem, & ſimul nullam perſonam Deitatis generantem.

Deus non generans nõ eſt Deus verus.

Ratio, vt cap. 26. p.2. n.3.

12.

Vltimum dubium eſt cum ijſdẽ ſcholaſticis verſandum, vtrùm hæc enunciatio vera ſit, Hic Deus eſt hic Deus, ita vt in ſubiecto oſtendatur Pater, & in prædicato Filius. Quidam affirmabant, vt refert Bartholom. Torres loco recitato, propter vnitatem Deitatis, & quia in illa enunciatione, Deus eſt hic Deus, nulla indicatur oppoſitio originis, vt perſonas diſtinguamus. Itaque ſola ſignificatur vnitas Deitatis.

Vlt.dub. An ſit vera, Hic Deus eſt hic Deus.

Affirmant quidam apud *Torres*.

Argum.

13.

Illud autem primò ſtatuendum eſt, quòd nota ſingularitatis, hic, ſumitur aliquando ſubſtantiuè etiam in genere maſculino, vt docet S. Thom. d.4. q.9. artic.3. & tunc non copulatur cum alio ſubſtantiuo. Quare ſi dicamus ſubſtantiuè, hic Deus, additur nomen, Deus, per appoſitionem ad hic, quaſi cum copula implicationis, vt ſit ſenſus, hic, qui eſt Deus, quare ſi indicetur Pater in ſubiecto, & Filius in prædicato, hæretica eſt propoſitio, Hic Deus eſt hic Deus. Cõmunis tamen loquendi conſuetudo eſt, vt nota, hic, ſumatur adiectiuè, vt coniungatur cum ſubſtantiuo, Deus, vt ibidem monet S. Doctor, & in hoc ſenſu eſt quæſtio inter Theologos.

1. Senſus, ſi hic, ſumatur ſubſtantiuè. *S. Thom.*

In hoc ſenſu quomodo ſit hæretica?

2. Senſus, & cõmunis, ſi, hic, ſumatur adiectiuè. *Idem.*

In hoc ſenſu eſt quæſtio.

14.

Eſt verumtamen aduertendum, nomen, hic Deus, ſic acceptum, ita eſſe ſingulare, vt nihil amplius ſignificet, quàm ipſam Deitatem; quia enim natura diuina eſt ſingularis, & non diuiditur in perſonis, hic Deus, nullam perſonam ſignificat, ſed ſolam naturam. At verò, nomẽ, hic homo, ſignificat perſonam, quia ſignificat iſtam naturam diuiſam, & in concreto, quod concretum eſt ipſa perſona. Quare abſque dubio veriſsima enunciatio eſt, Hic Deus eſt hic Deus, quia eſt eiuſdem de eodem, ſicut diceres, Deus eſt Deus. Neque his nominibus indicantur diſtinctæ perſonæ, aut vlla perſona; ſed eadem natura indicatur repetito nomine.

1. Aſſertum. Si nomen, hic Deus, ſic accipiatur, ſignificat ſolam Deitatem, & propoſitio illa eſt identica.

15.

Sed ſi placeat, nomina iſta aliter ſumere, vt perſonas diſtinctas indicantia,

2. Aſſertum:

dicendum eſt, vel mutari nominum ſignificationem, vel ſaltem ſuppoſitionem. Nam ſi velis, nomine iſto, hic Deus, ſignificare Patrem, ſyncathegorema, hic, ſignificabit Patrem, quaſi dicas, Pater Deus, & cum repetitur hic Deus, æquiuocè ſignificabit Filium Deum, & erit falſa propoſitio, vt iamdudum oſtendimus. Si verò non mutetur nominũ ſignificatio, ipſa indicatione mutatur ſaltem ſuppoſitio, quia in ſubiecto indicatur Pater, & in prædicato Filius; ergo nomen ipſum pro Patre, & Filio ſupponitur, eaque ſuppoſitio ſufficit, vt ſit etiã falſa propoſitio; ſicut & illa eſt falſa, Deus generat Deum, qui eſt Pater, quia relatiuum, qui, verificatur de Filio. Quare abſque vlla diſtinctione eſt neganda; is tamen nominum vſus alienus eſt ab ipſa nominum ſignificatione, vt diximus.

Si aliter ſumatur, ſc. vt indicet perſonas diſtinctas, vel mutatur ſignificatio, vt in 1. ſenſu n.14. vel ſuppoſitio indicatione ipſa & vtroque modo propoſitio illa eſt falſa.

16.

Non ſubeſt igitur cauſa, cur Bartholom. Torres tantopere extimeſcat in conſtituenda iſta controuerſia, & dirimenda. Neque eſt opus hanc enunciationẽ quaſi ambiguam diſtinguere; quia retento ſenſu verborum proprio, eſt identica. Si verò trahatur ad alium ſenſum indicando perſonas diſtinctas, abſque dubio eſt falſa. Maximè verò errat, dum credit eſſe iſtam alteram enunciationem diſtinguendam, Deus generans eſt Deus genitus, quæ omnino eſt falſa.

Torres tam propoſ. immeritò diſtinguit

Errat dum diſtinguit aliam improbatam n.8.

17.

At verò Doctores, qui his aduerſabantur, nullo nitebantur argumento. Nam licèt in iſta enũciatione, hic Deus eſt hic Deus, nullum nomen ſignificet relationem, aut originem, ſatis eſt quòd ſignificentur, aut indicentur perſonæ, quæ relationibus, & origine diſtinctæ ſunt, vt vna de altera negetur.

Ad arg.

CAPVT XXIX.

Non ſolus Pater eſt Deus.

1.

COntradicentes enunciationes ſequuntur eæ, quæ dicuntur excluſiuæ, quia notatæ ſunt dictione aliqua excludente, vt tamen, ſolùm.

2.

Admonet autem S. Thom. q.31. ar.3. nomen hoc, ſolus, accipi æquiuocè; primò, vt ſignificet ſolitudinem eius, qui eſt ſine conſortio; quo pacto nomen hoc vſurpauit Ariſtot. 2. Elenchor. cap.3. *Solus* (inquit) *eſt, qui ſine alio eſt.* & 7. Metaph. text. 20. ſolum idem eſt quod

Ex S. Thom. ſolus 1. modo vt nomen, eſt, ſolitarius ſeu ſine conſortio. *Ariſtot.*

non

Solus, id est, sine consorte eiusdē speciei.

non cum alio: dicitur autem solus, qui non habet consortem eiusdem speciei; quare homo, etsi sit cum angelis, aut cū bestijs, est solus. Hac verò significatione Pater non est solus, quia est simul cum Patre Filius, & Spiritus Sanctus, vt obseruauit S. Augustin. lib. 7. de Trinit. cap. 6. & lib. 1. cap. 6. & lib. 5. cap. 7. vbi meminit illius loci Ecclesiastici 24. *Gyrum cœli circuiui sola*, quem statim explanabimus. Et in Ioan. tract. 39. probat veritatem istam verbis Domini Ioannis 8. *Solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater.* Dicitur etiam solus, qui neminē habet opitulantem, iuxta illud, *Torcular calcaui solus*, qua forma loquendi videtur dictum, nomine sapientiæ genitæ, quæ est Verbum Dei, *Gyrum cœli circuiui sola*, quia Verbum Dei solum erat, nullius indigens ope in rerum origine. Hoc clariùs dixit Richard. lib. 3. de Trinit. cap. 12. Deum non esse solitarium, hoc est, sine consortio personarum. At verò Sanctus Augustin. 6. de Trinit. cap. 8. Patrem solum dicit, quia non est in diuinis alius Pater. sed est ipse solus sine alio.

Sic Pater non est solus.

S. Augustin. ad locum, *Eccles.* 24.

Ioan. 8.

Solus, id est, sine opitulante.

Isai. 63. *n.* 3.

Eccles. 24.

Richard. dicit Deum nō solitarium.

S. Augustin. dicit Patrē solum.

S. Hilar. non solùm recusat dicere Patrem solum, sed etiam Deum solum, ne significetur solitudo naturæ sine consortio personarum; quod etiam comprobat Richard. quia societas personarum obstat, vt minùs dicamus Deum solum; sed rectè potest dici Deus solus, hoc sensu, quia nō est alius Deus, sed ipse est Deus absq; cōsortio deorum, iuxta illud, *Quia tu es Deus, & non est alius præter te*.

3. Ex S. Hilar. Nec Pater solus, nec Deus solus, id est, sine consortio personarum.

Richard. Rectè Deus solus, id est, sine consortio Deorum.

Iudi. 9. *n.* 19

4. Modo vt syncatheg.

Alio modo, solus, non est nomen, sed syncathegorema, vt omnis, nullus; & idcircò non significat rem aliquam, sed indicat conditionem suppositionis subiecti, vel prædicati, cum quo coniungitur excludendo cætera ab ea parte enunciationis, cui hæc dictio copulata est; & ita idem valet, solus, adiectiuum, quod aduerbium tantùm, aut tātūmodò. Et ab ista dictione excludēte ducitur nomen propositionis exclusiuę.

Est dictio exclusiua.

Idem valet qđ solùm, tantùm &c.

5. Inter hæc discrimen ex S. Thom. Solus non cōiungitur cum prædicato, be-

Obseruat autem S. Thom. discrimen inter istud adiectiuum, solus, & aduerbium solùm, aut tantùm; quod adiectiuum non coniungitur cum prædicato, quia est propria nota subiecti, sicut etiam nullus, & omnis cum prædicato præcipuo non copulantur; benè tamen cum parte prædicati, vt Petrus docet omni cura, aut nulla cura, aut etiam Petrus docet solis verbis. Hæc igitur adiectiua, quæ sunt syncathegoremata, non adhibentur prædicato præcipuo, sed parti ipsius prædicati. Sed contra hoc documentum, videtur rectè, & latinè dici, quòd Petrus sit solus docens; ita vt, solus, sit syncategorema cum prędicato connexum. Respondendum est tamen, in sensu verborum illud syncathegorema coniungi cum subiecto, quia non excludit à prædicato, sed à subiecto; si enim enunciatio est exclusiua, exponenda est, quòd Petrus doceat, & nullus alius à Petro doceat; hæ enim sunt exponentes, vt vocant dialectici: si verò velis à prædicato excludere, vt significes Petrū nihil aliud agere, quàm vt doceat; non dicitur Latinè, Petrus est solus docens, sed est solùm docens, per aduerbium. Ægid. & Richard. in 1. d. 21. q. 4. in prædicatorū syncathegorematis agnoscūt, vt, Pater est solus Deus, exponatur, Pater est Deus, & non est aliud nisi Deus: sed hic modus loquendi non est Latinus, neq; congruus. Verum est, quòd aliquando sumitur solus, quasi copula implicationis: hoc autem modo erit pars prædicati, vt docet S. Thom. ar. 3. ad 2. vt enunciatum, Pater est solus Deus, exponamus, Pater est Deus, qui solus est Deus, sed in exponente, solus ponitur in subiecto.

nè tamen cum parte prædicati.

Contra hoc documentum

1. Obiectio, de hac, Petrus est solus docēs

Respons.

Ibi in sensu verborum, solus, coniungitur cum subiecto.

A prædicato fit exclusio per aduerb. solùm.

2. Obiectio. *Ægid.* *Richard.* de hac, Pater est solus Deus.

1. Respons.

2. Respons. Solus aliquando copula implicationis. *S. Thom.*

Sed aduertendū est, quòd etsi nō satis Latinè nomen, solus, cum prædicato coniungatur; vera tamē est propositio, Pater est solus Deus; quia est Deus, à quo Deo nullus alius est Deus, & S. Tho. in solut. ad 2. nō negat verè dici, sed ait nō propriè dici. Itaque dictio, solus, cū nomine essentiali verè coniungitur, etsi non propriè; quæ est assertio confirmata à S. Tho. ar. 2. Contra obijcit S. Doctor ibidem verba S. Aug. 6. de Trinit. c. 9. *Considerāda est illa sentētia, qua dicitur non esse Patrē verum Deum solū.* Respōdet. *Augustin. autē cum dicit Patrē non esse solum Deū, sed Trinit. esse solum Deū, loquitur expositiuè, ac si diceret, Cum dicitur Regi sæculorū inuisibili soli Deo, non esse exponendum de persona Patris, sed de sola Trinitate.* S. Augustin. tamen eo loco non commentatur in illa verba, *Regi sæculorum*, vt agat expositorem, cuius hæc sunt verba, *Et quoniam ostendimus,*

6. Aduert. Licèt non propriè, tamen verè dicitur, Pater est solus Deus. *Idem.*

Idem art. 3. contra hoc ex loco *S. Aug.* Respondet.

Hæc responsio expenditur.

S. *Augusti.* verba formalia

dimus, quomodò possit dici solus Pater, quia non nisi ipse ibi Pater; consideranda est illa sententia, qua dicitur Deum verum solum, non esse Patrem solum, sed Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Ibi etiam cernimus verba S. Augustini mutata esse apud S. Thom. neque enim dixit S. Augustin. Patrem non esse solum Deum, sed solum Deum non esse solum Patrem, quæ propositio vera est in sensu consueto, vt, solus, accipiatur syncathegorematicè, id est, solummodò; Deus enim non est duntaxat Pater, sed est Pater, & Filius, & Spiritus Sãctus. Difficilius adhùc est quod ait S. Tho. ar. 4. ad 1. verba Christi Dñi Ioan. 17. *Vt cognoscãt te solũ verum Deũ*, non intelligi de persona Patris; sed de sola Trinitate, iuxta S. August. Nam Dominus ibi Patrem alloquebatur exorsus ab illis verbis antecedentibus, *Pater, venit hora, &c.* De quo Patre idem Christus testatur esse solum verum Deum. Quomodò igitur S. August. expositiuè, vt ait S. Thom. affirmat Patrem non esse solum verum Deum?

Mutata sunt apud *S. Tho.*

Vt habentur apud *S. Aug.* non aduersantur.

Idem ar. 4 locũ *Ioan. 17* explicat.

Hæc explicatio impugnatur.

8.

Ad ea duo loca commẽtarius, solũ, accipi vt attributum. *Iudit. 9 n. 19* Quoad 1. locũ prout habetur apud *S. Thm.* hic comment. ostenditur.

Dicendum igitur est, solum, accipi à Patribus in istis duobus locis, quasi attributum Deitatis, vt solus Deus sit Pater præter quem non est Deus, iuxta illud, *Et non est alius extra te.* Et S. August. ibi accipit solum categorematicè pro Deo, qui non habet Deum alium socium, vt verba ipsa indicant, sicut Pater dicitur solus Pater, ex eo quòd non est ibi, scilicèt in Deitate, alius Pater. Hæretici verò hoc nomen, solum Deum accipiunt pro Patre, excludentes Filium, & Spiritum Sanctum; licèt ergo Pater sit verus iste Deus solus, tamen non est idem esse Patrem, & esse solum Deũ, vt impij hæretici aiunt, sed solus Deus est ipsa Trinitas; & ita ait S. Thom. fuisse locutum S. August. sed verba eius, quę retulimus, diuersa sunt, & non indigent commentario.

Non est idem esse Patrem, & esse solũ Deũ, contra hęreticos.

9.

Ad impugn. explicationis solutio.

Declaratur distinctè.

Ad id verò, quod dicitur Christũ Dominũ apud Ioannẽ cũ Patrẽ loquentem induci. Respondetur, ita esse; sed adhùc verũ esse, quod Pater sit solus ille Deus, qui Deus non est solus Pater, sed est Trinitas; separantur enim verba sic, *Vt cognoscant te, solum verum Deum*, id est, te qui es solus ille verus Deus; quod nomẽ solus Deus, non est nomen Patris, vt hęretici volunt, sed continet Trinitatem.

Regulæ duę sunt, ad quas sunt omnes hæ enunciationes dirigendæ. Prima est, quòd dictio excludens, excludit à re significata per nomen, cum quo dictio excludens cõiungitur, siue illud sit subiectum, siue prædicatum, siue pars alterius; & ad istam regulam exponenda est veritas cuiuscunque enunciationis.

9. Regulę exclusiuarum.

1. Regula. Dictio exclusiua excludit cętera à re significata per nomen cui coniungitur.

Secunda regula est etiam notissima, Si nomen cum quo coniungitur dictio excludens significat essentiam, explicãda est propositio per exponentem, in qua, aliud, ponatur in genere neutro substantiuè. Si verò nomen, cui hæret dictio excludens, significet personam; declarãda est propositio per exponentem, in qua relatiuum, alius, ponatur adiectiuè in genere conueniente personę illi, quã refert ipsum relatiuum. Et ratio est perspicua, quoniam dictio exclusiua, exponitur per relatiuum, aliud; hoc autem relatiuum refert ipsum, quod erat significatum per nomen coniunctum dictioni excludenti, succedit enim relatiuum dictioni excludenti; ergo si refert essentiam debet poni in genere neutro, si verò refert personam, in genere accommodato construendum est; quod exemplis elucidatur. Si enim dicas, Pater est tantùm Deus; exponendum est, Pater est Deus, & non est aliud, nisi Deus. Si verò dicas, Pater est tantùm Pater; exponendum est, Pater est Pater, & non est alius quis, siue alia persona, sed duntaxat est Pater: hæc enim est germana interpretatio. Et ita consentiunt Doctores cum S. Thoma hoc loco.

10.

2. Regula. Si nomen cui hæret dictio excludens, significat essentiã, in exponente refertur peraliud, si personã, per alium, vel aliam.

Ratio.

Succedit relatiuum dictioni excludenti.

Exempla.

11.

Alia norma. Dictio excludens potest exponi per copulam implicationis.

Declaratur.

Alio modo potest dictio excludens declarari, vt propositio exponens non transeat vltra nomen, cui coniungitur; sed ipsum nomen sit prædicatum exponentis; quod aiunt exponi per copulam implicationis, hoc est, per exponentem, quæ implicatur in subiecto, aut prædicato, vt pars eius: verbi gratia, si dicas, Solus Pater est Deus, potest ita exponi, solus Pater, scilicèt is, qui est solus Pater, est Deus, quæ est vera. Et in illo subiecto, solus Pater, implicatur sua exponens, cuius prædicatum est ipse Pater, dicendo, is, qui solus est Pater; hoc enim totum est subiectum; sed quoniam ista interpretatio dura est, & insueta, non censuimus inter regulas notissimas numerandam, de qua tamen re dicimus cap. sequenti in notationibus.

Exempl.

Expositio per exponentẽ implicatã in subiecto, vel prædicato, dura est.

Ex

12.
Ex 1.reg. 1. Coroll. In exclus. nomen propriũ Deitatispotest subijci. Exemple.

Ex prima regula consequitur dictionem exclusiuam posse copulari cuiuis nomini diuino, quod sit proprium *Deitatis*, dummodò illud sit subiectum propositionis affirmãtis: verbi gratia, solus Deus est æternus, solus æternus est Deus, solus Deus est omnipotens, solus omnipotens est Deus; in quibus omnibus dictio excludens copulatur cum subiecto.

13.
2.Coroll. Nomen commune Deo, & creatis, potest subijci, &c. Exempl. Nõ potest prædicari, &c. Exempl.

Quòd si nomen sit commune Deo, & rebus creatis, poterit quidem subijci in propositione cum nota exclusiua, & nomen proprium Deitatis prædicari; vt solus bonus est Deus, solus bonus est omnipotens. Sed non potest prædicari nomen commune in propositione exclusiua, cum subijcitur nomen propriũ; vt solus Deus est bonus, solus omnipotens est bonus, nam & creaturæ bonæ sunt.

14.
3.Coroll. Dictio, excludens, non potest coniungi cum prædicato communi, aut proprio.

Si autem dictio excludens coniungatur cum prædicato, hæ omnes propositiones falsæ sunt, siue enim dicas, *Deus* est tantùm bonus, siue Deus est tantùm omnipotens, vtraq; falsa est, quia Deus neque tantùm omnipotens, sed iustus etiam, & sapiens, & misericors est.

15.
Hæc coroll. ostendantur.

Ista autem consequentia colliguntur ex prima regula, quòd dictio excludens excludit cætera à re significata per nomen, cui coniungitur: Deus itaque solus est omnipotens, quia nullus alius à Deo est omnipotens: & non est solus bonus, quia alia à Deo bona sunt: solum autem bonum est Deus, quia nihil aliud à bono est Deus; & ita cætera expendentur.

16.
Ex 2.reg. 1.Coroll. de subiecto quod sit nomen personale.

Ex regula autem secunda colligitur, dictionem excludentem non posse copulari nomini personali, quod sit subiectum propositionis affirmãtis, si prædicatum sit essentiale; posse tamẽ cõiungi cum eo subiecto indicante personam, si prædicatũ sit personale: v.g. solus Pater est *Deus*, est falsa; solus Pater generat de diuina substantia, est vera. Si verò subiectum sit nomen essentiale, prædicatum verò sit personale, potest confici vera affirmatio, subiecto affecto nota exclusiua: verbi gratia, solus Deus est Pater æternus, solus Deus generat ex diuina substantia. Ista autem consequentia colliguntur ex regula secunda, quia cũ nomẽ cohærens dictioni exclusiuæ est personale, declaratur per exponentẽ, cuius relatiuum refert personã hoc modo, solus Pater est Deus; ergo nullus alius à Patre est Deus; quæ est hæretica, cum Filius sit alius à Patre, & sit Deus: ista autem, solus Pater generat de diuina substãtia, est vera, quia nullus alius generat de diuina substantia. Itaque in his propositionibus exponentibus, relatiuũ ponitur in genere masculino, quia refert nomen personale, vt explicatũ est. Cum verò dicimus, solus Deus est Pater æternus, exponendũ est per relatiuũ neutrũ; quia Deus est nomẽ essentiale, hoc modo, nihil aliud à Deo est Pater æternus, quæ etiã vera est. Ambigitur quoque de veritate istius propositionis, sola Trinitas est Deus: Pater enim non est Trinitas, & est Deus; ergo non sola Trinitas est Deus. Nihilominùs dicẽdum est esse verissimam: excluditur enim omnis alia persona à Trinitate, hoc est, quæ Trinitate non cõtineatur. Nam alius à Trinitate hoc significat, quod numero ternario non claudatur; & ita Pater non est alius à Trinitate, quãuis ipse nõ sit Trinitas. Absolutè ergo verum est, quòd sola Trinitas est Deus. Quæ propositio firmatur auctoritate Conc. Later. c. *Damnamus*; quod enim in Deo est, *Deus* est.

Quoad 2.p.

2.Coroll. ostenditur.

Dub. de hac, Sola Trinitas est Deus.

Ratio dub.

Resolutio, esse veram.

Probatur.

Pater non est alius à Trinitate.

Conc. Later.

17.
In hac, Sp. Sãctus tantũ procedit, dictio exclus. distinguẽda est.

Item in hac, Spirator tantũ est Pater.

Hæ falsæ, Tãtùm Pater est spirator. Pater est tantùm spirator: Est tantùm genitor. Deus tantùm generat: Tantùm est Pater.

Ponderandæ etiã sunt istæ enũciationes Spiritus Sanctus tantùm procedit, Spirator tantùm est Pater, Pater tantùm est spirator, Deus tantum generat. Nam illa, Spiritus Sanctus tantùm procedit, distinguenda est: si enim, tantùm, coniungatur cum subiecto, est falsa, neque enim solus Spiritus Sanctus procedit, sed etiã Filius. Si verò coniũgatur cũ prædicato est vera, quia Spiritus Sanctus non producit, sed tantùm procedit. Illa alia, Spirator tantùm est Pater, distinguenda est: nam si, tantùm, cõiungatur cum prædicato falsa est; nam spirator nõ est tantùm Pater, sed est Pater, & Filius: si verò, tantùm, coniungatur subiecto, vera est, quia nullus alius ab spiratore est Pater; falsa autem est, Tantùm Pater est spirator, quia etiam Filius est spirator; & falsa est, Pater est tantùm spirator, quia etiam est genitor, aut Pater est tantùm genitor, quia etiam est spirator. Et hæc falsa est, Deus tantùm generat, vel Deus tantùm est Pater, quia Deus etiam spirat; & Deus etiam est Filius: & ita in re obscura perspicaciter circa singula cauendum est.

18.
Ex S. Thom. in hac, Solus Deus est Pater. prædicatũ disting.

S. Thom. in 1.d.21.q.1.ar.1.ad finem exponit istam propositionẽ, Solus Deus est Pater (quod aduertendum est) duo-

bus modis;ſi enim Pater ſit nomen perſonæ,vera eſt propoſitio excluſiua:ſi verò ſit nomen relationis, falſa eſt. Nam & alij à Deo ſunt Patres. Nos, vt cauere mus dubium ſenſum,adiecimus,Solus Deus eſt Pater æternus,Solus Pater generat de diuina ſubſtantia.His enim adiectis veræ efficiuntur propoſitiones.

Dubius ſenſus vitatur, vt n. 16.

19.

Præterea dist.eadem q.2.conatur defendere Trinitatem eſſe ſolum Deum, vt,ſolus, ſit dictio excluſiua prædicato connexa. Meliùs ergo 1.p.q.31.art.3. ad 2. certiſsimè docet adiectiuum, ſolus, vt eſt dictio excludēs, non coniungi cum prædicato ;& ita negat, quòd Trinitas ſit ſolus Deus, niſi ſolus accipiatur, quatenùs indicat copulam implicationis;ſcilicèt Trinitas eſt,quę ſola Deus eſt, vbi in copula implicationis dictio, ſola, eſt pars ſubiecti. Poteſt etiam aliter declarari iſta propoſitio, Trinitas eſt ſolus Deus, vt in ſenſu verborum dictio, ſolus, non excludat à prædicato, ſed à ſubiecto, hoc modo, Trinitas eſt ſolus Deus, quia nulla alia perſona eſt Deus; ſicut ſuprà explicauimus iſtam, Petrus eſt ſolus ſcribens, quia nullus alius à Petro ſcribit: in quibus dictio excludens, etſi ordine verborum coniungatur cum prædicato ; ſenſu tamen, & ſignificatione, hæret ſubiecto. Optimè autem interpretatur S. Thom. ibidem verba S.Auguſt. 6.de Trinit.cap.9. vbi ait Trinitatem eſſe ſolum Deū:id enim dixit S.Auguſt. exponendo verba Apoſtoli, *Soli Deo honor, & gloria.* non ſolus Parer Deus, non ſolus Filius Deus, ſed Trinitas eſt ſolus Deus. Quare non loquitur S. *Auguſt.* affirmando, ſed exponendo; quaſi dicat Auguſtinum non ponere illud complexum, ſolus Deus, pro prędicato;ſed oſtendere,quòd apud Apoſtolum,cum dicitur,*Soli Deo honor,* nomen illud,*Soli Deo,*non accipitur pro vna perſona,vel alia,ſed pro tribus, ſiue pro Trinitate,quod exponendo dixit S. Auguſtin. quia Trinitas eſt ſolus Deus. At verò in verbis Apoſtoli,non ponitur in recto, ſolus Deus;ſed in obliquo,ſoli Deo ; quo pacto diximus à parte prædicati poſſe inueniri nomen, ſolus, excluſiuè.

Idem in 1. tuetur hanc, Trinitas eſt ſolus Deus.

Idem 1. *p.* meliùs eam negat,vt n.5.niſi ſolus accipiatur vt copula implicationis, vt n.6.& 11.

Eadē propoſ. poteſt etiā explicari, vt alia n.5 ad 1. obiectionem.

Idem interpretatur *S. Auguſt.* vtentē ea propoſitione, ſcil. non affirmando, ſed exponendo locum Apoſtoli.

Declaratur interpretatio.

Adnot. In verbis Apoſtoli ſeruatur documentum n.5.

20.

Itaque in forma loquendi ſcita,& recta,neque Trinitas eſt ſolus Deus, neq; Pater eſt ſolus Deus,neque adiectiuum, ſolus,in ſenſu excluſiuo componitur cū prædicato ; ſed ſyncathegorematis,ſiue aduerbijs vtendum, Trinitas eſt tantùm Deus,Pater eſt tantùm Deus,quæ etiam vera eſt, quia nihil aliud eſt Pater, aut Trinitas niſi Deus.

Et hæc eſt falſa , Chriſtus eſt tantùm Deus , iuxta regulam ſecundam ; exponenda enim eſt per relatiuum neutrum, Chriſtus non eſt aliud à Deo: licèt enim Chriſtus non ſit aliud , & aliud, quia eſt vnum ens;eſt tamen aliud à Deo,quatenùs homo , quia non ſignificatur , quòd ſit alia perſona , ſed quòd habeat aliam naturam à diuina. Et ita omnes concedunt quòd Chriſtus non eſt tantùm Deꝰ, neque tantùm homo , ſed Deus , & homo ; Pater autem eſt tantùm Deus.

les negādz, vt n.5.

21.

2.Conſect. ex 2 regula, Hæc eſt falſa, Chriſtus eſtū tùm Deus.

Licèt non ſit aliud, & aliud, eſt aliud à Deo quatenùs homo.

22.

Deniq; propoſitiones exceptiuæ, vt aiunt , quæ habent dictionē excipientē, præter,aut niſi,ad eaſdem regulas reuocandæ ſunt; ſcilicèt vt intelligamus excipi rem ſignificatam per nomen,cui dictio excipiens coniungitur , iuxta primam regulam. Et vt intelligatur excipi perſona , cū illud nomē eſt perſonale;& excipi natura, cum nomen eſt eſſentiale.Quare hęc eſt vera,Præter Deum nullus creat;explicanda eſt,Deo excepto, nihil aliud creat: & non eſt ſenſus,quòd nulla perſona creet, niſi Deus,ſed quòd nulla natura alia creet,niſi Deus: & hæc etiam eſt vera, Præter Patrem æternum nullus generat de diuina ſubſtantia ;& non eſt ſenſus,quòd Deus non generet, ſed quòd nulla alia perſona generat.

Similes regulæ exceptiuæ.

1.Reg.

2.Reg.

Exemplū.

23.

Sed eſt dubium de hac enunciatione, Pater eſt Deus,præter quē non eſt alius; quam S.Thom.in 1.d.21.q.2.ar.2.ad 3. affirmat eſſe ambiguam , & diſtinguendam. Eſtque imprimis diſtinguenda illa dictio excipiens , præter quem ; ſi enim relatiuum,qui,referat perſonam, dictio excipiens, præter, excipit perſonam, & eſt falſa propoſitio ; ſignificatur enim quòd Pater ſit Deus , & præter Patrem nulla alia perſona ſit Deus : ſi verò referat relatiuum , qui , non Patrem , ſed Deum, dictio excipiens ipſam eſſentiam diuinam excipit , eſtque ſenſus , Pater eſt Deus , præter quem Deum non eſt Deus alius ; ſed tamen de his hactenùs.

Dub. de hac, Pater eſt Deus præter quē non eſt alius. *Ex S.Thom.* diſtinguenda eſt dictio excipiens, præter quem.

Confirmatio.

24.

Ex dictis 1. Conſect. Propriè ea propoſitio,& ſimiles negādæ, vt n.5.

Pro tit. contra hæreticos.

SVmma huius cap. hæc eſt, vt Catholicè affirmemus , non ſolum Patrem eſſe

S. Hilar. esse Deum. Hæretici enim, vt refert S. Hilar. lib. 11. de Trinit. solum Patrem dicebant esse Deum, vt Filium excluderent à Deitatis consortio. Negat igitur S. Hilarius eodem loco solum Patrem esse Deum, *Cum*, inquit, *adijciunt ad supereminentiam laudis, solum bonum, solum potentem, solum immortalē; quis non hanc laudationis religionem intelligat eò intendere, vt Dominus Iesus Christus extra hanc corporationis beatitudinem, quæ soli Deo per exceptionem solius deferatur, ad honorem manens ipse, & mortalis, & infirmus, & malus sit, dum in his Pater solus est?* Elucidatur. Dicit autem S. Hilarius corporationē, coagmentatam orationem ex multis laudibus, quæ dum soli Patri defertur, Christus excluditur; & non est bonus, neque immortalis, neque potens, si solus Pater in his est, hoc est, de his laudatur. Negandum igitur est solum Patrem esse *Deum*, cum sensus sit, quòd Filius non sit Deus, si solus Pater est *Deus*. S. Augusti. Idem confirmat S. Augustin. 5. de Trinit. cap. 8. *Nō*, inquit, *de Patre solo, sicut illi peruersè sentiunt, sed de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto scriptū est, Tu es Deus solus.* Quibus in verbis apertè negat solum Patrem esse Deum: neque verò ait Explicatio illa, Trinitas est solus Deus. Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum esse solum Deum; cum adiectiuū, solus, non ponatur in prædicato, vt diximus; sed ait sermonem non esse de Patre, sed de omnibus simul personis, cum scilicèt de ipso Deo dicitur, *Tu es Deus solus*: nam in sensu verborum intelligitur, *Tu solus es Deus*. Quo eodem modo interpretatur illud Luc. 18. *Nemo bonus, nisi solus Deus*. Luc. 18. At verò lib. 6. cap. 7. dicit, Trinitatem esse Deum solum, non in sensu exclusiuo, sed in sensu alio, vt solum significet solitudinem, quia non est alius Deus eiusdem naturæ, cum quo Trinitas Deus habeat consortium; quo etiam pacto ait, solum esse Patrem, quia nullus alius est Pater, & solum Filium, quia non est alius Filius in Beatissima Trinitate. Et S. Ambros. libr. 3. de fide, cap. 2. similiter inquit, *Accipe nunc & solum Patrem, & solum Filium; solus Pater, quòd alius Pater non est; solus Filius, quòd alius Filius non est; solus Deus, quòd vna diuinitas Trinitatis est.* Hoc tamen non potest dici, nisi simul explicando dictum, vt faciunt S. Ambrosius, & S. Augustinus; quoniam simpliciter loquendo, Pater non est solus, cum sit ei Filius consors eiusdem naturæ, vt ipse S. Augustinus docet in Ioan. tract. 36. & alijs locis suprà commemoratis. Idem testatur epistola ad Maximum apertissimis verbis, ad illa verba, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Procul dubio*, inquit, *Dominus Deus noster, cui soli per latriam seruire debemus, non est Pater solus, nec Filius solus, neque solus Spiritus Sanctus, sed ipsa Trinitas vnus Deus solus.* Et idem docet epistola 174. ad Pascentium, & contra Maximum Arianum libr. 2. cap. 4. & frequenter alijs in locis. De eadem re differit D. Albin. Alcuin. lib. 2. de Trinit. cap. 18.

S. Augusti. Idem. Idem locū Mat. 4. explicans. D. Albin. Alcuin. 25. S. Thom.

Meritò igitur S. Thom. iuxta dialectica præscripta, negat istam propositionem, Solus Pater est Deus, quæ & hæreticis fauet, & sanè dialectica vsurpatione exposita, hæretica est: & cum S. Thoma scholastici concordant. Quòd si loquendi forma diuersa in Patribus inueniatur, non est vsitanda, sed exponenda, quod cap. sequenti præstabimus.

CAPVT XXX.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Arg. contra doctr. S. Hil. de qua cap. 29. n. 1.

COntra ea quæ dicta sunt, arguitur: & primò contra illud, quòd solus, vt significat solitudinem, non dicatur de Deo. Id quod est vnum, est solum; quod enim non est solum, est aliud, & aliud: sed Deus est vnus, & non est Deus alius cum eo; ergo est solus absque consortio.

2. 2. Arg. contra documēt. cap. 29. n. 5. ex *Psalm.* 85.

Secundò arguitur contra illud, quod constitutum est, adiectiuum, solus, non coniungi cum prædicato. Dicitur enim in Psalmo, *Tu es Deus solus*. Quia in loco adiectiuum, solus, cum prædicato copulatur: & in illo loco, *Vt cognoscant te solum verum Deum*, idem adiectiuum ponitur cum prædicato. Ioan. 17.

3. 3. Arg. contra 2. regul. exclusiuarum, ex *Ioan.* 17.

Tertiò contra regulam secūdam exclusiuarū arguitur ex verbis Christi Domini recitatis, *Vt*, inquit, *cognoscant te solum verum Deum*: alloquebatur autē Dominus Patrem æternum; ergo Pater est solus verus Deus: quę sic exponenda est, nullus alius à Patre est verus Deus; ergo Filius qui est alius à Patre, non est

Confirm. ex S.Ignat.

verus Deus. Et idem confirmatur verbis S. Ignatij epistol. ad Magnesianos, *Vnum & solum verum Patrem suum enunciauit.* Et in eadem epistola inducit Christum Dominum loquentem, *Noui vnum, scio solum, non sum Deo aduersus, confiteor excellentiam.* Quibus verbis significatur, quòd solus Pater sit Deus. Et in epistola ad Ephesios, *Medicus*, inquit, *noster est solus verus Deus ingenitus*: ingenitum autem Patrem dicit; ergo dicit Patrem solum Deum verum. Et S. Cyrill. lib. 4. Thesauri, cap. 2. *Solus*, inquit, *Filius viuificare potest.* Ergo hæ enunciationes veræ sunt, solus Pater est Deus, solus Filius viuificat. Et idem videtur sentire S. Ioan. Damasc. lib. 1. fid. Ortho. cap. 6. vbi ait, *Ipse vnus, & solus Deus, non sine Verbo est.* Vbi nomine vnius, & solius Dei, Patrem intelligit, qui sine Verbo non est.

Idem.

S. Cyrill.

S. Damasc.

4. Arg. ex loco Matth. 11. n. 27.

Quartò, idem probatur ex verbis Domini, *Nemo nouit Filium, nisi Pater*, vbi dictio, *nisi*, excipit personam; ergo nulla alia persona nouit Filium, nisi Pater; ergo Spiritus Sanctus non nouit Filium, quod est hæreticum.

5. Arg.

Quintò probatur, quòd hæc sit vera, Solus Pater creat: nam solus Deus creat; sed Pater est solus Deus; ergo solus Pater creat.

6. Arg.

Sextò probatur, quòd solus Pater est Deus per simplicem cõuersionem, quia solus Deus est Pater; ergo solus Pater est Deus.

7. Arg.

Septimò probatur, quòd ista propositio, solus Pater est Deus, sit simpliciter concedenda. Nam dictio excludens, nõ excludit ea, quæ concomitantur, vt cum dicitur solus Pater esse albus, nõ excluditur manus, quin etiam eius manus sit alba; sed personæ diuinæ sunt eiusdẽ naturæ maiori coniunctione, quàm manus cum corpore coniungatur; ergo etsi dicamus solum Patrem Deum, non excludimus Filium, aut Spiritum Sanctum, & ita erit concedenda propositio. Et confirmatur, quia S. Thom. 1. p. q. 31. art. 2. ad 1. ait, veram esse propositionem, Spiritus Sanctus à solo Patre procedit, quia non excluditur Filius; ergo verum etiam erit pronũciatum, solus Pater est Deus, non exclusis Filio, & Spiritu Sancto.

Confirm. S. Thom.

8. Vlt. arg.

Vltimò antecedens non excludit cõsequens, vt homo non excludit animal; sed Filius est consequens ad Patrem, vt

A ait S. Ambros. d. 9. apud Magistrum; ergo per hoc, quòd dicitur solus Pater Deus, Filius non excluditur, & erit vera propositio. S. Ambr.

Aduertenda.

9.

AD interpretandas Patrum sententias, duplex commentarius potest afferri, quorum alterutro sit vera propositio, solus Pater est Deus. Primus est, quòd dictio, solus, etsi coniungatur cum persona, non excludat personas, sed naturas diuersas, vt in propositione exponente relationem, aliud, non masculino genere, sed neutro vsurpetur. Et ita explicandum erit, solus Pater est Deus, nihil aliud à Patre est Deus; aliud enim refert in genere neutro substantiam diuersam, vt suprà diximus; nulla autem substantia, siue essentia diuersa à Patre est Deus. Alius commentarius est, vt dictio excludens, solus, non excludat personas consortes eiusdem naturæ indiuiduæ. Nam etsi personæ eiusdem speciei semper excludantur, vt cum dicitur, solus Petrus scribit, excluduntur cæteri homines; tamen in vnitate eiusdem naturæ, ratio oliqua persuader, non excludi personas, vt in argumento probauimus. Et quidem vulgari consuetudine loquendi solent non excludi personæ eiusdem speciei, quæ sunt aliqua ratione coniunctæ; vt siquis dicat solum regẽ in bonis fortunæ fælicem, non excludit reginam, & liberos ab illa regia fælicitate. Multò ergo minùs excluduntur diuinæ personę ab vnius, aut alterius personæ consortio in natura eadem. Quod confirmatur doctrinâ S. Cyrill. libr. 4. Thesauri, cap. 2. vbi cum dixisset, *Solus Filius viuificat*; *Solum autẽ Filium, ita dico*, inquit, *vt similiter Patrẽ, & Spiritũ Sanctũ viuificare nemo ambigere debeat.* Et idem sentit S. Ambros. lib. 3. de fide, cap. 2. *Non* (inquit) *separent Filiũ, cum legunt, solum Deum; nec Patrem separent, cum legunt Filium solum: in terris Filius sine Patre non est, vt putas quòd Pater sine Filio sit in cœlo?*

1. Aduert. Ad illam, solus Pater est Deus.

1. Comment. contra regulas locutionum, per solus, licet coniungatur cum persona, excludat naturas.

2. Comment. seruans dictionem, vt, solus, excludat personas consortes eiusdem naturæ indiuiduæ.

Vulgaris quutio non excludit personas eiusdem speciei, quæ sunt aliqua ratione coniuncta.

S. Cyrill.

S. Ambros.

Sed obseruandum est enunciationẽ, Solus Pater est Deus, simpliciter & absolutè esse negandam, & neutram interpretationem esse verbis conuenientem, iuxta dialectica præscripta, vt cap. præcedente docuimus, vbi auctoritate Patrum confirmauimus falsam esse absolutè istam propositionem, Solus Pater est Deus;

10. Illa propositio simpliciter negan-da, vt cap. 29. n. 24.

Deus; quare poterit quidem explicari vno, aut altero commentario, si in scriptis Sanctorum Patrum inueniatur, vt S. Thom. docet, sed vsurpari non debet: & hæc est sententia S. Thomæ, q. 31. art. 4. ad 3.

S. Thom.

11. Nusquam legitur inf. pag. 1. Obiectio.

Sed obseruãdum est, quòd nusquam legitur in sacris literis, quòd solus Pater sit Deus. Verũ est, quòd cum Deus loquitur, *Ego Deus, & non alius*, interpretantur S. Doctores Patrem esse, qui loquitur; sicut in illo loco 1. ad Timoth. 6. *Quem*, scilicet Christum, *suis temporibus ostendit, beatus, & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantiũ qui solus habet immortalitatem.* Sed licèt in his locis nomẽ Deus, supponatur pro Patre; tamen dictio excludens, iuxta regulas dialecticas, quia coniungitur nomini essentiali, non excludit personã sed essentiam. Verũ est enim quòd non est *D*eus alius. Et cum Ecclesia dixit ad Filium, *Tu solus altissimus*; adiecit, *cũ sancto spiritu in gloria Dei Patris*, vt obseruat S. Thom. Nusquam igitur asserendum est, quòd solus Pater sit *D*eus, aut solus Filius sit *D*eus.

1. Timoth.

Occurritur ex 2. regula c. 29. n. 10.

2. Obiectio.

Ecclesia.

Occurritur ex eadem.

12. 1. Aduert. circa normam de qua cap. 29. num. 11.

Præterea aduertendum est, quòd cũ dictio, solus, exponitur per copulam implicationis, vt non transeat subiectum, aut prædicatum, quocum coniungitur, debet nomẽ ipsũ repeti, vt minùs dura, & facilior sit elocutio, hoc modo, Solus Pater est Deus; Pater, qui solus *P*ater est, est Deus: *P*ater est solus Deus; hoc modo, Pater est *D*eus, qui solus Deus est Deus. Quòd si ita exponas verissima est propositio. Nam in copula implicationis, quæ est in prædicato, relatiuum, qui refert ipsum prædicatum; & ita dum dico, Pater est Deus, qui solus est Deus, relatiuum, qui, refert Deum, & ita efficitur vera propositio, quia nullus alius à Deo est Deus. Quo pacto possumus explicare dictum Christi Domini, vt cognoscãt te Deum, qui solus verus Deus es, scilicèt, qui Deus solus verus Deus es. Ita sentit Alex. Alens. 1. p. q. 65. memb. 3. art. 3. & 4. 60. m. 3. art. 2. Ægid. & Richard. in 1. d. 21. q. 4. & S. Thom. q. 3. art. 3. ad 2.

Exemplum.

Si iuxta eã illa propos. exponatur, vera est.

Ostenditur

Sic potest exponi locus Ioan. 17.

Alens.
Egidius.
Richard.
S. Thom.

13. 1. Aduert. Propositio exclus. declaratur per duas exponentes.

Postremò notandũ est cum S. Thom. d. 21. q. 1. art. 1. ad 2. quòd propositio exclusiua declaratur per duas exponẽtes, quarum prima est affirmans, & secunda negans. Verbi gratia, tantùm homo est risibilis, declaratur per duas propositiones hoc modo, Homo est risibilis, & nihil aliud ab homine est risibile. Et in affirmante quidem potest fieri descensus, hic homo, vel hic homo est risibilis: in negante autem sub isto nomine, homo, non fit descensus, quia supponitur immobiliter; & ratio est, quoniam dictio, quæ excludit ab homine, minùs excludit, quàm quæ excludit ab isto homine; ab homine enim excluduntur cætera quæ non sunt homo; ab isto verò homine etiam alij homines excluduntur. Non igitur valet consequentia, Nihil aliud ab homine est risibile; ergo nullus alius ab isto homine est risibilis, est enim argumẽtum à minori negatione ad ampliorem, vt Nullus leo est risibilis; ergo nullum animal est risibile: & quia prædicatum est aliquando vniuersalius, quàm subiectum, non valet conuersionis consequentia, Solum animal est homo, ergo solus homo est animal. Valet autem si subiectum, & prædicatũ recurrant, vt, Solus homo est risibilis; ergo solum risibile est homo. Quoniam igitur Deus est nomen suppositione commune, quod complectitur plures personas, non valet consequentia, Solus Deus est Pater; ergo solus Pater est Deus: valet autem si subiectum, & prædicatum conuertantur, vt Solus Pater generat, ergo solus generãs est Pater; Solus Deus est omnipotẽs, ergo solus omnipotẽs est Deus: quæ sũt consequentiæ veræ propter materiam in quam incidunt, quia scilicèt subiectum, & prędicatum conuertuntur; sed non sunt formales consequentiæ, quæ valent in omni materia.

A

B

C

D

1. affirmantem 2. negantẽ. Exemplum In affirm. fit descẽs', in neg. non ita.

Ratio.

Quia prædicatũ est aliquãdo vniuersalius, quã subiectũ, non valet conuersionis consequentia.

Valet, si subiectũ & prædicatum conuertantur.

Tũc est consq. materialis, non formalis.

Responsio.

15. Ad 1 arg. Hęc vera, Deus est solus sed ab ea cauẽdum.

AD primum argumentum respondetur concedendo, quòd Deus est solus, quia nõ sũt plures dij Deitatis cõsortes, vt docet S. Thom. Sed cauẽdum duntaxat est, auctore S. Hilario, ab istis verbis, nequis intelligat negari consortium personarum.

15. Ad 2. arg. Locus ille *Psam.* 81. exponitur 1. vt cap. 29. n. 5. in 1. obiect.

Ad secundum respondetur dictionẽ, solus, in prædicato duobus modis posse exponi: vel vt in sensu verborum intelligatur subiecto coniuncta; & ita declarandũ erit, Tu es Deus solus, Tu solus es Deus: vel vt exponatur cum prædicato per copulam implicationis hoc

Exponitur 2. vt ibid. in 2. obiect. & n. 11.

modo dictio, solus, cum subiecto coniungitur, vel cũ subiecto principali propositionis; vel cum subiecto copulæ implicationis, quæ subest in sensu verborũ. Et similiter potest intelligi illud, *Vt cognoscant te solum verum Deum*, vt statim dicemus.

Sic locus *Ioan. 17.* 16.

Ad 3. arg. Ad locum *Ioan. 17.*

Ad terrium respondetur, quòd illa verba Christi Domini possunt intelligi duobus modis: vnus est, vt dictio, solus, coniungatur cum subiecto, & erit sensus, Vt cognoscant te Patrem qui solus es verus Deus: & ita erit explicãda propositio, quòd scilicèt Filius, & Spiritus Sanctus nõ excludantur à deitate, iuxta duos commentarios, quos tradidimus; vel quòd non seruetur regula dialectica, vt exponens propositio habeat relatiuum in masculino genere, sed in neutro, hoc modo, Tu solus es verus Deus, & nihil aliud, scilicèt, nulla alia substantia est verus Deus; vel etiam seruatâ regulâ dialecticâ, si exponatur, nullus alius est verus Deus, adhùc non excludentur diuinæ personæ, eò quòd sint in vnitate naturæ coniunctæ. Quæ explicatio videtur placuisse S. Cyrillo, & S. Ambrosio, vt retulimus; & eadem videtur sententia S. Greg. Nazianz. orat. 4. de Theolog. Et S. Athanas. sermone 4. contra Arianos. S. Basilij lib. 4. contra Eunomium: & iterum S. Cyrill. lib. 10. Thesauri cap. 6. ac S. Ioan. Chrisost. homil. 22. in Matth. & S. Hil. lib. 11. Omnes hi Patres censent non excludi diuinas personas, sed Deos alienos. Alia interpretatio est per figuram locutionis, verbis interiectis, *Vt cognoscant te, & quem misisti IESVM Christum, solum verum Deum*, vt non solùm de Patre, sed de se ipso, & de Spiritu Sancto loquatur. Quæ expositio placuit S. Augustino, tract. 105. in Ioan. & refert inter sententias S. Prosperi, num. 371. & eo modo commentatur S. August. lib. 6. de Trinit. cap. 9. Et istas tres expositiones tangit insinuando S. Thom. art. 4. ad 3. vbi ait, secundum S. Augustinum, Christum loquutum esse de Trinitate ipsa, quòd sit solus Deus, vel quòd non excludãtur personæ propter vnitatem naturæ, vel quòd dictio excludens excludat aliud neutro genere, non alium. Quarta expositio est non cõtemnenda, quæ per copulam implicationis declaratur, vt diximus, prædicato repetito, vt cognoscant te Deum, qui solus es verus Deus.

1. Expositio, vt dictio, solus coniungatur cũ subiecto, & Christus alloquatur Patrẽ.

2. Expositio priorẽ elucidãs iuxta duos commẽtarios traditos in 1. aduert. n. 9.

S. Cyrill. *S. Ambros.* *S. Nazianz* *S. Athan.* *S. Basil.* *S. Cyrill.* *S. Chrisost.* *S. Hilar.*

2. Expositio, per figurã, vt non solùm de Patre, sed de se ipso, & Sp. Sãcto loquatur. *S. Aug.* *S. Prosp.*

S. August.

S. Thom.

4. Expositio, per copulam implicationis vt n. 12. & cap. 29. n. 5. in fine, & num. 11

Et videtur Christus Dominus alludisse verbis Psalmi, *Tu es Deus Solus*, quæ verba eodem modo exponũtur. Vt igitur significaret Patrem non esse Deum fictum, aut ab hominibus ascitũ, inquit, *vt cognoscant te solum verum Deum*, hoc est, vt cognoscant te esse Deum, qui solus verus Deus es; qui modus loquẽdi in notationibus declaratus est. Vide Toler. in Ioan. cap. 107. Aliam interpretationem inserit S. Cyrill. 4. lib. Thesaur. cap. 2. quòd solus Pater habeat Deitatem, quia solus habet illam à se, non ab alio: quo sensu posset dici, solus Deus à se; Filius autem est Deus de Deo. Sed ista explicatio non quadrat verbis.

Psalm. 85.

Toler. 5. Expositio *S. Cyrill.*

Non quadrat verbis.

17. Ad 4. argum. respondet *S. Ambr.* opponẽdo alium locum 1. Corinth. 2.

Ad quartum respondet S. Ambrosius lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. opponẽdo alium locum 1. Corinth. 2. *Quæ sunt Dei nemo cognouit, nisi Spiritus Dei.* Sicut igitur hoc loco non excluditur Pater & Filius, qui etiam cognoscunt, quæ sunt Dei; ita neque illo loco excluditur Spiritus Sanctus. Dicendum igitur est non excludi personas, quia sunt vnitate naturæ coniunctæ. Quòd si licet nouam interpretationem afferre, videtur sanè Christus Dominus more nostro loquutus, sub illo nomine, *nemo*, intellexisse nullam creaturam, quia cum hominibus loquebatur, vel etiam coram Angelis, quorum omnium nemo nouit, quæ sunt Patris; & est facilis sensus: vel etiã intelligit, neminem, hoc est, nullum hominem, iuxta nominis ethymologiam; & hoc ratione eadem de Angelis intelligendum. Quod autem obijcit S. Th. ad 2. si de nullo homine Christus loqueretur, non fuisse excepturum Patrẽ, qui non est homo; non prorsus conuincit: familiare enim est vulgari modo loquendi, vt ea quæ non continentur, excipiamus; vt si dicas, Nullus ciuis hoc potest, nisi rex: sumitur enim dictio excipiens pro aduersatiua; quasi dicat, Nemo nouit, sed Pater nouit, nullus ciuis hoc potest, sed Rex potest.

Ad locum *Matth.* 11. 1. Interpret. Nemo, id est, nulla creatura.

2. Interpret. Nemo, id est, nullus homo.

Obiectio *S. Thom.*

Solutio.

Exemplum.

18. Ad 5. arg. ex 3. aduert. n. 13.

Ad quintum iam docuimus, quare nõ fiat discensus in subiecto propositionis exclusiuæ.

19. Ad 6. argum. ibidem.

Ad sextum iam respondimus in exclusiuis non posse fieri conuersionem terminorum nisi inter se recurrant.

20. Ad 7. argum.

Ad septimum respondetur, quòd distinctio-

Licèt pars à toto non excludatur perdictioné excludenté, tamen persona à persona maximè

stinctio suppositorum, siue personarum est maxima; quare ij, qui personaliter distinguuntur, quamuis sint virtute naturæ coniuncti, per dictionem exclusiuam excluduntur seruatis legibus dialecticorum, & communi sensu philosophorum; quare etsi manus non excludatur à corpore, tamen persona à persona excluditur, & est simpliciter falsa propositio, Solus Pater est *Deus*.

21. *Advlt. arg.* 1. Respons. Consequens quod est forma antecedentis abhoc nó excluditur, qđ est relatiuũ maximè 2. Respons. Sp. Sanctus nó est conseq. ad Patrẽ, & Filiũ quia nõ est relatum ad illos.

Ad vltimum respondetur, quòd illud consequens, quod est forma antecedentis, non excluditur, sicut neque pars à toto; & ideo cum dico, Solus homo est sensibilis, non excludo quin animal sit sensibile. Filius autem est consequens B ad *Patrem*, non vt forma Patris, sed vt relatiuum, & ideo excludi debet per dictionem excludentem. Præterea Spiritus Sanctus non est consequens ad Patrem, & Filium, quia non est relatum ad illos, & ita esset excludendus, si vera esset propositio, Solus Pater est Deus. Ad confirmationem respondetur S. Thom. non dicere veram esse propositionem, Spiritus Sanctus procedit à solo Patre, quę absolutè est falsa; sed ait, quòd cum dicitur, Spiritus Sanctus à Patre procedit, etsi adderes, quòd à solo Patre, non excluderes Filium, quia scilicèt illa propositio esset explicanda, ne excluderemus Filium à Patre in ijs, quæ sunt Patri, & Filio communia-

Ad confirm. Huic, Sp Sanctus procedit à Patre, si adderes, à solo Patre, non excluderes Filium, quia esset explicanda.

CAPVT XXXI.

De *dialecticis consequentijs in nominibus diuinis.*

1. Vtriusq; lumipis, sc. naturæ & fidei auctor Deus.

NOn sunt parui pendendæ dialecticę consequentiæ in nominibus diuinis, sed firmissima ratione fulciendæ. Verum enim non potest discordare à vero; & verum intelligimus, vel ducti lumine naturæ, vel fidei illustratione edocti; & vtriusque luminis auctor est Deus qui neque falli potest, neque nos fallere: vnde cohæreant necesse est, quæ ratio naturalis ostẽdit, cum ijs, quę Deus per Ecclesiam nos edocet: quare non solùm principia notissima, quæ dignitates dicuntur, & absque vlla explicatione sunt aperta & nota, sed principia quoque scientiarum, quæ præceptore indigent, ita constituta sunt, vt nullo pacto euertantur per fidei documenta. Præterea con-

Nullũ principium scientiæ, aut doctrina scita pugnat cũ rebus fidei.

A clusiones, quæ ex istis principijs per euidentem consequentiam deriuantur, eandem retinent firmitatem, quæ nunquam per fidei doctrinam labefactatur; esset que error contra ipsam fidem Christianam intolerabilis, siquis contenderet vllum principium scientię, aut doctrinam scitam, cum rebus fidei pugnare. Quod argumẽtum tractat S. Thom. lib. 1. contra gent. cap. 7. & in Concil. Later. sub leone 10. sess. 8. legitur certissimum proloquium, *Verum vero cõsonat*. Et eam ob causam Stephanus Episcopus Parisiensis speciali rescripto contra quòsdam errores, damnauit dicentes quædam esse nota & vera secundum philosophiam, & non secundum fidem Catholicam, quasi sint duæ veritates contrariæ.

Oppositũ esset verum error in fide.

S. Thom, Conc. Later.

Verum vero consonat.

Stephanus Episc. Parisiensis.

2. Est autem dialectica vera scientia, in qua vera sunt principia, & demonstratæ conclusiones, quæ omnia oportet Theologum defendere in rebus fidei explicãdis. Sunt igitur absque vllo dubio dialectica principia apud Theologos firma & stabilia retinenda. Et cõfirmatur hoc, quoniam nos intelligimus res diuinas nostro modo intelligendi; dialectica autem versatur circa ipsum modum intelligendi, cuius subiectum est modus sciendi, modus scilicèt, quo homines sciũt syllogizando, & enunciationes conficiendo: is enim est modus hominum sciendi, & intelligendi. Igitur dialectica præscripta nobis obseruãda sunt; quod expositum est à Concil. Later. vbi definitum est cum Magistro, Deitatem non generare, sed Deum, videlicet propter modum diuersum significandi, quem notant dialectici. Et multa alia sunt, quæ & aimus, & negamus iuxta scita dialecticorum.

Dialectica præscripta nobis obseruanda.

Ratio.

3. Sed obseruandũ est, quòd sicut Theologia ex principijs philosophiæ, adiectis principijs fidei, deducit conclusiones Theologas, quæ non repugnant philosophiæ, sed sunt supra philosophiam; ita etiam à principijs dialecticis, adiectis dogmatibus fidei, petimus Theologicas conclusiones, quæ dialecticæ arti non contrauenient, sed supra illam sũt Et hoc est, quod cap. isto agimus, & sequenti, dialecticas consequentias in vsu nominum diuinorum contemplantes. Caput diuidimus in partes duas.

Conc. Later. Magist. Exemplum, quòd Deitas non generat, sed Deus.

3. Obseru.

Conclusiones Theologicæ sunt non contra, sed supra philosophiam & dialecticam

Prima

Prima pars: *Explicatur illud proloquium, Quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.*

Secunda pars: *Dialecticæ consequentiæ in diuinis nominibus traduntur.*

PRIMA PARS.

Explicatur illud proloquium, Quæcũq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.

1. Proloquũ in tit. assertũ est *Arist.*

PRimum nobis examinandũ est Aristotelicum theorema, quod traditũ est 7. Topicorum cap. 1. *Quæcunque sũt eadẽ vni tertio, sũt eadẽ inter se.* Cui simile est illud principium mathematicum, *Quæcunque sunt æqualia vni tertio, sũt æqualia inter se.* Videtur enim cum mysterio Trinitatis hoc principiũ non consentire; siquidem Pater, & essentia est res vna, Filius & essentia sunt res vna; Pater & Filius sunt res duæ: ergo hæ duæ res sunt idem cum tertio, scilicèt cum essentia, & non sunt eadem inter se, sed res distinctæ sunt. Quod argumentum proponit quidam Mario Victor. lib. 1. cõtra Arium his verbis. *Quæ simul sunt sibi inuicem eadem, duo vnum sunt; necesse est igitur ista idem esse*, id est, Quæcunque sunt eadem in vno, sunt eadem inter se: Sed ille nihil respõdet ad formam argumenti; commonstrat autem fusissimè quomodo vnitas diuinæ naturæ profusa sit in numerum personarum: quod proloquium hic disputando tractamus, quia vim totam cõtinet syllogisticæ doctrinæ & consquentiarum dialecticarum.

An hoc proloq. consentiat cum mysterio Trinitatis? Ratio dub.

Quidã apud *Mar. Victor.*

2. Huius proloq. 1. Explicatio, de 3. incommunicabili. *Durand. Scot. Capreol. Argent.*

Prima explicatio est, quòd intelligatur istud pronũciatum de vno tertio incommunicabili. Ita affirmat Durand. in 1. d. 33. q. 1. ad 2. & Ioan Scot. d. 2. q. 7. & Ioan Capreol. eadem d. 2. q. 3. Argent. q. 2. art. 1. Exemplum est, manus coexistit animæ informanti, & pes coexistit eidem animæ informanti; ergo coexistũt inter se: nulla est cõsequentia, quia anima est forma communis partibus diuersis. Similiter non valet consequentia; etsi Pater & Filius sint idem cum essentia, quòd sint res vna; quia essentia non est incommunicabilis, sed communis pluribus personis. Quidam afferunt exemplum aliud. Nam Petrus est hoc intelligens, & anima ipsa est hoc ipsum intelligens. Itaque Petrus, & anima conueniunt in tertio, quia sunt hoc intelligens; non tamen sequitur, quòd Petrus, & anima sint idem inter se.

1. Exemplum.

2. Exemplum.

3. Improbatur.

Hæc explicatio non placet: primùm quia videtur significari, quòd principiũ illud argumentationis non sit validum, nisi tertium sit incommunicabile; hoc autem est falsum. Nam ex eo quòd Pater, & sapiens sunt idem cum essentia, rectè colligitur, quòd Pater, & sapiens sint idem inter se; essentia autem nõ est incommunicabile quid, sed commune: & tamen vnitas essentiæ communis, in qua Pater, & sapiens conueniunt, ostendit, quod hi duo conueniunt etiam inter se. Deinde, quia motus est aliquid incommunicabile, cum sit omninò res singularis; & tamen adhùc principium Aristotelicum falsum inuenitur in motu: Nam actio & passio sunt idem cum motu; & tamen nõ sunt idem inter se, quod ipse Arist. arguendo ostendit, nihil enim esse ait actionem, nisi motum; & passionem nihil esse ait, nisi motum; non autẽ esse actionem passionem; ergo etiam in tertio incommunicabili non est firmum argumentum. Neq; verò negamus motum ab actione aliquatenus distingui (si ita placet) sed tamen ea est distinctio vt motus de actione affirmetur, est enim actio motus ab agente dimanans; & ita cum actio sit motus, & passio sit idem motus, non tamen actio est passio.

Ex eõ quòd Pater, & sapiens sũt idem cum essentia, sunt idem inter se.

Improbatur.

Licèt motus & quid singulare actio & passio sunt idem cũ motu, & non sunt idem inter se.

Declaratur hoc.

4. Ad 1. exempl.

Exempla etiam non sunt accommodata. Nam pes & manus non sunt idẽ cum anima; quare non colligitur, quòd sint idem inter se. At verò hoc intelligẽs supponitur pro diuersis, scilicèt pro homine, & pro anima: & idcirco quamuis forma significata sit eadem scilicèt intelligentia; tamen res pro quibus supponitur nomen sunt duæ, scilicèt Petrus & anima. Quare non est syllogismus ex ijsdem singularibus, Petrus est hoc intelligens, anima est hoc intelligens; cũ sub isto nomine ostendãtur res diuersæ: vel dicendum est nomen æquiuocum, si significet aliquid essentiale, quod est homo, & aliquid essẽtiale, quod est anima; si verò significet accidens, scilicèt intelligentiam, tunc erit vniuocum, sed supponitur pro diuersis, vt si albedo esset in pluribus subiectis, hoc album non esset illud album. Ita neque hoc intelligens, scilicèt anima, est illud intelligens, scilicèt

Ad 2. exempl.

cèt Petrus; neque verò anima in corpore eſt id quod operatur & intelligit, ſi propriè loquendum ſit, vt diſputauimus libr. 4. quare negatur minor propoſitio, quòd anima ſit hoc intelligens, ſed ſola hypoſtaſis eſt hoc intelligens.

Lib. 4. cap. 22. p. 2. num. 18.

5.

2. Explicatio 2. diſtributo ſaltè virtute.

Alius commentarius Durando etiam tribuitur d. 33. q. 1. qui placuit Thom. Argent. d. 2. q. 2. art. 1. & *Alfonſ. Tolet.* d. 5. q. 1. art. 4. ſcilicèt, quòd intelligatur axioma *Ariſtotel.* de tertio diſtributo, quod eſt medium ſyllogiſticum; & quoniam in ſyllogiſmo ſingularium nō diſtribuitur medium, ſingulare enim nequit diſtribui, interpretantur poſſe diſtribui virtute, vt cum dico Petrus currit, poteſt idem reddi cum diſtributione, dicendo, quicquid eſt Petrus currit. Sed hæc ſunt contraria regulis dialecticis, & germanæ ſuppoſitioni nominum ſingularium, vt ſtatim commonſtrabimus: quare alia eſt quærenda via argumenti ſoluendi.

Tribuitur *Durand.* Placuit *Argent.* *Tolet.*

Improbatur 1. ex dicendis.

6.

3. Explicatio *ex Durand.* de iis qui ſunt adæquatè idē cum 3.

Alia interpretatio colligitur ex doctrina Durandi, quòd principium *Ariſtotel.* intelligatur de ijs, quæ ſunt adæquatè idem cum tertio; atqui perſonas diuinas non eſſe adæquatè idem cū tertio, ſcilicèt cum eſſentia diuina, affirmat Durād. ſed hoc ipſū iā impugnauimus; verum eſt quòd eſſentia diuina cum perſonis ſigillatim non adæquatur numero ſecundum quod eſſentia eſt idem cū perſonis; quia eſſentia eſt res tres, ſcilicèt perſonæ tres, & Pater eſt res vna: ſed hoc ipſum videtur probare *Ariſtotelicū* principium, quòd ex eo, quòd eſſentia cum ſingulis perſonis adæquatur tota vnitate entis, adæquatur etiam numero, vt non ſint plures perſonæ, quæ ſunt idem cum tertio, ſcilicèt cum eſſentia. Sed neque iſta Durandi interpretatio eſt ad rem; quia non diſputamus de rebus ſignificatis, quomodo tres res ſint res vna, quod lib. 1. affatim præſtitimus: ſed de ſyllogiſmis expoſitorijs, qui illo theoremate nituntur, in quibus videntur regulæ dialecticæ diſcrepantes à vero.

Improbatur 1. vt inſufficiēs.

Improbatur 2. vt non ad rē.

Lib. 1. à cap. 10 de rebus ſignificatis agitur, hic de ſyllog. expoſitorijs.

7.

4. Explicatio de medio termino ſingulari, eo excepto qui ſignificat rem vnā, quę habet identitatē cū reb. plurib.

Quidam ſunt qui efficaciam conſequentiæ in ſyllogiſmis expoſitorijs medij ſingularis, attribuunt illi pronunciato *Ariſtotelico*, *Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*; ſed negant eſſe medium ſyllogiſticum terminum quēpiam ſingularem, ſi ſignificet rem vnā, A quæ habet identitatem cum rebus pluribus; & quia Deitas eſt res vna habens identitatem cum rebus tribus, ſcilicèt cum perſonis, Deitas non eſt medium ſyllogiſticum, etiamſi ſit nomen ſingulare, vt illi arbitrantur: & ita non ſequitur, *Deitas* eſt Pater; Deitas eſt Filius; ergo Pater eſt Filius: cum *Deitas* non ſit nomen aptum medio ſyllogiſtico.

8.

Improbatur 1. vt liberè excipiens.

Hæc tamē opinio minimè placet: im primis quia per illam quæritur diuerticulum, & fuga vrgente argumento; cum ad libitū, & ſine ratione excipitur à medijs ſyllogiſticis nomen ſingulare, ſi illud ſignificet rem vnam, quæ habet idētitatem cum rebus pluribus: Cuius exceptionis nulla ſubeſt ratio, niſi quòd inquiunt multum ambiguitatis eſſe in his ſyllogiſmis expoſitorijs, niſi hæc nomina ſingularia excludamus; quæ ſunt diuina nomina propria Deitatis ſignificātia rem vnam communem pluribus. Quaſi confiteantur apertiùs in diuinis nominibus non poſſe præſcribi regulas ſyllogiſticas, quod antea refutauimus. Præterea dialecticus nō conſiderat res ſignificatas, ſed modum ſignificandi, & nominis ſuppoſitionem: Quare ex ipſo modo ſignificandi, & cuiuſcunque nominis ſuppoſitione, depromendæ ſunt regulę dialecticæ. *Præterea* cum illi nō diffiteantur artem ſyllogiſticam fundari in illo pronūciato Ariſtotel. certiſsimo, *Quæcunque ſunt eadem vni tertio*, immeritò refragantur concedere, quòd in his etiam nominibus ex vnitate plurium cum tertio, colligamus rectè vnitatem plurium inter ſe. Nam de rebus ſignificatis diſputantes, oſtendimus ex hoc, quòd Pater & Deitas eſt idem, & Filius & Deitas eſt idem; eos ſecundum Deitatem eſſe idem: in ſyllogiſmis autem hoc ipſum ſupereſt declarandum, quòd ex coniunctione terminorum cū tertio, coniungantur termini extremi inter ſe. Præterea contra rationem videtur illud aſſeri, quòd identitas tertij cum rebus pluribus impediat ipſarum rerum identitatem inter ſe; ergo ſi in cæteris eſt vis ſyllogiſmi expoſitorij, etiā in his rebus, quæ cū tertio ſunt idē omninò, licet colligere ſyllogiſticè, quòd ſint idem inter ſe. Denique de his nominibus ſingularibus affirmamus, & negamus; cum autem multa de eodem affirmantur, & negantur, nihil prohibet ex quibuſ-

Ratio pro exceptione.

Refutatur 1. ex initio cap. ante 1. partē.

Refutatur 2.

Refutatur 3. ex conceſsis.

Ex rebus ſignificatis arguitur ad ſyllogiſmos.

Refutatur 4.

Idētitas tertij cū rebus pluribus non impedit ipſarum rerū identitatem inter ſe.

Refutatur 5.

Sicut de his nominibus diuinis iudicia formamus, ita & ſyllogiſmos

quibusdam quædam alia syllogizando deducere. Est ergo etiam in his nominibus singularibus expositorius syllogismus, seruatis regulis dialecticis, quæ nominum istorum significationi,& suppositioni coaptandæ sunt.

9.
5. Explicatio noua, ploquiũ esse firmũ in nominibus cõcretis, quæ supponuntur pro vno tantùm.

Noua est explanatio quorundam, scilicèt quòd *Aristotelicũ* principiũ firmũ sit in nominibus cõcretis, quæ supponãtur pro vno tãtũ; quare nomina abstracta aiũt inepta esse huic generi argumẽti expositorij; quia hæc nomina abstracta nõ significant identitatẽ, sed potiùs distinctionem; significant enim formas separatas,& accipiuntur formaliter; at verò syllogistica argumentatione colligitur idẽtitas extremorũ cũ tertio; quare nõ illi apta sunt nomina abstracta; & idcirco non valet argumentũ, Pater est Deitas, Pater generat, ergo Deitas generat, quia Deitas est nomen abstractum, quod huic argumento non inseruit. *Præterea* nomen, Deus, aiunt non esse huic quoque argumentationi conueniens, quia supponitur pro pluribus personis; principium autem Aristotelicum intelligitur, vt aiunt, de vno tertio, quod pro vno solo supponitur.

Excluditur 1. Deitas,&c.

Ratio, quòd nomina abstracta faciunt sensu formalem.

Excluditur 2. Deus,&c.

10.
Hæc explic. improbatur 1.

Sed hæc opinio non est verisimilior præcedente; apertè enim asserunt nomina abstracta, & nomen *Deum* esse inutilia syllogismis expositorijs; Cum tamen multi sint syllogismi expositorij frmissimi ijsdem nominibus constantes; & quãuis nomina abstracta faciunt sensum formalẽ; est tamen sensus non formalis, cum vtimur nominibus, hæc res, illa res. Sed neque in sensu identico licet arguere, Pater est hęc res, scilicèt essentia; & Pater generat; ergo hæc res, scilicèt essentia, generat, quæ condemnata est in Concil. Later. Huius ergo paralogismi vitium quærendum est. *Præterèa* Aristotelicum principium licèt ostendat vim syllogisticæ artis, vt postea dicemus; tamen est de rebus ipsis intelligendum: Quare siue nomina abstracta vsurpes, siue concreta; elucidandum est, quì fieri possit, vt vna res sit tres res, ita vt tres res sint idem cum re vna, & sint inter se res tres; neque his contrarium sit principium istud, *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.*

Ad rationem, In sensu nõ formali dicimus, hæc res, illa res.

Ista, Hæc res, scil. essentia, generat, dãnata est in *Conc. Later.*

Improbatur 2

11.
6 Explic. *Caietan. Capreol. S. Bonau.*

Longè diuersa est sententia Thomæ Caietani in hac re explicãda, quam tractat etiam Capreol. d. 33. q. 1. & S. Bonauent. d. 39. q. 2. Scot. d. 2. q. vnica §. ad quintum: ait enim ea quæ sunt eadẽ vni tertio, esse eadem inter se, quoad id, in quo identificantur cum tertio; & cum Caietano consentit Franc. Ferrar. lib. 2. cap. 9. & Capreol. d. 2. q. 3. art. 1. Cuius sententiæ hæc videtur germana explicatio, vt intelligamus extrema identificari in eodem fundamento identitatis inter se, in quo identificantur cum tertio; sed hoc falsum est, tàm in rebus creatis, quàm in diuinis. Nam homo,& Petrus identificantur in essentia; musicus autem, & Petrus identificantur in subiecto; ergo homo & musicus, quæ identificantur in Petro, non possunt idẽtificari in eodem fundamento identitatis; sed in duobus simul, vel in vno fundamento coniuncto ex duobus. Præterea Pater,& essentia non identificantur in identitate solius essentiæ, sed essentiæ & relationis simul; Pater autem,& Filius identificantur in sola essentia; ergo Pater & Filius non identificantur inter se in eodem fundamento, in quo cum essentia identificantur.

Scot. quoad id in quo identificãtur cum 3. *Ferrar. Capreol.* Huius explic. 1. declaratio de eodẽ fund. identitatis inter se, quo identificãtur ãi.

Improb.1. in creatis.

Improb.2. in diuinis.

12.
2. Declaratio de eodẽ genere identitatis qua cum ijs conueniunt.

Quidam aliter exponunt Caietanum quòd extrema identificantur inter se eadem identitate, scilicèt eodem genere identitatis, qua cum tertio conueniunt Sed hoc expressè negat Caietanus, ait enim extrema quidem identificari, sed non eadem qualitate identitatis, quod nos dicimus, non eodem genere identitatis. Et meritò quidem Caietanus id recusat, quoniam Pater, & essentia idẽtificantur reali identitate essentiali, & personali simul, absolutèque, ac simpliciter; ipsaque identitas est Filij cum essentia diuina; & tamen Pater & Filius inter se non identificantur reali identitate simpliciter omnibus modis, sed dũtaxat essẽtiali identitate, & nõ psonali cũ psonali distinctione discernantur.

Improbat. vt reiecta *Caietan.*

Ratio reijciẽdi.

13.
Iuxta quæst. 6. Explic. *S. Thom.* Eorum fundamẽta expenditur.

Nonnulli sunt qui existimant Sanct. Thomam in 1. d. 33. q. 1. art. 1. ad 2. tenuisse eam quæ est Caietani sententia. Obijciebat enim arguendo, Quãdo aliqua duo sunt idem, in quocunque est vnum, est & alterum; sed essentia, & Paternitas sunt idem; ergo in Filio in quo est essentia est Paternitas. Respondet S. Doctor concedendo, quòd essentia & Paternitas sunt idẽ secũdũ esse; & ita in quocunq; est esse essentiæ, est esse ipsius Paternitatis. Esse enim Paternitatis est absolutum

absolutum & essentiale, Paternitas autem, & relatio sunt formæ definitione distinctæ; & ideo non sequitur, quòd in quocunque est essentia sit Paternitas. Reijciuntur. Quo loco ait quidem Sanctus Thomas Paternitatem, & essentiam esse idem secundum esse; sed nequaquam affirmat, quòd ex identitate vtriusque cum tertio colligatur eadem identias, aut idem fundamentum identitatis inter se, quæ videtur esse Caietani sententia.

14. Explic. Vasq. d. 123. cap. 1.

Alij adhùc sunt, qui negant illud principium esse fundamentum syllogisticæ artis, sed aiunt solùm de rebus interpretandum esse. Secundò affirmant intelligendum esse de solis rebus creatis, quas Aristotel. nouerat. Circa primum assertum, haud dubium est locum illum Topicum, *Quæcunque sunt eadem*, continere, non formam syllogisticam, sed materiam arguendi, scilicèt identitatem; locus enim Topicus continet materiam argumenti: sed quia forma syllogistica, nihil aliud est, quàm coniunctio duorum terminorum inter se, ex coniunctione illorum cum tertio cõprobata; cum coniunctio terminorum indicet identitatem, siue coniunctionẽ rerum significatarum; probè scitèque dicitur, syllogizandi vis sita esse in illo principio, *Quæcunque sunt eadem*. Quãuis Aristotel. probandi syllogismi alias normas tradiderit, logicas inquam normas, videlicet dici de omni, dici de nullo: sed metaphysicus rectè probat syllogismi efficaciam per hoc principium; ea enim quæ sunt re ipsa idem, necesse est dici de alterutris, iuxta præcepta logica; ergo ex identitate rei colligitur terminorum coniunctio, præscriptis logicis obseruatis.

1. Eius assertũ Illud princip. intelligi solũ de rebus. 2. Assertum intelligi de solis creatis. 1. Assert. approbatio. Forma syllogisticaquid. Cur syllogizãdi vis dicatur sita in illo principio. Alix normæ logicæ. Metaphysicus rectè probat syllogismi efficaciã per illud principiũ.

15. 2. Asserti improbatio.

Secundum verò assertum, non probatur. Cum enim ex eo quòd Pater est ipsa essentia, & Filius est ipsa essentia, rectè colligatur dogma fidei, quòd sint in essentia vnum, & hoc quidem comprobetur *Aristot.* pronunciato, non est condenda noua philosophia, qua philosophica asserta exterminemus, quæ potiùs deseruiant documentis fidei munidis.

16. Pro 8. & vera explicatione Principij not. Principium illud indicat

Sed vt rem iam aperiamus, obseruandum est, principium illud Aristotelicum indicare vim, & efficaciam syllogizandi. Nam in omni syllogismo ex coniunctione duorum terminorum cum tertio termino, quem vocamus medium syllogisticum, colligimus coniunctionem eorum inter se, obseruatis documentis artis, vt non copulemus diuisa, aut coniuncta paralogizando separemus. Ars igitur syllogistica, tota nititur hoc verissimo principio, quòd, *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*: hoc enim colligitur siue propositionibus vniuersalibus de pluribus indiuiduis, siue singularibus de vno solo. Explicandum erit igitur hoc principium secundum rem ipsam, & postea secundum quod syllogismis accommodatur.

vim & efficac. syllogizandi. Ostenditur.

17. 8. Explicationis 1. pars. De eo princip. secũdũ ré, 1. Assertum: Ex identitate extremorũ eũ 3. semper colligitur aliqualis idẽtitas eorum inter se: non tamen necessariò eadem Probatio.

Si de rerum identitate disputandum sit, dicendum est in vniuersum ex identitate extremorum cum tertio colligi aliqualem identitatem eorum inter se; non tamen colligi necessariò identitatem eandem: quod est receptissimum, & verissimũ proloquiũ. Si enim primũ adhæret secũdo, & secundũ tertio, etiã primum adhæreat tertio necesse est; scilicèt non per se necessariò, sed saltem per secundum, quod est medium. Quare & partes totius, quæ aliquo modo sũt idem cum toto, quasi coniunctæ illi; sũt etiam inter se idem coniunctione, vt saltem per medias coniungantur extremæ. Et corpora omnia quæ vno cœlo continentur, etiam inter se habent vnitatem, & identitatem aliquam secundum quod se contingunt extrema per media; & similem identitatem habent tempora quæ continentur æternitate, vt successione se contingant. Itaque omninò necesse est, vt aliqualis identitas extremorum, ex idẽtitate eorum cum tertio colligatur.

1. Exemplum de partibus totius. 2. Exemplũ de corporibus vno cœlo contentis. 3. Exemplũ de temporibus

18. Aduertend. Identitas amplissima. Specifica. Omnimoda. Illud 3. potest esse cõpositũ. Exemplum. Hinc 1. assertũ

Deinde aduertendum est, quòd identitas est amplissima relatio, fundatur enim in quauis vnitate etiam per accidens; Identitas autem specifica datur in vnitate specici; & identitas omnimoda fundatur in vnitate omnimoda. Et quoniam tertium, in quo plura conueniunt, potest esse compositum ex pluribus; potest accidere, vt secundum aliquid sit idem cum vno extremo, & secundum aliud, sit idem cum alio. Verbi gratia, Petrus secundum essentiam est idem cum homine, & secundum accidens est idem cum albo. Inde fit vt ex idẽtitate extremorũ

cum tertio colligatur quidē aliqua idē-
titas eorum inter se, sed non eadē iden-
titas, neque idem fundamentum iden-
titatis; quia ipsa extrema diuersis iden-
titatibus, & fundamentis identificantur
cum tertio; quod argumentum fecimus
contra Caietanum: sed fortè hoc ipsum
voluit Caiet. quod nos docemus; & vt
indicaret non esse eandem identitatem
colligendam extremorum inter se, dixit
extrema identificari secundum id, quo
in tertio conueniunt; scilicèt non sem-
per in ea vnitate, qua vnum & alterum
cum tertio conuenit, sed aliquando vni-
tate, & identitate distincta, quæ coales-
cit in illo tertio ex coniunctione duo-
rum: verbi gratia homo, & musicus con-
ueniunt in Petro, sed musicus cum Pe-
tro coniungitur sine medio, cum ho-
mine verò per medium scilicèt per Pe-
trum, & idcircò non est eadem identi-
tas extremorum inter se, quæ est illorū
cum tertio.

Quoad 2. p. est cōtra *Caiet.* vt n. 11. Is explicatur, vt consonet 1. asserto.

Homo, & musicus conueniunt in Petro diuersa identitate, ac proindè etiam diuersa inter se.

19.

1. Coroll. explicatio illius asserti, Quæ sūt similia, &c.

Ex dictis explanatur aliud pronun-
ciatum satis tritum, *Quæ sunt similia*
in tertio, sunt similia inter se; nam
quia similitudo fundatur in vnitate spe-
ciei, necesse est explicare istud axioma,
quæcunque enim sunt similia vni ter-
tio ratione eiusdem formæ specificæ,
sunt similia inter se. At verò, quia iden-
titas non postulat tam perfectam vni-
tatem, sed quamuis vnitatem, colligi-
tur ex quauis coniunctione extremo-
rum cum tertio, vt diximus, aliqua idē-
titas saltem imperfecta, & minor inter
extrema, quàm sit identitas extremorū
cum tertio.

Similitudo fūdatur in vnitate speciei.

Identitas in qualibet.

20.

2. Coroll. Ex omnimoda identitate, &c.

Præterea consequens est, vt ex om-
nimoda identitate extremorum cum
tertio colligatur omnimoda identitas
illorum inter se: & in rebus quidem
creatis hoc verissimum est, quia in illis
quæcunque distinguuntur definitione,
distinguuntur re ipsa; quare si re ipsa
nullo modo distinguuntur, neque de-
finitione distinguuntur, sed sunt om-
ninò idem, vt gladius, & ensis. Nam
licèt Petrus, & homo non distinguan-
tur definitione; & tamen Petrus, & ho-
mo sint idem, & Paulus, & homo sint
idem; Petrus verò, & Paulus non sunt
idem; non ideò falsum est Aristoteli-
cum principium: nam Petrus, & Pau-
lus, non sunt idem re ipsa vni tertio,
scilicèt vni homini, sed sunt re ipsa duo

Oftenditur. In creatis quæ si non re ipsa, nec definitione distinguuntur, vt gladius, & ensis lib. 1. c. 27. p. 1. n. 10.

Obiectioni occurritur.

Petrus, & Paulus non sunt idē re ipsa vni 3. sc. vni homini.

A homines. Hoc est igitur fidei arcanum
sacratissimum, quòd Deitas sit res vna,
cum qua Pater est res vna omnimoda
identitate reali, & Filius res vna cum
Deitate omnimoda identitate reali;
Pater autem, & Filius res duæ. Sed ad
hoc quoque valet Aristotelicum prin-
cipium, quia essentia, & Pater sunt qui-
dem idem identitate reali omnimoda,
sed non sunt idem identitate rationis,
quia definitione, siue ratione formali distinguuntur; neque esset intelligibile hoc mysterium, nisi Pater, & es-
sentia distinguerentur rationibus for-
malibus; nam si idem intelligeremus
nomine Patris, & essentiæ, contradi-
centes essent, quòd essentia sit Filius,
Pater, qui est essentia, non sit Filius, vt
suprà disputauimus. Quòd si hoc my-
sterium non esset intelligibile, sed gig-
neret in intellectu nostro contradicen-
tes, non esset verum. Neque tamen as-
serimus veritatem ipsam Trinitatis,
quæ est Deus trinus, pendere à nostro
intellectu; sed docemus id, quod re ipsa
est verum, non gignere in intellectu no-
stro contradicentes.

Hoc coroll. in diuinis negatur loquendo de omnimoda idētitate rei.

Hanc habet Paternitas, & essentia, sed nō identitatē rationis, alias mysteriū Trinitatis nō esset verum.

Non asserimus hoc mysterium pendere à nostro intellectu, sed non gignere contradicentes.

21.

Ratio autem, quare identitas omni-
moda realis personarum cum essentia,
non ostendat identitatem realem om-
nimodam personarum inter se, hæc est;
quia res omnes, quas in Deo intelligi-
mus non oppositas re ipsa, sunt vnum,
& idem propter simplicitatem; res ve-
rò, quæ ex propria ratione sunt op-
positæ, vt origines, & relationes, si re
vera sunt in Deo, necesse est esse res
distinctas. Indè est, quòd essentia, &
relatio, siue persona, quæ est ipsa re-
latio, quia non opponuntur, sunt res
eadem; duæ verò relationes oppositæ
sunt res duæ; & ideò non colligimus
ex identitate reali extremorum cum
tertio, identitatem realem eorum in-
ter se secundum esse relatiuum; sed be-
nè colligimus identitatem eorum in-
ter se, secundum esse absolutum, &
essentiale. Et quia etiam, quoad hoc
valet principium Aristotelicum, vt quę-
cunque sunt eadem vni tertio, re, & ra-
tione, sint idem inter se re, & ratione,
negauit Sanctus Thomas consequen-
tiam, quòd Pater, & Filius sint idem
inter se, quia non sunt idem cum es-
sentia re, & ratione, vt tunica, & vesti-
mentum.

Ratio negandi hoc coroll. in diuinis.

In Deo quæ non opponuntur, sunt vnū, quæ opponuntur, sunt plura.

Idem Coroll. affirmatur quoad deitatem omnimoda identitate, sc. re, & ratione.

S. Thom.

Exemplum in tunica & vestimento.

At

22.
2. Pars: Decodē principio accōmodato ad artem syllog.

In vsu nominū ob variationē suppositionis nō omnis forma arguendi in qua extrema coniungūtur cū 3, est recta cōseq. *Arist.*

Itē ob fallacias à quib sola synonima sunt tuta.

S. Thom. ex Arist.

S. Thom. de fallacia accidentis.

Illius mens.

In terminis nō synonimis principiū Aristotelicū explicandū est, siue intelligatur de identitate reali, siue de arte syllogizandi,

23.
Idem.

At verō accommodato principio isto ad artem syllogisticam, longè aliter sentiendum est; quoniam in vsu nominū accidit, vt propter suppositionē mutatam, aut aliquam cōditionem suppositionis variatam, non rectè concludatur; quare non omnis forma arguendi, in qua extrema coniunguntur cum tertio, est recta cōsequentia, vt *Aristot.* fusissimè ostēdit in libris priorum. Præterea seruatâ formâ arguendi in qualitate, & quantitate propositionum, adhuc sunt plures fallaciæ in vsu nominū; quæ consequentiam infirmant. Siquis autem quærat, quoties contingat in vsu nominum fallacia? Respondendum est quòd solum nomina synonima sunt à captione ista tuta. Quæ est responsio S. Thomæ doctissima q. 28. accepta ab Aristotele in libris physicorum libr. 3. text. 21. in simili argumento. Cum enim obijceret, quòd actio est mot', & passio motus, & actio tamen non est passio: Respondet consequentiā esse bonam in terminis synonimis; quasi insinuans in reliquis terminis posse inueniri captionem, siue fallaciam dialecticam. Et hoc idem obseruat S. Thom. in fallacia accidentis, libro de fallacijs, quia ea fallacia obuenit sæpissimè vbicunque non sunt nomina synonima. Non igitur coarctat S. Thom. principium artis syllogisticæ, vt solū nominibus synonimis cōstet syllogismus, quod quidā obijciunt; sed admonet posse occultari fallaciā accidentis, vbicunq; synonima non sunt; quæ fallacia erit per regulas dialecticas euitanda. Et ita vnū verbū S. Doctoris vtrāq; nobis quæstionē explicat, siue de identitate reali, siue de arte syllogizādi, vt illud principiū Aristotelicū, *Quæcūq; sunt eadē vni tertio, sunt eadem inter se,* in terminis quidē synonimis certissimū sit; in alijs verò non synonimis, explicādum, vt faciemus.

Quare ipse S. Doctor 3. contra gētes cap. 9. vtitur hoc principio, *Quæ sunt eadē vni tertio*, ad probandum quòd potentia diuina, & operatio sunt idē, quia sūt idē cū diuina essentia; quia ibi nulla erat fallacia accidentis in consequentia.

SECVNDA PARS.

Dialecticæ consequentiæ in nominibus diuinis traduntur.

A Gitātibus dialecticas disputationes facit difficultatem nouitas rei admirabilis, scilicèt Deitatis, quæ est vna & eadem in personis tribus. Naturæ autem rerum multiplicantur in suis singularibus, & sola ratione sunt communes. Vnde oritur difficultas coaptandi consequentiarum regulas rerum creatarum ad res diuinas.

De nominibus diuinis concretis primùm agendum, quæ, vt antea docuimus, supponuntur pro ipsis personis diuinis. In quibus videtur deficere ratio syllogizādi, præcipuè in syllogismo expositorio nominum singularium. Nam si dicamus, Hic Deus est Pater; hic Deus est Filius; ergo Pater est Filius. Consequentia videtur esse dialectica; consequens autem est contra fidem. Marsil. in 1. q. 6. art. 3. respōdet, minorem propositionem negando, si demonstres hūc Deum qui est Pater. Sed iam in superioribus docuimus, eam propositionem esse veram.

Quidam igitur huic rei nauantes operam, dixerunt nomen, Deus, esse commune, & ita supponi, vt commune; possēque distribui, & notari nota vniuersali, vel singulari, vel particulari, vt dicamus, Omnis Deus, Nullus Deus, aliquis Deus, hic Deus; & cum plures dij non sint, his notis dialecticis effici, vt pro personis nomen distribuatur, vel indefinitè pro aliqua persona, vel pro ista persona definitè; & ita esse nomen istud regulis dialecticis conformandum: quare cum dicitur, Hic Deus est Pater, perinde dici sicut Hic homo est Petrus; & erit æquiuocum nomen hic Deus, sicut hic homo de Petro & Paulo dictum, & non aptum syllogismo. Hæc autem doctrina non solùm insueta est, & valde absurda, sed etiam falsa. Insueta quidē, quia nullus hominum hactenus dixit, omnis Deus, nisi pro dijs pluribus nomen Deum vsurpans. *Absurda* est etiam doctrina ista, quia cum in significando hæ notæ nihil efficiant, neque sint in vsu hominum cum nomine Deo coniunctæ, impolitum est genus doctrinæ, ad libitum & extra consuetudinem loquendi, disputationē trahere. Falsa ipsa quoque est existimatio: Nam cum nomen Deus, significet Deum verum; omnis autem Deus significet plures Deos, si in hoc sensus dicas, Omnis Deus creat, quòd

1.
Difficultas orta ex vnitate realī Deitatis in pluribus.

2.
Sect. 1.
De syllog. præsertim expos.
1. Dub. De nominibus diuinis concretis
Ratio dub.

1. Responsio *Marsil.*
Refellitur ex cap. 28. n. 12.

3.
2. Responsio. nomen, Deus, esse commune & posse notari nota vniuersali, particulari vel sing. vt distribuatur pro personis vel indefinite vel definite.

Declaratur.
Infert nō esse aptū syllog.

Refutatur 1. vt insueta.

Refutatur 2. vt absurda.

Refutatur 3. vt falsa.

Omnis Deus significat plures Deos, Idē efficis quānis notā appone nomini Deus, si intelligas verū Deū. *Alens. Caiet. Arim.*

Pater, & Filius, & Sp. Sāctus creant, significas planè plures Deos creare, quod est hæreticum. Igitur quoad nominis significationem, & suppositionem idem efficis, siue dicas, omnis Deus, siue aliquis Deus, siue hic Deus, dummodò isto nomine De⁹ intelligas verum Deū, qui vnus est; quamobrem *Alex. Alens.* 1.q.7. memb.7.art.3. & Thom. Caiet. 1.p. probè, scitèque affirmant, nefas esse dicere, Omnis Deus creat, pro tribus personis creantibus, quia plures dij significantur, & Greg. Arim. d.4.q. 6. cōfirmat, frustra addi noram distributionis, cum dicimus, Omnis Deus, ac si diceres, Omnis Socrates.

4.
3. Respons. *Marsilij* aliàs, de nomine Deus, siue hic Deus.

Meliùs igitur aliàs cum eodem Marsilio dudum commemorato censemus nomen, Deus, esse quidem suppositionis singularis, sed non omninò singularis, ita vt non sit omnibus regulis dialecticis de singulari suppositione subiectū Et idem dicēdum de nomine, hic Deus, siquidèm illa nota, hic, nihil addit ad nominis singularitatem.

5,
Declaratur. Nomē, Deus est singulare suppositione, quæ sit singularis incōpletè Ité cōmune suppositione, quæ sit cōmunis incōpletè.

Dicendum igitur est, quòd istud nomen Deus, siue hic Deus, connumerandum est inter ea quæ sunt singularia suppositione; cuius tamen suppositio sit singularis non plenè, sed incompletè: & iterum recenseri inter nomina suppositione communia; cuius tamen suppositio sit communis incompletè. Dicamus primò de singularitate incompleta.

6
Iuxta hæc 1. Asserti 1.p. Illud singulare suffieit ad contradicētes. Ratio.

Singularitas incompleta in subiecto propositionis sufficit ad cōtradicentes; quoniam propositio negans remouet prædicatū à toto subiecto, quod est singulare, vt dicitur in contradicentium capite. *At* verò in syllogismis expositorijs, cum syllogismus affirmatione aliqua constet, neque enim ex negationibus concludit; nomen, Deus, non est medium syllogisticum in consequentia formali, quia non est singularis suppositio cōpleta. Quare non sequitur, Hic Deus est Pater, hic Deus est Filius, ergo Pater est Filius; quia nomen, hic Deus, licèt sit singulare, & supponatur pro vno Deo, supponitur tamen simul pro pluribus personis; & quia suppositio singularis non est completa, syllogismus non est expositorius, cuius medium oportet, vt sit singulare completum.

2. Pars: In syllog. expositorijs non sufficit ad mediū syllogisticū in cōseq. formali. Ostēditur.

7.
2. Asserti membrum 1. Illa suppositio cōmunis non

Suppositio verò communis istius nominis, Deus, non est etiam perfectè cō-

A munis; quod liquet clarissimè; tum quia si subiectum supponatur communi suppositione in vtraque, cōtradicentes nō sunt, vt homo currit, homo non currit: at verò Deus generat, Deus non generat, sunt contradicentes: ergo nomen Deus non supponitur suppositione communi completa: tum etiam quia nō potest nomen istud notari signo vniuersalitatis, vt dicamus Omnis De⁹ generat; ergo suppositio non est pfectè cōmunis. Quòd verò suppositio istius nominis sit aliquo pacto communis ostenditur, non solùm quia nō potest esse mediū syllogisticū in syllogismo expositorio, q̄ est suppositio ex parte cōmunis; sed maximè, quia hoc nomen habet vt per communem suppositionem exponatur hoc modo, Deus est Pater, Aliqua res, quæ est Deus, est Pater: quare sicut non valet consequentia, *A*liqua res quæ est Deus est Pater, & *A*liqua res quæ est Deus est Filius, ergo Pater est Filius; ita etiam nō valet, Deus est Pater, Deus est Filius, ergo Pater est Filius. Et similiter ista propositio, Deus non generat, valet perinde, ac si dicas, Nulla res, quæ est Deus, generat, quæ falsa est. Quare non sequitur, Filius est Deus, Filius non generat, ergo Deus non generat; quia in syllogismo expositorio non colligitur negatio vniuersalis, sed indefinita: verbi gratia, Petrus est doctor, Petrus non scribit, ergo aliquis doctor non scribit: sed non sequitur, ergo nullus doctor scribit. Cum igitur infertur, Filius est Deus, Filius non generat, ergo Deus non generat: idem valet ac si colligamus; ergo nulla res, quę est *D*eus generat: quæ consequentia nulla est. Et ita deprehenditur suppositio, & incompletè singularis, & incompletè communis in hoc nomine Deus: & quoniam hæc suppositio communis istius nominis, Deus, nō cernitur, nisi cum propositio exponitur per alias communes, quæ idem valeant, dicitur à quibusdam distributio extra terminum, quia terminus ipse Deus non distribuitur; sed extra illum distribuitur subiectum propositionis, per quam illa altera declaratur, vt Deus non generat, declaratur per istam, Nulla res, quæ est Deus, generat; de qua re Magist. distinct. 5. & Gregor. 16. q. 1. ad 1. & 2. cum alijs.

B

C

D

Esto igitur regula certissima: Quoties

est perfectè cō. munis. Probatur.1

Probatur. ex num.3.

Memb. 1 Est aliquo modo cōmunis. Ostēditur ex n.5. & 6.

Ostenditur. Nomē Deus per communē suppositionē exponitur.

Declaratur cludendo affirm. falsā.

Item concludēdo negatiuā

In syllogismo expositorio colligitur negatio vniuersalis, sed indefinita.

Exemplum.

Hæc suppositio communis dicitur distributio extra terminum.

Ratio

Magist. Gergor. 8.

iuxta

1. Reg. ex dictis certa.

Adsuppos. singulare, cauendū ne desit singularitas completa.

iuxta dialectica præcepta necesse est, vt suppositio sit singularis, cauendum est ne in isto nomine Deus, desit singularitas completa; & hic defectus non accidit in propositione negante; quia negatio remouens prædicatum à Deo, remouet etiam à personis, vt diximus.

9.

2. Regul. Pro concluſ. indefinita aut singulari, cauendum ab vniuersali.

Exemplum.

Secunda regula potest addi ex dictis, quòd vbi syllogizando necessario colligitur conclusio indefinita, aut singularis, cauendum est, ne nomen Deus faciat propositionem vniuersalem; nam bonè sequitur, Petrus est doctor, vel est hic doctor, & Petrus non scribit, ergo aliquis doctor vel hic doctor non scribit. Sed nomen Deus conclusionē negantē efficit non indefinitam, aut singularem, sed vniuersalem, vt in syllogismo prædicto, Filius est hic Deus, Filius non generat, ergo hic Deus non generat, quia valet idem atque nulla res, quæ est hic Deus, generat: & hæc sunt, quæ videntur variati in suppositione istius nominis.

10.

3. Assertum. Cū prædicatū & subiectū est essentiale, rectè syllogizamus siue affirmationem, siue negationem concludendo.

Ratio ex n. 5. & 6.

Cum verò prædicatum, & subiectum est essentiale, rectè syllogizamus nominibus vsi diuinis ad artem dialecticam syllogisticam, siue affirmationem, siue negationem concludendo; quia suppositio nominis Deus, in his omnibus est singularis completè; licèt enim supponatur pro personis, supponitur tamē pro omnibus simul; & ita enunciationes singulares æquiualent vniuersalibus ex parte subiecti: & quia suppositio nominis Dei, non est communis, cum ipsum nomen commune non sit, in istis essentialibus potest dici singularis completè, eò quòd non accidat defectus incompletæ singularitatis.

11.

Obiectio.

Quòd si obijcias consequens esse, vt hæ non sint contradicentes, Deus est omnipotens, Deus non est omnipotēs, sed potiùs esse contrarias, quia æquipollent vniuersalibus, Omnis res quæ est Deus creat, nulla res quæ est Deus creat. Caiet. quidem negaret affirmantem æquiualere vniuersali, quia ait nomen Deum non supponi pro personis, nisi prædicatū sit notionale. Quòd si cū Capreolo sentiamus in his enunciatis nomen Deum, etiā pro personis supponi: Respondendū est, illā propositionē, Deus est omnipotēs, etsi æquipolleat vniuersali, non tamen ideo nō esse singularē; quia propter vnitatē realē naturæ cū personis, supponit cum nomine Dei pro personis, sed cū natura vna & indistincta cessatione cōiunctis; quare de his simul affirmare, & negare est impossibile, & nō sunt cōtrariæ, sed contradictiones. Cū verò dicitur, Omnis homo currit, Nullus homo currit, nomen homo significat naturā cōmunem sola ratione, quæ re ipsa est diuersa, & ita non significat vnam naturam coniunctam cū multis personis, vt de omnibus aut affirmetur, aut negetur, sed potest affirmari de vna, & negari de alia, & possunt esse ambæ vniuersales enunciationes falsæ, & idcirco sunt contrariæ.

Ex Caiet. 1. Resp. negās quod in 2. cōceditur.

Ex Capreol. 2. Respons. concedens hāc Deus est omnipotēs, æquipollere vniuersali, non contradicentes.

De his, Omnis homo currit, nullus homo currit, diuersa ratio vt sint contrariæ, non contradicentes.

Sed vt ad syllogismos redeamus, aduertendum est, quòd cum illos restringimus ad essentiales terminos, aimus esse non formales consequētias, quæ in omni materia bonæ sunt, sed esse consequētias, quas dicunt materiales, quæ bonæ sunt in materia, putà cum nomina syllogismo contenta essentialia sunt, quæ significant essentialia, non personalia.

12. Aduert. Syllogismi de quibus in 2. asserto, sunt consequentiæ materiales.

De nominibus verò abstractis aliter dicendum; neque enim supponuntur pro pluribus, sed solùm pro re ipsa significata in illa abstractione. Et sunt qui existimēt nomina ipsa diuina abstracta, vt Deitas siue hæc Deitas, non habere suppositionem completè singularem: quia etsi non supponuntur pro personis verificantur (vt aiunt dialectici) de illis, id est, verè affirmantur de illis. Cui opinioni dudum consensimus: sed veritatē ponderantes exactiùs, arbitramur suppositionem nominum abstractorum singularem, esse completè singularē. Quid enim interest vtrùm verè affirmētur de personis, si non accipiuntur pro illis, quominùs sit suppositio completè singularis. Expendendum ergo qua ratione excludatur à vero syllogismo hic paralogismus; Deitas est Pater, Deitas est Filius, ergo Pater est Filius.

13. 2. Dub. de nominibus abstractis. 1. Responsio. Hæc nomina nō habere suppositionē completè singularem. Ratio. Fuit hæc olim sententia quorūdam. Refellitur. Nihil refert quòd verificentur de personis, si non accipiuntur pro illis

Sunt qui velint nomina abstracta reijcienda esse à syllogizandi arte, quia nō coniunguntur suppositione cū alijs nominibus concretis, sed potiùs diuidūtur: at verò in coniūctione extremorum versatur ars syllogistica.

14. 2. Respons.

Sed hæc pro libito afferuntur: omni enim enunciato vti licet ad arguendum; nam à vero verum deriuatur, si rectè obseruantur dialectica præscripta.

15. Refellitur.

16. 3. Respons. non abs re *Vasq. d.123. cap.2.* argui ab identica ad formalem.

Quidam igitur nō abs re aiunt argui ab identica ad formalem contra leges dialecticas. Nam præmissæ sunt identicæ prædicationis, scilicèt Deitas est Pater, Deitas est Filius; consequens verò est formalis prædicationis, Pater est Filius: de identica autem ad formalem variantur termini in sensu verborum; nam in præmissis dicitur, Deitas est Pater, scilicèt est idem quod Pater; & totū hoc est extremitas illius propositionis, scilicet idem quod Pater: qui terminus si ponatur in consequenti, verum erit, quòd Filius est idem quod est Pater, scilicèt eadem essentia.

17. 4. Respons. argui à non relatiuis ad relatiuum oppositū, quæ est fallacia accidentis. *S. Thom.*

Sed melius dicendum argumentum procedere à non relatiuis ad relatiuum oppositum, quæ est fallacia accidentis cap. sequenti elucidanda, quod aiunt mutari quid in aliquid. Et ita docet S. Thom. q. 8. de potent. artic. 2. ad 6. & idem innuit 1. p. Hæc enim res scilicèt essentia diuina, est idem cum relatis, quæ non sunt idem inter se; & in illo paralogismo prædicantur relata de absoluto in vtraque præmissa, in conclusione verò prædicatur relatum de relato. Instantia siue exemplum est à re philosophica: nam hic motus est actio, & hic motus est passio; sed non probè colligitur, ergo actio est passio, quia mutatur quid in ad aliquid.

18. Obiectio de nominibus absolutis significantibus relationē, vt cap seq. n. 7.

Sed contra istud responsum adhùc vrget argumentum. Nam si vtamur nominibus absolutis, Deitas est hæc persona, Deitas est illa persona, ergo hæc persona est illa; non mutatur quid in ad aliquid, cum persona sit nomen absolutum, sicut Deitas; & tamen est paralogismus ex veris falsum concludens.

Solutio,

His nominb' sublitet relatio absoluto conceptu.

Respondēdum est personas diuinas esse relationes, etsi cōceptu absoluto significentur; quare his nominibus absolutis sublitet relatio; & idcirco accidit in illis fallacia accidentis, mutando quid in ad aliquid, vt explicabimus cap sequēti: Itaq; hoc nomine, persona, in diuinis relatio est res cognita conceptu quodam confuso, licèt absoluto: quare nihil mirum quòd in ipsis nominibus absolutis contingat fallacia; & benè illud aduertit ratio apprehendens relatiuum absoluto conceptu.

19. Fallacia hæc accidentis amplissima est, & idcirco diximus melius solui argumentum illud prius data solutione Sancti Thomæ de fallacia ista.

De alijs verò consequentijs dialecticis longum esset, & fastidij plenum sigillatim disputare. De conuersione iam supra obseruauimus non esse firmam consequentiam in nominibus notionalibus; neque enim valet consequentia, generans est essentia, ergo essentia generat, quia variatur suppositio; & si qua alia documēta sunt dialecticis necessaria, ex nominis Dei suppositione iā tradita depromenda sunt.

20. Sect. 2. de alijs cōsq. De conuersione, vt n. 8. & P. 1. n. 21.

Est tamen dubium vtrùm valeat cōsequentia, quam *Aristotel.* ponit à negatione ad affirmationem, aut contra ab affirmatione ad negationem variatis prædicatis finitis, & & infinitis; verbi gratia, Petrus, qui existit, non est albus, ergo est non albus; vel Petrus est non albus, ergo non est albus. Vt similiter arguamus, Deus est non Filius, siquidem est Pater, qui non est Filius; ergo Deus non est Filius. Quidam aiunt consequentiam non esse bonam; quia consequens est falsum, Deus non est Filius; & existimant antecedens esse verū, Deus est non Filius; quo fit, vt cōsequētia bona non sit, cuius antecedens sit verum, & consequens falsum.

21. De consequentia à negatione ad affirmationem aut contrariatis prædicatis finitis, ad infinitis.

Exemplum

1. Sent. non esse bonam

Aio verum esse hoc antecedēs, Deus est non Filius

21. Pro resol. Præno. Priuatio fundatur in re ipsa, & ita nomē priuatiuū quodammodo est nomen rei: Nō sic infinitum. In diuinis hoc explicatur.

Non idem est dicere ingenitū & non Filium

S. Aug. explicatur.

Sed antequam nostram sententiam aperiamus, aduertendum est, nomina infinita differre à priuatiuis, quia priuatio fundatur in re ipsa cuius est priuatio; & ita nomē priuatiuum quodammodo est nomē rei: nomē autē infinitū, vt nō albū, nō est nomē rei, sed quadā infinitate qua negat vnum, affirmatur de omni alio, & ideo dicitur nomen infinitum: in diuinis verò, etsi non sint priuationes propriæ, vt expositum, nomina tamen priuatiua aliquid indicant, in quo fundantur: quare non idem est dicere ingenitum, & non Filium; ingenitum enim est nomen personæ, vtpotè notio Patris; nō Filius verò non est nomen personæ, aut naturæ, sed solum significat negationem modo quodam infinito, vt affirmetur de quouis alio, qui non sit Filius. Neque his contraria docet S. Augustin. libr. 5. de Trinit. cap. 7. voluit enim ingenitum infilium dicere, si Latinus sermo id pateretur; explicat autem ingenitum per non Filium, vt declaret non pertinere ad essentiam, sed ad relatiua personarū. Non est autē idē significatione ingenitū, & non Filius, vt probatū est.

Dicendum

23.
2. & vera sent. eam esse bonā
Exemplum.

Illud antecedēs est falsū.
Probatur hoc.

Si nomen, Deus, supponatur pro natura, antecedentis falsus sensus.
Item pro omnibus personis falsus sensus.
Confirm.

In ista Deus est non Pater, remouetur Pater à Deo, sicut in ista, Deus non est Pater.

Probatur 2. exēplo huius, Homo est nō risibilis.

Dicendum ergo est regulam dialecticam commutatis nominibus finitis, & infinitis, etiam in hac disputatione obseruandam esse, vt Filius non est Pater, ergo est non Pater; Filius est non Pater, ergo non est Pater. Et illa etiam bona consequentia est, Deus est non Pater, ergo Deus non est Pater: sed antecedēs est falsum, sicut & consequens. Probatur quòd antecedens sit falsum, in quo aduersarij dissentiunt: quoniā in ista enunciatione, Deus est nō Patet, nomē Deus non supponitur pro Filio, aut pro Spiritu Sancto; prædicatum enim non est aliquod notionale, vt faciat nomen Deum suppoēi pro his personis duabus, sed prædicatum est, non Pater, significans negationem Patris inclusam in nomine infinito: vel ergo nomen, Deus, supponitur ibi pro natura, & est sensus, quòd natura diuina sit non Pater, & est falsa propositio; vel supponitur pro omnibus personis, quod magis consentaneum est, & sit sensus, quòd nulla persona sit Pater; qua etiam significatione falsa est propositio. Et confirmatur, quoniam nomen infinitum sua significatione remouet id, quod nomen finitum ponebat: ergo cum dicitur Deus est non Pater, remouetur Pater; haud dubiè autem remouetur à subiecto propositionis, scilicèt à *Deo*, de quo prædicatur non Pater: sed propositio illa, Deus non est Pater, ideò falsa est, quia Pater remouetur à Deo; ergo & ista propositio, Deus est non Pater, falsa est: & ista est vis, efficaciaque consequentiæ in terminis infinitis, quia ab eodem à quo remouetur forma significata per nomen infinitum, negatione inclusa nomine ipso infinito, remouetur etiam forma significata per nomen finitum, quando negatio antecedit verbum, est, in propositione negāte, vt Petrus est non albus, aut non est albus; ergo in ista Deus non est Pater, remouetur Pater à Deo, sicut in ista, Deus est non Pater; ergo vtraque falsa est. Et idem ostenditur, quoniam ista propositio, Homo est non risibilis, est falsa, quia quamuis homo sit admirationis, quod non est esse risibilem, tamen cum dicitur, est non risibilis, remouetur risibilitas ab homine; ergo quāuis Deus sit Pater, qui non est Filius, falsum est dicere, quod Deus sit non Pater, quoniā ab ipso *Deo* remouetur Pater. Et confirmatur, quoniam Pater est quid intimè coniunctum diuinæ essentiæ, & per idēitatem idem: igitur si non risibile non potest prædicari de homine, quia risibile est necessariò coniunctum cum illo, licèt per accidens; multò minùs non Pater prædicatur de Deo, cum Pater sit per identitatem intimum Deo, & nullo modo separabile. Est igitur falsa propositio, Deus est non Pater, quod est antecedens in illa consequentia, Deus est non Pater, ergo Deus non est Pater; & est consequentia bona, sed antecedens est falsum, sicut & consequens. Confirm.

CAPVT. XXXII.

De fallacijs in vsu nominum diuinorum.

1.

DIalecticas quæstiones eo studio tractauimus, ne Theologus in his diutiùs, quàm par est cunctetur; & nouerit tamen ea, quæ difficilia sint, si occurrant, expedire. Supereſt vltimo loco vt captiones, quas euitandas docuit Aristot. in libris Elenchorum, breuissimè perstringamus. De Captionibus. *Arist.*

2.

Fugienda primùm est captio æquiuocationis, quæ notissima est. Et recolendum est nomen, hæc res, esse æquiuocū: nam cum hoc nomine indicamus, vel essentiam, vel personam, vel vnum attributum, vel aliud, pluribus conceptibus singula indicamus, & æquiuocè; quarè non sunt contradicentes enunciationes, neque propositiones in syllogismo constant ijsdem terminis, etsi nomē hęc res repetatur, si modò persona, modò essentia isto nomine indicatur; aliàs essent veræ contradicentes, Hæc res generat, ostenso Patre, & hæc res non generat, ostensa essentia. Et hoc confirmatur auctoritate Concilij Later. vbi definitur, quòd illa res simplicissima, scilicèt essentia, neque generat, neque generatur. Quòd si nomen, illa res, vel hæc res, quod significat essentiam, conceptu eodem significaret Patrem, vera esset enunciatio, hæc ipsa res generat, & essent contradicentes veræ; & idem obseruandum est in syllogismis. Eodem modo, si nomine, hæc res, ostendas diuinam voluntatem, falsum est enunciatū, Deus intelligit per hanc rem, scilicèt per voluntatem; si verò eodem nomine ostēdas

1. Captio, seu fallacia, est æquiuocationis, eaq; notissima. Nomen, hæc res, æquiuocū, seu pluriū conceptuum.

Ostenditur si modò personam, modò essentiam indicat.

Confirm ex *Conc. Later.* definiēte quòd illa res, scil. essentia, neque generat, neque generatur.

Ostenditur 2. si modò volūtatem, modò intellectū indicat.

ostendas intellectum diuinoū, verum est quòd Deus intelligit per hanc rem. Est itaque nomen, hæc res, æquiuocum, quod S. Thom. etiam obseruauit in 1. dist. 35. in expositione textus: & ita hæc res ab illa, in philosophia diuina distinguitur sola ratione formali; quia nomine hæc res, significo intellectum, & nomine illa res, significo voluntatem, & absque dubio est nomen æquiuocum. Similiter contingit sæpissimè in ipsis enunciationibus diuinis sensus amphibologicus: qui cuitandus, & explicandus est.

S. Thom. Hæc res ab illa, in philosophia diuina distinguitur sola ratione formali.

3.

Secunda est fallacia sensus compositi, & diuisi; quæ accidit in vsu nominum diuinorum, maximè mutato numero singulari, & plurali: verbi gratia, Deus est Pater, & Filius; Pater, & Filius sunt duæ personæ; ergo Deus sunt duæ personæ, vel Deus est duæ personæ; quod consequens vtrumque à latinitate sermonis abhorret. Concludendum est ergo accommmodatè, ergo Deus est vna persona, & alia, vt conueniat numerus cum latinitate. Dominicus Sotus existimat nomina diuina propter mysterium Trinitatis non posse obseruare numerū grammaticęs, sed absoluiā numero, vt ait. Verùm nomina tunc absoluuntur à numero, cum numerus non curatur, & ponitur pluralis pro singulari, aut singularis pro plurali, vt illud, *Latrones improperabant ei*: in illo autem syllogismo, argumento concluditur ipse numerus personarum: quare nomina non sūt à numero repellenda, sed est numerus cum latinitate indicādus. Et S. Thom. quia dixerat, Pater, & Filius est Deus, quæ propositio vera quidem est, ne tamen videretur vna persona significari in numero singulari, correxit sententiam, & dixit, Pater, & Filius sunt Deus; adeò obseruans fuit locutionis in his nominibus.

2. Fallacia sensus compositi & diuisi.

Hæc accidit maximè mutato numero singulari & plurali.

Exemplum in syllogismo quodam.

Hic corrigit.

Dom. Soti existimatio.

Refutatur.

Nomina quādo absoluuntur à numero.

Matth. 27. In illo syllog. numerus grāmatices nō repellitur, sed est cum latinitate indicandus & corrigēdus vt supra.

S. Thom. accuratè loquens.

4.

Tertia fallacia est accidentis communissima: dicitur enim accidēs, quicquid cum alio comparatum differt quomodolibet ab illo; & ita est hæc fallacia amplissima, quæ solùm in terminis synonimis potest omninò euitari. Variatio suppositionis pars est istius fallaciæ, vt illud, Pater est essentia, Pater generat, ergo essentia generat. Quæ consequentia non valet propter diuersā suppositionem, vt supra diximus: & eodem modo non valet, generans est essentia, ergo essentia generat. Præterea si arguas ab eo, quod est secundum aliquid ad id quod est simpliciter, captio est accidentis; verbi gratia, Pater & Filius secundum essentiam non distinguuntur, ergo simpliciter non distinguuntur: antecedens est fidei Christianæ assertum, consequens hæreticum. Ad idem genus captionis attinet, cum quid mutatur in ad aliquid, scilicèt absolutum in relatiuum concludendo affirmatiōe; relatiua enim magis opponuntur, quàm absoluta. Quare non valet consequentia; Omnis perfectio est in Filio, Paternitas est perfectio, ergo Paternitas est in Filio; quia perfectio est quid absolutum, vt diximus, & in consequente mutatur in relatiuum; vel concludendo negatiuè, si mutatur ad aliquid in quid, scilicèt relatiuum in absolutum hoc modo; Paternitas est quædam perfectio, Paternitas non est in Filio, ergo quædam perfectio non est in Filio. Quem defectum captionis Sanctus Thomas notauit. Similiter non valet affirmando, hæc res est Paternitas, hæc res est spiratio, ergo Paternitas est spiratio, quia mutatur absolutum in relatiuum, affirmante conclusione: vel negante, relatiuum in absolutum, hoc modo, Paternitas non est spiratio, Paternitas est hæc res, ergo hæc res non est spiratio. Denique curandū est, ne ab identica ad formalem affirmando arguamus, aut à formali ad idēticam negando.

3. Fallacia est accidentis cōmunissima.

Contingit 1. cum variatur suppositio.

2. cū arguitur ab eo quod est secūdum aliquid ad id qđ est simpliciter.

3. cū mutatur quid in ad aliquid, concludendo affirm.

Exemplum.

Vel concludo neg. cum mutatur ad aliquid in quid.

Exemplum.

S. Thom. Aliud exempl. cōclusionis affirm.

Aliud exempl. cōclus. neg.

4. Cū arguitur ab identica ad formalē affirmando, vel cōtra negando.

5.

Est etiam obseruandum, quòd à non restricto ad restrictum affirmando nulla est consequentia, quia tunc cōsequēs affirmat aliquid amplius, quàm antecedens; verbi gratia non sequitur, Homo currit, ergo homo albus currit, potest enim currere homo, qui non sit albus. Et contra negando nō valet à restricto ad non restrictum; quia qui negat, quod restrictum est, minus negat, & ita antecedens negat minus, quàm cōsequens; infirma enim cōsequentia est, Nullus homo albus currit, ergo nullus homo currit; quia esto nullus currat, qui alb' sit, alij qui nō sint albi possūt currere. Aduertēdū igitur est qđ id qđ dicitur simpliciter, & relatiuè, & formaliter est magis restrictum; id autem quod dicitur secundum quid, & sine relationis oppositione, & identicè, est minùs restrictum

Aduert. A nō restricto ad restrictum affirmādo non valet conseq.

Exemplum.

Ité neq; cōtra à restricto ad non restrictū negando.

Exemplum

Declaratur. Tria magis restricta.

Tria minùs restricta.

Ab illis tribus ad hæc tria arguimus affir. Ostenditur.

Ab his tribus ad illa tria arguimus neg. Ostenditur.

Exemplum malæ cõsequẽtiæ ab identica ad formalem affirmatiue.

6.

1. Dub. quæ fallacia sit in hac conseq. Pater est, &c.

1 Respons. In consequente effici sensũ vniuersalem.

Obiect.

Solutio.

Hæc respons. improbatur. In re dialectica non est attẽdendum significatum nominis, sed modus significandi, & suppositio, vt cap. 22. n. 3.

2. Respons. mutatur ad aliquid in quid negatiuè.

Exemplum in actione, passione, & motu.

7.

1. Dub. si vtamur nominibus

tum: quare ab illis tribus ad ista tria arguimus affirmatiuè. Nam si simpliciter est idem, etiam secundum quid erit idem; si in oppositione relatiua est idẽ, absque illa erit idem; si formaliter est idem, etiam erit identicè idem. Ab istis verò tribus ad illa tria arguimus negatiuè. Nam si neque secundum quid, neque in consideratione absoluta, neque identicè est idem, multò minùs erit idẽ simpliciter, & formaliter, & in relatiua consideratione, ab identica ad formalem. Superest vt ponamus exemplum: Pater est essentia, Pater generat, ergo essentia generat: nam illa propositio, Pater est essentia, est identica; ista verò, Essentia generat, est formalis.

Est tamen dubium, quæ fallacia sit in ista consequentia, Pater est essentia, Pater non est Filius, ergo essentia non est Filius. Nam si dicas in consequente effici sensum vniuersalem, Nulla res, quę est essentia, est Filius. Contra arguitur, quoniam essentia supponitur pro sola essentia; ergo non facit propositio illum sensum. Respõdetur tamen etiamsi essentia supponatur pro sola essentia, verificari tamen de personis, sicut cum dicitur, Pater est essentia, & hoc satis esse vt conclusio illa æquiualeat vniuersali, scilicèt Nulla res, quæ est essentia, est Filius. Hæc tamen responsio non satis placet, quia in re dialectica non est attendendum significatum nominis, sed modus significandi, & suppositio, vt anteà docuimus: essentia autem diuina significat rem vnam abstractè, & supponitur pro illa: ergo non æquiualet vniuersali, cum non accipiatur pro pluribus; neque illud est vitium istius paralogismi. Respondetur ergo meliùs, quòd mutatur ad aliquid in quid negatiuè; nam cum dicitur, Pater non est Filius, negatur relatiuum de relatiuo; cum verò colligitur, ergo essentia non est Filius, negatur relatiuum de absoluto. Exemplum est in rebus creatis, actio non est passio, actio est motus, ergo motus non est passio; nulla est consequẽtia, quia mutatur ad aliquid in quid negatiuè; dicitur enim, Actio non est passio in relatiua oppositione; & colligitur, ergo motus non est passio, in quibus non est oppositio relatiua.

Quòd si vtamur nominibus absolutis, vt capite præcedenti arguebamus, in hunc modum, Ista persona est Deitas, & illa persona est Deitas; ergo ista persona est illa persona; non facilè apparet fallacia accidentis. Nam etsi respondeamus, his nominibus absolutis significari relatiua, quæ sunt diuinæ personæ: hoc identidem responsum refellimus, quia in dialecticis non attendimus res significatas, sed modum significandi. Respondendum tamen est, in fallacijs non solùm animaduerti modum significandi dialecticum, & grammaticum; sed modum etiam significandi relatiuè, aut absolutè, qui pertinet ad res ipsas significatas, prout à nobis intelliguntur. Nam actio, siue passio, & motus non differunt modo significandi grammatico, aut dialectico, cum omnia ea nomina sint substantiua, & abstracta. Et tamen si conficiamus syllogismum, Omnis actio est motus, omnis motus est passio, ergo omnis actio est passio, cuenit fallacia accidentis, & mutatur quid in ad aliquid, eò quòd motus non opponitur relatiuè ad actionem, aut passionem, sicut actio, & passio opponuntur. Et considerandum est, non idcircò syllogismum ex vniuersalibus non esse consequentiam formalem, quamuis contingat deceptio in illo absque defectu suppositionis. Satis enim est fallacia accidentis inuenta in ipsis rebus significatis, vt in forma illa syllogistica concludatur falsum. Eadem autem fallacia accidentis contingit in nominibus absolutis, quæ significant relatiua, vt si actionem, & passionem significemus his nominibus, hæc res, illa res; satis enim est quòd conceptibus absolutis apprehendamus relatiua, vt contingat fallacia accidentis, quando à coniunctione relatiuorum cum absoluto, colligimus coniunctionem relatiuorum inter se. Neque idcircò forma syllogizandi non est bona, quamuis in ea opus sit cauere à fallacia accidentis. Hæc captionum documenta vtilissima sunt, etiam ad hæreticorum cauillos nostra ætate obmurmurantium, quàm facillimè refutandos.

Est etiam in vsu nominum diuinorum fallacia ignorationis Elenchi, cum afferuntur vt contradicentes, quæ non sunt. Propria enim materia Elenchi sunt contradicentes veræ, aut falsæ. Nam propter defectum artis dialecticæ,

bus absolutis, vt cap. 31. n. 18

Respons.

Obiectio.

Solutio. In fallacijs nõ solùm attenditur modus significandi dialecticus, & grãmaticus, sed etiam relatiuè, aut absolutè.

Exemplum in actione, passione, & motu.

Non idcircò forma syllogizandi non est bona, quamuis in ea cõtingat fallacia accidẽtis.

Hæc fallacia cõtingit in nominibus absolutis, quæ significant relatiua, vt hæc res, illa res, &c.

Documentorum de captionibus vtilitas.

8.

4. Fallacia ignorationis elẽchi, cum afferuntur vt contradicẽtes quæ non sunt.

cæ, sunt contradicentes apparentes; quæ verè non sunt contradicentes, de quibus iam disputauimus.

8. Item cum arguitur à non causa vt causa.

Denique in nominibus diuinis, contingit vt arguamus à non causa, vt causa; quamuis enim in Deo non sit causa, est tamen principium, vel reale in origine, & processione, vel rationis in operatione essentiali: vt si quis syllogizando assumeret Deum intelligere per voluntatem, quod est falsum: aut Patrem, quatenùs Deus est, generare, quod est explicandum; aliàs consequitur, vt omnis persona, quæ est Deus, generet: sed Pater, quatenùs Deus, habet principium formale generandi, scilicèt Deitatem in Patre, vt libro 2. docuimus, vt principium generandi non sit Deitas absolutè, sed Deitas in Patre; & idcircò illa reduplicans dictio, quatenùs Deus, explananda est: & in alijs similibus procurandum, ne accipiamus non causam, vt causam; causa autem explicatur dictione reduplicante.

Lib. 2. cap. 16. p. 2.

Principium generandi non est Deitas absolute, sed Deitas in Patre

1. Exemplum.

2. Exemplum.

§. ✠ §.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER

LIBER VI.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI

CAPVT PRIMVM.

Spiritus Sanctus est nomen proprium diuinæ personæ.

VLTIMA tractatio de A Trinitate disputãtibus, est de missione diuinarũ personarum, de qua D. Thom. *S. Thom.* 1.p.q.36.ar.1. & in 1.dist. 10.art.4. cum quibus consentimus, postremum hunc librum de missu, aut de missione (vt frequentiùs aiunt) Spiritus Sancti ad nos, inscribentes. A nomine autem personæ, quæ mittitur, exordiendum; nam & Moyses cum ad curandam libertatem suorum, à Domino ad gentẽ Pharaonemque Regem Ægypti allegaretur, rectè nomen eius, à quo mitteba- tur, quæsiuit. Nos verò nomen eius, qui mittitur, æquo iure inquirimus explicã- B dum; cum sit nomen eius mirabile: maximè, quia diuina persona ad hoc mittitur præcipuè, vt innotescat, quod posteà dicendum; Deus enim omnia facit in gloriã suam. Affirmat enim, quòd propter se ipsum faciat omnia, non causa vtilitatis, sed nominis (id est gloriæ suę) opus igitur est, vt nomen diuinæ perso- næ, quæ ad nos mittitur quæramus.

Deus omnia facit in gloriã suam. Prouerb. 16

¶ Caput diuidimus in partes duas: C

Prima pars: *Nomen Spiritus Sancti, rectè accommodatum est diuinæ persona.*

Secunda pars: *Hoc nomen Spiritus Sancti, non est proprium diuinæ personæ, sed accommodatum.*

PRIMA PARS.

Nomen Spiritus Sancti, rectè accommodatum est diuinæ personæ.

HOc nomen Spiritus Sancti potest esse tribus diuinis personis commune, si accipiatur, vt nomen naturæ diuinæ: quia scilicèt Deus spiritus est, & sanctus, spiritus sanctus Deus est: similiterque Pater, ac Filius; quia Pater spiritus est, & sanctus; itemque Filius. Quod obseruat S. Augustꝰ. 6. de Trinit. cap. 2. & ista nominis vsurpatione Trinitas beata est spiritus sanctus. Idem sentit S. Bernardus in Pentecost. serm. 3. vbi etiam Patrem vocat spiritũ principalem, eò quòd sit principium diuinarum personarum, & Filium appellat spiritum rectum, quòd formam probitatis attulerit; quod videtur S. Bernardus accepisse à S. Hieronymo ad Galat. 4. vbi etiam Patrem spiritum principalem interpretatur, & Filium spiritum rectum; admonens tamen, ne ipsum Spiritum Sanctum cum Patre, aut Filio, nominibus confundamus.

1. Si nomen, spiritus sanctus, accipiatur vt nomen naturæ diuinæ, est cómune omnibus tribus personis. *S. Augustꝰ.*

S. Bern.

S. Hieron.

At verò S. Thomas, aliâ notâ has significationes distinguit. Nam si hoc nomẽ accipiatur, vt est concretum ex duobus, commune est Trinitati; si verò sumatur, vt simplex nomen, quod vocant dialectici compositę figurę, proprium est Spiritus Sancti. Sed nihil prohibet etiam, vt est compositum, effici proprium Spi-

2. *S. Tho. 1.p. q.36. art. 2. ad 1.* Si sumatur vt nomen concretum ex duobus, est cõmune: sed potest effici propriũ.

ritus

Si sumatur vt simplex, est p. prium.

ritus Sancti: Cum enim simplex nomen, Spiritus, aliquando pro persona Spiritus Sancti sumatur, pro eadem persona illud licet vsurpare, si addas sanctum: alia quippè diuersa significatione nomẽ istud Spiritus Sãcti nota est diuinæ personæ, non naturæ; ita vt non sit Spiritus Sanctus Trinitas, sed in sancta Trinitate persona vna.

3. Quare nomẽ, Spiritus Sãcti vni sit diuinæ personæ singulatim attributum?

Quamobrem opus est exponere rationem huius nominis Spiritus Sancti, ob quam sit vni diuinæ personæ singulatim attributum? S. Augustinus causam indicat appellationis, quoniã persona hæc procedit à Patre, & Filio, vt amor vtriusque communis, & amborum communio, siue coniunctio: ideò nomẽ accepisse, quod est ambobus commune; ita vt dicatur propriè hoc ipso nomine quo Pater, & Filius dicuntur communiter. Quod S. Augustini dictum refert S. Thom. 1. p. q. 36. art. 1. Eadem dixit S. Anselmus, S. Augustini perpetuus auscultator Monolog. cap. 55. Rectè quidẽ istud, sed non satis: nam & alia nomina sunt Patri, & Filio communia, è quibus aliquod posset in eandem personã quadrare. Et illud S. Aug. addubitando dixit. *Idèò* (inquit) *fortasse sic appellatur.*

Ratio S. *Augusti.*

Eam refert S. *Thom.*

Sequitur S. *Anselmus*

Hæc ratio nõ sufficit.

4. Vera ratio ex etymologia.

Igitur nominis attributio, ab ipsa nota nominis, siue etymologia deriuanda est: dicendumque nomen Spiritus Sancti fuisse ductum ab spirando, vt docet S. Thomas cum summa Theologorum concordia. Et quidem S. Bernard. serm. 2. super Cant. insinuat nomen, Spiritus Sancti ab spirando deriuari, eò quòd ipse Spiritus spiret, hoc est, afflet humanas mentes. Sed ea nominis interpretatio petitur ab operatione temporaria, qua Spiritus Sanctus nos agitat: depromenda verò est ab intima ipsa processione Spiritus Sancti, qua à Patre, & Filio procedit.

Hoc nomen ab spirãdo ductum.

S. *Thom.*

S. *Bernard.*

5. S. *Damasc.*

Sententia quippè est *Doctorũm* receptissima, nomen personæ huius diuinæ deduci ab spirãdo, eò quòd ipse Spiritus Sanctus spiretur à Patre, & Filio: quod quidem significauit non obscurè S. Ioannes Damascenus lib. 1. fidei Orthod. cap. 7. Edidit verò apertissimè, & solerter S. Anselmus Monol. cap. 55. *Pater*, inquit, *pariter & Filius non faciunt, neque gignunt, sed quodammodò (si sic dici potest) spirant suum amorem: quamuis enim non nostro more spiret*

S. *Anselm.*

A *Summa incommutabilis essentia, tamen ipsum amorem, à se ineffabiliter procedentem non discedendo ab illa, sed existendo ex illa, forsan non alio modo potest dici aptiùs, ex se emittere, quàm spirando.* Quod ait, essentiam spirare, mitem explicationẽ postulat: neque enim essentia spirat, sed Pater, & Filius spirant; sicut essentia non generat. Benè autem declinat à falso intellectu, ne credamus in Deo esse spirationem, vt in nobis, qui spiritum ducimus aerem trahentes, & reflantes emittimus eundem aerem. In spiratione autem diuina id quod emittitur, procedit de intima substantia, & ita Deus spirat, & Deus spiratur; sicut Deus gignit, & Deus gignitur. Quod idem notauit S. Damascenus loco iam commemorato; & doctè quidem sentit hanc processionem occultissimã, non alio magis congruo modo aperiri posse, & vtcunque indicari, quàm vt dicamus, Patrem, & Filium spirando producere Spiritum Sanctum. Quamobrem meritò quidem schola Theologorũ huic sententiæ acquieuit, & nominis expositionem videtur ab S. Anselmo propositam fuisse assecuta. Vidẽdus super hac re S. Basil. libr. 5. contra Eunomium, & item S. Hilarius lib. 12. de Trinit. & S. Chrysost. hom. 5. de incomprehensibili Dei natura, & S. Augustin. qq. veteris, & noui testament. q. 59. & S. Dionys. lib. de cœlest. hierar. cap. 15. D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 7.

Dum ait essentiã spirare, mitem explicationẽ postulat, vt lib. 5. cap. 14. n. 23.

S. *Damasc.*

S. *Basil.*
S. *Hilar.*
S. *Chrysost.*
S. *Augustin.*
S. *Dionys.*
S. *Gregor.*

6. Tres causæ ob quas nomen Spiritus Sancti à spiratione sumatur.

Sed tamen adhùc res hæc nobis agẽda est, vt enucleetur causa ipsa ratioque doctrinæ verissimæ, quæ sit illa imitatio nostræ efflationis, vt spiratio diuina per etymon ab illa petatur. Credimus enim egregiè reddi causas tres; spiratio nãq; occulta est, & subtilis, & nonnihil habet symboli amatoriæ operationis, id est, de se aliquid amatorium notat.

7. 1. Causa, quia spiratio est subtilis, & pura, lib. 1. cap. 17. p. 1. n. 1.

Primò igitur, quia vt lib. 2. disputauimus, ventus, subtilis à sua natura cum sit, spiritus appellatur, nomen ipsum deductum est ad ea etiam significanda, quæ corporis expertia sunt. Meritò autem Deitati nomen istud sacratum est: quæ non modò incorporea, sed omnis concretionis est vacua, & actus purus. Quarè Ioannes quidem dixit, *Deus spiritus est*; & ipse Dominus testatur, quia spiritus est Deus. Nam etsi hæc verba nonnulli Patres de Spiritu Sancto enarrent, non

nominùs de natura Deitatis videntur esse intelligẽda. Sicut igitur spiritus traductione nominis significat diuinã naturã incorporeã, & simpliciſsimam: ita spiratio significat diuinam quandam processionem ab omni mutatione vicisitudinisq; obumbratione lógè repositam. Et hæc est prima ratio propter quam processio Spiritus Sancti, cũ careat proprio nomine, dicitur spiratio, quia est subtilis, imò pura operatio, nulli adhærens subiecto, nulli mutationi obnoxia.

8. 2. Causa, quia occulta.

Dicitur subindè ista processio, spiratio, quia est occulta: quam causam Christus Dominus insinuauit, cum sermonẽ faceret de Spiritu Sancto, qui est origo nouæ, & sinceræ natiuitatis, dum sacris aquis lustramur, subijcit exemplum delitescentis spiritus, in spiritu hoc, & vẽto corporeo, *Spiritus*, inquit, *vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quò vadat*. Et similiter in Ecclesiastico. *Et quomodò ignoras viam spiritus*, hoc est, vẽti, & Psalm. 134. *Qui producit ventos de thesauris suis*. Videdus etiam Francisc. Valent. lib. 6. de sacra philosophia, cap. 50. Quamobrem Lucretius lib. 1. de rerum natura, ventos appellauit corpora cæca, id est, latentia, & nõ visa. Quis autem nescit ortum ventorum esse in obscuris naturæ reconditum, vt de eo sit physicis perpetua controuersia? de qua re disputauit fusissimè Aristot. singulari tractatu. Plutarchus lib. 3. de Placitis, cap. 7. Plinius lib. 2. c. 45. Agricola lib. 2. de ortu, & causis subterraneorum, Seneca lib. 5. naturalium quæstionum, cap. 6. Theophrastus, & alij. Neque sola spiratio ventorum, siue flatus latet, sed ipsa spiratio animantis ex fontibus abditis hauritur. Nam etsi Aristoteles cap. 2. de Respiratione, doceat pulmonem esse instrumentum spirationis. Aliqui tamen in diaphragmate præcipuè eã vim motricẽ sitam esse volunt. Et Auerroes lib. 2. Collig. c. 59. id *Aristotelẽ* subterfugisse non diffitetur. Spiratio igitur cũ sit quodam arcano naturæ inuoluta, iure optimo translata est, ad diuinam processionem significandam, illam inquam abditam, cuius nomen insitũ ignoramus, quę est processio Spir. Sãcti; nam Filij origo aperto nomine, generatio nuncupatur.

Ioan. 3. *Ecclesiast.* *Psal. 134.* *Fr. Valent.* *Lucretius.* *Aristot.* *Plutarch.* *Plin.* *Agricola.* *Seneca.* *Theophrast.*

9. 3. Causa: Multa in alijs imitatio spirationis corporeæ

Denique, si rem istam penitissimè speculemur, multa imitatio, collatioque est spirationis corporeæ ad ineffabilẽ processionẽ Spiritus Sancti. Nam si de ortu & natura ventorum physicos auscultemur, quidã sunt, qui ventũ nihil aliud esse existimant, nisi ipsum aerẽ commotũ. In quam sententiam videntur ire Hyppocrates lib. de flatibus, atque etiã *Anaximander*, & Stoicis illa non displicet. Ex Patribus verò cẽset S. Isidor. lib. 13. & S. Ioan. Damasc. lib. 2. fidei Orthod. cap. 8. Seneca verò loco commemorato addit, ventum vi sua mobilem esse. Quibus etsi refragatur Aristotel. & ventum esse exhalationẽ calidam, & siccam, contendat: breui tamen est interuallo dissidium. Nam & exhalationes, non nisi aere cõmoto commoueri necesse est; quia aerem circumfusum nisi pellant, cieri non possunt: & cũ tam aeris pulsi, quàm exhalationis pellentis raptum percipiamus sensu, ocioſum pene est inter hæc discernere.

rex ad ineffabilem processionem Spir. Sancti.

Ventũ aerẽ cõ motũesse tenet *Hyppocrat.*

Anaximãd. *Stoici.* *S. Isidor.* *S. Damasc.* *Seneca.*

Exhalationẽ esse tenet *Aristot.*

His cõpositis, in operatione volũtatis quandã spirationẽ oportet sensu mẽtis experiri. Nam, vt omittamus calidã esse, imò igneam appetẽtem partem animi, quæ dicitur voluntas (de qua re multa posteà dicemus) vt exhalatio naturæ igneæ, sit aliquod eius symbolum. In eo maximè quadrãt, quòd amor procedẽs à voluntate est quidam impulsus; in spiritu autem, siue vento, nihil proprium viget, nisi pulsus, siue motus. Nam, siue aere, siue exhalatione constet, neque ille, neque ista ventus est sine motu, & ipse ventus, qui est ab alia causa impulsus, proxima quæque pellit: ita vt sit principium motus consequentis; exhalatio etiam commota cætera impellit, & rapit. Spiratio verò animantis à corde emanat, quæ est sedes affectionũ, & amoris. Et quid aliud est amor, nisi impetus? efflatur autem spiratio maximè è corde ardenti, sicut amor procedit ab inflammata voluntate. Venustissimè igitur dicitur voluntas spirare amorem, quæ sunt verba S. Anselmi, quem etiam sequitur S. Thom. *Quia*, inquit, *est propriũ amoris, quòd moueat, & impellat volũtatem amantis in amatum*, vt anteà declarauimus.

10. 1. Imitatio

2. Imitatio præcipua.

Amor procedens est quidã impulsus, & impetus.

S. Anselm. *D. Thom. 1. p. q. 86. ar. 1.* Lib. 2. cap. 7.

Præterea sicut exhalatio cõmota nihil differt à vento, nisi quòd ventus est exhalatio, non quieta, sed commota: ita amor à volũtate hoc solo diuiditur, quia est altera voluntas ex motu voluntatis effecta, qua rebus amatis coaptamur:

11. 3. Imitatio.

quæ enim sũt vitâ prędita, se se ipsa mouent; maximè verò voluntas libera, quæ ob id dicitur libera, quia libera facultate ad hoc vtitur, vt sit causa sui, se seque moueat. Et ita amor, qui ab illa procedit, quàm optimè assimilatur vento afflato, siue exhalationi cõmotæ. Processio ergo Spiritus Sãcti nomine summopere accõmodato dicitur spiratio, siquidèm ipse est amor procedens quasi ex diuino corde efflatus, in eadẽ tamẽ substantia manens. Quod quidem S. Anselmus voluit cõmentari. Imò non obscurè videtur Christus Dominus hoc ipsum significasse, dum Apostolis Spiritum Sãctum dedit, & insufflauit diuinitùs.

Voluntas dicitur libera, quia libera facultate ad hoc vtitur vt sit causa sui, & se se moueat.

D. Anselm.

Ioan. 20.

12. Cur Patres verbum spirandi fecerint actiuum?

Colligamus igitur nomẽ Spir. Sancti, ducti ab spirãdo: Patres verò fecisse hoc verbũ spirandi actiuũ, vt significaretur Patrem, & Filium spirare Spir. Sanctũ, hoc est, producere illum de sua substantia, vt amorem intimum. Et ita rectissimè docet S. Thom. in hoc nomine Spiritus Sancti prout personam significat, relationem intelligi siue originem, quatenùs significat Spiritum, hoc est, spiratum, scilicèt personam quæ spiratur.

D. Thom. 1. p. q. 36. ar. 1. ad 2.

13. Aduert. *Ex S. Hier.* Nomen Spir. Sancti Latinis est masc. Hebræis fœminin. Græcis neutrum.

Illud etiam ad finem libet aduertere ex S. Hieron. ad Paulam, & Eustochium (si tamen auctor illius scripti sit S. Hieron.) de Assumptione B. Mariæ, quòd nomen Spiritus Sancti Latinis quidẽ est masculini generis, Hebræis fœminei, Græcis neutrius: quod fortè non vacat mysterio. Sed in omni idiomate peritur nomen ipsum ab spirando; vt non sine causa, à diuina sapientia in sacris literis ostendatur inuentum, & vsurpatum.

SECVNDA PARS.

Hoc nomen, Spiritus Sanctus, non est proprium diuinæ personæ.

1. *Ex S. Thom.* 1. Assertio, vt intit.

DIfficultatem facit id quod S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 1. dicit nomẽ Spiritus Sancti, non esse proprium diuinæ personæ, sed accommodatum: quam explanare, haud erit difficile, si hoc, quod appellat nomen proprium, ęquiuocatione reiecta, iudicetur. Est enim nomen proprium, quod non est metaphoricum, nec translatum à sua significatione: quo sensu nomen Spiritus Sancti, est propriũ diuinæ personæ, vtpotè diuina auctoritate ad illam significandam institutum.

Tripliciter vsurpatur nomen propriũ, 1. Sensus.

A Alio quoque sensu dicitur nomen proprium, quod est personæ cuiuspiam nomen, sicut dixit Lucas, *Et nomen Virginis Mariæ.* Qua etiam vsurpatione nomen Spiritus Sancti, est propriũ diuinæ personæ origine tertiæ: nomen, inquam, personale, & singulare, non cõmune, siue appellatiuum, vt olim vocabãt. Sed alio modo dicitur proprium nomẽ rei, quod est ad illam, ex prima institutione significãdam vsurpatum. Quo pacto nomina diuina, quæ sua notione res etiã creatas complectuntur, sunt Deo illisq; propria, & cõmunia. Et hac ratione in illa prima diuina origine inueniũtur nomina propria: verbi gratia dicere, quod est propriũ intelligentis; Verbũ, quod est proprius terminus intellectionis hac voce genuina significatum: generare, quod est propriũ viuẽtis; Pater, & Filius, quæ sũt nomina propria personarũ, inter quas intercedit generationis origo; hæc omnia inueniũtur propria in illa prima processione Verbi. At verò in processione secunda Spiritus Sancti nullũ est nomen propriũ, quod illã declaret. Nam diligere non explicat originẽ; amor non clarè significat terminũ dilectionis. Imò sunt rari Doctores, qui hunc terminũ agnouerint ante S. Thom: qui illum argutissimè, & sapientissimè docuit, & tradidit. Ergo in hoc sensu dubium non est, quòd non sit nomen propriũ, hoc nomen Spiritus Sanctus, scil. ex sua prima institutione, sicut nomina, Patris, aut Verbi.

2. Sensus. *Luc. 1.*

3. Sensus.

Hinc patet pro tit. In hoc 3. sensu nullum est nomẽ proprium in 2. processione.

Rari Doctores terminum dilectionis agnouerunt ante *S. Thomam.*

B Arctiùs verò meditandum est, nomina Patris, aut Filij, quę ex prima institutione sũt cõmunia rebus creatis, & diuinis, esse etiã personalia, & propria (vt nomẽ Petri, aut Pauli) diuinis personis, retenta ipsa sua prima significatione. Quia nomen Patris, v. g. est nomen diuinæ personæ, & est contentũ sub nomine cõmuni Patris, quod est commune ipsi diuinæ personæ, & rebus etiam creatis, cõmuni quodam & analogo conceptu. Quod de nomine *Spiritus Sancti* nullatenùs possumus asserere: nam, etsi ex diuina auctoritate institutum sit ad significandũ diuinam personam; non tamen retinuit communem significationem rebus creatis, & diuinis: sed ęquiuoca significatione, & omninò diuerso conceptu ad significandũ personã diuinã origine tertiã, est institutum; aliàs esset nomen analogum, vt alia diuina nomina communia.

C

D

2. Declaratur.

In 1. sensu nomen, Sp. Sanctus, significat propriè diuinam personã nõ in 3. sensu seu non retinet communi significatione rebus creatis & diuinis: alias esset analogum.

Altera

3.
2. Ratio 3 tit. Nomen, Sp. Sanctus, non est relatiuum.

Altera etiam ratione rectè asseritur, A non esse Spiritus Sancti nomẽ propriũ; quia cum Spiritus Sanctus sit relatio quædam subsistens, sicut etiam Pater, & Filius, si nomẽ Spiritus Sancti esset proprium, oporteret vt significaret eam relationem subsistentem, quæ est Spiritus Sanctus; sicut nomina Patris, & Filij significant, quia sunt relatiua. Nomen autem Spiritus Sancti non est relatiuum.

Declaratur ex lib. 4. cap. 65. & 66.

Qua in re duo sunt aduertenda, Primũ, quòd nomen Spiritus Sancti significat quidem diuinam personam, quæ verè est relatio subsistens; sed non significat illam sub conceptu relatiuo, sed absoluto: sicut nomen, persona, in Deo est absolutum, quia quamuis persona in Deo sit relatio, tamen hoc nomen, persona, significat relationem non sub conceptu relatiuo, sed sub conceptu absoluto; & ideò est nomen absolutum, & non relatiuum. Alterum est, quòd etsi Spiritus Sanctus dicatur spiritus Patris, aut Filij, non ideò est nomen relatiuum, quia tales eloquutiones significant possessionem, vt aiunt Grammatici, quia gignendi casus est possessiuus, sicut dicitur Ferdinandus Petri, quia est filius Petri: quæ tũ non sunt nomina relatiua, sed absoluta. Et hæc quidẽ à S. Doct. notata sũt. C

Obiectioni occurritur. Hæ loquutiones, spiritus Patris, Ferdinandus Petri, significant possessionem, non relationem. S. Thom.

4.
2. Assertio. Nomen, spiratio, nõ est proprium 2. processionis.

Similiter dicendũ de spiratione, quod nomen significat processionem Spiritus Sancti; & in eodem sensu non est nomẽ proprium talis processionis; quia ex prima institutione institutum est ad significandam cõmotionem aeris; & translata significatione ad actũ dilectionis significandum: at verò ad ipsam processionẽ Spiritus Sancti, æquiuoca omninò ratione deriuatũ est. Nõ enim est nomẽ analogũ, quod significet istam diuinam processionẽ cũ quadã similitudine ad spirationẽ corporeã vẽti; ea enim similitudo solùm in ipsa nominis etymologia attẽditur, & propter eam accõmodatum est nomen, vt S. Thom. docet; sed non attenditur talis similitudo in ipsa significatione nominis, quia tũc esset analogũ.

Ad 2. processionem æquiuocatione deriuatũ est, non analogica.

Ad hanc deriuationem attẽditur similitudo in etymologia, non in significatione huius nomin.

5.
Cõlect. pro tit. Etiam nomẽ Spir. Sanctus, vt est à spiratione ductum, nõ est proprium.
1. Rati.
2. Ratio.

Hac eadẽ ratione ostẽditur nomẽ Spiritus Sancti in hoc sensu nõ esse propriũ; tum quia nõ est proprium concretũ spirationis, sed concretũ esset, spiratũ: tum quia spiratio nõ significat relationẽ, sed originẽ; nomen autẽ personę in Deo, nõ significat originẽ in Deo, sed relationẽ subsistentem. Doctissimè igitur S. Thomas docuit nomen Spiritus Sancti in sensu explicato non esse proprium.

CAPVT II.

Amor, & Donum sunt nomina eiusdem personæ, quam Spiritum Sanctum dicimus.

HOc capite duo nomina personalia Spiritus Sancti elucidanda sunt, diuiso in partes duas.

Prima pars: *Amor est nomen proprium Spiritus Sancti.*

Secunda pars: *Donum est nomẽ propriũ Spiritus Sancti.*

PRIMA PARS.

Amor est nomen proprium Spiritus Sancti.

1.

NOmen proprium hoc capite vsurpamus, eadem significatione, qua cap. præcedenti secũda parte vsi sumus, scilicèt quòd propter primam nominis institutionẽ dicitur proprium. Est autẽ hoc nomen, Amor, æquiuocum, scilicèt designans operationem voluntatis, qua aliquid amamus, & ipsum terminũ operationis, quo etiã ferimur in rẽ amatã.

Nomẽ, Amor, æquiuocum.

2.
Titulus explicatus.

Dicendũ igitur est, nomen amoris, vt significat operationem diuinam, nõ esse personale, hoc est, personæ propriũ, sed commune toti Trinitati; operatio enim qua Deus se diligit, est ipsa essentia diuina Pater, & Filius, & Spiritus Sãctus. Si verò nomen vsurpetur pro termino operationis, qui est amor ex dilectione procedens, id quod ex dilectione procedit, in Deo persona est, & illa est Spiritus Sãctus; Filius enim ex intellectione, spiritus ex dilectione procedit.

Nomen amoris, vt significat operationẽ diuinã, nõ est personale: vt significat terminum operationis, maximè.

Et quoniã istæ operationes vix à suis terminis discernuntur, nomina earum, quæ à verbis ducuntur, vtrumque non rarò significãt: vt intellectio, siue notio, aut notitia indicat operationem intelligibilem, & terminum, quod est verbum; dilectio similiter significat, & operationem diligendi, & amorem procedentẽ. Et quoniam charitas pro dilectione nõnunquam sumitur, vtrumque significare potest, & dilectionem, & amorem, qui ex dilectione oritur. Quamobrem hæc tria veluti synonima sunt nomina propria Spiritus Sancti, Amor, Dilectio, Charitas, quatenùs hæc tria significant operationis terminum: charitas autem, & amicitia multoties synonima sunt; sed consuetudo loquentium effecit, vt charitas non solùm pro habitu, siue

3.
Nomina operationum, quę à verbis ducũtur, non rarò significãt operationẽ, & terminum.

Hæc tria veluti synonima amor, dilectio, charitas.

Differentia inter amicitiam & charitatem.

potestate, sed pro actu, siue operatione A vsitetur, aut pro termino qui est amor: amicitia autem pro solo habitu, quæ est virtus manens in animo. Quare amicitia in Deo videtur esse nomen essentiale, quod significat diligendi vim, aut etiam operationem: charitas autem pro amore vsurpata poterit esse nomen proprium Spiritus Sancti, sicut & amor. Et idcirco S. Augustinus apud Magist. in l.d.10. dubitauit Spir. Sanctũ dicere amicitiã.

Amicitia vsurpatur pro solo habitu.

In Deo est nomẽ essentiale.

S. Augustinus apud Magist.

4. Hoc autem loco obseruandum nobis erit quòd è nominibus diuinis quædam vni personæ, quædam alteri singulatim accõmodantur, quę dicũtur appropriata, vt capite sequenti dicemus: quædam verò sunt nomina propria personarum. Quare hoc nomen, *Amor*, etiam, vt significat operationem diuinam essentialẽ, accommodatum est Spiritui Sancto, qui per dilectionem procedit: sed in hac significatione non est nomen eius propriũ. Qua significatione vsus S. Augustin. 15. de Trinit. cap. 17. affirmat tres personas Trinitatis esse dilectionem vnam, sicut tres sunt sapientia vna, quamuis sapientia singulatim de Filio dicatur, & dilectio de Spiritu Sancto, scilicèt per accõmodationem. S. Gregor. hom. 30. in Euang. Spiritum Sanctum amorem nuncupat; & id non est rarum apud Patres, sed tamen an intelligant de amore procedente, incertum est.

Hoc nomen, Amor, etiã vt significat operationem diuinam essentialẽ accommodatũ est Spiritui Sãcto.

S. Augustinus.

S. Gregor.

5. S. Thomas in 1.d.10. q.1.art.1. ad 4. aliam affert nominis vsurpationem, scilicèt amorem notionalem, quæ sit operatio qua Pater, & Filius producant Spiritum Sanctum, & à Theologis dicitur spiratio actiua; sed tamen ea significatio inusitata est, & non oportet nominũ ambiguitatem augere.

Ex S. Thom. Amor significat amorẽ notionalem.

Hæc significatio inusitata est.

6. Sed oritur ex hac doctrina quæstio de Verbo diuino. Nam cum nomen, Amor, in Deo secũdum diuersas significationes sit nomen essentiale, & personale simul, vt docuimus, videtur quòd similiter Verbum sit nomen essentiale, & personale in Deo. Quam sententiam tenet Albert. in 1.d.27. & S. Thom. olim distinctione eadem q.2.ar.2. Capreol. art. 2. concl. 4. Durãdus verò ibidẽ arbitratur Verbum in Deo esse ipsam intellectionem, & idcircò esse nomen essentiale, & non esse personale, nisi per accommodationem, sicut dicimus Filium Dei esse sapientiam; & ita dicit etiã Verbũ.

Difficultas: Vtrùm sicut nomẽ, Amor, secundum diuersas significationes est nomen essentiale & personale: ita & nomen, Verbum?

1. Sent. affirm. *Alb. Magn. S. Tho. in* 1. *Capreol.*

2. Sententia *Durandi.*

Imprimis hæc posterior sentẽtia Durandi non satis cõcordat cum doctrina Orthodoxa, & Catholica: nam Filiũ Dei esse Verbũ testatur Ioan. in initio Euãgelij, vbi maximè enarrat diuinam Filij Dei naturã, & generationẽ. Et S. Thom. docet hæresim Arianam defluxisse ab Origene, eò quòd sentiebat Filium Dei nõ esse propriè Verbũ. Periculosissimũ ergo est, si non omninò fateamur Verbum esse nomẽ personæ Filij Dei. Alterum autem enunciatum quòd Verbum sit etiam nomen essentiale, & non solùm personale, tametsi non dissentiat à fide, est tamẽ minùs consonum fidei, & à vera B philosophia omninò alienum, vt lib.2. explicauimus. Sentiẽdum igitur est hoc nomen, verbum, non significare intellectionem, sed solùm terminum intellectionis. Nam etsi verum esset ex omni parte, quod intelligere est quoddam loqui: adhùc tamen oporteret distinguere ratione quòd aliud est loqui, & aliud est verbum, quod loquimur. In Deo autẽ, nomine loquendi non propriè vtimur, sed vtimur nomine dicendi, quod est mente eloqui, & hoc ipsum verbum, dicere, in diuinis non est essentiale: solus enim Pater dicit, & habet Verbum. C Non est ergo hoc nomen, Verbum, essentiale, sed personale & proprium Filij. Attestatur Magist. dist. 27. S. Bonauent. art. 2. q.1. Richardus q. 2 Gandauens. quodlibet. 5. q. 26 D. Thom. art. 1. & 2. Et hoc idem huius operis libro secundo auctoritate S. Augustini & Patrum est comprobatum.

7. Hæc 2. sententia Verbum esse nomen essentiale, & non esse personale, nisi per accommodationem, nõ admodum cõcordat cũ doctrina Catholica. *Ioan.* 1. *S. Thom.* Hæresis diuina ab Origene. 1. Sent. non dissentit à fide est tamen illi minùs cõsona. Lib. 2. c. 14. Verbũ non significat intellectionem, sed solùm terminum intellectionis.

Est nomen personale, non essentiale. *Magist. S. Bonau. Richard. Gandau. D. Thom.* Lib. 2. c. 14. §. 4.

8. Nomen autem amoris iuxta communem sententiam significat operationem voluntatis, & ideò in Deo nomen essentiale est: quatenùs verò alia significatione diuersa, significat ipsum terminum operationis voluntatis, absque dubio est personale, & proprium Spiritus Sancti. D

Diuersa ratio de amore.

9. Alia sunt nomina Spiritus Sãcti propria pertinentia ad amorem, & illa quidem æterna, quia indicant processionẽ, vt quòd sit nexus, & vinculum; de qua re disputauimus lib. 2. & S. Bernardus serm. 1. in octaua Paschæ vocat vinculũ Trinitatis, quo Pater, & Filius colligati sunt. Et hæc sũt metaphorica: neq; enim Spiritus Sanctus propriè est nexus, aut vinculũ. Et idẽ S. Bern. serm. 8. in Cant. appellat Spiritum Sanctum osculũ Patris, & Filij. Imò & discipulis Christum insufflan-

Alia nomina Spiritus Sãcti propria pertinentia ad amorem, vt nexus, vinculum. Lib. 2. c. 7. n. 14. *D. Bern.*

Idem vocat Spiritũ osculũ Patris.

Cantic. 1. S. Bernar. gluten firmũ dicit.

Hæc omnia metaphorica sunt, & ideò nõ sunt psonalia.

10. Nomen, imago, non potest Spiritui Sancto coaptari. Lib. 2. c. 18. p. 3. n. 22.

Ad Hebr. 1.

S. Athan. Dydim. S. Naziãz. S. Chrysost. S. Athan. S. Basil. explicantur.

Imago pro re simillima, *D. Thom. D. Basilius* ad locum *Rom. 8. S. Cyril. S. Damasc. Hugo Ether S. Hilar. S. Gregor. S. Thom. Genebr.*

Spir. Sanctus imago, id est, causa reformãs in nobis imaginem Patris, & Filij.

Sic, vt refert *D. Thomas*, Græci appellant Sp. Sanctũ characterẽ & sig. Christi.

insufflantẽ quasi osculum dedisse, quod est spiritus, vt meritò hoc osculum spõsa Ecclesia sibi postulet, cum ait, *Osculetur me, &c.* Et ibidem gluteo firmum dicit. Sed hæc omnia metaphoricè dicuntur: & idcircò non appellantur personalia nomina.

Dignum etiã obseruatione est, nomẽ imaginis in Deo, ita esse proprium Filij, vt Spiritui Sancto non possit coaptari: nam imago in quadam traductione fundatur, quę in Deo est per operationẽ intellectus, & non voluntatis, vt lib. 2. luculentèr exposuimus, & illud dicitur à Paulo, *splendor gloriæ*, lux enim intelligibilis est, & figura substãtiæ, id est, imago essentiæ. Est ergo nomen, imago, in Deo proprium Filij: quamobrẽ si Patres nomen imaginis attribuunt aliquando Spiritui Sancto, sunt benevolè interpretandi, quòd non loquantur in sensu proprio. Videndus S. Athanasius in decreto synodi Nyss. Dydimus apud Sanct. Hieron. lib. 1. de Spiritu Sanct. Naziãz. in Apolog. de fuga. S. Chrysost. hom. 34. in Ioan. Sed tamẽ ipse S. Athan. epist. 2. ad Serapionẽ, & S. Basil. lib. 5. cõtra Eunomiũ dicunt Spiritum Sanctũ imaginẽ Filij, idest, Filio simillimũ, nõ tamẽ quasi exemplatum aut traductum. Vsurpatur enim aliquãdo nomẽ imaginis pro re simillima, vt docet S. Th. 1. p. q. 35. ar. 2. ad 1. Et in hoc sensu S. Basil. explicat illud Pauli, *Conformes fieri imaginis Filij sui*, id est, Spiritui Sancto, qui est simillimus Filio; & ita etiã S. Cyril. lib. 13. Thesaur. c. 1. & S. Damasc. lib. 1. fid. Orthod. c. 18. Hugo Etherianus lib. 2. de Sp. Sãcto, c. 7. S. Hilarius etiã & S. Greg. quos refert S. Tho. opusc. 1. c. 12. & Genebr. ad Schegkiũ refert Patres Græcos probare Spir. Sanctũ procedere à Filio, quia est imago illius. Hæc ergo omnia explicãda sunt, vt imago improprièe accipiatur, sc. pro re quapiam simillima; potest etiã Spir. Sanctus dici imago Patris, & Filij, per quandã figurã loquutionis; qua tenùs est causa reformãs in nobis imaginẽ Patris & Filij; & ideò dicimur obsignati gratiâ Spir. Sãcti per quandã imitationẽ, & similitudinẽ. Quo loquẽdi more, refert S. Tho. opusc. 1. c. 11. Græcos solitos appellare Spiritum Sanctũ characterem & sigillum Christi. Propria autem significatione imago in Deo est proprium nomen Filij Dei.

Confirmatio.

QVòd nomen amoris sit proprium Spiritus Sãcti, fulcitur auctoritate illorũ Patrum qui aiunt Patrẽ, & Filium diligere se Spir. Sãcto, ij verò suprà cõmemorati sunt. Nam si diligũt se Spiritu Sãcto, diligũt profectò se se procedente amore, vt lib. 2. explicatũ est; neq; enim alium cõmentarium istud proloquiũ habet. Suffragatur S. August. 1. Ioan. 4. vbi ait Spir. Sanctũ esse dilectionem, quæ ex Deo procedit, scil. à Patre, & Filio Deo vno. Idẽ sentit Magist. in 1. dist. 10. & S. Thom. confirmat in 1. d. 10. ar. 1. ad 4. & 1. p. q. 37. ar. 1. nullusq; Doctorum dissidet, quin fateatur Spiritum Sanctũ esse amorem procedentem; quamuis nonnulli sint, qui terminũ dilectionis negãt in rebus creatis: contra quos anteà disputauimus contendentes, quàm difficile sit intelligere processionem Spiritus Sancti, nisi operationis voluntatis terminũ cocedamus etiã in rebus creatis.

11.

Lib. 2. cap. 45 p. 1. n. 14.

Magist. D. Thom.

Lib. 2. cap. 1. p. 3. n. 4.

12. S. Augustinus hoc ipsũ firmat auctoritate sacræ paginæ 1. Ioan. 4. *Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est, & omnis, qui diligit, ex Deo natus est*, & iterũ, *Quoniam Deus charitas est.* Assumitur prima propositio, quòd charitas, siue dilectio ex Deo est: & secunda, quòd Deus charitas, hoc est, dilectio est, & colligitur quòd dilectio, quæ est Deus, est ex Deo, hoc est, procedit à Deo: dilectio autem, quæ est Deus, & procedit à Deo, absque dubio Sp. Sãctus est. Et eodẽ argumẽto vtitur Magister loco superiori. Sed tamẽ simplicior interpretatio est, quòd dilectio nostra ex Deo est. Argumentũ verò, vt de amore creato intelligatur, ducunt hoc modo, à dilectione oriri dilectionẽ cõsentaneũ est: igitur, cum Deus ipse sit dilectio, sicut est sapiẽtia, ij qui diligunt, à Deo originẽ trahunt, quia dilectio illorum ex Deo est. Et confirmant auctoritate Conc. Milevit. cap. 4. vbi probatur auxilium diuinum necessarium esse, vt Deum diligamus, ijsdẽ verbis Apostoli, quia dilectio ex Deo est, nostra, inquam, dilectio à Deo dimanat. Probat autem S. Greg. in hom. 30. Pentecost. S. Ambr. eundem Spiritũ Sanctũ amorẽ appellat lib. de dignit. hominis, c. 2. & S. Anselmus, vel quicunque est auctor illius cõmentarij, Rom. 8. in illud, *Spiritus postulat, Spiritus*, inquit, *postulat, id est, charitas, quia spiritus charitas est.*

Magist. Alia simplicior interpretatio ad hũc locũ 1. *Ioan.* 4.

D. Gregor. D. Ambr. D. Anselm.

Cõc. Milem.

SECVNDA PARS.

Donum est nomen proprium Spiritus Sancti.

1. *Festus. Plin.*

Nomen, donum, à dorō, quod significat palmum, siue palmam.

NOmen aliud Spiritus Sancti est donum, quod Festus ait fuisse acceptum à Græcis: nam teste Plinio lib. 35. cap. 14. apud eos fuisse antiquum vocabulum, doron, quod significat palmum, siue palmam, & indè ductum ad significandum id quod manu porrigitur, & donatur; latinè donum dicimus, & nomine altero munus, quod equidem videtur habuisse eandem notationem, vt dicatur munus quasi manuum onus, quod manibus portetur. Nonnulli variant significationem vt dona Deo, munera hominibus conueniant. Alij verò, vt donum maius quid sit quàm munus. Dicitur etiam à dono donatiuum, quod munus militibus distribuitur; sicut congiarium dicitur donum imperatorium, & regiū, suis distributim assignatum. Et hæc satis sunt de nominis significatione. Est autem donum id quod liberè datur, vt infrà dicemus.

Manus quasi manuū onus.

A dono donatiuum.

Congiarium.

2.

Atquì vt ostenderemus Spiritum Sanctum esse donum, explicandum erat, quid iuris sit in dono, & quid illud sit quod donari potest, quam disputationem statim adibimus; sed modò aliud agimus, Num istud nomen Spiritus Sancti sit personale? Consentimus igitur, id quod certum est, Spiritum Sanctum donari hominibus, & esse diuinum donum, vt deindè inquiramus de nomine personali, scilicèt vtrum donum sit nomen personale Spiritus Sancti.

1. Difficultas. Sitne donū nomen personale Spiritus Sancti?

3.

Sententia est Patribus, Doctoribusq; vna, quòd Spiritus Sanctus sit donum, idque sit nomen personæ, quod dicitur personale. At verò S. Thomas ingenuè confitetur esse nomen proprium Spiritus Sancti, idque etiam argumento firmat. Nam donum est, quod libera donatione datur; liberæ autem donationis initium est amor; sed solus Spiritus Sanctus procedit, vt amor; ergo solus Spiritus Sanctus procedit, vt donum: nomina verò personarum diuinarum propria ab origine, siue processione illarum petuntur. Est igitur nomen hoc solius Spiritus Sancti personale. Quod ratione clarissima confirmatur; nam Spiritus

1. Sent. in tit. asserta.

S. Thomæ probatio.

Liberæ donationis initiū est amor.

Confirm.

A Sanctus est primum donum, cum donationis origo, & ratio formalis sit amor; processio autem Spiritus Sancti est posterior processione Verbi ordine naturæ, vt diximus libro 2. Igitur Verbum quod antecedit donum processione, nō est ipsa processione donum, hoc est, non est donum ex vi processionis. Non ergo donum est nomen personale Verbi, sed solius Spiritus Sancti. Hæc est sententia S. Thomæ apertissima 1. p. q. 38. art. 2. argumento, *Sed contrà*, docentis, quòd sicut Verbum est nomen solius Fi-
B lij, ita & donum solius Spiritus Sancti, & auctoritate Sancti Augustini confirmat. Et ad 1. ait Filium Dei non esse propriè donum. Neque nos latet nonnullis placere contrariam opinionem asserentibus Filium Dei, siue Verbum esse propriè donum, esseque nomen hoc personale Filij, & Spiritus Sancti, eò quòd etiam Filius nobis donatur. Sed non aduerterunt animum ad id, quod modò obseruauimus, scilicèt nomen personale esse ponderandum à processione; Filium verò non donari vi suæ processionis: vtrùm verò Filius propriè dicatur donari nobis postèa dicendum, sed etsi propriè donetur, non tamen ex vi suæ processionis.

Spir. Sanctus est 1. donum lib. 2. c. 59.

S. Thom.

S. Aug. S. Thom. 2. Sent. tit. 10 oppositu

Confutatur.

Filius non donatur ex vi suæ processionis.

C Sed obuersatur nobis dubium non vulgare, sitne hoc nomen personale Spiritus Sancti ita proprium, vt etsi nunquam dandus nobis esset Spiritus Sanctus, esset nihilominùs donum? Nam si donum non esset futurum, esset nomen hoc non necessarium, sed contingens, vt nomen creatoris: nomen autem personale necessarium est, & quod non potest à persona separari; nam & Petrus necessariò est Petrus; indicat enim nomē personale proprietatem personæ. Atqui illud primum sit constitutum, quod omnes confitentur, inter diuina nomina, nomen doni esse æternum: quia donum, vt ait S. August. 7. de Trinit. cap. 15. non est id quod actu donatur, sed quod animo statutum est, vt donetur.

4. 2. Difficultas, vtrùm etsi nunquam dandus nobis esset Spiritus Sanctus, esset tamē donum?

Hæc in recentum: Nomen doni est æternum.

S. August. 5.

1. Dub. pun. Quid significet formaliter & præcipuè nomen donum.

Ex Caiet. Tria continentur nomina doni.

Res, relatio ad donatore, re-

Verùm ad hoc dubiū studiosiùs enodandum subit alia quæstio, quidnam significet formaliter, ac præcipuè nomen hoc, donum? Thom Caiet. 1. p. q. 38. ar. 2. notat tria, quæ hoc nomine continentur, scilicèt, rem ipsam, quæ est donum, & relationem doni ad donatorem, & alteram relationem ipsius doni ad eum,

cui

tio ad eum cui fit donatio.

Relatio est forma significata per nomé *S. Thom.*

cui fit donatio. Res quæ donatur, est quasi subiectum, pro quo nomen supponitur, cui relatio accidit: relatio autem est forma significata per nomen. Quæ certè Caietanus deprõpsit à Sãcto Thoma in 1. dist. 18. art. 2. ad 3. vbi S. doctor ait rẽ, quæ est donũ, nõ esse partem significationis nominis, quia subiectum accidentis per nomen concretum non significatur, vt album non significat corpus teste cõmentatore 5. Metaphys. text. 14.

Auerr.

6.

1. Sententia *Caiet.* quòd donum significat præcipuè relationẽ posteriorẽ.

Post hæc conferens Thom. Caietan. duas illas relationes doni ad donatorẽ, & ad eum cui donatur, opinatur præcipuè significari per nomen istud, donum, relationem eius ad eum cui donatur, ad donatorem verò minùs præcipuè: & fatetur ordinem rei & significationis esse inuersum, nam in re ipsa relationẽm ad donatorem esse priorem, & præcipuam, sed nomine significari principaliter illã relationem ad eum, cui donatur. Nam & in relationibus verbi existimat hoc idem esse compertum, ita vt, etsi relatio verbi ad proferentem sit re ipsa prior & principalis, tamen hoc nomine præcipuè significatur relatio verbi ad id quod verbo declaratur. Et eadem ratio est in hoc nomine donum.

Sic de Verbo.

7.

2. Et vera sẽt. Donũ, & verbũ significat præcipuè relationẽ sui originis, scilicet priorem.

Prob. 1. de vtroque.

Verbũ declarat rẽ prout est in intellectu lib. 2 c. 4. p. 6. 9 & can. 14. n. 1. n. 6 & p. n. 5.

Donũ quod ab aliquo alicui datur.

Nos verò confitemur eandem esse rationem significationis nominis vtriusque, scilicèt doni, & verbi, sed vtrumque aimus significare præcipuè relationem suæ originis, scilicèt, verbum ad proferentem, donum ad donatorem. Probatur, quoniam nomina instituuntur ad intelligendas res consentaneè ad naturam, cum qua noster intellectus cõcordat; ordo enim significandi, & ordo intelligendi est idem. Natura autẽ verbi ea est vt declaret rem prout est in intellectu: quare priùs ordine naturæ refertur ad ipsum intellectum à quo profertur, etiam, quatenùs rem declarat, vt lib. 2. docuimus. Similiter donum est, quod ab aliquo alicui datur: ergo etiã vt donum est, priùs indicat relationem ad eum à quo datur. Neque Thomas Caietan. negat hæc esse priora naturæ ordine: aimus ergo nostrum modũ intelligendi esse conformẽ naturæ: verbũ enim priùs referimus ad eum, qui verbum profert, dicimus enim Verbum Dei, aut verbum Hieremiæ, & dicimus donum Regis; ergo in his nominibus re

Dicimus Verbum Dei, donum regis.

A latio originis est præcipuè significata. Præterea, quicquid de verbo sentiendũ sit, nomen hoc, donum, est correlatiuũ ad donatorem; relatiua autem præcipuè significant eas relationes, quæ præcipuæ sunt, vt Aristoteles ait in Catheg. quãuis habeant alias adiunctas; vt scientia ad scibile, quamuis etiam sit scientia scientis. Ergo haud dubium est, quin donum præcipuè significet relationem ad donatorem, cum ea sit præcipua, qua nomen istud ad aliud dicitur: est enim donator, qui donũ donat, & donum donatoris donum. Quæ opinio non nostra B est, sed Sanct. Thom. certissima loco cõmemorato art. 5. ad 1. Ibi enim docet donum designare actu relationem ad donantem; at verò ad eum cui donatur, non actu sed aptitudine. Quare tantùm dissentit Sanct. Doct. ab opinione Thomæ Caietani, vt omninò sentiat relationem ad eum cui donatur, nõ claudi nominis significatione, vtpotè quæ non cõtinetur actu, sed aptitudine. Et hoc inquit rationem nominis postulare. Et ratio S. Doctoris efficax est, nam donum dicitur antequam detur alicui; & tamen non refertur adhùc ad alterũ, quia non est eius, & est iam donatoris; ergo C relatio actualis, quam nomen significat, est ad donatorem. Quare necesse est accipere hoc nomen donatoris, non pro eo, qui donat, sed pro eo qui habet donum, scilicèt rem aptam donari, vt donator & donum mutua sint relata. Et confirmatur auctoritate Sãcti *Augustini*, qui donum & donatorem sæpius cõiungit, vt mutua relata. Ex quibus colligitur, non esse propriè donum, quod à donatore non distinguitur; quæ enim vera relata sunt, distincta esse oportet. Quare id quod ait S. Hilari⁹ 8. de Trinitate naturam diuinam esse donum, quod Pater dat Filio, minus propriè dictum est: tum quia illud donũ, scil. natura diuina, non distinguitur à donatore; tùm quia donatio propriè ea est, quæ est libera, non verò naturalis; vt posteà dicemus: Pater autem dat Filio suam naturam giguendo, non libere sed natura liter.

Prob. 2. de dono.

Relatiua præcipuè significãt relationes quæ præcipuæ sunt.

Arist.

Exemplum scientiæ.

Hæc est sent. *S. Thom.*

Eius ratio efficax.

Nomen donatoris accipiendum non pro eo qui donat, sed pro eo qui habet donum, hoc est, rẽ aptam donari.

S. August.

Confect. Donũ distinguitur à donatore.

S. Hilar. explicatur.

Ista verò relatio doni ad donatorem in rebus creatis proculdubio est rationis. In diuinis verò sit ne realis an rationis, non facile est discernere. Nam absq; dubio in dono significatur origo;

8.

2. Dub. præuiũ An relatio doni ad donatorem sit in diuinis realis?

Arg. pro p. affirm.

est enim donum donatoris; quod autem est alterius, aut processionis, aut originis rationem dicit; id enim quod vsu tenetur, alterius est, & quod ab alio procedit, illius est à quo procedit. Cum ergo donum diuinum non sit donatoris, vt vsuaria res, quæ possidetur à domino, videtur reliquum esse, vt sit donatoris per originem; relatio autem quæ fundatur in origine realis est.

9. Resol. neg. Probatur

Nihilominus dicendum est, esse relationem rationis; nam donari est relatio rationis; ergo & donum. Probatur consequentia, quoniam donum est quid aptum donari, vt S. Thomas docet; aptitudo autem & actus eiusdem rationis sunt; igitur tàm donari siue donatum, quàm donum relationem rationis significat. Quod magis explicatur si nomen donatoris accipiamus in eadem significatione, pro donatore qui est aptus donare, sicut donum pro eo quod esse aptum donari, vt sint propriè correlatiua. Sed nomen donatoris pro eo qui est aptus donare, non significat formaliter in Deo relationem realem, sed rationis. Ergo idem est concedendum de hoc nomine donum, quod de Spiritu Sancto propriè dicitur.

S. Thom. Donum est quid aptum donari

Donator quis aptus donare.

10. Ea relatio æterna est, & necessaria.

Ea tamen relatio æterna est, imò necessaria, quia fundatur in origine nõ absolutè, sed prout persona Spiritus Sancti procedens vt amor, intelligitur vt principium omnis donationis possibilis, ita vt per hoc ipsum Spiritus Sãctus sit aptus qui donetur, quæ aptitudo relatio rationis est,

11. Ad 2. difficultatẽ resol. affir. declaratur ex lib. 1. c. 35. n. 2. & cap. 36. p. 1. & 2.

Et per hæc respondemus ad quæstionem propositam, quod etiamsi nulla donatio futura esset, donum esset nomen Spiritus Sãcti, ad eum sensum quo lib. 1. docuimus, futura fuisse attributa diuina in mente diuina, prout Deus intelligeret id quod intellectu nostro esset intelligibile, quãuis nullus intellectus futurus fuisset. Eodem quippe modo intelligeret Deus & Trinitas ipsa, quòd Spiritus Sanctus esset donum, scilicèt nostrò humano modo intelligendi, quãuis donum non sit relatio realis. Id verò quod est donum Catholicè cõfitemur esse relatiuum, scilicèt Spiritum Sanctũ, & esse donum secundùm originem, scilicèt esse Patris & Filij; sed hæc intelliguntur in subiecto, pro quo supponitur nomen donum.

A Distinctione eadem artic. 5. inquirit S. Doctor an Spiritus Sanctus possit dici donum nostrum? Est autem obseruãda nominum possessiuorum conditio, quæ est ea, vt aut dominationem, aut originem significent: possessiua autẽ dicuntur meum, tuum: & ea quæ ponuntur in gignendi casu, vt liber Ioannis, ad possessiua significando reuocantur. Deus autem, cum sit Dominus omnium & idem principium, cum ijs nominibus possessiuis debet coniungi nomen Diuinum, quæ eius dominatum, vel potestatem declarant.

12. 3. Difficultas, *ex S. Thom.* An Spiritus Sanctus possit dici donũ nostrũ

Præmor. Nominũ possessiuorũ conditio est vt dominationem, aut originẽ significent.

Ex quibus duobus capitibus duo cõsectaria colliguntur. Primum, quòd ea nomina concreta, quæ significant principiũ, possunt copulari nominibus possessiuis; est enim creator noster, & Redemptor noster: nomina autem abstracta, quia significantur, vt formæ, & non operationis principia, minùs vsurpantur possessiuis connexa, nisi & relationẽ indicent principij. Quare non dicitur Deitas nostra, neque sapientia nostra, quæ diuina est, nisi fortè insinuetur, illã sapientiam fontem esse vnde nostra emanat: nomen verò, Deus, tametsi non significet principium, sed deitatem, notatione tamen à prouidentia, quę est rerum origo, deriuatur, & idcirco dicitur Deus noster. Vel si placet, quia cum diuina natura coniuncta sunt ea quæ nostra dicimus, Deum nostrum appellamus, quia est Rex noster, Dominus noster.

13. 1. Consect. Nomina concreta quę significant principium, possunt copulari nominib. possessiuis.

Ratio.

Quocirca Spiritus Sanctus dicitur spiritus noster, vel spiritus hominum iustorum; quia nomen istud, principium rerum creatarum quodam tenus modo indicat: nam vt est nomen personæ, significat relationem non principij, sed procedentis; sed tamen quia procedit, vt amor, qui est impulsus in rem amatam, vt explicauimus, quo quasi impellente Deus nos amat, & ornat beneficijs, dicitur spiritus noster: tum etiam, quia, si notatio nominis attendẽda sit, ducitur ab spirando, quo etiam impulsus significatur. Sed non dicitur Spiritus Sãctus noster, vt aduertit auctor in illa dist. 2. quia tunc est nomen personæ & subsistentis.

14. 1. Assertio. Sp. Sanctus dicitur spiritus noster.

Ratio. Nomen, spiritus, principiũ rerũ creatarũ quodãmodo indicat.

Ostenditur.

Nõ dicitur Spiritus Sãctus noster

Secundum consectarium est, quòd ea quæ indicant dominatum diuinum, possunt cum possessiuis coniungi: quare dicitur

15. 2. Consect. Nomina quæ indicant dominatum diuinum

possunt cum possessiuis cõiungi.

Deus est felicitas nostra, qua fruimur, non vtimur.

citur Dominus noster, Rex noster. Et quia principium quoddam est etiam finale, est etiam Deus felicitas nostra, qua fruimur: & hoc pertinet ad rationem doni; datis enim vtimur & fruimur. Diuinis autem rebus, cum non vtamur, quia non sumus domini illarum, duntaxat fruimur illis; & ita non obest dominatui Deitatis, quòd illâ fruamur. De qua re postea agendum est.

16.

2. Assertio: Spiritus Sãctus nõ dicitur donũ nostrũ.

Sed non dicitur Spiritus Sanctus donum nostrum; quia donum non significat relationẽ actualem, ad eum cui actu datur; sed aptitudinem, vt detur: qua aptitudine donum est eius qui potest donare. Est ergo datum nostrum, sed non donum nostrum, vt docet S. Thom. 1. p. q. 43. art. 2. ad 3. Verùm familiare est Latinis, vt donum accipiatur etiam pro re quæ actu datur, & in ea acceptione Spiritus Sanctus potest dici donũ nostrum, id est, datum nostrum.

Ratio. Diciturdatum nostrum. *D. Thom.* Potest dici donũ nostrum, idest, datum nostrum.

17. *D. Thom. ex Arist.*, ait donum esse irreddibilẽ dationem.

Tandem est recolendum, quod egregiè S. Thomas obseruat ex Aristot. 4. Topic. 4. donum esse irreddibilem dationem, hoc est, datum sine respectu recompensationis, aut retributionis; & ita quadrat maximè in Spiritum Sanctum, qui gratis omninò donatur nobis, & est gratuitum donum. De datione autem irredibili postea disputabimus.

18. 4. Difficultas. An Filius secundum proprietates personales quas habet plures, & secundum nomina propria, sit perfectior Sp. Sancto?

Esto ergò huic capiti periodus, dubiũ quoddam circa nomina Filij & Spiritus Sancti: habet enim Filius plura nomina personalia, quàm Spiritus Sanctus, & ea propria: at verò Spiritus Sãctus pauciora habet nomina, & ea non propria. Nam persona Filij proprijssimè Verbũ est, & Imago, & Filius. At verò Spiritus Sanctus habet hoc nomen, quod nõ est relatiuum, ideoque non proprium; & nomen amoris procedentis: nomen autẽ doni non explicat aliquam proprietatẽ Spiritus Sancti, nostro modo intelligendi superadditam; sed eundem amorem procedentem à Patre & Filio, quatenùs est aptus donari nobis. Videtur ergo Filius secundum proprietates personales, quas habet plures, & secundùm propria nomina, perfectior esse quam Spiritus Sanctus? Ad hoc dubium respondetur, quòd argumentum probat quòd noster intellectus habeat plura nomina analoga quibus comparat proprietates Filij cum perfectionibus creaturarum. Non tamen ideo Filius est perfectior:

Ad arg.

Resol. neg.

quia cõparari cum perfectionibus creatis, nihil addit diuinæ perfectioni. Præterea proprietates personales sunt pfectiones, quæ etsi verè sint perfectiones, perfectio tamen omnium illarum vna est, scilicèt essentia diuina, vt sapientissimè docet S. Thom. & libr. 3. docuimus. Et ideo vna persona non potest esse perfectior aliâ propter plures perfectiones relatiuas, quarum tota perfectio est essentia diuina, quæ est eadẽ perfectio relationum Sp. Sancti.

1. Ratio.

2. Ratio.

D. Thom. Lib. 3. c. 31. p. 3. num. 14.

Confirmatio.

19. Spiritus Sanctus etiam in sacris literis non absre creditur appellari donum. Nam Actor. 2. dicitur, *Accipietis donum Spiritus Sancti.* Quod quidẽ donum est ipse Spiritus Sanctus, vt S. Augustinus commentatur. 15. de Trinit. cap. 19. Et Actor. cap. 8. cum Symon petijsset, oblatâ pecuniâ, vt sibi daretur ea potestas qua quibus manum imponeret, acciperent Spiritum Sanctum, respondit Petrus: *Donum Dei existimasti pecuniâ possideri*: insinuans ipsum Spiritum Sanctum esse donum Dei. Et 2. Corinth. 9. *Gratias Deo super enarrabili dono eius.* Quamuis vtroque loco donum pro re creata sumi potest: priori quidem loco pro potestate imponendi manus. Posteriori verò pro charitate, de qua Apostolo sermo erat.

Act. 2. *D. Augusti. Act. 8.* *2. Cor. 9.*

20. Patres etiam Spiritum Sanctum donum dicunt. D. Augustinus lib. de vera religione ad finẽ. Et in Inchirid. cap. 40. & lib. 2. contra Cresconium Grammaticum, cap. 14. S. Hilarius lib. 2. de Trinitate Spiritum Sanctum munus vocauit, id est, donum, in illis verbis, *vsus in munere*, vt D. August. & D. Thom. interpretantur, & 15. de Trinitate cap. 19. *Sicut*, inquit, *corpus carnis nihil aliud est quàm caro: sic donum Spiritus Sancti nihil aliud est, quàm Spiritus Sanctus.* Explicat enim intrãsitiue, vt aiũt, donum Spiritus Sancti, hoc est, donum, quod est Spiritus Sanctus: & 4. de Trinit. cap. 20. docet Spiritum Sanctũ procedere non vt natum, sed vt donum; & idem docet 5. de Trinitate cap. 14.

D. Augusti. *D. Hilar.* *Idem.* *Idem.*

CAPVT III.

Plura alia sunt nomina Spiritui Sancto accommodata.

¶ Caput diuidimus in partes duas.

Prima

Prima pars: *De ratione qua nomina Spiritui Sancto accommodantur.*
Secunda pars: *De nominibus Spiritus Sancti.*

PRIMA PARS.

De ratione qua nomina Spiritui Sancto accommodantur.

1. Nomina essentialia nō sunt propria personarū, sed loco proprioru ponuntur ea quę ad originē earum speciatim pertinēt. *S.Thom.*

NOmina essentialia, quę sunt tribus personis communia, aliquando ob causam originis aut processionis, singulis personis coaptantur; non quòd sint propria singularum, sed quia loco priorū ponuntur ea quæ ad originē earum personarum pertinēt speciatim. De hac autem re agit D. Thom. 1.p. q. 39. art.7.& 8.& in 1.dist.31.q.1.art.2. Adscribitur ergo Patri potētia, quia est principium vtriusque originis; Filio sapientia, quia est Verbum procedens; Spiritui Sancto bonitas, quia est amor, & amor est terminus dilectionis, & quædam complacentia in bono, vt diximus lib. 2.

Lib.2.c.6.n.17 & cap.13.

2. Vsurpātur sic à Patribus, & S scriptura, ad indicādas personarum differentias. *S.Thom.* Exemplum de vestigijs Trinitatis.

Hæc nomina, & alia similia vsurpantur à Patribus, & in sacris literis traduntur, ad indicandas differentias personarum, vt docet D. Thom. sicut per vestigia Trinitatis capimus notionem eius. Quare sicut vestigia non indicant Trinitatem, ita vt ad notitiam eius ducant, sed acceptā iam fide, rem aliquatenùs elucidant: ita nomina hæc personis accommodata, cum sint essentialia, & attributa naturæ, non possunt deducere contemplantem ad cognitionem Trinitatis; sed credentibus iam Trinitatē personarum, suo modo declarant illarū proprietates: de qua re Magister d. 21. & 24. Alex. Alens. 1. q. 67. per totum. *Magist. Alens. Altisiod. Gand.* Altisiod. 1.lib. suæ sum. cap.8. Henric. Gand. in sum. art. 72. q. 3.

3. Oppositā Abailardi hæresis. Eam refert *D.Bernard.*

Contra hanc doctrinam Orthodoxā, orta est hæresis cuiusdam Abailardi in Gallia, temporibus D. Bernardi, quam ipse refert, & confutat Epist. 190. ad Innocentium: Qui ita tribuit Patri potē. tiam, Filio sapientiam, Spiritui Sancto benignitatem, vt illa asserat singularum personarum esse propria, & non tribus communia.

4. Cōfutatur breuiter.

Quod portentum opinionis longa cō futatione non indiget. Nam dum hæc facit propria, quæ singulis tribuit, aA fert alijs, vt ait S. Bernardus. Vel enim Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus non sunt res tres, sed vna, vt impius Sabellius dixit: vel, si sunt res tres, & tria hæc attributa propria sunt singulorum, sol° Pater potentiâ prædituS est, solus Filius sapientiâ, solus Spiritus Sanctus bonitate: neque Pater est Deus, siquidem nō habet sapientiam, neque Filius, siquidē non habet potentiam, neque Spiritus Sanctus, quandoquidem potentiæ & sapientiæ expers est. Et cum hęc sint essentialia, erit diuisio in essentia, & erunt essentiæ tres, vt *Arius* voluit. Imò nulla essentia illarum erit diuina, siquidem singulæ imperfectæ erunt. *D. Bernard.* Vel est hæresis Sabellius vel Ariana.

5. Alia insania Abailardi.

Aliud est, quod accedit ad eandem insaniam, quod ipse Abailardus existimauit, Patrem esse omnipotentiam, Filium verò quandam potentiam, scilicèt iudicandi, quæ potentia sapientia est: & ita Patrem, & Filium ita coniungit, vt genus & speciem (quo delirio nihil potuit amentius excogitari) Spiritum verò Sanctum dixit nullam esse potentiā, ita vt omninò faceret extrantum, non de substantia Patris & Filij. Ita vir apprimè dialecticus ob studium nouitatis, vt ait D. Bernard. in tot stultitias & hæC reses præcipitem se coniecit. *Habemus* inquit, *in Gallia nouum ex veteri magistro Theologum, qui ab ineunte ætate sua vsque ad senium in arte dialectica lusit, & nunc in scripturis sanctis insanit.* *D. Bernard.*

6. Prædicta nomina dicit propria *S. Augustin.* Proprietates *Magister.* Melius dicit appropriata. *D.Thom.*

Hoc igitur loco obseruandū est, quòd licèt D. *Augustin.* 6. de Trinitat. cap. 10. appellet hæc nomina propria, & Magist. d. 31. vocet proprietates; meliùs tamē dicuntur appropriata, quod est nomen vsu Theologorum tritum, vt testis est S. Thom. 1.p. Nam vt caueamus ab hæresi *A*bailardi, neque propria neque proprietates fas est dicere, cum sint attributa essentialia & communia; sed bene appropriata, quæ scilicèt sunt accōmodata & coaptata relatiuis proprietatibus personarum. Admonet etiam S. Thom. 1.p.q.39.art.7. ad tertium, appropriata, esse posteriora proprijs; prius enim intelligimus personas cū suis proprietatibus personalibus, quā eis attribuamus nomina appropriata: ipsa itaque nomina essentialia absolutè sunt priora personalib'; sed prout sūt appropriata, sunt posteriora; quia perspectis priùs notioni- *Idem.* Appropriata vt sic, sunt posteriora proprijs.

notionibus personarum, hæc vni, illa alteri personæ attribuuntur per appropriationem, sine qua sunt tribus personis communia.

7. Ordo recensẽdi nomina Sp. Sancto appropriata.

Nos verò nomina Spiritus Sancti appropriata breuiter perstringẽtes, vt omnia tamen complectamur, priùs quidem ea recensebimus, quibus cum Patre & Filio communicatur; deinde illa, quæ seorsim tribuuntur Spiritui Sancto.

8. *S. Thom.* Nomina appropriata accõmodantur personis ob similitudinem, & ob dissimilitudinẽ ad res creatas, ideſt, ob cõgruentiã & nõ congruentiã.

Et est illud aduertẽdum cũ D. Thom. quòd hæc nomina appropriata personis accommodantur propter similitudinẽ, & dissimilitudinem. Ob similitudinem intelligit, ideſt, ob congruentiam cum rebus creatis, quia congruunt tali origini siue processioni diuinæ. Propter dissimilitudinem, quia non congruunt rebus creatis, sed diuinis: pertinet enim ad perfectionem & excellentiam deitatis, vt eæ processiones in Deo dissimiles sint creatis processionibus & imperfectis.

9. 1. Exemplũ ex *S. Hilar.* Appropriata ob similitud.

Est ergo primum exemplum eorum nominum, quæ appropriata dicuntur apud S. Hilarium initio lib. 2. de Trinit. *Nec deesse quicquam*, inquit, *tantæ rei consummationi reperietur, in qua sit in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, infinitas in æterno, species in imagine, vsus in munere.* Quibus verbis D. Hilar. duo appropriata ascribit Patri, scilicèt infinitatem & æternitatem; nam & infinitas potentiam, & æternitas designat principium: est autem Pater principiũ sine principio; quare & infinitum, & æternum, rectè sunt illi appropriata.

Patris sunt infinitas, & æternitas. Ratio.

10. Filij appropriatũ nomen species, hoc est, pulchritudo. Tria necessaria spectatissimæ formæ, integritas, proportio, claritas.

Filij verò nomen non appropriatum sed proprium est Imago: species autem, hoc est pulchritudo, appropriatum est, cum aliàs sit essentiale & cõmune; imagini autem per accommodationem cõgruit pulchritudo, & ea quæ in pulchritudine expetuntur, imagini quæ est Filius Dei, sũmopere quadrant; necessaria enim tria sunt spectatissimæ formæ, integritas, proportio, & nitor siue claritas: integritas, vt nulla pars desit; proportio, vt omnes partes cõsentiant; claritas, vt totum sit conspicabile & lucidum. Hoc de pulchro ex S. Thom. In imagine autem intelligibili, maximè in diuino Verbo, hæc omnia absolutissima sunt: in Verbo enim totus *Archetypus* cernitur; & est adæquatio verbi ad rem cuius est imago, & lux etiam, quæ in substantia spirituali pertinet ad intellectũ. Nam & Plato in Phædro 9. & Plotinus in 1. lib. 6. cap. 1. in cogitatione siue mente pulchritudinem sitam esse pluribus commonstrat, cuius corporea pulchritudo sola sit vmbra, & exiguum delineamẽtũ, vt in fabula Narcisi cõtineri Poetæ crediderunt, qui vmbram sui in aqua deperijt. Rectè ergo Filio, qui est imago, assignatur nomen appropriatũ species, id est pulchritudo.

Plato. *Plotin.*

Postę de fabula Narcisi.

11. Sp. Sancti appropriatũ nomen, vsus, hoc est fruitio, & gaudium. *S. Hilar.* *S. Auguſt.* *S. Thom.* Ratio referens vsum ad diuinas personas.

Sed Spiritus Sancti nomen proprium est donum siue munus, vt loquitur D. Hilarius; vsus verò pro fruitione sumitur, vt vult D. *Augustin.* 6. de Trinitat. cap. 10. & D. Thom. 1. p. q. 39. artic. 8. Gaudium ergo, siue frutio aliquid essentiale est & commune, sed appropriatum rectè est Spiritui Sancto, siquidem illis rebus fruimur, quas diligimus. Ergo, cũ Spiritus Sanctus sit amor amborũ, scilicèt Patris & Filij, dicitur per appropriationem vsus, hoc est fruitio, & gaudium. Ita commentatur S. *Augustinus*, & D. Thom. At verò non abs re poterimus, quoad hoc vltimum aliter interpretari D. Hilarium, vt vsum refreamus, nõ ad personas diuinas, sed ad rationales creaturas, quibus hoc donum fruendum datur. Nam Pater & Filius non fruuntur munere, siue dono, quasi fruantur dato; quia neque Pater dat Filio Spiritum Sãctum, neque Filius Patri, vt dicemus. Vsus autem in munere hoc videtur significare, vt munere ipso quispiam fruatur. Et ita vsus erit quidẽ nomẽ appropriatum, quod scilicèt significet effectũ fruitionis; fruimur enim Deitate & tribus personis, sed per appropriationem fruimur Spiritu Sancto, vt amore diuino, quo voluntas nostra copulatur diuinæ, & copulatione beatissima fruitur: quod confirmant verba antecedentia, D. Hilar. *Vnus spiritus donum in omnibus.* Et iterum, *Perfectæ spei munus vnum*; spes autẽ in nobis est, & post spẽ vsus, hoc est fruitio. Sed in hac acceptione dicitur Spiritus Sanctus vsus, id est res vsuaria, siue fruibilis: & ita non est attributum essentiale, sed relatiuum nomen ad creaturas, quæ illo fruuntur, & relatio ea est rationis, & dicimus nõ esse essentiale quasi attributum diuinũ, sed est nomen tẽporariũ significans relationẽ ad creaturas, quæ illo fruuntur, & appropriatũ Sp. Sãcto, vt explicatũ est.

S. Hilar.

Alia ratio referens vsum ad rationales creaturas.

In hac acceptione vsus nõ est attributum essentiale, sed relatiuũ rationis ad creaturas, & temporarium.

S. Thom. In imagine intelligibili hæc omnia inueniuntur.

Et

12. Appropriata ob dissimilitudinem eadem nomina.

Et hæc quidem sunt appropriata ob similitudinem: contra verò propter dissimilitudinem ad res creatas hoc modo; quoniam, quos habemus patres aliorum patrum filios agnoscimus, & virtute deficere: dissimile est ergo, quod de Patre diuino credimus, scilicèt æternũ qui à nullo alio est, & infinitũ cuius virtus infinita. Et quia res de formes suas habent etiam imagines; contra certè diuinitatis imago, quæ est Filij, pulcherrima est. Et quia sæpe in domis nõ est vsus, sed nocumentum, iuxta illud quod munera hostium periculosa sunt; In Spiritu Sancto quod est donum, vtilitas bonorum imò fælicitas reperitur; & idcirco est vsus in munere.

Appropriatur Filio pulchritudo.

Sp. Sãcto vsus

13. 2. Exemplũ ex *D. Augusti.* de vnitate, æqualitate, & cõcordia. *D. Thom.* notat hæc tria indicare vnitatem.

Secundum exemplum est *S.* Augustin. 1. lib. de doctrin. Christiana. *In Patre*, inquit, *est vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritu Sancto vnitatis, æqualitatisque concordia*. Bene notat S. Thom. hæc tria nomina indicare vnitatem, licèt diuersimode. Nam, quia vnum sequitur ens, sicut proprietates personales distinctæ sunt, ita & earum vnitates. Patris ergo est simplex vnitas, quæ scilicèt omnem aliam vnitatem antecedit, cum sit prima: Filij est æqualitas, quæ est vnitas vnius ad alterum, & hæc consequitur primam vnitatem; est enim inter duas res, & exigit binarium: sed persona Filij ordine originis est, quæ statuit primũ binarium, scilicèt Patris & Filij: ergo Filio rectè est appropriata æqualitas. Concordia autem est vnitas voluntatũ inter plures, & connexio est vnitas alicuius rei, quæ est media inter plures. Bene ergo adscribitur hæc vnitas Spiritui Sancto, qui est nexus inter Patrem & Filium; quia concordia est vnitas volũtatis. Et amor quid est nisi vnitas, vt egregiè disputat S. Thom. 1. 2? Nomina ergo hęc quæ communia sunt tribus personis, ob causas assignatas fecit D. Augustin. appropriata.

Patris est simplex vnitas, seu prima.
Filij est æqualitas.

Sp. Sancti est cõcordia, seu vnitas voluntatum. *S. Thom.*

14. *S. Augustin.* 1. Veritas est nomen personale Filij, pro vt est relatio conformitatis ad principium seu exẽplar.

Subtiliùs philosophandum est de eo, quod ait S. Augustin. lib. de vera Relig. cap. 26. ait enim veritatem primam esse summam similitudinẽ principij absq; vlla dissimilitudine; qua definitione explicauit ipsam conformitatem imaginis, quæ est Filius Dei, cum suo exemplari quod est Pater, quæ confirmitas dicitur veritas. Et in ea acceptione veritas prima, ideſt, prima & summa cõformitas, erit nomen personale Filij: siquidem est propria imaginis diuinę quę est Filius Dei. Veritas autem prima seu cõformitas est ipsa identitas intellectus diuini cũ re intellecta, quæ est ipse Deus; quæ etiam est nomen essentiale commune tribus personis & per appropriationem attributum Verbo diuino, sicut sapientia. Sed tamen veritas prima, vt significat relationem conformitatis ad principium, quemadmodum Augustinus accepit, est propria diuinæ imaginis, & non est nomen essentiale, sed personale. Et similiter prima bonitas, vt significat conuenientiam voluntatis cum re dilecta, quæ est diuina essentia, quæ conuenientia est ipsa identitas voluntatis diuinæ cum essentia, est nomen essentiale, & per appropriationem attribuitur Spiritui Sancto: sed vt significat relationem conuenientiæ amoris procedentis ad suum principium, erit similiter propria ipsius amoris procedẽtis, & non erit nomen essentiale, sed personale Spiritus Sancti, quia significat relationem conuenientię amoris procedẽtis ad suum principium à quo procedit.

Est essentiale appropriatum prout est ipsa identitas intellectus diuini cum re intellecta.

1. Bonitas nomen essentiale.

Item vt personale.

15. *S. Augustin.* explicatur.

Illud verò, quod ait S. Augustinus, tria esse vnum propter Patrem, æqualia propter Filium, connexa propter Spiritum Sanctum, explicandum est, vt facit D. Thom. neque enim Filius est Patri principium æqualitatis, aut Spiritus Sãctus Patri & Filio est principium concordiæ: sed solum indicatur appellationis deriuatio, quia vnitas primùm inuenitur in Patre, æqualitas in Filio, concordia in Spiritu Sancto, secundum processionem amoris, quæ est connexio. Neque inde sequitur analogia nominis: nam sicut homo prius significauit priscos homines, quam posteros; & tamen omnes vniuocè: ita vnum, æquale, concors, de personis dicitur vniuocè; etsi ordine originis priùs vnum dicatur de Patre, æqualitas de Filio, concordia amoris secundùm originem, de Spiritu Sancto. D. Augustinus dixit connexa esse propter Spiritum Sanctum, quod nomen connexum notionale est, quasi dicas diligentes se amore procedente, qui amor est nexus, quo connexi sunt, & quomodo explicandum hoc sit lib. 2. docuimus.

S. Thom. Ordine originis priùs vnũ dicitur de Patre, æqualitas de Filio, concordia amoris secundũ originẽ de Sp. Sãcto

S. August.

Lib. 2. cap. 6. 14. & cap. 4. num. 13.

16. 3. Exemplum vt n. 1. & 12. *S. August.*

Tertium exemplum est initio huius capitis commemoratum eiusdem D. Augusti-

S. Thom.

17.
4. Exemplum S. Augusti. D. Thom.

Augustini apud S. Thom ibidem, vt Patri tribuatur potentia, Filio sapientia, Sp. Sãcto bonitas, siue benignitas: quod exemplũ iam est superiùs explicatum.

Quartum exemplum à D. Augustino etiam depromptum esse, ait S. Thomas ex lib. 6. de Trinitat, ad finem, vt Pater sit ex quo omnia, Filius per quẽ omnia, Spiritus Sanctus in quo omnia. Nam & hæc communia sunt. Ex Deitatis enim natura, & per eandem, & in eadem omnia sunt, & constant. Sed quia præpositio, ex, designat causam efficientem, quę est prima, Patri tribuitur vt principio primo, quòd ex illo sint omnia. Et quia præpositio, per, designat formam operandi, vt artem in artifice, de Filio dicitur quòd per illum sunt omnia, quia sapientia & ars sunt Verbo diuino appropriata. Et quoniam præpositio, in, significat aliquid in alio, quo pacto lapis est in centro per desiderium, siue appetitionem centri, in Spiritu Sancto dicũtur esse omnia, quia est omnium rerũ finis & bonitas, in quo reperitur id, quod omnia appetunt, scilicèt finis & bonum. Et hęc quidem dicta sint de nominibus Trinitati beatissimæ attributis.

Pater ex quo omnia.

Filius per quẽ omnia.

Sp. Sanctus in quo omnia.

SECVNDA PARS.

De nominibus Spiritus Sancti à Patribus vsurpatis.

1. Symb. fidei. Ob similitudinẽ appropriata nomina, Dominus & viuificans.

PLura sunt alia nomina, quæ à patribus & Ecclesia tribuuntur Spiritui Sancto. Initiũ nobis sit ab illis, quæ decantat Ecclesia in symbolo Fidei. *Credo in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem.* Egregie quidẽ hæc duo nomina Dominum & viuificantem Ecclesia Spiritui Sancto attribuit. Et quidem ob similitudinem rectè dicitur Spiritus Sanctus, Dominus & viuificans: Dominus quidem, quia dominatus ad amorẽ pertinet; est enim dominium, vt aiunt, facultas vtẽdi rebus suis. Vsus autẽ operatio est voluntatis, quâ mediâ ad finem admouemur. Sumus ergo domini rerũ, quæ in nostra potestate sũt, hoc est in nostra volũtate, arq; ideo nihil tàm nostrũ est, quàm propria voluntas, ob quã dicuntur nostra ea, quibus possumus vti, aut frui, prout volumus; & ea est libertas naturalis, qua sumus iuris nostri & Dñi nostrarũ actionum. Vnde illa pia precatio D. Bernardi in Purificat. B. Marię de oblat. pueri, *Nolo*, inquit, *Domine iuris esse mei, sed iuris tui: nolo esse liber meus, sed tuus: Potius mibi est vt offerar tibi, quã vt desinar mibi.* Sapienter optabat Bernard. ius libertatis suæ à Deo, siue ab Sp. Sãcto possideri iuxta illud, *Vbi spiritus Domini, ibi libertas*; & ibi sane est verũ dominium. Est ergo nomen Domini, per accõmodationẽ propriũ Spir. Sancti, quia ipse est amor vtens omni creatura pro sua potestate vt vult; quod dixit Apostolus de eodẽ Spir. Sãcto, *Dividens singulis, prout vult*, quia operationũ quæ sunt ad finẽ principium est amor, & ita accõmodatissimè nomen Domini attribuitur Spir. Sancto, qui est diuinus amor procedens à Patre & Filio.

De nomine dominus.

Voluntatis libertate naturalis sumus iuris nostri, & domini nostrarũ actionum. D. Bernard

Est etiam spiritus viuificans; quia etsi operatio intelligibilis sit prima vitalis, vnde dicitur apud Ioan. *In ipso*, scilicèt in Verbo, *vita erat*: tamen principium vitæ, quæ in creaturas fluit & deriuatur, est Spir. Sanctus; quia in Deo operatio voluntatis est origo omniũ operationũ externarũ, qualis est animorũ viuificatio. Et idcirco Spiritus Sanctus dicitur viuificãs, & spiritus vitæ, & ipse spiritus vita. Quare elegantissimè D. Greg. vocat Spir. Sanctũ animã Ecclesiæ Comẽt. in Ps. 4. Pœnit. *Sicut*, inquit, *vna anima, qua diuersa corporis membra viuificat; ita totã simul Ecclesiam vnus Spir. Sãctus vegetat, & illustrat: sicut nauque Christus, qui est caput Ecclesiæ, de Spir. Sancto conceptus est; sic sancta Ecclesia quæ corpus eius est, eodẽ Spir. Sancto repletur, vt viuat.* Ex quo loco videtur S. Thom. collegisse sent. vt Spir. Sanctũ in hoc Ecclesiæ corpore diceret esse cor, Christũ verò caput, S. verò Greg. animã appellauit: sed anima & cor principium sunt vitæ. Et D. Ioan. Chrysost. hom. 13 ad Rom. in illa verba, *Corpus mortuum propter peccatũ, spiritus verò viuit propter iustificationẽ*, obseruat Spir. Sanctũ nõ viuentem, sed vitam dici; quoniam quod capit viuificat & conseruat: & ita relicto corpore morti suæ, in quam incidit per peccatum Adæ, animus à spiritu qui est vita, perpetuò conseruatur.

2. Corinth. 3. Sp. Sanctus est amor vtẽs omni creatura pro sua potestate vt vult. 1. Cor. 12.

2. De nomine viuificantis. Ioan. 1. In Deo operatio voluntatis est origo omniũ operationũ externarũ qualis est animarũ viuificatio.

S. Greg.

S. Thom. Sp. Sãctus cor Ecclesiæ, Christus caput.

S. Chrysost.

3. Etiã ob dissimilitudinẽ dicitur Sp. Sanctus Dominus & viuificans.

At verò ob dissimilitudinem, nõ minùs aptè dicitur Spiritus Sãctus Dominus & viuificans: quia amor libidinis, quẽ cupidinẽ dicunt, tyrannus est, & lethalis; at verò Spiritus Sanctus valde dissimilis, quia suauis est Dominus & viuificans. Et quidem quòd tyrannus sit

Amor sæculi tyrannus. *S. Thom.*

amor sæculi, ex eo liquet quia passiones sensibilis appetitus, quarum princeps est amor, naturâ seruiunt rationi, seruitute tamen politica, vt docet D. Thom. Quare dum rationem sibi subiiciunt, tyrannidem exercent. Præterea amor sæculi & præcipuè libidinosus, seruos nos facit, dum facit peccatibus similes in appetione. Quare Arist. lib. 3. Moral. cap. 10. vocat voluptates bellinas, vt Patres fileam. Idem Philosophus lib. 7. Ethic. cap. 9. voluptates ait esse impedimento prudentiæ. Est autem Platonis epigramma apud Laertium in vita ipsius, in quo inducit Mineruam, cum Veneris minaretur armaturam se cupidinem suum nisi Musæ, quibus Dea præerat, festum suum celebrarent, respondentem, Musas suas non timere iacula cupidinis, scilicet quia armis scientiæ essent instructæ. Vbi ergo est defectus rationis & prudentiæ, ibi est seruitus necessaria, vt D. Ambrosius lib. 6. de Noe & Arca cap. 32. notauit in filijs Noe, quia nepti Chanaan iussum est filijs Noe seruire, ob facinus in Patrem admissum, cum nudum irrisisset, quia vbi deest propria ratio, opus est dirigi ratione aliena. Amor ergo sæculi facit nos seruos, & ipse tyrannus est. Spiritus autem Sanct⁹, dñs est & viuificãs.

Amor sæculi seruos nos facit. *Aristotel.* *Idem.* *Plato.* *S. Ambros.*

4. Amor sæculi seruilis est. *Marsil.* *Plinius.* *Sophocles.* *Cicero.* *Valer.* Amor sæculi lethalis est.

Præterea amor sæculi seruilis est, quia est amor concupiscentiæ omnia pacis-cens causâ mercedis. Amor autẽ perfectus liber est, etiam ab omni concupiscentia; quod pulchrè Marsilius Ficinus scripsit in conuiuium Platonis de amore cap. 8. vsque adeo amorem esse liberum pretiosumque, vt nec velit, nec possit alio vendi, aut emi pretio, quã se ipso. Et Plinius in Panægyrico eum esse erectũ & liberum, & dominationis impatientem. Amor autem libidinosus abiectissimè seruit. Meritòque Sophocles libidinẽ appellat agrestem furiosumque dominũ, vt auctor est Cicero de Senectute, & Valerius lib. 4. cap. 5. Lethalis etiã is amor est, qui multorum populorum, & gentium internicionem sæpiùs inuexit, infinitasq; ærũnas hominibus importat.

5. De nomine septiformis.

Est ergo infinita quadâ dissimilitudine diuinus amor, qui est Spir. Sãctus Dom⁹ & viuificãs, nõ tyrãnus, sed Domin⁹, qui è seruis liberos nos reddit, quia vbi spiritus Dñi ibi libertas; nõ lethalis neq; ærũnosus, sed spiritus vitæ & gratiæ.

6.

Canit etiam Ecclesia in hymnis Spir. Sanctum septiformem munere, etsi ipse spiritus sit vnus, siue donum, septem tamen formis ad nos sæpe venire dignatur; quæ sunt dona Spiritus Sancti septem. Nec præterundum est, quòd amet diuinus Spiritus numerũ septenarium, quod beatam vitam tab in eligendo numero quinquagenario, qui cõplet hebdomadas septem dierum, & in hebdomadis dies septem. De quo numero postea aliqua dicemus. Dicitur ergo Spiritus Sanctus septiformis propter dona septem, quæ nobis confert in animorum ornamenta.

In numero quinquagenario hebdomadæ 7. in hebdomada dies 7.

7. Hæc Sp. Sancti nomina temporaria sunt.

Verùm obseruandum est quòd hæc nomina Spiritus Sancti tẽporaria sunt, vtpotè illi attributa propter beneficia in nos collata tẽporibus nostris; idcirco enim dicitur dominus, quia nos seruituti illius fælicissimè sumus addicti; & viuificans, quia vitã nobis confert. Et alijs similiter nominibus tẽporarijs appellatur.

8. De nomine ignorit.

Numeranda igitur nomina alia Spir. Sancti designantia beneficia in nos collata: & illa imprimis, quæ ipsum diuinũ donũ, nõ vt æternũ, sed vt collatũ sæculis nostris designat. Illud imprimis quod appellatur Spiritus Sanctus pignus: dũ enim per gratiã sanctificantem, qua accipimur ad æternam beatitudinẽ, Sp. Sãctus nobis illabitur, fit ipse nobis pignus promissæ beatitudinis. Et ita fit, vt sit & dominus per amorẽ, cuius nos sumus, libertatem nostram diuino amore mancipantes; & simul pignus nostrũ, iuxta commetarium Gregor, hom. 14. in illud Pauli, *Si quis spiritum Christi nõ habet, hic non est eius.* Possidet ergo nos Deus titulo quodam amoris, & ipse spiritus Dominus noster fit pignus nostrũ.

S. Gregor. Rom. 8.

9. S. Chrysost. Magis cõgruum nomen arrha S. Thom.

At verò Ioannes Chrysost. hom. 2. ad Ephes. nõ legit pignus, sed arrham, quod magis cõgruum est, vt eo loco S. Thom. obseruat. Nam pignus est res quæ non semper venit in vsum eius cui obsignatur; arrha verò est pars mercedis reddẽdæ. Et quia Spiritus Sanctus, qui nobis datur in hac vita fruendus per fidem & spem, ipse est præmium beatũ in patria, rectè arrha dicitur. *Quare*, inquit, Chrysostomus, *nõ datur totũ, sed pars? Quia.* Respondet ipse, *neque nos totum peregimus.* Ergo Spiritus Sãctus dicitur donum, quod est nomen personale, & æternum; dicitur pignus quod est nomen secundum tempus, pignus enim est non

Arrha est pars mercedis reddendæ.

Idem.

quod

quod potest dari vt donũ, sed quod actu datur in tempore. Et quia etiam pignus datur, dari autem proprietate quadam Spiritui Sancto conuenit ex modo processionis, vt diximus, rectè nomen pignoris siue arrhæ proprium est Spiritus Sancti. Præterea quia hoc pignus non nisi per charitatem habemus, qua assimilamur ipsi Spiritui Sancto, etiam hac ratione nomen, pignus, aliquo modo est proprium Sp. Sancti: non tamen personale, quia non significat proprietatem personalẽ, scilicèt relationem realẽ ad Patrem, sed relationẽ rationis ad creaturas. Vocatur etiam eodem loco, scilicèt Ephes. 1. spiritus promissionis, quia ob ipsam promissionem & pignus est & arrha. Promissus autẽ est non solùm oraculo Christi Domini, sed lõgè antea per prophetas, vt videre est in Ezechiele cap. 17. & apud Ioelem, & in alijs prophetis: promittebatur autẽ dandus nobis. Dicitur etiã spiritus promissionis, quia datur cum quadam pollicitatione futuræ beatitudinis, cui' est pignus. Addit S. Hieronymus, dici spiritum promissionis quia est auctor, vt & nos meliora polliceamur.

Nomen pignoris, siue arrhæ propriũ est Sp. Sancti.

Vocatur spiritus promissionis. *Ephes. 1.*

Eodem loco Ephes. 1. vocatur signaculum, vt exprimitur illis verbis, *Signati estis spiritu promissionis sancto.* Est ergo Spiritus Sanctus signaculum. Aliqui Patres explicant Spiritum Sanctum esse signaculum, quæ est imago Dei, & conformat nos Deo. Sed iam docuimus Spiritum Sanctum propriè non esse imaginem; hac autẽ ratione nomen signaculi potiùs tribuendũ esset Filio, qui est figura substantiæ eius. Rectiùs ergo D. Thom. eo loco, ait Spiritum Sanctũ dici signaculum, quia charitas signum est distinguens eos qui sunt Dei, à cæteris qui Dei non sunt. Itaque sicut in lege scriptâ circumcisio carnis erat signum populi fidelis; ita in lege gratiæ signum eorum, qui legem acceperunt, est ipsa charitas, nam & lex charitas est, iuxta illud. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.* Lex enim disciplina quædã est; discipuli verò sunt qui capessunt disciplinam: lex & doctrina Christi charitatis præceptũ fuit; & ita discipuli eius signantur Spiritu Sancto, qui & ipse est charitas increata. Caue autẽ, ne dicas charitatẽ esse signũ populi fidelis, nam

De nomine signaculi. *Ephes. 1.* 1. Expositio aliquorum.

Reijcitur ex c. 2. p. 1. num. 10.

2. Expositio *S. Thom.* Charitas est signum eorũ, qui Dei sunt.

Ioan. 13.

A etiã sine charitate fideles sunt. Sed verè discipuli, hoc est, boni discipuli sunt, qui amare Deum, & fratres didicere, charitate Spiritus Sancti signati. Theodoret. exponit, *Signaculũ spiritus donũ accepistis: Quasi dicat, Obsignati estis, quẽadmodũ tabulæ obsignãtur in pactis: Nam Christus Dominus certâ aliquâ notâ significationẽ dedit, certioresq; nos effecit, quòd verè pertineatis ad populũ suum; præsertim verò hoc significauit dum visibili specie effudit super vos, & in corda vestra spiritũ suum.* Eleganter equidem Theodor. dixit *Apostolos* quasi tabulas pacti, seu fœderis, legendas populis destinatos, Spiritu Sãcto visibili specie apparente obsignatos.

3. Expositio. *Theodor.*

B

Notissimũ verò illius est nomen Paracleti. Et quidẽ S. Hieronymus Epist. Abdiæ missa q. 9. non solum Spiritum Sanctum dici Paracletum ait, sed & Filium, qui de se ipso id significauit, cum dixit. *Alium Paracletum dabit vobis.* Nam & ipse Paracletus erat. Sed nihilominus hoc nomen Spiritui Sancto ascriptum fuit ab ipso domino, qui misit. Neque Christus vnquam vocatus est Paracletus, quod est consolator, etsi & ad hoc missus fuerit, vt mederetur contritis corde. Assignãda ergo est ratio, quare Spir. Sanctus nominatim dicatur Paracletus: & illa occurrit, quia viris iustis vna & altera tristitia est, scil. vel ex peccato, vel ex exilio: est autẽ peccãtibus Sp. Sãctus Paracletus, quia remissio peccatorũ est ex gratia Dei, scilicèt ex dilectione gratuita & liberali. Nec abs re est quod D. Hieron. Rom. 15. Deũ patientiæ & solatij interpretetur Spir. Sanctũ, quia cũ ipse sit criminũ condonator, vt amor Patris & Filij, quo se diligẽtes nobis parcunt, rectè dicitur idem spiritus Deus patientiæ, & Deus solatij. Exules autẽ idem Paracletus consolatur, nõ solũ quia Spir. Sanctus est pignus hæreditatis, sed quia charitas spẽ ipsam excitat, iuxta illud, *Spes nõ cõfũdit, quia charitas diffusa est in cordibus nostris*, Rom 5. Qua fiducia affectus erat Apostolus, cũ diceret. *Ipse autẽ spiritus testimonium perhibet spiritui nostro.* Rom. 8. scilicèt propter infusã charitatẽ; nam per Spir. Sãctũ dicimus *Abba* (*Pater*) habẽtes spiritũ Patris in nobis, quæ est fiducia filialis, eaq; sũma. Rectè igitur perinde Sp. Sãctus cõsolator exulũ est; nam gaudiũ

11. De nomine Paracleti. S. *Hieron.*

Ioan. 4.

C

Spir. Sanctus nominatur Paracletus ideſt consolator peccatorum & exulum.

Ex S. Hier. Dicitur Deus patientię, & solatij, quia est amor Patris & Filij quo se diligentes nobis pareunt.

D

Charitas spem excitat. *Rom. 5.*

Rom. 8.

S. Thom. iustorũ, teste S. Thom. hac sola ex parte non impletur, quòd eum de Deo, quem diligunt, omninò gaudeant absque metu & solicitudine diuisi boni, quod est immutabile; de se tamen adhùc tristitiâ afficiuntur præ metu & cura, vt ad patriam perueniant. Quod S. Augustinus dixit. *Et quomodo habemus vnde gaudeamus, nisi adhùc esset vnde gemamus?* Et huius tristitiæ diuinus amor consolator est. Et ad hoc potest quoque reuocari elegantissimus commentarius S. Ioannis Chrysost. in illud Pauli Rom. 8. *Quis me separabit a charitate Dei quæ est in Christo Iesu?* scilicèt ab illa charitate, non qua Deum diligo, sed qua ipse me diligit, quæ est in Christo Iesu, mihi satis significata: ergo Spiritus Sanctus, qui est ipsa charitas, Paracletus est à quo nunquam ferendum, aut permittendum sit, vt diuellamur; si enim ipse amor Dei Paracletus est, ideſt consolator, quid desiderari potest in solatio? Vide Didimum apud Hieronym. tom. 6. fol. 225. Iansen. in cõcord. cap. 134. fol. 939.

S. August.

S. Chrysost. Ad Rom. 8.

B

Didim. Iansen.

12. Sp. Sanctus dolorẽ vitæ præsentis non omninò tollit, sed leuat.

Qua in re illud considerandũ est Spiritum Sanctum dici consolatorem, quia dolorem vitæ præsentis & ærumnas non tollit, sed leuat. De quo argumento multa S. Gregorius? hom. 10. in Ezech. ad finem. *In huius vitæ exilio*, inquit, *nil ei plus, quàm sua amaritudo placet.* Et ita explicat verba prophetæ. *Abij amar' in indignatione spiritus mei.* Non ergo liberat omninò à mærore, sed in mœrore solatur, & idcirco Paracletus dicitur. Maximum verò solatium est in laboribus immensis, conscientia cui Spiritus Sanctus testimonium perhibet, vt diximus. Idcirco enim Iob consolatores onerosos vocat duros amicos, qui eius ærũnas ei tribuebãt crimini; tantũ enim aberant vt afferrẽt leuamen, quòd potiùs rapiebant è manibus Iob solatium vnicum, dùm conscius sibi erat quòd sine crimine patereturtantam iacturã. Et hoc est iustorum solatium. Nam vt S. Ioan. Chrysost. ait. *Iusti ob virtutes puniuntur, vt Ioannes propter assertionem veritatis.* Sic Iob ob probitatem, persequutionem a Dęmone sustinebat.

S. Gregor.

Ezech. 3.

C

Maximũ solatium in laboribus bona cõscientia.

Iob.

S. Chrysost.

13. D. Bernard. De nomine aduocati. Rom. 8.

S. Bernardus non solùm Paracletum sed aduocatum audet Spiritum Sanctũ nuncupare, eò quòd dixit Apostolus, ipsum postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Aduocatus*, inquit, *noster ad Patrem in cordibus nostris, Dominus noster in corde Patris: ipse ergo Dominus, qui aduocatus; quod magnum solatium est.* Et rectè quidem S. Bernardus ait aduocatũ in cordibus nostris, vt insinuet Spiritum Sanctum non fundere preces, quod est serui, sed ad hoc excitare corda nostra, vt precemur. Et idcir co dicitur *Spiritus precum*, Zachar. 12. Sed metaphoricè potest dici etiam in corde Patris aduocatus, dũ ad hoc propendit, vt ignoscat, quo loquendi tropo vsus S. Petrus Chrysol. dixit. *Est apud Patrem proprius, qui intercedat affectus.*: vt supra exposuimus. Et hoc etiã quòd Spiritus Sanctus excitat nos ad preces, solatium non paruum impendit: statim enim firmissimam spem impetrãdi concipimus; quod sæpiùs inclamat Psaltes. *Exaudi me Domine, quoniam clamaui ad te*, quasi ius sit in precibus. Et Anna mater Samuelis filium precãs à Domino, cum largissimè preces effudisset, solatium statim cepit, ita vt vultus eius non ampliùs immutati fuerint, pulsâ tristitiâ, & repulso timore. Itaque etiam quoad nostras preces in quibus est aduocatus, Paracletus quoque est, ideſt, consolator. Videndus pro intelligentia huius loci Rom. 8. D. Augustin. lib. 2. contra serm. Arian. cap. 25. & lib. 2. contra Maxim. cap. 9. & lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 22. & cap. 121. & de orando Deum. Et Asprobo cap. 15. & D. Gregor. libr. 2. Moral. cap. 22. & item homil. 34.

Sp. Sanctus excitat corda nostra, vt precemur.

Zachar. 12.

Sp. Sãctus pronus ad ignoscendum. Chrysol.

Psalm. 85.

1. Reg. 1.

D. Augustin.

S. Greg.

D

14. De nominib' attributorum.

Nuncupant etiam Patres Spiritum Sanctum omnibus nominbus attributorum, nulla habita ratione accommodationis, quã Theologi dicimus appropriationem, scilicèt vt ostendant eum verũ esse Deum.

CAPVT IIII.

Spiritus Sanctus datur à Patre & Filio, & dat se ipsum.

1. DE missione Spiritus Sancti agendũ iam est. Et antea tractauimus, quo modo nobis detur; mittitur enim Spir. Sanctus, vt donũ siue datũ; & dare est quid simplicius quàm mittere, vt differendo elucidabimus. Quare hinc nobis initium erit; exordiendum enim à simplicioribus;

Dare

2. Dare accidit: & per naturã: & pervolũtatẽ

Dare accidit per naturam, & per voluntatem: de ijs quæ dantur per voluntatem deliberantem agendum erit secundo loco. Ea autem quæ dantur per naturam, accipiuntur, siue recipiuntur in re illa cui dantur, siue communicantur. Datur autem per naturam id quod commune est danti, & accipienti; & quia in actione naturæ hypostasis non est cõmunis, sed sola forma operandi, idcirco in ea actione naturali, hypostasis nõ datur, sed natura: verbi gratia, ignis non dat ignem, sed calorem; neque dat se, sed suum calorem, aut formam, siue speciem suam, siue naturam. Quare similia de rebus diuinis pronunciata sunt: Pater enim omnia dedit Filio, sed se ipsum non dicitur dedisse, neque Spiritui Sancto dedit Filiũ suum, aut illos sibi dedit, sed naturã suã dedit Filio, & Spir. Sãcto.

Qux dãtur per naturã, accipiuntur in re cui dantur.

3. Quod datur ad perficiendũ naturã accipientis, etsi liberè detur nõ est hypostasis, sed forma siue natura.

Datur autem aliquid etiam voluntatis arbitrio, & hoc ipsũ quod datur, aut est natura, aut aliquid vtendum, siue fruendum. Illud igitur quod datur ad perficiendam naturam accipiẽtis, similiter nõ est hypostasis, sed forma siue natura. Probatur, quia id quod naturam perficit aut exornat, ineſt hypostasi, siue est in in hypostasi, vt in Petro est corpus, & anima, & musica; hypostasis autem non est in hypostasi: igitur quicquid datur & accipitur perficiens naturam, non est hypostasis, sed forma, siue natura hypostasis. Quamobrem Deus optimus dedit hypostasibus creatis voluntate libera quæcunque dare libuit; hypostases ipsas creatas nõ dedit, sed creauit, quia illa sunt prima, quibus cætera dantur. Sed neque generans etiam voluntate libera, dat hypostasim suam genito, aut diuinæ personæ hoc pacto dant se, quasi ipsę sint formę perficientes res creatas. Colligitur ergo quòd datũ omne actione naturali, & ipsum datum quod ad naturam spectat, & ipsam perficit, etiamsi liberè detur, non est hypostasis, sed forma siue natura.

Probatur. Quod sic datur est in hypostasi.

Illatum: Deus hypostases ipsas creatas non dedit sed creauit.

4. Est aliud genus dati & accepti liberũ quidẽ, sed extra nos.

Est autem aliud genus dati, & accepti liberum quidem, sed extra nos; scilicèt, cum illa accipimus, quæ nobis non insunt, neque in nobis sũt, sed nobis dãtur aut vtenda, aut fruenda. Quo quidèm pacto hypostasis ipsa siue persona datur, & accipitur; vtimur enim non equina natura, sed ipso equo, & hypostases rerum habemus in potestate & dictione, vt aurum & argentum; persona etiam, quæ est rationalis hypostasis, datur & accipitur, quia personis vtimur & fruimur vt seruis & amicis.

Hoc pacto hypostasis datur & accipitur

5. Cõditiones dãtis & accipientis.

Post hæc, conditiones dantis, & accipientis vnam, & alteram notabimus. Primam, vt id, quod datur sit dantis, damus enim nostra; nostra autem dicimus non sola bona externa, sed ea etiam, quæ in nobis sunt: & nos ipsi nostri sumus, siquidem iuris alterius non sumus, vt sunt serui. Quare qui liberi sunt, sua omnia, & se ipsos possunt dare: hæc autem legibus ciuilibus præscripta sunt, de quibus nihil est ad rem: satis enim nobis est philosophari, quid sit dare, siue per naturam, siue per liberam voluntatem, vt hæc ipsa ad res diuinas aptemus. Secunda conditio in accipiente est, vt sit compos vtendi & fruendi: irrationabilia quippe quæ deliberatione carent, nihil accipiunt vtendum, aut fruendum. Quæ libera verò voluntate accipiuntur, & acceptari dicuntur, si veniant in potestatem domini, vtenda sunt; si verò duntaxat fruitione tenentur, vt amici, ad dominum non pertinent. Et in hoc quoque à legum præscriptionibus abstinemus, quę nobis non seruiunt.

Secunda in accipiente, vt sit cõpos vtendi, & fruendi.

6. Aduert. Etiam in ijs quæ intra nos sunt, vtimur, vthabitibus, & operatione nostra fruimur.

Denique obseruãdum est, quòd, licèt verè asseramus, ea quæ extra nos sita accipimus, inter fruenda aut vtenda numerari: non tamen opinamur, quibuscũq; vtimur & fruimur, extra nos esse: nam habitibus vtimur, & operatione nostra fruimur, quæ in nobis ipsis sunt; sed quæ nostra sunt & extra nos, illa aimus aut vsui nostro, aut delectationi & fruitioni inseruire.

7. *Aristotel.* Donũ est datio irreddibilis: Explicatur.

Est autem addẽdum ijs quæ dicta sũt, illud etiam quod Aristoteles docet 4. Top. cap. 4. donũ esse dationẽ irreddibilem: dationẽ verò vsurpat, non pro actione dandi, sed pro ea re, quæ possit dari, vt idẽ sit, quod donũ. Irreddibilẽ verò dicit gratuitam, vt interpretatur D. Thom. art. 2. Gratuitum autẽ est quod non datur causa retributionis; retribuere enim non est dare sed reddere, donũ autẽ est irreddibile, ideſt quod nõ redditur, neq; cõpensatur. Et hoc adhùc dilatandũ est: quod enim datur sine respectu cõpẽsationis, neq; datur quasi debitum, neq; datur vt pro eo nobis aliquid reddatur. Vtroq; enim modo si in da-

tione inueniatur redditio, siue cõpẽsatio, iam non est gratuita. Quare cum initio primi libri commonstratum sit gratiam iustificantem gratis prorsus nobis conferri, rectè Spiritus Sanctus dicitur donum, quia datur omninò gratis, vt auctor gratiæ ipsius prorsus gratuitæ.

Lib. 1. cap. 2. n. 7. cap. 3.

Præterea aduertendum est quòd D. Thomas 1. p. q. 38. art. 1. ad primum, proponit tres modos quibus donum est ipsius dantis, seu donantis, scilicèt per identitatem, possessionem & originem. Per identitatem, quia est in ipso donante: per possessionem, quia possidetur à donante, etiamsi sit extra ipsum: per originem, quia procedit ab illo. Et similiter dicendum de accipiente donum, quia donum est accipientis ijsdem tribus modis; per identitatem, possessionem, & originem. Per identitatem, quia donum est in ipso accipiente: per possessionem, quia possidetur ab accipiente, quamuis sit extra ipsum: per originem, quia accipiens accipit donum procedens ab alio. In diuina igitur processione Deitas, quæ datur & accipitur, nõ est proprie donum, quia non datur per liberam voluntatem. Est autem dantis & accipientis duobus modis, scilicèt per identitatem & originem; non verò per possessionem, quia non dicimur propriè possidere, nisi ea quorum habemus dominium. In diuinis autem non est dominium nisi respectu creaturarũ, non verò respectu diuinarum personarum, quia nulla ab alia possidetur. Si verò in dono cõsideretur relatio ad donantem, quasi inter res distinctas, hac ratione essentia diuina non est donum, cum non distinguatur re ipsa à dante siue ab accipiente; sed bene Spiritus Sãctus est donum quod refertur ad Patrẽ & Filium dantes, & est res distincta ab illis.

8. *S. Thom.* Donum, est dãtis per identitatẽ, possessionẽ, & originẽ.

Ijsdem modis est accipiẽtis.

In diuina processione Deitas nõ est propriè donum.

Est dãtis & accipientis per idẽtitatẽ, & originẽ; non verò per possessionẽ

Diuinarũ personarũ nulla ab alia possidetur.

9. Consectaria ex dictis.

1. Consect. Persona diuina dat nobis Deitatẽ.

Probatur.

Ex quibus deducere, quę hoc loco tractanda sunt, operosum non erit. Illud enim primum consequitur quòd persona diuina non solùm dat nobis suam Deitatẽ, sed se ipsam; quia in hoc genere dandi & accipiendi etiam hypostases, siue personæ dantur: sed qui fruũtur Deitate fruuntur personis diuinis: ergo non sola Deitas datur fruenda, sed personæ ipsæ. Quod etiam confirmatur, quia ea est conditio dantis, vt quisque det quod suum est, & se ipsum, si sui iuris est: sed personæ diuinæ singulæ sunt sui iuris, cum prima dominatio in singulis sit: ergò possunt se ipsas dare. Et hoc est quod ait Augustinus tract. 44. in Ioan. *Quid tam tuum quàm tu?* Et 15. de Trinitate cap. 19. ait Spiritum Sanctum ita esse donum, vt etiam se ipsum det.

Confirm.

S. August.

10. 2. Consect. Pater dat nobis Filium. *Ioan. 3.* *Ioan. 14.*

Secundum consectarium est, quòd Pater dat nobis Filium, iuxta illud Ioan. cap. 3. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* & Filius dat Spiritum Sanctum iuxta illud Ioan. 14. *alium Paracletum dabo uobis.* Probatur, quia Filius accepit à Patre Deitatem: ergo Filius est Patris, vt is, qui accepit ab illo; ergo Pater dat Filium: & Filius cum Patre eandem ob causam dat nobis spiritum suum: Filius verò non dat Patrem, quia Pater ab illo non accipit.

Ratio.

11. 3. Consect.

Tertium quod consequitur est, si in re danda significetur quædam distinctio dantis & dati, vt non idem sit is qui dat, & id quod datur, nulla persona dat se ipsam, sed illam quæ à se procedit, quæ est datum suum; est enim Filius Patris, quia accepit omnia ab illo, & Spiritus Sanctus identidem est vtriusque.

12. Quæsitum. Detne ad imm vna persona alteram alteri, vt fruendam? Resol. neg. Ratio.

Quòd si quæras, vtrùm vna persona diuina intra Deum, det alteram personam à se procedentẽ alteri diuinæ personæ, vt fruendam? Respondetur negãdo, quia diuina persona intra essentiam, non dat per liberam voluntatem, sed per naturam; & ideo non dat hypostasim, sed naturam: ideo neque dat se, neq; aliam personam; sed dat naturam, etiã vt fruendam.

13. Vltimũ cõsect. Deus dat se nobis p solã grã. iustificantem. Probatur.

Vltimum quod arguendo conficitur est, Deus dat se nobis per solam gratiã iustificantem. Probatur, quoniam in hoc genere dandi, aut vsus est, aut fruitio: Deus autem, cum sit Dominus, nullo modo est res vtenda, aut quæ veniat in potestatem & ius nostrum, vt ipsi simus Domini rerum diuinarum, aut ipsius Deitatis: fruimur autem Deitate per visionem beatam, quæ est gratia cõsũmata, cuius semen siue inchoatio est gratia sanctificans, siue iustificans: ergo sola ista gratia efficit, vt Deum in hac vita habeamus per quandam inchoationem, scilicèt cum spe fruendi in patria. Et hæc est concors doctorum sententia cum S. Thoma 1. p. q. 38. art. 1. & q. 43. art. 3.

Gratia iustificans est semen siue inchoatio gratiæ consũmatæ, sc. visionis, qua Deo fruimur.

S. Thom.

14. Obiectio.

Quòd si obijcias, nos non frui plenè, & perfe-

& perfectè diuinâ naturâ, nisi per beatã visionem, quæ non datur gratis, sed per merita de condigno; Id autem, quod do natur, gratis donatur, quia est datio irre dibilis, vt docuimus, id est gratiosa; & ideò non propriè donari beatam visionem, siquidem redditur, vt merces meritorum de condigno. Respondetur, nos hactenùs non disputasse de libera datione, sed de libera voluntate Dei, qua liberè facit, quæcũque facit. Et ita etiãsi reddat mercedem, liberè facit. Ad propositam verò obiectionem respondetur, etiam ipsam visionem Dei esse donum Dei: nam si conferatur cum nostris meritis, est verè merces de condigno: sed si conferatur cum voluntate Dei nos prædestinantis ad beatam visionẽ; ipsa visio Dei est donum gratuitum, quia voluntas prædestinantis Dei antecedit omne meritum nostrum; & ideò dicitur *Gratia Dei vita æterna*, quia necesse est vt vita æterna, quæ est ipsa visio Dei, & merces meritorum fundetur in prima gratia Dei, quæ gratis datur, & in diuina prædestinatione, quæ antecedit meritũ.

Reliquum est, vt datum à dono discernamus. Ea quidem differentia notissima est, quòd donum est id, quod potest donari; datum autem quod datur. Quare donum est nomen æternum, datum verò temporarium est; quia tunc Deus datur cum accipitur, accipitur autem per gratiam iustificantem, quæ hoc, aut illo tempore iustis infunditur. Vndè etiam colligimus, Filium non esse donum, sed datum: nam ad hoc, vt detur, satis est, quòd sit Patris, & in tempore detur: ad hoc verò, vt sit donum, opus est, quòd æterna processione hoc habeat, qua Filius nullo modo est donũ, vt superiùs docuimus. *Approbat hoc S. Augustinus 7. de Trinitate, cap. 15. docẽs quòd donatum dicitur id quod actu donatur; donum autem dicitur id quod destinatum est, vt donetur.* Quod autem ait libr. eodem, cap. 19. scilicèt, aliquid esse donum, in quantum donatur, explicandum est in quantum est destinatum, siue aptum, vt donetur.

Alterum est discrimen perspicuum: quia datum significat id etiam, quod natura dat; donum autem est quod libera volũtate donatur, vt Philosophus ait. Quamobrẽ in diuina processione Deitas donum non est, & S. Hilarius minùs

Respõsio.

Visio Dei est merces, & donum gratuitũ respectu diuersorum.

Ad Rom. 6.

15. Inter donum, & datum, 1. Discrimen. Donum est id quod potest donari. Datum est qđ actu datur.

Consect. Filius datum, non donum.

Cap. 2. p. 2. n. 3. *D. Augusti.*

Idem explicatur.

16. 2. Discrimen Datum est naturę, donum liberæ voluntatis.

Consect. In diuina processione Deitas donum nõ est.

A propriè locutus videtur fuisse, dum ait, Patrem dedisse Filio donum Deitatis: Deitas enim in Filio non donum est, sed natura. Datur ergo in diuina processione Deitas, sed nõ donatur, quia datur naturali operatione; donari autem pertinet ad liberam voluntatem. Persona autem diuina dat naturam suam alteri personæ, voluntariè quidèm, sed non liberè, imò naturaliter. Ideò rectè Magister in 1. dist. 15. docet, quòd donare in Deo significat operationem ad extra, quæ scilicèt est per liberam voluntatem Dei.

S. Hilarij opposita loquutio minùs propria.

In diuina processione Deitas datur.

Magist.

17.

B Differunt etiã datum & donum, quia donum est quid distinctum à donante; quod cernitur in ipso nominis vsu; vocamus enim donum siue munus, quod manu gerimus, siue porrigimus. Quamobrem in diuina processione Deitas nó est donum; quia non distinguitur à donante: & ob eandem rationem, persona diuina non donat se; solùm ergo potest dici diuina persona donum, quia donatur ab alia persona distincta à qua procedit. At verò diuina persona dat se ipsam, & suam essentiam, & ita perspicuè differunt datum, & donum.

3. Discrimen Donum est distinctum à donante.

Datum non id exigit.

Consect. Etiam ob hoc, Deitas non est donum, sed datum.

C Explicandum tamen est id quod S. Thomas ait, omnia nobis dari per hoc donum, quod est Spiritus Sanctus. Ratio est, quia Pater, & Filius libera sua voluntate nobis dant, quæcunque dant. Et ita omnia data emanant à diuina dilectione; diligunt autem nos Spiritu Sancto; quia est amor procedens à dilectione diuina, & eo ipso Spiritus Sanctus est donum primum, quod nobis donatur: ergo cætera omnia data ab hoc dono emanant. Ipse etiam Filius quatenùs D datus est nobis per carnem assumptam, est datum quoddam emanãs ab illo primo dono, quod est Spiritus Sanctus, vt colligitur ex verbis ipsius Domini, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* *Ioan. 3.*

De personã diuina quid dicendum.

18. *S. Thomæ* dictum: Omnia nobis dantur per hoc donum, quod est Spritus Sãctus.

Ratio.

CAPVT V.

Spiritus Sanctus mittitur à Patre, & Filio, sed non mittit seipsum.

DE hac inscriptione D. Thom. 1. p. q. 43. art. 4. & in 1. d. 15. q. 2. artic. vnico. Caput secamus in partes duas. *D. Thom.*

Prima pars: *Quid sit missio diuinæ personæ?*
Secunda pars: *Persona diuina non mittitur, nisi ab ea à qua procedit.*

PRIMA PARS.

Quid sit missio diuinæ personæ.

1. 1.Aduert. Mittere significat 1.legare.

MIttere latinum verbum est, quod maximè significat legare, & legatum destinare: nam & seruum mittimus, & per seruum epistolam; epistola quippè non legatur, sed datur legato deferenda ad alium. Personæ igitur in rebus creatis dicuntur missæ, quasi legatæ alicuius imperio. Sed est alia nominis significatio: quandoque enim mittere dicitur quasi emittere, quod est proferre, siue edere, aut etiam conijcere, vt spiculum mittimus; & vocem emittimus, hoc est eijcimus, & arbor mittit flores. Quæ ambiguitas significationis S. Thomam non latuit, 1.p.q.43.ar.1. affirmat enim rem quampiam mitti aut imperio alicuius, aut naturę origine, quod est emitti, vt arbor mittit flores.

Significat 2. emittere, quod est proferre, siue edere.

S. Thom.

2. 1. Significatio nō est missioni diuinæ cōgrua.

Si igitur nomen hoc velimus personis diuinis coaptare; prima significatio non est rei congrua: persona enim diuina nō mittitur imperio alicuius, nisi pro imperio auctoritatem originis interpreteris, quod S. Thom. in 1.sent.dist.15. videtur insinuare. Sed hoc est nominis significationem immutare: dicuntur enim personæ apud nos missæ, hoc est legatæ; legatio autem imperio alterius, consilioque suscipitur, quod non cadit in diuinas personas; neque enim Spiritus Sanctus fuit legatus ad nos; Filius verò qua tenùs homo, potest dici legatus, scilicèt post assumptam carnem; sed non quatenùs missus ad ipsam carnis vnionem; quia ante vnionem Filius Dei, cum esset in forma Deitatis, nullam missionem, aut legationem potuit accipere à Patre. Quatenùs ergo missus est, vt homo fieret, missus quidem est, sed non legatus. Reliquum est igitur, vt persona diuina dicatur missa, quasi emissa, siue procedens. Quod S. Thomas non obscurè docet 1.p.q.43.ar.1. vbi, cum notasset discrimen inter ea, quæ imperio, aut consilio mittuntur, & quæ naturæ origine mittuntur, siue emittuntur, colligit diuinam missionem intelligi posteriori modo, vt

S. Thom.

Filius Dei, quatenùs homo, post carnē assumptā potest dici legatus

Vt homo fieret missus est, sed nō legatus.

In 2.signific. persona diuina dicitur missa, quasi emissa siue procedēs.

D. Thom.

dicatur missa quasi emissa per originem. Et per hæc refutatur hæreticorum versutia, qui arguebant personam missam non esse verè Deum; siquidem obediebat alterius imperio: satis autem explicatum est, quòd hæc missio non sit ex imperio, sed ex auctoritate mittentis. Refutat illos S. Athanasius orat. *Deus de Deo.* & S. August. 2. de Trinit. cap. 5. & alij Patres.

Personæ diuinæ missio est ex auctoritate originis, seu mittentis.

S. Athan.

S. August.

Sed obseruandum est, quòd ea, quæ naturæ origine mittuntur, siue emittuntur, non dicuntur mitti ad terminum extraneum, sed missio terminatur ad naturam; vt arbor emittit flores, hoc est producit, siue gignit flores, cuius missionis terminus est ipsa natura floris. Verum est, quòd verbum hoc, mittere, adsignificat effectum aliquem extra rē, à qua aliquis mittitur, quasi mittere sit extra se proferre, etiamsi sit missio per naturalem originem, vt arbor mittit flores, & lux radios: & ob hanc rationem, non potest propriè vsurpari, quòd persona diuina mittatur scilicèt extra Deū, nisi addito aliquo effectu extra Deum, ratione cuius persona, quæ procedit intra naturam Deitatis, dicatur mitti scilicèt ad talem effectum. Quamobrem diuina persona, licèt ab æterno procedit ab alia, non tamen potest dici missa ab æterno; quia non procedit ab æterno ad effectum extra Deum: sed in tempore dicitur missa ad talem effectum, vt posteà exponemus.

3. 2.Aduert. Quæ naturæ origine mittuntur, non dicitur mitti ad terminum illi extraneum.

Hęc missio ad effectū aliquem extra à qua est missio.

Diuina persona non potest dici missa ab æterno.

4. Assertio. Missio diuinæ personæ nō habet exemplum in rebus creatis.

Dicendum igitur est missionem diuinæ personæ non habere exemplum in rebus creatis, sed esse tertium genus missionis, quod complectitur vtrumq; assignatum. Prima enim missio, quæ est legatio, destinatur ad aliquem effectum extraneum, imperio, aut consilio alicuius. Secunda autem missio naturalis nō contigit, imperio, aut consilio, sed originę; est tamen naturalis processio, cuius terminus est natura. Missio autem diuinæ personæ est quidem naturæ origine, vt secunda missio; & est simul ex consilio, & deliberatione diuina ad effectum extraneum, vt prima missio: ita enim à Patribus vsurpatur.

Hæc missio est naturæ origine, vt missio in 2. significatione; & simul ex consilio, vt in 1. significa.

5. Ratio assertionis.

Cuius rei non inconcinna ratio designari potest. Nam in rebus corporeis, quia gignuntur cum aliqua mutatione loci, vt flores pullulant ex arboribus, & fœtus ex vtero, propriè dicuntur mitti

In missione creata etiā ab ea cuius termi-

8.

siue

nus non est locus, inuenitur & simul significatur mutatio localis.

siue emitti, etiamsi generationis terminus non sit locus, sed natura geniti; significatur enim simul mutatio localis. Quare in ea significatione nomen non quadrat diuinæ processioni, quæ est loci expers, & est intra diuinam essentiam. Et quia persona diuina procedens origine naturæ, procedit vltra ad effectum extraneum, eius processio dicitur missio, addita processione alia ad effectus extraneos. Idcircò S. Thom. ar. 2. ad 3. ait processionem diuinæ personæ dici æternam, & temporariam; quia includit duplicem terminum processionis, scilicèt alterum, qui est natura, & alterum extraneum, qui est effectus, ad quem vltra procedit diuina persona: imò includit duas processiones, vt dicemus, & postea etiam declarabimus.

S. Thom. Missio diuina dicitur æterna & temporaria.

Ratio.

Includit duas processiones.

6.

Ex his colligenda est differentia, quæ hæc in Deo discernamus, procedere, dari, mitti: procedere enim absolutè dictũ significat aliquid æternum in Deo, de quo dictum est lib. 2. Dari significat relationem rationis, qua res diuina in tẽpore dicitur data, secundum effectum, quem Deus in nobis operatur, vt cap. antecedente docuimus. Præterea dari non significat in Deo relationem originis, nisi fortè aliqua adiectione apposita. Pater enim dat se, cum tamen non procedat à se, & Deitas ipsa dat se. Cum verò dicitur Pater dat Filium suum, etiã origo siue processio indicatur; dat enim Filium, quasi aliquid sui, quia à se procedit, & hoc dicit S. Thom. Procedere autem, & mitti significant relationem originis, vt parte 2. capitis ostendendũ erit, & simul processionem ad effectum extraneum.

Colligitur differentia inter procedere, dari, mitti.

De procedere lib. 2. c. 8.

De dare hîc c. 4.

S. Thom.

7.

Verùm hoc loco dubium obuiat non leue. Nam quia processio est motus ad terminum, sumitq; speciem ab illo, processio ad effectum in Deo est relatio rationis, processio autem ad naturam est relatio realis. Quare videtur impossibile quòd missio diuinæ personæ sit ipsa processio realis, qua persona procedit, & simul sit processio ad effectum, quæ est relatio rationis; esset enim nomen hoc, missio, æquiuocum, quod simul significaret relationem realem, & rationis. Et saltem necesse est, vt alteram significet directè, siue in recto & principaliter, alteram indirectè, & in obliquo.

Pro dub. sequẽti prænotãdũ.

Missio significat relationem realem, & relationem rationis.

8.

Quæritur ergo hoc nomen, missio, quid significet directè, formaliter, & principaliter? An relationem realem processionis, qua persona missa procedit à mittente. An verò relationem rationis, qua ipsa persona diuina missa procedit ad effectum extra Deum? Neque enim vnũ nomen potest significare has duas relationes, ex æquo, ac principaliter & directè. Videtur autem formaliter & directè, & principaliter significare relationẽ realem ipsius processionis, qua persona missa procedit à mittente. Nam S. Doctor cum 1. parte proposuisset duo genera missionis, scilicèt alteram à consilio, alteram à natura: ad hoc secundum reuocauit missionem diuinæ personæ, scilicèt, secundum originem naturæ, qua arbor dicitur mittere flores. Et ita videtur sensisse S. Gregor. hom. 26. de Spiritu Sanct. *Eius missio*, inquit, *ipsa processio est*. Et ibidem dixerat Filium mitti secundum naturam Deitatis, quia eo mittitur quo generatur. Quæ verba intelligenda sunt in sensu causali, hoc est, ideò Filius dicitur mitti secundum humanitatem, quia secundum Deitatem generatur: scilicèt, quia generatur, potest mitti, vt explicat S. Thom. q. 33. in 1. p. art. 2. ad 3. Aliàs si non gigneretur, non diceretur mitti; quia si Pater fieret homo non posset dici missus, quia non procedit ab aliquo. Similiter loquitur S. Hilarius 8. de Trinit. *Missio eius à Deo absoluta natiuitas est*, id est, perfecta. Et hoc idem videtur suaderi ratione: si enim dicamus, Filius à Patre procedit ad nos, sanè illud verbum procedit, videtur significare ipsam processionem realem, qua Filius à Patre procedit, addita relatione rationis ad nos, iuxta verba Sãcti Thomæ eodem loco. *Missio*, inquit, *includit processionem æternam, & aliquid addit ad effectum temporalem*. Similiter ergo, cum dicimus, Filius mittitur à Patre ad nos, verbum, mittitur, significat principaliter ipsam diuinam processionẽ, qua Filius procedit à Patre.

Dub. vtram relationem significet hoc nomen, missio, directè, formaliter, & principaliter?

Pro relatione reali, locus *D. Thomæ*.

D. Gregor.

Explicatur à *D. Thom.*

Si Pater fieret homo, nó posset dici missus *S. Hilar.*

Ratio.

S. Thom.

9.

Pro aduersis partibus occurrit ipsa ratio formalis missionis, quæ in Deo est temporaria, & non æterna; diuina autẽ processio æterna est: ergo missio non significat directè processionem illam æternam, sed potiùs processionem temporariam ad creaturas. Præterea in missione præcipua ratio est progressio diuinæ

Pro relatione rationis 1. Ratio.

2. Ratio.

diuinæ personæ ad effectum extra Deũ: ergo ista progressio directè & præcipuè significatur; quæ est relatio quædam rationis.

10. Resolutio ex *Torres* pro relatione reali

Quæstionem libenter dirimimus per doctrinam sapientissimi Torres, & de schola S. Thomæ meritissimi: ait ille quòd nihil aliud est mittere, nisi dare alicui potestatem ad aliquid operandũ; & mitti est potestatem accipere: igitur optimè dicimus in Deo, quòd Pater mittit Filium, data potestate ad facienda opera; & mitti est accipere illam potestatem: nihil sanè clarius. Cum igitur dare, & accipere in Deo, sint actus originis, illi sunt qui directè significantur, quando dicuntur diuinæ personæ mitti ad nos, addita relatione rationis ad nos, siue ad opera, ad quę mittuntur. Et quãuis S. Doctor in sententijs videatur cõstituere missionem præcipue in essentialibus, vel propter potestatem datam à mittente, quæ est diuina essentia, vel propter relationem rationis ad opera externa, quæ priùs pertinet ad essentiã, quàm ad personas: Tamen 1. parte in declaranda diuinę personæ missione, solùm meminit diuinæ processionis, qua persona missa procedit ab alia: & illa sane est, quæ directè significatur per nomen missionis.

Probatur. Mittere, & mitti in Deo est dare, & accipere potestatem ad opera externa.

Hi sunt actus originis.

S. Tho. in 1. pro relatione rationis.

Idem 1. *p.* pro relatione reali.

11. Ad 1. rationẽ pro relatione rationis.

Missio diuinę personę ꝓpter relationẽ rationis additam dicitur tẽporaria.

Quæ autem obijciuntur facilia sunt solutione. Quamuis enim missio diuinę personæ directè sit ipsa processio; tamẽ propter relationem additam ad opera extra Deum, quæ relatio est rationis, & temporaria, dicitur missio non æterna, sed temporaria; sicut actio Dei, qua res creat est ipsa diuina essentia, & tamen non est actio æterna, sed temporaria propter relationẽ additam ad res creatas in tempore. Fatemur etiam pro secunda obiectione, istam relationem rationis ad opera externa, esse prẽcipuam rationem missionis diuinæ personæ: sed non est consequens, vt significetur directè, & in recto per nomen missionis; sed satis est, quòd ea relatio rationis significetur in obliquo. Sicut etiã actio creãdi præcipue significat relationẽ ad creaturam, quæ est formalis ratio actionis; & tamen non significat illam in recto, sed in obliquo: diuinam autem essentiã significat in recto, quia ipsa actio creandi est diuina essentia. Egregiè igitur dicamus cum Episcopo doctissimo Tor-

Exemplum actionis creatiuæ.

Ad 2. rationẽ. Relatio rationis ad opera externa est præcipua & formalis ratio missionis.

Exemplum actionis creatiuæ.

Resolutio tradita ex *Torr.* declaratur.

A res, quòd in missione diuinæ personæ, mittere est dare potestatem ad opera efficiẽda, & mitti est accipere: ergo missio actiua est origo in ipsa persona mittente: missio passiua est processio in persona missa, addita relatione rationis ad ea opera efficienda, ad quæ diuinæ personæ mittuntur.

SECVNDA PARS.

Persona diuina non mittitur, nisi ab ea à qua procedit.

B

1.

QVæritur iam vtrùm persona mittatur ab ea à qua non procedit. S. Thomas de hac re differit 1. p. q. 43. art. vlt. & in 1. dist. 15. q. 3. Et quidem in 1. sent. affirmat, quòd etiam seruata sermonis proprietate Spiritus Sanctus mittitur à se ipso, & Filius à se ipso; quod probat auctoritate S. Augustini 15. de Trinit. cap. 19. vbi docet Spiritum Sanctum mittere se ipsum. Et 2. de Trinit. cap. 5. concedit Filium à se ipso missum: solum autem Patrem nunquã legi missum. Cui sententiæ Magister addicitur. At verò S. Thom. in sent. eã vt elucidet, obseruat ea quæ fiunt, si cõcreta sint ex duobus, non oportere vt vtrumque simul fiat, sed alterum; verbi gratia, quidam homo facit parietem album, non est opus, vt faciat parietem, sed satis est, quòd efficiat albedinem, vt dicatur facere parietem album. Ita, inquit, vt persona diuina dicatur missa, necesse est vt persona sit procedens ab alia ad aliquẽ effectum; sed vt ipsa dicatur se mittere non est necesse quòd procedat à se, sed quòd ipsa persona procedens ab alia, à se habeat vt effectum attingat. Et ita, inquit, simpliciter & propriè se mittit, quia cum aliàs procedat ab alio, à se habet simpliciter, & propriè, vt effectum attingat, quo dicitur missa. S. Bonauentura in eadem est sententia ob aliam rationem, ex S. Augustino acceptam 4. de Trinit. cap. 20. vbi ait quòd mittere est facere cognoscere quòd vna persona procedat ab alia; & quia tota Trinitas facit hoc cognoscere, consequens est, vt tota Trinitas mittat personam illã procedentem ab alia. Et hæc ratio recidit in eandem iam allegatam ex S. Thoma in sententijs. Nihilominùs non est credendum S. Augustinũ voluisse illis verbis

1. Sent. tituli opposita.

S. Tho. in 1. citans loc. *D. Aug.*

Magist.

1. Ratio *S. Thom.* Vt quis dicatur cõcreta ex duobus facere, v. c. parietem album, satis est vt alterum faciat.

Sic iuxta hãc sent. vt persona dicatur se mittere, satis est, vt ipsa procedens ab alia à se habeat vt effectum attingat.

2. Ratio in 1. residens. *S. Bonau. ex S. August.*

S. August. explicatur.

Notitia quòd vna persona, procedat ab alia nō est ipsa missio, sed inuenitur in missione visibili.

bis definire missionem diuinæ personæ; sed solùm explicauit id, quod semper inuenitur in tali missione visibili, in qua persona missa innotescit nobis; & hæc notitia est à tota Trinitate, quæ operatur ipsa signa, quibus persona cognoscitur, & ipsam fidem, qua eam cognoscimus, & quòd procedat ab alia. Eandem tamen sententiã tenent Scotus dist. 14. q. 1. & Marsil. q. 18. Caiet. etiam 1. p. q. 43. art. 1. & Ferrar. 4. contra gentes, cap. 23. meminerunt huius opinionis, quòd mittere in diuinis sit manifestare personam procedentem, aiuntque hoc dictum etiam impropriè.

Probat sent. Scoti. Marsil. Caiet. Ferrar.

2. In hac re 1. certum: Personæ diuinæ mittuntur.

Primum igitur in hac quæstione dicendum est, absque dubio personas diuinas mitti; nam & Filius missus est, & Spiritus Sanctus, vt liquet ex sacro eloquio. Nam Ioannis 10. de Filio dictum est, *Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum*: & iterùm cap. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*: & de Spiritu Sancto, cap. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem Pater mittet vobis in nomine meo*. & in alio loco, cap. 16. *Si autem abiero, mittam eum ad vos*. Quas sententias Patres non metaphoricè vsurpant, sed veluti proptijs verbis assertas, ad sensum tamen explanatum capite præcedenti, vt non significetur mutatio loci, sed effectus, vt persona missa sit in nobis per gratiam.

Ioan. 10. Ioan. 6. *Ioan. 15.* *Idem c. 16.*

3. 2. Certum: Persona, quæ non procedit ab alia, nō dicitur missa. *S. Augusti.* *S. Thom.*

Illud secundum est sanè certissimũ, quòd persona, quæ nõ procedit ab alia, non dicitur missa. Quam ob causam Pater nullo modo dicitur missus ad nos, non, inquam, missus à se, neque ab alio. Quæ est S. Augustini doctrina certissima 4. de Trinit. cap. vltimo, & 2. de Trinit. cap. 5. cæteris Doctoribus cum S. Thoma, consentientibus 1. p. q. 43. ar. 4. Eadem est Patrum sententia, qui missionẽ diuinæ personæ non agnoscunt, nisi in processione eius, iuxta diuinum oraculum Christi Domini, *Exiui à Patre, & veni in mundum*. In quo exitu significat processionẽ à Patre illius, qui erat in sinu Patris, vt Ioannes ait. Indè ergo exiuit, id est, ab ipsa essentia Patris. Et S. Hilarius 9. de Trinit. sic ait, *Missio eius à Deo, absoluta natiuitas est*. Loquebatur autem ibi Christus Dominus de sua missione, dicens, *Exiui à Patre*. Et S. Gregor. hom. 16. in Euang. sic ait,

Ioan. 16. *S. Hilar.* *S. Gregor.*

Eo ipso à Patre Filius missus dicitur, quo à Patre generatur. Et de Spiritu Sãcto sic ait. *Si mitti solùm incarnari deberet intelligi, Sanctus procul dubio spiritus nullo modo diceretur missus, quia nequaquam incarnatus est; sed eius missio, ipsa processio est, qua de Patre procedit & Filio.* & Beda lib. 2. homiliarũ homil. 2. sic ait, *Cum gratia Spiritus Sãcti datur hominibus, profectò mittitur Spiritus Sanctus à Patre, & Filio; à Filio procedit, & à Patre, quia eius missio processio est.* *Beda.*

Disputatio ergo in hoc versatur, an persona diuina, quæ ab alia procedit, mittatur etiam à se, vel ab illa, à qua non procedit, vt quòd Filius mittat se, & Spiritus Sanctus se ipsum, & Spiritus Sanctus mittat Filium? Et quidèm quòd impropriè loquendo persona procedẽs mittat se ipsam, non repugnamus; satis enim hoc suadet auctoritas S. Augustini 2. de Trinit. cap. 5. quæ maxima est. Si verò exquiratur propria loquendi norma, S. Thomas 1. p. q. 43. ar. vltimo, cum dixisset esse contrarias de hac re sentẽtias Doctorum, ita eas concordauit, vt vtrasque asserat aliqua ex parte verum dicere: obseruat enim missionem significare duo, scilicèt relationem ad principium, & ad terminum. Si attendatur, inquit, relatio, quæ est ad principium, falsò quis diceret personam mitti à se, cum non procedat à se; si verò ea quę est ad terminum consideretur, falsò etiam quispiam assereret non mitti personã à se ipsa, cum ipsa persona missa sit principium cuiuscũque effectus. Cum igitur vtraque pars quæstionis secundum aliquid & vera sit, & falsa; simpliciter & absolutè quæ vera sit, ex verbis S. Doctoris potest constare. Nam absque dubio mutauit sententiam, quam posuerat in sentẽtijs: cum enim doceat haud obscurè, missionem diuinæ personæ includere originem, siue processionem ab alia, qua spectata negat personam mitti, nisi ab ea à qua procedit; absolutè, & simpliciter negat personam mitti, nisi ab ea à qua procedit; siquidem mitti absolutè & simpliciter, continet processionem ab alio: quod satis insinuat Dominus loquens de Spiritu Sancto, quem missurus erat, dum ait, *Nõ à semetipso loquetur; sed quæcunque audiet, loquetur*, scilicèt scientiâ, & potestate accepta per diuinã processio.

4. Quæst. Assertio impropriè loquendo: Persona procedens mittit se ipsam. Probatur ex *S. Aug. n. 1.*

De propria loquutione *S. Thomæ* 1. Assertio: Vtraque pars difficultatis secundũ aliquid vera est, & falsa. Probatur.

2. Assertio: Pars in tit. asserta, simpliciter vera est. Probatur ex *S. Tho. 1. p.* vbi mutat opinionem, quã tenuerat in sẽtentijs. *S. Thomæ* opinio 1. p. In missione includit processionem formaliter. *Ioan. 16.*

S. Thomæ opinio in sententijs oppositæ.

processionem. At verò in sentent. dist. 15. q. 3. ar. 1. crediderat D. Thomas processionem non includi in missione, nisi fortè quasi subiectū missionis, eò quòd non accidat personam mitti, nisi procedat. Et hoc confirmatur exemplo eius. Nam, inquit, qui facit parietem album non facit parietem, sed aliàs factum, album facit; ita qui mittit personam, non producit illam, sed à quouis productam cum effectu coniungit. Et ita, etiamsi cõsideretur relatio personæ missę ad suum principium, adhùc opinatur personam mitti à se ipsa; quia seruata relatione processionis ab alio, à se habet, vt cum effectu copuletur, vt iam suprà explicauimus. At verò 1. parte loco cõmemorato expressis verbis ait, si relatio missi ad principium attendatur, personam non mitti à se ipsa, quia scilicèt, mutatâ sentẽtiâ, existimauit S. Doct. verisimè, missionem includere processionem formaliter, vt ab eo dicatur persona diuina missa, à quo procedit. Et hoc ipsum confirmatur. Nam in exemplo in sententijs allato hominis qui facit parietem albũ, actio terminatur ad albedinem, vt ad terminum formalem, & non ad parietẽ; & est accidentaria, & non substantialis vllo modo. At verò missio diuinæ personæ est processio realis, quæ non terminatur ad solum effectum extraneum, sed ad naturam, vt suprà probatum est: mitti enim est accipere formaliter; accipere autẽ in diuinis personis est procedere naturæ originez; ergo, &c. Mitiùs ergo S. Thomas exponit S. Augustinum dicens, quòd vtrique auctores aliquid attigere veritatis. Hæc autem opinio, quam S. Thomas tradit in sua summa, maximè concordat cum sacris literis, nusquam enim persona dicitur missa, nisi ab ea, à qua procedit. Imò Patribus consentanea est, quia frequenter probant processionem diuinæ personæ ab alia, per hoc quòd mittitur ab eadem, vt quòd Filius sit alius à Patre, quia mittitur ab eo: quòd si potest mittere se ipsum, non probatur eo argumento distinctio vtriusque. At verò S. Augustinus, non loquutus est simpliciter, sed secundum quid: quod constat ex lib. 2. de Trinit. cap. 5. *Fortè*, inquit, *aliquis cogat, vt dicamus etiam à se ipso missum esse Filium, quia & Mariæ conceptus, & partus operatio Trinitatis est*: quasi dicat,

Firmat exemplo hominis, qui facit parietem album, vt 2. 1.

Ad exemplum responsio exp. 2. n. 10.

2. Assertio est consona sacris literis.

Item Patribus

S. August. explicandus iuxta 1. assertionem.

cum Filius dicatur missus secundũ quòd à Maria est conceptus, & genitus, cum huius operis sit ipse auctor, dicatur à se ipso missus. Spectauit ergo missionem secundum effectum, & non absolutè, & simpliciter, secundùm quod est processio.

Non refugimus hoc loco nouam forsitan quæstionem Theologã, vtrùm persona diuina, quę est principium alterius, communicet illi, non solùm diuinam naturam, sed etiam liberas volitiones cõsequentes? Ex hac enim quæstione meliùs intelligemus, quòd hac etiam ratione, mittitur persona ab ea, à qua procedit. Ratio dubitandi in quæstione proposita ea est; quia diuinæ processiones antecedunt ordine cognitionis, volitiones Dei liberas, vt Theologi cum S. Thoma consentiunt, & ratio ipsa manifestat. At verò post diuinas processiones, nulla est noua communicatio vnius personę ad aliam, vt vna alteri communicet volitiones suas liberas. Imò per naturalem processionem vna alteri cõmunicat, quidquid potest communicare: aliàs si diuina persona quæ procedit, post acceptam essentiam ab alia persona, aliquid acciperet, illud esset per accidens; quod in Deo non reperitur: quid quid enim in Deo est, essentia est: ergo vna persona alteri non communicat volitiones liberas. Nihilominùs contradictoriam partem asserimus, scilicèt quòd vna persona diuina communicat alteri volitiones suas liberas. Probatur, quoniam Filius habet easdem volitiones liberas: si ergo eas non habet à Patre, aliquid habet quod à Patre non habet. Et probatur adhùc manifestiore argumento, quoniam Filius verbi gratia, habet volitiones liberas profectas à naturali libertate suæ voluntatis: sed hanc naturalem libertatem accepit à Patre secundum fidem Catholicam: ergo etiã liberas volitiones habet à Patre. Et cõfirmatur, quia Filius per suam virtutem naturalem producit Spiritum Sanctum; sed quia hanc virtutem accepit à Patre, dicimus quòd per Patrem producit Spiritum Sanctum, tanquam per auctorem talis productionis: & ipsam productionem habet à Patre. Concedimus ergo quòd Pater communicat Filio omnes suas volitiones liberas: non tamen de nouo aliquid communicat Filio, quia volitio

5. 1. Dub. Vtrùm persona diuina, quæ est principium alterius, communicet illi liberas volitiones?

Ratio dubit. pro p. neg.

Processiones diuinæ antecedũt ordine cognitionis volitiones Dei liberas. *S. Thom.*

Pars affirm. eligitur.

Probatur 1.

Prob. 2. euidentius.

Filius habet volitiones liberas profectas à naturali libertate suæ voluntatis.

Confirm.

Volitio libera in Deo est ipsa volitio diuina additâ sola relatione rationis.

volitio libera in Deo non est aliqua perfectio addita ad naturam diuinam; sed est ipsa voluntas diuina addita sola relatione rationis ad voluntatem, siue ad volitionem diuinam; qua relatione rationis refertur ad res volitas. Et ita opinamur quòd persona diuina missa ad nos, ipsam volitionem liberam qua vult venire ad nos, accipit à persona à qua mittitur; qua ratione Verbum proprijssimè dicitur missum. Ad argumentum autem respondetur concedendo, quòd processiones diuinæ antecedunt volitiones Dei liberas, & quòd post processiones nihil de nouo communicatur in Deo; & nihilominùs nostro modo intelligẽdi post diuinas processiones vna persona alteri communicat volitiones liberas, non noua communicatione; sed ipsa communicatione essentiæ per naturalem processionem, ob quam volitiones liberæ dicuntur communicari, non noua communicatione, sed ipsa communicatione præcedenti; quia iuxta rationem philosophicam volitio libera personę procedentis attribuitur personæ à qua procedit, tanquam naturali principio.

Ad rationem dubitandi.

Nostro modo intelligendi post diuinas processiones vna persona alteri comunicat volitiones liberas, non noua sed præcedenti communicatione essentiæ naturali.

6. 2. Dub. Quomodò Filius dicatur missus à Spiritu Sãcto, à quo non procedit? *Isaiæ. 48. S. Augustin. S. Ambros. Conc. Tol. 1.*

Illud verò reliquum est explicandũ, quomodò Filius dicatur missus ab Spiritu Sancto, à quo non procedit: habemus enim verba Isaiæ 48. de Christo Domino. *Et nunc misit me Dominus, & spiritus eius.* Quod idẽ approbatur à S. Augustin. & à S. Ambrosio lib. 3. de Spiritu Sancto, cap. 2. & Concil. Toletanum 1. in Confessio. fidei, idem testatur confitendum ex loco Isaiæ allegato. Huius tamen loci duplex est commentarius: primus, quòd Filius Dei, quatenùs homo, missus est à Spiritu Sancto, quia accepit ab eo dona gratiæ, cum quibus ad nos venit. Secundus commentarius est, quòd quatenùs homo, fuit seruus Spiritus Sancti, & accepit ab eo præcepta, & voluntati Spiritus Sancti obsecutus est, & missus etiam est ad prædicandum. Et in vtraque explicatione nulla processio significatur. Et ita quatenùs homo etiam à se ipso propriè est missus, sicut quatenùs homo, fuit seruus sui, secundùm quod Deus erat. Nam & Pater si assumeret humanitatem, secundùm quod homo diceretur missus à tota Trinitate, quia ab illa acciperet dona gratiæ, & præcepta: ad hanc enim missionem nõ est necesse, vt persona procedat ab alia; quia ista missio nõ est diuina processio, sed est missio hominis, id est, secũdũ quod homo; vtrũque genus missionis insinuat S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 42. de vera diuinæ personæ procedentis missione loquens. *Non*, inquit, *seruilis est ista missio, quamuis ita dici possit, quia formam serui accepit:* significat S. Cyrillus Filium Dei vt hominẽ, esse seruum scilicèt totius Trinitatis; & ita, vt hominem, missum fuisse ex imperio, & præcepto: & ita subdit, *Sed mittitur, vt Verbum ex mente, & splendor ex sole*. Quæ est missio propria diuinæ personæ ad opera extra Deum. Et idem significat S. Augustinus 4. de Trinit. cap. 20. Quando igitur idem Augustinus 2. de Trinit. cap. 5. & Concilium Toletanum 11. in Confess. fidei, & Papa Hyginius epist. 1. decret. aiunt, Verbum ipsum se mittere, intelligendum est secundum carnem, quatenùs Verbum factum caro formam serui accepit, secundùm quam mittitur ex imperio totius Trinitatis vt seruus.

S. Cyrillus. *S. Augustin.* Sic explicatur *Idem. Conc. Tolet. Hygin. Pap.*

Nos verò loquimur de missione, quæ est diuina processio. S. Thom. in 1. dist. 15. q. 3. art. 2. iuxta id, quod dixerat de missione, affirmat Filium mitti ab Spiritu Sancto, etiam in carnem, scilicèt mitti ad hoc vt homo sit. Quod non potest intelligi nisi de missione, quæ est diuina processio: Nam, vt homo est, suscipiens dona Spiritus Sancti, & præcepta, non mittitur in carnem, sed cõsideratur assumpta iam carne. At verò 1. p. q. 43. ar. 7. apertè docet intelligendum esse de Christo, misso non secundùm diuinitatem, sed secundùm humanitatem, scilicèt de Christo facto homine, & misso ad prædicandum. Dicimus igitur eam loquutionem, qua Filius dicitur missus in carnem ab Spiritu Sancto, etiam impropriam & secundùm aliquid, scilicèt secundum effectum, vt explicatum est. Et ita S. Augustin. & S. Ambrosium interpretamur.

7. Hęc, Filius missus est ab Spir. Sancto in carnem, seu vt homo sit, *à S. Tho. in* 1 simpliciter cõceditur cõsonè sibi ibidem, vt n. 1. & 4. eam intelligẽdo de missione, quæ est diuina processio. *Idem* 1. *p.* aliter eam intelligit.

Ea loquutio est impropria, & secundùm aliquid.

Obseruanda ergo sunt hæc diuina nomina mittere, dare, & venire. Nam mittere significat processionem; ideò Pater nullo modo mittitur, neque persona diuina mittit se ipsam, neque aliam, quæ ab ipsa nõ procedit. Dare, significat auctoritatem dantis, ideò Pater dat se ipsum, & dat etiam Filium, & Spiritum Sanctum;

8. Aduert. Mittere significat processionem.

Dare significat auctoritatẽ dantis.

Sanctum: sed Filius non dat Patrē, dat tamen Spiritum Sanctum; Spiritus Sanctus se solum dat, non autem Patrem, aut Filium. Venire autem neque significat processionem, neque auctoritatem dantis; sed solùm significat effectum, ad quem Deus venit: & ideò est nomen cōmune toti Trinitati, iuxta verbum Domini, *Ad eum veniemus, &c.* Ideòque rectè obseruat S. Athanasius nunquam venire vnam personam diuinā sine alijs, nisi addas aliquid ad ipsum venire: quia solus Filius venit in carne, & solus Spiritus Sanctus in specie columbæ.

Venire significat solum effectum, & ideò est commune toti Trinitati.

Ioan. 14.

S. Athan.

CAPVT VI.

Spiritus Sanctus mittitur, vt sit in nobis.

Deinceps de termino, siue effectu missionis.

CVm de principio missionis diuinæ personæ disputatū sit, de termino, siue effectu erit iam nobis differendum. Caput autē in partes duas distribuimus. Prima pars: *Quonam modo Deus sit in rebus omnibus creatis?* Secunda pars: *Quomodò Deus sit in iustis?*

PRIMA PARS.

Quonam modo Deus sit in rebus omnibus creatis.

1.

Pronunciatū *D. Thomæ.*

Deus est in omnibus reb. per potentiā, præsentiam, & essentiam

Glossa in Cant. 5.

IN principio capitis duntaxat tractādus est modus ille communis, quo Deus est in rebus omnibus, vt auctor naturæ. Affirmat autem S. Thomas, tota schola consentiēte, Deum esse in omnibus rebus, per potentiam, præsentiā, & essentiam, quod accepit à glossa Cant. 5. vbi Deus dicitur esse in rebus potētiâ, præsentiâ, & substantiâ, hoc est, essentiâ. Itaque modus ille communis, quo Deus est in rebus vniuersis, hæc tria cōtinet, quòd sit videlicèt in illis, non solū potentiâ, sed præsentiâ, & essentiâ simul. *S. Thom.* ait his tribus nominibus tres hæreses refutari, primā Manichæorum, qui non omnia à Deo effici affirmabant: quædam enim detrahebant diuinæ potentiæ; quædam enim aiebant esse mala, quæ Deus, cum sit bonus, non faceret, sed alium malum auctorem fortirentur; & hi subtrahebant mala naturæ, diuinæ potentiæ, vel etiam eas res, quas aiebant malas esse: & ita Deus non esset in omnibus rebus, scilicèt in illis, quas dicebant res malas esse; neque eæ essent subditæ diuinæ naturæ. Secunda hæresis refellitur eorum, qui diuinam prouidentiam negant, nam vbi non est Dei prouidentia, non est Deus præsens. Tertius exploditur error Auicēnæ existimantis, Deum non operari inferiora per se ipsum, sed per primam intelligētiam, & cæteras causas medias; vbi autē Deus non operatur, nō est per essentiā. Dicendum igitur esset ex mente Auicēnæ Deū non esse in omnibus rebus per essentiam, quod est contra fidem.

S. Thom. ait his tribus nominibus tres hæreses refutari.

1. est Manichæorum.

2. est negantis diuinam prouidentiam.

3. est error *Auicennæ.*

2.

Declaratur pronuncia. *D. Thomæ.*

Explicat igitur S. Thomas tria ista modo iam dicto, vt Deus dicatur esse in rebus per potentiam, quatenùs per infinitam potentiam suam omnia operatur; per præsentiam quatenùs omnibus rebus præsens est, hoc est omnia sunt conspectui eius nuda, & aperta; per essentiā verò, quatenùs eius essentia adest omnibus rebus, vt causa illarum.

Illius 1 pars.

2. Pars.

3. Pars.

3.

Singula dubia contra singulas partes.

Contra hæc, singula dubia occurrunt. Et primò contra id quod dicitur, Deum esse in rebus per potentiam: est enim Deus in rebus maximè per operationē: ergo potiùs dicendum est Deum esse in rebus per operationem, quàm per potentiam, quæ est operationis principiū. Ad hoc dicendum breuiter est, quòd S. Thomas tradit hoc loco modos diuersos existendi in rebus; & quia existere per operationem, est existere per essentiam, vt declarabimus, idcirco hic modus existendi in alio per operationem prætermittendus fuit, & adijciendus alius modus, scilicèt per potentiam, eò quòd potentia extenditur etiam ad ea, in quibus per essentiam nō sumus; sicut rex operatur, vbi non est, non immediatione suppositi, sed virtutis, vt aiūt Physici. Vbi verò operatur agens immediatione suppositi, existit per essentiam.

1. Dub. cont. 1. p. de potentia.

Resolut. Existere per operationē est existere per essentiam.

4.

Contra secundum modum existendi per præsentiam in rebus, oritur disputatio, quid nomine præsentiæ intelligatur. Nam Sanctus Thomas in 1. sentent. dist. 37. quæst. 2. artic. 2. exponit, Deum esse præsentem per operationē. Et idem confirmat Durandus, quoniam res sunt presentes Deo per existentiam; existunt autem per operationem Dei. At verò Aureolus apud Ioannem Capreolum, loco eodem probat, Deum non esse præsentem rebus per cognitionem, quia cognoscens non est in rebus cognitis

2. Dub. cont. 2. p. de præsentia, continet tres quæstiunculas de triplici præsentia 1. per operationem.

D. Thom.

Durand. 1. d. 37. q. 2. per cognitionem.

Aureol. hanc præsentiam negat.

3. per immensitatem. *Scot.*

cognitis, sed illæ sunt in cognoscente. Ioannes Scotus adhùc in 2. distinct. 2. quæst. 5. subsecat præsentiam Dei in rebus, in eam quæ est per operationem, & eam quæ est per immensitatem, cuius mentionem videtur facere Sanctus Augustinus ad Dardanum epistol. 57. & in libro Confessionum, & S. Hilarius ante Sanctum Augustinum eleganter libro 8. de Trinitate. *Deus*, inquit, *immensæ virtutis viuens potestas, quæ nusquam non adsit, non desit vsquam.* Quibus in verbis videtur reuocare existentiam Dei in rebus ad immensitatem diuinæ naturæ. Et hoc frequenter apud Patres licebit obseruare. Est ergo iuxta hæc placita triplex ipsa præsentia, scilicèt per operationem, per cognitionem, & per immensitatem.

D. August.

S. Hilar.

5. Prænot. *Præsens dicitur propriè, & impropriè.*

His quæstiunculis suo ordine satisfaciendum est: sed anteà est aduertendum quòd res quæpiam præsens dicitur vulgari quadam consuetudine loquendi, & impropriè; vel etiam philosophico, & proprio loquendi more, qui nobis obseruandus est. Dicuntur ergo nonnunquam res præsentes, quia loco non distant, & ita ignis est præsens lignis, quibus subijcitur. Quædam etiam dicuntur præsentia cum præteritis, & futuris collata; & illa est præsentia loci, ista temporis, vtraque autem significatio nominis impropria est. Nam propriè præsentia significat, quòd res per suam existentiam, notitiæ alicuius subijciatur, vt S. Thomas 1. parte, quæst. 8. art. 3. scitè admodum docet. Thomas verò Caietanus artic. 1. rem aliter exponit, nam præsentiam intelligit, quasi materialiter, vt aiunt, pro operatione, qua agens attingit effectum, & formaliter pro relatione, quæ indè oritur, siue in re, siue in mente. Sed videtur esse in ea expositione quidam nominum abusus: contactus enim actionis non est præsentia, sed vel præsentiam exigit, vel secum affert. Neque verò ea distinctio negotium hoc expedit, nam Caietanus rem aliam ibi agit cum Scoto.

Indistantia loci, vel temporis præsentia impropria.

Propriè præsentia est esse præ, seu ante, cognitione intuitiua. *S. Thom.*

Caietani sent. præsentiã materialiter esse operationẽ, formaliter esse relationem.

Refellitur vt abutens nominibus.

6. Ad 1. quæstiũculam resol. Deus non est præsens ppriè per operationem.

Dicendum igitur est ad primam dubitationem Deum esse quidem in rebus per operationem: sed si propriè loquendum est, non esse præsentem per operationem, sed per notitiam, vt explanatum est.

7. Ad 2. quęstiũc. 1. resolutio *Caiet.*

Quæstioni sequenti respondet Thomas Caietanus cognoscentem esse in re cognita, quatenùs eam penetrat perfectâ notitiâ, qualis est intuitiua: quod cõfirmatur, quia amans dicitur esse in re amata, quatenùs in ea cogitando versatur; & omnis cognitio est quædam dilatatio virtutis ad rem cognitam. At verò S. Thomas art. 3. docet potiùs rem cognitam esse in cognoscente in quo est rei cognitæ similitudo, quàm cognoscẽtem in re cognita. Quare hoc pacto meliùs diceremus res cognitas esse in Deo, quàm Deum esse in rebus cognitis. Et præterea, cum notitia abstractiua penetret etiam in res, quæ non sunt, diceretur Deus esse in rebus non existentibus, aut sanè per præsentiam, aut per alium modum prętermissum à Doctoribus, & S. Thoma, quod tamen falsum est, neque enim Deus dicitur esse in rebus non existentibus.

Ait cognoscẽtem esse in re cognita ratione perfectę cognitionis.

Arg.

Improbatur 1. *ex S. Thom.* Potiùs res cognita est in cognoscẽte, in quo est rei similitudo, quam è contrà.

Improbatur 2. Deus non dicitur esse in rebus non existentibus.

8. 2. & vera resolutio. Deus est in rebus omnibus per præsentiã, quia ad omnes peruadit eius intuitus.

Quarè videtur dicendum, quòd hic modus existendi in aliquo per præsentiam, est proprius naturæ rationalis; & non significatur, quòd cognoscens absolutè sit in re cognita, sed quòd per præsentiam sit in illa. Aduertendũ enim est nos loqui de rebus diuinis modo humano: dicimus autem homines esse præsentes ijs rebus, quæ in illorum prospectu sunt, aut notitiâ intuitiuâ, siue sensu percipiuntur. Quare ad hoc necesse est, & quòd res existat, & quòd sensui nostro sit subiecta; & quia intuitus diuinus peruadit ad omnes res existentes, more hominum loquendi, dicitur Deus esse præsens in rebus omnibus.

Ostenditur. Dicimus homines esse præsentes ijs rebus quas intuẽtur, aut sentiunt.

9. Ratio talis locutionis.

Quòd si perconteris, quæ causa aut ratio sit huiusmodi locutionis? Videtur profectò nulla alia fuisse, nisi quia, sicut homo ibi est, vbi operatur; ita ibi esse videtur modo peculiari, vbi intuitu & sensu potest res percipere, quasi sensu, & notitiâ illas contineat: quare est præsens in toto agro, quem prospicit, & coarctatur eius præsẽtia domo aut cellula, quia parietes obstant sensui; & ita est in domo non solùm vt in loco, sed modo speciali secundum præsentiam: Deus autẽ est in omnibus rebus præsens, & ita dicitur præsens non ratione operationis, sed cognitionis intuitiuæ.

Homo est in domo non solùm vt in loco, sed modo speciali secũdum præsentiam ob cognitionem intuitiuam.

10. Ad 3. quæstiũculam.

Vltima dubitatio facilè soluitur si mentem rei attendamus; immensitas enim non facit modum distinctum existendi in rebus, sed est in causa, vt natu-

Natura immẽsa quo modo existit in rebus, eodem existit in rebus omnibus, scil. per immensitatem.

Sic de præsentia per potentiam.

Item per scientiam visionis.

Item per essentiam.

11.

3. Dub. contra 3. p. de essentia. *Durandi* arg. cõtra 3. sẽtent. quæ est *D. Thomæ.*

ra immensa, quæ existit in rebus, modo eodem existendi insit in omnibus, quia extra infinitum nihil est: quare Deus qui per potentiam est in rebus, per infinitam potentiam necesse est vt sit in omnibus; quia nulla res effugiet eius potentiam. Et quia in rebus est præsens per scientiam visionis; quia illa scientia est infinita, oportet, vt sit in omnibus rebus præsens, nullaque res latere eum possit. Et siquidèm est in rebus per essentiam, quia essentia illa infinita est, necesse est vt eius essentia omnibus adsit, quod Sancti Patres meritò affirmant.

Circa tertium modum, quo *Deus* existit in rebus per essentiam, Durandus occurrit. Nam si cum S. Doctore explanandum sit, quòd Deus existat in rebus per essentiam, vt causa, videtur quòd hic modus existendi coincidat cum primo modo existendi per potentiam: potentia enim quid est, nisi causa & principium rerum? Aliter ergo ipse modum istum exponit, scilicèt quòd Deus existat in rebus per essentiam, per hoc quòd coexistit illis, vel simul existit cum illis, naturam suam exhibendo rebus ipsis secundùm præsentiã substantialem.

12.

Hæ sentent. quoad 1. partẽ impugnatur.

Coexistentia non est ratio quòd vnum in alio sit.

Quoad 2. p. impugnatur.

Exhibere se quid sit?

Quoad 3. p. impugnatur.

Ista sententia Durandi magis indiget expositione, quàm thesis ipsa de qua disputamus. Et illud primùm falsum est quòd Deus existat in rebus per essentiam, per hoc quod coexistit illis. Nam coexistentia, vt aiunt, necessaria est, vt vnum in alio existat; si enim non simul existant, non erit vnum in alio. Sed non est ea ratio, quòd vnum in alio sit; aliàs omnia quæ simul sunt, erunt in se mutuò, quod est impossibile. Id autem quod adijcit Durandus, scilicèt vt Deus exhibeat se rebus, inuolutum est & obscurum: exhibere enim est ostendere, siue præbere se, quod nihil ad rem significat. Præsentia autem substantialis (quæ est vltima particula) minimè declarat id quod declarandum erat. Nam hoc ipsum quæritur, quid sit præsentia substantialis, siue essentialis.

13.

2. sententia *Caiet.*

Deum esse in rebus per essentiam, id est, immediatum immediatiõe suppositi, idque ratione actionis.

Thomas Caietanus explicat, quòd Deus est in rebus per essentiam, quatenùs est agens immediatum immediatione suppositi, ita vt nullum suppositum sit medium inter Deum agentem, & effectum: quæ disputatio aliàs nobis tractanda est, scilicèt tomo 2. cum ea etiam controuersia, vtrùm operatio externa ostendat agens, & passum esse simul. Sed tamen neque hic commentarius rem elucidat: verum est enim, quòd Deum esse in rebus per essentiam, est Deum esse in illis immediatione suppositi; neque hoc inficiatur Durandus; sed quòd esse Deum per essentiam in illis, etiam immediatione suppositi, accidat ratione actionis, hoc ille impugnat, & Caietanus non ostendit, aut probat.

Quoad hoc vltimum, impugnatur à *Durando.*

14.

3. & vera sent. Deus est in rebus per essentiam vt causa earum.

Declaratur.

Agens creatũ ob finitatẽ quo ad operationẽ, & ob mutabilitatem indiget ratione locatiua qua formaliter sit in loco

Ponderandum hìc est Deum esse in rebus per id quod in illis operatur; quod enim Deus sit in rebus nihil in Deo est, sed est aliquid in rebus ipsis: agentia ergo creata, quia definita sunt, etiã quoad operationem extrinsecam definiuntur; agunt enim in subiectum definitum. Et cum agens & passum sint simul, necesse est vt agens creatum, si admoueatur nouo subiecto ad agendum, mutetur secundùm locum: quare aliquid est in ipso agente creato, etiam incorporeo, quo formaliter est in loco, quæ ratio locatiua, vt aiunt, quæ agens collocat in loco, mutato loco, cum nouitate aliqua immutatur. Quare contingit, vt intelligentia mouens cœlum secundùm virtutem sit in nobis, quia immediatione virtutis agit in nobis, & secundum essentiam longè sit à nobis, quia ratio eius locatiua, qua simul est cum passo, definita est, & parti cœli quæ mouet, coniungit essentiam intelligentiæ motricis.

Intelligentia mouens cœlũ secundum virtutẽ est in nobis, secundum essentiam per suam rationẽ locatiuam est in parte cœli, quod mouet.

15.

Non est opus ponere in Deo rationem locatiuam.

Cõsect. vt n. 6.

Effectus ipse Dei est ratio à priori vt Deus sit in rebus, etiã immediatè suppositi, quia agens, & passũ sunt simul.

Deindè aduertendum est, quòd, cum Deus sit infinitus, non ita est coniunctus vni subiecto operationis, vt non operetur in aliud, & ideò omnibus simul adest: & cum non sit mutabilis, non est opus ponere in Deo rationem locatiuã, quod est accuratè cogitandum. Consequitur enim, vt neque virtus operandi, neque operatio interna diuina collocet Deum in rebus, sed effectus ipse diuinus, est causa, vt Deus sit in rebus, quia agens, & passum necessariò sunt simul.

16.

Ex his ad arg. *Durãdi* n. 1.

Nõ idẽ est esse in rebus per virtutẽ, & esse in rebus per essentiam formaliter.

Declaratur ex *Auic.* vt n. 1.

Ex quo in promptu est colligere responsionem ad argumenta *Durandi*. Nã Deum esse in rebus per virtutem, non est formaliter essentiam eius esse in rebus: nam Auicenna, qui existimauit Deũ agere mediatè per medias intelligentias, confitereretur Deum esse in rebus per virtutem, & negaret esse in rebus per

per essentiam. Ostendendum ergo est Deum esse in rebus per essentiam, quia agens & passum sunt simul; & cum in Deo non sit ratio locatiua; ipse effectus est ratio, vt Deus sit in rebus etiam immediatione suppositi, quia in sua operatione non pendet ab alijs suppositis.

17. Aliud arg. cõtra 3. sent.

Obijcies tamen, quòd intelligentia mouens cœlum operatur, vbi nõ est per essentiam: ergo effectus agentis superioris ostendit quidem illud esse agens immediatione virtutis, sed non immediatione suppositi: ergo effectus diuinæ virtutis quando operatur per causas medias non est sufficiens causa, vt Deus sit in rebus immediatione suppositi. Respondetur, in intelligentia esse rationem locatiuam, qua finitur, quare hoc ipsum quod est illam esse definitam in cœlo, ostendit non esse in terra immediatione suppositi: remota autem finitudine, siue finitate, & locatiuâ formâ à primo agẽte infinito, necesse est primum agens esse simul cum passo, non solùm immediatione virtutis, sed immediatione suppositi. Secundò respondetur, quòd Deus non solùm producit res creatas, sed etiã conseruat, quod non facit per aliquam causam mediam. Diuinæ enim actionis conseruantis res, nulla causa creata est administra: quare ratione talis actionis conseruantis res, necesse est Deum esse in rebus conseruatis etiam immediatione suppositi; & hoc est essentiam Dei esse in rebus. Et adhùc adijcimus, quòd etiam, dum Deus operatur per causas secundas medias mediatione suppositi (vt aiunt) simul etiam operatur per se ipsum immediatè immediatione suppositi; & hac etiam ratione est Deus per essentiam in rebus, quas operatur per causas secundas.

1. Respons. ex n. 14. & 15.

2. Respons. ex lib. 4. cap. 28. p. 1. n. 9.

3. Respons.

18. 3. Arg. *Scoti* contra eãdem sent. *S. Thomæ.*

Deindè ruit discursus totus Ioannis Scoti contra S. Thomam; arguit enim Deum non esse in rebus, per hoc quòd est causa; quia, inquit, si approximatio agentis, & passi est necessaria; priùs erit Deus simul cum passo, & in passo, quàm operetur. Et idcircò actio diuina non est causa, vt Deus sit in rebus, sed potiùs Deum esse in rebus necessarium est ad hoc, vt sit causa. Cui argumento, quod Thomistas, & Caietanum vexat, respondendum est, quòd Sanctus Thomas non docet, ad hoc vt Deus operetur esse necessariam approximationem; id enim accidit in agentibus creatis, in quibus est virtus locatiua, & virtus definita; priùs enim opus est, quòd sint simul cũ passo, vt operentur: in Deo autem hoc non reperimus. Imò, cum in Deo non sit vlla ratio locatiua, effectus ipse est ratio, vt dicatur esse in loco; quod Caietanus dixit relatiuam præsentiam, cõsequi actionem diuinam. Est tamen argumentum, quòd Deus sit in rebus, siquidèm operatur in illis, vt docet art. 1. Imò est causa, & ratio à priori, quia cum in Deo non sit ratio locatiua, ipse effectus Dei est causa, & ratio, vt essentia diuina sit in rebus, quod est Deum esse in rebus per essentiam, vt S. Doctor exponit.

Resp. S. Thomas non docet ad hoc vt Deus operetur esse necessariã approximationẽ

In creatis hæc prærequiritur.

Ipse effectus Dei est ratio à priori quòd essentia diuina sit in rebus, vt n. 14 & 15.

Sic ad 3. dub. D. Thom.

SECVNDA PARS.

Quomodò Deus sit in iustis.

1. CVm diuinæ personæ missio vtrũq; designet, & processionem eius, & terminum, ita vt ex parte termini dicatur missa, quasi ad locum, in quo non erat, aptissimè hoc ipsum explicabimus, si ostenderimus Spiritum Sanctum mitti ad iustos viros siue ad iustificandos, vt sit in illis nouo quodam modo.

2. *D. Thom.* Tribus modis Deus est in rebus: primus cõtinens tres, de quibus 1. p. n. 1 pertinet ad naturam, duo posteriores ad gratiam sanctificantẽ, & vnionis.

2. *Cor.* 5.

Docet igitur S. Thomas explicatissimè in 1. sentent. dist. 37. q. 2. art. 2. tres esse modos, quibus Deus est in rebus, primus pertinet ad naturam rerum, de quo parte prima capitis dictum est, videlicèt quòd sit in rebus, per potẽtiam, præsentiam, & essentiam; duo posteriores pertinent ad gratiam, scilicèt ad gratiam sanctificantem, & ad gratiam vnionis. De gratia ista vnionis inquit Paulus 2. Corinth. cap. 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Deitas enim est in homine Christo secundum esse vnum & hypostasim vnam, vt docebimus tomo 3. Nunc igitur elucidandum est, quomodò Deus sit in hominibus per gratiam sanctificantem.

3. Sentent. Græcorum apud *Bellarmin.* Deum, siue Sp. Sanctũ per dona gratiæ suæ in iustis esse, sed figuratè.

Fuit enim aliquorum sententia, scilicèt Græcorum, vt refert Bellarminus libr. 2. de Christo, cap. 22. quòd Deus siue Spiritus Sãctus sit quidem in nobis per dona gratiæ suæ, figurato quodam loquendi modo, vt ibi sunt dona eius, dicatur Deus esse: sicut cum dicimus, Habeo S. Thomam in meo cubiculo, hoc est librum S. Thomæ; non verò, quòd

Refutatur à S. Thoma vt dissentanea fidei.

ipse auctor sit ibi. Hanc opinionem refutat Doctor Angelicus, vt dissentaneã fidei: Deus enim datur iustis per gratiã; quod autem datur, habetur ab accipiẽte; frustra enim aliàs daretur. Cum ergo Deus detur per gratiã, quæ nobis inest, necesse est, vt Deum habeamus in nobis; neque enim habemus Deum in scrinio, aut domo nostra, sed in nobis. Quã veritatem ad finem capitis confirmabimus.

4. Conclusio S. Thomæ. Deus est in iustis vt obiectũ cognitum, & dilectum.

Modus hic existendi in viris iustis explicatur à Doctoribus cum principe Theologiæ S. Thoma, quòd sit Deus in illis, vt obiectum cognitum, & dilectũ. Sed hæc doctrina opus est vt magis elucidetur: nam cognitum est in cognoscẽte, & dilectum in diligente, vt obiectũ, quod potest esse distans, & non coniunctum: nam & amicos cogitamus, & diligimus absentes: Deus verò est in suis amicis præsens, & inhabitans. Quæ dubitatio nonnullis visa est ardua, & difficilis. Sed videtur esse dicendum; imprimis Deum esse in viris iustis quasi in loco, sicut etiam in rebus alijs creatis est, quasi in loco, tribus modis iam enumeratis per præsentiam, essentiam, & potentiam: non vt circumdatus à loco, neque vt contentus in loco, sed potiùs vt continens rem ipsam corpoream, siue spiritualem, in qua dicitur esse quasi in loco. Eadem ergo ratione, quarto quodam modo speciali, dicitur esse in viris iustis tanquam in loco, imò tanquam in loco sancto, & templo sibi dedicato. Ideò S. Thomas 1. p. q. 43. art. 1. ait personam diuinam per suam missionem incipere esse, vbi non erat, vel incipere esse ibi nouo modo; esse autem vbi, aut ibi, significat esse in loco. Est ergo Deus hoc quarto modo in viris iustis, vt in loco, non vt contentus in loco, sed vt continens res ipsas in quibus est: scilicèt, vt causa sanctificans viros iustos gratiâ suâ, propter quam illi dicuntur templum Dei, id est, locus sanctus à Deo inhabitatus. Itaque si Deus duntaxàt esset in illis vt obiectum, & non operaretur in illis immediatione suppositi, ipsam cognitionem, & amorem, non esset in illis manens, & inhabitans, sicut amici non sunt in amicis, sed solùm in cognitione amicorum sunt. Et etiamsi vnus amicus esset causa cognitionis in altero, si tamen non operaretur illam cognitionem, immediatione suppositi, non esset in illo; Deus autem immediatione suppositi operatur cognitionem, & amorem, vt sit in iustis tanquam obiectum, & ita est in illis per essentiam nouo modo amicitiæ, vt causa cognitionis, & dilectionis suæ, quæ est simul cum subiecto passo, siue recipiente eas operationes. Et hoc vult S. Thomas indicare 1. p. q. 43. art. 3. his verbis. *Igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quòd diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens*; à qua scilicèt procedũt cognitio, & dilectio Dei. Neque est necesse, vt sit actualis cognitio Dei, & amor in animis iustis, ad hoc vt Deus dicatur esse in illis amicabili ratione; quia tunc cessantibus viris iustis ab actione cognoscendi, & diligendi Dei, non esset Deus in illis; quod est falsum: sed præcipuè est in illis per gratiam habitualem, quæ est diuinæ cognitionis, & amoris principium, & ideò dicitur esse in illis vt obiectum cognitum, & dilectum, seu per modum amicitiæ. Hunc ergo modum, quo Deus existit in viris iustis per gratiam sanctificantem explicauit S. Thomas per illa verba à Theologis approbata, quòd Deus sit in illis vt obiectum cognitum, & dilectum, id est, nouo quodam amicitiæ modo; & quia substantia spiritualis est in loco per operationem: Deus autem non ita, sed per operationis effectum, quia operatio Dei est ipse Deus; volens S. Thomas hoc ipsum significare dicit, Deum esse in nobis, vt obiectum nostrarum operationum, significans ipsas nostras operationes, quæ sunt à gratia sanctificante, quæ omnia Deus in nobis operatur, esse rationem ob quam Deus dicitur esse in nobis, vt obiectum cognitum, & dilectum per eas operationes: quia Deum esse in nobis, non est aliquid in Deo, sed in nobis.

S. Thom.

Item 4. quodã modo speciali, sc. vt causa sanctificans, atq; adeò inhabitãs iustos. *S. Thom.*

Deus est in iustis tanquã in loco, nõ tamẽ vt contentus loco.

Deus non est in iustis duntaxàt vt obiectũ sed vt causa operans in illis immediatione suppositi cognitionem, & amorem supernaturalem.

Deus est in iustis præcipuè per gratiã habitualem, quæ est diuinæ cognitionis, & amoris principium.

Deus est in loco per operationis suæ effectum.

Noua quæstio se ingerit hoc loco ab alia quæstione Theologa petenda, scilicèt, vtrùm sit possibile, Deum facere hominem sibi gratum, sine infusione gratiæ sanctificantis? Partem affirmantem tenet Gregorius in 1. dist. 14. q. 1. conc. 3. & alij. Quòd si Deus hoc potest, tunc vlteriùs quæritur, vtrùm Deus diceretur habitare in illo homine sibi grato sine gratia sanctificante?

5. Quæst. præuia ad alteram de 4. modo.

Gregor. & alij tenent p. affirm.

Altera quæst. de 4. modo.

Ego

6. Prot. quæst. 1. assertio. Nō potest Deꝰ facere hominem gratum sine gratia sāctificante.

Ego sanè arbitror Deum non posse facere hominem sibi gratum sine gratia sanctificante, sicut neque album sine albedine: effectus enim formalis gratiæ primarius est reddere gratum. Censeo etiam nullo modo posse intelligi hominem gratū, nisi per aliquid reale superadditum naturæ. Si igitur fingamus hominem fieri gratum sine gratia sanctificante; sed loco talis gratię habere illum aliquid reale inhærens, quod sufficiat vt sit gratus; consequenter dicendum est, per illud ipsum, quo est gratus, habere etiam io se Deum inhabitantem, quia illud ipsum, quod loco gratiæ sanctificātis reddit illum hominem gratum, erit principiū supernaturalis cognitonis, & amoris: & ita erit Deus in illo homine, vt obiectum cognitum, & dilectum. At verò constanter aimus, nullo modo posse fieri hominem gratū, nisi aut per gratiam sanctificantē, aut per aliud aliquid reale superadditum naturæ; non enim possumus intelligere aliquem hominem esse dilectum à Deo, vt amicum, & gratū nisi per effectum aliquē dilectionis Dei existentem in ipso homine. Et ratio est euidentissima, quia cum Deus amet hominem in tempore, verbi gratia heri nō amabat, & hodie amat; & ipse Deus non mutetur; necesse omninò est vt in ipso homine sit aliqua mutatio realis siue per gratiam sanctificantem, siue per aliquid reale loco ipsius gratiæ, ob quam mutationem dicatur, heri non dilectus & hodie dilectus. Ratio argumenti est S. Thom. à quo eam accepit Capreolus contra Gregorium eodem loco citato, ad argumenta Greg. contra 4. Conc.

1. vel saltē 2. assertio constanter tenenda.

Ratio euidens.

S. Thom. Capreol.

7. Quorūdā sēt. 2. assertioni oppositā de homine in natura integra Refellitur. Etsi ille homo posset à Deo acceptari ad beatitudinē, nihil superaddendo naturæ: nō tamen esset gratus: nec Deus diceretur in illo esse 4. modo.

Aliqui dicunt, hominem in natura integra posse à Deo acceptari ad beatitudinem, nihil superaddendo naturæ, & ita ille homo esset Deo gratus, siquidem est acceptatus ad beatitudinem. Occurrendum tamen est, quòd quidquid sit de illa acceptatione ad beatitudinem in homine, qui nihil habet supernaturale, vtrùm verè dicatur acceptatus: quod ad rē est, dicimus, quòd per talē acceptationem non esset gratus Deo, sed solū destinatus ad beatitudinem, per diuinā prædestinationem; & ita Deus non diceretur esse in illo homine quarto isto modo, de quo disputamus, quia non esset in illo per gratiam & operationes supernaturales cognitionis, & dilectionis, vt obiectum cognitum & dilectum; quod requiritur, vt Deus sit in nobis quarto modo. Videndus S. Thomas 1. p. q. 8. art. 3. & q. 43. art. 3. & Alexand. Alens. q. 73. memb. 4. art. 2. & 3. & S. Bonauet. in 1. dist. 14. art. 2. q. 1. S. Leo. serm. 2. Pent. & S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sanct. S. Thom. Alens. S. Bonau. S. Leo. S. Ambros.

Hinc emergit alia quæstio an Deus sit 4. modo in Philosophis ita vt denuò veniat ad illos & inhabitet illos, dū naturali cognitione & amore ab illis colitur, siquidem est in illis nouo modo, vt obiectum. Respondetur negando: cuius veritatis rationem elegantem S. doctor insinuat in sententijs; nam cognitione naturali intelligimus Deum, prout assimilamus illum per effecta, & ita Deus est in nostro intellectu per quandam similitudinem; & in cæteris rebus, in quibus est per potentiam, præsentiam, & essentiam, etiam est secundùm similitudinem in illis; quare ad idem genus hæc omnia reuocantur; & similiter quòd Deus sit in creatura rationali per prouidentiam. At verò modus, quo Deus est in iustis, cætera excedit: per fidem enim credimus ipsi Deo, prout in se est, & diligimus illum, prout in se est, & sumus per gratiam consortes diuinæ naturæ. Quare hic modus, quo Deus est in animis iustis distinctus à primo est, diuiniq; cuiusdam ordinis.

8. Dub. de philosoph. sitne Deꝰ in illis 4. modo dū naturali cognitione, & amore ab illis colitur.

Ratio dub. Prop. affirm. Resolut. neg Ratio S. Thom.

Deus vt in intellectu taliū philosophorū ita in cæteris rebus in quibus est per potentiā, præsentiā, & essentiā, etiā est per similitudinem.

Ex quibus deducimus, falsò quosdā existimare, quòd Deus dicatur venire ad nos eo modo loquendi, quo dicimus venire nobis in mentem id cuius recordamur. Nam, quòd Deus veniat ad nos, indicat terminum aduētus eius esse coniūctionem cum Deo, vt agentis cum passo, ita vt si Deus esset mobilis motu locali, vēturus esset, vt verè in nobis esset. Quæ autem veniunt in mentē, metaphorice dicuntur venire, quia dum erant in obliuione, quasi aberant, siue erant absentia. Cum autem Apostolus Ioan. dicit Epist. 1. c. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deꝰ in eo*, indicat quidem vtrumque manere in altero, vt mutuos amicos, cogitando, & diligendo se; sed præterea à significat cōiunctionem, ita vt Deus amicum inhabitet. Et quia Deus inhabitat templum suum, non contentus in illo, sed continens illud, ipse homo, qui est templum, dicitur esse in Deo vt contentum in cōtinente: quod S. Thom. aliàs obseruauit.

9. Illatum cōtra quosdam.

Modus, quo Deus dicitur venire ad nos, diuersus est ab eo quo dicimus venire nobis in mentē id cuius recorda-mur, sc. duntaxat vt obiectū Ostenditur.

1. Ioan. 4.

Significat terminus aduētus sc. coniunctio eū Deo, ita vt Deus amicū inhabitet, & sit in eo vt cōtinēs in contento. S. Thom.

Itaque si Deus esset in iustis duntaxat, vt obiectum, non inhabitaret illos, neq; ipsa Deitas esset in illis; sed est in illis, vt causa modo speciali, cuius effectus est, vt sit in illis, tanquam obiectum cognitionis & amoris diuini supernaturalis.

10. Quæsitum de paruulis.

Quòd verò de paruulis inquiritur qui circa Deum nullam habent operationē, cuius Deus sit obiectum. Respondetur facilè, quòd gratia sanctificans, quæ est forma infusa mentibus puerorum, vt supra diximus, est primum principium operationum, quarum est Deus obiectū; & habent infusas alias virtutes, fidem, spem, charitatem, quæ Deum respiciūt. Et idcirco hic modus existendi in illis per gratiam rectè explicatur, vt sit in illis tanquam obiectum, vel actu, vel potentiâ, vt aiunt.

Resolutio.

Deus est in paruulis vt obiectū vel actu, vel potentiâ.

11. Aduert.

Aduertendum est tamen, quòd gratia sanctificans attribuitur Spiritui Sancto, vt primo dono, vnde cætera dona gratiæ, & gratia ipsa emanat: non quòd Spiritus Sanctus solus sit origo gratiæ, cuius fons est tota Trinitas; nec verò quia Spiritus Sanctus magis ac præcipuè hęc in nobis operetur; sed dūtaxat per quandam appropriationem, de qua supra dictum est. Et idcirco Spiritus Sanctus dicitur specialiter nobis datus, cū tota Trinitas data sit; & specialiter missus ad nos sanctificandos, cum & filius ad hoc mittatur, vt postea dicemus. Et similiter dicitur Spiritus Sanctus in nobis esse, cum Pater & Filius eodem prorsus modo in nobis sint, iuxta illud, *Ioan.14.* *Adeū veniemus, &c.*

Gratia sanctificans attribuitur Spir. Sancto, vt primo dono, per quādā appropriationem.

Ioan.14.

Confirmatio.

12. Personæ diuinæ dantur nobis, vt in nobis existant.

QVòd personæ diuinæ mittātur ad nos vt in nobis sint, plurimis oraculis diuinis constat. Primùm enim personæ diuinæ dātur iuxta illud, *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Ioan.3. & iterum in cap. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Et Actor 8. *Cum vidisset Simon, quòd per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanct⁹.* Et Rom.5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Quibus ex verbis liquet Spiritum Sanctum dari, & non sola dona eius: nam cum dixisset charitatem esse diffusam in cordibus, adiecit Spiritum Sanctum esse datum. Et id cōfirmat S. Augustinus 15. de Trinit. cap. 26. planissime. *Quomodo*, inquit, *Deus non est, qui dat Spiritum Sanctum? imò quantus Deus est, qui dat Deum.* Et S. Leo Papa in festo Pentecostes ait. *Spiritus Sanctus datur, non solùm secundū virtutem & operationem, sed etiam secundū præsentiam Maiestatis.* Ex qua doctrina quæ certissima est, & orthodoxa, conficitur argumentum à S. Thoma iam antea expositum: quod enim datur, habetur: habemus autem Spiritum Sanctum nō extra nos: ergo in nobis, quod S. Leo obseruat affirmans dari secundū præsentiam Maiestatis. *Ad hoc igitur ipse mittitur, vt in nobis sit.*

Ioan.14. *Act.8.* *Rom.5.* *D. Augus.* *Leo Papa.* *D. Thom.* *Leo Papa.*

13. Deus siue persone diuine dicuntur & accipiūtur in nobis.

Confirmatur hoc ipsum, quia & in sacris literis reperimus Deum haberi à nobis, & Filium aut Spiritum Sanctum haberi, Rom. 8. *Vos in carne non estis sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis; siquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.* In quo loco apertè insinuatur, illum habere spiritum Dei, siue Christi, in quo ipse spiritus habitat, quod est haberi ipsam personam diuinam in se. Et 1. Corinth. 3. inquit Paulus. *Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam:* etsi verba ista placeat nōnullis interpretari de spiritu, hoc est, de dono prophetiæ; sed meliùs exponuntur de Spiritu Sancto secundum donum prophetiæ, vt supra docuimus, & paulò postea declarabimus. Et Ioannes in 2. Canon. *Omnis*, inquit, *qui credit & non permanet in doctrina Christi, Deum nō habet; qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.* Non ait Apostolus, quòd permanens in doctrina habeat Deum adiutorem, aut propitium, sed quòd habeat Deum, & Patrem, & Filium, haud dubiè in se ipso. Et Iudas Apostolus, *Animabus*, inquit, *spiritum non habētibus.* Quod eodē modo interpretandum est. Cum ergo persona diuina dicitur mitti ad nos, procul dubio ad hoc mittitur, vt in nobis sit, ita enim datur & habetur vt sit in nobis. Quod idem probatur verbis Domini, *Accipite Spiritum Sanctum.* Hoc enim de persona Spiritus Sancti intelligendū est. Et verbum accipiendi Spiritum Sānctum, aliàs etiam in sacris literis inuenitur. Datur ergo, accipitur, & habetur, quatenus in nobis esse dicitur.

1. Cor.3. *Ioan. Epist.1* *Iudas Apost.* *Ioan. 20.*

14.

Post hæc firmissimum argumentum est

est existentis in nobis Deitatis per sanctificantem gratiam, quòd Deus siue diuinæ personæ dicantur venire ad nos iuxta illud Ioan. 14. *Ad eum veniemus*, & in cap. 15. *Cum venerit Paracletus, quem mittet Pater.* Vbi significatur aduentus, quasi localis, siquidē dicitur spiritus missus aduenturus; & Lucæ. 1. *Sp. Sanctus superueniet in te*. Et Ioan. 1. *Super quē videris spiritū descēdētē*. Et in Actis Apostol. 1. *Accipietis virtutē superuenientis Spir. Sancti in vos*. Et alio in loco cap. 10. *Adhùc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super vos.* Vbi significatur improuisus aduentus. Aduertendum est autem quòd in sacris literis nonnunquam dicitur venire, siue descēdere, siue ambulare, per metaphoram: quia, cum sit in omni loco, & non possit mutare locum, non dicitur venire reali aduentu: sed ad iustos reali aduētu, & præsentia dicitur venire, quia venit ad eos per gratiam, in quibus sic nō erat, vt declaratum iam est. Itaque si in aduentu significatur motus, *Deus* prie non venit ad sanctificandos homines; sed si sola indicatur nona realis presentia, propriè venit *Deus* ad nos, quia nouo modo est in nobis.

Denique hoc ipsum approbat vis significationis nominis, dum persona diuina dicatur mitti, quasi ad hoc, vt sit in illis, in quibus non erat illo modo nouo, quo adueniēs est in nobis, vt in templo rationali inhabitans per præsentiam realem. Nam in templo Salomonis aderat per solam ostensionem præsentiæ, vt precantibus in templo ostenderetur propitior, cum non esset in illo nouo modo aut speciali, sed modo communi, vt in cęteris rebus. At verò in templo viuo, quod sumus nos, testante Paulo, habitat Deus, vt vita animæ nostræ; nouo quodammodo per essentiam, vt dictum est. Et huic doctrinæ cum S. Thoma, & Magistro in 1. sententiarum consentiunt omnes Doctores.

Ex quibus colligitur contra fidem erraturum illum, qui negaret personas diuinas secundùm realem præsentiam existere in nobis, & ita dari, accipi, & haberi, vt in nobis existant. Et adhûc in eodem errore versaretur, qui negaret Filium, & Spiritum Sanctum mitti ad nos, vt in nobis secundùm præsentiam realem inhabitent. Singulare est quod

Personæ diuinæ dicūtur venire ad nos.
Ioan. 14.
Idem c. 15.

Lucæ 1.
Ioan. 1.
Act. 1.
Act. 10.

Si in aduentu significat motus, Deus propriè nō venit ad sanctificandos homines, sed indicetur solū noua realis præsentia, maximè.

15.

2. Cor. 6.

S. Thom. Magist.

16.

Corollar.
Errabit contra fidem, qui negauerit personas diuinas secundùm realē præsētiam existere in iustis

Aait Plato apud Iustinum in dialogo cum Triphone pag. 37. Ens illud solū pulchrū & bonum repētè in benè natis animis exoriri, propter cognationē & videndi cupidinem. Quæ verba si à Christiano viro audiremus, non dubitaremus de inhabitatione diuinitatis in animis benè natis, id est, sanctificatis interpretari. Forsitan hausit hæc Plato à sacris literis. *Plato.*

CAPVT VII.

Persona diuina non mittitur, nisi ad sanctificandam creaturam.

1.
Pro titulo stat *S. Thom.*

CVm ostensum sit Deū esse in Sanctis nouo modo per gratiam, explicandum adhùc est, quòd nullo alio modo ad eos mittitur diuina persona, nisi vt per gratiam illos inhabitet. Quod tractat S. Thom. 1. p. q. 43. art. 3. & in 1. dist. 14. q. 2. Et facilè id cōmonstrat, tum quia hic est nouus modus existendi in creatura rationali, in qua cum Deus sit per potentiam, præsentiam, & essentiam, vt auctor naturæ, nouo modo aduenit, vt auctor gratiæ, animos eorum sanctificans: quare ad solam creaturam rationalē persona diuina mittitur, quæ sola est capax gratiæ, vt S. Thomas ait in sentent. Tùm etiam, quia soli iusti Deum habent, scilicèt, vt Deo fruantur: perfecta enim Deitatis fruitio, quæ in patria beatis contingit, gratiæ sanctificātis fructus quidam est, quæ gratia prima sanctificans est pignus hereditatis, & prima forma, vnde emanant operationes supernaturales.

Eū probat 1.

Declarandum nobis est quare, cum personæ diuinæ, scilicèt Filius, & Spiritus Sanctus procedant à Patre ad res creandas, secundum hoc non dicantur mitti, sed solum secundum gratiam. Cui quæstioni, concessa propositione, quę verissima est, multis rationibus videtur posse fieri satis. Primò, quia missio est ad aliquid veluti ad terminum, ita vt id ad quod est missio, antecedata designatur enim quasi localis motus in missione, mittitur namque persona quæuis ad locum præexistentem: quia igitur ante creationem res non existunt, persona diuina procedit quidem ad res creandas, vt causa ad effectum, sed nostro loquēdi more non mittitor, nisi ad ea, quæ iā condita sunt, vt sit in illis nouo modo. Secundò, propter dignitatē gratiæ: nam cætera

Infertur ad solam creaturam rationale personam diuinā mitti.
Idem.

2.
Probat 2.

Quare, cū Filius, & Sp. Sanctus procedāt à Patre, ad res creandas, non dicantur secūdum hoc missæ, sed solum secundum gratiam.

1. Ratio, quia missio est ad locum præexistentem.

2. Ratio. propter dignitatem gratię.

cætera quidem ipse dixit, & facta sunt; ad sanctificandum verò Deus ipse dicitur venire, vel persona diuina mitti. Tertiò, quia, vt obseruat S. Thomas in sentent. processio indicat relationem ad principium, missio autem ad finem: finis autem vltimus est ipse Deus, & primum principium; quare diuina persona quæ est principium & finis non dicitur mitti, nisi prout ita procedit, vt res conditas coniungat secum, vt cum fine vltimo; quod facit per gratiam sanctificãtem. Et hæc coniunctio principij cum fine, vt res conditæ à Deo emanantes, cum Deo copulẽtur, vt fine vltimo, quo fruũtur, vocatur à Patribus circulus. Ita S. Dionysi. de Diuinis nominibus cap. 4. & S. Augustinus lib. de vera Religione cap. 35. *Principium*, inquit, *ad quod recurrimus scilicèt Patrem; & formam, quam sequimur, scilicèt Filium: per gratiam enim quasi orbem agentes redimus ad Patrem, qui est primum principium, conformantes nos imagini eius qui est Filius, quem sequimur.* Quod Dominus dixit per Ioan. 16. *Exiui à Patre, & veni in hunc mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Hæc enim est missio digna diuinâ personâ vt exeat à Patre rediturus ad illum, suosque secũ reuocans. Et idem sentit S. Hilarius, *Ad vnum*, inquit, *initiabile omnium initium per Filium vniuersa referimus.* Hoc est, ad vnum principium fine principio, scilicèt ad Patrem per Filium cũcta reducuntur. Et ad hũc eundem circulum conficiendum, Filius & Spiritus Sanctus mittuntur. Sit ergo nobis lex & norma, & sententia, assertum illud S. Thom. art. 3. quòd nullus alius effectus potest esse ratio, ob quam diuina persona possit dici esse nouo modo in creatura, nisi per gratiam sanctificantem. Et ideo solùm secundum eam gratiam sanctificantem potest dici persona diuina mitti, aut temporaliter procedere ad nos. Et hoc idem probat S. Thomas alia ratione, quia persona diuina datur nobis, vt fruenda in nobis ipsis; sed persona diuina per solam gratiam sanctificantem datur nobis, vt fruenda: ergo per solam gratiam sanctificantem datur nobis, vt in nobis sit Deus: ergo per solam eam gratiam Deus venit ad nos, vt in nobis sit, & per eam solam gratiam ad nos mittitur diuina persona.

3. Ratio ex S. Thom. Cũ missio indicet relationẽ ad finẽ, diuina persona nõ dicitur mitti nisi prout ita procedit vt res cõditas coniungat secũ vt cũ fine vltimo.

Hæc coniunctio principij cũ fine dicitur circulus.

S. Diony.

D. August.

Ioan. 16.

S. Hilar.

S. Thom.

4. Ratio. S. Thom.

Persona diuina per solam gratiam sanctificãtem datur nobis fruenda.

A Hìc iam elucidandæ sunt quædam quæstiunculæ. Illa prima sit, Deus est in Sacramentis sanctificans illa, & nouo quodam modo, vt auctor gratiæ: ergo nõ solùm in creatura rationali est Deus nouo modo; sacramenta enim non sunt rationales creaturæ. Respondet S. Thomas in sentent. sacramenta esse sanctificata, hoc est, deputata vsui sancto, scilicèt diuino cultui, sed non habere in se gratiam sanctificantem, cuius sola creatura rationalis est capax. Quòd verò Deus adsit sacramentis, vt auctor gratiæ, non dicitur esse in illis, sed adesse illis, vt causa mouens, quæ coniungitur cum instrumento; causa enim principalis nihil operatur in instrumẽto, sed dũtaxat mouet illud; quod aliàs tractabimus. S. Thomas 1. p. q. 43. art. 6. ad 4. aliter respondet, & elegãtiùs quidem; ait enim gratiam esse in sacramentis sicut forma artefacti est in instrumento artis, scilicèt per solam intentionem agentis; sed non formaliter, nec realiter. Persona autem diuina mittitur, non vt sit in sacramento, in quo gratia est solum secundùm intentionem: sed mittitur ad operandam gratiam formaliter & realiter in hominibus iustis, vt per eandem gratiam eos inhabitet, & in illis sit. Similiter art. 8. ad 3. ait ministros sacramentorum non mittere Spiritum Sanctum; quia per sacramenta non sunt auctores gratiæ, sed solùm ministri instrumentorum gratiæ, quæ sunt sacramenta. Faciliùs autẽ & clariùs dicere possumus ministros non mittere Spiritum Sanctum, quia Spiritus Sanctus non procedit ab eis. Quòd si adhùc instes, quòd saltem precibus possunt ministri mittere Spiritum Sanctum. Respõdetur, quòd mittere non est precari, imò precari est inferioris; mittere autem in Deo, etsi non sit superioris, est tamen habentis & cõmunicantis auctoritatem. Sed neque ministri precibus postulant missionem Spiritus Sancti, nisi solùm quoad effectum, qui est gratia sanctificans.

Quòd etsi arguas hanc ipsam motionem diuinam, quæ est in instrumento esse effectum quendam supernaturalem vt Deus dicatur esse in illo nouo quodãmodo supernaturali: Respondendum est, hoc loco non attendi an effectus diuinus sit naturalis, aut supernaturalis, sed quicunque effectus sit, hoc solum efficit,

3. Elucidantur quædam quæstiunculæ.

1. Quæst. de sacramentis.

Pro p. neg. respondet S. Thom.

Deus non dicitur esse in sacramẽtis nouo modo, sed adesse illis vt causa principalis instrumentis mouens illa.

Idem.

Respondet elegantiùs.

Gratia est in sacramentis forma artefacti est in instrumẽto artis, scilicèt per solam intentionem agentis, sed non formaliter nec realiter.

Idem.

Similiter et ministros sacramentorum nõ mittere Spiritum Sanctum.

1. Ratio.

2. Ratio clarior.

Obiectio contra hoc.

Solutio. Ministri precibus nõ mittunt Sp. Sãctũ, imò nõ postulãt missionẽ, nisi quoad effectũ.

4. Alia obiectio contra vtrãque responsionem.

Dilutio.

efficit, vt Deus sit in rebus per potentiam, præsentiam, & essentiam; sola autẽ gratia sanctificans facit vt Deus sit nouo modo in rebus, vt obiectum cognitum & dilectum, sicut antea fuit explicatum.

5. Illatum cõtra quosdam. Deus non est in nobis nouo aliquo modo per dona naturæ, aut per gratias gratis datas, absq; gratia sanctificante.

Ex quibus colliges falsò aliquos opinari, Deum esse in nobis nouo quodam modo per dona naturæ, aut per gratias gratis datas absque gratia sanctificãte: nam omnis alius modus existẽdi in rebus est communis, vt supra docuimus. Quod verò afferunt ex Paulo Rom. 1. *Sicut non probauerunt habere Deum in notitia*, ipsos potius arguit erroris: habere enim in notitia est habere secundùm aliquid, & simpliciter est non habere; de illis enim dixit Apostolus Ephes. 2. *Sine Deo in hoc mundo.* Quomodo ergo Deum habebãt qui sine Deo erãt. At ex antecedentibus, & ijs quæ consequuntur, si sensus dictorum eruatur, reperiemus Deũ non esse in homine, quasi habitantem, nisi per gratiam; in templo autem materiali, aut tabernaculo per ostensionem præsentiæ, vt dictum est. Et ita docet S. Thomas 1. p. quòd Spiritus Sanctus secundùm dona gratiarum dicitur dari, quia per illa datus innotescit. Vnde 1. Corinth. cap. 12. vocantur dona ista manifestatio spiritus; quòd si illa darentur sine gratia sanctificante, non diceretur Spiritus Sanctus datus propter illa simpliciter & absolutè: sed diceretur datus secundũ aliquid, vt datus spiritus fortitudinis: quare sine gratia sanctificante Spiritus Sanctus non datur.

Obiect. ex *Rom. 1.* retorquetur.

Ephes. 2.

Deus est in templo materiali per ostẽsionẽ præsentiæ.

ex D. Thom. Sp. Sãct' secũdum dona gratiarũ dicitur dari in secũdũ quid quia per illa innotescit. *1. Cor. 12.*

6. 2. Quæst. Vtrũ persona diuina mittatur ad augẽdã duntaxat gratiam, quæ iam erat in anima iusti? 1 Sent. neg. *S. Tho. in 1. S. Bonau.*

Est etiam inter Theologos cõtrouersia, Vtrùm persona diuina mittatur ad augendam gratiam quæ iam erat in anima iusti? S. Thomas dist. 13. q. 5. art. 1, cum S. Bonauent. opinatur non mitti diuinam personam, duntaxat ad augendam gratiam, nisi gratia illa dilatetur ad aliquem vsum secundùm quod coniuncta est cum aliqua gratia gratis data, vpotè cum prophetia, aut cum gratia miraculorum: contrariam tamen sententiam credit esse probabilem: quam videtur sequi ipse Doctor Sanctus 1. p. q. 43. art. 5. ad 2. vbi absolute concedit, mitti diuinam personam secundum augmentum gratiæ, hoc est non ad conferendam gratiam de nouo, sed ad ipsã augendam. Et comprobat hoc auctoritate *Augustini* 4. de Trinitate cap. 20. Vbi docet Filium Dei mitti etiam, quãdo mens proficit in cognitione; profectus autem est augmentum. Eandem sent. tenet *Alexãd.* Alensis 1. p. q. 73. memb. 4. artic. 3. Ait tamen S. Doctor missionem præcipuè attendi, cũ ad augmentum gratiæ adiungitur effectus miraculorum, aut nouus status; Vbi nõ negat diuinam personam mitti ad quodcunque augmentum gratiæ, quod aliàs docuit: sed solùm ait, eam missionẽ nõ esse præcipuam. Duo autem designat exempli causa, quæ indicant præcipuã diuinę personæ missionem, scilicèt martyrium, & votum religionis solemne; sunt enim hæc duo, quasi diuina opera præcipua.

Probat ex *D. August.*

Consonat *Alens.*

Oblectioni ex *D Thom.* occurritur.

Præcipuã diuinæ psonæ missionẽ indicat martyrium, & votũ religionis solemne.

Eodem loco ad 3. docet Spiritum Sanctum mitti ad eos, qui ad beatificũ statum transmittuntur. De qua re iuxta explicatam sententiam non potest esse dubium, cum ille status sit sũmum atq; maximum gratię sanctificantis augmentum. Ad Christum verò Dominũ semel missum Spiritum Sanctum ad conferendam gratiam in ipsa Incarnatione, in qua accepit plenitudinem gratiæ & donorum. Posteà verò nullum aut donorum aut gratiæ augmentum accepit: & ideo Spiritus Sanctus specie columbæ venit ad Christum non ad conferendam gratiam, sed ad commendandam & extollendam plenitudinem gratię eius, vt docet S. Thomas, & Theologorum schola. Quamobrem secundum fidẽ Catholicã confitendum est, personam diuinam posse mitti, non solum ad conferendã, & augendam gratiam sanctificantẽ: sed etiam ad ostendendam excellentiam eius, quod factum est in Christo Domino.

7. *S. Thom.* Sp. Sãctus mititur ad eos, qui ad beatificũ statum trãsmittuntur.

Ad Christũ semel fuit missus ad conferẽdam ei gratiã sc in Incarnatione.

Posteà verò nõ adcõferẽdã, sed adostẽdendã plenitudinem & excellentiã gratiæ eius.

Docet etiam S. Thomas, fieri missionem diuinarum personarum ad beatos ad reuelanda illis mysteria vsq; ad diem iudicij supremi. In qua sententia videtur S. Doctor non loquutus simpliciter, sed secundum quid; quia aliàs in sua doctrina secum pugnaret, cum apertè doceat personam diuinam non mitti, nisi ad conferendam, aut augendam gratiã sanctificantem. Potest ergo dici diuina persona mitti ad beatos secũdùm quid, scilicèt mitti secundùm donũm reuelationis; sicut etiam mitti dicitur secundùm donum fortitudinis: quod est mitti non

8. Cum docet *S. Thom.* fieri missionẽ diuinarũ personarũ ad beatos ad reuelãda illis mysteria, nõ videtur locutus simpliciter, sed secũdũ quid. sc. secundum donum reuelationis.

non absolutè & simpliciter, sed secundū quid: quando autem datur, aut augetur gratia sanctificans, absolutè & simpliciter, absque vllo addito, dicitur mitti diuina persona ad nos, scilicèt vt sit in nobis de nouo, aut saltem nouo modo per augmētum gratiæ. Existimo etiam, S. Doctorem statuisse terminum missionis huiusmodi ad beatos vsque ad diem iudicij, vt insinuaret talem missionem esse quodammodo ad nos, aut vt Angeli nobis reuelent accepta à *Deo*, aut etiam in nostram vtilitatem, vt illi per reuelationem rerum nostrarum precentur Deum pro nobis. Videtur enim non esse dubitādum, quin post diem iudicij multa etiam Deus reuelat beatis ad accidentalia gaudia; sed quia ipsi in patria cū Deo sūt, talis reuelatio videtur nō pertinere ad missionē diuinæ psonæ.

S. Doctor statuit terminū missionis huiusmodi ad beatos vsq; ad diem iudicij, quia talis reuelatio solū prout fit propter nos pertinet ad missionem.

9. Contra doctrinā traditā duo proponuntur argumenta.

Contra traditam doctrinam vnum & alterum argumentum superest refutandum. Primū est de virtutibus Theologicis fide, & spe, quę possunt esse in nobis absque gratia sanctificante: sed per has virtutes Deus est in nobis, vt obiectū cognitum & dilectū supernaturali quodam modo, quia attingunt Deum immediatè, prout est in se ipso: ergo per has virtutes sine gratia sanctificante *Deus* est in nobis nouo modo supernaturali, sicut dicitur esse per talem gratiam: aut saltē datur quintus adhùc modus, quo Deus est in nobis. Ad argumentum cōcedimus, quòd per has virtutes attingimus Deum immediatè, quia per fidem credimus ipsi primæ veritati, quæ est Deus, & per spem nitimur ipsi primæ infinitæ bonitati quæ est Deus, vsque ad interiora velaminis, vt Paulus philosophatur de spe Christiana: sed neutro modo, neque per fidem, neque per spem datur nobis Deus fruendus, neque hæ virtutes reddunt nos Deo dilectos; imò sine gratia sanctificante odit nos Deus eo modo quo dicitur Deus odisse; tantum abest vt diligat: & ideo non dicitur esse in nobis, imò à nobis effugit, iuxta illud, *Sp. Sāctus disciplinæ effugiet fictū.* Hic enim modus existēdi in nobis, vt iam docuimus, pertinet ad amicitiam inter Deum & nos, iuxta verbū Domini. *Si quis diligit me, sermonē meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* Itaque ex dilectione mutua Dei, & hominis fit, vt Deus sit in homine dilecto; in eo autē qui est sine gratia, etiamsi habeat virtutem fidei, & spei quas *Deus* operatur in ipso, non ideo dicitur esse *Deus* in ipso nouo modo supernaturali, sed solum illis tribus modis naturalib⁹ quib⁹ est in omni re creata.

Respondetur.

Per fidem & spem attingimus Deū immediatè.

Hebr. 6. Hæ virtutes sine gratia sanctificante non sufficiunt, vt Deus dicatur esse in nobis illo 4. modo speciali.

Sapient. 1.

Ioan. 14.

10. 2. Argumentum *S. Thom.* de donis gratiarum, vtrū

Alterum argumentum est de donis gratiarum. Ait enim S. Thom. non mitti Spiritum Sanctum ad augmentū gratiæ, nisi cum ipso gratiæ augmento confert etiam gratias gratis datas, & profectum donorum Spiritus Sancti: ergo hęc dona gratiarum maiora sunt, quā ipsum augmentum gratiæ; propter quæ scilicèt, mittitur Spiritus Sanctus. Ad argumentū respondetur primò, S. Thomam loqui de missione visibili Spiritus Sancti, qui nunquā mittitur, nisi ad magna opera, simul cum augmento gratiæ; & ideo hæc dona gratiarū dicuntur manifestatio spiritus: & propterea non est consequens, vt hæc dona sint maiora, quam augmentum gratiæ; sed solum sequitur, quòd Spiritus Sanctus conferēs augmentum gratiæ, non vult se manifestare signo sensibili, nisi ad magna opera externa. Secundò respondetur, non esse dubitandum, quin Spiritus Sanctus mittatur ad augmentum gratię quantulūcunque, quia per illud augmentum est nouo modo in viris iustis, scilicèt cum maiore gratia, & maiore splēdore; & ideo Christus Dominus promittit se venturum ad eum, qui se diligit, scilicèt venturum esse ad illum augendo gratiam illius, vt explicat Augustinus. Sed aliud intelligimus de veritate ipsa rei, & aliud de modo loquendi. Nam etsi per vnam demonstrationem aliquis adquirat verum habitum scientiæ, tamen philosophico loquendi more, nō dicitur sciens, sed dispositus ad sciendum: & ideò possumus asserere, Spiritum Sanctum non dici missum ad paruum augmentum gratiæ, sed ad maiora augmēta cū vsu gratiarum & donorum, ad commendandā dignitatem Spiritus Sācti; nihilominus verè mitti ad quodcunque augmentum gratiæ sanctificantis, quia per illud est nouo modo in eo homine, in quo operatur augmentum. Et idem dicendum est de missione inuisibili Filij ad nos.

1. Solutio. Sp. Sanctus nunquā mittitur missione visibili nisi ad magna opera externa simul cum augmento gratiæ.

2. Solutio. Sp. Sanctus nō mittitur quodcūq; augmentū gratiæ.

D. August. Possumus asserere Theologo loquendi more Sp. Sanctum non dici missum ad paruū, sed ad maiora augmēta gratiæ.

Exemplū habentis vnū habitū scientiæ.

11. Ob hanc eandem rationem cum re vera Deus sit in omnibus substātijs creatis, obseruat S. Thom. non esse dicendū scilicèt Theologo loquendi more, Deū esse

Eadē ratione S. Thom. non esse dicendum Deū es

dæmonib' sed explicãdo esse in natura dæmonum.

esse in dæmonibus, quia dæmon est nomen iniquitatis, ex consuetudine loquẽdi. Sed explicandum est Deum esse in natura dæmonis, quæ mala non est.

12. S. Thom.

Eodem articulo tertio ad secundum ait Sanct. Thomas, gratiam sanctificantem disponere animam ad habendam diuinam personam in se; quod assertum exponendum est. Videtur enim quòd gratia sanctificans sit ipsa ratio locatiua diuinæ personę, vt ita loquamur. Nam eodem articulo ait Sanct. Thom. talem gratiam esse rationem, vt diuina persona possit esse nouo modo in nobis. Non est ergo talis gratia dispositio, vt Deus sit in nobis, quia dispositio est aliquid antecedens ad illud ad quod disponit, aut dandum est aliquid consequens, quod sit ipsa ratio locatiua, vt Deus sit in nobis. Breuiter respondendum, quòd ratio locatiua quodammodo constituit locatum vt sit in illo loco, quod non potest cadere in diuinam personam; quæ alia diuersa ratione est in loco: eo enim ipso quòd Deus creat aliquam substantiam, aut in illa operatur aliquid de nouo, dicitur esse in illa tanquam in loco, vt supra explicauimus. Et similiter, eo ipso quòd Deus sanctificat aliquem angelum aut hominem, dicitur esse in illo, tanquam in loco sancto & templo. Ipsa igitur gratia sanctificans, dicitur dispositio ad hoc quòd Deus sit in homine sancto; non dispositio naturalis, sed moralis, vel etiam nostro intelligẽdi modo; quia enim Deus non est in homine peccatore, sed in homine sancto, gratia, quæ illum sãctificat, dicitur disponere ad hoc vt Deus sit in illo homine, sicut etiam, in naturalibus nostro intelligẽdi modo, expulsio tenebrarum disponit ad hoc vt introducatur lux, quia non potest ingredi lux in locum tenebrosum.

Idem.

Quomodo gratia sanctificãs disponat animam ad habẽdam diuinam personam in se

13. 3. Quæst. Quomodo Filius Dei dicatur missus in carnẽ, quã assumpsit, & Sp. Sanctus dicatur missus ad Christum? Ad 1. p. quæst. S. Thomas.

Postrema dubitatio maioris est momenti, quomodo Filius Dei dicatur missus in carnem quam assumpsit; & Spiritus Sanctus dicatur missus ad Christum? Quoad primũ S. Thomas in sententijs concedit Filium Dei missum in carnem, ita vt caro sit terminus missionis. Sed magis propriè dicitur missus in mundũ per carnis assumptionem: missio enim significat, quasi motum localem, vt persona missa quasi adueniat eò, quò missa

Filius Dei nõ dicitur propriè esse in carne, quia persona non est in natura.

A propriè esse in carne, quia persona non est in natura, sed natura est in persona: sed in carne dicitur apparere, aut manifestari, tanquam in signo visibili, & in carne siue per carnem mittitur ad nos, in quibus, siue cum quibus, & apud quos fuit & conuersatus est; & ad nos, vt legatus, missus, vtpotè magni consilij Angelus. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

Dicitur in carne siue per carnem mitti ad nos. *Ioan. 1.*

Ibidem docet Sanctus Thomas, id quod certissimum est, Spiritum Sãctum missum fuisse ad animam Christi sanctificandam, momento conceptionis suę; postmodùm verò non fuisse missum ad Christum, nisi in signo visibili, vt manifestaret sanctitatem illi collatam, non verò, vt sanctitatem augeret, cuius plenitudine à conceptione donatus erat Christus Dominus, vt augeri non posset.

14. Ad 2. p. quæst. *S. Thom.* Resolut. vt n. 7

B

15. Difficultas de gratia vnionis an Sp. Sanctus missus fuerit ad Christum eâ gratiâ sanctificandum?

Sed tamen de gratia vnionis est præcipua difficultas. Nam Spiritus Sanctus sanctificauit ad hoc ipsum Christum Dominum, vt esset Filius Dei, iuxta illud Pauli Rom. 1. *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis*: igitur ad hoc ipsum genus sanctificationis missus est Spiritus Sanctus. Confirmatur verbis Domini Ioan. 10. *Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum.* Quem locum, etsi Sanctus Augustinus enarret de generatione æterna, hoc pacto, *Quem Pater sanctificauit*, hoc est, *genuit sanctum*: melius tamen Sanctus Hilarius 7. de Trinitate commẽtatur de sanctificatione secũdum gratiam vnionis: & pluribus hoc confirmat, affirmans Christum esse sanctificatum in Filium Dei; & comprobat verbis Pauli recitatis. Dicendum igitur est Spiritum Sanctum missum fuisse ad sanctificandum Christum gratia vnionis, quamuis Christus non antecesserit gratiam istam vnionis; quia missus est ad ipsam humanitatem creatam, vt illam copularet Deitati, quæ coniunctio est ipsa gratia vnionis, id est coniunctionis, in qua ipsa diuina essentia reali vnione, siue coniunctione copulata est humanitati, vt docet Sanctus Thomas 3. p. q. 2. art. 10. his verbis, *Si gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donũ, sic ipsum, quod est naturã humanã esse vnitã diuinæ personæ, potest dici quædã gratia, in quantũ nullis præcedentibus meritis*

Alius locus *Ioan. 10.*

Adhũc locũ interpretatio *S. Augustin.*

Prop affirm. alia melior *S. Hilar.*

Decisio affirmat licèt Christus eam gratiã nõ antecesserit.

Ratio

D

D. Thom.

Duplex missio Sp. Sancti ad Christum.

hoc est factum; non autem ita, quòd sit gratia habitualis, qua mediãte talis vnio fiat. Hæc Sanct. Thom. Ista igitur est illa sãctificatio, qua Christus dicitur sanctificatus à Patre, & facta hac sanctificatione vnionis etiã per Spiritum Sanctũ; missus etiam est idem Spiritus Sanctus ad sanctificandam animam Christi per gratiam habitualem. Itaque prima missione Spiritus Sancti effectum est, vt in Christo habitaret diuinitas, iuxta verbũ Apostoli, corporaliter, hoc est, substantiali vnione hypostatica. Secunda verò sanctificatione, vt habitaret diuinitas animam eius per gratiam.

1. Missio per gratiam vnionis.

Ad Colloss. 2.

2. Per habitualem.

16. Specialis quæstio de Euch. an Christus in consecratione corporis huius dicendus sit missus ad hoc sacramentum?

Ratio dub. pro p. affirm.

De diuino Eucharistiæ mysterio est specialis adhuc difficultas, An Christus in consecratione corporis sui dicendus sit missus ad hoc Sacramentum? Nam sicut Filius dicitur missus in mundum suscepta carne: ita eadem carne coniuncta cum speciebus sacramentalibus, videtur venire de nouo in mundum, vt verus panis cœlestis ad sanctificandos homines. Aliqui dicunt non mitti Filium Dei ad Sacramentum Eucharistiæ: quia ipsa forma visibilis accidentium panis, sub qua de nouo est, nõ est de nouo creata, sed iam præexistebat. Sed hæc responsio nõ satisfacit, quia, etiamsi asseramus cum S. Augustino 2. de Trinitate cap. 8. in diuinarum personarum missione fieri de nouo illa signa sensibilia, sub quibus apparent: hoc tamen non est adeò necessarium; vt ideo dicatur persona non esse missa, quia signa sensibilia non sunt facta de nouo: potest enim mitti diuina persona sub specie rei iam præexistentis, si ita Deo placuerit. Et sic dicendum esset ita Deo placuisse in ipsa missione Filij Dei ad Eucharistiam: maximè, cum ipsæ species sacramentales de nouo consecrentur consecratione sẽsibili sacerdotis, quæ consecratio de nouo satis esset ad significandam missionẽ cũ etiam ipsæ species sacramẽtales sint signa spiritualis cibi. At verò, tametsi S. Thom. 1. p. q. 34. art. 7. doceat Spiritum Sanctũ non mitti in sacramẽtis, quia illa non præexistunt: similiter instandũ est non allegasse D. Thomã ibi præcipuam rationem, quã alijs in locis tradit, quia scilicèt Deus non est in sacramentis per gratiam sanctificantem, quæ fit in illis formaliter, vt diximus.

Improbatur 1.

Potest mitti diuina persona sub specie rei præexistentis,

Improb. 2. In Euch. cõsecratio sẽsibilis denuo existẽs sufficeret ad significãdã missionem.

S. Thom. Explicatur ex n. 3.

17. Alij respondent Filium Dei non venire ad hoc Sacramentum ad sanctificandam creaturam, quæ est ratio præcipua missionis, sed solũ venire, vt possit creaturam sanctificare. Nulla ista responsio est. Nam etiam Filius Dei venit homo factus, non vt statim sanctificaret nos, sed vt posset sanctificare.

Responsio aliorum negantiũ de Filio Dei. Impugnatur.

Facilè equidem, libenterque assererem, quòd sicut Incarnatio est quædam vnio hypostasis diuinæ ad carnem humanam, & Eucharistia est quædam extẽsio illius vnionis, qua ipsa caro vnitur accidentibus panis: ita etiam aduentus Christi ad Eucharistiam est quædam extensio illius missionis, qua Christus ad nos venit secundum carnem. Sed meliùs videtur respondendum, quòd in Incarnatione Verbi quãdo dicitur missum ad nos secundum carnem, significatur ipsa processio Verbi cum effectu vnionis Verbi ad carnem: sed in consecratione corporis Christi vnio accidentiũ sacramentalium non fit ad Verbum, sed ad corpus vnitum Verbo; quare potiùs ipse Christus esset dicẽdus missus ad Eucharistiam, quàm vt Verbum diuinum siue Filius Dei dicatur missus ad Eucharistiam. Itaque propriè loquẽdo Filius Dei non est missus ad Eucharistiam: sed aliqua est ibi extensio missionis, quia Filius Dei missus secundum carnem, secundum eandem carnẽ mittitur ad accidentia sacramentalia, vt illis vniatur.

18. Auctoris 1. responsio

Aduẽtus Christi ad Euch. et extensio missionis Christi ad nos incarn.

2. Responsio melior.

Vnio accidentiũ sacramentaliũ fit nõ ad Verbũ, sed ad corpus vnitum Verbo: quare potius Christus missus est ad Euch. qui Verbum, aut filius Dei.

At est ibi missionis Filij Dei secundum carnem extensio ad Euch.

CAPVT VIII.

Missio diuinarum personarum non fuit æterna.

1. Quæst. de tit.

BReuis est disputatio & facilis, ordine tamen doctrinæ necessaria, *An* missio diuinæ personæ sit æterna vel tẽporaria? Causa addubitandi est, quia missio, vt diximus, est ipsa processio diuina, quæ æterna est. Nihilominus aliquid vlterius includit, ratione cuius dicitur temporaria: nam definitio sumitur ab vltimo. Processio igitur diuina est æterna, sed per hoc vltimum, quod additur, scilicèt quòd procedat ad nos, temporaria est. Et ita nos docet S. Thomas 1. p. quæst. 43. art. 2. & in sententijs.

Ratio dub.

Concl. Ea missio est temporaria.

Prob. Definitio sumitur ab vltimo.

S. Thom.

2. *Idem.*

Obseruat S. Thomas quædam nomina processionis diuinæ indicare solam habitu-

De nominib. processionis.

uinx: quorum aliqua indicit solũ habitudinẽ ad principium: aliqua etiam adterminũ intrinsecũ: aliqua insuper ad terminum extrinsecum.

habitudinem ad principium, vt origo, processio, exitus: quædam verò, præter habitudinem ad principium, etiam ad terminum referri; vt generatio, quę respicit Filium, & spiratio Spiritum Sanctum: alia autem nomina non solùm indicant principium, & terminum intrinsecum diuinæ processionis, sed etiam terminum extrinsecum, seu effectum; verbi gratia, datio & missio. Dari enim & mitti diuinam personam est ad effectum procedere. Processio ergo siue origo solũ principium indicant, nullum verò terminum: generatio & spiratio indicant terminum solum intrinsecum; missio autem, & datio præcipuè designant terminum extrinsecum seu effectum tempore complẽdum. Sola ergo nomina quæ referunt extrinsecum terminum & temporarium, non dicuntur de Deo ab æterno; cætera nomina æterna sunt.

Hæc vltima non dicuntur de Deo ab æterno.

3.

Colligitur duplex processio diuina: alia æterna in Deo ipso, alia tẽporaria ad effectũ extra Deum. Ratio.

Colligimus igitur quòd processio diuina est duplex: alia æterna in Deo ipso; alia temporaria ad effectum extra Deũ. Ratio est, quoniam processio non continet necessariò terminum extrinsecũ; sed potest intelligi processio ad naturam ipsam diuinam: procedit enim Filius in Deum: & procedit ad terminum extrinsecum, scilicèt ad effectum creatum. Et ita est duplex processio, & ista secunda includit priorem, quia semper intelligimus processionem vnius personæ ab alia, vt dictum est. Et ita processio ad terminum extrinsecum includit ipsum terminũ intrinsecum relatione priori, vt docuimus: missio verò necessariò includit terminũ extrinsecũ, scil. processionẽ ad res creatas, & est tẽporaria. Et ita Intelligendus est S. Doctor ad 3. Vbi ait, quòd missio includit æternam processionem, & addit effectũ in tempore.

Ista 2. processio includit priorem.

D. Thom.

4.

Dub. vtrũ Sp. Sanctus ab æterno procedat ad nos?

Si verò quis percontetur, Vtrùm cõcedendum sit Spiritum Sanctum ab æterno procedere ad nos, siquidem est amor procedens, quo Pater & Filius ab æterno nos diligunt, vt lib. 2. disputauimus? S. Thom. art. 2. docet processionem, siue exitum diuinæ personæ dici duobus modis, scilicèt, æternaliter, & tẽporaliter: nam aliquandò hæc nomina significant diuinam processionem intra Deum, quæ est diuina quædam relatio realis; aliquando verò significant processionem ad effectum extra Deum, quæ est relatio rationis. Et solut. ad 3. expressè docet S. Thom. duplicem esse processionem in Deo, aliam æternã, aliam temporariam, vt modò explicauimus. Igitur hoc pronunciatum, scilicèt Spiritus Sanctus procedit ab æterno ad nos, siue illud verbum, procedit, accipiatur pro processione, intra Deum, siue extra Deum ad effectum (de quã re iam disputauimus) semper est falsum. Quia per hoc, quod additur, ad nos, significatur effectus in tempore, qui nõ est ab æterno. Quamuis enim Spiritus Sanctus sit amor procedens ab æterno, quo Pater & Filius ab æterno nos diligunt; non tamen procedit ad nos ab æterno, sed duntaxat procedit ab æterno in Deum; ad nos autem in tempore. Ratio est, quia dilectio Patris, & Filij per Spiritum Sanctum procedentem, non significat effectum in nobis, sed actum diuinæ voluntatis; quẽ tamen suo tẽpore sequitur effectus, scilicèt tẽpore à Deo designato: processio autem ad nos significat progressionem ad terminum extrinsecum, quæ non potest intelligi nisi cum Deus in nobis pro tempore operatur.

Idem.

Decisio negat de vtraque processione.

Sp. Sãctus procedit ab æterno in Deum, ad nos autem in tempore. Ratio.

5.

Obiect. ex verbis S. Greg. contra conclusionem.

Sententia S. Gregorij homil. 16. videtur dictis esse dissentanea: ait quippe Filium eò mitti, quo generatur, hoc est ratione eius naturæ mittitur, qua generatur: sed generatio est æterna: ergo & missio. S. Thomas art. 2. exponit de generatione humana, scilicèt quòd ea ratione, qua gignitur à matre corporaliter, eadem ratione mittitur, vt homo; siquidem gignitur in natura serui; & ideo nõ est mirum quòd mittatur, vt seruus. Si verò intelligatur Gregorij sententia de generatione æterna, explicat Sanct. Thomas, quòd eo dicitur Filius gigni quo mittitur, quia à generatione æterna, qua gignitur, habet, vt mitti possit. Vnde non colligitur, quòd sicut generatio est æterna, ita & missio; sed cõsequitur, vt possit mitti ab eo, à quo est genitus: quia ad hoc, vt persona diuina mittatur ab alia, necesse est, vt procedat ab illa. Et iste commentarius secundus ad mentem est S. Gregorij; prædixerat enim, quòd mitti possit intelligi secundũ naturam Deitatis: *Eo enim*, inquit, *mittitur, quo à Patre generatur*, scilicèt secundùm naturam Deitatis in qua procedit

S. Thom. 1. Commẽtarius ad verba S. Gregorij si intelligãtur de generatione humana.

2. Comentar. si intelligãtur de generatione æterna.

Hic 2. cõmẽtarius est ad mẽtẽ S. Gregor.

dit à Patre; *Ipsa enim missio*, inquit Gregorius, *processio est*, scilicèt ad nos.

CAPVT IX.

Nulla missio visibilis diuinæ personæ fuit ante aduentum Christi Domini.

¶ Caput diuidimus in partes duas.

Prima pars: *Missio diuinæ personæ alia est inuisibilis, alia visibilis.*

Secunda pars: *Nulla missio diuinæ personæ visibilis fuit ante aduentũ Christi.*

PRIMA PARS.

Missio diuinæ personæ, alia est inuisibilis, alia visibilis.

1. QVamuis opera, quæ Deus extrà se operatur, tribus diuinis personis communia sint; nihilominus ea personę quæ procedunt ab alijs, quia potestatẽ accipiunt ab eis, à quibus procedunt, ad eadem opera efficienda dicuntur mitti, quando ad talia opera veniunt ad creaturas, scilicèt per gratiam sanctificantem, vt in illis inhabitent: vt fusè satis disputatum est. Si ergo ea missio diuinæ personæ ad sanctificandam creaturam, fiat absque aliquo signo sensibili, dicitur missio inuisibilis, ideſt insensibilis, quæ nullo sensu externo percipitur: si verò fiat cum aliquo signo externo apparente sensui, dicitur missio visibilis, ideſt sensibilis. Ea enim quæ in sensu interiori apparent, non considerãtur hoc loco: Nam etsi diuina persona mitteretur ad sanctificandam creaturã cum tali apparitione ad sensum internum, non ideo diceretur missio visibilis, sed inuisibilis. Missus est ergo Filius Dei ad nos secundùm carnem missione visibili, & Spiritus Sanctus ad Christum in columba, & ad Apostolos in igne visibili; & vtraque missio visibilis est.

Missio inuisibilis est, quæ nullo sensu externo percipitur. Visibilis è contra.

2. Est ergo planissimum duplicem esse missionem diuinæ personæ, aliam inuisibilem, aliam visibilem; sed explicandũ est qua differunt differentiâ. Quidam enim aiunt visibilem missionem esse solum signum inuisibilis missionis. Quod si verum esset, talis missio visibilis non esset vera processio diuina à persona mittente; quod est falsum, vt hactenus disputauimus. Dicendum ergò est quòd visibilis missio nec est composita ex inuisibili & visibili missione, neque est duntaxat signum missionis inuisibilis, sed est vera processio diuinæ personæ ab ea, à qua mittitur ad sanctificandam creaturam, cum signo quodam visibili.

1. Dub. de differentia inter vtrãq; missionẽ. 1. Sentent. Refellitur.

Dicendũ ergò videtur has duas missiones differre inter se, vt includens, & inclusum: quia visibilis missio includit inuisibilem, & addit signum sensibile, propter quod dicitur visibilis; & ideo nulla est missio visibibis, quæ non sit simul cum inuisibili missione ad conferendam gratiam eodem tempore, aut ad ostendendam gratiam iam datam, aut etiam ad conferendam, tempore futuro; quo pacto Filius Dei missus est visibili missione ad sanctificandos nos.

2. & vera sent. Differunt vt includens & inclusum. Ostenditur

Iam igitur disputatio est de inuisibili missione: & primùm, Vtrùm eadem sit missio Filij, & Spiritus Sancti, & hoc quærimus de misione inuisibili: Nam de visibili, perspicuum est esse missiones distinctas, vt explanauimus. Est autem certissimum Filium Dei mitti ad nos inuisibili missione: de Filio enim dicitur, qui est genita sapientia, *Mitte illam de cœlis*. Sap. cap. 9. & in hoc cõcordant Theologorum frequentes sententiæ.

4. 2. Dub. vtrũm eadẽ sit missio inuisibilis Filii & Sp. Sancti. Præmot. Filius mittitur ad nos inuisibili missione Sapient. 9.

Nec minùs compertum est, mitti Filium secundùm dona, quæ pertinent ad intellectum, quæ Filio singulari ratione adscribuntur, eò quòd sit sapientia genita: & cum opera Trinitatis sint indiuisa, fide Catholica tenemus totam Trinitatem operatricem esse gratiæ, & donorum. Quare Filius mittitur etiam ad conferenda dona pertinentia ad volũtatem, & Spiritus Sanctus suo aduentu confert quoque illa dona, quæ intellectum ornant: sed per appropriationem, quam suprà docuimus (hoc enim nomẽ Theologis in vsu est) Filius dicitur mitti secundum dona intellectus, Spiritus Sanctus secũdum dona voluntatis; quia Filius per intellectum, Spiritus Sanctus per voluntatem procedit. Quæ differẽtia, propter solam appropriationem iam explicatam, designatur. Et in hoc sensu ait S. Augustin. 4. de Trinit. cap. 20. quòd sicut Filium generari est ipsum esse à Patre, ita Filium mitti, est cognosci, quòd sit à Patre; scilicèt, quia Filius dicitur mitti, dum ipse suo aduentu cognitionem sui nobis immittit.

5. Item mittitur Filius secundũ dona quæ pertinent ad intellectum.

1. Assertio. Inter has missiones quoad effectum, differentia propter solam appropriationem designatur.

Ostenditur.

D. August.

Circa

6. 1. Aduert. Filius nō mittitur ad conferendum dona intellectus absque gratia. *S. Thom. S. August.*

Circa quod obseruandum est, quòd, cum persona diuina non mittatur, nisi ad habitandas mentes per gratiam sanctificantem, Filius non mittitur ad conferendum dona intellectus absque gratia, sed cum gratia simul. Quare Sanctus Thomas 1. p. & in 1. dist. 15. tradit, effectum missionis Filij esse illam notitiam, de qua S. Augustinus, 9. de Trinit. cap. 10. ait, quòd est cum amore notitia; ea enim perfecta est. Quod verò alibi dixit, Filium mitti per sui cognitionem, intelligendum est de cognitione perfecta, scilicèt quando Filius cognoscitur, & percipitur, vt ait S. Augustinus. Percipitur (inquam) id est ita cognoscitur, vt etiam diligatur, quia hæc est cognitio illa, in qua contingit circulus, scilicèt, vt Verbum diuinū immittens in nos verbum fidei, per ipsam fidei cognitionem reuocet amorem nostrum ad seipsum: apparet enim in diuinæ personæ missione quidam circulus, vt diximus. Dicitur ergo Filius ad nos mitti secundùm dona intellectus supernaturalia, dummodò sint cum gratia sanctificante copulata. Cap. 7. n. 2.

7. 2. Aduert. Missio specialiter quodā modo tribuitur Spiritui Sancto

Verum est, quòd missio speciali quodam modo tribuitur Spiritui Sancto; ita vt omnis collatio donorum, siue exornent intellectum, siue etiam voluntatē, referatur ad Spiritum Sanctum, tanquā ad primum donum: hoc tamen non obstat, quominùs dona intellectus per appropriationem attribuamus Filio Dei, Dona autem voluntatis Spiritui Sāctо; quia Filius procedit de intellectu diuino, Spiritus Sanctus autem de voluntate. Et ita eæ missiones Filij, & Spiritus Sancti, quoad effectum re ipsa non differunt, quia idē effectus est ab vtroque: sed solùm differunt, quantum ad appropriationem loquutionis, vt dona intellectus pertineant ad Filium, dona verò voluntatis ad Spiritum Sanctum. At verò hę duę missiones, quoad id, quod sūt, differunt re ipsa; quia missio diuinę personæ est processio eius; sunt autem processiones Filij, & Spiritus Sancti re ipsa distinctæ.

2. Assertio. Hæ duæ missiones quoad id quod sunt differunt re ipsa.

8. 3. Dub. Vtra missio ordine cognitionis prior sit quoad effectū?

Sed iam quæritur vtra missio ordine cognitionis prior sit Filijne, an Spiritus Sancti? Dicēdum imprimis, quæstionem esse de solo effectu missionis: nam de processionibus certum est processionē Filij antecedere processionem Spiritus Sancti ordine cognitionis. At verò, quo ad effectum, prius intelligenda est missio Filij, ad conferēda dona intellectus, quę antecedunt dona voluntatis, ad quę mittitur Spiritus Sanctus. Et quamuis Spiritus Sanctus sit donum ex sua natura, est tamen donum æternum: missio autem est temporaria, & idrò Filius missus ad dona intellectus in tempore secundùm appropriationem, ordine cognitionis antecedit missionem Spiritus Sancti ad dona voluntatis. De ijs videndus S. Thom. in 1. dist. 15. q. 1. artic. 2. ad 2.

Decisio. Missio Filij prior est secundum appropriationem.

D. Thom.

SECVNDA PARS.

Nulla fuit missio diuinæ personæ ante aduentum Christi.

1. Prænot. cū *D. Thom.*

PRæmeditandum est cum D. Thoma 1. p. q. 48. art. 7. ad 6. non opus esse, vt missio inuisibilis diuinæ personæ sēper declaretur per missionem aliquam visibilem: imò rarissimè hoc accidit, quia, cum ad omnem animam sanctificandam mittantur semper diuinæ personæ inuisibili missione, paucis vicibus contigit, vt ea inuisibilis missio per visibilem manifestaretur. Certum igitur est sæpè sæpiùs ac sæpissimè missas fuisse diuinas personas ante aduentū Christi Domini, ad sanctificandos homines quotquot fuere sanctificati, missione tamē inuisibili. Sed iam quæritur vtrūm aliquando facta fuerit visibilis missio ante Christi aduentum? Quæstionē tractat S. Augustinus fusissimè lib. 2. de Trinit. neutri parti satis acquiescens: & hoc primum non dubitat Augustinus affirmare, quòd diuinæ personæ apparuerūt olim sanctis Patriarchis in signo aliquo visibili: qui modus apparitionis dicitur Latine, visio; & ea res quę sic apparet, appellatur visum, quādo scilicèt species illa corporea fallit aspectum, & non est sub illa specie verum corpus, quod putatur sub illa latere. Docet itaque Augustin. in sacra Scriptura varias narrari apparitiones in quibus modò tota Trinitas designatur, modò verò persona aliqua singulatim, vt Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus. Et quænam persona appareat, coniectandum esse ex alijs, quæ in sacra historia antecedūt, aut consequuntur.

Certū de missione inuisib.

Ante aduentum Christi sępissimè contigit.

Difficultas de missione inuisibili, vtrū aliquando facta fuerit ante aduentū Christi?

De Visione, seu apparitione personarū. *D. August.* sent. sæpè factā fuisse ante aduentū Christi.

2. Obiectio.

Quòd si obijcias Angelos fuisse, qui in ijs apparitionibus priscos Patres alloquebantur: concedēdum est, *Angelos* esse qui visa illhæc efformabant specie tenus apparentia, & ea agitabant, simulando vibsotia, & ipsi etiam Angeli dicebantur apparere Patribus, & cum eis loqui: sed hæc etiā diuinis personis attribuebantur, quarū nomine Angeli apparebant, & miscebant colloquia. Quod perspicuè cōprobatur, Gen. 31. quia cū Iacob dixisset, *Dixit Angelus Dei ad me in somnis*, addidit postpauca, *Ego sum Deus Bethel*. Verè quippè dixit Angelus, *Ego sum Deus*, quia non suo, sed Dei nomine loquebatur.

Resp.

Visiones diuinarum personarū factæ ante aduētū Christi ipsis attribuebitur, quarum nomine angeli apparebant.

Gen. 31.

3. Imprimis igitur statuendum est, diuinas personas, iuxta sacram historiā antiquæ legis sæpiùs apparuisse visibiles. Commonstratur hoc, quia sæpiùs sacra pagina narrat, Deū apparuisse hominibus: sed hoc potest explicari cum vera proprietate eloquutionis, vt verè dicatur Deus apparuisse: ergo ita explicandum est: non enim dedecet Deū, forma illa visibili voluisse significare suam præsentiam diuinā: & hoc satis est, vt Deus dicatur verè apparuisse.

1. Asser. cōsona *S. Augusti.* Diuinæ personæ sæpè apparuere visibiles ante Christi aduentum.

4. Hoc statuto proloquio, valdè probabile est, Patrē æternū nunquā apparuisse, sed benè Filium, & Spiritū Sanctum; quia Pater non apparendo significabat primā illam auctoritatē principij, à quo procedebant aliæ duæ diuinæ personæ visibili specie apparētes, sicut in tēporis plenitudine missæ sunt in forma visibili. Hæc est sententia Alfonsi Salmerō tō. 2. tract. 10. pag. 115. Vbi ait hoc idē sēsisse Tertullianū lib. de Trinit. & S. Aug. 2. de Trinit. c. 9. & 14. & S. Isidorū de sum. bono, lib. 1. c. 12. tametsi oppositā sententiam teneat S. Hilar. lib. de cōmuni essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sācti, & S. Basil. lib. 5. contra Eunomium.

2. Assertio probabile est Patrem æternum nunquam ante Christi aduentum apparuisse: Sed benè Filium, & Spiritum Sanctum.

Salmeron.
Tertul.
S. Augusti.
S. Isidor.
Contra stant
D. Hilar.
D. Basilius.

5. Apparuit absq; dubio Filius Dei, per Angelū colluctantē cū Iacob, vt decernit Conc. Syrmiēse in decretis fidei nō reprobatis: apparuit postea idem Filius Dei in rubo ardenti alloquutus Moysē, & in mōte Sinai loquēs ad eūdē Moysē, imò etiā ad populū. Spiritus Sāctus autem videtur apparuisse in nube illa, quæ ducebat populū Israeliticū, interdiu quidē instar nubis opacæ figura columnari, noctu autē igneæ, figurā eādem. Et illud etiā videtur recipiendum, quòd in rubo

Apparitio Filij *Gen. 32.* *Conc. Syrm. apud S. Hil.* lib. de Synodis *Exod. 3. & 19.*

Apparitio Spiritus Sancti. *Exod. 13.* *Exod. 3.*

A apparuit etiā Spiritus Sāctus in igne; & in mōte Sinai similiter; sicut in die Pentecostes in linguis igneis, nubes enim, & ignis symbola sunt Spiritus Sancti, vt dicemus: de ijs autē apparitionibus legito S. Augūst. 15. de Trinit. c. 23. S. Greg. hom. 34. in Euāg. S. Bernard. serm. 5. in Cant. S. Athan. ser. 4. contra Arianos, S. Damascen. lib. 2. fid. Ortho. c. 3. Origen. hom. 1. in cap. 6. Isaiæ. Eugubin. ad initium Genes. Vbi ait Adam factum ad imaginem Dei, scilicēt ad similitudinem Filij Dei, qui est imago Dei. Et Oleaster ait apparuisse tunc Verbum Dei in specie humana visibili.

Exod. 19. *Act. 2.* *S. Aug.* *S. Gregor.* *S. Bernard.* *S. Athan.* *S. Damasc.* *Origen.* *Eugubin.* De apparitione Filij *Oleaster.*

B

6. Cū igitur nō dubitemus diuinas personas in veteri pagina apparuisse visibiles; quæritur ratio, quare non dicantur missæ in illis apparitionibus? Et quidem dubitandū non est de veritate: manifestissimè enim probatur, nullā fuisse talē missionē ante aduētū Christi. Ipse enim Filius Dei, qui apparuit ante suum aduētū, Pauli testimonio ad Galat. 4. dicitur non fuisse tunc missus, his verbis, *Quādo venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factū ex muliere.* Ergo ante tēpus istud completū, quo factus est ex muliere, adhùc nō erat missus. Ratio autē differētiæ dilucidissima est. Nam apparere non significat nouum aliquē effectum à Deo apparente emanantē; sed solùm est manifestari per visibile signū: mitti autē est quasi de nouo venire ad nouū effectū producendū. Itaq; is, qui in aliquo loco est, vt ibi appareat, non venit de nouo, sed solùm manifestat se ibi: at verò ille, qui mittitur, venit de nouo, & ad aliquid peragēdū ibi, quò mittitur. Diuinę ergo personæ quondā solùm apparebant, sed non mittebātur, quia non dicebātur venire ad aliquid peragendum de nouo, id est ad sanctificādas animas, quia ad hoc solùm dicitur Deus venire de nouo ad nos, vt sit de nouo in nobis, vt iam disputatū est. Erat ergo illis tēporibus apparitio Dei visibilis, sed nō missio; quoniam, etsi diuinæ personæ, tunc mitterētur ad sanctificandas animas inuisibili missione, visibilis tamē missio reseruabatur temporibus gratię propter affluētiam & plenitudinē gratiæ conferendæ, ad quā conferendā diuinæ personæ dignatæ sunt visibili missione mitti, vt explicauimus. Venit ergo Filius in humanitate assumpta, ob cuius merita postea missus

6. Ex his quæstio cur missio visibilis in veteri pag. non dicatur facta, cū visio sæpè contigisse narretur.

Galat. 4.

Assignatio. Apparere, seu videri in loco solùm est manifestare se ibi

Mitti importat venire de nouo, seu ad aliquid denuò peragendum.

Visibilis missio reseruatæ temporibus gratiæ ob plenitudinē gratiæ tūc conferendæ.

Ex D.Tho. Spir. Sanctus post Christum missus vt manifestaret Filium, sicut Filius Patrem.

De hac re *Abulens. D.Gregor. S.Cyrill. S.Chrysost. S.Ambr. seu Remig. Theophyl. S.Leo. Clem. Rom. Eliter. S.Isidor. S.Chrysost. S.Hilar. D.Thom.*

missus est Spiritus Sanctus: & ideò notat S. Thom. 1.p.q.48.art.7. ad 6. Spiritum Sanctum missum post Christū Dominū, quia oportebat, vt ipse Spiritus Sanctus manifestaret Filium, à quo procedebat, sicut & Filius manifestauit Patrem. De quæstione ista potest legi Abulensis Exod. 3. S. Gregor. 28. lib. Moral. cap. 2. S. Cyrillus Alex. 8. lib. Thesauri, cap. 2. S. Chrysost. homil. 6. in Acta Apost. & lib. cõtra Iudæos, cap. 9. S. Ambros. seu potiùs Remigius ad Col. 1. Theophylactus Actor. 7. S. Leo epist. 13. Clem. Roman. lib. 5. constitutio. cap. vlt. Eliterius in Damasum lib. 4. c. 11. S. Isidor. lib. 1. de sum. bono, cap. 12. S. Chrysost. lib. 2. aduersus Iudæos, S. Hilar. 4. de Trinit. c. 12. & S. Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. ad 1.

CAPVT X.

Quomodò mittatur Spiritus Sanctus in signis sensibilibus.

1.

S. Augustini sententia.

Spir. Sanctũ non fuisse missum per vnionẽ personæ ad columbã, &c. sicut Filius Dei per vnionẽ ad humanitatẽ.

EX superioribus disputationibus cõpertum est, Spiritum Sanctum missum esse visibili, siue sensibili missione in signis visibilibus, siue sensibilibus. De qua re disputat S. August. lib. 2. de Trinit. cap. 6 docens, Spiritum Sanctũ non fuisse missum per vnionem personæ ad columbam, sicut Filius Dei per vnionẽ ad humanitatem. *Neque enim* (inquit) *columbam beatificauit Spiritus, vel illũ flatũ, vel illũ ignẽ, sibiq; & personæ suæ in vnitatẽ, habitũq; eõiunxit in æternũ.* Nam Filius coniunxit sibi humanitatẽ, quasi vestẽ non dimittendam, qua semper maneret indutus, *habitu inuẽtus, vt homo:* habitus enim siue vestimentũ cõiunctũ est homini. At verò Spiritus Sãctus neque columbam, neq; flatum, neq; ignem, quibus speciebus cõmonstratus est, induit aut copulauit sibi; neq; in his speciebus mansit, sed ad tempus apparuit. Cuius rei planissimum argumentũ subiungit S. Augustinus, *Non ita possumus dicere Spiritum Sanctũ columbam, & Deum columbã, aut ventum, & ignẽ, sicut dicimus Filiũ & Deum & hominẽ.* Quia vnio hypostatica facit cõmunionẽ idiomatũ, vt homo sit Deus, & Deus homo, & Filius Dei sit & Deus & homo. At verò Spiritus Sanctus non est columba, neq; columba est Spiritus Sanctus, sed *descendit* (inquit Euãgelista Luc. 3.) *Spiritus Sanctus corporali specie*, hoc est visione corporali, *sicut columba in ipsum.* Et hæc eadẽ est concors Patrũ sententia. Contrariam tenet Tertullianus lib. de Carne Christi, c. 3. sed ingenuè deceptus est. Falluntur autẽ maximè, qui pro sententia Tertulliani citant S. Augustinũ lib. de Agone Christiano, c. 22. Nam ibi S. Augustinus dũtaxàt asserit id, quod verum est, scilicèt corpus columbæ in qua descendit Spiritus Sanctus, fuisse verum corpus veræ columbæ.

S. Augustini probatio.

Ad Philip. 2.

Luc. 3.

Contrariam sentent. tenet *Tertull.*

Pro ea falsò citatur locus quidã *S. Augustini.*

2.

Dub. cur motâ columbâ, &c. Spir. Sanctus, qui illi copulatus non est, dicatur venire, & descendere.

De missione igitur Christi, constat vnionẽ hypostaticã esse causam, vt dicatur ad nos missus, quia exiẽs à Patre ad nos in carne venit. De missione autem Spiritus Sancti illud latet, quare agitatâ columbâ ad Christum, aut flatu, aut igne commoto super Apostolos, dicatur Spiritus Sanctus venire, & descendere, qui illis rebus copulatus non est.

Ad hæc dicendũ est, neq; Spir. Sãctũ, neque verò Filium Dei ideo mitti, quia forma visibilis in qua mittũtur, loco veniat ad nos: agimus enim de missione nõ locali, sed diuina, quæ est ipsa diuina processio, vt diximus. At verò Christus motis corporeis pedibus peragrans Iudæam, mittitur quidem ad Iudæam, alia missione, scilicèt corporea, qua per solã cõmunicationem idiomatũ, dum homo Christus mittitur, Filius Dei mittitur; & Spiritus Sãctus nullo modo sic mittitur, quia non mouetur, loco etiam motâ columbâ, vel igne, vt arguendo obijciebatur. Dicitur ergo diuina missione, & processione diuina Filius mitti ad nos in carne visibili; & ita quoque Spiritus Sãctus dicitur mitti, hoc est procedere ad nos in signo visibili, nõ tamẽ sibi coniũcto. Dicitur autẽ aduenire, nõ loco, neq; ideò, quia mota forma visibili ad locum moueatur diuina persona, sed dicitur mitti propter nouitatẽ effectus, quam in nobis operatur. Et dicitur descendere non loco, sed procedere à principio altissimo, scilicèt à Deo, & in forma visibili descendere. Itaque descendit metaphoricè, quatenùs à Deo procedit ad nos, vel quia *omne datum optimum discursum est descendens à Patre luminum:* vel descẽdit apparitione corporali specie. Et similiter mittitur ipsa non locum mutans, sed à Deo procedens ad nos, signo tamen visibili *misso* ad nos locali motu.

3.

1 Respons. Spir Sanctus dicitur mitti non quòd locũ mutet etiã per communicationem idiomatũ, sed quia à Deo procedit ad nos, signo tamen visibili misso ad nos locali motu.

Quod

4.
Missio quid?

Quòd si percõteris, quid illud sit, quòd Spir. Sanctus dicatur missus? Respõdẽdum est, quia apparet visibilis ad conferendã sanctitatẽ, aut indicandã collatã. Ad hoc verò vt appareat, necesse est, vt species illa, siue forma, in qua diuina persona apparet, sit sensibilis, ita vt sensu externo percipiatur. Et ita illa columba fuit visa oculis corporeis à turba præsẽti, & Ioãne, licèt quidã putauerint à solo Ioãne visam, vt refert S. Chrysost. hom. 60. in Ioan. Visio autem, qua Ioãnes vidit agnum occisum ab origine mundi, fuit imaginaria intus in sensu interno, & cogitatione formata, quæ non dicitur apparitio. Ita docet S. Thom. 1. p. q. 45. art. 7. ad 2. & comprobat verbis S. August. 2. de Trinit. cap. 6.

a Respond. esse apparitionem sensibilẽ, &c.

Ad apparitionẽ requiritur 1. forma sensibilis sensu externo.

S. Chrysost. Visio agni occisi *Apoc.* 13. fuit sensus interni.

S. Thom. *S. Augustin.*

5.
Requiritur 2. vt hæc forma ipsam personã apparentẽ declaret.

Præterea necesse est, vt forma hęc sensibilis in qua diuina persona apparet, ipsam personã declaret, & ad hoc duntaxat sit condita; quod sapienter obseruat S. Augustin. 2. de Trinit. c. 6. loco commemorato. Quare petra, quæ Christum significabat, nõ ita illum referebat, vt esset Christus in petra, quia non ad hoc fuit condita, vt illũ exprimeret; neque lapis quem erexit Iacob in titulum & vnxit, vnctionẽ Christi prædicens. Cum autem in externa apparitione ad hæc ipsa effecta reperiatur simul missio diuinæ personæ ad sanctificandũ, illa est missio visibilis diuinæ personæ. Vnde colligit S. Thom. signa sacramentalia non significare personam diuinã missam, quia non ad hoc condita sunt, sed anteà extabãt.

Genes. 28.

D. Thom.

6.
De apparitione.
S. Augustin.

Et quidèm de visione, qua diuina persona apparet, rectè ait S. Augustin. cap. 6. lib. 2. *Non ita* (inquit) *vt appareret eius ipsa substantia, sed vt exterioribus visis hominũ corda cõmota, à temporali manifestatione venientis, ad occultã æternitatẽ semper præsentis conuerterẽtur.* In visione igitur sensibili persona diuina non aduenit loco, quia iam occultè est præsens, sed in loco ostẽditur. Et ita nulla nouitas est in rebus, nisi sola ostẽsio sensibilis, qua quidem nõ sit conspicabilis ipsa essentia diuina, vt perspicuũ est, sed tantummodò significatur signo illo conspectui obiecto. Missio autẽ visibilis adijcit ad hoc signum nouitatem, qua Deus est in nobis per gratiam, quia missio est secundum gratiam. Et ad hoc potest referri, quòd persona missa dicatur aduenire, quia nouo illo modo est in nobis. Quamobrem Spiritus Sanctus, etiãsi non moueatur loco, dicitur tamẽ signo visibili mitti & aduenire, non quia signum illud loco aduenit, sed quia in signo illo visibili ipse Spiritus significatus mittitur ad nos, vt sit denuò in nobis per gratiam.

Visio, seu apparitio solum est noua ostensio sensibilis.

Missio addit nouitatem qua Deus est in nobis per gratiã.

Videtur autem dicenda esse visibilis missio, & apparitio quocũque sensu signum illud percipi possit, nam sensus rei præsentis visio quoque dicitur. Quare Heliæ apparuit Deus in sibilo auræ tenuis. Et confirmatur auctoritate S. Augustini, qui affirmat Spiritum Sanctum missum fuisse, nõ solùm in columba, sed in flatu; flatus autem percipitur tactu, & auditu, si vehemens sit. Ergo quoties signum aliquod sensibile ad hoc solùm est potestate conditoris effectum, vt manifestet diuinam personam, aut Trinitatem totam visio est, & apparitio; & cum persona illo signo indicata mittitur ad sanctificandum, missio est visibilis.

7.
Aduert. Dicitur esse visibilis missio, & apparitio quocunq; sensu signum exterius percipiatur.

3. Reg. 19. S. Aug.

8.
2. Resp. Potest condi diuinã personã mitti ad nos secundum locum, non ratione diuinæ naturæ, sed ratione creatæ in qua apparet.

Probatur.

His tamen non obstãtibus non video quare formidandum sit concedere diuinam personam mitti ad nos secundum locum, non ratione diuinæ naturę, sed ratione creatæ naturæ, in qua apparet. Neque enim negari potest diuinam personam ratione creatæ naturæ venire ad nos secundum locum; ergo etiam secundum locum mittitur ad nos, scilicèt, vt dicatur esse in loco ratione creatę naturæ, in qua apparet. Valent ergo ea, quæ hactenùs disputauim' ad hoc, vt intelligamus diuinam personam non mitti ad locum principaliter, quasi destinatum ad illum locum, sed benè mitti ad locum ratione apparitionis in illo loco, scilicèt, vt sanctificet homines in eo loco existentes. Ideò enim venit spiritus vehemens irruens in domum, vbi erant Apostoli sedentes, & columba ad Iordanem; vt sub his speciebus Spiritus Sanctus diceretur etiam missus ad ea loca, scilicèt ad Christum, & ad Apostolos in illis locis existentes.

Iuxta hęc explicatur tradita n. 3.

Omnia & singula, quæ in hoc volumine scripsimus, sanctæ Romanę Ecclesiæ censuræ subijcimus, & virorum doctorum correctioni.

FINIS, LAVS DEO.

INDEX RERVM,

QVÆ IN HOC VOLVMINE continentur.

Numerus paginam indicat, litera columnam.

A.

A, Particula. Vide verbo, Præpositio. Filius.

ABAILARDI

1 Hæresis confutatur. pag. 307. a. 308. b.

ABSOLVTVM,

Vide verbo Accidens, Subsistẽtia. Relatio.

1 Absolutum, & relatiuum, seu esse ad se, & ad aliud sunt primæ differentiæ entis, & rationes formales diuersæ, ac proindè sibi non intimæ re eadem, & conceptu eodem. 552. a. 1178. a.
2 Absolutæ rei conceptu relatio non intelligitur. 552. a.
3 Ad absolutæ rei definitionem relatio aliquando pertinet, quia definitio est opus intelligentis. 552. b.

ABSTRACTIO.

V. Analogia. Attributum. Deus, Ens, Relatio.

1 Alia vniuersalis, alia formalis. 153. a. 562. a. 1193. b. Item alia negatiua, alia præcisiua. 1194. a.
2 In abstractione vniuersali non manet particulare: in formali manere potest subiectum à quo fit abstractio. 1193. b. V. Hypostasis.
3 Abstractio quædam quasi formalis est qua differentia abstrahitur à genere. 227. a 564. b. 565. a. 1183. a. 1184. b. V. Relatio.
4 Abstractio intellectus est in qua vnum non continetur in conceptu confuso alterius. 1194. b.
5 Abstractio vniuersalis imperfectissima est quãdo nullo modo coniungitur cum formali. 1230 b.

ACCIDENS,

V. Angelus, Existẽtia. Materia. Subiectum, Suppositum.

1 Primò prioritate naturæ est in subiecto per vnionem, secundò existit in illo: anima rationalis è contrà. 566. b.
2 Accidens prius natura producitur etiam dependenter à subiecto quam fit in illo, seu vniatur. ibid.
3 Accidentia, quæ in materia corrupta præexiterunt non manent in genito. 792. a.
Non pendent à forma substantiali geniti vt à subiecto, vel parte subiecti, nec vt à causa conseruante efficienter, nec vt à conditione sine qua non existunt. 792. b.
4 Accidens à subiecto non potest sustineri solum vt à substante, sed insuper sustinetur, vt à dante esse. 794. b.
5 Accidentariam formam sustinere indicat maiorem perfectionem in subiecto, quàm sustinere substantialem. ibid.
6 Accidentia dispositiua ordinantur ad formam substantialem, vt ad finem tamen ordine executionis, seu productionis sequuntur illam. ibid.
7 Accidentia in suo esse pendent à subiecto præexistente, & tribuunt esse accidentarium eidem subiecto. 795. a.
8 Accidentia geniti contraria formæ ipsius non producuntur denuò de dispositione materiæ præcedente, siue secundum motum, siue secundum esse permanens. 801. a.
9 Accidentia sensibilia quænam sint. 801. b.
10 Accidentia contraria formæ geniti naturali consequentia producuntur in eo gradu, quem sibi alia inducta intensione agentis reliquerũt, vt fiat eorum mistio, seu temperamentum. 801. b. 802. a.
11 Accidentium contrariorum, seu qualitatum mixtio in genito habet causam finalem bonum vniuersi, imò, & bonum speciei, efficientem verò causam ipsum agens, & formam geniti suo modo. Ibid.
12 Accidentia propria habent indiuiduationem à subiecto in ipso instanti generationis, sicut quantitas. 849. a.
13 Accidentibus proprijs remotis, si noua accidentia similia producantur hæc indiuiduantur vt accidentia communia. Ibid.
24 Accidentia corporea sunt suo modo diuisibiles formæ. 849. a.
15 Accidentia corporea licèt non præcipuè, tamen coniunctione quadam magis intima pendent à quantitate, quàm à substantia. 849. B.
16 Accidentia corporea non possunt inhærere substantiæ sine quantitate. Ibid.
17 Accidentium corporeorum indiuiduatio oritur à substantia quasi à subiecto præcipuo, sed à quantitate vt à subiecto adæquato, & proximo. Ibid.
18 Ad accidentium identitatem inuariabilem per accidens est quòd ista quantitas sit in isto corpore, aut in alio. 850. a.
19 Accidentia corporea non possunt separari à quantitate vlla ratione. Ibid.
20 Accidentium subiectum spectata causalitate naturali est principium proprium indiuiduationis illorum. 850. b.
21 In accidentibus, & in formis diuisibilibus vniuersim materia prima, aut secundæ est adæquatum principium indiuiduationis tam in ortu, quàm in duratione rerum. 851. a. 854.

V. Subiectum.

22 Accidentium principium non solùm propriũ, sed adæquatum est materia secunda signata, scil. substantia indiuidua signata, siue quantitas. 852. b.

23 Accidentia per se sunt producenda causalitate aliqua naturali in aliquo subiecto signato. ibid.

24 Accidentis istius adæquatum principium per se in idea diuina, est hoc subiectum, & si ab eo diuinitùs separari, & in aliud induci possit. Ibid.

25 In accidentibus supernaturalibus hoc subiectum est principium indiuiduationis propriũ, & in ortu, & in duratione, licèt non adæquatũ. 853. a. 854. b. Addita hac designatione iam erit principium adæquatum. ibid.

26 Accidens idem, quod in alio instanti extitit in hoc subiecto, eidem subiecto in hoc instanti diuinitus redire potest. 853. a.

27 Accidentia distincta in alijs instantibus in hoc subiecto producibilia, possunt in eo diuinitùs poduci in hoc instanti. ibid.

28 Accidentia, quantitate excepta, de vno subiecto transferri in aliud est impossibile. 850. 853. b.

29 Accidentia, quantitate excepta, vt & formæ omnes diuisibiles sunt prorsus immersa, ac definita suis subiectis. ibid.

30 Accidentia plura solo numero discreta, siue communia, siue motu acquisita, siue munere distincta non possunt inueniri in eodem subiecto etiam diuinitus. 854. 2. & seq. n. 5. 7. & 9.

31 Accidentia habent à subiecto non solùm in diuisionem in se, sed diuisionem ab alijs. 854. b.

32 Accidens vnum indiuiduum, vt paternitas; species, habitus, scientia, &c. Potest multa munera obire, vt causa efficiens, non vt formalis. 855. b.

33 Accidentium augmentum intensiuum, & extensiuum hoc ipso pertinet ad vnum indiuiduum, quòd vnum est subiectum. 856. a. 857. a.

34 In accidente constituto per differentiam indiuiduam essentialem, quæ sumitur à subiecto, omnis alia varietas solùm indicat reali modo illud esse immutatum. 856.

35 Accidens corruptum non potest iterum produci naturaliter, siue sit permanens, siue motus. 857. b. 858. a. 867. a.

36 Accidens & vniuersim omne ens, quod corruptum est, transit in nihil quoad indiuiduum, & in potentiam quoad speciem. 858. b.

37 Accidens corruptum potest iterum produci diuinitus. Ibid. & 859. a.

38 Accidens iam productum, & posteà corruptum non posset naturaliter produci in ipso instanti, si adhuc esset in potentia. 859. a.

39 Accidentium numerus non variatur solùm propter interitum eorum. ibid.

40 Inter accidentia indiuidua plura nõ est ordo, vt illud sit prius hoc secundum, nisi ad physicam causam, vel causas id reuocetur. ibid.

41 Hoc accidens, vel substantia, & hæc actio coæquata sunt naturali tãtum causalitate. 859. b. Vide Actio.

42 Accidens debitum alteri instanti per actionẽ diuinam, quæ sit in hoc instãti potest produci: non sic per actionem agentis naturalis. 859. b. 860.

43 Accidentium, quæ aliàs intenduntur extensio non est continua, sed sunt plures medi reales de se distincti pluribus motibus acquisiti in accidente eodem. 866. b.

44 Accidentium vnitas quoad speciem pendet à causis efficiẽtibus quoad numerum à materia. 867. a.

45 Accidentium vnitas specifica non petitur à materia, sed à forma. ibid.

46 Accidentia non subsistũt in supposito. 932. b.

47 Accidentia de potentia absoluta possunt coniungi cum natura ante suppositum. ibid. & 984. b. In hoc casu natura in eo priori non erit alba, aut sancta, sed in posteriori, in quo suppositum præsupponitur cum accidentibus coniunctum. 985. a.

48 Accidentia perfecta singulis existentijs sunt affecta, licèt oppositum non sit improbabile. 982. a. & seq. n 3. & 13.

49 Accidens absolutè non est ens, seu id quod est, sed entis ens ob habitudinem ad substantiam; at in se est verè, & formaliter ens. 983, a. 1121. b. Secundo modo datur proportionis analogia inter accidens, & substantiam primo modo analogia attributionis. ibid.

50 Accidentia, præter filiationem, coniunguntur proximè cum natura substantiali, & ea mediãte etiam cum supposito principaliter. ibid. & 1108. a.

51 Accidentia per ipsam naturam pendent à supposito in genere causæ materialis. 984. a.

52 Accidentia pendent à supposito vt existens est in genere causæ tantùm efficientis. ibid.

53 Accidentia eadem, & cum ijsdem suis existẽtijs, absque miraculo manerent in humanitate dimissa à Verbo. 984

54 Accidentium existentiæ proximè fluunt ab ipsorum naturis. 984. b. V. Anima rationalis.

55 Accidentium existentiæ sunt res absolutè ab ipsis distinctæ. 985 b.

56 Accidentium existentias esse eorum actus, vel quasi actus formali distinctione ab ipsis distinctos probabile est. ibid.

57 Accidentia sunt coniuncta subiecto, & sic entia completa suo modo, & determinata, seu incommunicabilia, prius naturà, quàm existant. 986, b. Hoc non asserunt cohærenter, qui non distingunt essentiam ab existentia. 987. a.

58 Accidens non habet esse absolutum, hoc est, quod sit solius accidentis. 1076. b.

59 Accidentaria forma affert existentiam substantiæ præexistenti, secus forma substantialis. ibid.

60 Accidentis essentia in consideratione physica imperfectior est, quàm pars essentiæ substãlis; in consideratione logica è contrà. 1077. a.

61 Accidens definitur optimè ex S. Thoma, id quod imperfectam habet essentiam, cui cum substantia coniunctæ debitum est esse in alio. ibid. V. Generatio.

62 Accidentis ratio formalis non est ponend in inhærentia actuali, vel etiam aptitudinali. a 1077.

63 Accidentis physica ratio vt inhæreat immutata est aliquo modo in Eucharistia. 1077. b.

64 Accidentium singularia carent speciali nomine, & definitione. 1088. a.

65 Accidens in vtraque analogia siue attributionis, siue proportionis est formaliter ens secundum quid, & non ens simpliciter. 1212.

66 Acci-

66 Accidens non est quo aliquid simpliciter est, secùs humanitas. 1221. B.

V. Persona. Dare.

ACCIPERE,

1 Et recipere quomodo inter se distinguantur. 540. a.
2 Accipere accidit per operationem, vel passionem accipientis. ibid.
3 Accipit propriè Angelus naturam non præexistente creatione passiua, sed quia habet naturam à Deo cum nouitate existendi. ibid.
4 Accipit persona diuina naturam per realem processionem antecedentem ordine cognitionis, ac proindè per realem acceptionem. ibidem.
5 Accipientis indigentia, & imperfectiones. 540. B.
6 Accipere, seu habere vitam à Patre non est in Filio posterius, & supponens non habere. ibid.
7 Accipere est analogum in Deo, & nobis. 541. A.
8 Acceptio realis in persona procedente est ipsa professio, & solùm differunt modo intelligendi afferente distinctionem rationis ratiocinantis. ibid. & 542.
9 Accipere significat ad se capere, qui modus significandi est solùm in intelligente. 541. B.
10 Accipere, & dare optimè dici possunt relationes rationis fundatæ in producente, & producto. ibid.

ACCOMMODATIO.

1 Quid sit? 400. A.

ACTIO.

V. Verbum. Relatio, Agens, Voluntas. Terminus. Christi Proprietas.

1 Immanens non est passio, sed actio. 222. a.
2 Actio transiens cur sit in passo distincto re ipsa à principio agente, cuius est propria actio: actio verò immanens non sic. 223. B.
3 In actione immanente non est vera passio, & simpliciter, sed secundum quid scilicet passiua receptio. 224. a. 243. B.
4 Ab actionis subiecto, seu passo vniuersim opus est, vt agens integrum sit re ipsa distinctum. 224. B. 225.
5 Ad actionem suam primam naturalem voluntas est in actu primo per se ipsam, id est, non per formam additam sibi intrinsecam. 225. B.
6 Ad actiones voluntatis naturales intellectus simul cum voluntate concurrit. ibid.
V. Dilectio.
7 Ad actiones liberas voluntatis intellectus non concurrit, sed actio naturalis ipsius voluntatis, quæ præcedit liberam. ibid.
8 Actiones immanentes non sunt qualitates, sed veræ actiones. 226. 227. B. 229. Reuocantur ad qualitatem, imò est in eis aliquid qualitatis, & aliquid actionis. 227. a.
9 Actiones immanentes possunt dici dispositiones, & qualitates significatione communiori, & magis abstracta. 227. a.
10 Actiones immanentes perficiunt subiectum non vt qualitates, seu formæ permanentes, sed vt motus vitales. 227. B.
V. Actus.
11 Inter actionem immanentem, & physicam conuenientiæ. 228. B.
12 Actionis immanentis ratio quidditatiua. Ibidem.
13 Inter actionem immanentem, & physicam discrimina. ibid. & 230. 231.
14 Actionis subiectum extraneum quoduam sit. 229. a.
15 Actiones immanentes quædam sunt tantùm actiones, quædam tantùm productiones. ibid.
16 Per actionem immanentem nihil producitur ad quod ipsa vt ad finem ordinetur. 232. a.
17 Per actionem immanentem nihil produci præter vsum actionis docens Philosophus declaratur. ibid.
18 Per actiones aliquas immanentes producitur terminus. 230. a. 232. B.
19 Actio immanens non producitur per aliam actionem mediam. 233. a.
20 Actio immanens licèt sit forma, est vera actio. ibid.
21 Actio immanens producit terminum, & habitum: item aliam actionem immanentem, vt causa realis non vt productio. ibid.
22 Actio immanens non est simpliciter facultas actiua. 233. B.
23 Actio immanens, quæ producitur actione transeunte potentiæ, in qua non est, habet se ad illam, non vt actio, sed vt vera forma, & effectus. 233. B. 238. B.
24 Actio immanens essentialiter est productio proprij termini, productio verò habitus accidentariè. ibid.
25 Qua actione non producitur proprius terminus, neque habitus producitur. 234. a.
26 Per actiones immanentes, & res productas nulla est actio media. 234. a. Si ibi actio media admittatur non est immanens dicenda. 235. a.
27 Actio est sine motu, passio non ita. 234. B.
28 Actiones, si quæ sunt antecedentes productrices cognitionis, & appetitionis, sunt transeuntes, vel saltem ad transeuntes reuocandæ. 236. a.
29 Non per omnem actionem immanentem producitur terminus. ibid. & 238.
30 Actio immanens vt sic est motus, via, tensio, & latio potentiæ in aliud, scilicet in obiectum. 236. B.
31 Actio immanens, quod producat habitum, vel terminum, vnde accidat. ibid.
32 Actio latiùs patet quàm productio, siue affectio. ibid.
33 Actio videndi, & sic de alijs sensationibus externis, non est productio termini. ibid. & 237. a.
34 Actio videndi Deum in Beatis non est productio Verbi. 237. B. 266. B.
35 Actus intelligendi essentialis in Deo non est productio Verbi essentialis. ibid. & 297. B.
36 Per actionem intelligendi producitur Verbum, per dilectionem amor. 238. B.
37 Actio immanens est pura actio, sed non est pura productio, imò est productio minus principaliter, & analogicè. 242. a.
38 Actio immanens potest esse successiua, & itendi successiuè, & potest existere in instanti. 243. B.
39 Actionis in genere propria ratio est, vt sit progressio ad aliud. 244. a.
40 In actione siue immanente, siue transeunte est vniuocatio ex parte potentiæ: ex parte termini est æquiuocatio, in termino, quo est obiectum, & in termino, qui est effectus. 244. B.
41 Actio ex genere suo habet quasdam affectiones cum qualitate communes. 245. A.
42 Actione immanente non habente terminum

agens, quanuis nihil efficiat, aliquid tamen agit dum vertitur suis actibus. 245. B.
43 Actio immanens ex genere suo non est dependentia. Ibid. Est via, seu progressio, sed nõ pura via. ibid.
44 Actione ea, quæ est medium, id, quod sit præstantius est, non verò eà, quæ est finis rei productæ. 246. a.
45 Actiones aliquæ transeuntes, durant propter res productas, in immanentibus è contrà. ibid.
46 Hæc negatiua, Actionis immanentis nullus est terminus, tollit à quauis actione immanente terminum. 246. B.
47 Inter actionis immanentis, & transeuntis terminos duplex discrimen. 250. B.
48 Actiones illæ immanentes, quæ terminum producunt, si sumantur completæ, & actionem, & terminum simul continent. 255. A. Eadem cum in sui conceptu, & vsu terminum includant, si in illum ferrentur vt in obiectum, in se ipsas reflecterent, quod humanum non est, sed angelicum. 261. a.
49 Actio immanens, & similiter potentia, non transeundo extra se tendit metaphoricè in terminum productum, & obiectum, & ita attingit obiectũ in illo termino medio. 245. a. 267. A.
50 Per actionem cum producitur aliquid pertinens ad rationem obiecti, id, quod producitur antecedit actionem prioritate duntaxat rationis. 267. B.
51 Actionem immanentem transeunti omnes anteponunt. 276 Immanentis principium præferendum. Ibid.
52 Inter actiones transeuntes perfectissima est, quæ communicat agentis substantiam. 277. A. Hæc non inuenitur in Angelo. ibid.
53 Actione vna, & eadem homo ab homine producitur; & non communicatur, anima communicatur, & non producitur. 365 a.
54 Per actiones duas specie diuersas, scilicèt generatiuam, & creatiuam potest absolutè idem produci. 423. D. Per illas duas actiones, cur repugnet idem simul produci. ibid. & 534. B.
55 Actio immanens intellectus in nobis nulla est, quæ non sit intellectio: contrà, in Deo eiusmodi actio necessaria est. 438. a.
56 Actio, & passio solùm distinguuntur logicè, id est, solis rationibus formalibus, seu diuersis modis intelligendi. 554. B. 209. a.
57 Inter actionem, & relationem discrimen, & conuenientiæ. 570. a. 688. a.
58 Actio per se terminatur ad hoc aliquid. 780. A
59 Ad actionis vnitatem non est satis vnitas tẽporis, neque mobilis. 851. a. 861. B.
60 Actio, seu motus habet principium actiuum individuationis non proprium, sed commune motorem vnum. 851. B.
61 Actionis, & formæ vnitas non ad vnitatem agentis, quæ est per accidens, sed ad subiectum per se reuocatur. ibid. & 866. B.
62 Actio vna non est necesse, vt sit vnius tantùm agentis, cum in agente non sit. 851. B.
63 Actio, quæ est motus, est ipse fluxus essentialiter habens partes priores, & posteriores suo tempore etiam imaginario dimensas, & essentialiter ab eo dependentes, vnde, quæ transacta est nullo modo reproduci potest. 859. B. 860.
64 Actio instantanea adæquatur suo instanti, & non potest iterari. ibid. V. Accidens.
65 Actiones sunt suppositorũ. 903. a.
66 Actiones, quibus producuntur duæ res modaliter distinctæ, non sunt actiones partiales, sed simpliciter actiones duæ; non tamen simpliciter res duæ, 1001. B.

ACTVS. V. Intellectio Potentia.

1 Non est qualitas, sed est ipsa actio qua producitur habitus. 228. A.
2 Actus immanens non est actus entis in potentia, sed actus perfecti. 228. B.
3 Actus imperfecti quis sit. 243. B.
4 Actus notionales ab essentia non distinguuntur reipsa. 348. a. Non perficiunt potentiam, id est essentiam. 353. a.
5 Actus nomen accommodatum diuinis. 433. B.
6 Actus diuinos licet dicere operationes; item actiones. ibid.
7 Actuum notionalium nomina significant operationem notionalem cum operatione coniunctam. 433.
8 Actus primus & secundus, seu præcipuus potentiæ notionalis sunt inter se connexi ex modo intelligendi, ac proindè definitione. 438. A.
9 Actus notionalis primus, v.c. intellectio notionalis, est operatio essentialis in recto coninncta cum origine in obliquo: actus notionalis secũdus, v.c. generatio, viceuersa. ibid.
10 Actus notionalis secũdus fertur in personam productam in accusatiuo, primus in obiectum, & sic reflectitur in principium. 448. A.
11 Actus vltimus rei metaphysicus est præcipua ratio illius, ac proindè cõcipitur absolutus, vel relatiuus prout res habuerit. 1066. B. 1071. A.
12 Inter actus notionales, & proprietates personarum ordo rationis explicatur. 1195. B.

AD, RELATIVVM.

1 Non est ipsa relatio, sed modus intimus relationis, nec est aptitudo, seu potentia propriè, sed actus, & forma, & aptitudo solùm impropriè, cuius actus sicut & effectus formalis est referri. 567. a. V. Relatio.

AD ALIVD.

1 Inuenitur propriè extra genus, seu in relationibus rationis, non verò ens ad aliud, nec accidens ad aliud. 569. B. 565. B.
2 Ad aliud non est quid communius ente reali, sed quodam genere entis realis, scilicèt relatione reali à qua abstrahitur abstractione formali. 569. a. V. Relatio.

ADIECTIVA.

1 Duo ita coniunguntur vt faciant sensum disiunctum 389 B.

ADORARE.

1 V. Imago, Relatio, Spirator.

AEQVALITAS.

1 Consistit in vnitate indiuisibili. 633. A.
2 Aequalitatis relatio fundata in duobus numeris est realis in opinione distinguente numerũ à quantitatibus continuis: secus in opinione contraria. 633.
3 Aequalitatem cum linea non habet punctus ob defectum magnitudinis 677. B,
4 Aequalitas in diuinis est duntaxat secundum esse absolutum, aliàs esset inæqualitas. 731. A.

AEQVIVOCORVM.

1 Etymologia, & definitio. 1126. B. 1127. a.
2 Aequiuoca consilio sunt media inter æquiuoca, & vniuoca. 1127. A.
3 Aequiuoca consilio non facit, sed casu, qui cõsultò coniungit nomine res non cognatas. 1127. B.

4 Aequiuoca consilio, seu analoga, quænam dicantur. ibidem.

AETERNITAS.

V. Essentia. Prioritas. Processio.

1 Continet differentias temporum per excessū, 499. A. 511. B.
2 AEternitas Dei indiuisibilis, & infinita, ipsa infinitate vna, & eadem est fundamentum coæternitatis inter diuinas personas. 679. A.

AGENTIA.

V. Actio. Existentia.

1 Plura totalia eiusdem ordinis ad eundem effectum non concurrunt saltem per se, sed solùm per accidens. 170. a. Similiter plura agentia libera, & prima. 170. B.
2 Huius axiomatis, Omne agens producit sibi simile, variæ interpretationes. 327 vsq; ad 330.
3 Omne agens communicat formam, per quam agit. 327. A.
4 Agens creatum inferius non instrumentale, sed principale operatur per causam superiorē, 406. B. 412. B.
5 Agens quomodo & ob quam causam sit coniunctum passo. 796. B.
6 Agens materiale in materia indistante, vt producat formam substantialem, satis est esse simul loco negatiuè. ibid.
7 Agens præparat sibi materiam non solùm removendo contraria, sed inducendo accidentia conducentia ad formam gignendam. 797. A.
8 Agens efficit omnem formam per actionem, non tamen efficit omnia per actionem. 807.
9 Agens naturale est determinatum ad vnum secundum speciem, & eadem actione ad vnum indiuiduum, iuxta subiectam materiam. 831. A. 832. A. V. Forma.
10 Agens determinatur per materiam quoad effectum, quatenus ea, quæ sunt ab illo scilicèt ipsa actio, & forma designatur per materiam. 831. B.
11 Agentis particularis virtus non est indifferens positiuè, sed negatiuè, id est non determinata ad vnum solum producendum. ibid. 770. A 771. A.
12 Agens naturale non eleuatum non generat nisi de materia à se ipsa disposita. 845. B. 846. B
13 Agens non est destinatum ad producendum istam quātitatem, nisi in isto subiecto. 848. A.
14 Agens naturale solum immutat res traducēdo de non esse in isto instanti, vel tempore, ad esse in eodem. 860. A. 995.
15 Agens increatum non solùm immutat res in isto instanti, vel tempore, sed toto tempore conseruat, seu perpetuò efficit. ibid.
16 Agens quod producit existentiam, coniungit illam cum essentia. 994. A. 1008. A. V. Existentia.
17 Agens naturale non daret esse rebus, si solùm illud coniungeret. 946. B.
18 In agente existentia est complementum virtutis actiuæ. 995. A.
19 Agens solam formam communicat, in qua sola est assimilatio, tamen producit proprietatem hypostaticam, & existentiam, vt complementum formæ. ibid.
20 Agentia naturalia sunt principalia ad producendas rerum existentias, sicut & essentias, & non solùm instrumenta. 996. B. & seq. n. 2. & 11. 1006. B.
21 Omne agens creatum dicitur instrumentum Dei, quia non est causa totius speciei, & quia est causa motus, seu mutationis. 997.
22 Agens creatum non est purum instrumentum disponens, vel eleuatum. 998. B.
23 Agens increatum non est determinatum ad producendam existentiam in vna sola specie; agentia creata, singula maximè; & ideò agens creatum dicitur determinare existentiā. 1004. B. 831. B.
24 Ab agentibus creatis nullo modo produci existentiam asserentes non cohærenter aiunt ea concurrere actiuè ad determinationem existētiæ. Ibid.
25 Agens naturale mediā forma specifica, vt termino medio operationis producit existentiam. 1006. B.

ALLEGORIA.

1 Allegoria idem est ac longa metaphora. 1241. Pertinet ad sensum literalem. ibidem.
2 Allegoria factis, seu figura hinc est, quando res gesta transfertur ad rem aliam gerendam significandam: allegoria sermonis, quando sermo, vel nomen transfertur ad rem aliam significādam. 1241. B.

ALLOGIANORVM

V. Verbum. Sp. Sanctus.

1 Hæresis. 292. B.

AMICITIA.

1 In quo differat à charitate. 1379. B.

AMANS.

1 Est in re amata. 273. a.

RES AMATA.

1 Est in amante. Ibid. & 273. B. 274. B.
2 Rem amatam esse in amante verius dicitur secundū causam veritatis, quam è contra. 274. a. Vtriusque veritatis fundamentum est in amāte. Ibid.

AMATVM.

1 Quomodo sit in amante. 274. B.

AMOR.

V. Verbum, Voluntas, Spiritus Sanctus. Processio, Intellectio.

1 In creatis distinguitur à dilectione re ipsa. 120. A.
2 Amor apud plerosque est nomen actus, non termini. 120. B.
3 Quòd amor in creatis per dilectionem procedat angelis est euidens non nobis. 25. a.
4 Amoris creati à dilectione distincti necessitas ad diuinum explicandum. 121. a.
5 Amor non est proprium nomen Spir. Sancti. 221. B.
6 Nominis, Amor, vera explicatio, tradita à D. Thoma, quòd amor est res per dilectionem procedens. Ibid. Posset hæc explicatio absque errore negari; item quòd amor propriè sit quid personale. ibid.
7 Amor terminans in appetitu irrationali non ponitur, in dilectione beata ponitur. 250, a.
8 De amore, & dilectione diuina statuitur idem, quod de diuina intellectione, & Verbo. 250. B.
9 Amor per dilectionē procedens quid sit? 269. a.
10 Amor est terminus dilectionis, cuius proindè; cum sit simplex operatio, nullo modo amor est principium. 269. B.
11 Amoris explicatiuę voces. Ibid. & 272.
12 Ad amorem ab appetibili, & ab amore in ipsum appetibile motus circularis. 270.
13 Amor est principium reale, & efficiens desiderij, hoc aliarum operationum. 270. B.
14 Amor quasi altera natura. idid.
15 Amor procedit præcipuè, vt terminus necessarius dilectionis per quam producitur. ibid.
16 Absque amore producto, siue absque actu secundo voluntas est perfectè ipsum diligibile in

actu primo, cum diligit bonum proprium, & necessarium ipsius suppositi. 271. B. Aliàs non est perfectè ipsum bonum diligibile, nisi in actu secundo; siue cum amore producto. 271. a.
17 Amor procedit de dilectione libera; & odium de operatione libera per fugam. ibid. & 250. a. 252. b.
18 In amore obiectū fit perfectè diligibile, sicut in verbo perfectè intelligibile. 271. b.
19 Amor per dilectionem nostram non amatur, sed in amore res obiecta. ibid.
20 Amor est appetitus æquiuocè. 272. a.
21 Amor procedens est etiam in appetitu nostro sensitiuo, in quo est libertas quædam participata. 272. b.
22 Amor trahit potentiam in obiectum, quatenùs est principium aliarum operationum, quibus finem consequimur. 273. a.
23 Amor, qui est dilectionis terminus, in Deo non est essentialis. 299. b.
24 Amor personalis habet ratione essentię, quòd rem amabilem præstet, vt ratio diligibilis. 310.
25 Amor diuinus etiam vt terminus dilectionis est Deus, & infinitus ex proprijs. 310. b. Item ex propria ratione est ipsum diligibile. 311. a. Perperam vocatur materialiter diuinus, vel similis ex subiecto. ibid.
26 Amoris diuini, vt est terminus dilectionis similitudo vniuoca non accidit quasi extranea eius processioni. ibid. V. Processio.
27 Amor non procedit per modum natiuitatis, Verbum maximè. 321. b. Cur non sic procedat. 322. a.
28 Amor licèt non in creatis, saltem in Deo per dilectionem naturalem procedit. 322. a.
29 Amor non procedit per modum naturæ. 326. b. V. Voluntas.
30 Amor procedit similis voluntati, sed non per modum similitudinis. 328. b.
31 Amor etsi procederet à cognitione, vt ab efficiente, non tamen, vt ab exemplari. ibid.
32 Amor etsi procederet à voluntate, & cognitione, non procederet, vt ab vno, seu per modū naturæ. 329. a.
33 Amor à Verbo, seu ab intellectione procedit ex parte finis præcogniti. 379. b.
34 Amor prout significat terminum operationis est nomen personale Sp. Sancti. 1379. a.
35 Amor, dilectio, charitas sunt veluti synonima & propria Spiritus Sancti, quatenùs significant operationis terminum. ibid.
36 Amor etiam vt significat operationem diuinam essentialem accommodatum est Spir. Sancto. 1380. a. Significat etiam amorem notionalem. ibid.

ANALOGIA.

Vide Deus. Accidens, Ens, Substantia. Accipere. Persona

1 Quæ est in conceptu relationis, vt sic, est attributionis secundum intelligentiam tantùm, & est etiam analogiæ proportionis. 566. a. Non est analogia attributionis qualis reperitur inter analoga per se mutuò definibilia. ibidem V. Relatio.
2 Analogorum diuisio in analoga attributionis, & proportionis. 1207. B.
3 Analoga secundum esse, seu inæqualitatis in hac diuisione non continentur. 1208. a.
4 Analogia inæqualitatis non reperitur in conceptu communi nominis: potest inuenire in nomine vniuoco. ibid.
5 Analogorum attributionis definitio, ac diuisio. Ibid.
6 Analogata plùrium ad vnum, vt analoga sunt non rectè dicuntur nomine distincto. 1208. b.
7 Analoga proportionis deducuntur à proportione duarum proportionum. 1209. a.
8 Analoga proportionis quænam sint. ibid.
9 Inter analoga creata attributionis, & proportionis quatuor differentiæ. 1209. b.
10 Analogia vtraque in eodem nomine simul aliquādo reperitur, non tamen semper. 1210. a.
11 Analogia vtraque quando simul reperitur in eodem nomine, prior est analogia attributionis. 1210. b.
12 De analogis opinio Caietani infirmatur. 1210 b. 1211. a. 1212.
13 Analogata attributionis possunt conuenire in conceptu vno. 1211.
14 Analogiæ vtrique siue proportionis, siue attributionis commune est, quòd sit in pluribus conceptibus, & in vno. 1211, 1212. b.
15 Analogum attributionis non significat suum principale significatum duntaxat, sed & alia. 1213. a.
16 Analogum attributionis non significat respectus, qui in attributione cernuntur, licèt aliquis aliquando indicetur. 1213. b. 1218. a.
17 In analogatis minus principalibus, relatio ad principale analogatum indicatur in obliquo. 1214. a.
18 Analogiæ conceptus non est entis, sed relationis cuiusdam. 1217. b.
19 Analogi abstractio est, cum aliquid abstrahitur à rebus analogatis prout conueniunt in analogia sumpta materialiter pro ente, non formaliter pro relatione. 1227. a.
20 Analogia, seu habitudo non est formale definitum per definitionem entis. 1227. b. Est causa vt ratio communis entis possit abstrahi, & definiri. ibid.
21 In analogis vnius conceptus eadem conueniunt, & eadem repugnant. 1235. a.
22 Analoga vnius conceptus aliquando vocantur vniuoca, & analoga plurium conceptuum vocantur æquiuoca, ob vicinitatem. 1238.
23 Analogia dicitur similitudo imperfecta, seu proportionum, sed simpliciter deficit à vera similitudine vniuocorum, seu naturæ communis, 1251. a. 1255. b. 1222.
24 In analogis attributionis non inuenitur abstractio propria. 1253.
25 Analoga quædam proportionis vt principiū, persona, &c. Dicuntur simpliciter de suis analogatis. 1211. a. 1256. a.
26 Omne analogum vnius conceptus etsi sit attributionis est simul proportionis. 1256. a. & 1211. b.
27 Analogia attributionis in diuinis, est singularis, siue alterius generis. 1256. b. 1257.
28 Analogata prima sunt, à quibus cætera nominantur. 1262. B.

ANGELI.

1 Coram Deo oculos obtegentes venerabundi. 17. b.
2 Angeli per suam cognitionem etiā non quidditatiuam euidenter in effectu cognoscunt Deū existere. 27. b.
3 Angelo primo non erat euidenter notum Deū loqui cum ipso in instanti suæ creationis. 46 b. Solùm ex electione consensit mysterijs. ibid.
4 Quòd Angelus in primo instanti creationis ab alio deciperetur, non fuit absolutè impossibile. 47. b.

Amor, Verbū. Accipere, Actio. Forma, Suppositum. Natura.

5 Angelus est imago Dei. 49. B.
6 Angeli quo pacto, & quinam ingrediantur corpora. 70. B.
7 Angeli intellectus est coniunctus cum illius substantia secundum esse intelligibile, & insuper secundū esse naturale. 256.a.258.a.295.B.
8 In angelo notitia quidditatiua sui non est abstractiua, sed intuitiua quidditatis simulq; existentiæ quidditati extrancæ, temporis, &c. 257. a.
9 In cognitione qua angelus Deum contemplatur per suam substantiam hæc gerit vicem speciei imperfectæ. 257. B.
10 In angelis non datur generatio materialis ob eorum perfectionem non substantialis extra materiam ob eorum limitationē. 285.a. 287.a.
11 Angelus etsi eius natura prius producatur, quàm hypostasis, non est dicendus produci simpliciter de aliquo, id est de natura angelica. 522.a. Potest dici secundum quid, id est quoad hypostasim, productus de aliquo, id est de natura angelica producta. ibid.
12 Angelus potest dici esse de natura intellectuali, licèt non producatur de illa, & sic in alijs formis subsistentibus, sed non in accidentibus. 524. B.
13 Angelorum essentiam specificam, si Deus diuidere potest, vt multiplicetur in indiuiduis, ipsa indiuidua potest diuidere vt multiplicentur. 868. B.
14 In angelis si meditaremur veram materiam, cum non esset corporea, per eam non fierent formæ indiuiduæ intra eandem speciem. 869.a 1022. B. V. Forma.
15 Angeli superiores superāt alios naturali cognitione, seu specifica. 873. a.
16 Angeli non transcenderunt ordinem, in quo sunt conditi, vt aliqui homines transcenderūt, quia Deus habuit rationem specierum. Ibid.
17 In angelis, si essent plura indiuidua sub vna specie, daretur specialis preuidentia circa speciem. Ibid.
18 Angeli plures non sunt plura indiuidua logica, seu contenta sub vna specie. 877.B. 873.B. Hoc maximè exagerat diuinam potentiam, dignitatem humanæ conditionis, & diuinam iustitiam. 873. B.
19 Angeli plures possunt dici plura indiuidua ob vnitates formales, quæ in singulis speciebus possunt dici indiuiduæ. 874. a.
20 Angelica forma suo modo ipsa infinitate suà est in diuidua, seu non habens singularia. ibid. & 874. B.
21 In angelis forma ipsa, quæ est principium speciei, est principium indiuiduationis, quæ in eis est impropria. 874. b.
22 In angelis natura eadem specifica nullà addita differentia logicà, est species subijcibilis, & res singularis. Ibid.
23 In angelis natura dicitur indiuidua, quatenùs aduertimus rem conceptam conceptu communi esse hoc aliquid, & non esse aliud. Ibid.
24 De angelorum multiplicatione indiuiduali articuli Parisienses retractati sunt. 876.a. 879. a. V. Binarius.
25 Omnes angeli conueniunt in natura intellectuali, vt in genere. 877.a. 878. b. V. Imago.
26 Angelica natura specifica est species subijcibilis, non autem prædicabilis. 877. B. Non est in natura singulari, sicut Deus non est in hoc Deo, 878. a.
27 In angelis indiuiduum ad speciem non refertur, nec ad genus media specie. ibid. & 879.b.
28 Angeli natura est ad vnum singulare determinata, tamen quatenùs singularitas non est de conceptu illius dicitur illi accidere. 878. b.
29 In angelo vnitas formalis ipsa est vnitas numerica. Ibid.
30 In angelis non differt re ipsa natura generica à natura differentiæ. 879. a. V. Genus.
31 In angelis differentia non est perfectior re ipsa, quàm natura generica, sed solo modo cōcipiendi. Ibid.
32 Angelos qui creati sunt, potest Deus reuocatos ad nihilum iterum creare. 879. b.
33 In angelis natura specifica, nec cogitando potest effici communis pluribus, sed hoc non satis est, vt sit indiuiduum logicum. 880. a.
34 Angelus non operatur intra essentiam, neque intra terminum animæ, scilicet existentiam, sed solus Deus id habet. 1005. a.
35 Angeli non sunt definibiles à nobis secundū speciem, secundum genus maximè. 1270. a.

ANIMA.

1 Anima rationalis est formaliter rationalis, nō tamen formaliter sensitiua, sed est principium formale sentiendi. 144. a.
2 Anima rationalis in ea prioritate, qua est creata ante existentiam totius non habet rectitudinem, nec peccatum. 507. a.
3 Anima si priùs tempore creata infunderetur corpori non esset principium consubstantiale; vnde homo ille potiùs ex ea, quàm de ea diceretur conditus. 528.b. 531. b.
4 In hac hypothesi anima esset terminus formalis generationis, cuius terminus ad quem esset totum, & creationis denuò existentis terminus ad quem esset materia. 531. b.
5 Animæ perfectorum animantium sunt in se ipsis indiuisibiles. 804. a. Sunt per compositum aliquo modo per accidens diuisibiles quantitatiuè, non in se ipsis, sed vt diuisa parte compositi, anima ab ea diuidatur. ibid.
6 Animæ brutorum isto modo sunt ex origine, & natura sua diuisibiles. Anima rationalis est indiuisibilis, & extra corpus subsistens. ibid.
7 Anima eadem est terminus formalis creationis, & generationis diuerso modo. 532. B.
8 Anima rationalis in hypothesi, quòd creetur à Deo præsens materiæ nudæ, non potest illi se ipsam vnire. 813. b. 814. b. 840. b. Item nec in hypothesi, quòd creetur præsens materiæ dispositæ, sed necessaria esset noua actio substantialis Dei. 814. 845. b. Hæc actio vt consequens dispositiones esset naturalis, ex parte causæ efficientis esset supernaturalis. 814. a. Non esset resurrectio, quam expectamus. ibid.
9 Anima rationalis non est pura causa formalis. 818.
10 Anima rationalis prout est subsistens non habet materiam suæ indiuiduationis principium. 834. b. 836. a.
11 Anima rationalis prout informat corpus, indiuiduatur à materia, & ab ea pendet secundū esse compositi. ibid. & 834. b. 899.
12 Animam rationalem sic indiuiduari, & pendere à materia, est causalitatem animæ, scilicet informationem, & effectum eius pendere à materia. Ibid.

V. Accidens, Angelus, Corpus, Existentia, Forma, Essentia.

13 Anima rationalis indiuiduatur à materia signata, vt à principio reali proprio, & adæquato finali. 827.a. 835.a. 836.a.

14 Animæ rationalis causalitas quæ est vna adæquata sicut & effectus formalis, naturaliter pendet ab hac materia signata. 835.a.

15 Anima apperit materiam non vt finem propriè, sed vt medium ad finem, scilicet ad esse compositi, ad suas potentias sensibiles, & operationes. 835.

16 Animæ debitum est suo modo hoc temperamentum, & est cum materia signata connexum consequentia naturali. 835.b.

17 Ab anima rationali per hypostaticam proprietatem materia habet vnitatem hypostasis vltimam; compositum à materia vnitatem indiuiduam naturæ. 827.a.

18 Ad animæ hypostasim, & vnitatem imperfectam materia trahitur; est tamen primum principium perfectæ hypostasis, & vnitatis. 827.b.

19 Anima rationalis à materia in adgeneratione addita pendet secundum informationem, non autem secundum suum esse etiam in genere causæ finalis. 838.a.

20 Animæ rationalis indiuiduatio secundum suũ esse reuocatur ad solam materiam generationis, vt ad causam finalem. ibid. & 846.a.

21 Anima per se ipsam est indiuidua, hoc est nõ per materiam in genere causæ materialis. 846.a. 868.a.

22 Anima Petri separata, est suppositum; licèt imperfectum. 917.a. In ipso corpore est quoquo modo suppositum. Ibid.

23 Anima rationalis separata subsistit, & exist, & est persona imperfecta. 933.b. Prius natura subsistit, quàm informet materiam. Ibid.

24 Anima in quantum pars secundum informationem pendet à corpore, & secundum esse, & operationem à supposito. 934.b. 938.a.

25 Anima separata per se simpliciter subsistit, per se existit, & terminatur hypostatica proprietate, estque persona imperfecta. 933.b. 935.a. & seq. & 939.a. Non est simpliciter hypostasis. 938.b.

26 Anima priùs naturâ subsistit, & est suppositũ imperfectum, quàm vniatur corpori. 935.a. 933.b. 986.b.

27 Anima intra corpus non est simpliciter subsistens, nec suppositum etiam imperfectum, sed solùm in potentia. 935.b. 958.

28 Anima separata non trahit corpus ad suum suppositum imperfectum. Ibid.

29 Anima separata acquirit terminum nouum negatiuè, & quoad essentiam, & quoad hypostasim, vtriusque scilicèt vnione ad cõrpus sublatâ. 936.b. 943.b.

30 In anima separata diuisio quoad modum subsistendi in antecedentia naturæ, cum sit per terminum negatiuum, non repugnat cum coniunctione in eodem instanti temporis. 937.a.

31 Anima Christi prius natura assumpta est, quàm vnita materiæ. 937.a. V. Materia.

32 Animæ secundum esse corporeum materiæ priùs vnita est, quàm assumpta, posteriùs verò secundum esse vegetabile, & sensibile. 937. 933.b.

33 Anima coniuncta corpori habet existentiam per se, subsistentiam modum intrinsecum, & proprietatem hypostaticam. 937.B.

34 Anima rationalis componit, & informat non vt existens, sed vt simplex forma, prout verò præexistit, suam existentiam communicat corpori. 979.a. 988.b. 991.a.

35 Anima rationalis prius est assumpta à Verbo, quàm haberet vlla accidentia. 984.b. Id petit congruus ordo naturæ, non tamen est necessarium de potentia absoluta. Ibid.

36 In anima esse rationale sola ratione distinguitur ab illa, in homine est res distincta ab anima, siquidem est effectus formalis illius. 1024.b.

37 Ab anima eadem, vt à causa formali, plures gradus suo ordine deriuantur ad vnam existentiam conuenientes. 1026.b. 1031.

38 In anima gradus essentiales non sunt formaliter, sed quasi in virtute. 1027.a. 1030.b. 1031.b.

39 Animæ plures in eadem hypostasi esse non possunt. 1031.a.

40 Anima separata non est indiuidua substantia seu non omnino incommunicabilis. 1101.a. Secundum aliquid, scil. prout est subsistens incompletum est incommunicabilis. ibid.

41 Animi nostri finis operatio, atque adeo vita. 230.a.

ANTICHRISTVS

1 Simpliciter dicitur ens abstractione formali non considerando quòd est in potentia, non tamen simpliciter dicitur verum aut bonum, sed tantùm secundum quid. 604.a.

APPARITIONES

1 Diuinarum personarum, seu visiones sæpè ante Christi aduẽtum factæ sunt per angelos. 1417.b. 1418.a.

2 Apparitiones diuinarum personarum ipsis attribuebantur, quarum nomine angeli apparebant. 1418.a.

3 Apparuisse Patrem nunquam ante Christi aduentum, probabile est; sed bene Filium, & Spiritum Sanctum. ibid.

4 Apparitiones personarum ante Christi aduentum non vocantur missiones. 1418.b.

5 Apparere, seu videri in loco solum est manifestare se ibi; mitti est venire de nouo, seu aliquid denuò peragendum. ibid. & 1420.a.

6 Ad apparitionem requiritur forma sensibilis sensu externo quolibet, & vt hæc forma ipsam personam apparentem declaret. 1420.

APPETITVS.

1 Appetitus primi circa primum appetibile eppe ratio est necessaria, & ratio totius libertatis consequentis. 486.a. V. Amor. Bonũ. Materia. Intellectus.

2 Ex appetitu naturali finis ad quem voluntas est determinata, libera manet ad eligenda media. 489.b.

3 In appetitu nostro ratio formalis appetendi non ens, est ens & bonum. 613.b.

APTITVDO.

1 Aptitudo naturæ communis non est modus realis, & extraneus. 756.b.

2 Aptitudo si est realis, & modus entis, non potest effici, vt existat per operationem intellectus. 757.a.

3 Aptitudinis quæ est in natura communi actus, scil. esse in pluribus, ac proindè ipsa aptitudo, non est realis, nec vnius naturæ. 755.b. 773.b.

ARGVMENTA.

1 Argumẽta tanti facere non debemus vt ob eorum difficultatem à Doctoribus Ecclesiæ dissidendum sit. 446.b. 1166.a.

ARISTOT. 1 Aristoteles cur libros suos Metaphysicos inter Auscultatorios recensuit. 2. 2.

ARITHMETICA.

1 Arithmeticæ materia est vera quantitàs realis discreta. 194. 2.

1 ARRHA. V. Spiritus Sanctus.

ASSVMPTVM.

1 V. Anima. Humanitas. Natura.

ATTRIBVTVM.

V. Continētia. Deitas. Distinctio. Enuncia-tio. Infinitas. Sapientia.

1 Attributum nomen antiquum inter scholasticos. 124. b. Significat ex vi impositionis omnem perfectionem, quæ est formaliter in Deo. ibid.

2 Attributorum nomine non continentur perfectiones simpliciter quæ pertinent ab substantiam Dei. 125. 2.

3 Attributa quamuis sint substantiæ, à nobis intelliguntur quasi affectiones, & quasi rei existentis ornamenta. Ibid.

4 Attributi definitio à Richardo tradita approbatur. Ibid.

5 Attributum & perfectio simpliciter non sunt synonima. 125. b.

6 Attributum quid significet formaliter, quid de connotato. ibid. & 136. a.

7 Inter attributa recensenda etiam ea, quæ per fidem de Deo cognoscimus. ibid.

8 Attributis esse diuinum non est annumerandū. Ibid.

9 Inter attributa qua acceptione computetur vita, qua non. 126. 2.

10 Attributa diuina realiter distingui hæresis Gualteri, & SeegKij. 127. 2.

11 De attributorum distinctione plura loca Scoti variè & incerte loquentis, expenduntur. 127. 1106. b.

12 Inter attributa Scotus vbi negat distinctionē formalem & simul concedit non identitatem formalem secum pugnat. ibid.

13 Attributa sunt in Deo formaliter. 128. a.

14 Attributa non distingui distinctione formali quæ re ipsa insit est euidens ratione naturali. 128. 131.

15 Attributa non distinguuntur ab essentia eadē ratione, qua existētia non distinguitur. 129. a.

16 Inter attributa, & essentiam distinctionis formalis actualis ex natura rei, simulque summæ vnitatis, & identitatis realis assertores secum pugnant. 130. a.

17 Attributa non distinguuntur formaliter ex natura rei, distinguuntur tamen rationibus formalibus. 130. b.

18 Attributorum distinctionem re ipsa asserere est suspectum in fide. 132.

19 Attributum vnum ab alio in hac, Deus intelligit per voluntatem, & non per intellectum, remouetur per negationem, quæ est in sola mente, seu in signo, id est in propositione. 133. b. 745. a. Ea negatione verè significatur diuersa ratio concepta. Ibid.

20 Attributorum distinctio sit ne ex natura rei, an rationis, nihil refert ad veritatem eiusmodi propositionis. 134. 2.

21 Attributi vnius ratio non est ratio alterius ante omnē considerationem intellectus. 134. b.

22 Cauendum ab hac ambigua, Attributa intrinsecè sunt plura fundamentaliter tamen. ibid.

23 Ratio, qua attributa plura in essentia omnino vna intelligimus, explicatur. 135.

24 Attributorū numerus non est infinitus. 138. a.

25 Attributa ordine quodam cōsequuntur. ibid. 1196. Ducuntur à gradibus rerum. 138. a.

26 Attributa 12. S. August. numerat, sed plura sunt. 138. a.

27 Attributa non distinguuntur sola ratione cōcipiente, seu non sunt synonima. 138. B. Distinguuntur ratione concepta, distinctione quæ fit in solo intellectu. 139 B.

28 Inter attributorum præcisionem per intellectum, & abstractionem naturæ genericæ à differentia specifica duplex discrimen. 140. A.

29 Attributorum distinctio est distinctio formalis eminentèr, non verò formalis ex natura rei. 140. B. Minùs rectè dicitur formalis virtualis. 141. Aptè dici posset actualis eminentèr. ibid.

30 In attributis non est distinctio modalis etiam eminenter. 141. B.

31 Attributorum definitiones sunt potiùs nōminum interpretationes, quàm veræ rei definitiones. 147. A.

32 Attributi vnius definitio potest negari de alio vnde in Deo intellectus est voluntas, non tamen est facultas appetens. 147. B.

33 Attributorum multitudo non est multitudo realis, seu rerum, neque multitudo intentionū logicarum, sed obiectorum pluribus conceptibus cognitorum, atque denominationum. 149. A. V. Deus, Sapientia.

34 Attributa in essentia diuina continentur non in potentia, sed actu nec vt in toto vniuersali, sed vt in toto definibili. 153. B. V. Essentia.

35 De attributis Scoti sententia, ea non claudi in ratione formali essentiæ, impugnatur. 154. A.

36 Ab attributis cum essentiam distinguimus, adhuc Deus, vt Deus est formaliter, & essentialiter sapiens. 156. A. V. Deitas.

37 Attributum vnum non est de conceptu alterius etiam confuso. 157. B. 1191. B.

38 In attributi vnius etiam vt infiniti definitione propria non cōtinentur alia attributa. 158. a.

39 Attributum quodlis, v. g. sapientia, per se formaliter est infinitum. ibid.

40 Vt attributum vnum includat in suo conceptu aliud media essentia, nullus est ordo cognitionis. 160. A.

41 Attributorum infinitates multæ antecedunt existentiam, si consideretur vt actus vltimus; si absolutè, vt est ipsa essentia, infinitas, vtpotè negatio, consequitur ens. ibid.

42 Attributum vnum non potest dici proprie esse in alio. 162. A.

43 Attributa hæc, memoria, intellectus, & volūtas, sunt in se inuicem, quatenus sibi inuicem sunt obiecta. ibid.

44 Si id solum, quod vnius attributi, v. c. sapientiæ, nomine significatur, Deus esset, esset imperfectus, seu deessent illi aliæ perfectiones. 163. A

45 Attributa late dicta cognosci non possunt nō cognitis creaturis. ibid.

46 Ex attributis præsertim ea quæ respiciunt creaturas non possunt intelligi, non cognitis creaturis. 163. B.

47 Attributorum cognitio non pendet in repræsentando ipsa à cognitione perfectionum creatarum similium. 164. A.

48 Attributorum secundum se cognitio non pendet etiam causaliter à creatura, sed solùm quatenùs intellectus noster pendet à phantasmate. 164. b.

49 In attributis distinctio rationis non necessariò petitur à rebus creatis. Ibid.
50 Attributi diuini conceptus licèt sit deductus à perfectione creata ab eaque etiam vnus procedat, potest solam diuinam perfectionem repræsentare. ibid.
51 Attributorum distinctio realis, qua censura improbatur. 126.b. 204. a.
V. Distinctio. Enunciationes.
52 In diuina essentia est attributum, quòd sit, vt species intelligibilis impressa, reiectis imperfectionibus. 295.b.
53 Attributum in Deo nullum est, quòd sit, vt Verbum quoad rationem medij inter intellectionem, & rem intellectam. 295.b 296.a.
54 Inter attributa an sit, diuinam essentiam esse per se primò diligibilem ex parte obiecti, & an sit attributum, quod nomine primæ bonitatis indicatur. 299. b.
55 Attributis annumeranda est ex coniunctione essentiæ diuinæ cum voluntate ipsius voluntatis propensio naturalis ad essentiam intelligendam, quæ æquiparatur speciei impressæ in intellectu. 303. b.
56 An sit attributum, quòd nomine primæ veritatis indicatur in essentia diuina, quòd ipsa sit vt Verbum, quatenus hoc est forma intelligibilis repræsentans res, & intellectioni obijciẽs, vt terminus illi occurrens. 296. b. 297. a.
57 Attributa dum distinguimus, non attributiones rationis, sed Deitatem ipsam distinguimus. 740. a.
58 Attributum, seu ratio formalis iustitiæ, v.g. est re ipsa iustitia sub conceptu tamen iustitiæ definito. 740.b.
59 Attributorum nomina positiua si attendantur res significatæ dicuntur de Deo propriè & formaliter, 1246.a. Hæc nomina, sapiens, iustus, sic de Deo dicuntur proprie vt contrarium sit error in fide. 1246. b.
60 Attributorum nomina positiua, quamuis propriè significent res diuinas, hoc est sine metaphora, tamen non significant illas per similitudinem propriam. 1247. a.
61 Attributorum nomina simpliciter & propriè significant res diuinas. 1247. b.
62 Attributa formaliter sunt in Deo. 1249.b.
63 Attributorum nomina prius dicuntur de Deo quàm de rebus creatis. 1257, b. & seq.

AVTOTHEANA.

1 Autotheana hæresis confutatur. 278. In ea Caluinus. 278. a.
2 Autotheos filius non est dicendus, nisi cum explicatione. Ibid.
3 Pater rectè autotheos dici potest. 278. b.

B.

BEATI.

1 Beatorum conceptus de diuina natura pleres sunt. 1275. a. V: Deus.
2 Beati verè intuebuntur id quod hoc nomen Deus, vsu proprio nominis non declarat. 1275. b. V. Cognitio. Distinctio.
3 Beati vident essentiam diuinam per ipsam essentiam, non verò in Verbo cognito quasi in medio intelligibili ab ea distinctio. 858. a.
V. Actio.

BENEFICIVM.

1 Beneficium Deitatem appellare non licet. 8.b.
1 D. Bernardus, V. Rhemense Concilium.

BINARIVS.

1 Binarius in angelis significatur, & concipitur ad modũ simplicis formæ, seu mẽsuræ talis. 195
2 In binario quanto inuenitur forma significata per nomen, in binario angelorum non sic, sed per modum vnius significantur multa. 570.b.
3 Binarius est nomen æquiuocum, vel analogum duorum conceptuum. 570. b.
1 Bonitas. V. Attributum.

BONVM.

1 Bonum non addit enti aliquid absolutũ, nec aliquid absoluto, & relatiuo commune, nec relationem realem. 594. a.
2 Bonum addi enti relationem, aut rationis, aut saltem abstractam à reali, & rationis. Ibid.
3 Boni relatio non est omnino eadem, quæ est perfecti. Ibid.
4 Nec boni relatio, nec perfecti est relatio totius seu integri ad partes. 595. a.
5 Si boni relatio est relatio totius, hæc relatio conuenit essentiæ, & non respicit essentiam, sed partes. 595. b.
6 Bonum vt & aliæ passiones entis non conuertitur cum ente denominatione ab aliquo reali addito, sed conuertitur per identitatem cum ente. 596. a.
7 Bonum formaliter est vna conuenientia, eaq; omni enti communis, non hæc vel illa indeterminata. 596. b. Item non est causa, aut effectus boni. Ibid.
8 Bonum formaliter addit enti relationem ad voluntatem. ibid.
9 Boni relatio est prior relatione appetibilis, hæc relatione finis; quare ab vtraque distinguitur. 597.
10 Bonum est, quod est diuinæ voluntati conforme, siue per identitatem, siue vt mensurabile prima bonitate. 598. a. 599. a. 603. a.
11 In bono, & vero plura similia, & plura dissimilia. ibid. & 599 b.
12 Boni relatio occulta, & anomina nuncupatur nomine alieno; & cõmunissimo mensurabilis. 598. a.
13 Bonum est passio entis. 598 b.
14 Bonum est in rebus, de creatis intellige, quia perficit secundum esse naturale; verum in intellectu, quia perficit secundũ esse intelligibile. 599. b. 600. b.
15 In bonum & verum appetens & intelligens diuersimodè ordinantur per potentias, quod etiam ad potentiarum differentiam pertinet, 600, & 601. a.
16 Bonum in voluntate ante operationem suam non est etiam secundum esse diligibile, sed est in rebus secundum esse naturale mouens finaliter: & ante operationem verum est in intellectu secundum esse intelligibile per speciem impressam. 601. b.
17 Bonum præcipuè dicitur de conformitate rei cum voluntate, verũ præcipuè de confirmitate intellectus cum re. ibid.
18 Bonum indicat esse intentionale, & præcipue esse naturale, quod est ratio appetendi; verum duntaxat indicat esse intentionale. 602. a.
19 Bonum est ens in quantum existens, verum est ens præcisè. ibid.
20 Bonum absolutè pro ratione boni est obiectũ intellectus, Bonum alteri, hoc est coniunctum cum ipso appetente est obiectum voluntatis. 602. b.

V. Materia. Perfectum. Ens. Appetitus.

V. Ca

V. Cad

V. Acci
tio, Age
cipium,
tas.
Anima.
Causali

21 In

21 In hac, Solus Deus est bonus per essentiam, duplex sensus, per essentiam, ex parte prædicati. 603. b. V. Deus.
22 Tres modi quibus solus Deus est bonus per essentiam. ibid.
23 Bonæ per essentiam creaturæ non sunt in vllo sensu, nisi secundum quid. 605. a. V. Essentia.
24 Bonum duplex, bonum absolutè, & bonum relatiuè. 610. a. V. Materia, Forma.
25 Bonum absolutè, & in se ipso, seu per informationem, est illud, cui bonum optatur: Bonum relatiuè est id quod alteri optatur. ibid.
26 Bonum perfecto superaddit relationem ad appetitum. 610. b.
27 Bonum & perfectum simpliciter enti simpliciter, seu substantiæ addit etiã accidentia. ibid.
28 Bonum formaliter non dicitur; nisi id, quod est in re ipsa. 611. a.
29 Bonum rei non est extra rem, nisi solùm causaliter. ibid.
30 Boni nomine audito, non verò entis, voluntas excitatur propter significationem boni, vt est voluntatis obiectum in actu exercito, ab intellectu animaduersam, & cum voluntate collatã. 614. b.
31 Bonum in recto significat quid commune absoluto, & relatiuo, & in obliquo relationem. 614. b. 615. b. Sic perfectum.
32 Bonum, vt perfectum est relatum secundum dici, seu nomine tenus ad subiectum; vt bonũ, respicit voluntatem 615. a.
33 Boni transcendentis ratio propriè non est conuenientia honesti cum ratione, & delectabilis cum sensu, sed est ipsum obiectum voluntatis. ibid.
34 Bonum in potentia, & in actu, sicut finis in intentione, & executione. 615. b.
35 Bona actu res non est, dum non expetitur saltem à Deo. ibid.

C.

CADAVER.

V. Calor. 1 Cadaueris forma quòd suapte natura afferat secum qualitates similes ijs, quæ erant in carne viuentis difficile est credita. 801. a.
2 In cadauere permanere calorem conseruatum ab spiritibus vitalibus calidissimis non est incredibile. 800. b.

CALOR.

1 Calor in aqua simpliciter imperfectio. 605. b. 612. a.
V. Cadauer. 2 Calor vt octo via interitus, & in tempore præcedente inuenitur, in aere, de quo fit ignis, & sic de alijs dispositionibus. 800.
3 Calor vt octo est proprietas ignis, id est eo gradu non inuenitur in alio, intellige in instãti signato, & via ortus. ibid.

CAVSA.

V. Accidẽs, Actio, Agens, Principium, Prioritas. Anima. Forma. Causalitas. 1 Causa est minus communis quàm principium etiam in creatis absolutè loquendo. 338. b. 340.
2 Causæ, & effectus conditiones. 338. & 339.
3 Omnis causa vel habet esse distinctum ab effectu, vel diuerso modo participatum. 339. a.
4 Causæ definitiones. 339. b.
5 In causa efficiente ad causandum, quia communicat esse suum, quod habet, necessaria est existentia. 507. a.
6 In causa materiali, & formali ad causandum non requiritur earum existentia, sed productio duntaxat extra causas. ibid. 510. a. 977. a. 988. b. 991. a. V. Anima.
7 Causa efficiens vt sic non est posterior suo effectu. Ibid. 993. b.
8 Causa propriè dicta existit simul cum effectu, id est in eodem instanti. 798. b.
9 Causa impropriè dicta, quæ est ipse motus, satis, vt sit simul cum effectu, id est in eodem tempore, ita vt inter effectum, & motum nullum tempus sit interiectum. Ibid. V. Dispositio.
10 Causa materialis formæ non est necesse vt sit subiectum ea informatum. 803.
11 Causa materialis recipit esse non simpliciter, sed esse hoc istius speciei, formalis dat esse solum per hoc, quòd facit capax existendi. 988. b. 1005. V. Forma.
12 A causa eadem etiam formali deriuari possunt plures effectus suo ordine. 1031. b. V. Anima.
13 Causa nomen, prout significat quatuor genera causarum, potius analogum, quàm vniuocũ. 1254. V. Nomen.

CAVSALITAS.

1 Causalitas materiæ non est quid sola ratione ab ea distinctum, nec sola relatio ei adiecta. 840. b. Non est actio vt pendens à materia, & vnio succedens 805. a. V. Materia, Receptio, Actio. Anima.
2 Causalitas materiæ est modus realis additus materiæ alius, vel alius prout hæc, vel illa forma in ea recipitur, qui modus est recipere actu, seu actualis receptio materialis. 805. b.
3 Causalitate hac media recipitur, & pendet à materia actio generantis, & quidquid in materia est, quod non sit ipsa receptio, seu dependentia materialis. 805. b. 806. a. 807. b.
4 Causalitas materialis non est actus quasi informans, sed est potẽtia in actu exercito 807. b.
5 Causalitas materialis non oritur effectiuè à vi, aut energia effectiua materiæ indita, quæ nulla est. 806. A generante siue agente oritur in materia prima, & secunda. 806. b. & 852. a.
6 Causalitas, qua materia secunda scilicèt substantia completa cum accidentibus coniungitur, si non est modus substantialis, saltem non est actus inhærens, & similis est causalitas materiæ primæ. 808. a.
7 Causalitas, qua materia sustentat accidentia non est eadem, qua compositum accidentia, nec eadem qua materia recipit formam. 808. b.
8 Causalitas materialis aliquo modo eadem est ad formam, & ad compositum. 809. b.
9 Causalitas formalis non est vnio partium. 811. a. 812.
10 Causalitas cum sit ipsa ratio causandi non potest esse eadem in diuersis generibus causæ. 811. a.
11 Causalitas materialis producta est ante formam: vnde non est eadem cum illa. Ibid.
12 Causalitas formalis est veluti actus secundus, & operatio formæ. 812. a.
13 Causalitas formalis non est esse indiuisum ex forma, & materia compositum, cum hic sit effectus formæ. 812.
14 Causalitas formalis est modus realis formæ consequens illam 816. B.
15 Causalitas hæc materialis, sicut & hæc actio, indiuiduatur per materiam, siue primam, siue secundam, 852. A.

COELVM.

1 Cœlum productum est simpliciter de nihilo, secundum quid de materia producta. 522.A.

V. Materia, Forma.

CENSVRA.

1 A censura abstinet Auctor in referendis recẽtionibus ob rationes notandas. 1161. Vide Spirator, Attributum.

CHRISTVS.

1 Christus non desijt esse in triduo, licèt desierit esse homo. 905.

2 In Christo fuit electio obediendi præcepto moriendi pro nobis, quæ potuit non esse in sensu diuiso, si præceptum non esset. 401.

3 In Christo natura humana ad propriam personalitatem habet solam propensionem habitualem in genere causæ materialis, quæ non sufficit ad violentiam. 899.A. 922.B. & seq.

V. Anima, Apparitio, Humanitas. Imago.

4 Christi actio cum omni modo reali actionis est à tota Trinitate, cum modo actiui principij est à supposito humanitatis. 905.

5 Christus quamuis sit Deus, & homo, non tamẽ est aliud & aliud. 1309.A.

6 De Christo non prædicantur contradictoria, bene quidem contraria vt mortalis, & immortalis. 1348. A.

CIRCVMINSESSIO.

1 Circuminsessio, seu vnitas, & immanentia qua personæ diuinæ sunt in alterutris per essentiam explicatur. 1239.& seq.

2 Circuminsessionis, seu immanentiæ plures modi. Ibid. V. Deitas, Pater, Persona.

3 Circuminsessionis, seu immanentiæ modus assignatus à Scoto improbatur. 1295. A.

COGNITIO.

1 Cognitio naturalis euidens quæ scientiam parit, fidem euacuat. 25. A.

V. Angelus. Trinitas. Distinctio.

2 Cognitionem rerum quæ sunt supra naturam dæmones à nobis accipiunt. 25. B.

3 Cognitionem Trinitatis euidenter potest Deus sola euidenti attestatione infundere citra visionem suæ essentiæ. 36. B.

4 Cognitio euidens in attestante non facit beatum. 38. B. Non permittit fidei assensum obscurum. 39.

5 Eam nullus purus viator habuit de B. Virgine secus dicendum. 42. 43. V. Maria Virgo.

6 Cognitio nostra licèt sit ens perfectius quàm leo cognitus, tamen deficit ab ente quatenus est duntaxat loco leonis. 638. A.

7 Cognitionis diuinæ triplex via. 122.A. 1246. A. 1245.A. Quinque aliæ viæ. 1245.B.

8 Cognitio præstantior est absque medio si absque medio res possit cognosci. 266, B.

9 Cognitio abstractiua potest esse tam perfecta vt intuitiua, sicut in angelis patet. Ibid.

10 Cognitio intuitiua est rei præsentis formaliter vt præsens est. 406. B.

11 Cognitio personarum & creaturarum in Deo scil. nostro modo intelligendi esset secunda, prima cognitio esset inadæquata suæ speciei, scil. essentiæ diuinæ. 464. B. Ipsa species diuina esset similitudo creaturarum, si ab illa vt est similitudo essentiæ non procederet creaturarum cognitio. Ibid.

12 Cognitio creaturarum in Deo naturalis necessariò coniungitur cum comprehensione essentiæ, non sic earum visio. 471.

COMMVNICARE.

Actio, Deus. 1 Communicare se ad extra non est perfectio Dei necessaria, ad intra maximè. 288, b.

2 Communicatur natura diuina per hoc ipsum, quia persona producitur in natura eadem. 531. 2.

COMMVNICATIO.

1 Communicatio idiomatum fit nominibus concretis, quæ indicant subsistentiam. 941.b.

COMMVNE.

1 Commune significat relationem rationis etiã in Deo. 770. b

2 Communia, vt genus, vel materia, per se nullo modo constituunt; addita differentia, vel forma constituunt secundum quid. 1139.a.

3 Communia priùs constituunt, quàm propria. 1139. b.

COMMVNITAS.

1 Communitas naturæ diuinæ est relatio rationis ad personas. 110. b.

2 Communitas realis in solo Deo reperitur. 207. b. 747. a.

COMPOSITIO.

1 Compositio realis omnis est ex quibus, nulla cum quibus tantùm. 897. b.

V. Gradus. Persona, Causalitas

2 Compositionem affert ordo dependentiæ, ordo originis potiùs distinguit quàm coniungat, seu componat. 112. b.

3 Omnis compositio etiam rationis constat potentia passiua vel quasi potẽtia passiua, & actu. 1107.

4 In compositione reali, partium in toto continentia est potentia passiua impropriè. 1108. b.

V. Anima, Materia.

COMPOSITVM.

1 Compositum vnum quid dicatur. 211. b.

2 Compositum antecedit existentiam, quia non fit suppositum per illam. 989. a.

3 Compositum est ex pluribus rebus simul positis conflatum siue sint actus, & potentia; siue non sint vt natura, & proprietas, vel partes integrantes. 1106. V. Constitutum. Persona.

4 Compositum est ens quasi perfectum ex pluribus quorum singula non sunt perfecta. 1107.a.

COMPREHENSIO.

1 Comprehensio. V. Verbum.

V. Attributum Deus, Essentia. Nomen. Persona.

CONCEPTVS.

1 Conceptus vnus potest esse plurium per modum vnius, scilicet vnius rei in recto, & aliorũ in obliquo. 1223.a. V. Ens.

2 Conceptus vnus absolutè & in recto non repræsentat plura simul cum disiunctione, aut sine illa. 1223.b.

3 Conceptus idem instituentis nomen non est communis apud omnes. 1272. b.

V. Rhemense.

CONCILIVM.

1 Concilium Syrmiense, licèt illegitimum antiquitatem ostendit. 62. b.

2 Concilia priora non sunt diminuta, tamen sequentibus declarantur. 386. a.

3 Concilia non possunt explicari ad libitum hominum. 1123. b.

CONCRETVM.

1 Concretum. V. Nomen.

V. Vnitas, Relatio. Exemplificatio.

CONDITIONES.

1 Conditiones relationis realis. 556. b. 557. Ad relationem realem non requiritur vt sit inter substantias, est tamen in substantijs, & inter substantias. 557. a. 559. a. 561. b. Requiritur vt sit inter extrema & fundamenta distincta distinctione reali absolute & simpliciter. 557. b, 561. b, 680. b, 681. b. 682.

Item

Item requiritur vt sint eiusdem realis ordinis relata cum correlatiuis. 557.b. 674.b.675.a.
2 Conditio fundandi relationem potest esse negatio. 561.a. 557.a. Potest esse in vno solo relatorum. Ibid.
3 Conditio fundandi relationem præcipua est, vt extet aliud ad quod est relatio etiamsi longissime distet. 627. a.
4 Conditio fundandi relationem debet esse in rerum natura. Ibid.

CONSEQVENTIA.

1 Consequentia à specificante ad simplicem non est formalis. 363. Quomodo fiat formalis. Ibid.
2 Consequentia à reduplicante ad simplicem nõ est formalis quocunque antecedentis termino assumpto in consequente. Ibid.
3 Consequentia nulla à sola negatione. 387. a.
4 Consequentia naturalis, seu per prædicatum est bona simpliciter extranea, seu per subiectũ, non simpliciter, sed solùm ex parte. 421.a.872. b. V. Sp. Sanctus. Corpus.
5 Per consequentiam naturalem possunt ex duobus prædicatis consequi contradicentes simpliciter, ex vno minimè. 421.b. 430.b. 433.a.
6 Consequentia nulla est finito, & infinito prædicato commutato, si extraneat aliqua particula. 772. b.
7 Consequentia ab identica ad formalem est inualida. 1335. b.
8 Consequentia à coniuncta ad diuisam bona est, quando vtraque pars prædicati coniuncti per se seorsim conuenit subiecto. 1340. b.
9 Consequentia à negatione copulatiuæ, qua sequitur affirmatio alterius partis disiunctiuæ, bona est: non qua sequitur affirmatio vnius partis determinatè. 1349. a.
10 Consequentiæ dialecticæ non sunt parui pendendæ à Theologo, sed sacræ doctrinæ aptandæ. 1361. a.
11 Consequentiam rectam non omnis forma arguendi in qua extrema coniunguntur cum 3. efficit ob variationem suppositionis in vsu nominum, & fallacias. 1367 a.
12 Consequentia à negatione ad affirmationẽ, aut contra, variatis prædicatis finitis, & infinitis, valet in diuinis. 1370. b. 1371.
13 Consequentia non valet à non restricto ad restrictum affirmando. Item nec à restricto ad non restrictum negando. 1373.

CONSERVATIO.

1 Conseruatio æquiualet creationi, quia est productio totius. 995. b. Discrimen inter vtramque. Ibid.. V. Creatio. Existentia. Agens.

CONSTITVERE.

1 Et constituens quid sit. 1106.b. 1137. a. 1150. b. V. Differentia. Ens. Communia.
2 Constituta persona diuina dicitur sola ratione, quasi composita solo mentis instituto. 1106.b. 1107.a. V. Persona. Compositum.
3 Constitutum & constituens in diuinis, sicut attributum, significat relationem rationis, supponit pro re diuina. 1109. a.

CONSTITVTIO.

1 Constitutio etiam rationis non potest intelligi, nisi prius intelligantur constituentia, non vt causæ, sed vt veræ rationes formales quasi formæ & principia formalia. 1170.b. 1172. 1173.a.

CONTINENTIA.

1 Continentia rerum in Deo explicatur. 141.b.
2 Continentia formalis eminenter non est attributum. 142. a.
3 Continentia solum eminentialis non est attributum additum omnipotentiæ, aut essentiæ, etiam nostro modo intelligendi. 142. b.

CONTINGENTIA.

1 Contingentia rerum. V. Existentia.

CONTRADICENTES.

1 Contradicentes propriè dictæ in creatis requirunt distinctionem in re. 148.a. 881.b. 883.b. In diuinis sufficit rationum formalium distinctio per intellectũ. ibid. & 139.b. 151.a. 1114.b.
2 Contradicentes propriè dictæ in distinctione rationis concipientis dantur ratione fallaciæ ex variata suppositione. 148. b.

COPVLA.

1 Copula implicationis potest facere contradictoria obseruatis præscriptis dialecticis. 1350. b.

CORPVS.

1 Corpus non vt id quod existit, sed vt pars existentis potest existere per existentiam spiritualem animæ. 991. b.
2 Corpus physicum est pars physica animantis vera, non verò per synedochen. 1026.b 1030.b. Hæc sententia est de mẽte D. Thomæ. 1027.a. Opposita aptissimè quomodo explicãda. 1027.b
3 Corpus physicum est compositum ex materia, & anima secundum gradum corporeũ. 1027.b.
4 Corpus physicum non est materia formata. ibid.
5 Corpus nisi esset probabilius vera pars physica gradus essentiales sola ratione distingui crederet Auctor. 1030. a.
6 In vno corpore si essent tres animæ, essent tres homines simpliciter: essent vnus quoque homo per consequentiam extraneam. 1316. a.

V. Anima. Genus. Gradus.

CREATIO.

1 Creatio gratia quædam dicitur. 4. b. 5.a.
2 In ly creauit Eloim, Gen. 1. naturæ vnitas, & personarum pluralitas non significatur literaliter, sed mysticè. 59.b. 1316. a.
3 Creatio, quæ est diuina volitio efficax, non est distincta ab operante. 352. a.
4 Ad creationis rationem formalem ex parte principij Trinitas non per se pertinet, sed Deitas subsistens. 414. a. 904. b.
5 Creatio in opinione D. Thomæ, non est vera actio, sed tantùm significatur vt actio. 476. a. 636.b. 804. b. 805. a.
6 Creatio mundi etsi esset ab æterno esset ex nihilo. 511. b.
7 Creatio est ipsa res creata significata vt actio, quia in ea est effectus distinctus realiter à creante, & est nouitas existentiæ. ibid. 995. b. Idem de conseruatione. 995. b.
8 Creatio & conseruatio eodem genere impossibilis repugnant agenti naturali. 995. b.

V. Materia, Cõseruatio. Angeli.

CREATOR.

1 Creator pro actione est relatum secundum dici; pro relatione secundum esse. 673. b.

CREATVRAE.

1 Creaturæ non discernũt personas diuinas, sed referuntur ad vnitatem principij. 23.b. 45.b.
2 Creaturæ præcisa productione, seu acceptione in re ipsa nihil sunt, sed non purum nihil, hoc est, non omninò apprehenduntur vt nihil, sed vt res possibiles. 283. b. 570.a. 572.b. 584.b.

V. Attributum. Bonum. Verbũ.

3 Creaturæ non sunt productæ ab æterno secũdum esse cognitum & absolutum distinctum à potentia, & intellectu diuino. 456. b.
4 Creaturas produci secundum esse cognitum, nihil aliud est quàm cognosci. Ibid.
5 Creaturæ priùs sunt intelligibiles in essentia diuina, quàm in proprietatibus personarum. 457. a.
6 Creaturæ sunt producibiles, & intelligibiles non liberè, sed necessariò necessitate diuinæ potentiæ;& intellectus, atque adeo necessitate prima- 457. b.
7 Creaturæ sunt posteriùs possibiles, & intelligibiles quam diuinæ personæ non tamen prius producuntur personæ quàm intelligantur creaturæ. 858. a.
8 Creaturarum possibilitas non fundatur in esse cognito illarum. Ibid.
9 Creaturæ in ipsa diuina essentia quasi in specie præexistunt vt intelligibiles tanquam in causa atque adeo vt vere possibiles. Idid.
10 Creaturas Deus ita diligit sicut in se intelligit. 468. b.
11 Creaturarum & non entium non est in Deo dilectio naturalis, sicut est scientia naturalis. ibid. & 470. b.
12 Creaturas diligere est velle illis bonum creatum, ac proindè velle libere. Ibid.
13 Creatura non existens in se nihil est: in potentia efficiente est ipsa potentia. Ibid.
14 Creaturæ habent cum rebus diuinis solam similitudinem proportionis. 1256.a. V. Deus.

D.

DOEMON.

1 Dœmon. V. Cognitio. Deus.

DARE.

V. Accipere. Mitti.

1 Dare liberum quoad mores ex propria ratione melius est quàm accipere. 283. a.
2 Dare beatius est quàm accipere,&c. intelligẽdum est in nobis, non verò in diuina processione. 731. a.

DEFINITIONES.

1 Definitiones rebus creatis coæquantur, & coarctantur. 149 a. 621. a.
2 Definitione quidditatiua quæ differunt in creatis,differunt ex natura rei. Ibidem, & 113. a, 145.b. 503. 536.b' 572.a 620.b. 684. a. 745. a. 881.b.
3 Ad definitionem vnius rei duæ res possunt pertinere in obliquo. 403. a.
4 Ab illo pronunciato, Quæ differunt definitione,&c. excipe, si aliquod differens sit ens rationis. 503. a.

DEITAS.

1 Vt Deitas præcisa ab attributis non est sapientia, seu cautiùs non est sapientia vt sapientia. 156. b.
2 Deitatem non esse sapientiam, nec sapientiam iustitiam, Lychetus Scotista concedere audet, 133.a. 156. b.
3 Deitas non est res quarta à personis distincta. 201. a. Hæresis contraria exorta est ætate S. Anselmi. 201.b. Hæresis istius auctor quidam clericus in Francia. Ibid. Eadem fuit hæresis Gilberti Porretani. Ibid.
4 Inter Deitatem & personas identitatis exemplum. 202.b.
5 Deitas cum significatur quasi forma subsistens neque generat, neque refertur, quare neque determinatur neque distinguitur. 711. a.
6 Deitas cum tribus personis comparata non auget numerum. 182.a.
7 Quòd Deitas & Deus sit res eadem, contra Ioachimum Patres diuinæ simplicitati tribuũt. 883. b.
8 Deitas, & relatio diuina significatur vt forma hypostasis, & consequenter vt communicata illi: ita vt sit in hypostasi, & tamen subsistit, sed non significatur vt subsistens. 934.b.1057. b. 1149.b. 1058. a. 1144. a.
9 Deitas dicitur indiuidua meliùs quàm cõmunicabilis. 1042. b.
10 Deitas eo modo quo indiuidua est nullum habet indiuiduationis principium physicum, aut metaphysicum. 1042. & seq. n. 7. & 8.
11 Deitas per se formaliter perfectissimè subsistit,id est, consistit, & nullo nititur;& oppositũ abhorret à fide. 1050.& sq. n. 4-7. & 9. 1149.b.
12 Deitas vt subsistat seu vt sit subsistens per se non habet subsistentiam à personis. 1052. a. 1054. b.
13 A Deitate suppositum habet omne bonum. 1052. b. V. Existentia.
14 A Deitate est vna infinitas relationum propter quam relationes subsistunt; & sunt ipsa relata. 1051. a.
15 Deitas non sola,sed personæ etiam subsistunt. Ibid. & 1063. b.
16 Deitas subsistit perfectè & est incommunicabilis pluribus indiuiduis,sed non pluribus suppositis. 1058. b. 1084. a.
17 Deitas non est prima substantia relatiuè ad secundam. 1084. 1085. a.
18 Deitas potiùs esset dicenda secunda substantia,quàm prima, si alterutra esset. Ibid.
19 Deitas est secunda substantia,suppositum, prima si per hæc intelligatur primum. & secundũ subiectum prædicationis. 1084. b.
20 Deitas primò subsistit, suppositum secundò. 1085. a.
21 Deitas est prima substantia, hoc est maximè substantia. 1085. b.
22 Nec Deitas; nec subsistentia essentialis trina aut triplex dicenda est. 1144.b. 1145. b. Item nec numen pro Deitate. 1305. a.
23 Deitatis nullus est conceptus quidditatiuus, nec nomen connotatiuum. 1275. a.
24 Deitas non generat,sed Deus. 1332.a.& seq.
25 Deitates duas ponit hæresis Ioachimi concedendo hanc, Deitas generat. Ibid.
26 Deitas & Filius est vna & eadem res. Ibid.
27 In hac, Deitas non generat, non significatur in re ipsa negatio realis, quæ sit inter Deitatẽ, & generationem. 1332. b.
28 Hæc, Deitas generat significat naturam generare: hæc, Deus generat significat Patrem generare. 1333. b.
29 Deitatem non generare Ecclesia per regulas dialecticas euidenter commonstratas collegit, & definiuit. 1334. a.
30 Hæc,Deitas in Patre generat, & in Filio generatur non est concedenda modo loquendo correcto. 1334. b.
31 Deitas in Patre est complexum significans in recto Deitatem, & pro illa supponitur. ibid.
32 Hæc, Deitas est generans,est hæretica; si verò accipiatur participium substantiuè,tunc vera est in sensu identico, sed non concedenda sine distinctione. 1335. a.

33 Deitas intelligitur vt subsistens, Paternitas vt forma subsistentis. 1336. a.
34 Deitas in Filio est ingenita negatiuè, item priuatiuè; non tamen ingenita in sensu proprio, hoc est non accepta. 1339.b.
35 Hæc, Deitas est homo est vera in sensu identico: hæc est formalis & falsa, Deitas moritur, laborat, &c. Ibid.

DENOMINATIO.

1 Denominatio nõ ab omnibus quæ sunt vt sunt obtinetur. 632.b. 636.a. 652.a. 655.a. V. Agens.

DESIDERIVM.

1 Desiderium. V. Amor.

DEVS.

1 Deus ex nullo debito mundum condidit. 3. B.
2 In Dei effectibus omnibus est debitum naturalis iustitiæ. 4. B.
3 Deus est incomprehensibilis. 12.a. & seq.
4 Deum esse incomprehensibilẽ vnde proueniat. 13. b.
5 Dei incomprehensibilitas ipsa comprehendi potest. 15. a.
6 De Deo nihil nouum temerè asserendum. 17.
7 Diuinorum moderata inuestigatio necessaria est. 19. a.
8 Deum falsum ne mente speculante geramus, elaborandum est. ibid.
9 Deum esse, non est per se notum nobis. 22. a.
10 Hæc, Deus est, est per se nota. 22. b.
11 Deus in compositionem non venit vt materia, aut forma, aut existentia. 104. 105.
12 Dei existentia non vt componens, sed vt terminus vnitur humanitati Christi; & Dei essentia intellectui Beatorum. 105. 106. In his vnionibus compositio solum est ex parte humanitatis, & intellectus beati. ibid.
13 Deus est ens & substantia, & sapientia non solùm quia hæc habet, sed quia horum est causa. 128. B.
14 Deus intelligit se esse sapientem per sapientiam, & non per iustitiam quatenus hæc sunt enunciabilia per intellectum, & sic de alijs attributis. 150. a. V. Sapientia.
15 Inter Deum, & Deitatem est solum distinctio rationis concipientis. 152. B. Tamen subsistens & forma subsistentis vt his nominibus significantur sunt duæ rationes obiectæ, & distinctæ. 153. a.
16 Quòd Deus sit vnus ratione naturali ostenditur. 169. Idem ex sacris literis, Patribus, & Concilijs confirmatur. 173.a. 174.
17 Dei vnitatem negantes hæreses refutantur. 175. a.
18 Deum malum esse credentes Gnostici, & Manichæi, & alij refutantur. 176. B. Trinitarij; seu Triditæ refutantur. 177.
19 Deo tribuitur differentia remote genere per abstractionem formalem in ijs quæ aliàs nequeunt Deo conuenire, non verò in alijs. 197. a. 247. a.
20 In Deo persona producitur non communicatur: essentia communicatur, & non producitur: & simile inuenitur in homine. 365. a.
21 Deus est extra genus, & ordinem & proportionem. 675. a.
22 Deus solus est bonus per essentiam simpliciter & absolutè. ibid. & 604.
23 Ad Deum in rebus creatis est proportio, non quòd hæc magis, quàm illa accedit ad Deum, sed quatenùs magis recedit ab imperfecto. 675 a. 1038. a.
24 Deus generat Deum & refertur, non tamen distinguitur Deo à Deo, sed is qui Deus est ab eo qui Deus est 711.
25 In Deo etiam nostro intelligendi nil meditari licet per modum materiæ, aut passiuæ potentiæ. 1032.
26 In Deo non est compositio etiam rationis ex genere, & differentia, ibid. V. Genus. 1038. B.
27 De Deo analoga non prædicantur propriè, ac simpliciter in quæstione quid, seu non declarant quid res est. 1037. a. 1039. a.
28 Deo, ac diuinis aptantur duo modo prædicãdi scilicet per modum substantiæ, & relationis. 1037. B.
29 Deus est mensura omnium effectorum excedens & vt principium, non verò mensura homogenea. 1038. a.
30 Deum substantia analoga, quæ potest dici genus, completur; & hc mensura generis ponitur in genere. ibid.
31 De Deo, ac diuinis dicitur propriè substantia, & relatio conceptu analogo præciso substantiæ, & relationis. 1038. B.
32 Deus est vnus numero non quia numeretur secundũ nomẽ speciei, sed quia non est duo. ibid.
33 Deus non est vniuersale ad plures personas. 1039. 1040.
34 In Deo vnitas est realis, & communitas in ea fundata est realis communitas, sed relatio rationis. ibid.
35 Deo potest intellectus nouas intentiones logicas tribuere, vt prædicato communi, & formali de personis, & cui esse in singulis per operationem rationis accidit. 1039. a. 1041. B. 1040. a.
36 In Deo est aliquid commune secundum rationem; quod multiplicatur, vt persona, relatio, principium, origo, & processio. ibid.
37 In Deo nulla res est vniuersalis. ibid. & 1042. a. V. Relatio.
38 In Deo nec natura, nec suppositum est indiuiduum, vel singulare logicum. 1042. B. V. Deitas, Suppositum.
39 In Deo consideratur non differentia, sed modus entis proprius, & indiuiduãs scilicèt, quòd sit ipsum esse subsistens in nullo receptum. 1043. B.
40 In Deo subsistens indicat existentiam infinitam non coarctatam, vt in creatis. 1044. a.
41 Hic Deus non est re ipsa, imò nec nostro modo intelligendi, res, aut indiuiduum naturæ, quod addat ad naturam principia indiuiduantia, & non sit suppositum. 1047. B. 1048. 1054. a.
42 Hic Deus nihil addit ad Deitatem etiam nostro modo intelligendi, nisi extrinsecè notam singularem ostendentem diuersum modum significandi. 1048. a.
43 Hic Deus, & hæc natura angelica ante proprietatem hypost. verè intelligitur per modum suppositi, non tamen esse suppositum. 1050. 1049. a.
44 In Deo admittere indiuiduum naturæ, quòd sit ratio absoluta distincta à Deitate, & à supposito, minus tutum in fide. ibid. & 1050. B. 1149. a.
45 Quòd hæc, Deus est vnum suppositũ, ratione naturali demonstretur est alienũ à fide. 1049. a.

46 In

46 In Deo asserere vnum essentiale, aut absolutum suppositum, seu personã est error in fide. 1049. B. 1041.
47 In hoc Deo ratio personæ non minuitur, ita vt sit imperfecta, aut semipersona, eo quòd absoluta est. 1050. A.
48 Si Deus esset vnicum suppositum; hoc esset absolutum, & distinctum nostro modo intelligendi à Deitate. 1057. A.
49 Deus quid sit nullum nomen declarat. 1267. B. & seq. Quomodo Deus à nobis cognoscitur. ibid.
50 Deus nullo modo definitur. 1270. A.
51 De Deo nulla nobis est notitia quidditatiua simplex, vel complexa. ibid.
52 De Deo sola communia nouimus, & negationes, aut relationes rationis Deo proprias. ibid.
53 Circa nominis Dei conceptum opinio Scoti improbatur. 1271. A.
54 Deus nomen, de facto simplici conceptu significat Deitatem. 1271. B. Etsi significet quidditatem diuinam, non tamẽ significat quid est Deus etiam obscuro conceptu. 1267. A. & 1272. A.
55 Deus nomen significat quidditatem Dei, quæ est ipsa natura, sed nõ exprimit quid est Deus. 1273 A.
56 Nominis Dei cònceptus est idem apud omnes. 1273. B.
57 Deum si Beatis significaremus vt illi intuentur, alio nomine vtendum esset. Ibid.
58 Deus nomen non declarat Beatis colloquentibus inter se quid est Deus. 1274. A.
59 Deus nomen est impositum ad significandum Deum non nisi humano conceptu. 1274. B.
60 Deus nomen à Beato prolatum potest significare Deum ab eo clarè visum, quo videlicet audito intelligamus loquentem videre Deum. 1275. A. In nobis tamen conceptus excitatus erit obscurus, vel reflexus. Ibid.
61 Deus nomen non significat quidditatiuè Deitatem, medio conceptu proprio nominis, seu quem nomen excitat. Ibid.
62 Deus nomen quatenus significat verum Deũ, & per similitudinem Deos scilicet illos, qui potestate excellunt, analogum est analogia attributionis. 1279. A.
63 Deus analogum est, vt significat Deum verũ, & falsos deos. Ibid. & seq.
64 Deus nomen non significat illos conceptus, quos idolatræ efformant. 1279. B.
65 Deus communis nec verus Deus est, nec significatum est nominis Deus. 1280. A.
66 Dij multi non conueniunt in vno conceptu Dei veros; sed in vno falso, eoque reflexo. Ibidem.
67 Nominis Dei nihil cogitando de hoc, aut illo Deo conceptus vnus est, & directus tam nobis, quàm idolatris communis. Ibid.
68 De Deo euidens est contradictio affirmante idolatra Iouem esse verum Deum, & Philosopho negante. 1280. B.
69 Deus eodem conceptu dicitur vèrè de vno, & falso de pluribus. 1281. A.
70 Deus nomen apud cultores deorum, quatenùs significat illis plures deos falsos, quos illi existimant veros esse, analogum est, non vniuocum. Ibid.
71 De Deo in mente idolatræ, quamuis ipse ignoret, alius est conceptus non abstractus, nec communis multis, alius falsus abstractus Dijs multis communis. 1281. B.
72 Deus nomen vt significat falsos deos vno cõceptu omnes significat nobis, & idolatris, sed ponderata tota nominis significatione æquiuocum est etiam idolatris, siue analogum duorum conceptuum. 1282. A.
73 Deus nomen non est singulare in consideratione dialectica, sed appellatiuum. Ibid. & seq.
74 Deus quamuis in se ipso singularissimus sit, tamen nomen Deus non est inditum vt exprimat singularitatem, sicut nomen Iehoua. 1283. B. Similiter Sol, & Phœbus.
75 Deus nomen ex parte materialis significati aliquid singulare significat, sed formaliter solam naturam. 1284. A.
76 Deus nomen rigorosè loquendo etiam ipsis dialecticis nec singulare est, nec commune, siue appellatiuum. 1284. B.
77 Deus nomen inter communia potiùs est numerandum quàm inter singularia ob modum significandi, Iehoua verò absque dubio singulare est. Ibid.
78 Deos plures idolatræ cogitant, plures Petri cogitari nequeunt. 1285. A.
79 Deus, & habens Deitatem differunt in modo significandi. 1321. A.
80 Deus nomen significat naturam diuinam pro qua supponitur, & non significat personas, sed supponitur pro illis. 1327. B.
81 Deus nomen non habet suppositionem nominis collectiui cum prædicetur dè singulis personis singulatim. 1327.
82 Deus nomen hoc habet nominis communis quòd potest supponi pro natura & personis. 1328. A. In hac Deus creat accipitur pro natura; in hac, Deus generat, accipitur pro persona. Ibid. Quoties prædicatum non impedit quin supponatur pro personis, rectè colligitur pro personis supponi. 1328. B.
83 Nomine Deus accepto pro persona sunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat. 1340. & seq. Negatiua est contra fidem, sicut hæc, Deus nõ est factus homo. 1342. In affirm. Deus supponitur pro omni persona diuina disiunctiuè, & verificatur de solo Patre. Ibidem. In negante supponitur pro personis collectiue, scil. pro hac & illa. 1343. A.
84 Nomine Deus accepto pro natura diuina sũt contradicentes, Deus generat, Deus non generat, & affirmatiua est falsa, negatiua vera. 1344. A. & seq. Etiam sunt contradicentes in opinione Caietani ponentis indiuiduam subsistẽs commune tribus personis. 1344. B.
85 Deus nomen non supponitur collectiue: & si daretur talis suppositio adhuc essent contradicentes, Deus generat, Deus non generat. 1345. A.
86 Nominis Dei vera suppositio in his, Deus generat, Deus non generat est personalis. 1345. A Nomen, Deus, in affirmatiua supponitur pro persona; in negatiua pro natura, & personis simul. 1343. B. 1345. B.
87 Deus suo modo significandi importat personas, & supponitur pro illis, non verò Deitas. 1346. B.
88 Deus nomen supponitur pro habente naturã diuinam, & per hoc, quòd prædicatum coniungitur cum vno Deo, non coniungitur cum omnibus personis vnius Dei. 1347. B. 1348. A.
89 Deus

89 Deus generat eundem Deum negãda est cõtra Scotum. 1349. A.
90 Deus generat se Deum, neganda est. Ibid.
91 Deus genuit Deum, neque se Deum, neque alium Deum. 1349. B.
92 Deus generat Deum, qui est Pater, & Deus generat Deum, qui non est Pater sunt contradicentes. 1350. A.
93 Deus generans est Deus genitus, Deus genitus generat, est Sabellianum. 1351. A. V. Adiectiuum.
94 Quòd sit Deus generans, & Deus non generans sunt contradicentes, & essent duo Dij si essent veræ. 1351. B.
95 Hæ sunt veræ, Pater est Deus generans. Filius est Deus non generans. Ibidem.
96 Hic Deus est hic Deus, ostenso Patre, & Filio, si hic sumatur adiectiue, vt communiter accipitur, significat solam naturam diuinam, & est vera enuntiatio. 1352 A. Si sumatur substantiue pro personis hæretica est. 1352. B.
97 Deus nomen non est ita commune, vt possit notari quauis nota, scil. vniuersali, particulari, vel singulari. 1367. B. Nomini Deus quamlibet notam apponas, idem efficis. 1368. A.
98 Deus nomen, siue hic Deus est singulare suppositione, quæ sit singularis incomplete: item est commune suppositione, quæ sit communis incomplete. Ibid.
99 Deus dat se nobis per solam gratiam iustificantem. 1394. B.
100 Deus esse in omnibus rebus creatis per essentiam, potentiam, & præsentiam quid sit. 1402. & seq.
101 Deus est in iustis, vt obiectum cognitum, & dilectum tanquam in loco, sed non contentus loco. 1406. A. Item vt causa operans in illis immediatione suppositi cognitionem, & amorem supernaturalem. Ibid.
102 Deus est iustis præcipue per gratiam habitualem, quæ est diuinæ cognitionis, & amoris principium. 1406. B.
103 Deus in Philosophis naturali cognitione, & amore ipsum colentibus est per essentiam, præsentiam, & essentiam, & per quandam similitudinem. 1407. B.
104 Deus non est in nobis nouo aliquo modo per dona naturæ, aut per gratias gratis datas absque gratia sanctificante. 1411. A.
105 Deus est in templo materiali per ostensionẽ præsentiæ. Ibid. Similiter dicitur donari secundum dona gratiarũ secundum quid, quia per illa innotescit. Ibid. V. Sacramenta. Gratia.
106 Deum esse in dæmonibus concedendum nõ est, sed explicandum esse in natura dæmonum. 1413. A.

DICERE.

1 Dicere, & intelligere non sunt distincta formaliter eminenter. Ibid. Non sunt duæ actiones. 241.
2 Dicere principaliter, & in recto indicat habitudinem ad obiectum, ad terminum in obliquo. Ibid.
3 Dicere, & producere Verbum in quo differant. Ibid. Dicere ita bene definitur per producere vt per intelligere. Ibidem.
4 Dicere non est æquiuocum ad producere, & intelligere, sed secundum rationem genericam est producere, secundum specificam est dicere. 241. B.
5 Dicere in Deo non est essentiale. 304. A.
6 Dicere diuinum est æquiuocum significans actum intelligendi producendo Verbum, & actum producendi Verbum intelligendo. 438. B.
7 Dicere creatum est vniuocum. 447. A.
8 Dicere diuinum vt est productio refertur ad rem intellectam medio Verbo, vt ad ipsius Verbi termini sui, ac relati relatum. 459 B.
9 Dicere significat explicatè relationem ad verbum vt repræsentatiuum est, seu secundum esse intelligibile. 534. A. V. Producere.

DIFFERENTIA.

1 Differentia, quæ per se, & essentialiter conuenit speciebus oppositis, per se inuenitur in genere, si illa sit quid vniuocum, non verò si sit analogum. 241. B. V. Forma. Genus. Angelus. Indiuiduũ. Accidens. Proprietas.
2 Differentiæ perfectio quantumuis excedat, nõ tollit vniuocum in genere. 244. A.
3 Differentia indiuidua non est re ipsa extra essentiam indiuiduam. 775. B. Quo sensu dicatur accidentaria à quibusdam. Ibid.
4 Differentia cur non dicatur essentialis communi loquendi consuetudine. 776. B. 784. B.
5 Differentia specifica vltima sumitur ab vltimo gradu formæ, quæ dat esse, à quo esse essentiæ nomen ducitur. Ibid.
6 Differentia indiuidua licèt sumpta à materia per quam natura non accedit ad esse, potest intelligi vt actus distinguens naturam communem. Ibid.
7 Differentia indiuidua non rectè dicitur essentialis indiuidua. 776. B.
8 Differentia essentialis est, quam definitio explicat, non verò indiuidua. Ibid.
9 Differentia indiuidua in Angelis nulla est. 777. A. 781. A. 784. B.
10 Differentia indiuidua non est re ipsa naturæ communi addita, aut ab ea distincta. 777. B. 781. A. 778. A. 780. B. 826. B.
11 Differentia indiuidua est virtualiter distincta à natura. 779. A. 782. B.
12 Differentia indiuidua, si est forma rei addita non potest conuenire vni, & non alteri, quia supponat distinctionem vtriusque. 780. B.
13 Differentiarum indiuiduarum primo diuersitas non tollitur per maiorem conuenientiam differentiarum Petri, & Pauli inter se, quàm cum illa, quæ est Brunelij. Ibid.
14 Differentia indiuidua etiam communi conceptu cognita non diuiditur per alias hæcceitates, quasi per differentias, quia est quoddam analogum. 783. A. V. Diuisio.
15 Differentia, seu actus diuidens aduenit naturæ communi in ipsa communitate, vt distinguens non vt iam distinctæ, quia non aduenit illi quasi subiecto actuali. 784. A.
16 Differentia indiuidua non est propriè differentia à Porphyrio definita, vnde non facit formaliter differre, seu distingui. 785. A.
17 Differentia indiuidua non est principium indiuiduationis reale. 775. B. 826. B.
18 Differentia indiuidua in formis indiuiduis à materia designata dirimatur. 834. A.
19 Differentia indiuidua in composito sumitur à forma, vt à distinguẽte formali indiuidualiter, sumitur à materia, vt à principio multitudinis formarum. 834. B.
20 Differentia vltima in homine est, quæ simpliciter constituit, & distinguit. 1138. A.

Constituit còrporeum, animatum, &c. nõ quòd omnia hæc formaliter præstet, sed quia ea perficit. 1138 B.

21 Differentia constituendò aliquod genus in homine, ipsum quoque constituit, & distinguit secundum quid. 1138

DIGNITAS.

1 Dignitas definitur. 608. 750. V. Pater.
2 Dignitas personæ est ipsa natura. 728. B. 750. B.
3 Dignitas iudicatur politico modo secundum quem procedere non est dignitas, sed producere. 1139. B.

DILECTIO.

V. Amor. Intellectio.

1 Dilectio naturalis comparata cum intellectu ab eo producitur per actionem transeuntem, quæ est actio, & passio distincta ex natura rei ab ipsa dilectione. 226.
2 Dilectio mutua personarum dilectioni essentiæ solùm addit relationem rationis; tamen dilectio essentialis non esset eadem, sed imperfecta, nec esset idem. V. Spir. Sanctus, si à non mutua dilectione procederet. 420. A
3 Diligere est significatione essentiale, sed vsurpationem notionale. 449. A. Item potest esse æquiuocum, sicut dicere. Ibid.
4 Ordine rationis Pater spirando amorem diligit illo rem dilectam, scilicèt primò Deitatem, secundò personas, tertiò creaturas. 454. A.
5 Dilectio, vt dilectio est, alio ordine intelligendi coniungitur per se cum Deitate, immediatè, & simul cum personis, sed non cum rebus creatis. Ibid.
6 Dilectio eadem Patris, & Filij media origine, & Sp. Sancto coniungitur per se, & necessariò cum essentia, & personis, in tempore vero, & contingenter cum viris iustis. 454. B.
7 Dilectio libera, vt dilectio essentialis est & natura communicatur per generationem; vt libera operatio, est efficiens causa, & consequens ad naturam, & communicatur per consequentiam, vt Spiratio communicatur Filio. 470. B. 471. A.
8 Dilectio est eadem in Deo ad vnum obiectum adæquatum, scilicèt naturalis, & libera 471. A.
9 Dilectio libera ad dilectionem naturalem solùm addit relationem rationis. Ibid.
10 Per dilectionem liberam non ideo non procedit Sp. Sanctus, quia procedit per naturalem, sed quia libera est causa, & non necessaria. 471. B.
11 Dilectio libera non necessario coniungitur cum dilectione naturali. Ibid.

DISPOSITIONES.

V. Forma. Calor. Materia.

1 Dispositiones consequentes formam geniti nõ sunt in genere causæ materialis prius natura existentes, quàm genitum, sed consequuntur genitum in genere causæ efficientis, & etiam materialis. 507. B. 797. B.
2 Dispositiones consequentes viâ generationis, id est rationis meditatione antecedunt formam substantialem secundum esse, seu re ipsa consequuntur. 797. B.
3 Dispositiones mediæ, scilicet consequentes primum gradum essentialem, & antecedentes, 2. & 3. è medio tollendæ. 798. A.
4 Dispositiones eædem specie sunt quasi mediæ, scilicèt antecedentes in motu, & non mediæ, scilicet consequentes secundum esse permanẽs. Ibid.
5 Dispositiones non sunt causa rei genitæ secũdum esse permanens, sed secundum quod sunt in motu vsque ad instans generationis. 798. B.
6 Dispositio antecedens in materia corrupti necessaria est in genere causæ efficientis, & etiam in genere causæ materialis. 799. A.
7 Dispositio vltima ad recipiendam formam est in materia tempore proximo ante instans generationis. Ibid.
8 Dispositio vltima dicitur, quæ ad instans generationis terminatur extrinsecè. Ibid.
9 Dispositiones quoad gradum perfectionis non acquiruntur in instanti, sed in tempore. 799. B.
10 In dispositione vltima antecedente præcessit tantus calor, quantus inuenitur in instanti generationis, in quo nisi corrumperetur subiectum, solum adderetur indiuisibile mutatum esse. Ibid. V. Calor.
11 Dispositiones antecedentes non sunt principium indiuiduationis formæ geniti, quia non coniunctæ in eodem instanti, tamen maximè conducunt ad eam indiuiduationem. 833. B. V. Materia.
12 Dispositio præcedens non potest naturaliter eodem numero in diuersis generationibus accidere. 845. B. 846. B. 847. A.
13 Dispositionibus eisdem diuinitùs redeuntibus, si naturali consequentia redeat eadem forma, illa introductio, erit actio diuina, vel agentis creati eleuati. 845. B. 846. B.
14 Dispositiones conseruantes formam ab ortu inditæ variantur, saltem magna ex parte. 846. A.
15 Dispositiones antecedentes designant materiam antecedenter, vnde ab illis pendet formæ identitas inuariabilis, non sic à conseruantibus. 846.
16 Dispositionum indiuiduarum præcedentium connexio cum hac forma geniti est solius causalitatis naturalis. 861. A.
17 Si dispositiones hæ specie varientur à causis cælestibus, etiam forma gignenda variari potest. 862. A.
18 Dispositionum quoad intensionem, & remissionem varietas in elementis tanta non est, vt propter eam formæ intra eandem speciem distinctæ, ac dispares in eodem instanti, & in materia signata eadem oriantur. Ibid. Secùs in mixtis, maximè in viuentibus in sent. concedente saltem in formis viuentium quandam latitudinem perfectionis indiuiduæ, non verò in sent. opposita. Ibid.

DISTINCTIO.

1 Distinctionis relatio inter materiam, & formã est realis ante existentiam earum. 111. B.
2 A distinctione, & identitate, in quo differant vnum, & plura. 111. A.
3 Distinctionis realis amplè acceptæ diuisio triplex. 118. B. Prima in negatiuam, & priuatiuam; secunda in negatiuam, & positiuam, seu relatiuam. 141. B. Tertia in realem perfectã & realem imperfectam. 118. A.

V. Attributa Personæ.

4 Distinctionis realis imperfectæ subdiuisio in realem, & formalem. 118. B.
5 Distinctionem, quæ formaliter est relatio rationis materialiter esse distinctionem realem accidit. 112. A.
6 Distinctio quæ sit realis, quæ rationis in via peripatetica. 113. A. & 114. B 118. A.
7 Distinctio rationis duplex. Ibid.

8 **Distinctio** rationis ratiocinantis aliquando habet fundamentum in re. 113. B.
9 Distinctio rationis ratiocinatæ quodnam sit fundamentum. 114. A.
10 Ad distinctionem realem requisita vt dignoscantur, aliorum regulæ refelluntur. 114. A. B. 115. A. 622. A. 624. A.
11 Distinctionis realis relatio habet pro fundamento mensuram, scilicet entitatem in vtroq; extremo completam, seu quæ non sit rei præexistentis appendix, id est terminus eius generationem consequens. 115. & 116.
12 Distinctionem formalem Scotus accepit à S. Thoma. 118. B.
13 Distingui potiùs formaliter, quàm modaliter cur dicantur forma, & figura, cũ sint modi. Ibid.
14 Distinctio formalis necessariò admittenda est. 119. B.
15 Distinctio realis quæcunque etiam ipsa modalis est actualis. 120. A.
16 Distinctionum species septem confusè à Scotistis excogitatæ. 121. A.
17 Distinctio formalis accipitur pro quacunque, quæ inest in re ipsa. 127. B.
18 Distinctionem formalem, neque esse realem, neque rationis affirmans, Genebrardus fallitur. Ibid.
19 Distinctio formalis eminenter in Deo non est attributum. 142. A.
V. Attributum.
20 Distinctionem rationis conceptæ declarantia exempla. 143. A.
21 Distinctio similis, vt inter attributa, in nulla re creata inuenitur. 143. B.
22 Distinguentes terminos solus actus non determinatus, & infinitus, non habet, præstatque re ipsa quod plures actus finiti singulatim præstant. 143. B.
23 Distinctio formalis eminenter non continet actu formalem, vt possit præstare, quod præstat formalis. 152.
24 Distinctio rationis, quam intellectus creatus facit, vel facere potest, à Deo cognoscitur ab æterno. 165. B.
25 Distinctionem rationis diuina cognitio non causat. 166. A. Item nec visio beata. Ibid. Res cognita non potest ab vno conceptu dici distincta. Ibid.
26 Distinguentem attributa intellectum creatũ Deus in essentia diuina videt. 166. B. Similiter beati saltem proprium intellectum. Ibid.
27 Cum distinctione videri res vna, & simplex non potest. 168. A.
28 Distinctio rationum formalium, seu obiectarum sufficit, vt natura sit in Filio, paternitas minimè, & vt paternitas se tota, Pater verò nõ se toto distinguatur à Filio. 110. B. 1106. A.
29 A distinctione rationis potest oriri distinctio realis non vt à causa, sed vt ab obiecto, iudicio, & quasi radice illius. 335. A.
30 Distincti, sed indiuisi sunt Pater, & Filius. 393. B.
31 Distinctio, quæ est duntaxat numerica petitur à materia, & est inter res distinctas. 395. A.
32 Distinctio inter aliqua cum est penes solum modum cognoscendi, & significandi ea, quæ definiendo adduntur, indicantur in obliquo. 621. A. Quæ sic distinguuntur sunt res suapte natura explicabiles diuersis modis, vnde nomina distincta semper ijsdem conueniunt. Ibid.
33 Distinctio pure formalis est essentialis, & specifica. 868. B. 869. B.
34 Distinctio simpliciter formalis, quæ scilicet oritur ex vnitatibus formalibus est à forma, non à materia. 869. B.
35 Distinctio rationis talis vt essentia in suo cõceptu confuso non includat existentiam, indicat hanc ab illa distingui re ipsa. 1033. B.
36 Distinctio realis formalis non datur inter hominem, & personam, & tamen homo est in multis, persona non ita, sed omninò multa. 1034. A.
37 Distinctio ex natura rei, siue non identitas formalis re ipsa in diuinis contra fidem iudicatur. 1107. V. Attributum. Persona. Relatio.
38 Distinctio rationis sufficit vt natura dicatur esse in persona, & vt personæ dicantur esse vnius naturæ, & essentiæ. 1287. A.
39 Distinctio realis est quædam vnius de alio negatio realis. 1313. A.
40 In diuisione ratione ad vltimum indiuisibile cuiusmodi est individua differentia semper venitur. 782. B. 783. B.
1 Dominus. V. Spir. Sanctus. Relatio.

DONVM.

1 Donum maximè est Spiritus Sanctus. 9. A.
2 Non donum, sed Sp. Sanctus ex peculiari Dei institutione est nomen personale, ac proprium tertiæ personæ, & relatiuum. 746. B.
3 Donum adoron Græco, quod palmam, siue palmum significat, derivatur ad significandum id quod manu porrigitur. 1382.
4 Donum ex prima institutione, & communi significatione retenta est proprium nomen Spir. Sancti, sicut amor pro termino operationis. 1382. B.
5 Donum tria significat, rem donabilem, relationem ad donatorem, & ad eum cui fit donatio. Relatio est forma significata per donum præcipuum significatum est relatio ad donatorem, sicut & Verbi ad proferentem. 1383. A.
6 Doni relatio ad donatorem non est realis, est tamen æterna, & necessaria. 1384.
7 Donum nomen significat quid aptum donari, & significat relationem rationis ad donatorẽ, supponitur pro persona Spiritus Sancti, quæ est relatio realis subsistens. Ibidem.
8 Donum est, quod potest donari, datũ est, quod actu datur. 1395. A. Filius est datum, sed nullo modo donum. Ibid.
9 Per hoc donum, quod est Spir. Sanctus omnia nobis donantur. 1395. B.

E.

ECCLESIA.

1 Ecclesia habet auctoritatem nouandi nomina, & mutandi. 1089 B. V. Persona.

EDVCTIO.

1 Eductio de potentia passiua est propria agentis per motum. 1069. A.
2 Educi de potentia subiecti significat, quòd forma defuerit in potentia materiæ cum priuatione adiuncta, seu cum adhuc nihil esset. 1069.

EMINENTIA

1 In Deo quid sit. 141. B. V. Continentia.
2 Eminenter solùm contentæ in Deo creaturæ, nulla distinctione distinguuntur, nisi rationis concipientis. Ibid. Non diliguntur à Deo dilectione naturali. 470. B.
3 Eminenter plures formæ nulla forma creata esse dicitur. 145. B.

V. Materia, Antichristus. Accidens, Suppositū, Bonum. Analogia.

ENS.

1 Ens reale quid sit, ens rationis quid sit. 112. B.
2 Ens, quòd sit completum, aut incōpletum quid sit. 119. B.
3 Entia rationis non sunt à Deo. 167. A. Non sunt actu ab æterno, sed possibilia. Ibid.
4 Ens necessarium est tale in quantum singulare. 172. B.
5 Entis conceptui communi nihil potest addi quod sit passio æquè communis, nisi aut relatio, aut negatio. 186. A
6 Ens & vnum abstrahuntur ab inuicem vt subiectum, & proprietas, ac proinde abstractione formali, non verò vniuersali. 186. B.
7 Quodnam ens diuidatur in simpliciter vnum & simpliciter multa. Ibid.
8 Id, quod est primum ens, seu primum principium, procedit ab alio secundum essentiam, non secundum personam. 282.
9 Entis abstractio vniuersalis est minùs propria. 562. B.
10 Entis passiones non possunt distingui re ipsa ab ente, si entia realia sunt. 571. B.
11 Non omne ens habet passiones à se distinctas. Ibid.
12 Entis passiones non sunt res absolutæ additæ enti, nec sunt relationes reales. Ibid. & 572. A.
13 Ens nullum determinatum est affectio entis communis. 572.
14 Entia minutissima dicuntur creaturæ relatione rationis. 572. B.
15 Entis passiones addunt enti negationem, vel relationem rationis. 573. A. V. Relatio.
16 Ens, & verum distinguuntur, vt includens, & inclusum. 577. A.
17 Ens in conceptu communi nec simpliciter, nec secundum quid consideratur, sed absolutè. 604. A.
18 Ens est magis abstractum ab esse extra causã, quàm passiones istæ, verum, & bonum. Ibid.
19 Ens in potentia essentiali nunquam potest esse simpliciter ens, vt materia, embrio; secus de ente in potentia causæ agentis. 967. A.
20 Ens in potentia causæ vt sic, non est simpliciter ens; ens præcisè & secundum se, maximè. Ibid. 969. B.
21 Ens in actu pro essentia in actu, seu producta, est in potentia, vt fiat ens in actu, seu existens. Ibid. & 969.
22 Ens non est genus, nec existentia est genus, vnde nihil Deo est genus. 1033. A. 1034. B.
23 Ens per se quid significet. 1080. B. Est proprijssimum nomen Dei. Ibid. V. Substantia.
24 Ens, & existens non sunt synonima. Ibid.
25 Omne ens constitutum etiam per rationem, siue in creatis, siue in diuinis per suum constituens distinguitur. 1137. B. 1141. A.
26 Ens semper antecedit distinctionem, siue hæc sit negatio, siue relatio. Ibid.
27 Ens non significat respectum accidentis ad substantiam, sed ad suminum accidens cũ respectu in obliquo. 1213 B. 1221 1223 1227. A. Non significat habitudinem analogæ abstractam, quæ est relatio rationis. 1226. B 1227.
28 Entis conceptus non est conceptus vnius generis summi, vt substantiæ, aut quantitatis distinctus, & cæterorũ confusus. 1215. A. 1216. B.
29 Ens habet conceptum vnum communem adæquatum, & confusum, in quo res omnes continẽtur, nõ verò plures distinctos. 1217. & seq. 1223
30 Ens non est vniuocum, sed analogum. 1219. B. 1222.
31 Ens si esset vniuocum, an esset genus. 1219. B.
32 Ens quomodo ponatur bis in definitione rei definitæ, 1220. A.
33 In entis conceptu attributio ad vnum, & proportio sunt notæ analogiæ. 1220.
34 Ens non potest dici analogum, & simul vniuocum. 1220. B. 1221. A.
35 Ens diuiditur per modos intrinsecos, accommodatur per modos intelligendi, qui significãtur his vocibus, propriè, & simpliciter. 1222. A.
36 Entis ratio accommodatur accidenti impropriè, hoc est, minùs accommodato intelligendi modo, seu non ita benè, & vniuocè; sed secundum quid, & ideò non est eadem. Ibid.
37 In entis conceptu vno est analogia proportionis absque inæqualitate prædicationis. Ibid.
38 Entis conceptus non solùm formalis, sed obiectiuus, vnus est, seu ratio abstracta vna. 1222. B. 1223. 1225. B. 1227. B. 1228. B. V. Enunciatio.
39 Ens non significat absolutè, & in recto substantiam, & accidens simul cum disiunctione, aut sine illa. 1223. B. & seq.
40 Entis significatum vnum commune pluribus, quod immediatè significat, est ratio communis essentiæ, cui conuenit existentia. 1225.
41 Ad ens tanquam ad vltimum, & communissimum omnia resoluenda. 1226. B. 1231. B.
42 Ens ab intrinsecis modis summorum generũ, & differentijs rerum vix cogitãdo discernitur, ne dum ex natura rei. 1228. A.
43 Ens reale clauditur in modo ipsum contrahente, & hic modus contrahens est realis. Ibid. V. Modus.
44 In entis contractione ad hos modos contrahentes per alios modos processus in infinitum non datur. 1228. B.
45 Enti neque cogitando aliquid additur, nisi explicite concepto dicatur addi id, quod ipsum ens includit implicite. 1229. A.
46 Entis abstractio inter cætera analoga singularis. Ibid.
47 Ens abstractione formali non potest abstrahi à modis contrahentibus, à differentijs specierũ maximè. 1230. B. 1231. B. Abstractione vniuersali potest abstrahi à modis contrahentibus. Ibid. Similiter de contractione. Ibid.
48 Ens non resolutur propriè, vt totum positiuè in partes, sed vt totum negatiuè, quo explicatur vltimus conceptus communis illius. 1231. A.
49 In ens, & per se substantiæ resolutio non fit in mẽte, sed in solis vocibus. 1231. A. V. Modus.
50 Ex ente, & modo entis prima genera componuntur, quasi compositione rationis. 1230. A.
51 Entis modi non habent se ad summa genera vt abstractum ad concretum. Ibid.
52 Entia singula non addunt enti modum intrinsecum, sed ipsum ens cum modo intrinseco. 1237. A.
53 Satis vnitati analogicæ, imò vniuocationi nõ obstant hæc asserta, Accidentia quatenùs sunt aliquid substantiæ sunt entia, Accidentia sunt entia quatenùs sunt aliquid substantiæ, 1234. B. Vtrumque assertum in sensu reduplicante cõcedi potest, vt in primo reduplicatio indicet causam, in secundo effectum, In sensu specificante, seu formali, primum assertum verum est, licèt secundum in eodem sensu falsum sit. Ibid.

54 Ens

54 Ens est simplicissimum in conceptu, Deus in re ipsa. 1237.
55 Ens commune Deo non est vniuersū. 1237.B.
56 Vt entis, ita attributorum contractio non fit per aliquid additum, sed per explicitum, & implicitum. 1237.B.
57 Ens non est prius subsistendi consequentia, quàm Deus, aut substantia. 1238. A.

ENTHIMEMA.

1 Enthimema cum ex vna simplici enunciatione conficimus, argumentum in prædicato antecedentis continetur. 421. A.

ENVNCIATIO.

1 Enunciationes de diuinis attributis sunt etiam perpetuæ veritatis. 167.
2 Enunciatio in intellectu Dei non inuenitur formaliter, sed obiectiuè. 168. 955.
3 Enunciabilia etiam ipsa formaliter Deus intelligit quatenùs comprehendit nostrum intellectum, & eius enunciata. 168.A. 953. A.
4 Enunciabilium de Deo veritates æternæ re ipsa nihil sunt, nisi Deus simplicissimus. 168.A. Formaliter sunt Deus ipse, vt est plura enunciabilia. 168. B.
5 In hac enunciatione, Deus non intelligit per voluntatem, negatio est in sola enunciatione vel enunciabili formaliter, & sic negatio est æterna. Ibid.
6 In hac enunciatione, homo est animal rationale, verbum est, non significat existentiam, nec aliquod esse reale in re ipsa. 948.A. 952.B. Significat formaliter realem identitatem prædicati cum subiecto vt apprehensam, vel propositionis conformitatem in actu exercito cum re intellecta. 948.B. 952.B.
7 Hæc enunciatio, Homo est animal rationale, est necessaria & vera etiam ante existentiam. 952. B. 953. B.
8 Enunciata perpetuæ veritatis ab æterno sunt vera per denominationem extrinsecam, idque in solo intellectu diuino speculante quo cognoscuntur verè, seu esse vera. 953. 956. A.
9 Enunciationes perpetuæ veritatis non sunt cõditionales. 954. A.
10 In enunciatione necessaria causa veritatis æternæ non est identitas prædicati cum subiecto, sed essentia creaturæ in diuina idea. 952. A. & seq. à num. 12. V. Idea.
11 Enunciatio nostra est vera quatenùs conformatur cum rebus, prout sunt in diuinis ideis. 955. B.
12 In enunciatione certa conceptus qui prædicatur est vnus, in dubia est duplex, & ab illo vno distinctus. 1233. A. 1235. Ex hoc probatur non solùm entis esse vnum conceptum, sed illum esse communem. 1235. B.
13 Ad enunciationis affirmantis veritatem satis est vt ea pro quibus prædicatum, & subiectum supponuntur, materialiter siue secundum rem sint idẽ, vt hæc, Albedo est similitudo. 1326. A.
14 Enunciationes omnes de rebus diuinis versantur in materia naturali, non in contingenti, aut remota. 1330. A.
1 Erasmus cauendus vt hæreticus Arianus. 90. B.

ESSE.

1 Esse, abstractum non multiplicatur, cum sit per se subsistens. 172. B.

ESSENTIA.

1 Essentia diuina vt totum definibile continet attributa in conceptu confuso, & in sua ratione formali, secus si sumatur præcisè. 154. A. 156. B. 1172. A.
2 In essentia pura est duntaxat fundamentũ multiplicis cognitionis distinguentis attributa, nõ verò fundamentum aliquod reale distinctionis. 134. B.
3 Essentia communis per differentias essentiales accedit ad existentiam. 172. A.
4 Essentia diuina vt est in Patre, distinguitur ratione à se ipsa vt est in Filio. 355. B.
5 Essentiæ diuinæ vt sit potentia generandi, addita relatio est forma hypost. 359. A.
6 Essentia diuina non est secundum se potentia generandi etiam impersonaliter. 360. B.
7 Essentiæ diuinæ aliquid intrinsecum habet relationem ad creaturas. 365. B.
8 Essentia diuina non esset 1. intelligibile, nisi in illa personæ, imò & creaturæ cognoscerentur. Ibid.
9 Ab essentia coniuncta cum generatione passiua Filius est ordine duntaxat intelligendi, non verò emanatione reali. 367. B.
10 Essentia diuina cur proprijssimè dicatur potentia extra genus. 370. B.
11 Inter essentiam vt distinctam ab attributis, & operationem rectè contemplamur virtutẽ, seu potentiam mediam propter ordinem rationis. Ibid.
12 Essentia, seu natura diuina cum non accipiat ab hac virtute media efficaciam, cur illa media dicatur operari. 371. A.
13 Essentia prius producitur ordine naturæ, quã existat. 510. B.
14 Essentia producta extra causas ante existentiam est conformis, seu vera & bona quasi in via & in fieri. 605. A.
15 Essentia vt est Pater est Pater essentia, & distinguitur re ipsa à Filio. 700. B.
16 Essentia etiamsi sit primum obiectum, persona secundum, hoc est consideratio intellectus nostri. 702. A.
17 In hac, Essentia non procedit à Patre, negatio, seu negans propositio est in intellectu. Ibid.
18 Per essentiam Deus intelligit, non tamen per essentiam refertur, sed per relationem, nec per paternitatem creat, sed per essentiam. 703. B. Non per voluntatem intelligit. 1192. A.
19 Essentia creata per proprietatem hypostasis fit capax existentiæ; vnde per eam perficitur; Essentia diuina est ipsa existentia. 726. A.
20 Essentia in intellectu est inuariabilis. 947.
21 Essentia in solo intellectu est æterna, in diuino per cognitionem positiuam, in creato per negationem, scilicet quòd sit in illo inuariabilis. 948. A.
22 Essentia secundum se, seu in cognitione directa præscindente à non essentialibus est cognita, antequam consideretur, in causa, aut extra causam, aut in intellectu per cognitionem reflexam. 949.
23 In essentiæ secundum se præcisæ coniunctione cum his modis entis, non distinguimus etiã ratione vnam rem ab alia. 950. A. 958. B. 968. A. 975. A.
24 Essentiæ modi, quibus est in intellectu, & extra causam non sunt reales. 950. 959. B.
25 Inter essentiam in potentia, & essentiam in actu, est realis distinctio negatiue scilicet inter nihil re ipsa, & ens re ipsa. 950. B. 958. B. 959. B.

Index Rerum.

26 Essentia in intellectu solo modo cogitandi addito distinguitur ab essentia in re ipsa. 951. A.

27 Essentia realis est essentia possibilis, vel quæ est capax existentiæ, siue sit, siue non sit. 951.

28 Essentiæ possibilis acceptio, qua possibile significat veritatem propositionis, præfertur illi qua significat denominationem extrinsecam à potentia effectiua. 951. A.

29 Essentiæ in intellectu aliquid sunt. 951. B. 956. A.

30 Essentia non est esse reale antecedens productionem, & ipsam essentiam Dei. 947. A. & 951 B. Oppositæ sententiæ plures errores. 951. B.

31 Essentiæ rerum sunt perpetuæ in singularibus negatiuè. 952. A.

32 Essentia in se ipsa ante productionem nihil est; at iam producta, est res vera antecedens re ipsa existentiam quam per productionem accipit. 957.

33 Essentia producta est res distincta à sua existentia distinctione in re ipsa, imò absolutè reali. 957. A. & seq. n. 14. & 2. 963. 968.
V. Existentia.

34 Essentia verè est, ac dicitur etiam id, quod est extra causam. 958. A.

35 Essentia actualis addit essentiæ præcisæ secundum se modum intelligendi oppositum enti in potentia, non actum metaphysicum. 959. B. 966. B.

36 Essentia producta est in potentia passiua per se ordinata ad existentiam, atque adeò absolutè ab ea distincta. 963. B, 968. B.
V. Ens.

37 Essentia producta coniungitur cum existentia contingenter scilicet coniunctione contingenti. 966. A.

38 Essentia non potest creari, aut conseruari diuinitùs sine existentia. 966. B.

39 Essentia producta existens, v.g. homo existēs, est per se vnum ex parte scilicet vnitate entis completi, non verò simpliciter vnitate conceptus. Ibid. & 969. A. 1018 B.

40 Essentia est extra causas, seu in actu nullo addito, non sic est existens. 967. B.

41 Essentia siue etiam hypostasis est primus terminus, qui dat speciem actioni; completus terminus est essentia existens. 968. B.

42 Ad essentiam, & existentiam, si terminatur eadem actio, est eadem dilatata. 969. A.

42 Essentiam rei prius ordine naturæ produci necesse est, quàm existat. 988 B.

43 Essentia producta non potest esse sine existentia. Ibid.

44 Essentia producta non est absolutè non existens, sed in eo tantùm priori ante existentiā, vnde non est nihil, sed aliquid. 989. B.

45 Essentia producta vt sic in eo priori est in via; vt recipiat existentiam, & sic traducitur, & mutatur de non esse ad esse. 989. B.

46 Essentia ordine productionis, & vt subiectū, atque adeò absolutè antecedit existentiam; existentia vt est principium formale antecedit essentiam. 993. A.

47 In essentia producta est potentia passiua maxime naturalis, & realis ad recipiendam re ipsa existentiam. 1007. A. & seq. num. 3. & 14.

48 Essentiæ nomen tribuēdum est maxime Deo. 1078. B. A quibus inuentum sit. Ibidem. Ducitur abesse. Ibid.

49 Essentiæ non dicuntur in rigore, quæ per esse non suum existunt, vt modi rerum, relationes diuinæ, &c. 1079. A.

50 Essentiæ, siue quidditatis nomen aliud scil. natura, etiam Deitati tribuitur. Ibid.
V. Natura.

51 Essentia diuina significatur per modum formæ, Deus per modum subsistentis. 1286. B.

52 Essentia diuina non est verum principium formale reale, sed imitatur illud. 1287. A.

53 Essentia creata producitur secundum quid, & per accidens; essentia diuina nullo modo producitur, aut gignitur. 1332. B.

54 Hæc est falsa, Essentia est generans; hæc vera, Generans est essentia. 1335. B.

55 Essentia est Pater Filij, in sensu identico est vera, in sensu formali est hæretica. 1336. A.

EST.

1 Est, aliquando existentiam, aliquando veritatem propositionis significat. 925. B. 968. A.

2 Est significat veritatem propositionis in his, Deus re ipsa est creator, sciens, potens, prædestinator, &c. Petrus re ipsa est idem sibi, &c. 674. B. 675. B. Item in hac, Pater æternus est in Filio. 1291. A.
V. Enunciatio.

EVCHARISTIA.

1 Eucharistia Incarnationis quædam dilatatio est, & gratia. 10. A. 1414. B.

2 In Eucharistia est Christus, non tamen Pater, & Spiritus Sanctus secundum immanentiam qua sunt in Verbo. 1296. A.

3 Ad Eucharistiam potiùs Christus missus est, quàm Verbum, aut Filius Dei. Ibid.

1 EX, particula. V. Præpositio.

EXEMPLATIO.

1 Exemplatio propriè præter qualitates operatiuas requirit in agente aliquid loco imaginis deducendæ, cuiusmodi est idea, semen, &c. 318. B.

2 Exemplat efficiens causa, non finis. 320. B.

3 Exemplatio est conditio fundandi relationem imaginis. 637. A.

EXISTENTIA.

1 Existentia, quæ est omninò ipsa rei essentia est diuina. 281. B. V. Forma. Anima. Attributa. Causa.

2 Existentia diuina est principium formale operandi ad intra. 354. B.

3 Res existens, vel vt existat, siue ipsa existentia est formalis ratio appetendi. 600. A. 602. A.

4 Existentia compositi cuius forma habet plures gradus essentiales sequitur vltimum gradum formæ. 798. A.

5 Existentia non est eadem, sed diuersa in reuiuiscente. 853. B. 923. B.

6 Existentia, & sic personalitas vnius naturæ non potest alteri diuinitùs attribui. Ibid.

7 Existentia est proprius actus suppositi. 902. A. 992. A.

8 Existentia est maxima perfectio, & actus essentiæ, non verò ipsa essentia quasi coaugmentata. 924. B. 963. B. 913 B. 1014. A. 1067. A. 1072. B.

9 Existētia non est actus metaphysicus essentiæ, sed

sed additus essentiæ præcisæ secundum se, & essentiæ actuali, seu singulari. 959.
10 Existentia nec in sensu identico est essentia actualis, neque est accidens, neque substantia, sed est actus essentiæ actualis. 966. B. 963. 964. B. 993. A.
11 Existentia est in potentia causæ, sicut essentia; at non coniuncta cum essentia in potentia, sed solùm cum essentia producta coniungitur per actionem producentis. 961. A.
V. Possibilitas.
12 Si existentia non distinguitur ab essentia actuali, tollitur rerum cõtingentia. 962. B. 973. A.
13 Existentia, & essentia sunt in suis causis non re ipsa, sed solo modo intelligendi, & ibi distinguuntur rationibus formalibus, vt res distinctæ. 968. B.
14 Existentia substantia non est accidens, aut duratio, nec substantia etiam reductiuè, aut essentia, cum modo reali determinante ipsam essentiam, vt det esse. 966. A. & seq. n. 1. 7. 14. 15. & pag. 1070. A.
15 Existentia reuocatur ad genus, imò & ad speciem suæ essentiæ. 972. B.
16 Existentiam non esse modum rei ab ea distinctum, probabilius est. 973.
17 Existentia est complementum essentiæ, formale principium, vltimus actus speciei, & primus actus suppositi in substantijs, & naturæ in diuiduæ in accidentibus. 973. B. 993. A.
18 Existentia cum 1. & per se pertineat ad individua scilicet ad suppositia, non habet genus, aut speciem, & ideò satis est quòd vtrunque definiatur. Ibid. & 994. A.
19 Si existentia sola ratione distingueretur ab essentia, tot essent rerum existentiæ sola ratione distinctæ, quot essent differentiæ in eadem specie. Ibid.
20 Existentia totius suppositi non componitur de existentijs essentialium partium. 978. A.
21 Per existentiam suppositi eandem simpliciter partes substantiæ, & ipsius naturæ existunt. 978. B. 1072. B.
22 Existentia vnius suppositi est vna simpliciter. 974. 976. B. 978. B. V. Anima rationalis.
23 Existentia singularium partium integrãtium in suppositis per se diuisibilibus est tantùm peraccidens extensa cum forma extensa, & est vna simpliciter continuitate. 979. A.
24 Existentia humanitatis Christi non est creata, sed diuina. 979. B.
25 Existentia hominis est eadem existentia animæ, & est spiritualis. 986. B. 991. A.
26 Existentia hominis non est composita ex existentia animæ, & quasi ex parte existentiæ addita, quæ resultat à corpore. Ibid.
27 Existentia animæ communicata corpori acquirit modum realem secundum quem denuò pendet à corpore. 981. A.
28 Existentia in homine pendet à sola anima, sicut de ea sola producitur. 981. B.
29 Existentia hominis prout coniungitur cum corpore, & anima, ab vtroque resultat, & ab vtroque pendet, & est ab vtroque causata. Ibid.
30 Eadem res, quæ est existentia hominis, eo intereunte manet, sed esse hominis formaliter definit esse. Ibid.
31 Existentia communicatur corpori humano non ante suppositum, sed à supposito, ab anima verò, vt à principio quasi formali existentiæ. 982. A.
32 Existentia est vltimus actus pertinens ad cõplementum speciei. Ibid. & 993. A. 986. A. V. Compositum.
33 Existentia in Deo est actus naturæ. 990. A.
34 Existentias, vt & essentias rerum materialiũ solus Deus conferuat proprié in genere causæ efficientis, causæ naturales, non nisi remotè, & per accidens. 992. A. 995. A.
35 Existentiæ rerum materialium productio est ab agentibus naturalibus. 992. B. 995. A.
36 Existentia rei generatæ non creatur. 993. B. 1008. B.
37 Existentia non est effectus solius Dei. Ibid.
38 Existentia non producitur ab agentibus naturalibus duntaxat quoad speciem, sed singularis. Ibidem.
39 Existentia est analogum in quo est assimilatio. 995. A.
40 Existentia est propria cuiusque rei singularis nulli alteri communicabilis. 997. B.
41 Existentia, & essentia est vnus effectus completus. 998. B.
42 Existentia si est terminus productionis essentiæ, siue formalis, siue ad quem, est intrinseca in definitione illius. 1000.
43 Existentia, proprietas hypostatica, & passiones simul producuntur vi generationis, sed suis actionibus distinctis. 1001. A. V. Actio.
44 Existentiæ productio propria est simpliciter distincta à generatione substantiali. 1001. B.
45 Existentia non oritur effectiuè ab essentia producta. 1002. A. 1006. B.
46 Existentia, sicut & essentia est proprius effectus Dei, sed non solius Dei, nisi quando ab eo fit totum ens. 1003. 1006. A.
47 Existentia in generatione est vltimus vt terminus eius, & est primum comparatione aliarum perfectionum accidentalium, vel est primum in intellectu, scilicet commune huic, & illi existentiæ. Ibid. 1005. B. 1008. B.
48 Existentia determinatur à subiecto non physica determinatione, vt sit magis, vel minus perfecta, sed in solo conceptu explicito. 1004. 1006. B.
49 Existentia hominis geniti non producitur à generante, nisi secundum quid, in quantum est existentia totius. 1006. B.
50 Existentia nunquam creatur propriè, sed concreatur. 1008. B.
51 Existentia non educitur de potentia essentiæ productæ. 1009. V. Eductio.
52 Existentiæ in materialibus natura productæ subiectum est non quod, sed quo; forma neutro modo est subiectum proprium, sed solum vt est pars, & causa formalis naturæ, & etiam vt præstat materiæ capacitatem existentiæ. 1011. A. V. Forma.
53 Existentia sequitur essentiam, & formam. Ibid. Non sequitur materiam, sequitur dispositiones materiæ remotè. Ibid.
54 Existentia non habet causam formalem, neque essentiam, neque formam. 1010. A. 1011. B.
55 Existentia si comparetur cum vita, sapientia, &c. in concreto, perfectius est viuens, quàm ens; si in abstracto, perfectius est esse, quàm vita, &c. 1014. B. 1060. A. Viuens includit esse non essentialiter, sed præsuppositiuè. Ibid. V. Perfectio.

56 Existentia equi est simpliciter ignobilior sapientia hominis, nobilior verò secundū quid. 1015. A.
57 Existentiam si separemus ab essentia, neutra est perfecta. Ibid.
58 Existentiæ minus conuenit perfectum secundum aliquid, quàm essentiæ. 1015. B.
59 Existentia nullo modo est perfecta, & hæc ipsa est eius præstantia, vt nihil illi addatur. Ibid. 1016. B.
60 Existentia supposito nobilior est omnibus accidentibus eiusdem hypostasis. Ibid.
61 Existentia est perfectio producta propter essentiam, vel suppositum, vt propter finem cui, qui est simpliciter prior, & perfectior. Ibid. & 1016. A. 1014. A.
62 Existentiæ essentia simpliciter nobilitate præcellit, & sic gratiæ animæ. 1016. A.
63 Existentiæ, & essentiæ productio finem in omni consideratione vltimum habet coniunctum ex vtroque fine, scilicèt essentiam existentem. Ibid.
64 Existentia ipsa non existit. 1016. B.
65 Existentia non est ens propriè, seu id, quod est, sed actus entis, quo scilicet aliud est; vel est ens latè, seu id, quod existit extra causas. Ibid. & 1017.
66 Existentia si esset sui ipsius, seu suum esse nullius esset subiecti, seu in nullo recepta, vnde esset infinita, & existeret prius natura, antequam esset in subiecto, atque adeò subsisteret. 1017. A. 871.
V. Forma, Quantitas.
65 Existentia propriè non est forma. 1018. A.
66 Existentia non oritur ex principijs essentialibus, sicut rerum affectiones, vnde non coniungitur per secum essentia secundum se. 1018.
67 Existentia, & essentia producta mutuò coniunguntur per se perfectate physica, seu causæ. Ibidem.
Vide Essentia.
68 Existentia non est causa materialis, neque est conditio necessaria in hoc genere causæ. 1019. A.
69 Existentia non concurrit cum forma in genere causæ formalis. Ibidem.
V. Causa.
70 Existentia simul cum forma est propriè principium actuum alterius existentiæ, & etiam aliorum effectuum. 1019. B. 1020. A.
71 Existentia non est conditio sine qua non agentis, sed est vltima ratio agendi. 1020. B.
72 Existentia; quæ est ratio agendi; & forma agentis in Deo idem est. 1020. B. 1032. B.
V. Distinctio. Genus.
73 Existentiam vnam absolutam in Deitate negare est error in fide. 1066. B. 1074.
74 Existentias tres absolutas in diuinis concedere est temerarium, & periculosum. 1068. B.
75 Existentias tres relatiuas esse in diuinis improbabile est. 1069. A. 1073.
76 Existentia, & Deitas distinctis conceptibus intelliguntur. 1066. B.
V. Attributum.
77 Existentiæ relatiuæ tres si darentur essent in diuinis tria increata; item tria æterna, & immensa, contra symbolum, & 6. synodum. 1071. B. 1074. B.
78 Existentiæ, & durationes tres immutabiles si dantur, tres dantur æternitates. V. Personæ.
79 Cum existentijs pluribus relatiuis plures relatiuas durationes; æternitates, aut immensitates admittere minus tutum est. 1078. B.
80 Existentia suppositi primò existit suppositum, tum forma, & per eam materia, cum vtriusque modis realibus, & cum ijsdem generationibus, si est modus substantialis, vel post modum si est accidens. 1078. A.
81 Existentia vnicuique rei aduenit, secundum quòd debita est rei ipsi. Ibid.

EXTENSIO.

1 Extensio ad locum non est effectus formalis quantitatis etiam secundus. 1012. A.
V. Sonus.
2 Adly, Faciamus hominem ad imaginem, &c. Gen. 1. tres Iudæorum explicationes impugnantur. 60. 61.

F.

FOECVNDA.

1 Fœcunda natura, seu fœcunditas est attributum essentiæ commune tribus personis; intellectus fœcundus non sic, sed est proprius Patris. 373. A. 376. A. 1167.
2 Fœcunditas naturæ, vt est prima potentia notionalis non est attributum vltimum. Ibid. Potest dici vltimum inuentione, seu potiùs illustratione diuina. Ibid. V. Potentia.

FALLACIAE.

1 Fallaciæ in solis synonimis non contingunt. 1369. A.
2 Fallaciæ quatuor in nominibus diuinis declinandæ, scilicèt æquiuocationis, sensus compositi, ac diuisi accidentis, & ignorationis elenchi. 1371. B & seq. V. Syllogismus.
3 Fallacia accidentis communissima quatuor modis accidit. 1372.
4 In fallacijs non solùm attenditur modus significandi dialecticus, & grammaticus, sed & relatiuè, & absolutè. 1373. B.
5 Fallacia est in diuinis nominibus cum arguitur à non causa, vt causa. 1374.

FALSITAS.

1 Falsitas vt plurimùm in solo intellectu, in alijs autem etiam in rebus. 612.
2 Falsum, est in rebus, & in intellectu, vt verum. 591.
3 Falsum fundatur in vero, sicut malum in bono. 593. B.

FIDELIS.

1 Fidelis, qua ratione noua creatura dicatur. 6. B.

FIDES.

1 V. Cognitio. Angelus. Trinitas.
2 Fidei notitiam omni ex parte esse rationi consonam non est euidens. 46. A.
3 Cum fide nullum principium scientiæ, aut doctrina scita pugnat; & oppositum est error in fide. 1261. B.

FILIATIO.

1 Filiatio non est communis Patri, etiam vt effectus causæ, præexistendo, scilicet in virtute illius. 542. A.

2 Filiatio humana in Christo non est relatio. 626.B. 646.B. 648. 649. 983.B.
3 Filiatio, quia sequitur existentiam, est propria forma suppositi, & antecedit omnia alia accidentia. 985.B. 1108.
4 Filiatio diuina vt forma hypostatica, est posterior persona Patris; vt relatio relatiuo concepta, est posterior vtraque persona, & simul cognitione cum relatione paternitatis. 1116.B.
5 Filiatio vero conceptu, quo nunc vt est cognoscitur, necessariò per se 4. modo distinguit Filium ab Spir. Sancto. 1140.B. V. Sp. Sanctus.
6 Filiatio non in quocunque est filius, esse dicitur. 1301.A.

FILIVS.

V. Autotheos. Trinitas. Pater. Sp. Sanctus.

1 Filius solus in Deo est genitus. 305. 306. Filius cur à Philèo dictus. 315. A.
2 Per Filium Pater operatur, vt per principium coniunctum tribuens illi virtutem. 405.
3 Per Filium Pater operatur spectato ordine suppositorum non virtutis, qui nullus est; Filius nullo modo operatur per Patrem. 406. A. 412. B.
4 Filius est auctor Spir. Sancti. 343. B.
5 Filius Dei melius dicitur semper natus, quàm semper nasci. 499. A. Potest dici ante sæcula gigni. Ibid.
6 Filius nullo modo est ex nihilo: Pater est ex nihilo, id est, non factus de aliquo. 521.B.
7 Ad illud patrum, Filius gignitur de substantia Patris, Magistri interpretatio insufficiens. 523. A. S. Thomæ interpretatio germana, vt indicetur formale principium rei genitæ non solùm actiuum, sed etiam quasi passiuum. 523.B.
8 Hæc, Filius genitus est à natura Trinitatis, est minùs propria, & vera in sensu identico. 524. A.
9 Filium non de, ex, vel à substantia; sed in substantia genitum asserentes hæretici nouatores refutantur. 525. B.
10 Hæc est ambigua, Filium Pater diuinus in sua substantia generat. 526. A.
11 Vt filius vnus tantum sit in natura diuina, ad fœcunditatem, & infinitatem naturæ pertinet. 543. B.
12 Filij in Deo si essent plures, essent infiniti. 546. B.
13 Filius Dei procedit, vt intelligens, sicut, & diligens in sensu specificatiuo duntaxat. 548.B. V. Imago.
14 Filium, quòd genitus sit, non excludi à Deitatis natura asseritur contra Arianos. 1132.A.
15 Hæc: Filius est de essentia Patris; est vera. 1287.B.
16 Filius est in Patre, vt terminus operationis immanentis in principio; & Pater est in Filio, vt in procedente de eius substantia. 1294 A. V. Pater.
17 Filium genitum secundum essentiam rectè potest dici, sed falsò dicitur esse idem numero generante, & genitum. 1333.A.

FINIS.

V. Appetitus. Bonum. Intellectio.

1 Finis vltimus solùm est vnus. 171. A.
2 Finis duplex; finis qui, & finis cuius. Item finis quia, & finis propter quem. 253. A.
3 Finis est melior ijs, quæ sunt ad finem. 345. A. 479. A.
4 Viri sancti etiam in hac vita beati, & expertes coactionis ex parte finis; improbi è contra, etiã dum libidine fruuntur. 479.B.

FLORERE.

1 Florere significat tantùm in obliquo agere, aut producere flores, in recto habere in se flores. 445. 447. B.

FORMA.

V. Quantitas. Natura, Binarius, Causalitas Perfectio. Relatio.

1 Formæ actum primum, qui est dare esse, sequitur indiuisio in se: secundum, qui est distinctio vnius rei ab alijs, sequitur diuisio ab alijs. 192. A.
2 Non solùm qualitas, sed & alia genera sunt formæ subiecti ipsum perficientes. 227. B.
3 Forma non est bonum absolutè, sed relatiuè. 612. B.
4 Forma solùm concurrit in genere causæ materialis ad accidentia, quatenùs dat esse compositio, quod est materia accidentium. 795.B. 797. B. 800.B.
5 Formæ substantiales inanimatorum, & aliquorum viuentium sunt in se ipsis diuisibiles substantialiter. 804.A. Sunt diuisibiles quantitatiuè per compositum. Ibid.
6 Forma nuda, & sine medio informat materiã. 810. B.
7 In forma non est meditanda vlla potentia, sed tantùm actus. 811. A.
8 Formam esse in materia est forma inhærens cum modo reali, vel effectus materialis, vel causalitatis formalis. 812. A.
9 In forma conditiones causandi sunt existentia, & præsentia. 813. A. Non sic perparatio materiæ, quæ solùm est necessaria ad causalitatem agentis, etiam ipsius materiæ. ibid. & 813.B. 814. A.
10 Formæ effectus primarius est compositum cõcurrente etiam materia. 814.B. 1011.B.
11 Formæ effectus propriè non est materia. Ibid.
12 A forma pendet materia quoad essentiam, & quoad existentiam tanquam à causa. ibid. & 815.
13 Si forma existentia est natura posterior, quàm existentia materiæ, hæc ab illa nullo modo pendere potest. 815. A.
14 Forma indiuidua, & designata referenda est ad agens naturale creatum, quod determinatur à materia, non verò ab agente increato, nec à circunstantijs, nec ab actione. 830.A. 831.A. 832.A. 866. B.
15 Formam specificam distinctam ab indiuidua esse effectum agentis singularis, paradoxum est plusquam Platonicum. 830. B. 1007. A.
17 In formæ indiuiduatione vtrumque principiũ est primum, scilicet materiale, & efficiens. 832. A.
17 In formæ indiuiduatione efficiens est simpliciter prius. Ibid.
18 Forma generabilis indiuiduatur saltem naturaliter per hanc materiam designatam, vt per principium proprium, & etiam adæquatum. 832.B. & sequent. num. 3. 8. & 21. & pag. 839. A.
19 In forma principium indiuiduans est coniunctum in composito intrinsecum, vt pars essentialis. 832. B.
20 Forma non fit de dispositionibus, sed de materia disposita, tanquam de termino extrinseco; & de materia designata tanquam de intrinseco, seu coniuncto principio. 833. B. V. Dispositio.

21 Formæ diuisibiles, quæ habent partes heterogeneas secundum partes materiæ diuersas vẽdicant dissimilem dispositionem, & materiam signatam sic, vel sic. 836. B. 837. A.

22 Harum formarum effectus formales diuersi, & partes heterogeneæ continuitate sũt vnum. ibid.

23 Forma vbi est indiuisibilis, vt in animantibus perfectis, esse caput, & esse manum, sunt effectus sola materia diuersi. ibid.

24 Forma vbi est diuisibilis vniuersim pars formæ addita in adgeneratione habet indiuiduationis principium adæquatum, æquam partem materiæ signatæ. 837. A.

25 Formæ indiuisibilis indiuiduatio in duratione & augmento compositi deriuata est à materia signata generationis. ibid. Etiam à materia signata & addita aggenerationis, vt à principio adæquato deriuatur non quoad identitatẽ formæ, sed quoad modum informationis, aut dependentiæ in suo esse quo forma denuò est extensa ad illam. 837 B.

26 Forma indiuisibilis pendet ab omnibus, & singulis partibus materiæ sibi subiectæ, secundum totum suum esse indiuisibile, licèt non à singulis totalitèr. ibid. V. Anima.

27 Forma indiuisibilis licet magis pendeat à corde, quàm à pede, v.g. tamen quatenùs partes heterogeneæ ex homogeneis concretæ sunt, non magis pendent ab his, quàm ab illis partibus. ibid.

28 Forma manet eadem, & indiuiduum idem mutata materia per augmentum. 836. A. 838.

29 Forma indiuidua diuina potentia potest induci in quancunque materiam eiusdem rationis. 839. A. & seq. n. 6. 9. & 20.

30 Forma indiuiduatur per materiam generationis designatam saltẽ in diuina idea, vt per principium naturale propriũ, & adæquatum ipsius generationis formæ, & indiuidui, licèt Deus alia materia vti possit. 839. A. & seq. n. 18. & 21, 847. A. 868. A.

31 Forma si diuinitùs inducatur in materiam nõ suam, indiuiduum manebit idem specie, atque adeò identitate numerica essentiali, non verò materiali. 839. B. 840. B. 843. B.

32 Forma hæc constituit hoc numero indiuiduũ vt adæquatum effectum, & non aliud. ibid.

33 Forma est principium proprium, perpetuum, & præcipuum eiusdem indiuidui, & eius pars essentialis, non sic materia, 834. B. 840. A.

34 Formæ singulæ singulis generationibus naturalibus debitæ sunt, saltem ordine naturæ. 843. A.

35 Forma hæc semper per se referenda est ad hanc materiam signatam, cui debita est in sui ortu. 843. B. Si illi supponatur altera materia alitèr dispositа, & per suam causalitatem signata, ea erit principium proprium indiuidui, sed non per se, neque adæquatum. ibidem, & 847. A.

36 Forma diuisibilis identitatem sumit similiter suo modo à materia generationis, & nutritionis; indiuisibilis non nisi à materia generationis. 845. A. 846. B. V. Quantitas.

37 Forma indiuisibilis quoàd nouum modum informationis, aut dependentiæ in suo esse, quo extensa est ad materiam in nutritione additã, pendet ab ea materia, vt à causa per se. ibid. 846. B.

38 Ad formam indiuisibilem quoad identitatem essentialem partes materiæ in nutritione additæ, & earum modi sunt per accidens. 845. B. 846. B.

39 Forma, quæ a se ipsa est species, per materiã fit indiuidua. 854. A.

40 Formæ substantiales plures numero distinctæ, si essent in vna materia, hæc esset diuisa, & non diuisa. 856. B.

41 Formas separatas à materia specie differre necesse est. 867. B. & seq. num. 4. 25. 28. &c.

42 Formæ cœlestium corporeum etiam diuinitùs non possunt multiplicari, nisi diuisa materia. 869. B.

43 A forma est esse specificum, ac proindè indiuidualiter inuariatum, vbi forma est nuda ab omni materia. ibid.

44 Formæ separatæ sunt infinitæ, quia nulla materia coarctantur. 870. A. 872. 11017. A. V. Infinitum.

45 Forma materiæ diuisæ, in qua recipitur, habent fines quantitate præscriptos coaptatur. 871. A.

46 Forma intensibilis nõ potest intelligi maior, aut minor, nisi quia magis adhæret subiecto. 871. A.

47 Forma angelica habet totam perfectionem suæ speciei, quia cum sit separata à materia non est capax maioris, aut minoris. 871. 872. A.

48 Forma angelica, quamcunque perfectionem habet à creatione, habet à natura; vnde nec sunt, nec possunt in eadem specie plures angeli à Deo creari. 867. B. 868. A. 871. B. 875. A.

49 Forma angelica dicitur infinita non quòd infinitos habeat gradus perfectionis indiuiduales, sed potiùs quia nullos habet, quibus finiatur. 872. A.

50 Forma infinita si esset in subiecto, posset multiplicari per consequentiam naturalem, seu per prædicatum. 872. B.

51 Formæ nudæ quidquid addas mutatur species; formis materiæ commixtis adduntur differentiæ indiuiduæ, quas à materia diuisa petimus. Ibid.

52 Forma ex eo quòd fine materia sistat in specie, probatur in diuinis personas non distingui differentijs indiuiduis absolutis, non esse duas operationes indiuiduas, &c. 873. B.

53 Forma, quæ Gabriel dicitur, re ipsa est vnum singulare sub conceptu communi, species subijcibilis sub conceptu singulari, qui ipso vsu nominis est indiuiduum logicum. 877. B. 879. B.

54 Forma angelica non potest verè vna in multis cogitari, aut saltem iudicari, licèt ex modo intelligendi non repugnet esse in multis. ibid. & 878. A.

55 Forma non habet modum complentem subsistentiam materiæ, aut cum ea componentem subsistentiam naturæ. 931. A. 932. A.

56 Formæ modus est esse in materia, siue inhærere, oppositus modo subsistendi. 932. B.

57 Forma materialis non existit propria existẽtia ante compositum. 977. A. 988. B.

57 Forma materialis non existit propria existẽtia ante compositum. 977. A. 988. B.

58 Formæ subsistentes priùs natura terminantur,

tur, quàm existant hypostatica proprietate. 986 a. V. Natura.
59 Forma specifica constituendo speciem facit causam materialem existentiæ. 1007. V. Causa.
60 Forma subsistens est subiectum quod, & quo existentiæ. 1007. B.
61 Formæ cœlestes non fuerunt eductæ, neque existentia educitur, neque lumen. 1009. B.
62 Formæ, v.g. animæ, effectus formalis nullus ab ea separari potest, siue primus, siue secundus, siue etiam tertius. 1011. B. Hi qui dicuntur effectus formales animæ, sunt potiùs causæ formales. 1012. A.
63 Forma, siue essentia, & existentia est causa formalis coniuncti ex essentia, & esse. 1012. B.
64 Formæ, siue humanitatis, & existentiæ simul effectus formalis dicitur hominem existere, sol. lius albedinis hominem esse album. 1013.
65 Forma, siue humanitas continetur in esse, quo completur homo existens. Ibid.
66 Forma comparata cum existentia est principium quasi materiale; cum existente, est formale. 1012. B. 1013. B.
67 Forma in creatis communicatur, & est principium actuum magis propriè, & principaliter, scil. vt fundamentum similitudinis; existẽtia solum, vt complementum naturæ, & actiuæ virtutis. 1020.
68 Forma relatiua, vel alia quæcunque vniuersim prius cognoscitur, quàm cõiunctũ. 1125. a.
69 Forma in creatis prius est producta, imò coniuncta subiecto quàm constet coniunctum effectus formæ. 1125. B.
70 Forma hypostatica in diuinis significat relationem conceptu absoluto, & nullo modo rem absolutam. 1175. A. 1176. B.
71 Formæ hypostaticæ tres in Deo proprijs nominibus significatæ absoluto conceptu intelliguntur. 1184. B. Re ipsa sunt species relationis, adhuc remoto genere suis definitionibus distinctæ. Ibid.
72 Forma hypostatica in communi, seu in conceptu, non est vltimum incommunicabile, sed singulatim, & in re ipsa. 1187. A.

FVTVRA.

1 Futura Deus cognoscit, vt præsentia sibi in æternitate, seu in actu exercito; & vt futura nobis, seu in actu signato. 461. A.

G.

GENERATIO.

V. Forma. Anima.
1 Generatio actiuè significata in Deo est Pater, passiuè est Filius. 282. B.
2 Generatio diuina est exemplar nostræ, & perfectissima. 287. B.
3 Generatio non cogitatur sine fide reiectis imperfectionibus. Ibid.
4 Generationis viuentium perfectæ communis definitio. 312. B. & 313.
5 Generatio creata est actio transiens. 314. Dici potest actio vitalis. 314. B.
6 Generatio Christi est perfectissima. Ibid.
7 Generationis definitio adhuc stat, licèt de generatis ex humore corrupto Aristotelis sententia improbatur. Ibid. Hæc Aristotelis sententia vt vera, & arguta approbatur. Ibid. V. Mures.
8 Generationis vnum principium, quasi speciem vnam aliquando duo specie differentia constituunt. 315. a.
9 Generatione perfecta gignitur simile in specie, imperfecta simile in genere. Ibid.
10 Generatio viuentis perfecta inuenitur solùm in viuentibus cognitione præditis. Ibid.
11 Generatio creata est mutatio non propria, est tamen mutatio aliquatenus. 315. B.
12 Generatio diuina non est mutatio, sed processio infinitè perfecta. Ibid.
13 Generare, seu gignere propriè dicimus de Deo; concipere, & parere metaphoricè. 324. B. V. Deus.
14 Per generationem non producitur terminus essentialis, & absolutus, sed suppositũ relatiuũ, seu persona, quæ est ipsa similitudo, & imago subsistens. 325. B.
15 In generatione id, quod cum agente coniungitur, habet rationẽ naturæ, quæ est causa efficiens; non rationem finis, aut obiecti. 326. B.
16 Genecatio in genere, seu vt communis ad generationem viuentium, & non viuentium, definitur productio rei alicuius per modum assimilationis, & exemplationis. 331. B.
17 De generatione etiam generica loquendo, processio amoris non est generatio. 332. A.
18 Generat Deus, & spirat suapte natura, non quia vult. 371. B.
19 Generatio hominis priùs natura à sole, quàm ab homine oriri cum dicitur, hic ordo prioritatis est inter causas non inter actiones, aut inter effectus. 411. B.
20 Generatio est operatio viuentis, imò & vitalis, & non relatio tantùm. 473 B.
21 In generatione, aut spiratione quæ sunt origines, fundatur relatio realis diuina, non in actu intelligendi, aut diligendi. 474. A.
22 Generatio diuina est relatio, & simul à relatione vt sic distinguitur ratione formali. 475. B.
23 Generationem diuinam esse propriè, ac formaliter generationem de fide est. 476. B.
24 Generationis creatæ siue viuentium, siue non viuentium imperfectiones tres. 520. B.
25 Generatio cuius principium, & terminus formalis est vna essentia, perfectissima est. 530. B.
26 Generatio facit initium à termino extrinseco, in quo est priuatio. 799. A.
27 Generatio an sit modus substantialis, an accidẽtalis. 1078. B.
28 Generatio est modus prius naturà productus, quàm suppositum, & non nisi per existentiam illius existens. Ibid.
29 Generatio si non est accidens solùm propter modum prædicandi reducitur ad genus actionis. Ibid. V. Existentia, Terminus.
30 Cum generatione passiua essentiæ cõiunctio, prior est, quàm altera coniunctio eiusdem cum filiatione ad personam constituendam. 1196. B.
31 Generatio actiua tam necessaria est Patri, quàm Filio. 1120. B.

1 GENITVS. V. Filius. Sp. Sanctus.

GENERA.

1 Genera vltima fortè analogo contenta sunt, cum etiam in illis desit prædicatio generis, & speciei, vt in genere, Vbi, & Quando. 244. A.
2 Genus suum proximum innominatum infra animal habent equus, & mulus. 315. A.
3 Genera rerum saltem formaliter in re ipsa distinguuntur in communi opinione. 623. A.
4 Generica natura necessariò definitur per differentias specificas; non sic species per individua. 879. B.

3 Genus physicum dicitur vbi gradus essentiales sunt re ipsa distincti. 1021. A.

6 Genera physica sunt corpus, viuens, & animal; reliqua omnia genera sunt tantùm logica, seu nullo modo distincta re ipsa etiam virtualiter à differentijs. 1021. A. & seq. n. 3. 9. & 16. pag. 1027. B. 1028. A. V. Substantia.

7 In genere logico non physico collocatur substãtia abstracta ab Angelis, & corporibus. 1021.

8 Genus, & differentia vniuersim nominibus cõcretis sola confusione, & explicatione conceptis discernuntur. 1024. A. 1025. A.

9 Genus physicum, & differentia nominibus abstractis, vt animalitas, & rationalitas, significãt gradus essentiales, ex natura rei, siue formaliter distinctos. 1024. A. Nominibus concretis, quibus nempè significant totum, non distinguuntur re ipsa, sed indicant gradus essentiales re ipsa distinctos. 1025. A. 1029. B. 1030. B.

10 In genere physico nulla res simplex collocatur, neque Deus, neque etiam angeli. 1028. A. V. Angeli.

11 In genere physico differentiam additam esse extra rationem formalem generis intelligitur in physica consideratione. 1029. B.

12 Generis physici solius hoc proprium est, quòd possit accipi, vt pars physica. 1030. B.

13 In genere logico Deus non est. 1031. & seq. n. 2. & 14. Opposita sententia improbabilis ne dicam audax, & temeraria. 1036. A. V. Ens.

14 In genere, quæ conueniunt, sicut differunt specie, & differentijs, differunt secundum existentiam, & in eis essentia in genere constituta toto suo conceptu etiam confuso antecedit existentiam. 1033.

15 A genere substantiæ, quæ est receptrix existẽtiæ per se, distant ea, quæ diuerso ab ea modo sed habent ad existentiam, vt Deus, & accidẽs. 1034. A.

16 In genere infinitum non continetur, cum cõplectatur omnia, & non terminetur differẽtijs. 1034. B.

17 Ad genus Deus non reuocatur. 1034. B. 1035. A.

18 Genera cuncta mutantur cum de Deo prædicantur. 1036. A.

19 In genere est linea infinita in potentia, item linea cogitata infinita actu, non autem re vera infinita actu. 1036 B. Similiter qualitas infinite intensa. Ibid. & 1037. A.

20 Genus masculinum in adiectiuis sine substãtiuo positis, indicat personam, neutrum, substantiam. 1308 A.

21 Genere masculino non neutro de personis dicuntur nomina adiectiua distinctionis sine substantiuis posita. 1308. B. Nomina vnitatis è conuerso. Ibid. De vtrisque secùs dicendum, cum adiectiua iunguntur substantiuis. 1309. A.

22 Genus neutrum in adiectiuis non est exponẽdum, vt grammatici exponunt, aliud hoc est res alia; sed hoc modo, alia substantia, siue quidditas. 1309. A.

1 GILBERTVS Porretanus, vt narrat Octo Frisingensis Episcopus, distinxit realiter essentiã diuinam à persona, seu Deitatem à Deo. 1026. B. Vtrùm distinxerit etiam attributa non liquet. Ibid.

GRADVS.

1 Gradus essentialis, vnus non est in potentia ad alium, sed pars physica habens vnum gradũ est in potentia passiua essentiali ad vlteriorẽ. 1023. A.

2 Gradus rationalitatit indicatus per differentiã rationale, est re ipsa additus extra rationem sensitiui specifici in homine, siue hæc in communi considerentur, siue in individuo: & simile de alijs gradibus. 1024. B.

3 Gradus essentiales singuli in qualibet specie sunt specie distincti. 1025. A.

4 Ad plures gradus essentiales pertinẽt affectiones, & potentiæ efficientes plures hominis, vel alterius viuentis. 1025.

5 In gradibus essentialibus singulis, in homine, sunt propriæ differentiæ imperfectæ per rationem additæ generi, & constituentes partem speciei; tamen vna tantùm est vltima differentia specifica, quasi extranea generi. 1025. B. 1031. B

6 Gradus essentialis nõ est pars physica, simplex, sed effectus formalis animæ. 1029. A. 1026. A.

7 Gradus essentiales sunt corpus animatum, sensitiuum, & rationale. 1029. B.

8 Gradus essentialis consequens includit præcedentes in suo conceptu. Ibid. & 1030. B.

9 Gradus essentiales inter se coniunguntur per quandam identitatem, sicut forma, & causalitas formæ. 1030. A.

10 In graduum coniunctione non est vera potentia passiua, sed imitatio eius. Ibid.

11 Graduum compositio realis est, sed non dicitur absolutè physica compositio, quia est per quoddam augmentum. Ibid.

12 In graduum etiam plurium compositionibus imperfectis est physica compositio ex materia, & forma cum augmentis realibus eam cõpositionem physicam necessaria comitantibus. Ibid. & 1031. A.

GRATIA.

1 Gratiæ nomine quid in titulo huius operis significetur. 5. Gratia supra naturam. 5.

2 Gratiæ dignitas. 6.

3 Gratia Dei nobis necessaria est. 6.

4 Gratiæ nomen æquiuocum apud Latinos, & in sacris literis. 7. Est nomen nouæ significationis. 8.

5 Gratia increata, cur Deus dicatur. 8. A.

6 Gratiæ increatæ nomen Filio, & Spiritui Sancto conuenit; maximè Spir. Sancto. 9. A.

7 Gratia increata duplex. Item creata duplex. 10. A.

8 Gratia non potest esse infinitè intensa in aliquo subiecto. 82. B.

9 Per gratiam iustificantem solam Deus dat se nobis. 1394. B.

10 Sine gratia non potest Deus facere hominem gratum, nec potest intelligi homo gratus, quin aliquod reale superadditum naturæ intelligatur. 1407. A.

11 Gratus non esset homo in puris naturalibus, quamuis posset acceptari à Deo ad Beatitudinem nihil superaddendo naturæ, nec Deus diceretur habitare in eo, sicut in iustis. Ibid.

12 Gratia iustificans tribuitur Spir. Sancto, vt primo dono, per quandam proprietatẽ. 1408. A.

13 Per solam gratiam sanctificantem datur diuina persona nobis fruenda. 1409. B.

14 Gratia in sacramentis non est formaliter, vel realiter, sed solum, vt forma artefacti est in instrumento artis, scilicet per solam intentionẽ agentis. 1410. B.

15 Gratia

V. Genus. Anima.

V. Prouidentia.

V. Sp. Sanctus. Mitti. Mittere. Missus.

15 Gratia sanctificans quomodo disponat animã ad habendam diuinam personam in se. 1413. a.

H.

HABITVS.

1 Habitus, quomodò antecedat priuationẽ vniuersim. 34. A.
2 Habitus omnes, imò ipsa gratia pertinet ad imaginem quoad operationes. 56. 2.
3 In habitibus naturalibus speculatiuum, & practicum sunt differentiæ essentiales. 144. B.
4 In habitu fidei diuinæ, sicut in potentia, speculatiuum, & practicum sunt differentiæ accidẽtariæ. 145. A. Similiter dicendum de scientia indita animæ Christi Domini, si est vnus habitus. Ibid.

V. Attributa. Autotheana. Persona. Spir. Sanctus. Ingenium.

1 HÆRESIS Pelagiana. 5.
2 Hæresum initia à Philosophis. 34. A.
3 Hæresis Antropomorphitarum de Deo corporeo. 52.
4 Hæresis Vuideuistarum. 57. A. 80. A. Hæresis Origenis. Ibid.
5 Hæresis Flacci. 57. B. Hæresis Sabelliana. V. Sabellius.
6 Hæresis notabilis de animis prophetarũ. 74. A.
7 Hæreses 45. temporibus Apostolorum numerat Theophrastus. 204. B.
8 Hæresis Ioachimi. V. Deitas.
9 Hæresis Abailardi. 1386. V. Abailardus.

HAERETICI.

V. Filius.

1 Hæretici in sensum qui ipsis placet scripturam trahere solent. 84. A.
2 Hæretici dum inter se pugnant, fidem nostram confirmant. 91. B.
3 Hæreticorum impietas ridicula. 93. B.
4 Hæretici contra diuinas personas Noetus, vel Praxeas, Sabellius, Symon Magus, Manes, Manichæi, Samosatenus, &c. 79. & seq.
5 Hæretici Macedoniani contra Spir. Sanctum. 82. & seq. & pag 93. V. Marius Victor. Macedonius.
6 Hebraismus denumeri cum numero commutatione, imò & coniunctione. 59. 1316. A.

HOMO.

1 Homo V. Imago. Actio. Anima. Existentia.
2 Homo nomen supponit pro pluribus non seruata vnitate naturæ. 1348. B.

HOMOVSION.

3 Homousion nomen contra Samosatenum. 80. Episcopi respuerunt; contra Arium 318. Episcopi in Conc. Nysseno receperunt. 1289. a. De hoc nomine Patres, & Concilia conciliantur. 1288. B.
4 Nomine Homousion vtraque hæresis refringitur Sabelliana, & Ariana. 1288. a.
5 Homousiana fides definita in Conc. Nysseno. 1288. B. Pro ea Martyres. Ibid.
6 HOMyusion, id est, similis substantiæ. Ibid.

HVMANITAS.

V. Forma. Christus.

1 Humanitas à Verbo assumpta, an pendeat ab eo, vt à causa, an solùm vt à termino. 338. B.
2 Humanitas fuit priùs producta, quàm assumpta à Verbo, sed non in eo priori existens, sicut nec subsistens, aut hypostasis. 988. a. 991. B.
3 Humanitas in Verbo habet existentiam diuinam essentialem medio supposito Verbi saltem ordine rationis, si vnio realis ad suppositum diuinum, & ad existentiam est vna; si duo, vnio hypostatica est prior prioritate naturæ. 990. a. 992. a.
4 Humanitatis coniunctio cum Verbo conseruabatur à solo Deo, non verò existentia. 992. A.
5 Humanitas Christi, quod existeret etiam aliquo modo pendebat à causis naturalibus disponentibus, quatenùs coniunctio hypostatica pẽdebat à physica. Ibid.
6 Humanitate à Verbo dimissa, & succedente proprio supposito creato, homo ille, non diceretur simpliciter idem. 1310. a.
7 Humanitas vna si assumeretur à tribus personis, esset vnus homo, sed essent tres subsistentes in humanitate vera. 1313. B. 1316. B. 1317. B. 1318. & seq. 3320. B.

HYPOSTASIS.

V. Anima. Materia.

1 Hypostasis, si quidpiam ei addatur hypostaticum, non manet eadem. 428. a.
2 Hypostasis non accipitur, nec habetur, sed ipsa accipit, & habet propriè loquendo. 539. B.
3 Hypostasis humana in eodem genere distinctionis realis, formalis magis distinguitur à sua natura, quàm angelica à sua. 944. B. 1105. A. Huius maioris distinctionis duplex ratio assignatur. 945. A.
4 Hypostasis deriuatio verisimilior ab yphistane, id est subsistere. 1085. B. 1086. A.
5 Hypostasis, subsistentia, & substantia ex prima institutione in idem recidunt. 1086. a. 1089 B.
6 Hypostasis ex consuetudine apud Græcos quasi secunda institutione pro supposito, vel persona tantùm vsurpatur. 1085. a. 1086. B. 1190. a. 1195. B.
7 Hypostasis significationem pro persona ad Cõcilium Alexandrinum primus detulit Hosius Cordubensis. 1087. A.
8 In hypostasi naturæ corporeæ, quænam sint compositiones reales, quænam in hypostasi creata naturæ incorporeæ. 1104. V. Natura.
9 In hypostasi corporea compositio ex natura, & proprietate maior est, quàm in angelica. 1104. b
10 In hypostasi angelica natura non pendet ab hypostasi ad hoc vt subsistat, nec ab ea distinguitur quatenùs est subsistens, nisi sola ratione. 1104. B. 1105. A. 942. B. 943. A. & seq.
11 Hypostasis in Deo non est idem quod subsistens quoad numerum. 1105. A.
12 Hypostases non manent relationibus non manentibus vllo modo, scil. vel materialiter, vel etiam formaliter vt proprietates sunt remoto genere relationis. 1188. B. Item vel conceptu absoluto, vel relatiuo. Ibid.
13 Hypostases manent remotis abstractione formali relationibus relatiuo conceptu. Ibid.
14 Hypostases non manent abstracta essentia abstractione vniuersali, vel etiam remota per abstractionem formalem, siue negatiuam, siue præcisiuam relatione absoluto conceptu formę hypostaticæ. 1193. 1194. A.
15 Hypothesi impossibili, data non est inutile disputare de consequentibus ad prædicatum. 422. A. 442.

V. Anima. Sp. Sanctus.

16 Hypothesi impossibili data vtraque pars propositionis est vera. 424.

I.

IDEA.

1 Idea nõ est diuina perfectio, nec attributũ. 124. A.

2 In ideis non est hominem esse animal, sed homo. 955. A.
3 Ideæ vt repræsentatiuæ res omnes actu repræsentant. Ibid.
4 Ideæ non sunt veræ vt conformabiles rebus, sed vt causa, & regula conformans sibi res. 955. B.

IEHOVA.

1 Iehoua nomen proprium est Dei, ab ipso Deo inditum, vt est probabilius. 1264. a.
2 Iehoua quamuis ex etymologia significet esse, ex instituto iam non significat esse, sed naturã Deitatis. 1264. B.
3 Iehoua probabilius est esse nomen singulare Dei, vnde non potest traduci ad falsos deos. 1283. B.

IGNORATIO.

1 Ignorationis morbi tres. 1161.
2 Ignorationis pessimus morbus eorum qui de Deo sentiunt ea, quæ neque in corpore, neque in spiritu creato extant. 1160. B. 1161. A.

IMAGO.

1 Imago Deitatis non perfecta, sed imperfecta homo. 48. B.
2 Ly ad imaginem, Gen. 1. interpretationes duæ veræ, duæ falsæ. 49. a.
3 Ad imaginem sufficit similitudo in specie secundum analogiam. 49. B. Inter imaginem, & vestigium discrimen. Ibid.
4 Imaginis definitio. 50. 1.
5 Imago Dei homo, cur dicatur. 50. Item cur vestigium Dei. 51. B.
6 Imago Dei Angelus, item mulier. 51.
7 Imago Dei homo secundum corpus non est. 52. a.
8 Imago Deitatis figura corporis erecta non est; sed vestigium imaginis. Ibid.
9 Imago animæ corpus. 52. B.
10 Imago Trinitatis homo. 53. a.
11 Imago Trinitatis duplex in homine. 53. B.
12 Imago Dei in peccatore manet secundum potentias, non secundum operationes. 55. B. 57. a.
13 Imago in libero arbitrio ad bonum ponitur, perfectio imaginis in operatione. 56. a. V. Habitus.
14 Ad imaginem Dei, imò & ad similitudinem etiam reprobi effecti. 57. a.
15 Imago Dei absolutè non manet in damnatis. 57. B.
16 Imago Christi est verè res adorata, & simul cum Christo adorata. 260. B. 261. a.
17 Imago longè perfectiùs repræsentat per hoc, quod est forma intelligentis, quàm quòd cognita ducat in cognitionem rei. 261. a.
18 Imaginis vsus non est aliquid reale in imagine. 263. B.
19 Imago dicitur personaliter. 299. a.
20 Imaginis definitio ex S. Hilario. Ibid.
21 In imagine, vt in Verbo est aliquid absolutũ, & relatio precedentis, seu exemplati. ibid.
22 Imago refertur ad exemplar reali relatione, si procedit ab eo etiam vt à principio productiuo. ibid.
23 Imago altera impropria, altera propria. 316 a.
24 Imaginis propriæ adeptæ conditiones, similitudo, distinctio, exẽplatio in specie, ordo. ibid.
25 Imago est res absoluta cum relatione coniunctæ. ibid. V. Exemplatio.
26 Imago solius Patris Filius Dei est propriè loquendo. ibid.
27 Imaginis ad Patrem relatio est realis, & personalis secundum fidem. 316. B.
28 Imago, seu relatio imaginis non fundatur in vnitate naturæ, nec in hac, & productione simul. 317. B. In diuinis non fundatur etiam in proprietate personæ. ibid.
29 Imaginis ad exemplar relatio realis non est repræsentatio, sed similitudo fundata in exemplatione. 3018. a.
30 Imago alia secundum accidens, alia essentialis. ibid.
31 Imago triplex in rebus creatis, artefacta, naturalis, intelligibilis. 318. 319. In qualibet relatio similitudinis est realis, & significatur formaliter; relatio repręsentantis in nulla. 319. A.
32 In imagine intelligibili quod est absolutum ab imagine naturali, & artefacta differt. ibid.
33 In imagine naturali relatio realis sola significatur formaliter. ibid.
34 In imagine requiritur vnitas formæ in specie. 320. a.
35 Imago intelligibilis in Deo cum suo exemplari habet vnitatem indiuiduam quoad esse naturale, & intelligibile. 320. B.
36 Imago Patris Filius in generatione viuentiũ. ibid.
37 Imago secundum esse intentionale non procedit generatione vniuoca. 329. B.

IN, relatiuum intimum, & essentiale nec est vnio, nec inexistentia, sed est realis aptitudo, vt insit. 566. B.

INACCESsibile maius quàm incomprehensibile. 171. V. Pater. Persona. Ingenitum.
INCOMprehensibilem rem cogitanti quid sufficiat. 19. B.
INDifferentia negatiua quæ sit. 770. a. 831. B. 1004. B. V. Agens. Naturà.

INDIVIDVATIO.

1 Indiuiduatio, seu vnitas indiuidui compositi non est indiuisibilis in se ipsa, quare simpliciter pendet ab hac materia signata. 838. B. V. Forma.
2 Indiuiduationis principium physicum est prima ratio, vt à causis physicis oriatur potiùs hoc indiuiduum, quàm aliud. 786. A.
3 Indiuiduationis principium non sunt accidentia simul collecta, nec quantitas, non existentia, nec suppositum, non forma substantialis. 786. 787. 827. B. 828. A. V. Anima. Materia.
4 Indiuiduationis cognoscendæ, seu non rei, sed cognitionis principium, vt signum quantitas est cum accidentibus. 786. B. 820. B. 827. B. 829. A.
5 Indiuiduationis principium est materia signata, & non occasio duntaxat, seu causa non per se. 787. B. 790. A.
6 Indiuiduationis principium non est sola diuina voluntas. 790. A. V. Accidens. Angelus. Forma.

INDIVIDVA.

1 Indiuidua eiusdem speciei prædicatione minus distant, quàm species; re ipsa, & quoad subiectum è contra. 678. A.
2 Indiuiduum non addit naturæ communi solam negationem. 775. a. 777. B.
3 Indiuiduum addit naturæ communi indiuiduã differentiam nostro modo intelligendi. ibid. & 777. B.
4 Indiuidua essentia variatur solùm per accidẽs. 1007. A.
5 Indiui-

5 Indiuidua esse eiusdem essentiæ cum dicimus, significatur identitas rationis. ibid.
6 Indiuidui vltimus actus cur appelletur à quibusdam indiuidua differentia, ab alijs indiuiduale principium. 777.B. 1092. B.
7 Indiuiduum, seu singulare formaliter non est res, sed relatio rationis. 778. A.
8 Indiuiduum, seu singulare materialiter, nihil est quod sit indiuidua differentia naturæ. 778. B. 783. A.
9 Indiuiduorum in natura eadem est conuenientia identica in re ipsa; formalis conuenientia, seu vnitas vnius naturæ in pluribus non nisi per intellectum. 783. A. 785. B.
10 Inter indiuiduum additum naturæ, & vnum additum enti duplex discrimen. 783. B.
11 Indiuiduum quot habet causas, tot habet indiuiduationis principia. 786. 818. B. In his causis ordo. 786. A.
12 Indiuidua aliqua, vel sunt, vel esse possunt similia etiam in collectione accidentium. 786. B.
13 Indiuidui existentia est actus vltimus, non primum principium. 787. A. 827. B.
14 Indiuiduæ naturæ vltimum incommunicabile est suppositum. ibid.
15 Indiuidui istius hæc forma est principium præcipuum, sed materia est primum. ibid. & 818. B. 828. A.
16 Indiuidua vnitas non est sensibile per se, vnde ea mutata potest manere eadem species, & visio. 803. A.
17 Indiuiduum, cum de eius principio constituente, quæritur, accipitur, vt est ens per se, seu prima substantia. 826. A.
18 Indiuidua naturæ vniuersali accidunt. 828. A.
19 Indiuidui principium intimum, & quo constat, & existit, non est agens, sed materia. 829. B.
20 Indiuiduorum numerus fit ab eo, quod est principium extensionis partium sola diuisione accedente. 839. A.
21 Indiuiduum est communius, quàm suppositũ. 1088. B. V. Suppositum.
22 Indiuiduum vagum ex parte naturæ est complexum, significat ex parte naturæ singularitatẽ aliqualiter, non absolute, & significat vnum per accidens: secùs persona. 1098. A.
23 Indiuiduum vagum, & persona conueniunt, quatenùs significant singularia indeterminatè. Ibid.
24 Indiuiduum rationalis naturæ, quod non sit natura neque persona, nec in Deo est, nec in rebus creatis. 1160. B.
25 Indiuiduum rationalis naturæ cognitum vt potens generare, iam est persona constituta proprietate relatiua, non verò solùm ingenito, & prima fœcunditate, vel relatione rationis. 1167. A.
26 In hoc indiuiduo, si nomine potentis generare significatur relatio potentis generare est rationis inter potentiam, & actum generandi: secùs si significatur relatio principij, aut ipsa potentia generandi. ibid.

INDIVISIO.

1 Indiuisio statim consequitur ens nulla alia ratione interposita, quæ sit vnitas. 186. A. 1137. B. 1130. B. V. Forma.

V. Angelus. Attributum. Æternitas. Infinitũ.

INFINITAS.

1 Infinitas est moderatio, seu norma, quam loquuturus de rebus diuinis animo adhibere debet. 16. B. Non est modus rei. 15. B. Per hoc, quòd remouet terminum, seu finitatem essentiæ facit vnitatem omnium attributorum in essentia. 150. B.
2 Infinitas nihil est nisi mensura perfectionis, seu attributi cuiuslibet. 160. A.

INFINITVM.

1 Infinitum in generibus, vel speciebus non destruit naturæ finitatem; in essentia maximè; in attributis coarctatur ad rationem obiectiuam. 162. B. 1036. B. V. Suppositum.
2 Infinitum, siue in essentia, siue ex parte, ea ratione, qua infinitum est, est quoque vnum. 870. B.

V. Attributum. Forma. Qualitas. Quantitas. Genus

INGENITVM.

1 Ingenitum est notio, & proprietas solius Patris. 1131. A. & seq. n. 12. & 21.
2 Ingenitus pro improcessibili. 1132. A.
3 Ingenitum Græcè ageniton significat increatũ. 1132. 1136. B.
4 Ingenitum Græcè agenniton, significat non natum. ibid. & 1137 A. V. Initium, Principium.
5 Ingenitum Deum Eunomius hæreticus dicebat non generantem, seu abhorrentem à generatione; Philosophi non genitum. 1132. B.
6 Ingenitum pro non nato est negatio, quæ non significat, neque explicat essentiam diuinam. 1133. A.
7 Ingenitum, & genitum, proprietas personæ, non verò proprietas naturæ, aut substantiæ. 1133. A.
8 Ingenitum est nomen pertinens ad relatiua, & significat quasi priuationem geniti. 1133. A.
9 Ingenitum esse quasi accidens, hoc est nõ substantiam probat S. Cyrillus. 1132. B. Est quasi accidens rationis, cũ sit quasi priuatio. 1136. B.
10 Ingenitum non significat principium ingenitum, sed negationem solam. 1134. 1135. A. 1136. B.
11 Ingenitum etiam materialiter non significat positiuum, scilicèt fontalem plenitudinem, siue hæc sit principium duplicis processionis, siue quasi fons à quo est processio quæcũque. 1134. B. Etiam hic fons, seu principium est nomen commune. Ibid.
12 Per ingeniti negationem realem meliùs explicatur primum quàm per relationem præsertim rationis. Ibid.
13 Ingenitum potest significare negationem geniti, sed simul indicare ex consuetudine principium. Ibid.
14 Ingeniti optima interpretatio, vt vsu, vel certè ex accommodatione significet negationem cuiuscunque processionis, seu improcessibile; genitum verò solam generationem. 1135. A. 1136. B.
15 Ingenitum conuenit naturæ essentialiter; soli Patri essentialiter, & personaliter simul, sicut & primum, & improcessibile. 1135. B.
16 Ingenitum prout priuatiuum intra genus hypostasum, vel principiorum est proprietas solius Patris. 1136. A.
17 Ingenitum priuatiue, & genitum sunt circa idem, scilicet circa personam, seu principium. ibid.
18 Ingenitum nomen olim fuit repudiatum ob suspicionem Arianismi. 1137. A.
19 Ingenitum est negatio realis fundata in relatione absoluto conceptu. 1167. A.

V. Innascibile.

1 INNASCibilitas est notio. 1128. B.

2 Innascibi-

2 Innascibilitas est dignitas primi principij. Ité significat Patrem non esse genitum. Item significat esse absolutè primũ in processione. ibid.
3 Innascibile explicat in Patre duas simul notiones primi principij, scilicet, quòd simul generet, & spiret. 1129. B.
4 Innascibile præter paternitatem non significat in Patre dignitatem positiuam nascibilitati oppositam, quam negatio consequatur, quin inspirabile in Filio aliam talem significet. 1130. a. 1136. B.
5 Innascibile in creatis communius nomen est, quàm ingenitum; in Deo idem valent. 1131. B.

INSPIRABILITAS.

1 Inspirabilitas non est notio. 1129. A.
2 Inspirabile significat non esse vltimum in processione, quod non est dignitas, sicut & non procedere prima processione. 1129. B.
3 Inspirabile continetur in notione Spiratoris. Ibid.
4 Inspirabile tribuitur principio, & non significat secundum, sicut neque primum, nisi ratione personarum. 1130.

1 INstans. V. Accidens. Agens.

INTELLECTVS.

V. Vniuersale. Voluntas.
1 Intellectus Dei est voluntas diuina. 134. A.
2 Intellectus auersio est Verbi cognitio, & pendet ab appetitu. 252. B.
3 Inter intellectum, & voluntatem vt sunt in actu primo, seu vt coniunguntur cum suis obiectis, discrimen. 322. B.
4 Intellectus, & voluntas, vt sunt facultates, vtraque est vera natura; vt sunt in actu primo, obiectum est in intellectu per modum formæ, & naturæ; in voluntate verò per modum obiecti extra propositi. 323. A.
5 Intellectus noster suapte natura intelligit diuersa coniunctim, assimilando, & referendo illa, sæpè nihil cogitans de similitudine, aut relatione. 552. B. 650. A.
6 Intellectus noster habet duplicem rationem mensurabilis, & veri, alteram ad res cognitas, alteram ad intellectum diuinum practicum. 583. A.
7 Intellectus diuinus est mensura excedens, vt æternitas. 592. B.
8 Intellectus noster licèt intelligat aliquid diuinum suo modo imperfecto, non tamen intelligit verè vt imperfectum. 1107 B.

INTELLECTIO.

V. Actio. Amor. Cognitio.
1 Intellectio est operatio propriè, non autem solùm per similitudinem, nec solùm grammaticaliter. 214. B. 215.
2 Intellectio & quæuis cognitio est motus in rem repræsentatam, non autem re ipsa repræsentatio. 215.
3 De intellectione producere est verbum dicere. 216.
4 Per intellectionem producitur verbum, & per dilectionem amor. 238. B. 240. A.
5 Intellectio specialis, qua verbum producitur, essentialiter est verbi productio. Nominatur dictio à sapientioribus. 240. A. 434. B. Est intelligere rem producto verbo, seu intelligi. 262. B.
6 Intellectio, quæ ab intelligente non producatur, dari non potest. 251. A.
7 Intellectio est finis cuius, siue quia respectu Verbi. 253 B.
8 Intellectionem vt sic, nec vt formatam, nec in vllo genere causæ, verbum antecedit, nec producitur per aliam actionem priorem, quàm sit intellectio. ibid. & 254.
9 Intellectione licèt posterius sit verbum, concurrit ad illam non vt causa, sed vt terminus productus, & obiectum eam terminans. 252. B. 255. A. 265. B.
10 Intellectioni speciem tribuit verbum, quasi definitio, seu ratio formalis obiecti. ibid.
11 Intellectio est posterior ratione, quàm verbum. ibid.
12 Ad intellectionis intrinsecam rationem non pertinet, vt per illam producatur verbum. 257. B.
13 Intellectio non est similitudo, sed actio agentis secundum similitudinem. 266. B.
14 Intellectio ex ratione communi Deo, & nobis non est emanans re ipsa ab intellectu, sed est operatio obiectum prospectans. 298. A.
15 Intellectio diuina non est principium formale generationis, sed intellectus fœcundus, siue memoria. 434. A. 435. B.
16 Intellectio essentialis Patris est à potentia notionali antecedens actum dicendi, seu generationem, & est actus notionalis, & productiuus verbi, id est, à quo procedit verbum. ibid. & 435. a. 436. B.
17 Intellectio notionalis est fœcunda. 434. B. Non antecedit dilectionem essentialem vt sic, sed cum suo termino antecedit notionalem. 435. A.
18 Intellectio antecedit productionem Verbi: vnde producere verbum, id est dicere, est intelligendo, seu intelligentem producere verbum. 435. B.
19 Hæc, Intelligendo Pater generat, impertinenter explicatur sic, Deo intelligente Pater generat. ibid. & 436. A. 1190. B. V. Pater.
20 Intellectio etiam notionalis ex sua ratione formali non est generatio, seu origo. 437. 439. B.

INTELLIGERE.

1 Intelligere est quoddam assimilari. 249. A.
2 Intelligere non est effectus formalis intellectionis, & verbi simul. 262. B.
3 Intellectio, & intelligere rem per verbũ prioritate naturæ antecedit verbum. 267. A. Non sic antecedit intelligi, seu rem intellectam in verbo. ibid. Intelligi quid sit. 267 B.
4 Intelligo rem per verbum in quacunque antecedentia eam intelligo, & non est consequens verbum existere in illa antecedentia. ibid.
5 Intelligendi medium non necessariò intelligitur, si sit in ipso intellectu. 268 B.
6 Intelligimus per similitudinem actualem, siue vt per principium intellectionis, siue vt per terminum. 269. A. V. Producere.
7 Intelligendi modus nobis naturalis est consentaneus intellectis. 782. B.
8 Intelligere diuina per modum concreti, vel abstracti est modus hominis intelligentis necessarius; intelligere per modum potentiæ passiuæ non est modus intelligentis, sed rei intellectæ. 1007. B. V. Intellectus.
9 Intelligere modulo nostro rem simplicissimam partitis conceptibus necessarium est, & magis perfectum, cũ quod quid est ignoramus. 1107. A. 1181. A. 1116. A. 1186. B. In hac consideratione nostri intellectus latent hæreses. 1107. A.

V. Modus. Accipere. Locutio. Verbum.

10 Noſtro intelligendi modo procedunt grauiſſimæ quæſtiones de Trinitate, & circa eas decreta Eccleſiæ, Conciliorũ, & Patrum. 1109 B. 1114.B. 1115. A. 1173.B.
1 INtelligibile non eſt paſſio entis. 589.A.
2 Eſſe intelligibile, & eſſe reale in ſpecie non diſtinguuntur in re ipſa. 862. B.

INTENSIO.

1 Intensio qualitatis eſt dilatatio perfectionis abſque vllo ordine partium. 666.B. 668.B.
2 Intenſionis gradus in qualitate, licèt motu continuo acquirantur in re ipſa, ſunt duntaxat modi reales, quibus qualitas magis, vel minus ineſt ſubiecto, nõ verò partes partibus additæ. 867.B. 866.a.
3 Intenſionis gradus ſunt menſuræ quædam in intellectu, quibus perfectionem qualitatis intenſibilis dimetimur. Ibid.
4 Per intenſionis motum qualitas nihil amittit perfectionis, ſed abſque continuitate comparat maiorem perfectionem. Ibid.
5 Intenſio qualitatis, licet conſtaret partibus diuiſibilibus per indiuiſibilia contiguatis, non poſſet hoc continuum diuidi in partes in eodẽ ſubiecto exiſtentes. 866.B. 867. B.

2. INTENTIO.

1 2. Intentio vniuerſim eſt ens rationis, non è contrà. 112.B. 647.A. 674.
2 Cur dicatur 2. intentio. 647. A.
3 Intentiones logicæ inuentæ propter res, coaptandæ iis ſunt, non è contra. 878. 1042. B. V. Deus.
4 Intentiones rationis indicant occultam naturam rei. 1092.B. 1099.A. V. Indiuiduum, Perſona, Suppoſitum.
5 Intentio Dialecticis eſt formalis, & obiectiua. 1095. B.
6 1. Intentio quid; 2. quid. 1096. A.
7 Intentio abſolutè iam ex vſu eſt relatio rationis. Ibid.
8 Intentionis nomen de rebus obiectis dici ab auctore permittitur. 1090.

IVDICIVM.

1 Iudicium practicum antecedit actum fidei, & poteſt eſſe euidens. 41. B.
1 IVſtitiæ naturalis debitum eſt in rebus ipſis. 4.

L.

V. Volũtas. Volitio. Imago.

1 LIbertas ex parte potentiæ eſt vera libertas quoad exercitium, quo actus poteſt eſſe, & non eſſe. 485. A.

LIBERVM.

1 Liberum definitur id, quod eſt cauſa ſui. 379. A
2 Liberas Dei perfectiones, ſignificantia nomina ſignificant perfectionem Dei ex parte formæ, non verò ex parte obiecti. 124.B.
3 Liberum in potentia eſt neceſſarium, maximè in Deo. 467. B.
4 Libera operatio in Deo non eſt contingens. Ibid.
5 Liberum propriè, & formaliter quid ſit. 488. A

V. Dictio. Verbum, Intelligere. Species.

1 LInea. V. Æqualitas. Genus.

LOCVTIO.

1 Locutio, ſeu dictio non eſt verbum, ſed antecedit illud. 215. B. Non eſt ſola productio verbi. Ibid. & 240. B.
2 Non loquerer, ſi efficerem verbum non aduertens ad id, ſed ſic efficere eſt impoſſibile. 239. B. 240. A.
3 Locutio eſt ex parte potentiæ, & eſt vera actio; repræſentatio etiam formalis eſt ex parte obiecti, & eſt terminus. 239.B.
4 Loqui eſt tendere in rem declaratam in verbo, ac proinde in ipſum verbum. Ibid.
5 Locutio ſolùm improprie, & identicè vera, eſt ſimpliciter falſa, & eiſdem verbis immutatis negãda. 401.
1 LVmina diuerſa in aere videri, ſed eſſe lumen vnum à pluribus lucernis auctum contra perſpectiuos Philoſophi oſtendunt. 867. A.

M.

1 MAcedonius petulantiſſimus in Sp. Sanctum. 93. A.
2 Macedonij hæretici. 82. A. Vocantur meritò Biditæ, & Semiariani. 93.B.
1 MAgnes mouet ferrum per alterationem. 108. B. Dum tribuit ferro virtutem motricem recte dicitur illud mouere. Ibid.
1 MAhometus impius adulator. 93. A.

MALVM.

1 Malum ſimpliciter eſt in rebus etiam veris, & bonis ſecundum quid. 611. B.
2 Malum formaliter eſt defectus entis, & in obliquo indicat relationem ad voluntatem. 614. B.

MARIA.

1 Maria Virgo cognitionem Trinitatis euidentem in atteſtante habere potuit, imò & intuitiuam; neutram tamen habuit per modum habitus. 42. B.
2 In Maria Virgine maternitas eſt relatio non mutua. 649. A. V. Relatio.
3 Maria Virgo veriſſime dicitur genuiſſe hominem Deum, vniendo ſcilicet inter ſe partes priùs à Deo aſſumptas. 937. B. 933.
1 MArius Victorinus longe abeſt à nouorum Macedoniorum hæreſi. 82. B. Idem incaute, & obſcure contra hæreticos diſputans, verbis fere lapſus in hæreſim. Ibid.

MATERIA.

1 Materia priùs producitur ordine naturæ, quàm exiſtat. 510
2 Materia eſt infinita, id eſt indeterminata, & imperfecta. 528. A.
3 In materia, & forma nudis non eſt relatio realis ad inuicem, quia non ſunt entia ſaltẽ per ſe, & actu diſtincta, ſed ſunt partes entis. 561. B, Ab illis iam exiſtentibus, licet vna exiſtentia ſit, duplex relatio oritur. 562. A.
4 Materia eſt capax, vt ſit terminus ad quẽ creationis ibi ſiſtentis, ſeu non conferentis exiſtentiam. 531. B.
5 Materia, & forma ſunt ſibi inuicem cauſa, & effectus. 580. A.
6 Materia prima non eſt bonum abſolute, nec relatiue, ſed eſt bonum in potentia, ſcilicet eſt ipſa potentia paſſiua. 612. A.
7 Materia eſt vere, & proprie ens, & bona, non verò æquiuoce propter ordinem ad bonum, ſeu ad formam. 612. B.
8 Materia prima eſt bonum, non vt appetibile; ſed vt appetens. 613. A.
9 Materia cœli eſt bona, & appetens metaphoricè. Ibid.
10 Materia ſignata quæ eſt indiuiduationis principium, non eſt materia quãta etiã quantitate phyſica, ideſt quãtitate diſpoſitionibus ornata. 787. B. Non eſt materia apta recipere hãc quantitatẽ, ſeu vt eſt radix illius quantitatis. 788. Non eſt modus realis in materia. 789.

V. Agens, Cauſa, Cauſalitas, Anima, Forma, Accidens, Angelus, Relatio, Reſurrectio.

11 Materia induta formà corporea non est generationis substantialis subiectum, siue in viuentibus, siue in non viuentibus. 790. B.

12 Materia nuda est generationis substantialis subiectum. 790. vsque ad 793. V. Agens.

13 Ex materia, & quantitate coniunctum informatum esset per formam substantialem, si materia informata quantitate informaretur per illam. 791. B.

14 Materia habet existentiam à forma substantiali priusquam recipiat accidentariam. Ibid. In materia hic ordo necessarius est non ex parte causæ finalis, sed ex proprio modo entis. Ibid.

15 Non materia, nec natura completa, sed sola hypostasis per se ipsam existit, aut subsistit. 794. A.

16 Materia dando esse, nullam formam substinet modo sibi proprio substantiali; vt primum subiectum substinet omnem formam, & sic est subiectum proprium quantitatis, & accidentium. 794. 818. A.

17 Materia non est subiectum proximum accidentium. 795. B.

18 Materia non est subiectum quo propriè. Ibid. Potest dici subiectum remotum, & minus propriè subiectum. Ibid.

19 Ex parte materiæ est repugnantia, quominùs in ea ante formam accidentia sint producibilia etiam diuinitùs. 796. A.

20 Huic producibilitati non obstat dependentia accidentium ab existentia compositi, scilicèt effectiua, sed dependentia à subiecto, quod possit recipere ipsorum esse formale. Ibid.

21 Materia est natura receptrix formæ. 806. 869. A.

22 In materia nihil aliud meditandum est, nisi passiua potentia. 806. Hæc non est proprietas distincta re ipsa à materia, aliàs esset actus, scilicèt potentia proxima inter materiam, & formam. Ibid.

23 Materiæ dispositæ potentia passiua proxima non est nuda materia, nec ipsa accidentia præparantia materiam, nec materia, & accidentia simul. 807. B. 808. A. Hæc potentia non est materia cum addito, quòd sit accidens. 808. A.

24 Materiæ potentia indifferens sit propinqua ad hanc formam per vltimam dispositionem, qua non conformatur; eam tamen causalitate sua sustinet, & cum ea realiter coniungitur saltē per compositum. 808. B.

25 Materiæ dispositæ potentia passiua proxima est ipsa materia addita sua causalitate, quia coniungitur cum accidentibus, quæ eam disponunt. Ibid.

26 Materiæ primus effectus est forma, secundus est compositum. 809.

27 A materia pendet forma, quatenùs de illa disposita sit, & quatenùs substinetur in illa nuda, vel disposita dispositionibus conseruātibus. 809. A.

28 A materia forma materialis pendet secundū esse, sicut de ea fit. Ibid.

29 A materia pendet compositum per formam iisdem modis, quibus forma pendet ab illa. 809. B.

30 In materiæ effectu, esse effectum est modus realis additus, & sic in effectu formæ. 810. A. Secùs esse effectum efficientis, vt sic. Ibid.

31 Nec à materia, nec à forma hi modi efficiuntur, sed ab agente. Ibid.

32 In materiæ, ac formæ causalitatibus, & effectibus ordo. Ibid.

33 Soli materiæ primæ, aut secundæ addendi modi reales causandi materialiter. 810. B.

34 Materia sine forma existere non potest etiam diuinitùs. 815. B. 818. B.

35 Materiæ, aut quasi formæ causalitatem efficientia diuina compensat non per se ipsam solam, sed immutando res ipsas effectiuè per modos additos. 816. A.

36 Materia ex vi saltem creationis illius, qua primum creata est, non potuit existere sine forma. 816. B.

37 Materiæ à forma dependentia non est secundum existentiam solam. Ibid.

38 Materia sine forma est ens non actu, ac proindè absque essentia, cuius ratio est forma. Ibid.

39 Materia prima cū non sit actus, non est actus obiectiuus, nec entitatiuus. 817. A. 975. A.

40 Ex materia, & forma constat essentia materialis sine qua nullum est subiectum existentiæ materialis. 817.

41 Materia sine forma in nulla specie est, vt possit existere vlla existentiâ creata, vel diuina, quæ creatam compensęt. 817. B.

42 Materia non subsistit, cum non habeat propriam existentiam, qua per se existat. 818. A.

43 Materia, & forma materialis sunt puræ causæ mutuæ essentiales, quibus constat essentia. Ibid.

44 Materia nuda est indiuiduationis proprium principium, eaque est per quantitatem designata. 818. B. 822. A. 823. B. 827. A.

45 Materia addita sola causalitate materiali est signata à generante, seu propria, & assignata isti formæ, & isti indiuiduo. 819. 820. B.

46 Materia in antecedentia ante generationem, & formam est ab alijs materijs informatis diuisa negatiuè per earum formas, vt per terminos, quia ijs non est subiecta, sed nuda. 819. B. Item est diuisa positiuè ab omnibus alijs materijs etiam nudis per suam causalitatem materialem in ordine ad formam, quia per eam est signata, & subiecta huic formæ introducendæ. Ibid. V. Receptio.

47 Materia cum sua causalitate dicitur signata, scilicet quantitate sensibili, quasi signo. 820. B.

48 Materia in alio sensu dicitur principium non indiuidui designati, sed indiuiduationis, scilicet per formæ contractionem, qua solū fit numerus indiuiduorum in specie eadem. 821. A.

49 Materia in hoc sensu est principium indiuiduationis non signata, sed cognita cum notione, ac propria quidditate. Ibid.

50 In materia intelligitur quasi passiua potentia, scilicet portio partium occurrens quasi discretiuæ virturi formæ, quæ virtus est ipsa forma quasi in actu primo apta informare. Ibidem.

51 Materia ante formam est quasi substantialiter extensa. 821. B.

52 Mate-

52 Materia ſicut eſt ens in potentia, ita eſt vna in potentia vnitate entis in actu tum ſpecifica, tum indiuidua, quas vnitates habet per formã. Ibid, & 826 B.
53 Materia, ſiue in genere analogo, ſiue in ſpecie, ſiue in indiuiduo habet proprias vnitates ante formam. Ibid. & 822. A. 826 B.
54 Materia indiuidua etiam habet vnitatem durationis ſibi coæuam, & immutabilem ante formam. 822. A.
55 Materiæ nulla eſt creatio denuò, etiam cum quantitas Euchariſtiæ interit. Ibid. & 900. A.
56 Materia ante cauſalitatem materialem eſt diuiſa, & vna poſitiuè per ſe ipſam, ſeu per partes ſuas ſibi cohærentes, & ſic eſt ſubiectum commune plurium formarum. 822. B. Tamen diuiditur adhùc per ſuam cauſalitatem materialem, & ſic eſt principium proprium indiuiduationis. Ibid. & 828. B.
57 Materia principium indiuiduationis cum dicitur, non recte explicatur, de materia totius, quæ eſt hæcceitas, nec quòd materia aſſimilatur indiuiduo. 823. A.
58 Materia dicitur incommunicabile primum, ſuppoſitum incõmunicabile vltimum. 827. A. 829. B.
59 Materia non eſt principium formale, quod dat eſſe, ſed principium materiale, quod accipit eſſe, & hoc eſt primum. 828. A. 1137. B.
60 Materia ante formam eſt res actu producta, & actu vna vnitate materiæ, & potentiæ; non tamen eſt ens actu quaſi habens eſſentiam ante exiſtentiam, aut aliquid actuale. 828 B.
61 Materia acta eam iſtius indiuidui per actualem receptionem formæ neque per Dei potẽtiam poteſt eſſe alterius indiuidui. Ibid.
62 In materia cauſalitas materialis eſt propria ratio principij indiuiduationis, non ipſum principium. 829. A.
63 Materia cauſalitate ſignata à generante determinat ipſum ad formam. 832. A.
64 In materia ſignata non hæc materia nuda, ſed ſola deſignatio materiæ, ſeu cauſalitas materialis eſt propria huic formæ. 833. A.
65 In materia generans efficit hanc cauſalitatem ad hanc formam, per hoc quod diſpoſuit materiam ad recipiendam hanc formam. 833. B.
66 Hæc materia nuda licèt non ſit principium iſtius indiuiduationis, ſeu iſtius ſolius formæ proprium, eſt tamen neceſſarium principium indiuiduationis iſtius formæ. Ibid.
67 Materia non eſt propria iſti deſignationi, ſed iſta deſignatio eſt propria huic materiæ. Ibid.
68 Materia vtpote quæ de nullo ſit, per ſe ipſum eſt indiuidua. 846. A. 870. A.
69 Materia generationis ſignata cum præcedentibus diſpoſitionibus vt ſic non poteſt accidere naturaliter, vt ſit materia nutritionis. 847. A. Ex ipſa materia indiuidualiter, & non alia poteſt eſſe materia generationis. Ibid.
70 Materia hæc ſignata ad hanc vnitatem inuariabilem iſtius formæ concurrit per ſe ſecundum intentionem ſingularis agentis hic, & nùnc. Ibid.
71 Materia hæc ſignata nec diuinitùs poteſt eſſe ſine iſta forma, aut extra hanc materiam ſignatam hæc forma. 854. A. V. Angeli, Cœli.
72 Materiæ cœlorum licèt ſingulæ ſint diuerſæ rationis, tamen à Deo poſſunt fieri in mundo alio, cœli alij eiuſdem ſpeciei, cum iſtis diuiſa materia in ſingulis. 869. A.
73 Materiæ angelorum, ſi quæ eſſent, differrent eſſentialiter, imò & genere. Ibid.
74 Materia cum ſit principium adæquatum cuiuſque indiuiduationis nobis notæ, illa ablatà, tollitur in angelis indiuiduatio multorum in ſpecie eadem. 868. A. 869. B. 877. A. Hæc ratio eſt quaſi indiuidua commonſtratio. Ibid.
75 Materiæ, cum ſolum ſint entia in potentia ad eſſe eſſentiale, quod eſt ſpecificum, philoſophicè non dicuntur differre eſſentialiter, niſi in ordine ad formas. 870. A.
76 Materia creata extra cauſas non exiſtit per ſe ipſam, ſeu abſque addito. 874. B.
77 Materia non differt actu vllo metaphyſico ab alijs rebus, ſed hoc ipſo, quòd eſt pura potentia, ſeu quaſi ſe tota. 975. A.
78 Materia producta eſt in actu potentiæ effectiuæ, non in actu ſuo. Ibid.
79 Materia prima non habet exiſtentiam ſpecialem ſibi propriam. 976. B. 1105. B.
80 Materia ſi ante formam exiſteret eſſet magis, ac priùs ens in actu, quàm forma. Ibid.
81 Materia prima eſt æuiterna. 990. A.
82 Materia etſi non inueteretur, nec amittat eſſe ſimpliciter, tamen mutatis exiſtentijs innouatur, & amittit eſſe ſecundum quid ſcilicet ſecundum hanc, & illam exiſtentiam. Ibidem 990. B. 1005. B.

MATHEMATICA.

1 Mathematica non ſunt bona, ſunt tamen vera entia. 570. A.
2 Mathematica diſputatio quantitatem abſtrahit à materia, & conſequenter à motu, atque adeò à cauſa finali, & ab appetitu boni. 613. A.

MEDINA Auctoris Magiſter.

1 MEdina Auctoris Magiſter. 889. B.

MEMORIA.

1 Memoria euidens Deitatis, aut Trinitatis in D. Paulo non manſit. 37. B. 43. A.

METAPHORA.

1 Metaphoræ vſus quis. 1239. B.
2 Metaphoris, ſiue allegorijs, & parabolis, cur ſacra pagina vtatur rationes decem accuratè proponuntur ex ſanctis Patribus. 1240. & ſeq. V. Allegoria.

METAPHYSICA.

1 Metaphyſica non immeritò ſapientia dicitur. 2. A. V. Ariſt.

MIRACVLA.

1 Miracula non ſufficiunt ad euidentiam in atteſtante. 42, B. 46. A.

MISSIO.

1 Miſſio diuinæ perſonæ quid ſit. 1396. A. Nominis, Miſſio, acceptiones. Ibid.
2 Miſſio diuinæ perſonæ non habet exemplum in creatis: dicitur æterna, & temporaria. 1397. A.
3 Miſsio ſignificat relationem realem, & rationis. Ibid. Primum & principale ſignificatum eſt relatio realis, ſiue proceſsio à perſona à qua ſit miſsio. 1388. A. & ſeq.
4 Miſsio diuinæ perſonæ propter relationem rationis additam dicitur temporaria: & hæc relatio rationis eſt præcipua, & formalis ratio miſsionis, ſignificatur in obliquo. 1398. A.

5 Missionem diuinæ personæ mãrtyrium, & votum religionis solemne præcipue indicant. 1411. B.

6 Missio diuina ratione relationis rationis ad effectum extrinsecũ dicitur temporaria. 1414. B.

7 Missio inuisibilis est, quæ nullo sensu externo percipitur, visibilis è contra. 1416. A. Differunt vt includens,& inclusum. 1416.B.

8 Missione inuisibili mittitur tam Filius, quàm Spir.Sanctus, Filius mittitur secundum dona, quæ pertinent ad intellectum, non tamen absque gratia. Ibid.

9 Missio speciali quodam modo tribuitur Spir. Sancto. 1417. A.

10 Missione inuisibili missas fuisse diuinas personas ante aduentum Christi certũ est. 1417. B

11 Missio visibilis fuit reseruata temporibus gratiæ ob plenitudinem gratiæ tunc conferendæ. 1418. B.

12 Missus ad Christum semel fuit Sp.Sanctus ad conferendum gratiam in Incarnatione; postea ad ostendendum plenitudinem gratiæ eius. 1411. A.

13 Missus dicitur Spiritus Sanctus secundum reuelationes beatorum, quatenus eædem reuelationes ad nos pertinent. 1412.

1 MITTentem,& missum duos esse. 62. A.

MITTERE.

1 Mittere, & mitti in Deo est dare, & accipere potestatem ad opera externa. 1398. A. V. Apparitiones.

2 Inter mitti,& procedere in creatis differentia. 1397.B.

3 Mitti diuinas personas procedentes certum. 1399.A. Non sic personam non procedentẽ. Ibid.

4 Mittere se ipsam impropriè dicitur persona procedens; propriè loquendo diuina persona non mittitur,nisi ab ea,à qua procedit. 1399.B.

5 Mitti propriè loquẽdo non dicitur persona diuina ad quodcunque augmentum gratiæ. 1411. A.

6 Mitti verè dicitur Sp.Sanctus ad quodcunque augmentum gratiæ: missione visibili nunquam mittitur,nisi ad magna opera externa simul cum augmento gratiæ. 1412. B.

7 Mitti ad nos Filius Dei dicitur in carne, siue per carnem. 1413.

8 Mitti ad Christum Spir.Sanctus per gratiam vnionis dicitur, & per gratiam habitualem ad Eucharistiam. 1414. A. V. Eucharistia.

9 Mitti ad nos secundum locum diuinam personam concedi potest, non ratione diuinæ naturæ,sed ratione creatæ in qua apparet. 1420.B.

MODVS.

V. Essentia. Forma. Generatio. Ens. Intelligere. Subsistẽtia. Subsistere.

1 Modi rerum quinam intrinseci,quinam extrinseci dicantur. 119.A. 895. A.

2 Modis non rerum, sed enunciationis adnumerantur necessitas, & contingentia. 119. B.

3 Modus emanationis non est in natura, aut in voluntate diuina, sed in intelligentia nostra cõsiderante naturæ emanationem. 337. A.

4 Modus substantiæ semper est substantialis. 625. B.

5 Modos reales multiplicare hæstãdum non est, vbicunque ratio hoc persuadet. 810.A.

6 Modi reales accidentium non habent existentiam propriam etiam cum subiecto coniunctã, 987.A.

7 Modus intelligendi,& significandi diuersus ad minimum requiritur, vt aliquid sit in aliquo, & sufficit quando forma se ipsa subsistit, vt paternitas in Patre relatiue sumpto. 1111. A. 1117.A. V.Pater.

8 Modi ad se,& ad aliud,sicut & per se,& in alio non habent medium. 1178 A.

9 Modus per se, si est intrinsecè ens, est ens per se ex propria ratione formali, ac proindè completum ens. 1218. B.

10 Modi reales contrahentes ens neque possunt intelligi sine ente explicato, neque aliquid significant illius entis, cuius sunt modi,secùs differentiæ. 1229. 1237. A.

11 Modi contrahentes ens adiuncto ente significant quasi materialiter totum aliquid simplex cuius non sunt partes, formaliter modum determinatum intelligendi illud totum. 1229.B. 1237 A,

12 Modorum,per se,in alio,&c. nomina nõ sunt perfecta, neque significant aliquid, seu quoddã ens. Ibid.& 1231.A.

13 Modus per se ex vi suæ significationis significat negationem;vsurpatione philosophica est syncategorema imperfectum addito ente excitans, ac dirigens intellectum ad intelligentiam substantiæ:sic modi in alio, ad aliud, &c. Ibid. & 1230.B. 1231. A.

1 MOtus ferè est idem quod passio etiam modo intelligendi. 554. B. V. Actio.

1 MVlta.sunt multa vna, & quasi aggregatio indiuiforum in se ipsis. 191. B.

2 Multitudo, seu multum absolutè est numerus quantus,vnde vt sic non est in Deo,sed comparatiuè per excessum ad vnum. 198. B.

1 MVres è putri materia procreatos esse alterius speciei ab ijs,quod mures gignunt,minus verisimile. 337. A.

2 Muris generatio ex mure,natiuitas est;ex terra autem est generatio physica: quæ proindè distinguuntur specie; mures verò geniti non ita. 337. B.

1 MVtatio quoad speciem naturæ contingit ex defectu generationis. 337. A.

N.

NATIVITAS.

1 Natiuitas, siue generatio passiua non intelligitur vt subsistens, & ita non denominat filium natum natiuitate quasi forma quam habeat,sed antecedenter & solo relatiuo conceptu, scil. procedentem per natiuitatem. 1196. B.

NATVRA.

V. Aptitudo. Suppositum. Vnitas. Angelus. Accidens.

1 Natura, seu principium nullum operatur sine assimilatione, & communicatione. 484.B.

2 Natura affert similitudinem determinatam, voluntas similitudinem hanc,vel illam, quam ipsa eligit. Ibid.

3 Natura est determinata ad vnum in specie, & numero, voluntas est ad opposita, & ad plura. 545. A.

4 Naturæ rerum non sunt ex se, seu re ipsa communes. 753. A.

5 Naturæ triplex status. Ibid.

6 Naturã communem existere in illa communitate,nec Plato, nec vllus Philosophus sensit. 754.B. 1023.

7 Naturam esse ex se communem in ipsis individuis existentibus asserentes parùm distant à figmento Platoni impositio. 755.A.

8 Natu-

8 Naturæ communitatem præire indiuiduis existentibus improbabiliter asseritur. Ibid. & 759. B.

9 Natura, quæ est in singularibus, si est communis re ipsa, etiam est communis in illis existens. 756. A.

10 Natura consideratione sola intellectus ab existere, & non existere, &c. separatur. 757. B.

11 Natura communis non antecedit singularia existentia, vt causa realis. 758. A.

12 Natura ante existentiam non habet aliquid sibi proprium, & reale. Ibid.

13 Naturæ nude acceptæ nihil cõuenit, nisi quòd vel in singularibus inueniatur, vel per itellectũ illi tribuatur. 758. B.

14 Naturæ communi nihil est proprium, nisi per negationem. Ibid.

15 Cum naturam nudam constituimus, remotis singularibus iam ponimus operationem intellectus. 759. A. 764. B.

16 Naturæ quædam realia per intellectum conueniunt. Ibid.

17 Explicantur hæc, Natura existit in pluribus, est in pluribus, vt vna in se, & vt distincta in multis. 759.

18 Natura non est singularis ex se, id est quatenus natura est, nec ex se, id est, per se ipsam, non per aliud additum etiam nostro modo intelligendi. 760. 761. 763. A.

19 Natura etsi esset per se singularis, esset quæstio de principio indiuiduationis. 761. a.

20 Naturam re ipsa esse antea communem, necesse non est, vt inquiratur principium indiuiduationis. 761. B.

21 Natura ex se est in porentia per negationem, non verò positiue. 765. a.

22 Naturam post operatiõnem intellectus esse vnam in pluribus, est esse vniuersalem. 768. B. 1235. a.

23 Natura in specie intelligibili, & in verbo per primam cognitionem producto, apta est, vt sit in pluribus. 769.

24 Natura actu reflexo cognita, iam est in pluribus non aptitudine, sed actu. Ibid.

25 Natura æquiuoce dicitur esse in singularibus ante operationem intellectus, scilicet identice, & post illam scilicet formaliter. 769. a.

26 Naturæ proprium attributum per intellectum dici potest, quòd sit fundamentum vniuersalitatis. 769. B Non est realis proprietas. 770. a.

27 Naturæ indifferentia negatiua scilicet, quod illi non repugnet esse in multis, non inuenitur in indiuiduo. 770. a. 772. B.

28 Natura materialis re ipsa quod sit in multis indicat identitatem; quòd sit communicabilis, indicat potentiam generandi actiuam, & passiuam, non verò aliquid realè. 770. B. 772. B.

29 Naturæ indifferentia, hoc est, non determinatio non est negatio realis. 770. B. 771. a. Similiter naturam esse perfectiuam, non generari, &c. Ibid. & 772. a.

30 Naturæ non determinatio in solâ elocutione est, quòd non magis Petrus sit homo, quã Paulus, & sic aliæ negationes. Ibid.

31 Naturæ non determinationi, & alijs negationibus addita dictio, per se primo, indicat ordinem rationis; dictio ex se, statum naturæ prout est in intellectu. 771. a.

32 Natura est per se species, hoc est, nõ per aliud naturæ rei additum, vel per se, id est solitarie sine indiuiduis. 771. a. 773. B.

33 Natura cognita conceptu communi, est verũ ens, sed non re ipsa distinctum. 772. a.

34 Si natura specifica subsisteret re ipsa separata ab indiuiduis esset vna vnitate formali ablq; alia vnitate præcisionis. 774. B.

35 Natura prius ordine naturæ producitur non existens, quàm sit existens. 779. B.

36 Natura singularis non antecedit ordine naturæ formam, qua sit singularis, vnde non est eius subiectum. Ibid.

37 Natura quæ non est hæc, & illa, non est subiectum reale huius, & illius formæ. 780. A.

39 Natura humana in ea prioritate, qua est prius ordine naturæ condita, quàm assumpta, non fuit suppositum iuxta fidẽ. 885. A. V. Humanitas. Secùs si suppositum addit naturæ solam negationem dependentiæ ab alio. Ibid.

40 Natura materialis etiam in supposito, seu addita proprietate, non nisi impropriè, & extrinseca appellatione subsistit. 900. B. 929. A. 932. B. 939.

41 Naturam siue materialem, siue angelicam sine supposito non posse existere longè probabilius est. 906. 907. A. 925. B.

42 Natura potest manere coniuncta cum suo termino hypostatico facta diuisione per terminũ dissecantem partes integrantes. 914. B. V. Terminus.

43 Natura vt subiectum in eo priori antequam habeat personalia, appetit illa, non quod careat sed quia expectat illa 925 A.

44 Natura non prius existit, quàm supposito cõmunicetur, & ideò ab eo quodammodò pendet vt existat. 925. B 927. B.

45 Natura angelica absolutè subsistit per se, & vt quod, ita vt idem re ipsa sit natura, & habens naturam. 939 A. 1104. B. 1056 A.

46 Naturæ corporeæ specificæ, quia hypostasis addit materiam signatam, colligimus naturam indiuiduam esse partem naturæ, & formam hypostasis, vt partem eius metaphysicam, & esse definitam. 939. B. 940.

50 Natura angelica est forma absolutè, & quodammodò infinita, & est species, & indiuiduũ, & tota natura. 939. B 940. A.

51 Naturam angelicam vt formam sequitur existentia, & operatio. 939. A. 1063. B.

52 Natura angelica si ponatur assumpta à verbo acquirere modum entis in alio subsistentis, & habens naturam esset Verbum. 940 B.

53 Natura angelica assumpta non subsisteret simpliciter, at subsisteret secundum quid. 941. A. 1056. B.

54 Natura humana cur assumpta, non angelica. 941. B.

55 Natura angelica si ponatur assumpta, & hæc esset simpliciter falsa, Verbum est natura angelica, & è contra. 942. Eadem esset secundum quid, & identice vera. Ibid. Tunc per communicationem idiomatum angelus esset verbum, & è contrà. 1147.

56 Natura angelica distinguitur à supposito in aliquo positiuo, scilicet in proprietate hypostatica. 943. 944 946. B.

57 Natura angelica simpliciter, & absolute non distinguitur à supposito, sed est ipsum suppositum. 943. A. & seq. n. 10. & 1056. B. 1105. A.

58 Natura materialis nullã habet existentiã ante proprietatem suppositi. 947. B. Ex opposita

sententia sequuntur impossibilia, scilicet quòd humanitas erit perfectius indiuiduum, quàm Petrus, & quòd loquetur nón loquente homine. 978. A

59 Natura producta ante suppositum est singularis imperfectè, in supposito autem est perfectè singularis, quia est incommunicabilis. 991. B.

60 Natura subsistens considerata in supposito, est forma suppositi, & vt res ab eo distincta saltem ratione formali, ideòque vt sic non subsistit per se, sed in alio. 1056. B.

61 Natura angelica vt ante personam non existit, ita nec subsistit, aut operatur; Deitas è contra quoad oparationes ad intra. 1057. A. 1005. B

62 Natura diuina vt possit operari ad extra non perficitur per personas, tamen quia priùs operatur ad intra, priùs est persona quàm operetur ad extra. 1057. A.

63 Natura angelica pendet à supposito quoad esse, non sic diuina. 1105. B.

64 Natura humana si esset assumpta à tribus personis, homo non esset vnum subsistens, sed tres; esset tamen persensibilis. 1163. A.

65 Naturę definitio ex Boetio, ac deriuatio. 1079 A. Natura pro essentia accipitur. 1079. B. V. Essentia.

66 Naturæ infinite perfectæ concedendum quidquid cum eius perfectione necessariò coniungitur, vel saltem illi non repugnat, vt persona, & relatio. 1103. B. V. Persona.

67 Natura diuina respectu attributorum est subiectum prædicationis duntaxat, siue attributionis. 1108. A.

68 Natura diuina dato quòd sit quasi essentia passiua attributorum, talis non est respectu proprietatis relatiuæ, nec perficitur, aut est relata per illam. Ibid.

69 Naturæ personam constituentis nomine, intelligimus omnia attributa, non verò; mediam essentiam, seu semideitatem. 1169. B.

70 Natura increata non potest esse in pluribus suppositis, nisi per originem. 1120. A.

71 Natura diuina in Filio, an debeat dici ingenita. 1135. 2. V. Ingenitum.

72 Natura angelica si esset assumpta à tribus personis esset vnum subsistens imperfectum, & tria subsistentia. 1148. A. Illud subsistens imperfectum diceretur de tribus subsistentibus communicatione idiomatum propter vnionem hypostaticam Ibid.

73 Natura diuina in tribus personis, & personæ subsistentes sunt vnum subsistens, & tria subsistentia vnitate, seu identate reali. Ibid. V. Spirator.

74 In natura angelica est communicatio cum propria persona, & ideò omnis operatio personæ conuenit naturæ, quia illi personalitas conuenit. 1148. B. Secùs in diuinis. Ibid.

75 Per naturas à persona hypostasis quæ est persona differt, non per differentias. 1195. B.

76 Natura diuina dicitur vna, & simplex, sed nõ confusa, aut composita, aut mixta 1307. B.

77 Natura diuina neque per se gignitur, neque in hypostasi. 1339. A.

78 Natura communis, cum sit diuisa in singularibus, appellationem accipit ab illis; at non sic natura diuina, quæ licèt sit communis, semper manet indiuisa. 1345. B.

79 Inter naturam communem creatam, & increatam differentia. 1397. B.

NEGATIO.

1 Negatio realis, sicut & priuatio postulat definitum subiectum. 893. A.

2 Negatio realis includit ens, quo pacto analogũ esse potest, etsi intentio sit vniuoca. 1100. A.

3 Negatio realis vt cõsequatur, nõ semper præit aliquod positiuum oppositum formæ negatæ; nunquam verò ita vt sit additum ratione ipsius negationis duntaxat, vt inde oriatur. 1130. B. V. Innascibilitas. Consequentia.

NOMINA.

1 Nomina illa sunt rebus diuinis aptiora, quæ communiora. 24. B. 275. B. 1080. B. 1247. B. V. Origo.

2 Nomina duo adiectiua ita conueniunt, vt faciant sensum formalem. 389. B.

3 De nominum substantiuorum, & adiectiuorũ multiplicatione regula celebris. 397. B. 1045. B. 1081. A. 1321. A.

4 Nomen rei ab eo ducitur quod est proprium eius. 489. B.

5 Nomine concreto significatum compositũ physicum, vt totum, distinguitur re ipsa ab abstracto, vt à parte rei; & sic etiam re ipsa distinguitur vna pars ab alia. 1023. B. V. Genus.

6 In nominibus non etymologia attenditur, sed significatio. 1079. B.

7 Nominis cõsideratio, qua maximè perspicitur eius vis, & significatio, versatur circa conceptum, & obiectum formale. 1206. B. 1213. A.

8 Nomina abstracta, licèt significent subsistens, non tamen per modum subsistentis, vt Deitas, paternitas. 1115. A. 1116 B. 1127. B.

9 Nomina abstracta maximè conueniunt rebus diuinis. 1127. B.

10 Nomen rei sumitur à perfectione, & fine, qui est ipsa perfectio rei. 1189. 2.

11 Nominis significata directè, cum sunt duo principuum est, quod est vltimum. 1201. A. V. Persona.

12 Nomina metaphorica recte dicuntur de Deo. 1239. B.

13 Nomina de Deo proprie dicta, simpliciter nõ sunt metaphorica, aut ænigmarica; habent aliquid allegoriæ, & ænigmatis. 1243.

14 Nomina nostra abstracta significant rem, vt simplicem, sed non vt subsistentem; concreta viceuersa: vnde neque hæc, neque illa conformãtur rebus diuinis, quæ sunt simul simplices, & subsistentes, & sunt extra tempus. 1245. B.

15 Nomen nullum, si attendatur modus intelligendi, & significandi, significat propriè res diuinas. Ibid. V. Attributum.

16 Nomina, quæ significant relationes rationis, conueniunt Deo formaliter. 1250. A.

17 Nomina diuina communia rebus creatis, analoga sunt. 1250. B. & seq.

18 Nomina diuina absoluta communia in diuinis sunt priora personalibus, quæ verò respiciunt creaturas sunt posteriora. 1262. a.

19 Nomina diuina, quæ sequuntur liberam Dei actionem sunt posteriora personalibus; quæ sequuntur naturalem, priora sunt. Ibid.

20 Nomen prius dicitur de effectu, quàm de causa, quando pluribus conceptibus vtrumque significat; e contra verò, quando vno conceptu vtrumque significat. 1263. A.

21 Nomina significant res significando conceptus earum. 1272. a.

22 Nomen posse institui ad significandũ id, cuius non

V. Attributum. Analogia. Allegoria. Communicatio. Principium. Substantia.

non sit conceptus, opinio Scoti,& Molinæ improbatur. Ibid.
23 Nomina diuina etiam diuiduntur in abstracta, & concreta, in connotatiua, & absoluta, in adiectiua, & substantiua, in communia, & singularia. Declarantur accuratè diuisiones istæ. 1282.B.
24 Nomina abstracta pro eadem forma accipiũtur, quam significant. 1312. A. 1326. B.
25 Nomina concreta significant formam indicãdo suppositum. Ibid.
26 In nominibus siue adiectiuis,siue substantiuis numerus non admittitur, quando suppositum est vnum,licèt formæ multę sint. 1312.B.1313. Vnde vna persona duabus humanitatibus subsistens est vnus homo. Ibid. & 1319.B.
27 In nominibus substantiuis quando forma est vna retinetur vnitas, etiãsi suppositа plura sint. Secùs in adiectiuis. 1314.A. 1321.B.
28 Nominum appellatio quid sit. Ibid.
29 Cum nominibus adiectiuis verba, & verborũ participia comprehenduntur, vnde Pater, & Filius spirant, & sunt spirantes. 1315. A. 1335. A.
30 Nomen substantiuum reddit suppositũ verbo,adiectiua verò per se sumpta non ita. 1314. B. 1315. A.
31 Nomina concreta absoluta non connotatiua indicunt id, in quo est forma, siue sit subsistẽs, siue non. 1320. B.
32 Nomina adiectiua masculino genere pro substantiuis aliquando vsurpãtur vt neutro. 1321. A.
33 Nomina abstracta supponuntur pro eo quod significant. 1326. B.
34 Nomina omnia diuina, quæ simpliciter sunt communia communibus dialecticorum regulis quoad omnia sunt subiecta; similiter quæ sunt simpliciter singularia. Ibid.
35 Nomina abstracta essentialia in Deo prædicantur de se inuicem quasi in sensu identico, non formali. 1331. B.
36 Nomina abstracta etiam prædicantur de cõcretis, vt Deus est ipsa sapientia. Ibid.
37 Nomina essentialia si substantiua sint,prædicantur de personis numero singulari, vt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus. 1331. A.
38 Nomina essentialia abstracta non supponunt pro personis, vt essentia generat, in concreto verò supponunt pro personis,vt Deus generat. Ibid.
39 Nomina substantiua afferunt secum suppositum nominis; adiectiua verò non sic, sed opponuntur substantiuis. 1335.A.
40 Nominis suppositum est res pro quâ nomen supponitur. Ibid.
41 Nomina abstracta de abstractis, & concreta de concretis in terminis diuinis possunt prædicari directè,& indirectè ob identitatem realem. 1335.A.
42 Abstracta in terminis diuinis possunt prædicari de abstractis, & concreta de concretis directè,& indirectè ob idẽtitatem realẽ. 1335.B.
43 Nomina substantiua diuina possunt de quouis alio nomine prædicari, vnde hæc absolutè conceditur. Essentia est genita. Ibid.
44 Nomina diuina abstracta cur à sanctis Patribus vsurpentur pro personis; explicatur dilucidè. 1336.B. & seq.
45 Nomen adiectiuum suppositо nominis substantiui copulatur; vnde hæc est falsa, Idẽ Deus generat, & generatur. 1351. B.
46 Nominis significatum non est attendendum in dialectica, sed modus significandi, & suppositio. 1373. A. 1284. A.
47 Nomina concreta diuina,quæ significant principium,possunt copulari nominibus possessiuis, vt Redemptor noster,creator noster, & sic dicitur Spir. noster, sed non dicitur donum nostrum, sed datum nostrum. 1384.
48 Nomina essentialia non sunt propria personarum, sed loco propriorum ponuntur ea, quæ ad ordinem earum separatim pertinent. 1386. A. Meliùs dicuntur proprietas,quàm propria, aut proprietates. 1386. B.
49 Nomina appropriata Patri, infinitas, & æternitas; Filio species,seu pulchritudo, in imagine; Spir. Sancto vsus,hoc est fruitio,& gaudiũ, in munere. 1387. 1388. A.
50 Nomina alia propriata:Patri,vnitas simplex, seu prima;Filio æqualitas;Spir.Sancto concordia, seu vnitas voluntatum. 1388. V Veritas.
51 Nomina alia appropriata diuinis personis: Pater ex quo omnia; Filius per quem omnia; Spiritus Sanctus, in quo omnia. 1389. A.

NOTIO.

1 Notiones personarum sunt quædam earum dignitates. 722 B. 1127 B. V. Actus. Proprietas. Innascibilitas, Ingenitum.
2 Notio personarum formaliter est simplex nomen, vel intelligentia. 1127. B.
3 Notiones in diuinis quinque ex duplici origine colliguntur, non 6. 12. aut 31. vt quidam posuere. 1127. 1131. A.
4 Notio, & proprietas amplissimè est quidquid pertinet ad personas, & complectitur etiam relationes. 1128. A.
5 Notiones etiam amplè non sunt nouem, quia origo, & relatio censentur quasi eadem notio. Ibid.
6 Notiones personales strictè, solùm sunt tres. Ibid. V. Innascibilitas, Inspirabilitas.
7 Notio non est in Sp Sancto dici procedentem ab vtroque. 1130.B. Notio Sp.Sancti non est esse ingenitum, & ingenitorem, aut esse inspiratorem. Ibid.
8 Inter notiones processibile, seu processio ab alio non numeratur. 1131.A. Idem de principio. Ibid.
9 Notio vna diuersis vnius personæ nominibus, & conceptibus significatur. Ibid.
10 Circa notiones asserens aliquid Ecclesiæ repugnans incidit in hæresim, vel errorem in fide. 1131. B.
11 Notionem si quis addat, vt Scotistæ addunt inspirabilitatem, in reliquis consentiens doctrinæ Ecclesiæ non errat, nec est temerarius. Ibid.
12 Ad notionem non sufficit nomen commune. 1134. B.

NVMERVS.

1 Numerus in rebus quantis est quantitas discreta, in cæteris negatio conceptu positiuo. 192. 193. 196. A. V. Relatio.
2 Numerus in quantitate est verum accidens, sicut quantitates continuæ,quæ sunt illius partes. 193. A. 633. 635. B.
3 Numerus in sola quãtitate est verũ ens. 193.B.
4 Numeri substantiarum principium quantitas per negationem vna. 194.A.

5 Numeri non subiectum duntaxat, sed pars integralis quantitas continua. Ibid.
6 Numerus transcendens, seu communis omni numero quanto, & non quanto, quid sit. 194. B. 196. A. 635. B.
7 Numerus vbique vel est, vel concipitur, vt quantitas, seu mensura multitudinis. 195. A.
8 Numerus transcendens significat quid vnum positiuum. Ibid. V. Vnum.
9 Numerus absolutus, seu qui in solo intellectu est tanquam obiectum, non est alius nisi transcendens communis. 195. B.
10 Numerus ternarius non est res aliqua in Deo. 197. B.
11 In Deo nominibus numeri, & vnitatis personalis, nihil reale significatur, nisi relationes ipsæ diuinæ. 197 B.
12 Numerus abstractus, seu absolutus quid significet. 198. A
13 Sicut numerus absolutus est in solo intellectu, ita sunt partes numeri. 198. B.
14 Numerus concretus in Deo scil. tres personæ diuinæ, neque partes, neque totum est. Ibid.
15 Numerus extra qualitatem multitudinem significat, sed per modum quantitatis discretæ. Ibid. & 570. B. 296. A.
16 In numero vero, cuiusmodi est transcendens, ratio totius non est vera, sed ficta. 199. A.
17 Numerus diuinarum personarum est secundum quid, isque minimus, scilicèt secundum relationes tantum. 199. B. Hic est numerus simpliciter, explicatus quòd sit in personis. Ibi.
18 Numerus est rerum imperfectarum, vt sunt relationes. 561. A.
19 Numerus in 1. genere relatorum sumitur pro multitudine, seu non vnitate specifica, vel extensionis, &c. seu pro multitudine siue pluribus, vt plura sunt. 635. B.
20 Numerus aliquando est rationis indicans cõditionem fundandi; aliquando est numerus realis, vel prædicamentalis, vel transcendẽs. Ibid. Aliquando non est conditio fundandi, sed fundamentum. 636. A.
21 Numeri in diuinis quatuor species. 1131. A.
22 Numerus per se sumptus eum prædicatur in genere non neutro, numerantur personæ; in neutro numeratur essentia: vnde diuinæ personæ non sunt vnum, sed tres; sunt vnum, non tria. 1315. B.

O.

1 OBiectum esse, seu intellectum vtrùm in Deo sit relatio rationis, an perfectio realis. 297. A.
2 Obiectum non antecedit potentiam, nisi vbi est mouens efficienter. 589. A.
3 In obiecto aptitudo ad terminandum nulla antecedit saltem realis, sed res ipsa nuda. Ibid.
4 In obiecto vnitas analogiæ sufficit ad vnitatem specificam potentiæ. 1239. A.
1 ODium. V. Voluntas. Amor.
1 OMnipotentia res absoluta. 24.
1 Operatio. V. Natura. Potentia. Voluntas.
Anima. Appetitus.
2 Operantur subitò quæ natura excellunt. 345. A.
3 Operationis circa obiectum nulla est necessitas, quæ in potentia non sit. 485. A.
V. Vnum.
1 OPpositio personarum relatiua à nobis consideratur relatiuo conceptu. 1181.
2 Oppositorum eadem est ratio, intellige circa quam opponuntur. 689. B.

ORDO.

1 Ordo rationis declaratur in operationibus Dei ad extra: item in processionibus diuinis. 371. A
2 Ordinata quæ sunt & non per accidens semper ordinantur in vnum siue agens primum, siue finem vltimum. 170. B.
3 Ordo in processione multitudinis nusquam deest, nisi in ijs, quæ differunt materia. 380. B.
4 Ordo innotescendi est à Sp. Sancto per Filium in Patrem, ordo procedendi viceuersa. 407. A.
5 Ordo inter duo infinita non est, 500. B.
6 Ordo coniungitur cum principio, & principiato; item cum priori, & posteriori. Ibid.
7 Hæc tria relata, ordinatum, principium, & prius sunt ratione formali distincta. 501. A.
8 Ordo latè prout idem quod relatio, est genus ad illa tria relata, ordo propriè non ita. Ibid.
9 Ordo, & principium, item prius, & posterius dicuntur relatiuè, & absolutè. 501. B.
10 Ordo significat absolutum, cum dicitur ordo naturæ, siue operatio naturæ. Ibid.
11 Ordinatum dicitur æquiuoce. Ibid.
12 Ordo etiam dicitur æquiuocè. 502. A.
13 Ordinis relatio in creatis est realis, vt plerique sentiunt. Ibid.
14 Ordinis fundamentum esse ipsam naturam principij alia consideratione cognitam probabilius est. 502. B.
15 Ordo nihil addit ad principium, nisi relationem rationis. Ibid.
16 Ordo in creatis est causalitas principij, vt destinata ad aliud. Ibid.
17 Ordo non est proportio formaliter, sed cogitatur cum proportione, seu cõparatione. 503. A.
18 Ordo significat quasi in obliquo relationem rationis. Ibid.
19 Ordinis relatio est disquiparentiæ. Ibid.
20 Ordo in ordine est, vt primò consideretur principium, secundò ordo, tertiò prioritas. 503. B.
21 In ordine absolutum & in principio absolutũ non distingui in Deo, nisi ex modo intelligendi probabilius est. Ibid.
22 Ordinis fundamentum in creatis, si est modus absolutus ex natura rei distinctus ab absoluto fundante relationem principij, illa absoluta distinguuntur definitione. Ibid. Ordinis & principij relationes duas reales in Deo ponendas sequitur. Ibid.
23 Ordo naturæ in Deo ad intra est realis, hoc est, in re ipsa inuentus, vel quia fundatur in re, vel potius quia est res, scil. relatio diuina significata vt ordo. Ibid. & 504. A. 507. A. 1181. A.
24 Ordo naturæ secundum dignitatem explicatur. 506 B.
25 Ordo naturæ secundum causalitatem explicatur. 507. A. V. Accidens.
26 In ordine creaturarum Deus non continetur, sed est principium, & causa ordinis earum inter se, & ad Deum. 557. B. 562. A.
27 Ordo rationis tantùm est ex parte Dei in processione extra Deum. 558. A. 562. A.
28 Ordine naturæ genus cognoscibile, vt sensus, intellectus, &c. ordinatur ad naturam, non cõtrà. Ibid.
29 Ordinis defectus in re, ad quam alia ordinãtur, est argumentum eam esse finem aliorum. 645. B.
30 Ordinis diuersi esse dicũturquæ non ad aliud mutuò ordinantur. 674. B.

V. Accidens. Cõpositio. Origo. Prioritas. Suppositũ. Attributum. Generatio. Materia. Anima. Existẽtia, Processio, Relatio. Potentia.

31 Ordo rationis seruatur in rebus etiam non distinctis realiter. 1172. a. V. Actus.
32 Ordo vt detur in diuinis satis est vnum cogitari vt principium productiuum, aut constitutiuum alterius. 1173. B.
33 Ordo essentialis finitas est. 1229. a.

ORIGO.

1 Origo Filij, scilicet generatio, dicitur etiam dictio, quod nomen indicat intellectionem, Origo Sp. Sancti non habet speciale nomen sic indicans dilectionem. 434. 442. B.
2 Origo actiua est relatio, & vt actus est, ducitur à reali potentia, cum sit res distincta à procedente, non sic operatio absoluta. 439. a. 1120. B.
3 In originibus diuinis, siue processionibus non est motus, vel mutatio, nec prius, & posterius, vt in actione, & passione, sed solùm relationes. 472. a.
4 Origo, & processio vt generatio, & natiuitas solùm grammaticaliter dicuntur actio, & passio. Ibid.
5 Origo est in dante, processio in accipiēte. Ibid.
6 Origines actiuas, & passiuas vsu loquendi dicimus, sicut etiam processiones. 472. B.
7 Origo diuina in persona dāte, processio in accipiente sunt res distinctæ realiter. Ibid.
8 Origo est nomen commune, analogum ad generationem, & spirationem: sic processio ad natiuitatem, & spirationem passiuam 473. A.
9 Origo, & relatio sunt realiter, imò & formaliter idem. Ibid.
10 Origo, seu processio distinguuntur à relatione ratione formali. 471. 473. a. 476. 477.
11 Ab originis fundamento relatio oritur non reali processione, sed solo modo intelligendi. 474. A.
12 Originis, & relationis in creatis, atque adeò in diuinis generationis, & paternitatis duo sunt conceptus adæquati distincti. 475. A. 1191. B.
13 Originem à relatione non distinxisse Durādum; & Scotum falsò quidam eis imponunt. 478. A.
14 Origo etsi sit relatio est vera operatio realis. 694. A.
15 Origo diuina non est à persona absoluta. 1120. A.
16 Origo vt & proprietas est relatio, sed intelligitur improprie, ac si non esset relatio, & proprietas, ac si esset ab vtraque omninò distincta. 1175. B.
17 Origo non est nomen hypostasis, nec continet formam hypostaticam in suo conceptu etiā confuso, relatio è cōtra. 1191. B 1192 a. 1193. A.
18 Origine remota à toto, seu integro conceptu confuso personæ tollitur relatio, atque adeo persona. 1195. A.
19 Origine remota à conceptu actuali, quo persona illā procedit, manet adhùc persona. Ibid.
20 Origines diuinæ, seu relationis nomina, vt relatio, processio, persona, prius etiam dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis 1260. a. 1175. B.

P.

PARS.

V. Anima. Supposition.
1 Partes integrantes, & essentiales pendent à toto diuersimodè. 928. A.
2 partes essentiales corporeæ non subsistunt in aliquo prius natura, quàm totum. 933.
3 pars aquæ separatæ terminantem, & dividentē superficiem nouam positiuè acquirit. 936. B.
4 partes compositi esse in toto coniunctas, imò & contentas non est existere in illo. 991. A.

PASSIO.

1 Passio est quasi contrariè, seu potiùs relatiuè oppositа actioni physicæ, non verò actioni in genere. 245. A. V. Ens. Actio. Accipere, Spir. Sanctus.
2 Passio non oritur à potentia passiua, sed ab actiua, nec sequitur passiuam, nisi vt subiectū. 367. A.

PATER.

1 Pater non habet gaudium in filio quasi in extraneo; Filius non est gaudium quo Pater est gaudens formaliter, sed Deitas. 184. a. 597. A. V. Filius. Autotheos. Sp. Sanctus, Verbum, processio. Ingenitum.
2 Pater recte dicitur se totū cōmunicare, nisi totum accipias syncategorematicè. 211. A.
3 Pater communicat naturam, non personā, sicut generat personam non naturam. Ibid.
4 Cum patre si Filius simul non spiraret, ea imperfectio in patrem reijceretur. 337. B.
5 Pater est caput Christi, explica quoad humanitatem. 343 B.
6 Pater auctor Filij. Ibid.
7 Pater est principium primum negatiuè, non autem numerando. 411. B.
8 Hæc, Si Pater esset genitus, generaret, quomodo explicanda. 422. A.
9 Pater non est sapiens Verbo suo, vel sapientia genita. 400. B. 440. A.
10 Pars antequam intelligatur generans, non intelligitur semiDeus, sed perfectus Deus, & intelligens. 455. a. 1190. V. Intelligere.
11 patrem quidam constituentes quasi semiDeū intelligentem ante generationem, sed adhuc non volentē improbantur. 492. B. 497. A. 1109. B.
12 In patre iam constituto, ac potentia generatiua prædito, cognitio, ac volitio ipsius potentiæ, & generationis quasi possibilis intelligitur ante generationem actualem. 496. A.
13 pater non potest esse sapiens sine sapientia genita, seu Verbo, licèt Filius non sit sapientia, qua Pater est sapiens. 498. A.
14 Pater generat semper sempiternitate æternitatis, quæ est tota simul. 498. B.
15 Pater non est de sua essentia. 521. B.
16 Pater est, qui maximè generat ex se ipso, quia ex se ipso est. 526. B.
17 Pater vt persona non est bonum Filij formaliter, nec causaliter. 597. A.
18 Pater non est maior Filio perfectione relatiua. 729. & seq. Obijciuntur Patrum, ac Conciliorum loca, & explicantur. 731.
19 Pater est maior Filio gignendi auctoritate, seu principio, & ordine dignitatis. 733. A. V. Principium.
20 Pater non melior, sed maior est propter ordinem principij, quasi politicè. Ibid.
21 Pater non subsistit relatiuè, id est, non est relatiua essentia. 1163. A.
22 Pater quo sensu dicatur communicare quidquid habet, quò non. 1116. B.
23 Pater relatiuè solo modo significandi differt à paternitate relatiuè concepta, & vtsic ea cōstituitur; non ita Pater vt persona. 1117. A. 1171. A.
24 Pater communicat totam substantiam, hoc est essentiam non totam substantiam, hoc est relationem, seu hypostasim. 1118. B.
25 Pater per se primò spirat, & est principium spirandi primū, seu anarcos, & solus fons Deitatis. 1155. B.

26 Pater non vt relatum, sed vt persona est, conceptu confuso, & adæquato continet proprietatem, originem, & relationem, & etiam naturam. 1183. 2. V. Persona.
27 Pater quia est persona, generat; & quia generat, est relatum. 1184. B.
28 Patris & personæ vterque conceptus confusus quomodo explicetur. Ibid. & 1186. B.
29 Patre generans materialiter est communius, non vero formaliter, nec in viuentibus. 1192. B
30 Patris vt est persona cõceptus absolutus simul Deum Patrem significans, scil. Deitatem in recto, & relationem in obliquo. 1201. B. Potest dici relatiuus ex modo significandi quo significat relationem directè, & distinctè; & Deitatem etiam directe, sed confuse. Ibid.
31 Pater & Filius apud nos sunt nomina simpliciter relatiua in diuinis simpliciter absoluta. 1204. a
32 Deus Pater dicitur Pater vnigeniti, & Pater creaturarũ æquiuocè, & duobus cõceptib. 1261. b.
33 Pater non dicitur esse in Filio ratione relationis spiratonis. 1292. B
34 Pater non magis in Verbo, quàm in se, & in Sp. Sancto intelligit se. 1294. B.
35 Pater est in Filio, & è contra, & etiam est in Deo. 1297. B.
36 Pater, & Filius sunt vnum, & idem in genere neutro, sed non sunt vnus, neque idem genere masculino. 1308. A.
37 Pater est alius à Filio, sed non est alius Deus 1309. A.
38 Hanc, Pater, & Filius est vnum, correxit sic D. August. sunt vnum. Ibid. & 1315.
39 Pater, & Filius non sunt idem genere neutro, licèt sint vnum; quia idem, & aliud non refert suppositum. 1310. A.
40 Pater, & Filius non sunt vnum principium, nec plura principia vtriusque originis re ipsa distincta, 1324. A.
41 Pater, & Filius sunt vnum principium spirationis; esse autem principium generationis soli Patri conuenit, & non Filio. Ibid.
42 In Patre concedenda sunt duo principia formalia ratione distincta, cum in eo sit duplex origo, scil generatio, & spiratio. 1324. B.
43 Pater est principium totius Deitatis non producens, sed communicans illam. 1339 B.
44 Patres sunt Custodes sacræ scripturæ. 3. B.
45 Hæc, paternitas non per se subsistit, & non nisi vt est essentia, vera est in sensu causali, & radicaliter, sed non specificatiuè. 1115. B.
46 Paternitas conceptu abstracto nõ est in Filio, secundum fidem. 1293. A.
47 Hæc, Paternitas generat, aut creat falsa est Hęc vera, Paternitas est æterna, & infinita. 1336

1 PAti est recipere ab extraneo agente. 228. B.
1 Patripassiana hæresis. 76. B. V. Sabelliani.
1 PEndere duobus modis dicitur aliquid. 927. B.

PERFECTIO.

V. Attributum. Bonum, Liberũ Perfectum.

1 PErfectiones, & species rerum infinitæ præexistunt in Deo eminenter. 121. B
2 Perfectiones rerum quarum nomine, seu conceptu nulla imperfectio claudituR, Deo eminẽter, & simul, etiam formaliter in esse intelligimus. 122. A.
3 Perfectiones creaturarũ, quæ non sunt modi intrinseci, in Deũ traductas appellamus attributa. 919 B.
4 Perfectionis definitio ex S. Anselmo. 123. A. Huius definitionis germana interpretatio. Ibi. & 727. 2.
5 perfectionis simpliciter definitio ex S. Tho. 124. A.
6 perfectionem non significant nomina, quæ significant relationes Dei ad creaturas formaliter. Ibid. & 689. B.
7 perfectioni simpliciter non derogat, quòd absq; relatione non explicetur. Ibid.
8 perfectio est quid cõueniens rei. 605. B. 617. A.
9 perfectio est quæ actu existit. 606. A.
10 perfectionis definitio. 608. A.
11 perfectionis nomine non significatur relatio conuenientiæ, & vltimi in recto, sed in obliquo. Ibid.
12 perfectionis ratio formalis, & præcipua non est sita in relatione vltimi, sed in relatione cõuenientiæ. 608. B.
13 Omnis perfectio vera est perfectio formalis. 616. A.
14 Perfectio non significat negationem. 616. B. 606.
15 perfectio rei propriè loquendo est sola forma, aut quasi forma illius. 617. A.
16 eerfectio non est transcendens, nec conuertitur cum ente. 617. B.
17 perfectio absolute ad plura extenditur, quàm perfectio simpliciter, vt ad ratiocinandi facultatem, &c. 618. A.
18 perfectiones tres formales, aut simpliciter cõficiunt aliquid etiam intensiue perfectius, quã vna. 714. B. 719. A.
19 Inter perfectiones simpliciter non est oppositio. 720. A. 1052. B. perfectio est ad se secundum modum intelligẽdi; res, quæ est perfectio, potest esse ad aliud. 725. A.
20 perfectiones significatæ, vt abstractæ, & distinctæ, quanto communiores sunt, tanto nobiliores. 1015. a.

PERFECTVM.

1 Perfectum esse, quod potest facere alterum, quale ipsum est, docẽs Arist. explicatur. 287. a.
2 perfectum non significat relationem ad partes, vt totum significat, sed est duntaxat relatũ secundum dici ad perfectionem. 595. a.
3 In perfecti ratione conueniens proprie includitur, conueniens impropsie illi aduenit, vt essè causam, vel obiectum. 596. a.
4 perfectum, & pefectio quid significet. 605.
5 perfectum habet rationem vltimi. 606. a.
6 Perfectum simpliciter est, cui nihil deest eorum, quæ ex omni parte ad rei præstantiam exiguntur. 606. B.
7 perfectum secundum aliquid, est cui saltem esse non deest. Ibid.
8 Perfectum simpliciter in rebus creatis non est vt sic simpliciter ens, sed est ens, secundum accidens. Ibid.
9 Perfecti simpliciter tres diuisiones. 607. A.
10 Perfectum antecedit bonum. & optimum. 607 B. 610. B.
11 perfectum simpliciter in creatis, est; cui nihil deest secundum speciem, & ordinem. Ibid.
12 perfectum simpliciter non significat habens perfectionem simpliciter. Ibid.
13 perfecta in re existentia est conditio perfectionis realis, conuenientia est res ipsa per modum vltimi. 608. A.
14 perfectum sicut definitur cui nihil deest, ita perfecta est, quæ alteri non deest, 617. A.
15 perfectum est vnumquodque quatenus actu existit. 724. A.

PERSONA.

1 Persona diuina esse in humanitate colligitur per absentiam propriæ personæ, non verò persona Verbi. 47. B.

2 personæ diuinæ quòd plures sint, non vna, probatur ex veteri testamento. 58. B.

3 personarum pluralitatem indicat vox Dei, aut Domini repetita in veteri testamento. 63. B. Item benedictio sacerdotalis, elevatio trium digitorum, &c. 64. A.

4 personæ diuinæ tres contra hæreticos asseruntur, & hæreses contrariæ refelluntur. 79. & seq. Istarum hæresum auctores, & sectatores. Ibid.

5 personæ tres diuinæ sunt vnum secũdum esse, & ideò sunt singulæ in singulis, & omnibus. 167. A.

6 Inter personas diuinas distinctio est propriè realis. 177. B. Non recte dicitur pure formalis. 178. A. Rectè dicitur realis personalis. Ibid.

7 personalis distinctio in Deo non est dicenda specifica. 178. B. 1185. B. Est inter reales præcipua. Ibid. & 180. A.

8 In personis diuinis est singulare, quòd eadem distinguantur, & opponantur. 179. A. 1118 A.

9 Inter personas diuinas sola relativa oppositio cernitur. Ibid & 1118. B. Inter easdem est distinctio realis minima. 179. B, V. Vnum.

10 personæ non sunt de quidditate diuina. 182. B.

11 personæ tres diuinæ sunt perfectæ eadem perfectione naturæ datæ, & acceptæ per originem. 183. A. Non sunt plura entia, sed plures entes. Ibid. Non constituunt vnum per se, sed conueniunt in vno per se vnitate reali. Ibid.

12 personarum diuinarum consortium est summa fælicitas, hanc temen singulæ personæ habent in se ipsis. 184. A.

13 personarum consortium in Deitate est necessarium ad fælicitatem, non necessitate indigentiæ, sed infinitate originis. Ibid.

14 personarum etsi non esset consortium, Deus simpliciter, & absolutè esset perfectè beatus; ex parte, & secundum quid non ita. 184 B.

15 personæ diuinæ distinguuntur numero. 200 B.

16 Hæc propositio, persona diuina distinguitur formaliter à natura, censuratur vt periculosa, imò vt suspecta in fide. 204. A.

17 Ob personas tres Deum triformem ponens hæresis. 204 B.

18 Ex personis Deitas non est quid compositũ, aut cum illis. Ibid. & 205.

19 personarum numerus est in diuinis absque compositione. 205. A.

20 Cum personis tanta est identitas Deitatis, quanta esset cum vna, si in illa sola subsisteret. 207. B.

21 In persona vna sola, si esset Deitas, nullo modo distingueretur ab illa. 208.

22 persona, & Deitas non est vna ratio formalis adæquata, vtraque est vna res adæquata. Ibid. & 209 A. 110. A.

23 Hæc est accurata locutio, Deitas est in personis, Deus est ipsæ personæ. 209. B

24 De nomine naturæ est hæc interrogatio, quis Deus est personæ plures. Ideò respondendum; Deus vnus, qui est Pater, &c Ibid.

25 persona, & Deitas, vna est res vna, & eadem adæquatè adæquatione entis realis. 211. A. Solo numero videntur inadæquata, quatenùs in natura est numerus, non ipsius naturæ, sed personarum, qui non est in singulis personis. Ibid. Impium est negare istam adæquationẽ. Ibid.

26 In personæ diuinæ perfecto conceptu continetur diuina processio, & acceptio; nec potest ab eo præscindere, aut ratione. 283. B.

27 persona diuina procedẽs non potest cogitari non accipiens esse, & consequenter non ens. 284. A.

28 personæ diuinæ non accidunt existentia, esse genitum, & acceptio; Petro accidunt. Ibid.

29 In personis Deitas est non in se propriè loquendo. 284. B. Non est subsistens quod subsistat incommunicabile additis relationũ proprietatibus, sed tria esse subsistentia incommunicabilia, scilicet tres personas, dogma est fidei. Ibid.

30 personæ diuinæ non sunt ad finem; non tamẽ earum pluralitas vana est. 312. A.

31 2. personæ ratio communior est imago, Filius magis propria Verbum consubstantiale propriissimam, & absolutissimam similitudinem explicans. 336 A.

32 In personæ constitutione essentialia antecedunt; & iterum accipiuntur, vt notionalia. 368. B. 435. A.

33 persona diuina nulla est perfectio alterius. 440. A.

34 personis aliqua prædicata communia in Deo, sed accidentaria Deitati sunt posteriora propriis, scilicet personis. 469. A.

35 personæ diuinæ procedunt de scientia naturali creaturarum possibilium, & de dilectione naturali essentiæ, & personarum. 471. B.

36 persona diuina est relatio, & simul à relatione vt sic distinguitur ratione formali. 475. B.

37 Tres personæ diuinæ sunt vnum infinitum. 500. B.

38 persona diuina ex propria ratione diuinæ processionis procedit de tota simplici essentia, & substantia producentis, & de forma, ac puro actu Deitatis. 519 A. 520. B. 525. B.

39 persona procedens neque est ex nihilo, neq; ex aliquo præexistente. 519. A.

40 In diuina persona genita substantia intelligitur, vt passiua potentia, seu vt principium rei genitæ præcedens prioritate rationis, sicut materia in re creata genita est principium rei genitæ. 519 B.

41 In persona genita bis intelligimus naturam, scilicet totam vt principium rei genitæ, seu vt passiuam potentiam, & totam vt terminum generationis. Ibid.

42 persona generans in diuinis generat filium de aliquo non præexistente, sed præcognito principio, scilicet de ipsius generantis substãtia. 521. A.

43 Cum persona diuina dicitur procedere de substantia producentis, indicatur origo realis, & potentia notionalis passiua etiam realis, nõ principium reale. 521. B.

44 persona cõstituta non est de principio formali, seu de forma Deitatis, nulla habita ratione originis, secùs si indicetur origo. 525. A.

45 persona diuina non procedit à principio quasi materiali, sed quasi formali. 527. A. 529. A.

46 In personis Deitas est propriè forma, & vt forma est principium consubstantiale in generante, & genito. 528. A.

V. Potẽtia. Processio, Proprietas. Missio. Mittere. Mitti. Volitio. Actus. Apparitio.

47 Personæ diuinæ sunt quasi eiusdem speciei. 538.
48 Personæ diuinæ sunt in forma Deitatis similes,& æquales in magnitudine potentiæ æquales,& similes, in duratione secundum esse coæternæ. 676 A. 680.A. 679.B.
49 De personis diuinis similitudo, & æqualitas dicuntur per metaphorã, vt fundantur .in qualitate, & quantitate prædicamentali : dicuntur propriè vt fundantur in qualitate,& quantitate sumpta pro essentia,seu dilatato nomine. 677. B 679. B.
50 Personarum identitatem in essentia, similitudinem verò in attributis fundari recte dicimus prout conceptu distincto discernimus essentiam ab attributis. Ibid.
51 Inter personas diuinas magnitudinis,quæ est diuina essentia, æqualitatem fundentis vnitas ostenditur ex infinitudine. 677. B.
52 Personæ diuinæ omnes relationibus æquiparantiæ sunt mutuò similes,& æquales:solæ procedentes assimilantur. 678. A.
53 Personam procedentem assimilari non est idem,atque exemplari. Ibid.
54 Inter personas diuinas relationes quænam sint. 680.
55 Personas diuinas esse res absolutas dicere hæreticum est. 696. A.
56 Personæ diuinæ sunt puri respectus, & puri termini relatiui, & nullo modo relationes transcendentes. 696. B.
57 Personas, aut relationes esse de diuina essentia, quo sensu negandum sit. 702. B.
58 Persona continet essentiam. & relationem in suo conceptu. 706.B. 708.A.
59 Tres personæ vt non sunt veriores, aut meliores,quàm vna, ita non habent plures veritates,aut bonitates, quàm vna. 718.B. Sunt tres perfecti adiectiuè, non tria perfecta substãtiuè. 719. A.
60 Persona diuina subsistit modo naturæ absoluto,& relatiuo sibi proprio.1060. V.Relatio.
61 Persona, & relatio, vt forma hypostatica, est subsistens relatiuè, sed conceptu absoluto, quo etiam à natura distinguitur. 1063.B.
62 Personæ proprietas in diuinis, etsi duntaxat per rationem ,distinguitur tamen à natura magis explicatè, quàm in creatis. 1064.A.
63 Persona diuina non est dicẽda simul existere simpliciter vna existentia absoluta, & secundũ quid alia relatiuà. 1070.
64 Persona hæc relatione non est existens, sed est hoc existens incommunicabile, quia relatio communem existentiam facit propriã. 1070.B.
65 Personæ definitio ex Richardo, quòd sit incõmunicabilis existentia, explicatur. 1078.A.
66 Personæ tres diuinæ non sunt tria entia,sed tres entes. 1081.A. Sunt propriè, & simpliciter tres res,non vna. 1082. Dicuntur tres hypostases,non vna. 1085 A.
67 Persona est suppositum solius naturæ rationalis. 1087.B. 1089.A. Continetur in supposito tanquam in vniuersali analogo. Ibid.
68 Persona cur dicatur res sui iuris. 1154.A. 1088. B.
69 Persona est res naturæ transitiuè,essentia intransitiuè. Ibid.
70 Nominis, Persona, deriuatio à personando, vel à prosopos, vel à per se vna, & eiusdem significatio multiplex. 1087. A. & seq.n.7.11.
71 Personas diuinas nec rectè, nec latinè sic dici quasi hypostases error Vallæ. 1089 B. 1090. B.
72 Personas dici tres solùm propter distincta attributa Vallæ assertum vergens in hæresim Sabellianam, vel Arianam. 1089. B.
73 Personæ nomen pro hypostasi non est ab Ecclesia innouatum; sed iam olim etiam apud Latinos vsitatum. 1090.
74 Persona non est nomen proprium hypostasis, sed traductum. 1089. B. 1090.
75 Personæ nomen in sacra pagina non ponitur pro hypostasi, pro attributo personæ maxime. 1090.
76 Personæ nomen à Patribus, & Ecclesia trãslatum, & coaptatum rebus fidei. 1090. B.
77 Personam sicut & suppositum aiunt Dialectici significare intentionem rationis, at non significat saltem ex prima institutione, & vsu philosophorum; vel certe significatio modò mutata est. 1091. A. 1096. A.
78 Persona non potest accipi pro natura, sed pro supposito. Ibid.
79 Persona definitur à Boetio, rationalis naturæ indiuidua substantia. 1091. B.
80 Ad personam creatam hæc definitio pertinet. 1101. B.
81 Persona creata habet loco generis substantiã completam communem ad primam, & secundam,non verò substantiam, seu naturam singularem,& quæ sit hypostasis assumptibilis. 1091. B. 1093.A. 1092. A.
82 In personæ definitione substantia non significat essentiam,sed ens per se. 1092.B. In eadem melius dicitur natura rationalis, quàm essentia rationalis. 1093.a.
83 Personæ definitio tradita à Richardo improbatur. 1093 B. 1102.a. Alia à Magistro assignata optima;alia ab Hugone Etheriano sumpta ex antiqua descriptione. 1093. B.
84 In personæ definitione definitum non est intentio dialectica; nec negatio, sed res ijs subiecta. 1094.
85 Persona non significat intentionem personæ, sed proprietatem realem, qua persona constituitur, 1096.a. 1184.B. 1188.a.
86 Personæ nomen est medium inter quidditatiuum,& denominatiuum. 1096. B. 1184.B. Magis accedit; imò reuocatur ad quidditatiuũ, sed non est quidditatiuum. 1096.B. 1097.a. Est proprie commune. 1098.a. 1101. a.
87 Personæ diuinæ non sunt omninò plures; sũt tamen absolutè plures, scilicet secundum personalitates. 1101.B. 1174.B. V. Personalitas.
88 Personæ definitio tradita à Boetio aptatur diuinis,si sumatur substantia latiùs pro ente per se subsistente,indiuidua pro incommunicabili. 1102.B. 1099.B.
89 Personæ definitio à Magistro assignata optior diuinis. 1102. B.
90 Persona nusquam vniuocum est etiam in creatis. Ibid.
91 Persona non dicitur maxima perfectio, sed maxime perfecta, quia habet naturam, & omnes perfectiones. Ibidem.
92 Persona, siue suppositum in creatis est perfectius quàm natura. 1103. a.
93 Persona in Deo non est magis perfecta,quàm natura, nec è contrà. Ibid.
94 persona, & relatio licet non addat perfectionem, conceditur naturæ eo quòd est infinitè perfe-

perfecta. 1103. B. V. Natura.
95 Personæ diuinæ non distinguuntur in perfectissimo. Ibid.
96 Persona diuina non est composita reali compositione. 1105.B. 1180.B. Non est composita etiam compositione rationis, licèt oppositum non sit improbabile. 1107.A. 1108.B 1110.B. Potest dici constituta per rationem ex natura, & proprietate, estque ipsa natura, & proprietas. 1107.A. 1110. A.
97 Personæ diuinæ non rectè dicuntur diuisæ, sed distinctæ. 1108.B. 1109. A.
98 In personæ constitutione natura, & proprietas coniunguntur solùm secundum identitatẽ; vtraque vt actus personam constituens diuersimodè. 1109 A. V. Natura.
99 Personæ diuinæ non distinguuntur per essentiam, sed per proprietates; iuxta Concilia, & Patres. 1111. B. 1116. A.
100 persona non distingu itur, nec constituitur sola proprietate includente naturam. 1112. Oppositum à calumnia quadam vendicatur. Ibid.
101 personæ diuinæ re ipsa distinguuntur se totis negatiuè absque distinctiuo. 1114.B. 1116.a. Nostro modo intelligendi constituuntur, & distinguuntur proprietatibus suis, non se totis. 1115. A.
102 personas tres absolutas esse, si reuelaretur à Deo, hoc nõ posset cum ratione, & philosophia conciliari. 1117 B. V. Proprietas.
103 persona diuina simpliciter est essentia absoluta, sed non persona absoluta propter appellationem. 1126. A.
104 persona hæc priùs intelligitur Deus, quàm Pater. Ibid.
105 persona diuina eadem proprietate constituitur, qua distinguitur negatiuè. 1137. A. 1189. A.
106 persona nullo modo constituitur, aut distinguitur per Deitatem secundum se. 1139. A. Per Deitatem addita proprietate constituitur, & distinguitur vt Deus, & secundum aliquid; per proprietatẽ, absolutè, ac simpliciter. 1172. B. 1138. B. 1139. 1141. 1142. A.
107 persona prius constituitur Deitate, quàm proprietate. 1139. B. In nullo priori intelligitur constituturn solius naturæ, sed proprietatis simul. 1140. A. 1141.
108 personam constituens Deitas, ac proprietas in quo conueniant cum genere, & differentia, & in quo differant. 1139. 1140. A.
109 personam constitui natura, vt est radix relationum, ex relatione distingui est fidei dissonum. 1141. A. 1166. A.
110 persona non est dicenda constitui relatione, vt est in, & distingui eadem, vt est ad. 1141. A. 1167. B. 1171. B. Nec est dicenda constitui subsistens commune per in, & incommunicabile per ad. 1168. B. V Relatio.
111 persona Patris per proprietatem, vt est forma hypostatica constituens, distinguitur negatiuè à Filio; per eandem vt relatio est, distinguitur relatiue. 1141. B.
112 persona non cõstituitur relatione, nisi simul cum natura. 1144. A.
113 personæ plures sunt vnus Deus, quia Deus est substantiuum, & quia Deitas subsistit: sunt vnus spirator ob primam rationem, non ob secundam. 1165. A. V. Origo.
114 prima persona non diuersimode constituitur, atque aliæ duæ. 1166. V. Individuum.
115 persona nostro modo intelligendi non constituitur potentia personæ ad generandum, sed eam anteeedit. 1167. B.
116 persona ordine rationis priùs intelligitur sua proprietate constituta, quàm origo, priùs origo, quàm relatio, relatio verò simul cum correlatiuo. 1171. A. 1172. A. 1173. 1180. B. 1182. V. Pater.
117 persona non nonstituitur relatione præsertim originis relatiuo conceptu; sed absoluto vt forma hypostatica est. 1171. B. 1174. 1181. B. 1175. 2, 1178. B. 1185. B.
118 In persona diuina nihil est, nisi natura, & relatio. 1175. B.
119 persona melius dicitur constitui per relationam quatenùs est forma hypost. quàm per suã formam hypost. 1177. A.
120 In persona res eadem cognita vt forma hypost. antecedit; vt relatio relatiuo conceptu sequitur. Ibid. & 1182. a.
121 persona conceptu adæquato, seu confuso constituitur per relationem relatiuo cõceptu. 1184. B. 1182. B. 1186. a. 1190. B. Hæc constitutio confusa est maxime imperfecta, & inutilis disputationi. 1181. a. 1184. B. 1186.
122 persona producens conceptu inadæquato & distincto, scil. secundum formam hypost. & originẽ antecedit ratione personam procedentẽ; non tamen secundum relationem relatiuo conceptu. 1171. a. 1174. B. V. Relatio.
123 In personæ conceptu confuso non intelligun tur origines. 1181. a. 1182. a.
124 personæ constitutio dum distincta intelligitur, seu vt antecedit originem, & relationem relatiuus conceptus postremus est. 1182 B. 1180. B. 1196. B.
125 personæ singulatim constituuntur relationibus diuersæ appellationis quasi specie distinctis. 1182. B.
126 personæ vt sic conceptus est absolutus, patris verò relatiuus etiam vt persona est. 1183. a.
127 personæ conceptus est absolutus non ex modo significandi, sed ex formali significato. 1184. B. 1188. a.
128 personæ significatum formale est relatio sub ratione formali proprietatis hypost. 1185. a. 1202. B. V. Relatio.
129 personæ huius vel illius nomen vt est nomẽ personæ, est relatiuum solùm ex modo significandi. 1186. B. 1183. a. Personas diuinas cum relationibus constitui dicimus, est sensus identicus, 1188 a.
130 personam diuina origo non constituit, aut distinguit principaliter, sed constitutam, & distinctam indicat. 1189. a. 1190. B.
131 personas etsi origo, & relatio constituat, & distingua, relatio tamen principaliter, ac proindè simpliciter facit vtrumque. 1189.
132 persona saltem patris non constituitur, & distinguitur antecedenter origine actiua, vel processione passiua vt principio actiuo distinctionis. 1190. A.
133 personæ constitutioni conuenit conceptus absolutus per modum formæ hypost. non verò operationis. 1193. a.
134 personarum producentium, & procedentium constitutio vt personæ sunt, & vt relata, & inter ea, quæ ad 1. & 2. processionem pertinent ordo rationis, explicatur accuratè. 1196, & seq.

135 personæ nomen iuxta propriam significationem, & formaliter non significat solam essentiam, sed significat relationem vt est forma hypost. 1197.B. 1199.B. Opposita sent. improbatur, & censuratur ab Alensi, vt errori proxima. 1198. A.

136 persona absolutè loquendo significat relationem, vt subsistentem directè: in obliquo essentiam. 1198. B.

137 personæ nomine non essentiam non relationem significare, sed substantiam, hoc est hypostasim asserentes improbantur. 1199 A.

138 personæ nomine significatur subsistens, siue relatio, siue essentia: quatenùs subsistens absolute, significatur essentia in recto; quatenus subsistens relatiuè & incommunicabiliter, significatur relatio in recto. 1199.

139 persona vno nomine significat idem quod Deus Pater. 1200. A.

140 personæ diuinæ nomine significātur directè essentia, & relatio simul conceptu pioprio, sed confuso, scil. vt subsistens. 1200.B. 1202.A.

141. personæ seu ex natura, & relatione constituti conceptu explicato potest alterum intelligi in obliquo, vel etiam vtrumque. 1199.B. 1200. B.

142 personæ conceptu explicato si essentia significetur in recto, non multiplicatur persona: si explicetur relatio in recto, multiplicatur persona. 1200. A.

143 pstfonæ simpliciter sunt tres, sed non omnibus modis tres. Ibid.

144 personæ præcipuum significatum, hoc est vltimum & formale est proprietas; præcipuum, hoc est, nobilissimum est natura. Ibid.

145 persona significat formaliter rem quæ est persona, & rem quæ est proprietas; non verò solam negationem dependentiæ. 1202. B.

146 personæ nomen analogum est, non vniuocū. 1254.A. 1252. A.

147 persona diuina non suscipit recipit, aut excipit, sed simpliciter accipit esse subsistens, hoc est ipsam essentiam, non verò esse in essentia, aut in subiecto. 1283. A. V. Accipere.

148 personæ diuinæ dicuntur vnius naturæ, eęq; solæ dicuntur vnius essentiæ. 1285.B. 1286.A.

149 personæ humanæ dicuntur vnius naturæ specificæ. 1285. B.

150 personæ diuinæ sunt vnius essentiæ, sed non vnius Dei. 1286. A.

151 personæ diuinæ potiùs dicuntur vnius essentię, quàm vnius naturæ. 1286. B.

152 personæ diuinæ non sunt ex vel de vna natura. Ibid.

153 personam vnam esse in alia significat relationem rationis communem singulis personis. 1291.A. V.Relatio.

154 personæ diuinæ absolute sunt sibi inuicem causæ cognitionis, quia sunt simillimæ, & referuntur ad inuicem, & sic singulæ sunt in alterutris. 1294. B.

155 persona vna secūdum proprietates relatiuas non potest esse in alia, nisi vt subiectum in cognoscente, & diligente. 1295. B.

156 persona vna est in alia vt subsistens in subsistente, sed non subsistit in alia. 1301. A.

157 persona diuina non dicitur differens, non diuersa, non dispar, aut discrepans; non aliena, aut separata, aut diuisa; sed dicitur distincta, cōtra Arium. 1397. B. 1308. A.

158 personæ dicuntur distingui, aut discerni. 1308. A.

159 personæ duæ cum nominantur à parte subiecti verbo plurali vtendum est. 1315 B. & 1309. Licèt ponantur à parte prædicati verbum accommodatur subiecto. 1315 B. personæ sunt Deus, non dij, nec tres dij. 1312. A. 1315. B. 1320.

160 personæ diuinæ dantur nobis vt in nobis existant, & habentur, & accipiuntur à nobis. 1408.

161 personæ diuinæ dicuntur venire ad nos sanctificandos, si in aduentu non significetur motus, sed indicetur noua realis præsentia. 1409. A.

162 personas diuinas secundum realem præsentiam existere in nobis negare est contra fidē. Ibid.

163 persona diuina non mittitur, nisi ad creaturā rationalem, & hoc solùm secundum gratiam. 1409. B. V. Gratia.

164 persona diuina per solam gratiam sanctificātem datur nobis fruenda. 1410. A. V. Sacramenta. Deus. Missio. Apparitiones.

1 PLatonicos plurimos paucis verbis mutatis Christianos factos refert August. 31. A.

2 Platonis errores. 34. A.

1 PERsonalitas in creatis est perfectio addita naturæ, quia hæc sine illa imperfecta est; non sic in diuinis. 729. A. 1103. A. V.Forma.

2 Personalitas est forma significata absolute loquendo per personam, non sic natura. 1101.B. 1115.B. 1174 B.

POSSIBILIA.

1 Possibilia supernaturalia non nouimus naturaliter, licet cognoscamus omnipotentiā 287.B. V. Creatura, Natura. Essentia.

2 possibile quot modis accipiatur. 351.A.

3 Esse possibile Filius Dei non habet. 352. A.

4 Res possibilis, seu in potentia, aliquid est, sed nihil aliud est, nisi effectrix ipsa potentia. 757. B. 947.

5 Circa possibilitatem rei incertam opiniones sunt vtiles ad naturam rerum meliùs inuestigandam; & opinio affirmans alteram partem potest esse contra virtutem studiositatis. 756.B.

6 Possibilia esse negari absolute possunt ea, in quibus reperitur probabilis contadictio. 856. A.

7 Possibilitas est res ipsa possibilis, & actualitas res ipsa actualis: secus existentia. 964. A.

POTENTIA.

1 Potentia Dei est actu infinita. 288. A. V. Actus, Compositio, Bonum Materia.

2 potentia, à qua ducitur diuina processio, est in Deo 346.347. Opposita sententia periculosa in fide. 347. B.

3 potentia à qua ducitur diuina processio, est realis. 347.B. 349 B.

4 potentia rationis, quæ sit. 347 B.

5 potentia realis, quæ sit. 348. A.

6 potentia notionalis non est potentia realis in eo sensu quod sit principium quod, seu à quo est emanatio realis, vt à producente 348. A. Est potentia realis in eo sensu quòd sit principium formale, seu quo emanatio realis ducitur. 348.B. 364. 2. Potentiam rationis, si in hoc sensu dicamus, incidimus in hæresim Sabellianam. Ibid. & 351.2.

7 Inter potentiam, & principium discrimē. Ibid.

8 potentia notionalis etiam collata cum processione, realis dicenda est. 349. 2.

9 potentia, quæ est in Deo ex parte procedentis, vt procedat, est etiam realis. 349. B.

10 A potentia non dicitur emanare processio diuina. 349. A.
11 Potentia impropriè pro possibilitate, seu non repugnantia. 351.B. Sententia ponens tantùm hanc non repugnantiam in Patre vt generet, est periculosa in fide. Ibid.
12 Potentia generandi ratione distinguitur à personis. Ibid.
13 Ad potentiam realem satis est operationis, vel termini distinctio saltem à producẽte. 352. A. Ad eam satis est, vt ex ea procedat persona, licèt ipsum esse non procedat. Ibid.
14 potentiæ ratio propria est, vt sit principium formale realis emanationis. 353. B.
15 potentia generandi est perfectio infinita, sed non addita alijs attributis. Ibid.
16 potentia, qua prima hypostasis diuina potest esse Pater, est non repugnantia terminorum; quæ verò generat est virtus diuina. Ibid.
17 A potentia generationem actiuam duci non est ab ea produci, sed ad eam pertinere vt propriam operationem. Ibid.
18 per potentiam Patris generantis secunda hypostasis potest esse Filius, non per solam non repugnantiam. 354. A.
19 Hæc, per potentiam eandem, qua gignitur, potest secunda hypostasis esse filius, ambigua est Ibid.
20 potentia notionalis est ipsa diuina natura. 354. B. 356.
21 Ad potentiæ creatæ rationem non est per accidens quòd res producta ab ea distinguatur re ipsa; ad rationem potentiæ vt sic, seu in communi maximè. 355. B.
22 potentia notionalis est diuina natura addita relatione. 356. B. Huius thesis variæ explicationes. 352. 358.
23 In potentia notionali non additur relatio naturæ, vt principiũ operationis; neque vt simul, & æquè cum natura constituat potentiam notionalem; neque vt conditionem sine qua non propriè. Ibid. & 904. B. potentiæ notionalis conditio impropriè dici potest. Ibid.
24 In potentia notionali additur relatio, vt potentia reddatur propria istius hypostasis. 358. B. 363. B. Minus propriè dicitur essentiam; prout est paternitas, esse potentiam, seu principium generandi. 359. A.
25 potentiæ ratio non in recto, sed in obliquo rectè dicitur esse relatio. 359 B.
26 Vt in potentiæ generantis conceptu relatio, sic scibile clauditur in conceptu scientiæ, & tamen non est scientia. Ibid.
27 potentia generatrix est quid medium inter essentialia, & personalia. Ibid. V. Essentia.
28 potentia generandi nullo modo conuenit Spiritui Sancto propriè loquendo. 360. A.
29 potentia generandi impersonaliter est communis Patri, & Filio; æquiuocatione vocis non re significata. 360. B.
30 potentia generandi est perfectio absoluta. 362. A.
31 potentia eadem est in singulis personis, sed additis proprietatibus distinctis, quæ quidem nihil perfectionis adijciunt. 362. B.
32 potentia, vt Pater generet, & potentia vt Filius generetur, non significat in recto relationem; esse Patrem, & esse Filium maxime. Ibid.
33 potentiam Pater qua ipse generat non communicat Filio, non qua Filius possit generare. 363. A.
34 potentia actiua generandi non idcirco est perfectio essentialis, quia actiua, sed quia est principium infinitæ communicationis. Ibid.
35 Hæc, potentia generandi est essentia, quatenus est in Patre, vera est in sensu specificatiuo, & reduplicatiuo. 363. B.
36 potentia notionalis dicit ordinem realem ad personam procedentem, non ab ipsa potentia, sed à persona, in qua est. 364. a,
37 Ad potentiæ notionalis formalem rationem in obliquo proprietas pertinet. 364. B. Non est potantia, sed necessariò coniuncta cum potentia. Ibid.
38 potentia notionalis positiua, & passiua est in persona diuina procedente, de qua ipsa procedat. 365. a. 367. a. 367 B.
39 potentia eàdem vnitate reali est in Patre, & Filio, sed distincta ratione formali. 365. B.
40 Absque potentia notionali vt procedat, seu absque excellentia infinita diuinæ fœcunditatis, persona procedens imperfecta esset. Ibid.
41 potentia notionali, nisi Sp. Sanctus sit præditus, seu nisi sit fœcundus procedendo fœcunditas in eo non est. Ibid.
42 potentia notionalis dicitur passiua grammaticaliter tantum. 366. a. 529. a.
43 potentia realis passiua, & communicabilitas naturæ in persona procedente est ipsum posse accipi. Ibid.
44 Ex parte potentiæ passiuæ communicabilitas naturæ in generatione rerum est ipsa natura possibilis, quatenus forma de potentia materiæ potest educi per dispositiones medias. Ibid.
45 potentiæ actiuæ omni omnino etiam ipsi creatrici correspondet passiua, ita vt hæc per illam accipiat esse. 366. B.
46 potentia notionalis quasi passiua concurrit solùm per modum causæ formalis, non verò materialis. Ibid. & 367. B.
47 potentia eadem, quæ est in Patre vt generet, est in Filio vt generetur. 367. a.
48 potentia notionalis passiua generandi, aut spirandi non antecedit generationem, vel spirationem passiuam. Ibid. 1196. B. 1197. a.
49 A potentia actiua in Deo ducuntur actus denominantes vtramque potentiam, scilicet generatio actiua, & passiua etiam aliqualiter; nõ autem à potentia passiua. 368. a. Esse actu generans, & esse actu genitum sunt actus perficiẽtem vtramque potentiam, & quasi effectus formales generationis actiuæ, & passiuæ. Ibid.
50 Ad potentiam passiuam, & generationem passiuam præter esse actu genitum cõsequitur esse hypostasim, vt terminus processionis, & actus potentiæ passiuæ. Ibid. 1196.
51 potentia notionalis passiua est essentia addita relatione, id est, addita processione passiua. 368, B. 1196.
52 potentia prima in Patre iam constituto consideratur primo loco, & est natura fœcunda; potentia proxima secundo loco, & est intellectus fœcundus: tertio loco intellectio essentialis fœcunda. Ibid.
53 potentia passiua proxima in Filio non est intellectus fœcundus idem qui est in Patre potentia notionalis actiua proxima. 369. a.
54 potentia notionalis generandi proxima passiua in opinione affirmante in essentia diuina esse intelligibile, vt terminum esse attributum essentiale, & hoc ipsum esse intelligibile, vt coniun-

coniungitur cum natiuitate. 569, B. In altera opinione id negante, nulla est potentia notionalis proxima passiua in processione diuina. Ibid.
55 potentia notionalis in vtraque opinione non est aliquid attributum commune, idemque in singulis personis. Ibid. & 376. A.
56 potentiæ significationes. 370.
57 potentia notionalis proxima duplex, alia est naturæ, & intellectus solus; alia est natura, & voluntas sola, vt naturalis. 371. B.
58 potentia creandi est vna. Ibid.
59 potentia notionalis proxima etiam considerata secundum id, quod est esse essentiale, distinguitur à potentia creatrice, vt alia attributa inter se. 372. A. 376. B.
60 potentia notionalis prima vna, eademque est potentia, quæ est etiam creatiua. Ibid. & 376. A. 377. B.
61 potentia sic accepta non est principium operatiuum, sed communicabile duntaxat. 372. B.
62 potentia notionalis proxima etiam secundũ id essentiale, quod includit est ordine rationis simpliciter posterior potentia creatrice proxima. 373. A.
63 potentia notionalis prima nec est prior, nèc posterior creatrice, cum sit ipsa creatrix, scilicet prima ratio communicabilis quomodocũque. 373 B.
64 potentiam notionalem esse duntaxat actiuã, eamque esse ipsam omnipotentiam sententia asserens, nihil habet absurdi, aut erroris. 374. B. Refellitur. 375 B
65 potentia respicit possibile secundum esse in sententia ponente potentiam notionalem passiuam. Ibid.
66 potentiæ notionalis actiuæ duplicis in Deo vna est perfectio, sicut duarum rerum possibilium vnum est esse. 375. A.
67 potentia notionalis prima est in singulis personis actiua, vel passiua respiciens idem esse possibile etiam ad intra. Ibid.
68 potentia nortionalis proxima, v.g generandi, actiua, & passiua est vna, & eadem eo pacto, quo dicimus intellectum in actu esse ipsam rẽ intelligibilem. 376 A. Distinguuntur ratione inter se. 377. A.
69 potentia reali non est possibile passiue in Deo patre generante, sed est possibile, vt significat modum intelligendi, seu id, quod potest non esse falsum. 377. B.
70 potentia passiua spirandi, quæ est in Spiritu Sancto respicit ipsum esse rei possibilis, quæ est Filius. Ibid.
71 potentiæ perfectio attenditur secundum esse rei possibilis. Ibid.
72 Ad potentiam notionalem addita proprietas, seu relatio, antecedit operationem illius. 359. B. 402 A. 403. A. 1174 A.
73 potentiam nomina verbalia aliquando significant, aliquando operationem. 404. A.
74 potentia notionalis non includitur in concep tu personæ, fœcunditas diuinæ naturæ maximè. 429 A.
75 potentia notionalis passiua vnicum actum habet, scilicet terminum processionis passiuæ, cũ huius potentiæ nulla sit operatio. 436 B.
76 potentia notionalis generandi est duplex, remota, & propinqua. 368. B. 536. A.
77 potentia cognoscens, & appetens cur nobis data. 638. A.
78 potentia passiua naturalis coæquatur agenti naturali, si hoc nomine complectamur auctorem naturæ. 900. A.
79 potentia passiua repugnat actui puro, ita vt nec per intellectum in eo verè sit cognita, & oppositum est error. 1107. 1139. A. 1165. B. V. Intelligere, Deus.
80 potentia ad actus notionales in Deo neganda non est. 1174. A.

1 PRACTICVM. V. Habitus.

PRÆDICATIO.

1 Prædicatio identica, & indirecta in diuinis accidit, vt in hac, Deus est Pater, vbi persona prædicatur de essentia. 1330. A.
2 Omnis prædicatio vera de rebus diuinis est per se, & est illa, in qua prædicatum ingreditur definitionem subiecti, & è contrario. Ibid.
3 Omnis prædicatio identica non directa, nec formalis potest dici per accidens spectata natura nominum, vt in hac Pater est sapientia. 1330. B.
4 prædicationes quædam in diuinis sunt essentiales, v.g. pater est Deus; Hæc tamen, Deus est pater, non est essentialis. Ibid.
5 prædicatio indirecta nec est essentialis, nec accidentaria, sed neutra, & à quibusdam dicitur substantialis. 1331. a.
6 Ad prædicatum, seu ad verbum, vt modi illorũ pertinent adiectiones, quæ per aduerbia declarantur. 503. a.

PRAENOTIO.

1 prænotionem quòd sit, de Spir. Sancto non habemus, neque prænotionem quid sit. 20. B. Hæ duæ prænotiones in Deo coincidunt. Ibid.

PRAEPOSITIO.

1 præpositio, de, indicat principium consubstantiale manens in re producta, & indicat distinctionem realem. 520. a. 523. a. 1287. a. V. Filius.
2 præpositio ex, vel, à, indicat principium quod uis. Ibid. De auro annulus est, non de artifice, at ex auro est, & ex artifice, sed non ex substãtia artificis. Ibid. Non de pane, sed ex pane corpus Christi fit. Ibid. Ex vel ab agente, seu à substantia agentis est generatio non viuentium. Ibid. De gignente, siue de substantia gignentis est generatio viuentium. Ibid.
3 præpositio, de, non recte copulatur cum principio formali, secùs cum principio formali consubstantiali, quod indicat originem, aut distinctionem. 525. a.

PRAESENS.

1 præsens secundum esse intelligibile quot modis dicatur, & quid sit. 248. 249. a.

PRINCIPIVM. V. Causa, Materia, Forma, Proprietas, Pater, Generatio, Ordo, Prioritas. Processio.

1 principium, & causa ratione differunt. 338. B.
2 principij definitio. Ibid.
3 principium positiuum reale, & causa, in creatis idem. 340. 1181. B.
4 principium reale positiuum Filij est Pater, non est causa Filij. 341. A. 144.
5 principium reale positiuum, & causa absolutè, & in genere non est idem. 342. a.
6 principium reale positiuum Sp. Sãcti est Filius, non causa. Ibid.
7 principium de omni causa dicitur, etiamsi ipsa sit causata. 342. B.
8 principiata filium non dicimus. 343. A.
9 principiatum, si vt correlatiuum principij meditentur,

ditemur, Filius est principiatus. Ibid. Sed cauendum ab hac locutione. Ibid.
10 Pro principio initium impropriè. Ibid.
11 Pro principio causam Græci vsurpant. 344. a. & 383.
12 Principium diuinæ processionis est quasi actiuum. 344. B. 345. a. 1287. a.
13 A principio diuinæ processionis prioritas realis excluditur. Ibid. In eo prioritas rationis ponitur. 345. B.
14 Principium est res absoluta, etsi absque relatione non explicetur. Ibid.
15 Principium relatiuè acceptum non habet rationem principij, aut operantis, sed duntaxat ad aliud est. Ibid.
16 Principij nomen acceptum est à primo, sed non significat primum, 346. a.
17 Principij primum non est relatio ipsa, sed alia consequens. Ibid.
18 Vt principium formale producētis quasi actiuum, non vt formam materiæ, communicare esse, est maxima perfectio. 333. a.
19 Principium formale operationis in rebus materialibus est sola forma, in Angelis tota natura incommunicabilis substantialiter, in Deo tota natura communicabilis. 355. a.
20 Principium vnum Sp. Sancti Pater, & Filius. 388. B. 390.
21 principia duo Sp. Sancti, quòd ponunt Latini, falsa Græcorum existimatio refellitur. Ibid.
22 principium Sp. Sancti, vnum, an duo principia Pater & Filius sint dicendi in proprietate loquendi quæstio est non de rei veritate, sed de nominum vsu. 389. B. Pars negans esse vnum principium improbatur, vt hæresis suspecta quatenùs censet Concilia non tenere proprietatem locutionis. 389. B. Non censetur hæretica, sed erronea. 390. a.
23 principium non est nomen verbale, vt spirator. 390. A.
24 Principia duo maiori censura Pater, & Filius dicuntur, quā auctores, & spiratores duo. Ibid.
25 principium Spiritus Sācti est vnum numero, tamen non est vna persona. 393. a.
26 Hæc nomina, principium Sp. Sancti, & Deus absolutè faciūt sensū pro forma significata. Ibid.
27 principium vnum Sp. Sancti quod est Pater, an de Patre, & Filio dicatur. 393.
28 principium Sp. Sancti est nomē connotatiuū, quod aliud significat, prę alio supponitur. 395 b
29 principia duo quòd Pater, & Filius sint non distincta re ipsa, sed ratione formali, sapit hæresim. 398. a.
30 Principium principale cur de solo Patre dicatur. Ibid. & 412. A.
31 Hæc est falsa, Filius est principium, quod non est à principio. 398. B.
32 Principium productionis, vt in producente, ita in re producta principium producti ponendum est. 521. A.
33 Principij relatio in Deo realis est. 1129. B. 1167. A. V. Ordo.
34 Principium vt est nomen significans principium creationis, aut diuinæ processionis, non est vniuocum, sed analogum. 1261. A. Secundum diuersas considerationes aliquando est analogum proportionis, aliquando attributionis. Ibid. & 1261. B.
35 Principium vnum vtriusq; originis non prædicatur de Patre, & Filio. 1322. a, & seq. V. Pater.
36 Principium duplex originis vtriusque in Deo est; principium quo; siue formale, quod est essentia, & principium quod, sc. persona. 1322. a.
37 Principium vtriusque originis est prædicatum Patris proprium. 1323. A.
38 Principium formale in diuina generatione non distinguitur à re genita. 1340. A.
39 Principium dialecticum, quæ sunt eadem vni tertio, &c. accuratè explicatur. 362. & seq.
40 Principia alia duo, quæcunque sunt æqualia vsu tertio, &c. Quæ simul sunt sibi inuicem eadem, &c. Ibid. Principium illud, Quæ sunt eadem, &c. indicat vim, & efficaciam syllogizandi, semperque colligitur ex illo aliqualis identitas extremorum, non tamen necessariò eadē. 1365. B.

PRIVS.

1 Prius, & posterius coniungitur cum principio, ac proindè cum ordine. 504. B. V. Processio.
2 priora, & ordo tot modis dicuntur, quot principium. 505. A.
3 Prioritas nequit esse realis, vbi principium non est reale. Ibid.
4 Prioritas temporis siue continui, siue discreti est simpliciter realis. Prioritas naturæ est quodammodò realis. Ibid. & 513. a.
5 prioritas naturæ inter causam efficientem, & effectum est realis, & est prioritas existentiæ. 505.
6 Prioritas etiam aliarum causarum est realis, & in ordine ad existentiam. 505. B.
7 prioritas principij, seu originis nulla est realis, quæ non sit etiam existentiæ. Ibid. 1181. B.
8 prioritas aliarum causarum minor est, quàm causæ efficientis. 506. A.
9 prioritas realis in rebus creatis nulla est, nisi temporis, & naturæ secundum causalitatem. Ibid.
10 priora natura sunt, quæ sunt necessaria ad aliquod genus causæ, aut cum his coniuncta, & non posteriora. 507. A.
11 prioritas naturæ rectè explicatur cum dicimus in illo priori. 508. A.
12 Ad prioritatem rationis in diuinis explicandam, rectè ponuntur signa quædam rationis. Ibid.
13 Prioritas originis est realis, prioritas naturæ, seu causæ physicæ. 508. B.
14 Prioritas non pertinet ad relatiua sicut distinctio. 509. A. prioritas realis in coæternis est argumentum perfectionis æternitatis. 511. A.
15 prioritate reali Pater quòd prius existat, quā Filius est contra fidem. 511.
16 prius nō rectè ponitur sine posteriori. 513. A.
17 Quòd prius simpliciter sit id, quod potest intelligi exactè sine posteriori, documentum falsum est. Ibid.
18 Priora natura secundum naturam sunt priora, atque adeò distincta. 513. B.
19 prioritas realis, & numerus realis sunt rationes disparatæ. 514. A.
20 Non priorum, & posteriorum, sed simul existentium numerus. Ibid.
21 Prioritati rei, seu reali enumeratio naturalis, quæ est rationis operatio, coaptatur, sed realem non affert. 514.
22 prioritas realis connexa est cum ordine reali, vbi causa est, non vbi principium absque causalitate. 514. B.
23 Prioritas aliqua, vel realis, vel rationis iuncta est cum omni ordine. Ibid.

24 Priora, quæ sunt per intellectum, sunt causæ distinguendi per intellectum ea, quæ posteriora sunt. 538. a.
25 Prioritas naturæ solũ est ordo ipse causandi, & non distinguit instantia temporis. 936. B.
26 In prioritate naturæ negationes rebus oppositæ significant res non esse per se tales, sed ex addito, & causa. 989.
27 Prioritate sola naturæ formam esse in materia, non significat eam esse in potentia in illo instanti. 1009. a.
28 Priorıtas naturæ satis est vt forma dicatur producta de potenta materiæ, non vero educta. 1009. B.
29 Prius vel principium re ipsa, quod relatione prioris, vel principij est re ipsa relatum: prius, vel primum cognitum vt relatum non est prius nisi pro fundamento. 1181. B.
30 Prius, aut posterius intellectæ res in diuinis etiam intelliguntur, vt prius, aut posterius existentes. 1182. a.
31 Prioritas originis impossibile est, vt sine prioritate rationis intelligatur. 1186.

PROCESSIO.

V. Sp. Sanctus. Verbum. Principium. Potẽtia

1 Processio diuina est incomprehensibilis. 16.
2 Processiones diuinæ ideò distinguuntur, quia sunt ordinatæ, ita vt secunda processio ordine naturæ supponat primam. 152. a.
2 Processionis principium formale quo, est Deitas. 210. a.
4 Processio vera, & realis est in Deo. 275. a. 276. 277. Hæreses contrariæ refelluntur. 278.
5 Verbi, procedere, multiplex significatio. Ibid. Quænam sit primaria. Ibid. Significatio primaria est motus animantium. Ibid. Ex vsu sapiẽtum extenditur. 275. B.
6 Verbi, procedere, quædam synonima. 276.
7 Processio alia à Deo, alia in Deo. Ibid.
8 Pocessionis in Deo principium, & terminus eadem diuina essentia. 276. B.
9 In porcessione diuina inuenitur principium vndique perfectissimum. 277. a.
10 Processionem diuinam, Sabellius, & Arius tollunt. Ibid. Vterque cogitauit diuinam processionem, vt in ea sit causa, & effectus. Ibid.
11 Processio diuina non potest esse actio transiẽs. 280. B.
12 Processio in sua amplitudine significat ordinem vnius ab alio. 281. A.
13 Processio diuina potiùs dicenda est actus, quàm actio. Ibid. & 433. B.
14 De processione ad existentiam subsistentem, id est ad essentiam vt ad terminum intellige, hanc propositionem, Persona diuina ad hoc procedit, vt existat. 283. B.
15 Processiones esse diuinas suspicari non possumus, etiam dato quòd sint plures personæ eiusdem diuinæ essentiæ. 283. B. & pag. 16.
16 Verbi processionem etsi suspicaremur, eam tamen esse veram generationem non crederemus, nisi & hoc Deus reuelaret. Ibid. & 287. B.
17 Processionis Sp. Sancti demonstratio, imò suspicio naturaliter impossibilis. Ibid.
18 Processiones diuinæ sunt positiones Theologæ, tales vt cum ratione naturali non pugnent aperte. 286. A.
19 Processionũ fide proposita congruæ suppetũt rationes, quibus eam firmemus. Ibid.
20 Processionis diuinæ modus etiam ad extra est vndiquaque infinitus; at ipsa processio ad extra est transiens, & finita. 288. A.
21 Processioni diuinæ simile exemplum non est in rebus creatis. Ibid. & 289. A.
22 Processio prima cur sit generatio, secunda nõ ita, ratio euidens, & certa reddi potest, concessis principijs, quòd hoc modo Verbũ, illo amor procedat. 307. B. Patrum, & scholasticorum variæ rationes de hac proponuntur. 308. & 309. Vera ratio, & variæ eius expositiones. 310.
23 processio, seu productio imaginis in rebus creatis non est de sola intellectione; in Deo oppositа assertio vera est, sed in ratione redenda difficultas. 312. A.
24 processio per intellectum est exẽplatio. 317. B.
25 processio Verbi creati deficit à natiuitate, nõ à modo natiuitatis. 321. B.
26 processio ab intellectu cur sit per modum naturæ, processio verò à voluntate, vt natura est; non ita. Ibid. Processio Sp. Sancti est à voluntate vt natura, & naturaliter, non tamen per modum naturæ. 322. B.
27 processio Sp. Sancti cur non sit generatio veræ rationis germana expositio. 323. A.
28 processio viuentis, &c. vt similis, hac est per modum similitudinis similitudine disquiparãtiæ, seu exemplati imaginis propria, & est absoluta definitio perfectæ viuentium generationis in communi. 324. A.
29 processio amoris in genere licèt non afferat perfectam similitudinem, tamen quòd processio diuini amoris illam afferat, non est negandum. 330. A.
30 Nec processio diuini Amoris, nec amoris in genere affert similitudinem disquiparantiæ, eã tamen affert processio diuini Verbi, & verbi in genere. Ibid.
31 processio diuina vtraque similitudinem æquiparantiæ affert infinitam. Ibid.
32 processio amoris, si substantialis esset, non esset generatio. 332. a.
33 processiones diuinæ sunt duæ re ipsa, formaliterque distinctæ. 333. A.
34 processiones quasi passiuæ, & origines quasi actiuæ, eo quòd incommunicabiles, sunt re ipsa distinctæ. 333. B.
35 processio passiua, & origo actiua in eadẽ persona, scil. in Filio duplex origo actiua in Patre, sola ratione formali per intellectum distinguuntur. 334. A. 335. A.
36 proeesiones diuinæ non solùm numero, sed quasi specie, & formaliter distinguũtur. 334. B.
37 processiones diuinæ non sunt plures, quàm duæ; & hæc sunt quasi species duæ. Ibid.
38 processionum distinctio realis sumitur radicaliter ab ordine rationis, qui est inter intellectum, & voluntatem diuinã, formaliter verò ab ordine reali, qui est inter processiones. 335. B.
39 processio Verbi, & generatio Filij sunt vna omnino processio distinctis conceptibus, ac nominibus explicata. Ibid.
40 ,pcesionis vnius, aut personæ vnius nomĩa plura nõ sunt argumentũ maioris perfectionis. Ibid.
41 processio diuina vtraque est à natura, vt à principio formali. 337. B.
42 processionibus quasi duabus specie cõmunicatur in Deo natura propter infinitatem. Ibid.
43 processiones sunt proximè à natura. i. ab intellectu, & volũtate nõ distinctis à natura. 338. a.
44 Processio non aptè dicitur procedere, sed emanare. 340. A.

45 Inter pròceſſionem 1. & 2. in Deo eſt ordo, & oppoſitio realis, vnitas verò duntaxat rationis, & analogiæ. 394. a.
46 Proceſſionem ſuam, aut proprietatem perſona diuina non accipit in riguroſo, ſed in amplo loquendi modo. 409. B.
47 In proceſſione Filij nihil intelligimus Spir. Sanctum accipere, ſed ſola ſua proceſſione accepit. 410. A.
48 Ex hac, Sp. Sanctus habet à Patre, vt procedat à Filio; non autem à Filio, vt procedat à Patre, ſolùm colligitur Filium habere à Patre ſpirare, quod à Filio non habet Pater. Ibid.
49 proceſſio Sp. Sancti non eſt à Filio ſecundum omnem ſui habitudinem ſpectatam in ſenſu materiali, & quatenùs terminatur ad plures ſpirantes. 410. B.
50 procedit perſona diuina non de ſola potentia, ſed de operatione eſſentiali. 415. B.
51 Proceſſiones paſſiuæ non eſſent res duæ, niſi vna eſſe ab alia, & ſic oppoſita alteri relatiuè. 423 B.
52 Inter proceſſiones diuinas, ſublata oppoſitione relatiua, nulla eſt oppoſitio quoad definitiones, cum ſint perfectiones ſimpliciter. 424. A.
53 proceſſio etiam per accidens ex ſui intima notione affert diſtinctionem. 433. A.
54 proceſſio paſſiua non coniungitur cum operatione eſſentiali, indicat tamen illam. 438. B.
55 proceſſio diuina diſtinguitur à relatione ratione formali. 471. A. 466. 476.
56. Proceſſio Spiritus Sancti neceſſaria eſt. 478. B
57 Proceſſio Sp. Sancti non eſt coacta ex parte agentis. 479. A. Non eſt coacta ex parte finis. Ibid.
58 Proceſſio Sp. Sancti actiua, & paſſiua eſt voluntaria, ſeu ſpontanea. 480. & 481. vſq; ad 484.
59 proceſſio diuina non eſt voluntaria ex deliberatione, ſed vt finis. 481. A.
60 Procedit Filius voluntate Patris non principiante, ſed concomitante, ſeu volente Patre. 481. B.
61 procedit Sp. Sanctus voluntate Patris, & Filij concomitante, & etiam originante, vt natura, ſeu abſque deliberatione. Ibid.
62 proceſſio Sp. Sancti melius dicitur ſpontanea, quàm voluntaria, vt ſic. Ibid.
63 In proceſſione diuina Patres timent volitionem concedere nè intelligatur de volitione libera efficiente. 483. B.
64 proceſſio diuina æterna eſt. 497. B. 499. B.
65 In proceſſione diuina eſt ordo naturæ. 500. a. 504. V. Ordo.
66 proceſſionis ordo dicitur naturæ, quia hæc eſt proceſſionis principium. 500 B. Meliùs dicitur ſic, quàm ordo eſſentiæ. Ibid.
67 In proceſſione diuina nulla eſt realis prioritas dignitatis, aut naturæ, ſiue originis. 508. B. 512. A. 513. B.
68 In proceſſione diuina natura eadem eſt: relatiua vt ſic ſunt natura ſimul; vt cognita abſoluto conceptu, à ſe ipſis cognitis relatiuè ſola ratione diſtinguuntur. 509. A.
69 In proceſſione diuina dici non poteſt, quòd non eſſe etiam relatiuum antecedit eſſe relatiuum. 612. A.
70 In proceſſione diuina licèt vſus loquendi oppoſitum permittat, magis accuratè loquendo dicimus non eſſe prioritatem originis. 512. B.
71 Sola non proceſſio paſſiua eſt re ipſa in Patre, in Filio proceſſio paſſiua; non verò prioritas, aut poſterioritas. 513. A.
72 In proceſſione diuina prioritas naturæ nec verè, nec cohærenter ponitur; quidquid ſit de prioritate originis, aut perſonalitatis 513. B.
73 In proceſſione diuina prioritas naturalis enumerationis non eſt realis, ſed rationis. Ibid.
74 In proceſſione diuina eſt prioritas rationis. 515. A. 1181. A.
75 In proceſſione diuina relatiua vt ſic re, & ratione ſunt ſimul, at vt origines ſunt ſimul re, non ratione. 515. B.
76 In proceſſionibus diuinis prioritati reali obſtat æternitas increata. 516. A.
77 Ante proceſſionem, ſeu natiuitatem Filius neque erat, neque non erat. 516. B.
78 In proceſſione diuina natiuitas eſt ſecunda, ſeu perſonæ ſecundæ, quòd ſit à principio, non quòd ſit poſterior in re ipſa. Ibid.
79 In proceſſionis principio patres agnouerunt dignitatem quandam, & prioritatem rationis. 518. B.
80 Per proceſſionem creatam compoſitum non forma proprie producitur, ſed forma comproducitur. 530. A.
81 proceſſio diuina ſignificat perfectionẽ. 530. B
82 In omni proceſſione, ſeu actione creata eſt vel noua exiſtentia, vel ſaltem nouus modus exiſtentiæ antecedentis. Ibid.
83 In aliqua proceſſione etiam creata terminus formalis non eſt productus per illam. Ibid.
84 In proceſſione diuina Deitas non producitur, nec comproducitur, eſt tamen terminus formalis productionis. 531. B.
85 proceſſiones diuinæ nõ ſunt primo diuerſæ 535. B.
86 proceſſionum diuinarum diſtinctio realis ſolùm eſt ex ordine naturæ, quo ſcilicet vna eſt ab alia; formalis quaſi ſpecifica ex principijs, & terminis formalibus. 536. B. 537. A.
87 proceſſiones diuinæ poſſent dici quaſi ſpecifice, ſeu formaliter diſtingui per hypoſtaſes productas, eo quòd earum numerus eſt quaſi formalis: melius id negandum. 538. A.
88 Proceſſio nullo modo diſtinguitur per proprietatem hypoſtaſis, cum proprietas nec ſit terminus formalis, nec ad quem, proceſſionis. 538. B.
89 proceſſio diuina eſt maxime vniuoca. Ibid.
90 proceſſionis terminus præcipuus, ac principium eſt idem, ſcilicet Deitas. Ibid.
91 proceſſio diuina eſt à Deitate, vt à principio præcipuo in Deitatem, vt in terminum præcipuum. 539. A.
92 proceſſio dicitur æquiuoca cõparando effectũ cũ cauſa præcipua, nõ cũ minùs præcipua. Ibid.
93 Ad proceſſionis, ſeu operationis diſtinctionẽ ſpecificam, præcipuũ quod attenditur, eſt principium proximum; ad vniuocationem primum principium, & principalis terminus. Ibid.
94 In proceſſione diuina, & creata perſona procedens propriè accipit naturam. 539. B.
95 In proceſſione diuina perſonalitas porprie non accipitur. 541. B. 543. A.
96 In proceſſione creata perſonalitas quodãmodo accipitur, & participatur à creatura. 542. A.
97 In proceſſione diuina proprietas hypoſtaſis procedẽtis, v.g. filiatio cõproducitur cum ipſa hypoſtaſi, ſeu per accidens producitur; & oppoſitum non eſt conſonum fidei. 542. B.

98 In processione diuina communia communicantur, non producuntur etiam per accidens, sicut non distinguuntur à communicantibus. 543. A.

99 In processione diuina filiatio non per se, sed per accidens gigni dicitur nostro duntaxat modo intelligendi, quo significatur vt proprietas hypostasis. Ibid.

100 per processionem vnius appellationis vna duntaxat persona diuina procedit. Ibid. & 547. A. Quatuor rationes quibus hanc veritatem S. Thomas ostendit contra Scotum propugnatur. 544. 2.

101 per processionem primam Filius Dei re ipsa gignitur de tota substantia genitoris, quæ impartibilis est, & omnino singularis. 543. B.

102 processioni diuinæ attributa accommodatur, vt contenta in persona, vel etiam vt contẽta in essentia in sensu duntaxat specificatiuo. 547. B.

PROCESSVS.

V. Actio.

1 Processus in infinitum in prædicatis quidditatiuis negandus est. 1229. A.

PRODVCTIO.

1 Productio non est vniuoca ad immanentem, & transeuntem. 242. A.

2 producere verbum pro dicere, est intelligendo, seu intelligentem producere verbum. 435. B.

3 Ad productionem de aliquo satis est prioritas rationis. 522. B.

PROPHECTAE.

1 Prophetæ de rebus fidei nullam euidentiam in attestante habuerunt. 42. A. 43. B. Habuerunt fidem Trinitatis quam & dictarunt. 76. B.

PROPRIETAS.

V. Agens, Anima, Notio. Paternitas. Personalitas.

1 Proprietas vnius suppositi etiam infiniti non continet proprietates aliorum. 183.

2 proprietates personales aduenium esse essentiæ, vt proprietates formæ, sed non perficientes illam, saltem vt imperfectam, sed explicando conceptum illius confusum. 528. B.

3 proprietates hypostasis procedentis, v. g. filiationem, nec per accidens produci cum ipsa hypostasi sententia negans est aperte falsa, & non consona fidei. 542. A. Hæc proprietas non fluit ab essentia, nec à Filio fluxu reali. 542. B. Dicere eam re ipsa esse à se, & rem improductam, & ingenitam, hæreticum est. Ibid.

4 proprietates hypostaticæ creatæ habent à supposito, quod primò existit, diuinæ verò ab essentia, quæ est ipsum existere. 710. B.

5 proprietas suppositi in natura materiali dicitur subsistentia, & complementum, non sic in formis separatis, quasi per se ipsos non sint subsistentes, & completæ. 894. B.

6 proprietatem suppositi non esse modum realẽ probabilius est. 893. B. 895. A.

7 proprietas suppositi optimè dicitur proprietas. 895. B.

8 proprietas suppositi non est forma propriè, quæ det speciem, sed est quasi forma, seu actus indiuiduus constituens hypostasim, & terminus. 894. B. 896 A. 897. 1162. B.

9 proprietas suppositi distinguitur à natura distinctione formali, non reali absolutè. 896. B.

10 proprietas hypostatica in diuinis perfectionẽ essentiæ trahit ad personam, in creatis insuper addit naturæ perfectionem suam propriam. 721. A. 897. A. V. Relatio.

11 proprietatem hypostaticam natura creata excipitur vt subiectum, sed non vt propriè subiectum. 897. A.

12 In proprietatis coniunctione cum natura, sicut puncti cum linea, & in quauis alia reali est potẽtia passiua, & actus, vel saltem imitatio vtriusque. 897. B.

13 proprietas ab eodem agente, à quo natura efficitur, si qua efficitur. 898. A.

14 proprietas hypostatica non emanat à natura in genere causæ effectiuæ, sit de ea in genere causæ materialis naturali consequentia. 898. 899.

15 proprietatis hypostaticæ primus effectus præstitus soli naturæ materiali est complementũ, & subsistentia illius. 900. B.

16 proprietatis hypostaticæ secundus effectus est communis, scilicet terminare naturam. 901. A.

17 proprietas hypostatica concurrit vt causa materialis ad existentiam recipiendo illam; ad accidentia complendo passiuam illius potentiam, sicut & actiuam; ad filiationem vt causa formalis tantùm. Ibid. & 905. A.

18 proprietas suppositi creati nullo modo est vis actiua. 903. B.

19 proprietas hypostatica propriè loquendo nullo modo concurrit effectiuè ad actiones, nisi vt cõditio ipsius virtutis in natura materiali, quæ non subsistit. Ibid.

20 proprietas hypostatica non dicitur complere naturam materialem, ita vt hæc subsistat, sed quia eam trahit ad ens completum, quod est suppositum. 904. A. 897. A. Sic complet actiuam virtutem. 904. A.

21 Ante proprietatem hypostaticam natura angelica aliquo modo est incompleta, quia incapax existentiæ. 904. B.

22 proprietas hypostatica non est actus intrinsecus naturæ indiuiduæ distinguens vnam ab alia, sed aduenit distinctæ. 907. B. 908. B. 937. B

23 proprietas hypostatica necessariò, & formaliter coniungit naturam quamcunque cum suo supposito, & diuidit illam ab alio supposito. 907. B. 908.

24 preprietas hypostatica creata terminat naturam vnam in supposito vno, non sic increata, tum quia infinita quoad suum munus, tum quia relatiua. 908. B. 909. 910. A.

25 proprietas hypostatica quo sensu dicatur determinare diuinam naturam. 911. A.

26 proprietas hypostatica distinguit suppositum, vt actus intimus, & ratio formalis suppositi. Ibid. & 937. B. 1092. A. 1139. A.

27 proprietas hypostatica in materialibus quodammodo petitur à materia signata mediante forma. 911. B.

28 proprietas hypostatica, nec in materia, nec in forma materiali concedenda est. 912. A.

29 proprietas hypostatica in solo homine aliquo modo est composita, quasi ex partibus essentialibus, scilicet ex proprietate animæ, & augmẽto illius. 912. B. 931.

30 proprietas hypostatica non est ratione sui ex partibus integrantibus composita, aut diuisibilis; per accidens maxime ratione naturæ, vbi forma est diuisibilis. 913. B. vsque ad 916. 931.

31 proprietas hypostatica in diuinis est incommunicabilis. 919. B.

32 proprietas hypostatica in creatis cum sit perfectio addita naturæ, & præhabita suo modo ab efficiente potest dici aliquo modo communicata

nicata ſuppoſito, vt vnum vni. Ibid. & 1117. A.
33 Proprietas non omninò ſingularis, non facit omnino ſingulare, tamen non omninò incommunicabilis conſtituit incommunicabile. 920.
34 proprietas hypoſt. eſt effectus agentis, & terminus generationis, vel creationis primò productiuæ, aut etiam aliquando ſolius conſeruatiuæ. 923. A. 925. B.
35 proprietas eadem iuxta ordinem naturæ rediret, & homo idem cum exiſtentia diuerſa eſſet reſtitutus, qui antea genitus, in hypotheſi, qua natura Petri exiſtens aſſumeretur, & poſteà ſibi relinqueretur. 923. B. 925. B.
36 proprietas in accidente non inuenitur ſicut in ſuppoſito. 924. A.
37 Proprietas hypoſt. licèt ſit res, & ens reale, non eſt natura. 924. B.
38 proprietas magis pendet, & fulcitur à natura, quàm è contra. 931. A.
39 proprietates diuinæ neceſſariæ propter duo aſſeruntur à S. Thoma. 1111. B.
40 proprietas non diſtinguit naturam, ſed perſonam. 1112. B. 1138. B. 1139. A.
41 per proprietatem natura diuina non contrahitur, ſed ſit propriæ perſonæ, quia ſit huius perſonæ, & illius, vel quia ſit ſolius perſonæ relatiuæ. Ibid. & 1113. A. 1116. A.
42 proprietas in ſuo conceptu non includit eſſentiam. 1115. B.
43 proprietas noſtro modo intelligendi eſt quid formale, ſed non eſt principium formale perſonæ ex defectu realis ordinis inter vtrumque. 1116. A.
44 Proprietas conſtituens, & diſtinguens diuinã perſonam non eſt quid abſolutum, ſed relatio. 1117. A. & ſeq. n. 3. 12. &c. Hoc poſitis duobus principijs fidei demonſtratiue probari poteſt. 1117. B.
45 proprietas ad ſe naturam facit propriam perſonæ, & inſuper ad ſe terminat. 1118. B. 920. A.
46 proprietates in Deo ſi eſſent formæ abſolutæ, & diſtinctæ, eſſent eſſentiæ diſtinctæ. Ibid. Non eſſent infinitæ, ſeu diſtinctæ infinitudine, nec finitæ. 1119. A.
47 proprietates hypoſtaticæ non ſunt eſſentiæ aliquæ, ſed eſſentiæ proprietates. Ibid. & 1127. A.
48 proprietates hypoſtaticæ in creatis determinantur, & diſtinguuntur per creaturas non proprijs differentijs. 1119. A. 1182. B.
49 proprietas abſoluta addita naturæ ſubſiſtenti conuenit eidem ſubſiſtenti; relatio conuenit ſubſiſtenti ſuppoſito relato quod ſecum affert. 1120. A.
50 proprietates S. Greg. Nazianz primus relationes vocauit, & recte. 1121. B.
51 proprietates tres abſolutas, quæ ſint tres res, in Deo aſſerere loquendo de re ipſa hæreſis damnata in Concilijs. 1123. B. Loquendo de conſtitutione per intellectum eſt error, & proximum hæreſi, non verò hæreſis. 1124. A. Idem error negare perſonam diſtingui relatione, negare eam conſtitui relatione nullus error. Ibid.
52 proprietas perſonæ nulla eſt, nulla prioritas, ſi ſermo ſit de re ipſa, ſecùs ſi de conſtitutione per intellectum. 1125. A. 1180. B. V. Actus.
53 proprietas, & notio idem eſt. 1127. B. 346. a. V. Notio.
54 proprietas eadem, quæ diuinam perſonam conſtituit, eàndem diſtinguit diſtinctione negatiua. 1137. a. 1140. a. 1141. 1142. a.
55 proprietas in angelis, quia additur re ipſa naturæ ſubſiſtenti eidem conuenit, idemque ſubſiſtens præuiam conſtituit nouo modo, ſcilicet incommunicabiliter. 1147. B. Similiter de diuina natura ſubſiſtente, & eius proprietate dicendum, ſi natura eſſet in vna perſona abſoluta. Ibid.
56 proprietas, ſiue relatio diuina nulli ſubſiſtenti conuenit, niſi illi, quod ipſa denuò conſtituit, ſcilicet ſubſiſtenti relatiuè, & perſonaliter. 1147. 711. a.
57 proprietas hypoſt. in Deo diſtinguitur ratione formali ab origine, & relatione, vt fic. 1162. B. 1183. a.
58 prooprietas ordine rationis antecedit originem, & relationem; ſecùs ſpirator. Ibid. & 1164. a. 1165. a. V. Spirator.
59 proprietas perſonalis, vt vera ratio formalis, quaſi forma, & principium formale perſonæ intelligitur priùs ratione ante perſonam conſtitutam. 1172. a. V. Perſona. 1173.
60 In proprietatis cognitione obiectum materiale, ſeu res pro qua ſupponitur etiam vt eſt proprietas, eſt relatio; ratio formalis cognita eſt abſoluta, ſcilicet forma hypoſtatica, & ideò intelligitur abſoluto conceptu. 1176. B. 1177.
61 proprietatis hypoſtaticæ conceptus eſt abſolutus, res per eum cognita eſt formaliter relatio, & ita nec conceptus, nec res abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo. Ibid. & 1182. B.
62 proprietas vt ſua propria ratione formali etiã quatenùs diſtinguitur à relatione, non ſit relatio, neceſſe eſt, vt re ipſa ſit quid abſolutum. 1178 a.
63 Inter proprietates hypoſt. diuinas, & creatas præcipuum, & formale diſcrimen eſt eſſe relatiuas illas, & abſolutas iſtas. 1185. B.
64 proprietates inter ſe, vt res formaliter diſtinctæ, quaſi ſpecie diſtinguuntur, quamuis perſonæ quaſi numero ſint diſtinctæ. Ibid.
65 poprietates hypoſtaticæ formaliter diſtinctæ indicantur relationibus, quæ in illis ſunt quaſi materiale. 1188.

PROPORTIO

1 V. Analogia. Ens. Deus.

PROPOSITIO.

1 Propoſitio per ſe nota ſecundum ſe, quænam ſit. 21.
2 Hæc propoſitio, Deus eſt, non eſt per ſe nota nobis viatoribus; ſed per ſcientiam beatorum, & infuſam Chriſti Domini. 23. Sic illa, Sp. Sanctus eſt Deus. Ibidem. Secùs hæc, Deus eſt Sp. Sanctus. 21. V. Spir. Sanctus.

PVNCTA.

1 Puncta non poteſt Deus à linea tollere, licèt poſſit relationem realem tollere à duobus albis exiſtentibus. 624. B.

Q.

QVAESTIO.

1 Quæſtio de nomine in diuinis non nihili facienda. 133. B. 389. B.

QVALITAS.

1 Qualitates perficiunt ſubiectum vt formæ permanentes, actiones immanentes vt motus vitales. 227. B.
2 Præter qualitates primas communes forſan elementis ſuæ inſunt paſſiones. 800. a.

V. Accidens. Cadauer. Arithmetica. Numerus.

3 An qualitate ſenſibili numero mutata, ſpecies, & viſio numero mutetur. 802.B.
4 Qualitas intenſibilis, ſi poſſet ſeparari à ſubiecto, eſſet infinita non extenſiuè, ſed intenſiuè. 857. A.

QVANTITAS.

1 Quantitas peculiare habet, vt ſua continuitate præſtet eſſe indiuiſum in ſe, diuiſione verò diuiſum ab alijs. 193. B.
2 Vnum totum quantum quomodo fiat ex multis actu diuiſis. 193. A.
3 Quantum, ſeu integrum diſcretum ex propria ratione partibus coaleſcit cõiunctis per lineas, & ſuperficies non copulantes, ſed terminantes, ac diuidentes continuum. 193. B.
4 Quantitati accidunt finitum. & infinitum. 194. A.
5 Quantitas diſcreta, ſi eſt vera res, id, quod ſecundum illam eſt maius, eſt re ipſa perfectius. 198. A.
9 Quantitas hoc habet ſingulare, vt omnia cum ea coniuncta denominet extenſa, vel per accidens, vt quæ eam antecedunt, vel per ſe, vt quæ ſequuntur. 803. B.
7 Quantitas cum ipſa ſit quanta, & ſit ſubiectum proprium accidentium materialium non eſt pura cauſa formalis, ac proindè poteſt exiſtere per ſe, non ſic albedo, forma equi. 816. A. 818. A. 904. B,
8 Quantitas poteſt exiſtere ſine accidentibus materialibus, quia eſt actus, & eſſentia. 817. B. 848. A.
9 Quantitas, quæ deſignat materiam, eſt indiuiduum vagum, ſcilicet quælibet illius menſuræ. 820. B. 829. A.
10 Quantitas ſuæ indiuiduationis principium habet ſubiectum, in quo eſt ſcilicet compoſitũ. 847. B.
11 Quantitas vnitatem inuariabilem, & primæuam antecedentem diuiſiones habet ab ipſo ſubiecto, quod eſt compoſitum in eodem inſtãti generationis, ſicut formæ indiuiſibiles à materia. 848. A. 849. A.
12 Quantitas diuina virtute poteſt eadem copulari diuerſis corporibus. 848. B.
13 Quantitas hæc ſeparata à ſubiecto habet in Idea diuina principium indiuiduationis, ſcilicet illud corpus in inſtanti generationis, cui debita eſt. Ibid.
14 Quantitas ſeparata vt ſic eſt indiuidua in ſe ipſa indiuiduatione accidentaria. Ibid.
15 Quantitas indiuiduatur per ſitum partium, tanquam per ſignum. 847. B. 848. B.
16 Si non quantitas propria, ac debita, ſed alia diuinitùs profluat à compoſito, hæc indiuiduabitur, vt accidentia communia. 849. A.
V. Accidens.
17 Quantitates non habent vnitatem à loco, ſed à ſubiecto, cui inſunt. 867. B.
18 Quantitas, vt eſt forma corporis extra illud eſt infinita per accidens; vt eſt ſibi ipſi forma, vbique eſt finita. 871. A.
19 Quantitas ſeparata cum modo exiſtendi per ſe non eſt apta eſſe in aliquo. 917. B.
20 Quantitas, quia habet partes ex ſua ratione formali priùs producitur extenſa, quàm coniungatur ſubiecto, non ſic albedo alba, nec exiſtentia exiſtens. 1017. B. 1051. B.
21 Quantitas eſt quanta, & ideo finita, vel infinita ſolùm in quantum habet, vel non habet terminum accidentarium. 1037. A.
22 In quantitate ſola inuenitur propriſſimè cõparatio, ſeu magis & minus. 1239.

QVATERNARIVM.

1 Quaternarium rerum Pythagoræi vt rerum cauſam colebant propter 4. elementa. 200. B.
2 Quaternitas in Deo non inuenitur. 201. & ſeq. V. Relatio.
3 Qui eſt Exod. 3. ſignificat ipſum eſſe ſubſiſtens, & entis pelagus infinitum. 1264. A.
4 Qui eſt non eſt idem nomen quod Iehoua. 1265. A. Nullius naturæ eſt nomen propriũ, ſeu ſingulare, & ita vt illi ſoli conueniat. 1265. B.
5 Qui eſt apud Latinos nomen eſt Dei maximè proprium ſolùm per antonomaſiam. 1263. 1264. a. 1265. B. & ſeq.
6 Qui relatiuum ſupponitur eadem ſuppoſitione qua ſupponitur nomen quod refert, & verificatur de eodem. 1351. a. Hoc relatiuum, & alia in genere neutro referunt non perſonam, ſed naturam. Ibid.

R.

RATIO.

1 Ratio nomen eſt æquiuocum. 135. a.
2 Ratio formalis, ſeu obiecta, & obiectum formale ſignificant de formali relationem rationis, & de connotato rem formaliter intellectam. 136. a. 1177. B.
3 Ratio iuuatur doctrinà fidei. 1117. B.

RECEPTIO.

1 Receptio formæ in materia prius fit actione agentis, quàm ipſa forma. 807. a. V. Accipere, Cauſalitas. Actio.
2 Receptio actionis, qua fit receptio formæ eſt ab agente non per actionem, ſed immediatè naturali conſequentia, ſeu hoc poſtulante natura rei. Ibid.
3 Receptio formæ ipſa non eſt recepta. 807. B.
4 Receptio generationis licèt non ſit ſubſtantialis, poteſt diuidere materiam, quæ eſt ſubſtantia. 820. a.
5 Receptionem vnam eſſe, eandemque ſubſtantialem concedi poteſt, quæ in materia antecedit ſimùl generationem, & formam. Ibid.
6 Recipere, vt indicat habere, non eſt cauſalitas materiæ, ſed effectus formæ. 810. B.
7 Recipere pro ſuſtentare eſt cauſalitas materiæ. Ibid.

REDVPLICANS.

1 Reduplicantis dictionis duplex ſenſus verificatur in hac, Deus, vt Deus, eſt ſapiens. 156. a. Item duplex ſenſus in hac, Natura prout eſt in Patre non eſt in Filio. 183. B.
2 Reduplicante nota, quæ cauſam indicat aliquando indicatur totum id, cui apponitur, aliquando pars. 544. a.

RELATIO CREATA.

1 Relationes perſonales ſunt in Deitate non vt formæ relatiuæ, quibus ipſa referatur, ſed per identitatem realem. 182. a. V. Actio. Æqualitas, Analogia. Conditio. Ordo, Similitudo. Ad relatiuum. In relatiuum ad aliud. Perſona. Origo. Eſſentia. Generatio. Bonum. Vnum.
2 Relatio diuina ſimpliciſſima eſt. 211. A.
3 Relationes æquiparantiæ non diſtinguunt, ſed adueniunt rebus diſtinctis. 279. A.
4 Inter relationes diſquiparantiæ ſolæ relationes originis non indicant exceſſum. Ibid.
5 Relationes præſertim rationis, vt repræſentare, non per ſe expetuntur. Ibid.
6 Relatum vnũ ab alio non pendet propriè. 339. B. Relatio non eſt communicationis principiũ formale.

formale,sed potiùs incommunicationis. 355.a.
7 Relationem in Deo esse potentiam notionalé sententia tenens refellitur. 355.B. Explicari debet,vt velit relationem simul & naturam esse notionalem potentiam. 356.A. Nisi sic explicetur parùm consentanea est Patribus,&Concilijs. 356. B.
8 Relatio in sensu identico est principium, quod operatur, sicut persona diuina. 364. B.
9 Relatio vt sic in sensu formali non est vis productiua,sed forma hypostatica personæ producentis. Ibid. Relationes oppositæ relatiuè distinguunt diuinas personas, non verò oppositæ disparatè. 422. B.
10 Relatio spiratoris distinguit, & opponit relatiuè relatum,scilicet spiratorem; & insuper nõ disparate,sed quodammodo relatiue,quasi subiectum relationis scilicet Filium. 429. B.
11 Relatio personam distinguens personaliter solum exigit, vt persona distincta habeat relationem oppositam relationi alterius personæ distinctæ. 438. A.
12 Relationes rationis in Deo ante generationẽ Verbi intelligimus non per se, sed per accidẽs. Ibid. & 565.B. V. Essentia. Relatio vt relatio est, conceptu relatiuo consequitur operationem. 474. A.
13 Relati vnius fundamentum non est in altero relato. Ibid.
14 In relatis secundum esse ipsa relatio est forma significata per nomen. 550. A.
15 In relatis secundum dici forma est absoluta, vel etiam relatiua: dicitur ad aliud propter relationem coniunctam,siue realem,siue rationis. 550. B.
16 Relata secundum dici solo modo intelligendi, siue significandi innuunt relationem. 550. Non sunt simpliciter relata, sed æquiuocè, soloque nomine. 551. A.
17 Relatio, quæ est in genere, re vera est in specie, sed non indicatur per nomen speciei, cum hoc non habet aliud nomen correlatiuũ. Ibid.
18 Relationes transcendentes quænam dicantur communiter. 551. A.
19 Relationes transcendentes ab ipsarum auctoribus dicuntur esse essentialiter res absolutæ,sicut sunt essentialiter relationes. 551. B. Earum primus auctor Caiet. Ibid.
20 Relationes prædicamentales solæ sunt reales. Ibid. & 553.A.
21 Relationes transcendentes si dantur, non in solis effectibus, sed etiam in causis inueniũtur. 553. A.
22 Relationes transcendentes nullæ sunt, vtpotè nec prædicamentales, nec rationis. Ibid.
23 Relata transcendentia vel sunt ipsa relata secundum dici, vt transcendentia mutua, vel ad illa reuocantur, vt non mutua. 553.B.
24 Relata secundum dici,apud Aristotelem sunt mutua,siue realia,siue rationis. Ibid.
25 Relata secundum dici non omnia sunt propriè transcendentia. Ibid.
26 Relatio transcendens qua ratione non improbabiliter defendi possit. 553. A. 638.B. Etiam hac ratione est relatio solo nomine. Ibidem.
27 Relationes extrinsecùs aduenientes, si sunt relationes, non possunt esse sex genera vltima. 554. A.
28 In relatis secundum dici,non ponuntur relationes secundum dici,sed relationes secundum esse:secùs in transcendẽtibus, si darentur. Ibid.
29 Relationes reales creatæ sunt admittendæ saltem à Catholicis. 555. A. 556. B.
30 Quædam sunt relata re ipsa à relationibus rationis. Ibid. 566.A. 594.A. 642.B. 685.B. 688. B. 700. B.
31 Relatio à cognitione referente dicitur. 555. B. Dicitur habitudo à modo ad aliud, dicitur respectus metaphoricè,ordo æquiuocè. Ibid.
32 Relationis fundamentum cum conditione fũdandi, & consequenter ipsa relatio expetitur à natura vniuersali,& etiam ab agente creato, vt est instrumentum Dei, ab artifice verò etiã per se expetitur. 556.
33 Relatio realis vniuersim est, vbi est ordo naturæ,non tamen habet pro fundamento ordinẽ naturæ. 558. A. 645. A. 674.B.
34 Relatio realis non fundatur in alia relatione. 558.B. 574. B. 683.B. 1187.A. 694.A.
35 Vt relatio realis sit inter existentes non requiritur,fuisse realem etiam inter non existentes. Ibid.& 574.B.
36 Relatio non est propriæ mutationis terminus, est tamen aliqualis mutationis terminus. 559. B. 560. A.
37 Relationis creatæ causa realis duplex est, fũdamentum, & causa efficiens fundamentum. Ibid. & 561.B. V. Similitudo.
38 Relatio realis, quatenùs ad aliud est, est ens reale. 562. A. 563. A. 566.A.
39 In relatione sunt duæ entis differentiæ, esse in subiecto,& esse ad aliud. 562 B. 711.B.
40 Relatio abstractione formali à subiecto consideratur vt est adaliud. 562.B. Abstractione vniuersali à differentijs consideratur vt vniuersale. Ibid. & 1168.A.
41 In relatione principalius est esse ad terminũ, minus principale esse quoque ad subiectum. 563.A.
42 In relatione creata esse in, & esse ad,non distinguuntur inter se virtute,seu ratione formali,sed sunt tantùm modi oppositi cognoscendi eiusdem entis. 563.B. 568. B. 569.B. 566.A. 1176.A. 1187. A. In diuina secùs. 1187.a.
43 In relatione sicut ens, ita accidens, seu esse in est intrinsecum in ratione formali ipsius esse ad. Ibid. & 1168. A.
44 Relationis communis, & relationis creatæ cõceptus est relatiuus, relationis diuinæ potest esse absolutus. 1187. A.
45 Relatio vt sic intelligitur,vt assistens, & contingens rem relatam, vt egressam ab illa, non verò vt illi inhærens, seu vt accidens, licèt sit creata, quæ tamen est vere, & formaliter accidens. 564.A. 568. 640.B. 711.A. 1174.B.
46 Relatio hoc habet singulare,vt secundum propriam rationem inueniatur extra genus, id est in relationibus rationis eo sensu quo dicimus, Hæc herba est in horto meo, propter speciem. 564. B. 565.A. 569. 570.a.
47 Relationum particularium quædam differentiæ non sunt extra genus,quædam tamen sunt, vt similitudo, &c. 565. a.
48 Relationis vt sic ad realem, & rationis conceptus est analogus: conceptus verò entis ad rrale,& rationis est æquiuocus. Ibid. & 566.a.
49 Relatio rationis propriè est ad aliud, & relatio,sed non propriè in aliquo,seu accidens, nec propriè ens. 565.B. 569.a. V. Analogia.
50 In

50 In relatione,ad relatiuum, non eſt ipſa relatio, ſed modus intimus relationis,nec eſt aptitudo, ſeu potentia propria, ſed actus, & forma; & aptitudo ſolùm impropriè, cuius actus,ſicut & effectus formalis eſt referri. 567. A.

51 Relatio vt ſic, eſt abſtracta abſtractione formali ab ente, & non ente; ab accidente, & non accidente. 568. A.

52 Relatio realis vt ſic, eſt ſecundum ſe res aliqua in aliquo exiſtens, ſiue vt in ſubiecto, ſiue vt forma in ſuppoſito, vel etiam in præexiſtẽte. Ibid.

53 Relatio realis prout eſt ad aliud, non intelligitur in aliquo, at intelligitur vt ens. 563.B 568. B.

54 Relatio vt ſic, eſt analogum vnius conceptus. 570. B.

55 Relatio rationis non eſt ad rem aliam, ſed bene ad aliud relatum. 571. A.

56 Relatio realis non eſt paſſio entis. 572. A.

57 Relationes conformitatis ad diuinum intellectum,& voluntatem ſignificatæ per verum,& bonum, ſunt reales. 573.A.

58 Relatio, qua artefactum pendet ab intellectu creato pratico eſt realis. 573. B.

59 Relationes ſeruitutis, menſurati, & creaturæ non terminantur ad attributa vt diſtincta, ſunt tamen re ipſa diſtinctæ per ſuas differentias. 574. A.

60 Relatio imaginis ad exemplar eſt realis relatio menſurati fundata in ipſa rei entitate. 574. B.

61 Relatio veri vt eſt paſſio adæquata entis, cõplectitur relationem realem, & rationis: ſimiliter relatio boni. 575. B. Locus S. Thomæ in oppoſitum explicatur. Ibid.

62 Relatio boni quæ eſt ratio formalis boni non eſt relatio totius,aut integri ad partes. 595. A. V. Verum.

63 Relationes non dicuntur vno concepto; quãdo altera dicitur per metaphoram, vt paternitas adoptiua. 595. B.

64 Relatio creata eſt perfectio formalis,& bonũ eius in quo eſt. 616. A. 617. B. 618. B. Eſt etiã perfecta, & bona. 617. B. Eſt bonum rei non ad ſe ipſam, ſed ad aliud. 618. A. Non eſt abſolutè perfectio. Ibid.

65 Relationes aliæ ſunt alijs perfectiores, & magis propriè perfectiones formales ſubiecti. Ibid.

66 Relatio à rebus abſolutis re ipſa aliquatenus diſtinguitur. 619. 671. B.

67 Relatio, ſi res vera eſt ex propria ratione formali, & per ſe primò habet ortum, & interitũ, non alienum duntaxàt. 619. B.

68 Relatio realis non ſignificat formaliter, & in recto rem abſolutam, ſed relationem, ſiue eſſe ad aliud. 620. A. 621. A.

69 Relatio à rebus abſolutis diſtinguitur ſolùm formaliter ex natura rei. 621. B. 622. A.

70 Relatio eſt minimum ens, & totum eius eſt eſſe ad aliud, ita vt ferè non contingat fundamentum in quo eſt. 622. B.

71 Si relationem, aut figuram, vel aliam formam naturaliter emanantem Deus tolleret,alia forma eiuſdem ſpeciei à natura naturaliter profluerer. 624. B.

72 Relatione reali ſublata poſſe diuinitus manere duo alba,& ablata omni figura quantitatẽ, non videtur impoſſibile. Ibid. V. Punctum.

73 Relatione reali illa alba eſſent radicaliter ſimilia,actualiter verò non niſi relatione rationis. Ibid. & 625.

74 Relatio non eſt modus rei, ſed forma habens ſuam propriam eſſentiam, & exiſtentiam licèt imperfectam. Ibid.

75 Relationis fundamentum eſt cauſa materialis illius: item quodammodò effectrix, & conſeruatrix; principaliter verò eſt effectrix. 626.

76 A relatione vt fundamentum nominetur non eſt neceſſe. 626. B.

77 Relationes,quæ non ſunt propriæ hypoſtaſis, nominant etiam fundamenta, in quibus ſunt. Ibid.

78 Relata vnius mundi non referuntur ad relata alterius mundi,etſi extarent. 627. A.

79 Relationes quædam fundantur in fundamẽto agente,vel patiente,prout eſt infieri, aliæ prout eſt res permanens, vt filiatio. 628. B.

80 Relatio non habet diuiſionem à fundamento, ſeorſim à conditione fundandi. Ibid.

81 Relatio non ſpecificatur ab vno ſolo fundamento, etiam cum conditione fundandi. 629. A. Non ſpecificatur à fundamento ſimul, & conditionibus fundandi. Ibid.

82 Relatio ſpecificatur à ſua differentia, & à relatione ſibi oppoſita, & adæquata, etſi hæc ſit rationis,nec terminet realem. 629. B. Non ſpecificatur à fundamento relationis, vtpotè oppoſitæ inadæquato. 630. A.

83 Relatio fundata in qualitate eſt ſimilitudo propria, non identitas. 632.

84 Relatorum tria genera dicuntur, hoc eſt tres claſſes,ſeu collectiones. Ibid. & 649. A.

85 Relatio identitatis inter ſubſtantias exiſtentes eſt realis. 634. A. Minùs propriè dicitur ſimilitudo in eſſentia. Ibid. & 676. A. Eſt relatio ſolius ſubſtantiæ propriæ. 634. B.

86 In 2. relatorum genere actio non eſt fundamentum, ſed conditio fundandi relationem. 636. A.

87 Relatio, ſi realis ſit, omnis cauſalitas cuiuſcunque cauſæ eſt conditio fundandi illã. Ibid.

88 Relationes ſecundi generis poſſunt fundari in re producta abſque vlla cauſalitate, quæ ſit conditio fundandi. 636. B.

89 Relata menſuræ, & menſurabilis pertinent ad tertium genus non ad ſecundum. 637. B.

90 Relatio tertij generis eſt ſolùm inter potentiam,& obiectum. Ibid.

91 Relatio menſurabilis quando ſit in potentia, & eius operatione ad obiectum, quando viceuerſa. 638. 639.

92 Relationes tranſcendentes, ſi quæ ſunt, in relatis tertij generis inueniuntur. 638 B.

93 Relationes tertij generis vt plurimùm ſunt, aut realis relatio veri, aut boni. 639. A. Ex propria ratione fundamenti ſunt non mutuæ. Ibid.

94 In his relationibus quodnam ſit fundamentũ, quis terminus,& quæ conditio fundandi. 639.

95 In 3. relatorum genere alterum tantùm relatum eſt menſuratum,in primo vtrumque. 639. B.

96 Relatione reali cõformitatis res appetita aliquando refertur ad appetitum,obiectum ſcientiæ ad ſcientiam non ſic, quia eſt habitus ſpeculatiuus. 640. A.

97 In his relatis menſura,& menſurabile ſumuntur latè, non propriè. Ibid.

98 Relatio·

98 Relationes reales non mutuæ non terminantur ad relationem oppositam. 640. B. 641. A. 642. B.
99 Relatio non pendet ab opposita relatione, etiam vt à conditione fundandi, sed ab existẽtia subiecti illius. 641. A.
100 Relatio rationis, quæ est in scibili, si realem oppositam terminat, non omnino improbabiliter potest dici realis appellatione extrinseca. 641. B. Res scita sic dicitur re ipsa, tamen relatio sciti est rationis. 642. B.
101 Relatio rationis, quæ est opposita reali oritur ab illa, & sic cognoscitur cognitione reflexa, licèt directè simul vtramque apprehendamus. Ibid.
102 Relationes mutuæ terminantur ad oppositas. 643. A. 645. B. 646. B. 650. B.
103 Relatio non vt relatum, sed vt ratio formalis referendi refertur ad relationem oppositã. 643. B.
104 Relatiua ad relatiua, non ad absoluta saltem in diuinis referuntur re ipsa secundum fidem. 644. A.
105 Relatio transcendens, si datur, ex propria ratione relationis solùm est ad terminum, non verò exercens aliquid circa illum. 644. B.
106 Relatũ non definitur per aliud, sed ad aliud. Ibid. & 649. B. 662. B.
107 Esse rem quæ scitur non est esse terminum relationis scientiæ. 647. B.
108 Omne relatum definitur ad aliud, non omne refertur ad aliud ex natura rei. 648. A.
109 Relatorum prima diuisio essentialis est in mutua, & non mutua. Ibid.
110 Relatum vnum sine alio diuinitùs posse existere sententia negans probabilior. Ibid. & 650. B. In affirmante non conceditur necessariò relationem realem esse ad non ens. Ibid. In eadem potest affirmari, quòd relatio maternitatis in Beata Virgine sit eiusdem speciei cum alijs, & quòd essentialiter respiciat filiationem realem. 648. B. In sententia negante negatur esse eiusdem speciei. Ibid. & 650. B.
111 Relati generis summi non est correlatiuum vniuersale. 651.
112 Relata eiusdem appellationis, vt simile æquale referuntur per se, non per individua dũtaxàt. 652. B. 658. B.
113 Relatio vt sic est proximum principium referendi non remotum. 653. A.
114 Relationes individuas incredibile est esse simpliciter tales, non verò communem relationem. 653. B.
115 Relatum reale non ad se ipsum refertur, sed ad aliud. 654. A.
116 Relatorum genus, vt & alia non habet actu in suo conceptu differentiam numericã. 654. B.
117 Ad relationem recipiendam aptitudo, quæ est in omni re, nihil distinctum est saltem formale. Ibidem.
118 Hoc assertum: Relatum per se primò respicit aliud, declaratur. 655.
119 Relatum vt sic refertur ad aliud, siue absolutum, siue relatũ. 655 a, 649. B, 658 660 a. 662. B
120 Relatum, quod est genus summũ, nostro modo intelligendi, ac definiendi per se refertur ad relatum analogum, & communius, ac proindè, quod non est genus. Ibid.
121 Relati nomine sola relatio significatur, & est genus. 656. A.
122 In relatorum definitione dictio, ad aliud, significat notam particularis entis, vel relati, nõ verò affectionem entis. Ibid. 654. B.
123 In relatis mutuis disquiparantiæ, dictio, ad aliud, designat speciem particularem, vel individuum particulare, seu vagum. 656. B.
124 In relatis mutuis æquiparantiæ dictio, ad aliud, non designat speciem, sed individuum particulare. Ibid.
125 In relatis mutuis enunciatio huiusmodi simile vt sic, & per se primò refertur ad quoddã simile, solùm significatur quòd relatum particulare in actu signato refertur, seu est relatum ad particulare in actu exercito. 657. A. 658. B. 660. B. In hoc enunciato terminus, referri, est communis. 657. A.
126 In relatiuis singulare est, vt inueniantur in numero, non in vnitate; quia sunt ad aliud scilicet vnum ad aliud ex participatione communis naturæ. 657. A. 659. A. 661. A. 662. A.
127 Relatiuum in actu signato quid sit. 657. A.
128 Relatum esse, & referri, seu relatio in actu signato, & in actu exercito, distinguuntur nõ re ipsa, sed nostro modo intelligendi. 657. B.
129 In conceptu communi, quo relatio intelligitur in actu signato, modus ipse intelligendi repugnat vsui relatiuo. Ibid. 658. A.
130 Relatio mutua disquiparantiæ, vt paternitas non potest intelligi in actu signato relatiuo cõceptu, seu excluſa à suo vsu relatiuo. 658. A.
131 Correlatiuum generis quoad acceptionem, est magis commune, alia æquè commune, alia minùs commune, quàm ipsum genus. 658. A. 660. A.
132 A relato suo correlatiuum differt significatione formali, qua est communius, & modo intelligendi, quo intelligitur terminans, ac proindè in actu exercito, & vt particulare. 660. B. Vtrumque potest intelligi vt commune conceptu, & re significata, ac proindè in actu signato. Ibid
133 Relatum in actu signato dicitur referri per hoc quòd habet primam rationem referendi. Ibid. V. Spiratio.
134 De relatis enunciata hæc in quonã differant, simile refertur ad aliud simile, simile refertur ad simile. 661. A.
135 Relati genus dicitur mutuum accepto nomine à relatis particularibus, in actu exercito. Ibid.
136 In relati genere communi sicut est prima ratio referendi, est etiam prima ratio distinctionis relatiuæ, & oppositionis. 661. B.
137 Relatum vt sic pro relatione est genus, pro subiecto relationis est singulare vagum. 661. B.
138 Correlatiuum mutuum vt sic in actu signato, & in vnitate abstractum est ipsum relatiuũ mutuum alio nomine significatum. 662. A.
139 Relatum vnum eadem relatione numerica refertur ad plura. 662.
140 Relationũ differentiæ specificæ petuntur à fundamentis, & cõditionibus fundandi. 662. B.
141 Relatio sumit vnitatem numericam à fundamento. 663. B.
142 Relationes duæ similitudinis, si ponantur in candore vno non distinctæ ab eo simpliciter, ea erunt in rebus creatis solo numero distincta, quæ sunt vna res numero. Ibid.
143 In relationum genere, vel quouis alio incredibile est, quod sint duo individua distincta,

non reali numero, sed formaliter. 664. A.
144 Relatum pendens per accidens à pluribus relatis, si refertur ad illa pluribus relationibus, à fortiori quod per se pendet à pluribus sic refertur. 664. B.
145 Relatio filij pendet per se à duobus duntaxàt secundum generationem. Ibid.
146 Relatione vna refertur aliquid ad plura correlativa specie distincta, quando sunt essentiali ordine coniuncta. 665. A.
147 Relatum vnum numero determinatum, qui cognoscit, cognoscit etiam oppositum iuxta Aristotelem. 665. B.
148 In vno relato vna relatio ad plures terminos non est forma simplex, sed extensa. 666. A.
149 Relationis extensio ad plura est absque vllo ordine partium cum simultate naturæ inter relationes. 666. B. Hæc extensio est singularis relatis. Ibid. & 749. A.
150 Relatum ad singula æquè refertur, ac proindè adæquatur quoad speciem. 667. A.
151 Relatio paternitatis tempore interrupta, nõ redit eadem numero, sed alia. 667. B.
152 Relatio Patris ad primogenitum est per se primò ordine generationis, & principaliter iure politico, non verò ex natura rei. 668. A.
153 Relatio distinguitur ex natura rei à suo augmento; non tamen specie, neque genere, & ideò nec numero. 668. B.
154 Relationes Dei ad creaturas non sunt transcendentes, nec puræ relationes reales, sed rationis tantum. 669. 672. A. 672. B.
155 Relatio mensuræ est rationis. 660. A.
156 Relatio realis est bonum aliquid in relato non ad se, seu absolutum, sed aliud. 660. B.
157 Relatio causæ in Deo realis non est, quia Deus non perficitur agendo, aut mensurando, vt causæ creatæ. Ibid.
158 Nec relatio, nec vllum accidens potest assumi, maximè ita vt tribuat Deo appellationem accidentariam. 671. A.
159 Relationes Dei ad creaturas esse reales defendi non potest etiam in opinione non distinguente relationem realem à fundamento, nisi sola ratione. 672. B. Magis mutatur diuina natura ab esse absoluto ad verum esse relatum, quàm si velit hoc, & posteà non velit. 672. A.
160 Relatio rationis non est vocanda realis etiã appellatione extrinseca. 672. B.
161 Relationes rationis non mutuæ sequuntur modum intelligendi in cognitione directa. 647. A. 674. B.
162 Relatione reali non essent relata duo corpora alba in hypothesi, quòd vno candore essent alba. 681. B. 688. A.
163 Relationis fundamentum, & causa adæquata non est vnio, sed ipse candor. 668. B.
164 Relationes sunt entia singula inter se distincta actu non potentia solùm vt partes continui. 682. B.
165 Relationes natura non ordinat per se, sicut non producit per se. 684. B.
196 Relatio habet suam existentiam propriam, sicut & essentiam. 987. A.
167 Relationis existentia est absoluta, & pendet à fundamento absoluto. 684. B. 712. A. 725. B. 987. B. 1067. A. 1070. B.
168 In relationibus non est concedendus processus in infinitum. 685. A.
169 Relationes inter duas, si sunt aliæ duæ, etiãsi sint diuersæ rationis, infinita progressio non euitatur. Ibid.
170 Relationis, v.g. similitudinis, perfectio, quæ est extra ens reale amouet illam à relationibus realibus. 689. A.
171 Relationis fundamentum non necessariò ab ea nominatur, at est eius causa adæquata, & proxima, & quasi subiectum necessariò cum ea coniunctum, ac proinde sub distinctis relationibus distinctum. 697. A.
172 Relatio Patris haberet pro fundamento generationem creatam, si hæc maneret in generante. Ibid.
173 Relationis essentia, quæ est ad aliud, & existentia absoluta consequens relationem, est maximè imperfecta. 726. A.
174 Relatio, quia secundum differentiàm est ad aliud, affert sensum formalem. 740. B.
175 Relatio vna, si est extensa ad plura oppositam esse quoque extensam necesse est. 749. A. Relationes primi generis omnes, & singulæ sunt æquè extensæ. 749. B.
176 Relatio similitudinis haberet extensionem suæ existentiæ, quæ absoluta est, sicut & candor in hypothesi de duobus corporibus vno candore albis. Ibid.
177 Relatio similitudinis opposita in tertio candido haberet extensionem propter aliam relationem oppositam extensam in duobus candidis. 750. A.
178 Vt in relato, ita in correlatiuo præcipuum quid est relatio, si tamen sit reale correlatiuũ. Ibid. & 751. A.

RELATIO INCREATA.

1 Relationes similitudinis, & æqualitatis in Deo sunt rationis. 680. 683. A.
2 Relationes, quæ sunt inter diuinas personas enumerantur. 680. A.
3 Relationum æqualitatis, & similitudinis fundamenta per se ipsa referuntur in creatis, non sic in diuinis. 681. B.
4 Relationes diuinæ, vt sunt formæ hypostaticæ non fundantur in aliquo fundamento, vt sunt relationes maximè. 682. A.
5 Relationes inter attributa reales non sunt concedendæ, etiam in opinione ponente distinctionem formalem inter illa. 683. A.
6 Omnis relatio in Deo est rationis, exceptis personalibus. 683. A. 686. B. Pro hoc asserto duo fundamenta D. Thomæ alijs reiectis approbantur. 687.
7 Ad relationes personales fundandas, si natura fœcunda affert distinctionem extremorum ad, alias fundandas, essentia accepta, vt vna sed in personis existens, eam afferret. Ibidem.
8 Relatio dominij, quæ est rationis, non adoratur, sed Deus, qui est Dominus. 689. B.
9 In relationibus diuinis fundamenta sunt distincta, scilicet ipsæ relationes cognitæ, vt absolutæ. 690. A.
10 Relatio diuina fundatur in origine, ac si origo non esset relatio. Quare falsum est absolutè quòd fundetur in relatione. Ibid.
11 Relationem origo etiam perfectè cognita non includit. 690. B.
12 Relationes distinctionis, & oppositionis adueniunt personis relatiue constitutis vt sic, seu vt relatiuæ sunt, secùs de alijs. 691. A.

13 Relationes personales in origine fundantur. 691. B. 692. B. 694. B. Non fundantur in sola vnitate, neque in sola fœcunditate, neque in potentia notionali pro conditione fundandi interueniente, neque in actu notionali, aut in intelligere in Patre, seu cognito ex parte Patris. 691. B.

14 Ad relationes diuinas fundandas præter personas, quæ sunt extrema relata, nulla alia res est distincta, nisi origo. 693. B.

15 Relationes, origines, &c. re ipsa idem omnino sunt, neque vnum est fundamentum alterius. Ibid.

16 Relationes personales esse reales de fide certum. 694. B. 696. B. Oppositum est hæresis Sabellij. 695. A.

17 Relationis nomen diuinis attributum commendatur. 694. B. 1121. B.

18 Circa relationes diuinas dicta quædam Gregorij, & Boetij explicantur. 695.

19 Relationes diuinas dici transcendentes permittendum non est. 696. A.

20 Relationes diuinæ non distinguuntur re ipsa ab essentia, distinguuntur tamen ratione formali. 697. 698. 1110. 1119. A.

21 Relatio diuina, si qua ratione est extra Deitatem, re ipsa non est adoranda adoratione latriæ. 698. B.

22 Relatio diuina vt est relatio, est ad aliud; vt est in aliquo, est ipsa essentia. 701. A.

23 Hæc propositio, Relatio prout est essentia, est communicabilis, neganda est. 701. B.

24 Relatio, & essentia non includunt se in suis notationibus. 702. B. 704. B. 706. B. 707. A. 1162. A. 706. A.

25 Relatio vt naturæ proprietas est, & vt est ad se, quo pacto includat essentiam. 706. A.

26 Relatio quatenùs ens includit in suo conceptu existentiam, quasi rem extrinsecam, & adiunctam, ad quam ens habet ordinem, & con-
27 uenientiam. 708. B.

Relatio vt est in essentia, siue vt existens est, habet ab ea esse absolutum, & significat, in, absolutum. 709. A.

28 Relatio vt est in supposito ab essentia per cõceptum distincto, non habet ab eo esse, sed est duntaxat eius forma, & solum significat, in, relatiuum. Ibid.

29 Relatio, vt sic est in essentia tanquam in præintellecto, siue præexistente, veluti fundamento, quoad hoc, quod habet ab eo esse, vt est proprietas vnius personæ, est in essentia, vt differentia in specie. 709. B. 1116. A. 1119. A.

30 Relatio vt sic est in relato quod non est absolutum, sed ipsa res relata, scilicet persona. 710. B.

31 Relatio vt sic est in persona, vt aduenies; relatio vt proprietas est in persona, vt constituens. Ibid. & 1115. B.

32 Relatio non tribuit nomen essentiæ, sed personis. 711. A. 1147. 1063. B.

33 Relationes etiam diuinæ, vt sunt ad aliud, nõ intelliguntur vt perfectiones. 712. 725. A. 727. A.

34 Relationes absolute pro tota ratione relationis, siue in actu signato, sunt ex propria ratione perfectæ, & bonæ. 711. & seq. n. 4. & 10. 716. B. 1103. A.

35 Relationes diuinæ sunt per se ipsas formaliter res adorandæ adoratione latriæ, vna non tribus. 713. B. 718.

36 Relationes tres diuinę non sunt dicendæ tres relatiuæ perfectiones transcendẽtes duntaxàt, quæ cogitatione vnitæ faciant aliquid perfectius extensiuè, non intensiuè. 714.

37 Relatio, vt relatio si est perfecta, hæc relatio, scilicet diuina, est perfecta. 715. A.

38 Si relatio, seu relatiua perfectio Patris est propria, non ita est in Filio, vt Filius per illam sit formaliter perfectus. Ibid.

39 Relatiua perfectio vnius personæ non est eminenter in alia. 715. B.

40 Relationes diuinæ personales non sunt tres perfectiones relatiuæ, infinitæ, & singulæ singulis personis propriæ. 716. A.

41 Relatio diuina est formaliter perfecta, bona, & infinita non solùm propter identitatem, sed propter suum esse formale, quod est esse diuinũ essentiale. 716. B.

42 Relatio vt, & generatio Verbi est incomprehensibilis. 717. A.

43 Ad relationem comprehendendam perfecte satis est, quòd fundamẽtum cognoscatur quidditatiuè, nisi ipsa formaliter sit incomprehensibilis. Ibid.

44 Relationem, vel rem quampiã fabula est, esse incomprehensibilem, non quia infinita est, sed quia neque est etiam finita. Ibid. & 1119. A.

45 Relationes diuinæ sunt quantæ, seu perfectæ per existentiam essentialem, licèt hæc sit extra conceptum earum, ac proinde vel sunt finitæ, vel infinitæ. 717. 714. B.

46 Hæc, Relatio in Deo est, sapiens, propter modum intelligendi negatur; non verò hæc, Relatio est existens. 718. A.

47 In relationis, & existentiæ diuinæ conceptibus confusis delitet omnis diuina perfectio. Ibid.

48 Relationes diuinas negare saltem coadorari, hæreticum esset. 718. B.

49 Relationes personales licèt sint tres, non sunt in Deo in sensu formali, atque adeò absolutè tres perfectiones, aut bonitates, aut veritates, aut infinitudines, iuxta fidem symboli S. Athanasij. Ibid. & 728. B.

50 Relationes si sunt ipsæmet formaliter plures perfectiones relatiuæ, & personales, atque adeò incommunicabiles, aliqua perfectio est in vna persona, quæ non est in alia. 719. B.

51 Relatiua perfectio, & relationis propria, seu per eam addita essentia, nulla est in Deo. 720. A. 723. B. 1067. A.

52 Relationes non sunt perfectæ se ipsis, hoc est relatiuis perfectionibus distinctis. 720. B.

53 Relatio diuina est formalis perfectio diuinæ personæ non solùm ob identitatem cum essentia, sed ex propria ratione formali. 721. A. 722. B.

54 Relatio diuina formaliter modo singulari dat esse, quod ipsam antecedit constituendo illum proprium relati. 721. A. 720, 727. A. 728. 897. A.

55 Relatio diuina non est perfectio addita naturæ, aut personæ, sed propria personæ; perfectio formalis additur naturæ. 721. B.

56 Relatio diuina est perfectio simpliciter definita à Sancto Anselmo. 722. A. 726. B.

57 Relationes personales in sensu materiali sunt perfectiones tres relatiuæ, in sensu formali perfectio vna. 722. A. 727. B. 730. B. Lequēdo simpliciter sunt vna perfectio, secundum quid sunt tres. 722. B.
58 Relatio increata non est vt creata, quatenùs hæc ipsa, non autem sola eius existentia, quæ est absoluta, est perfectio addita, & ratio perfectionis. 725. B.
59 Relatio in diuinis vt sic, non est essentia; item nullam secum existentiam affert: in creatis relatio est essentia relatiua producta, & vnita ordine naturæ ante existentiam. Ibid. & 706. A.
60 Relatio vna personalis est opposita alteri, sed non perfectio opposita. 727. B.
61 Relationes tres personales, si sunt tria entia, sunt tria bona, & perfecta. 728. A.
62 Relatio diuina non addit perfectionem, sed est forma perfecta. 728. B.
63 Relationes diuinæ non sunt plures perfectiones specie distinctæ. 730. B. 741. A. Distinguuntur quasi specie sub relatione diuina, quæ est analogum. 741. A.
64 4. Relationes diuinæ non sunt res quatuor, sed res tres. 734. B. 738. Hunc numerum ex origine colligit D. Thom. 734. B.
65 Relationes diuinæ oppositæ duntaxat sunt res distinctæ inter se. 735. A. 742. B. Distinguunt personas, non tamen distinguuntur maiori distinctione reali, quàm personæ. Ibid.
66 Relatio habet ab essentia simplicitatem, subsistentiam, & alia. 737. A. 745. 1065. B.
67 Relatio eadem est persona, origo, & relatio, & res subsistens. Ibid. & 1063. A. 1192. A. V. Origo.
68 In relationum diuinarum enumeratione non solùm quaternitas personarum, sed etiam rerum damnatur à Concilio Later. 738. B. V. Quaternitas.
69 Relationes reales in Deo quatuor sunt. 739. A.
70 Relationum numerus quaternarius est numerus rationis tantùm numerantis non res, sed rationes formales. 739. B.
71 Relationes diuinæ, quæ sunt ex natura rei, seu reales sunt quatuor, sed non sunt quatuor ex natura rei. Ibid.
72 Relationes non oppositæ distinguuntur quasi essent absoluta. 743. A.
73 Relationes oppositæ creatæ non possunt esse primò diuersæ. Item nec diuinæ. Ibid.
74 Relationes in Deo non oppositæ relatiuè sunt re ipsa vna relatio, quæ duabus distinctis opponitur. 743. B. 744.
75 Relationes paternitatis, & filiationis sunt relationes duæ distinctæ simpliciter, secundum quid sunt vna relatio spiratoris. E contra personæ tres sunt res tres secundum quid, & sunt res vna simpliciter. 744. B.
76 Relata in Deo non per se ipsa, & propter se, sed ratione absoluti, in quo conueniunt possunt conuenire identitate reali in alia relatione. 745. A.
77 Relationes hæ, filiatio, & spiratio passiua etsi non sunt oppositæ, sunt tamen personarum oppositarum. 745. B.
78 In relatiuis nominibus sæpè accidit, vt non relatiuè conuertantur. 746. A.
79 Relatio spirationis actiuæ, sicut Deitas in duabus personis non habet modos diuersos entis, neque vllo modo dilatata est. 750. A.
80 Relationes diuinæ conueniunt analogice. 1040. B. 1185. A.
81 Relatio in Deo, quamuis esset vniuoca, quod est improbabile, adhùc non esset vniuersalis. Ibid.
82 Relatio diuina non differt ab alia ineſſe, & vt relatio est, non est essentia, neque esse. 1041. A.
83 Relatio diuina vt sic, existit, sed non per aliquid sibi intrinsecum in suo conceptu, & vt sic subsistit per modum intrinsecum. 1060. B. 1143. A.
84 Relationes diuinæ sicut ab essentia, ita à personis distinguuntur, non re ipsa, sed solis rationibus formalibus. 1111. A.
85 Relationes diuinæ quasi specie distinguuntur. 1118. B. 1193. B.
86 Relatio diuina conceptu absoluto constituit, & distinguit personas, conceptu relatiuo aduenit constitutis, & distinctis. 1126. 1148. B. 1237. A. 1189. & seq. V. Filiatio.
87 Relatio relatiuo conceptu, non constituit, & distinguit personam, sed relatum, quod est ex persona, & relatione quasi compositum. 1126. B.
88 Relationes diuinæ in re sunt operatrices, & creatrices. Ibid.
89 Relatum nostro modo intelligendi, vt relatũ conceptu relatiuo, non est genitum, sed persona. Ibid.
90 Relatio non constituit subsistens solùm prout est ipsa essentia, ita vt subsistentia sit vna in tribus personis; & oppositum est improbabile. 1142. B.
91 Relatio diuina constituit subsistens, idque ex proprijs, deinde ipsa identicè subsistit essentiali subsistentia. 1143. B. 1144. A. 1149. B. 1163. B.
92 Relatio non subsistit formaliter subsistentia essentiali, seu simpliciter, nec significatur vt subsistens, sed vt subsistentis forma, & vt proprietas, cuius non est esse, vel operari, & sic constituit subsistens. 1143. B. 1149. B. 1059. B. V. Deitas.
93 Relatio vt existens coniungitur cum existẽtia diuina vt cum suo actu, vt proprietas cum essentia, vt actus vltimus indiuiduans cum essentia specifica. 1162. A. 1165. B.
94 Relatio secundum in, id est vt existens, seu essentia, non est propria personæ secundum, in, id est vt forma personæ, seu vt est simul; in, & ad, maximè. 1168. A.
95 Relatio aptitudinalis in actu signato, aut vt forma relatiua, siue vt relatio sumpta relatiuo conceptu personam non constituit, & distinguit. 1169. A. 1171. B.
96 Relatio in actu signato adhuc retinet suum conceptum relatiuum. Ibid.
97 Relatio diuina non rectè dicitur essentia relatiua. 1170. A.
98 Relatio diuina, quia incomprehensibilis pluribus nominibus, & conceptibus explicatur. 1175. B.
99 Relatio, siue vt continens conceptu adæquato, & confuso: proprietatem, & originem, siue vt distincta ab vtraque, comparatur cum essentia continente attributa, vel præcisa ab illis. 1176. A. 1180. B. 1183. 1192. A. V. Origo.

100 Relatio quia continet plura eminenter formaliter, aliquid sibi vendicat secundum in, quod secundum ad, eidem non conuenit. Ibid. V. Forma.

101 Relatiuum, & absolutum sunt in Deo formaliter, neutrum eminentèr duntaxàt, 1178. A.

102 Relatio vt forma hypostatica non exigit fundamentum, sed per se ipsam aduenit naturæ ad constituendum personam. 1178.

103 Relatum relatiuo conceptu, siue confuso, siue explicito non habet prioritatem etiam rationis, neque ordinem originis respectu sui correlatiui. 1181. A.

104 In relationis conceptu confuso continetur hoc, quòd sit forma hypostatica ad se, & non explicatur, quomodò relatio constituat, nec intelligitur tunc origo. 1182. A. 1190. B. 1192. A. & seq.

105 Relatio absoluto conceptu formæ hypostaticæ, quæ scil. est obiectum formale illius conceptus, constituit personam Patris. 1183. B. 1186. A. 1187. B. 1188. A. 1189. & seq. 1192. A.

106 Relatio est in Deo absque genere accidentis, & ita est forma hypostatica, & constituit personam Patris, &c. 1184. A. 1186. A. 1187. 1188. B. 1192. B.

107 Relatio diuina pertinet ad duplex genus, scil. relationis, & formæ hypostaticæ, & potest ab alterutro remoueri abstractione formali. Ibid. & 1188. B. V. Hypostasis.

108 Relationes quæ sunt materiale in proprietate hypost. indicant proprietates formaliter distinctas. 1188. A. 1202. B.

109 Relationibus remotis non intelliguntur distinctæ personæ per solas origines. 1195. A.

110 Relatio vt forma hypostatica in Patre antecedit generationem, vt relatio consequitur; in Filio natiuitas, siue processio passiua antecedit relationem etiam vt hæc est forma hypostatica, sicut & ipsam personam genitam. 1195. B. 1197. A.

111 Relatio potest absoluto conceptu indicari in obliquo: conceptu relatiuo non potest significari quid absolutum. 1201. A.

112 Relatio rationis eadem non est, qua essentia est in Filio, & qua Pater est in Filio. 1291. A. V. Persona.

REPRAESENTATIO.

1 Repræsentare non significat ordinem ad producentem; sed ad rem cognitam. 312. B.

2 Repræsentatio non est finis naturæ producentis. 317. A.

3 Repræsentatio sequitur simile non quodcunq; sed exemplatum. Ibid.

RES.

1 Res hæc subiectum æquiuocum est in his, Hæc res, scilicet natura, non est Filius; Hæc res, scilicet Pater, non est Filius. 110. B. 1082. A. 1371. B.

2 Non omnis res est propriè essentia, & quidditas, aut ens reale, secùs in ampla significatione. 924. B.

3 Res vnde diriuetur. 1081. A. Est simplicior, quàm ens. Ibid. Etiam pro modis entis, & reculis vsurpatur. 1082. A.

4 Hæc res ab illâ in philosophia diuina distinguitur sola ratione formali. 1372. A.

1 RESOLVI quid. 1219. B. 1227. A.

RESVRRECTIO.

1 Resurrectio futura est in carne eadem non solùm formaliter, sed materialiter. 841. A. 843. B.

2 Resurrectio non diceretur saltem talis qualem speramus, si suscitaretur puer in materia senis. 841. B.

3 Resurrectio corporum futura est potiùs cum materia vna, qua decesserunt, quàm cum ea, qua sunt genita. Ibid.

4 In resurrectione corporum ne identitas materialis desit, prouidet Deus, vt minus dimidio materiæ desideretur in singulis. Ibid.

5 In resurrectione materia hominis defuncti in euentu nunquam futuro, quo tota esset in alijs, posset secerni à singulis. Ibid,

S.

SABELLIVS.

1 Sabellius quid reprobet in Ario, quid Arius in Sabellio. 92. A.

2 Sabellium ad Iudæos, Arium ad Paganos pertinere. 174. B.

3 Sabellianæ hæresis auctores, & sectatores. Ibid.

4 Sabelliani cur dicebantur Patripassiani. Ibid.

SACRAMENTVM.

1 In sacramento esse contentum, quod dicitur de Christo, non potest dici de Patre, & de Spiritu Sancto, sicut etiam non dicitur fuisse in vtero Virginis, aut in Cruce. 1296. A. Similes propositiones, vel negandæ sunt, vel distinguendæ, per concomitantiam, & melius absolutè negatur, quòd Pater sit in Eucharistia, vel tota Trinitas sit in Eucharistia. Ibid.

2 Sacramenta sunt instrumenta Dei; vnde Deus adest illis, vt causa principalis mouens illa. 1410. B. V. Gratia.

3 Sacramentorum ministri non mittunt Spiritũ Sanctum, nec precibus postulant eius missionem, nisi quoad effectum. Ibid.

1 SADducæi contemptores veteris testamenti, 76.

SAPIENTIA.

1 Sapientia quid. 1. B.

2 Sapientiæ donum est circa practica. 2. A.

3 Sapientiæ diuinæ immensum pelagus. 14.

4 Sapientia vt communis Deo, & creaturis sola ratione obiecta distinguitur à iustitia, & sic de alijs attributis. 149. A.

5 Sapientia Dei vt sic, id est, vt est in re ipsa, est res, & est iustitia; vt sic, id est vt consideratur conceptu sapientiæ est ratio sapientiæ, & non iustitiæ. 150. B. V. Deitas.

6 Sapientia est nomen operationis, vnde cum addito illo, genita, sumitur pro termino, id est verbo. 1339. B.

SCIENTIA.

1 Scientia infusa Trinitatis in Christo quomodò euidens. 47. B.

2 Scientia omnis tam practica, quàm speculatiua, est habitus speculatiuus. 144. B.

3 Scientia dicitur practica ex obiecto, quia est de rebus agendis, non verò quasi ipsa sit norma operationum. Ibid.

4 Scientia practica, Pater nouit Verbo suo omnes creaturas, siue notitia sumatur essentialiter, siue notionaliter. 454. B.

5 Per scientiam simplicis intelligentiæ, Pater nõ intelligit Verbo suo creaturas, sicut neque diligit correspondenter Sp. Sancto easdem, nisi

intelligere fumatur notionaliter, vt est dicere. Ibid.

6 Scientia in Deo media inter naturalem, & liberam, ita vt sit naturalis de voluntate libera è medio tollenda, vt inutilis, & falsò asserta. 469. B.

7 Scientia secundum rationem abstractam differentiæ inuenitur supra genus, scilicet in Deo. 564. 197. A. 569. A.

8 Scientia, v. g. metaphysica, non manet eadem specie, nec nobilitate, ablata præcipua parte obiecti, scilicet substantijs separatis. 1232. A. 1234. A.

1 SCOTVS, quomodo interpretetur nomen, Deus. 24.

SEMEN.

1 Semen masculum secundum materiam manere in genito fatendum est, vt dicatur genitum esse de substantia matris. 522. B. Oppositum fauet Arianis. Ibid.

SENSVS.

1 Sensus communis non est formaliter eminenter plures sensus. 141.

2 Sensus metaphoricus in sacra scriptura sæpè pertinet ad sensum literalem. 1241. A. V. Allegoria.

2 Sensus mysticus sacræ scripturæ triplex allegoricus, anagogicus, & moralis, siue tropologicus: declaratur horum nominum etymologia, & vsus. 1242. & seq.

4 Sensus literalis, vbi exponi non potest sine metaphora, illà vtendum est. Ibid.

SIMILITVDO.

1 Similitudo alia æquiparantiæ, alia disquiparantiæ. 319. B. Prior fundatur in vnitate formæ, posterior in actione. Ibid.

2 Similitudo disquiparantiæ, quæ est propria imaginis, vt sit realis requirit realem processionem ab exemplari. Ibid.

V. Amor. 3 Similitudo æquiparantiæ potest esse sine similitudine disquiparantiæ. 320. A.

4 Similitudo vtraque requiritur in imagine. Ibid.

5 Similitudo æquiparantiæ, quæ est rationis, est in Filio, & similitudo disquiparantiæ, quæ est realis. 324. B.

6 Similis est Sp. Sanctus sola similitudine æquiparantiæ, quæ est communis tribus personis. 325. A.

7 Non est similitudo relatio propria, & realis diuini amoris procedentis in processione fundata. 325. B.

8 Simile, quod imago non est, non similitudo dicitur; sed simile. Ibid.

9 Similitudo in Sp. Sancto non est realis, nec ipso nomine Sp. Sancti significata; in Verbo maximè. 326. A.

10 Similitudo proportionis, non nisi inter res inæquales inuenitur. 328. A.

11 Similitudo æquiparantiæ in creatis per accidens coniungitur cum productione. 332. B. In Deo non per accidens, sed per se coniungitur cum processione Sp. Sancti, at est eadem specie in alijs personis. Ibid.

12 Similitudo, id est res similis est principium amoris finale, non efficiens, aut exemplare. 333. A.

13 Similitudinis productio in pariete iam albo non tribuitur dealbanti alium parietem denuò, sed causæ, quæ physicè produxerat albedinem priorem. 560. A. 560. B. Dealbans parietem denuò solùm ponit conditionem fundandi. Ibid.

14 Verisimile est relationem produci sine actione media inter fundamentum, & ipsam. 561. A.

15 Similitudo in essentia generica est secundum quid, in essentia specifica est simpliciter. 631. B. 676. B.

16 Similitudo realis inter species dissimiles simpliciter esse non potest propter genus, quando natura generis differt sola ratione à differentia. 631. A. Secùs quando differt re ipsa, vt in homine. Ibid.

17 Similitudo in substantia potiùs est identitas. 631. B.

18 Similitudo realis in qualitate sumitur à sola vnitate specifica, similitudo rationis etiam à generica. Ibid. & 676. B. 1021. A.

19 Similis est Deo creatura similitudine reali disquiparantiæ fundata in actione. 632. 676. B. Deus non ita similis est creaturæ. 677. B.

20 Ad similitudinem etiam rationis, non quæuis vnitas analogiæ sufficit in rebus ipsis creatis. Ibid.

21 Similitudo est propria non identitas relatio fundata in qualitate. Ibid.

22 Ad similitudinem qualitatum, quæ sint similes non requiritur aliqua vnitas in gradu intensionis, sed aliqua requiritur, vt dicantur similes. 632.

23 Similitudinis eiusdem æqualitatem, seu perfectionem vnitas gradus addit, non aliam relationem. 632. B. 676.

24 Similitudine proportionis, effectus causæ æquiuocæ similis est, non verò perfecta. 677. A.

25 Similitudinem habent Pater, & Filius in virtute spirandi, seu in natura; proprietate spirandi sunt idem, & vnum absque similitudine. 678. B.

26 Similitudo inter res creatas, & Deum, ea est, quæ est inter res calidas, & ipsum calorem. 1239. B.

SIMPLICITAS. V. Compositio.

1 Simplicitas repugnat multitudini in rebus creatis. 97. A.

2 Simplicitas diuina omnino excludit compositionem realem. 97. B. Item compositionem ex genere, & differentia. 100. Item compositionem ex quidditate, & habente quidditatem. 101. & 102.

3 In simplicibus formis compositio ex genere, & differentia, est rationis, non formalis in re ipsa. 100. A.

4 Ob simplicitatem diuinam etiamsi Deus definiretur definitione quiddiratiua, Deitas diceretur de illo in abstracto. 102. B.

5 Simplicitas non est perfectio rei, sed negatio. 103. B. Contra simplicitatem diuinam hæreses refelluntur. 107. B.

SINGVLARIS. V. Accidens. Angelus.

1 Singulare non designatum potest definiri aliqualiter, vt persona hypostasis. 661. A. 1100. A.

2 Singulare, seu individuum vagum quid sit. 760. B. V. Individuum.

3 Singulare est medium inter quodcunque vniuersale, & existentiam. 1041. A.

4 Singulare quid sit. 1043. A.

5 Singulare nomen significat immediatè plura per modum vnius. 1097. A.

6 Singularis natura est communis communitate tratùm analogiæ, quæ est in conceptu. 1097. 1100. A.
7 Singularitas potest esse communis denominatiuè, sicut genus est species. 1097. B.
8 Singularitas naturæ abstractæ, siue accidentiũ potest definiri, sed non expedit: quæ aduenit substantiæ per proprietatem hypost. potest, & expedit. 1100. B.
9 Singulare completum in accidentibus ob individuans extrinsecum est ens per accidens; non definibile. Ibid. & 1088 A.
10 Singularitatis huius, & illius solos conceptus distinctos particulæ, hæc, & illa, indicant. 1101.

SOLVS.

1 Solus dictum de Deo, aut personis diuinis variè accipitur à Sanctis Patribus. 1353. A. & seq.
2 Inter solus, & solùm aduerbium differentia. Ibid.
3 Solus, à sanctis Patribus aliquando accipitur, vt attributum Deitatis. 1354. A.
4 Solus nomen quomodò sit explicandum dicta de Deo per exclusiuas, siue exponentes. 1354. B. & seq. V. Trinitas.

SONVS.

1 Soni graues, & acuti, an inter se specie differant. 863.
2 Soni solo numero plures non insunt eidem parti aeris. 869. B 864.
3 Soni deducuntur vsque ad aures motu physico, & non per species intentionales. 863. B. 864. B.
4 Soni propria causa est collisio aeris sonori, quæ fit motu local. 864. A.
5 Soni ob varietatem in motu quandoque accidunt in partibus aeris diuersis, etsi ita perueniant ad auditum, percipiuntur puri; quandoque in eadem parte, & percipiuntur mixti. Ibid.
6 In sono est intensio cum in eodem tenore vocis fit sonus maior, & extensio, scilicèt à graui ad acutum, & è contra. 864.
7 Soni extensio, si est continua, est vnum accidẽs, si discreta suis terminis, soni sic discreti erunt specie distincti. 864. B.
8 In sono est sua extensio, licèt aliàs sit extensus extensione quantitatis. Ibid.
9 Sonus mixtus est vnum accidens modis realibus variatum, prout est effectus multorum collidentium, & sic motus mixtus. Ibid.

SPECIES.

1 Species abstractiua Trinitatis nulla esse potest quæ sit per se euidens, & quidditatiuè. 36. B, 37. A.
2 Species non rectè dicitur ab Scoto supernaturalis ob infusionem liberam. 36. B.
3 Species Dei non quidditatiua analoga est, & imperfecta. 38. A.
4 Species immissa à Deo, per sui præsentiam facit euidenter notam se, quòd sit locutio externa Dei. 39. A.
5 Species visibiles, quas in oculo Petri, v. g. intuemur sunt impressę, & reflexæ ad nos, satisq; clarè rem Petro saltem exprimentes absque alijs expressis. 236. B.
6 Species expressa in sensu, si qua esset, non essentialiter ab impressa distingueretur. 237. A.
7 Species impressa est forma, qua potentia agens simpliciter est in actu primo, non sic habitus. Ibid.
8 Species creata, aut similitudo quidditatiua diuinæ essentiæ non minùs impossibilis est, quàm sensibilis species Angeli. 237. B.
9 Species impressa intelligibilis, quæ sit actualis, & completa similitudo, vt species, sensus, à Deo producibilis est. 249. B. 252. A. Si talis species esset in intellectu principium intellectionis, superuacaneum in eo esset verbum terminans. Ibid.
10 Species impressa cur non sit similitudo actualis antecedens intellectionem. 251. B.
11 Speciebus, quæ sint similitudines habituales vtendo, potentia cognoscens est quodammodò infinita, secùs vtendo ijs, quæ sunt actuales. Ibid.
12 Ab specie impressa cur in angelis, vel in nobis verbum non oriatur ante intellectionem. 252. A.
13 Species, quæ sint similitudines actuales, intellectus agens in nobis cur non efficiat. 252. A.
14 Species visibilis mouens sensum probabiliter terminat visionem, vt similitudo media, in qua obiectum videtur, quin ipsa videatur. 155. B.
15 Species impressa intelligibilis non potest esse terminus, in quo ipsa actio tendat in obiectum. 266. A. Potest esse terminus cognitionis reflexæ vt obiectum, non vt productum. Ibid.
16 Speciem in aere existentem forte nihil prohibet simul mouere sensum, & quodammodò terminare. Ibid. De impressa sensui interno idem non est incredibile. Ibid.
17 Species impressa, semen Verbi. 321 B.
18 Species impressa, & semen sunt quasi exemplar. Ibid.
19 Quasi species impressa, & semen essentia est in Deo. 324. B.
20 A speciebus sensibilibus diuersis non est vna, & eadem sensatio; sed contra potiùs ab vna specie plures sensationes internæ, non tamen plures externæ. 802. B.
21 Ad species intelligibiles quòd non possint esse plures specie distinctæ in eodem subiecto referendum est, quòd non intelligamus plura, vt plura sunt, siue quòd non habeamus simul intellectiones plures specie distinctas. 863. A. V. Subiectum.
22 Species visibiles eiusdem speciei non multiplicantur in eodem subiecto. 865. A.
23 Species visibilis in eodem spatio est accidens idem numero, sed affectum modis entis diuersis. Ibid.
24 Species vna visibilis diuersis modis effecta est principium diuersarum specierum productarum in oculis, sicut & in speculis. Ibid.
25 Species visibilis ab obiectis loco oppositis, vel noua in diuersum eadem diuersis modis affecta emittitur, imò & eàdem actione ijs obiectis communi, vel præexistens in aere immutatur nouo modo reali. 865. B.
26 A specie visibili ex proprio modo vltimus terminus operationis producendus in oculis, non producitur, nisi in oculis conuersis ad obiectum, sicut & in speculo experimur. Ibid.
27 Species eadem sensibilis, quæ est in memoria, firmiùs hæret iteratis sensationibus externis, aut etiam internis. 867. A.

SPIRATOR.

1 Spirator est nomen verbale, & ideò maximè accedit ad adiectiua. 390. A.
2 Spirator vnus, & Auctor vnus Pater, & Filius dicuntur

V. Forma. Intelligibile. Natura Verbum.

V. Relatio. Pater. Verbum.

dicuntur meliùs quàm duo. Ibid. 1317. A. 1317. 1321. B.
3 Spiratoris relatio non est à principio, nec producitur. 192. A.
4 Spirator, seu principium Spiritus Sancti absolutè loquendo, sicut & Deus non est à principio. 392. B. Tamen hæc est absolutè concedēda, Deus generatur, Deus spiratur. Ibid.
5 Spiratio actiua, & illius vnitas realis est communis. 393. A.
6 In spiratione inter Patrem, & Filium est vnitas realis, non oppositio. 394. A.
7 Spiratio actiua, vna, eademque numero est in Patre, & Filio. 394. B. 395. B.
8 Spiratio, seu principium Spiritus Sancti nō est quid commune Patri, & Filio communitate speciei, vnde non est vnum vnitate speciei. 394. B.
9 Spiratio non est specie distincta in Patre, & Filio, aliàs esset numero distincta. 397. A. 1118. B.
10 In spiratione actiua Patris, & Filij vnica est ratio formalis. 397. B.
11 Spirator primus, seu primum principium spirationis Filius dicitur, & non est secundum principium. Ibid. Filius non est primus spirans. Ibid.
12 Hæc, Spirat Pater, vt primus spirator, Filius verò vt secūdus spirator, si significetur diuersus modus spirandi, negatur, si ordo personarum spirantium conceditur. 398. B. Absolutè negatur. Ibid.
13 Spirans secundus est à primo; non sic spirator, vel spiratio. 399. A.
14 Spirationis actiuæ communitas non antecedit personas cognitione. Ibid.
15 Spirationem accipit Filius à Patre per generationem accipiendo ab eo spirandi potentiā Ibid.
16 Spirans posteriùs intelligitur Filius, quàm genitus. Ibid.
17 Spirator, & essentia est hæc eadem res identicè, non ratione formali. 399. B.
18 Spiratio actiua intelligitur propria duarum personarum additis proprietatibus, & hoc ipso absque vllo alio addito est communis vtrique. 402. B.
19 Non spirat magis, aut principalius Pater, quàm Filius. 409. A.
20 Spirat priùs Pater, quàm Filius ordine rationis. Ibid. & 412. A.
21 Spiratio actiua, & relatio spiratoris priùs est in dante, quàm in accipiente. 409. B.
22 In spiratione ipsa nullus omnino est ordo, sed duntaxàt in spirantibus. Ibid.
23 Ex spirationis actiuæ intrinseca ratione dualitas personarum est per se necessaria ad spirandum. 413. B.
24 Spirare est personæ creare naturæ. 414. B. 1419. B.
25 Spirandi potentia claudit in sua ratione formali personas duas non confusè, sed singulatim, & distributè. Ibid. & 419. A.
26 Similiter spiratricis potentiæ actus, qui est mutua dilectio. 415. A. Similiter alter eiusdē potentiæ actus, qui est spiratio actiua. 415. B.
27 Ad spirationem non dualitas vt sic, sed res duæ pertinent per se. 416. A.
28 In spiratione dualitas personarum non est propriè conditio sine qua non. 416. B. 904. B.
29 Spirandi vis, aut conditio nulla est in duabus personis, quæ non sit in vna. 418.
30 Si spiraret Pater solus, spiratio esset alterius rationis. 418. B. 419. 420.
31 Si spirationem Pater non communicaret Filio, aut si Filius non spiraret, Pater non spiraret. 418. B. 419. A. 422. A.
32 Spiratio actiua non distinguit Filium ab Sp. Sancto; est tamen relatio personæ distinctæ. 420. A.
33 Spiratoris relatio est duarum hypostasum communis proprietas illis iam constitutis adueniens. 710. B. 726. B.
34 Spiratio actiua non est res quarta distincta à paternitate, & filiatione. 735. B.
35 Spiratio actiua, & paternitas neque sunt relationes oppositæ, neque sunt personarum relativè oppositarum. 736. A.
36 Spiratio actiua non distinguitur à paternitate, & filiatione formaliter ex natura rei. 737. Oppositæ sententiæ censuræ. Ibid.
37 Spiratio à paternitate, & filiatione distinguitur formaliter in genere entis, si distinguitur formaliter in genere relationum. Ibid.
38 Spiratio per hoc, quod cum Patre, & Filio simul coniungitur, nihilo magis distinguitur à singulis, atque adeò ab vtroque. Ibid.
39 Spiratio sola ratione formali distinguitur à paternitate, & filiatione. Ibid. & 741. B.
40 Spiratio saltem ratione formali distinguitur à paternitate, & filiatione, & spiratione passiua. Ibid.
41 In hac, Per spirationem non refertur Pater ad Filium, negatio est in solo intellectu. 745. A.
42 Spiratoris relatione refertur Pater, & Filius ad Sp. Sanctum. 746.
43 Spirator est per se correlatiuum Sp. Sancti. 747. A.
44 Spirator declaratur exemplo relati. 747. B. Relatum sola disiunctione supponitur pro pluribus, spirator etiam coniunctum. Ibid.
45 Spiratoris relatio constituit spiratorem, quasi in actu signato, & est prima ratio, vt non vnū, sed vt plura referantur. 748. A. Exigit plures personas, quibus inest, quia sine illis non potest intelligi in actu exercito. Ibid & 747. B. & 748. A.
46 Spiratoris relatione Pater, & Filius partialia relata non sunt absolutè, nec in sensu formali, in sensu materiali maximè. 747. B.
47 Spirator sitne vnus, an plures quæstio de nomine non est, si relatio spiratoris constituit subsistens. 1149. A.
48 Spiratio si esset subsistens, esset etiam operās, & hypostatis, vel saltem individuum naturæ, & etiam spirator esset subsistens, & per se spirās. Ibid.
49 Spiratio identicè, & spirator formaliter subsistit modo intrinseco independentiæ ab alio, cui nitatur. 1149 B. 1151. A. 1163. B.
50 Spiratorem, & Deitatem esse rem vnam subsistentem per se, id est non per aliud re ipsa distinctum, de fide est. 1150. A. 1164 A.
51 Spirator non est res vna subsistens, nec operatur per se, id est non per aliud ratione distinctum; Deitas maximè, quæ habet in se rationē subsistendi simpliciter, & operandi. 1150. A. 1151. A. 1164. A.
52 Spirator non est ex natura, & relatione vnum constitu-

A. constitutum, & operans; quòd si esset, etiam esset subsistens. 1150. A. Oppositum de constituto operante, sed non subsistente est tutum in fide. 1151. A.

53 Spirator si sumatur pro spirandi potentia, est natura addita relatione in obliquo, vnde non est constitutum præsertim subsistens formaliter. 1150. B. 1151. A. 1160. A.

54 Spiratoris relatio sola identitate coniungitur cum natura, non verò constituendo coniunctum aliquod, præsertim quod personis constitutis adueniat. Ibid. & 1152. A.

55 Quòd spirator sit constitutum ex natura, & proprietate, operans, & simul subsistens, improbabile est. 1151. A.

56 Spirator formaliter persona dicitur, quod eius sit quasi forma relatio spiratoris, non verò quod in illa fundetur relatio. 1151. B.

57 Spiratori, qui sit præhibens naturam, non aduenit habere naturam. 1152. A.

58 Spirator vnus non est præter Patrem, & Filium vnum 3. indiuiduum naturæ diuinæ ex natura, & relatione constitutum, & communae, quod sit prius in se subsistens, deinde illis conueniat, vt forma subsistentium. 392. A. 399. B. 402. 1063. B. 1109. B. 1152. A. 1153. B. 1154. B. 1160. A. 1137. & seq. 1317. & seq.

59 Spirator vnus est relatio vna duorum subsistentium. 399. B. 1153. B. 1154. B. 1160. A. 1164. B.

60 Spirandi potentia intelligitur propria duarũ personarum additis proprietatibus, & hoc ipso absque vllo alio addito est per se primò communis vtrique. 402. B. 1157. B. 1163. B. 1164. B.

61 Spirator formaliter est habens essentiam, vt principium spirandi, seu quodammodò; vnde solùm adiectiuè, & identicè est habens essentiam absolutè, seu subsistens. 404. B. 403. B. 1153. B. 1164. B.

62 Per spiratorem Patri, & Filio, qui diceret aduenire Deitatem nostro modo intelligendi, hæresis damnaretur. Ibid. Vnde non aduenit illis coniunctum ex natura, & relatione. 1152. B. 1156. B.

63 Spiratio passiua constituit subsistens distinctũ ratione à natura, quia constituit relatum distinctum ab alio relato, & illi oppositum. Ibid.

64 Spiratio actiua nostro modo intelligendi non distinguit ipsas personas spirantes ab Sp. Sancto, sed indicat esse distinctas. 1153. A.

65 Spiratoris relatio non intelligitur seorsim ex parte naturæ quasi oppositæ Patri, & Filio, sed ex parte personæ, cuius est quasi forma. Ibid.

66 Spirator si esset subsistens, & commune, esset per proprietates aduenientes in hypostasibus à Patre, & Filio diuersis, & posterioribus. 1153. B.

67 Spirator si esset per se, & prius spirans, quàm Pater, & Filius, priùs etiã subsisteret, quàm illi, & esset suppositũ, & semipersona. Ibid. & 1154. Hoc sapit hæresim quaternarij personarum. 1154. B. 1155. A.

68 Spiratorem, qui sit indiuiduũ diuinæ naturæ, seu subsistens separatum à personis spirãtibus Ecclesia hactenùs non adorauit. 1155. A.

69 Spiratoris relatio in duabus personis simul adoranda est. Ibid.

70 Spiratio eiusdẽ est, cuius est potentia. 1156. B

71 Spirandi operatione comparata cum potẽtia primam aut proxima spirãdi, Pater, & Filius per se r. spirant; sed eadẽ comparata cum personis priùs ratione spirat Pater, quàm Filius. 1156. B.

72 Per spiratorem Pater, & Filius non spirant formaliter, nec referuntur, cum non dicat aliquid ratione prius, quàm illi; nec principium spirandi, vel referendi conueniat illis per spiratorem, vt per prædicatum quidditatiuum cõmune. 1157. B. 1158. A.

73 Spirat Deus, non Deitas. 1158. B.

74 Huius, Deus spirat, explicatio, vt subiectum accipiatur magis pro natura, qvàm pro persona patet caluminiæ, & non est necessaria tuendæ sententiæ de spiratore indiuiduo Deitatis subsistente. Ibid.

75 Spiratio non spirat, spirator spirat. Ibid.

76 Hæc res non spirat, si intelligatur res aliqua communis Patri, & Filio. 1159. A.

77 Spiratio siue pro spiratione, siue pro relatione, est res communis, sed non operatur: spirator materialiter non est res communis, sed res duæ. 1159. A.

78 Spiratore admisso, qui sit indiuiduum Deitatis daretur confusio in prædicatione nominum masculino genere, & neutro 1159. A. Item Pater esset in spiratore, & spirator in Patre nõ suo, & haberet cum illo, sicut cum Sp. Sancto, colloquia absurda. 1159 B.

79 Per spiratorem cum non loquatur Pater quasi per naturam, aut locutionem suam, nec per Patrem spirator, nihil prohibet eos colloqui inter se, si spirator est indiuiduum subsistens, & operans. 1159. B.

80 Spiratorem indiuiduum formaliter subsistentem sententia affirmans reprobanda est aliquà censura, 1160. B. 1161. A.

81 Spiratoris relatio suo conceptu confuso originem continet, non proprietatem constituentem. 1162. B. Cum dicitur proprietas communis significatur ipsa origo, & relatio, quia est propria duabus personis. Ibid. V. Proprietas.

82 Spiratio est extra conceptum Patris, tamen ex ea, & Patre constitutum est per se. 1163. A. Hoc constitutum non habet nomen, quo significetur, sed imitatur coniunctũ per accidẽs. Ibid.

83 Spiratoris relatio constituit vnum per se singulatim non vnum indiuiduum commune Patri, & Filio. Ibid.

84 Spirator dicitur per se spirare, vt nomine spiratoris non vnum subsistens, nec vna quasi forma totius, sed potẽtia spirãdi intelligatur. 1163.

85 Spiratio actiua est vna, & indiuidua; vnusque indiuiduus spirator. 1163. B.

86 Spiratoris relatio secundum esse, & identitatẽ coniungitur cum essentia, & secundum informationem cum personis. 1164. A.

87 Hæc, spirator spirat, est per se primo modo, quasi essentialiter; item per se quarto modo, quasi causaliter. Ibid.

88 Spiratio actiua constitueret subsistens, & personam, si Pater, & Filius non essent. 1164. B. Modò non est minùs perfecta non constituendo subsistens. Ibid.

89 Spirator est vnum substantiuè, adiectiuè duo. Item duo indiuidua. Ibid.

90 Spirare, & spirator significant originem non relationem, ex vsu Doctorum vtrumque significant æquiuocè. 1203. A.

91 Nomen, spiratio, non est proprium secundæ processionis. 1379. A.

SPIRITVS SANCTVS.

1 Sp.Sanctus est propositio per se nota secundū se, non tamen nobis. 21. V. Propositio. Prænotio.

2 Spiritus nomē multiplicis significationis. 65. B

3 Sp. sanctum esse Deum ex veteri testamento probatur. 66. A.

4 Sp. sanctus rerum conditor, & viuificator. Ibid. Sp. sanctus habet diuinam scientiam quoad omnia. 68. A. Est hominibus sanctificatis auctor à lege oberrantes corripiens. 68. B. Dicitur nobis infundi, & apud nos habitare. 69. a.

5 Cum Sp. sancto in nos effuso omnia bona simul nobis infunduntur. 69. B. De eo aptissime explicatur quiuis locus sacræ paginæ, in quo nomine spiritus, donum aliquod intelligitur. 70. a. Est immensus omnia implens. 70. B. Eadem de Deo, & de Sp. sancto dicuntur in veteri testamento. 71. B.

6 Sp. sanctum esse personam diuinam distinctam ab alijs ex veteri testamento probatur. 73. Item ex nouo testamento auctoritate Patrum, sanctis visionibus, & oraculis, & definitione Ecclesiæ. 76. 77. 78.

7 Sp. sancti Deitas, & etiam distinctio cur obscurè significetur in veteri testamento. 74.

8 Circa Sp. sancti veritatem, quod sit Deus, diuinaque persona qualiter Iudæi conuincantur. 75. a. 76. B.

9 Contra Sp. sancti personam hæreses refelluntur. 82. a.

10 Hoc nomen, Sp. sanctus, certum est in sacra scriptura nunquàm accipi, nisi pro persona. 84. B.

11 Quòd Sp. sanctus sit Deus probatur ex nouo testamento. 85. a. Item à Patribus statuitur, & in Concilijs definitur. 90.

12 Sp. sancti Deitati contrariæ hæreses recensentur. 91. B. Quæ in illas ruendi occasio. 94. a.

13 De Sp. sancto doctrina cur obscurius sit tradita in Euangelio. 92. A. Vbinam clarè prædicetur. 94. B.

14 Sp. sancti Deitatem negantes hæreses refelluntur. Ibid.

15 Sp. sancti processionem, & missionem significantia nomina. Ibid.

16 Sp. sanctus est amor non genitus, sed procedens. 305. B. 306. B.

17 Sp. sanctus non recte dicitur procedere, vt similis. 311. B.

18 Sp. sanctum imaginem appellant Patres Græci, & alij. 320. B.
Sp. sanctus, siue Amor non est imago propriè loquendo. 321. A.

19 Sp. sanctus non procedit, vt similis sumpta dictione, vt specificatiue. 330. B.

20 Sp. sanctus procedit vt similis, seu vt procedit est similis, sumpto, vt, reduplicatiue. Ibid. & 332. A. Quoad vsum loquendi hic sensus durior est, & minùs vtilis. 331. A.

21 Sp. sanctum Pater, & Filius sibi assimilant fundamentaliter communicando vnam, & eandem naturam. Ibid. Non assimilant formaliter exemplando, seu producendo similitudinem, vt terminum formalem. Ibid.

22 Sp. sanctus procedit similis non procedit per modum similitudinis. Ibid.

23 Sp. sanctus procedit, vt Deus similis in natura, sed non est ipsa similitudo procedens, seu in processione fundata. 332. B.

24 Sp. sanctus precedit à Patre proximè. 378. A. Etiam procedit à Filio. Ibid & 381. vsq; ad 385.

25 Sp. sancti principium Verbum est, non quà Verbum, hoc est, non quatenùs operationis terminus, sed quatenùs persona subsistens, ac diligens. 380. A.

26 Sp. sanctum procedere à Patre, per Filium Patres Græci vniuersim asserentes. 384. A.

27 Sp. sanctum procedere à solo Filio, hæresis Eunomij. 386. A.

28 Sp. sanctum non procedere à Filio hæresis Græcorum opposita, habuit auctorem Nestorium, vel Nestorianum aliquem. Ibid. Cœpit anno 767. redintegrata est per Theophylactū, viguit per Michaelem Patriarcham Constantinop. & Imper. Constantinum. Ibid. Theodoretus. & Theophylactus hac hæresi infecti postea resipuerunt. 387. A. Quid in hac re senserit Damasc. 387. B.

29 Sp. sanctus etsi diceretur à solo Patre procedere, non excluderetur Filius. 387. A.

30 Hæc propositio, Sp. sanctus, non procedit propriè, & formaliter a Patre, aut Filio, sed procedit ab ijs per accommodationem, & solùm identicè: quoad illud de accommodatione improbatur, vt impertinens, & falsa; quoad illud de processione solùm identicè, vt hæretica. 400. 401. 1151. B.

31 Cum eo quòd Sp. sanctus procedat propriè non repugnat procedere per accommodationē. 400. A.

32 Sp. sanctus procedit à Patre per Filium. 405. A. 407. A.

33 Sp. sanctus procedit ex Filio. 405. A.

34 Sp. sanctus procedit à Patre mediatè ordine suppositorum, non ordine virtutis, & operationis, quæ eadem est in Patre, & Filio, 408. A.

35 Sp. sanctus est mediatè à Patre non spirante, sed generante Filium. 410. A.

36 Sp. sanctus procedit à Patre, & Filio, vt à duobus. 412. B. 416. B Procedit ab ijs, vt sunt vnum neutraliter, & vt sunt duo masculinè. 413. A.

36 Sp. sanctus cur dicatur nexus Patris, & Filij. 415. B. 446. A.

37 Quòd Sp. sanctus distingueretur à Filio sdlū per consequentiam extraneam sequitur data hac hypothesi impossibili, quòd non procederet ab eo; per naturalem sequitur quòd non distingueretur. 421. A. 422. A. 425. 430. B. 1140. B. In ea hypothesi Verbum, & Amor solùm distinguerentur, sicut intellectio, & dilectio. 424. A. In eadem Filij processio diceretur generatio, & spiratio, nec esset duplex vna alteram antecedens. 424. B. 428. B. 429. A. 430. A. V. Hypothesis, Consequentia; Enthimema.

38 Sp. sanctum in ea hypothesi distingui à Filio asserentes cum Græcis diuidunt diuinam substantiam in se ipsa. Item diuidunt substantiam Filij ab eius hypostasi. 426. A. In sententia opposita Sp. sanctus procederet de substantia solius Patris absque ea diuisione substantiæ. Ibid. & 426. B.

39 Si Spiritus sanctus spiraretur à solo Patre, Pater esset alia hypostasis constituta simul paternitate, & spiratione actiua: sic alia hypostasis esset simul Filius, & Spiritus sanctus. 428. B. 1140. B.

40 Ab Sp. Sancto antequàm intelligatur productus Filius distinguitur filiatione negatiuè; post productionem etiam positiuè, & relatiuè per spirationem. 429. A. 433. A. 1141. B.
41 Sp. Sancto intrinseca oppositio relatiua, Patri, & Filio concipitur adueniens. 429. A.
42 Si Sp. Sanctus non procederet à Filio non includeret oppositionem cum eo, quam nunc includit. 430. A.
43 Sp. Sanctus distingueretur à Patre, etsi à Filio non procederet immediatè, sed duntaxat per Filium medium. 431. A.
44 Si Sp. Sanctus non procederet à Filio, esset alia personæ incommunicabilitas, & alia vnitas personalis. 438. B.
45 Quòd Sp. Sanctus à Filio non procedat, & quòd Filius sit constitutus, vt modò est, cum ponitur, vtraque propositio simùl est impossibilis. Ibid.
46 Sp. Sancto Pater, & Filius se se diligunt propriè, ac formaliter, & non solum principiatiuè. 440. 441. 445.
47 In hac, Sp. Sancto se diligunt Pater, & Filius, ablatiuo casu non indicatur causa formalis, aut effectus formalis. 442. B. Eadem propositio non potest verè intelligi de diligere essentiali, nec ita vt ablatiuus ille sit absolutus. Ibid. Si intelligatur de diligere notionali, vera est. 443. A.
48 Sp. Sancto, vt termino per dilectionem producto, medioque inter diligentem, & rem dilectam, diligunt se Pater, & Filius. 443. B. Item diligunt se Spiritu Sancto, vt termino manente in ipsis, eo modo, quo arbor dicitur florere floribus, id est habere flores à se emissos, ita vt flores sint in ipsa, & ipsius. 444. B.
49 Sp. Sanctum habent Pater, & Filius origine, seu à se emissum, & Sp. Sanctus est vtriusque, & in vtroque. 445. A.
50 Hanc propositionem, Sp. Sancto se diligunt Pater, & Filius August. non retractauit retractando hanc, Pater est sapiens sapientia genita. 445. B. In eadem propositione per diligere, origo non significatur, sed indicatur ex adiunctis. 448. B.
51 In Sp. Sancto se diligunt Pater, & Filius. 449. A. 452. A.
52 In Sp. Sancto diligere non est intelligere, aut diligere omnia esse in illo. 449. B. 450. A.
53 In Sp. Sancto, Sp. Sancto, & per Sp. Sanctum Pater dicitur operari omnia, sicut dicitur in Verbo, Verbo, & per Verbum. 450. A. Discrimen inter hæc. Ibid. 450. B.
54 In Sp. Sancto omnia sunt diligibilia. Ibid.
55 In Sp. Sancto vt in ratione formali diligibilium, Pater diligit. Ibid.
56 In Sp. Sancto, in Verbo, & in se aliter atque aliter Pater intelligit. 450. B. Hæc est minùs propria Pater intelligit in Sp. Sancto. 451. A.
57 Sp. Sanctus diligit se ipso, id est per essentiam suam, vel se ipso, id est in se ipso. 451. A. Non dicitur proprie Sp. Sanctus se diligere se ipso. 452. B.
58 Sp. Sanctus recte dicitur intelligere in Verbo, vt in termino non ipsius intelligentis, sed intellectionis paternæ. 451. B. 452. A. 454. A.
59 Sp. Sancto, siue in Sp. Sancto Pater, & Filius diligunt res creatas. 452. B. 454. B.
60 Per Sp. Sanctum operatur Pater, quatenus in eo est tota ratio diligibilium per dilectionem naturalem, & liberam, id est creaturarum, ac personarum. 452. B.
61 Sp. Sancto Pater nos diligit tam dilectione essentiali, quàm notionali. 453. A. In hac propositione loquendo de dilectione essentiali, casus ablatiuus, Sp. Sancto, indicat principium rerum dilectarum; loquendo de dilectione notionali, casus ablatiuus significat terminum dilectionis productum anteriorem scilicet spiratum; accusatiuus consequentem, scilicet creatũ. 453. B.
62 Ante Sp. Sancti processionem creaturæ non sunt dilectæ. Ibid.
63 Sp. Sanctus procedit ex dilectione Trinitatis, & sui ipsius in sensu formali. 467. A. 469. B.
64 Sp. Sanctus non procedit ex dilectione creaturarum liberæ. 467. B.
65 Sp. Sancto nos diligit Pater, & Filius, eòquòd Sp. Sanctus sit principium dilectionis liberæ, diuinæ, non vicenciſa. 468. A.
66 Sp. Sanctus non procedit ex dilectione naturali creaturarum possibilium, cum hæc in Deo non sit. Ibid.
67 Sp. Sanctus procedit ex dilectione creaturarũ naturali, iuxta opinionem, quæ ponit in Deo scientiam mediam inter naturalem, & liberam. 469. B.
68 Hæc, Sp. Sanctus procedit vt Deus absolutè concedenda est. 548. A.
69 Hæc, Sp. Sanctus vt Deus est, procedit, vera est, si reduplicatio cadat super totum terminũ. Item si cadat super formam, id est Deitatem. Ibid. Falsa est, si reduplicatio cadens super formã indicet adæquatã rationẽ processionis. Ibid.
70 In sensu duntaxat specificatiuo Sp. Sanctus procedit vt sapiens, imò vt sapientia Patris, & Filij. 548. B. V. Filius.
71 Sp. Sanctus potest dici sapientia spirata, quatenus nomen sapientiæ est significatione commune, non quatenùs est accommodatione proprium. Ibid.
72 In sensu reduplicatiuo, seu ex vi suæ processionis Sp. Sanctus procedit vt amor, in specificatiuo procedit vt amans, seu diligens. 548. 547. A.
73 In sensu reduplicatiuo Sp. Sanctum procedere vt amatum, seu vt dilectũ probabile est. 549. B.
74 Sp. Sanctus sub hoc nomine persona, relatiuè dicitur ad Patrem, & Filium; at Pater, & Filius sub his nominibus non referuntur ad Sp. Sanctum. 746. A. Nominibus donatoris, & doni mutuò referuntur. Ibid.
75 Sp. Sanctus, spiritus Patris, & Filij dicitur ob originem, & ob relationem spiratoris, quæ in ipsis est. 746. B.
76 Sp. sanctus vna relatione omnino simplici, quasi specifica, & individua refertur ad Patrẽ, & Filium. 748. B.
77 Sp. sanctus refertur ad Patrem, & ad Filium, vt ad duos. 750. B.
78 Sp. sanctus refertur ad Patrem, & Filium ordine quodam. Ibid.
79 Sp. sanctum potiùs dicendum referri ad vnũ, quàm ad duos. 751. A.
80 In hac, Sp. sanctus refertur ad vnum est sensus formalis, & in actu signato. Ibid.
81 In illa, Sp. Sanctus refertur ad duos est sensus quasi materialis, & in actu exercito. Ibid.
82 Sp. sanctus propriè, & formaliter etiam refertur ad duos. 751. B.

83 Sp. Sanctus non est nomen diuinæ personæ proprium ex sua prima institutione, & vt nomẽ complexum: est proprium ex institutione diuina, & vt nomen simplex. 1203. A. 1378. B. Primo modo est nomen cõmune, & analogum rebus creatis, & diuinæ personæ, & est absolutum: secundo modo est æquiuocum, & relatiuum. Ibid, & 1379. B.

84 Sp. Sanctus semper est vel nomen commune tribus personis, & spiritibus beatis; vel personale à Christo institutum. 1205. Nunquam exprimit relationem relatiuo conceptu. Ibid.

85 Sp. Sancti nomen rectè accommodatum est diuinæ personæ. 1357. & seq.

86 Sp. Sanctus metaphoricè dicitur à D. Bernardo nexus, vinculum, glutem firmum, vnde hæc non sunt nomina personalia. 1380. B. & seq.

87 Sp. Sanctus licèt nunquam nobis donaretur; esset nihilominùs donum. 1282. B. V. Donum.

88 Sp. Sancto appropriata nomina temporaria, Dominus, & viuificans ob similitudinem. 1380. Dominus, quia dominatus ad amorem pertinet. 1389 A. Item viuificans, seu cor Ecclesiæ, & caput Christi, quia in Deo operatio voluntatis est origo omnium operationum externarum, qualis est animorum viuificatio. 1389 B.

89 Sp. Sanctus dicitur etiam Dominus, & viuificans ob dissimilitudinem amoris mundani, qui tyrannus, & seruilis, & lethalis est. Ibid.

90 Sp. Sanctus dicitur septiformis. 1390. B.

91 Sp. Sanctus dicitur pignus, seu magis congruè arrha, quæ est idem, ac pars mercedis reddendæ, & hoc non est proprium Sp. Sancti. 1391. Item Spiritus promissionis. Ibid. Item signaculum, quatenùs charitas est signum eorum, qui Dei sunt. 1391. A.

92 Sp. Sanctus dicitur Paracletus, id est consolator peccatorum, & exulum. 1391. B. Dicitur Deus patientiæ, & solatij, quia est amor Patris, & Filij, quo se diligentes nobis parcunt. Ibid. Dicitur aduocatus noster, dum corda nostra excitat, vt precemur. 1392.

93 Sp. Sanctus datur à Patre, & Filio, & dat se ipsum. 1392. B. & seq.

94 Sp. Sanctus ab æterno procedit in Deum, ad nos autem in tempore. 1415. B.

95 Sp. Sanctus fuit post Christum missus, vt manifestaret Filium, sicut Filius Patrem. 1419. A.

96 Sp. Sanctus in columba, & igne non dicitur missus, sicut Filius missus est in carne per vnionem hypost. dicitur missus visibiliter propter signum externum sensibile, & simul propter nouitatem rei, quam in nobis operatur. Ibid.

SPONTANEVM.

1 Spontaneum latè quid sit. 480. B. Etiam in brutis reperitur. Ibid.

SVBIECTVM.

1 Subiectum relationis etiam præcipuum potest esse fundamentum ipsius. 626. B.

2 Subiectum non ita se habet ad accidentia, vt materia ad formam, quatenùs hæc per formam diuiditur diuisione formali, ac proindè ante formam dispositionibus, & causalitate materiali, qua signatur. 852. A.

3 Subiectum licet sit commune pluribus accidẽtibus recipiendis, tamen singula accidentia non possunt de alio subiecto fieri, neque alteri inesse. 852. B.

4 Subiecti naturalis capacitas definita est per vnam specificam formam vnius generis in actu perfecto. 862. B. 863. A.

5 In subiecto, species, & habitus nõn sunt in actu perfecto, nisi quando applicantur ad actionem; qualitates contrariæ, nonnisi in gradibus intensis. Ibid. V. Species.

6 Subiecti capacitas potest à Deo ampliari, subiecti vnitas non potest multiplicari. 867. A.

SVBSISTENTIA.

1 Subsistere pro consistere, seu non vltra progredi, & pro residere in vltimo loco est proprium solius suppositi; pro consistere, seu per se stare, seu non nisi altero conuenit Deitati, & naturæ angelicæ. 926. B. 928. A. 1047. A. 1051. A. 1143. B.

2 Subsistere, & substare non idem sunt. 927. A.

3 Subsistit propriè id, quod non indiget substentante, cui nitatur. 927. B.

4 Subsistens pro consistente, & residente vltimo loco coincidit cum supposito. 928.

5 Subsistentia pro modo non nitendi alteri non est res addita vlli naturæ, sed modus intrinsecus entis completi, sicut modus per se standi est intrinsecus substantiæ. 928. B. 929. 930. 931. A. 1048. B. Non ad subsistentiam hoc modo datur, sed ad subsistendum hypostaticè incommunicabiliter additur proprietas hypostatica. 929. A. 930. A. 937. B. 939. A.

6 Subsistentiam modum intrinsecum magis habet suppositum à natura, quàm à proprietate. 929. B.

7 Subsistentia diuina non additur naturæ diuinæ, quasi attributum distinctum ab alijs. Ibid.

8 Subsistentia modus intrinsecus non obstat assumptioni. 932. A. 941. B.

9 Subsistere in supposito dicitur natura materialis, & partes eius essentiales integrantes. 932. B. Non sic naturæ, aut partium modi reales, nec proprietas hypostatica, nec existentia. Ibid. V. Natura.

10 Ad subsistendum non sufficit sine organo operari, & recipere operationes. 934 A.

11 Ad non subsistendum non sufficit esse in alio, vt formam. 934. B.

12 Non subsistit illud solum, quod in nullo est. 1052. A. V. Deitas.

13 Sæbsistentia naturæ, nec exigitur, nec reijcitur à supposito vno, & sic neque à tribus. 1052. B.

14 Subsistentiæ essentialis, seu absolutæ vsurpatio in diuinis pro modo subsistendi intrinseco licita est. 1054. B.

15 Subsistentiæ absolutæ nomine in diuinis abstinere satius est. 1055. B.

16 Subsistens vnum essentiale esse in diuinis, dicendum non est, sed vnam essentiam subsistentem. Ibid. Nouo nomine dici posset absoluta consistentia. 1056. A.

17 Subsistentia pro perfecta existentia est actus suppositi creati tantùm, & in Deo est vna sola etiam cum personis comparata. 1058. A. 1143. A. 1145. A.

18 Subsistentia, si summatur prout est propria suppositi, seu pro proprietate hypostatica, sunt in Deo tres rationes subsistendi, & formaliter tres subsistentiæ. 1059. A. 1061. A. 1143. A.

19 Subsisten-

19 Subsistentia si sumatur pro modo intrinseco non nitendi alteri, vna est ratio subsistendi, & formaliter vna subsistentia absoluta Deitatis, imò & personarum, & relationum, & insuper sunt tres relatiuæ. 1058.& seq.n.6.7.11. &c. 1061. B. 1143. A. 1144. A. 1145.A.
V. Persona.
20 Subsistendi simpliciter ratio personis est Deitas, subsistendi incommunicabiliter, & relatiue ratio est proprietas. 1059.B. 1149. B.
21 Subsistere modus intrinsecus nihil addit rei, cuius est modus, alteri rei maximè. 1060.A. 1066. B.
22 Subsistentia pro modo entis perfecto non est ens, nec est perfectio simpliciter saltem addita. 1063. A. 1066. B.
23 Subsistentia absoluta non est terminus naturæ saltem vltimus. 1064. 1066. A.
24 Subsistens perfectè est per se existens, quod non est assumptibile. 1064. B.
25 Quidquid subsistit, ad se subsistit saltem ex modo intelligendi. 1063.
26 Subsistentia aliquando pro substantia, sed melius pro hypostasi accipitur. Ibid. & 1076 B.
27 Subsistentiæ quatuor non sunt concedendæ in diuinis propter æquiuocationem, sed quatuor modi subsistendi. 1066. A.
28 Subsistentia in concreto aliquando pro substantia subsistente vsurpatur. 1063. 1076. B.
29 In subsistentia ratio subsistendi conuenit priùs secundis substantijs. actus per se existendi priùs indiuiduis. 1076.A. 1099.B.
30 Subsistentia pro hypostasi melius accipitur, quàm pro substantia. 1063. 1076. B.
31 Quod subsistit per se in consideratione absoluta est vnum. 1118. B.
32 Tres res subsistentes, siue tres subsistentiæ nomine abstracto pro concreto in diuinis sunt secundum fidem. 1142. A.
33 Hæc duo subsistere absolutè, & subsistere relatiue necesse est habeat Pater à distinctis formis. 1144. A.
34 Subsistentia essentialis cum personis non coniungitur tribus modis distinctis ipsius subsistentiæ, aut naturæ, & oppositum est error Viterbiensis. 141. B. 1121. B. 1145.B,
35 Nec subsistentia essentialis, nec aliud quidquam essentiale speciatim pertinet ad personas. 1146.
36 Subsistens multiplicatur relationibus diuinis. 1146.B, 1148. B.
37 Subsistens vnum non est tribus relationibus diuinis, siue proprietatibus constitutum, sicut neque est vna persona. 1147. A. 284. B.
V. Proprietas.

SVBSTANTIA.

1 Substantiæ materialis species in consideratione physica est indiuiduis communis communitate, quæ habet fundamentum in re, seu cum distinctione reali. 1021.B. V. Genus.
2 Substantiæ vulgaris definitio, quòd sit ens per se, improbatur. 1075.A. Item illa definitio, quòd sit aptum per se esse, imptobatur. 1075. B.
3 Substantia creata optimè definitur à D. Thom. id, quod habet essentiam, cui debetur esse per se, seu cui acquiritur esse. 1075.A. 1076.B. 1080. B.
4 Substantiæ secundæ quoad rationem essentiæ sunt magis substantiæ, primæ verò quoad actū existendi. 1076. A.
5 Substantia in creatis analogum est. 1076. B.
6 Substantiæ nominis deriuatio, & multiplex significatio. 1078. B.
7 Nomen substantia vt significat ens per se, proprijssimè Deo tribuitur. 1079.B 1081. A.
8 Substantia diuina definitur id, quod per essentiam est. 1080.
9 Substantia vt significat ens per se, est analogū, & commune substantiæ creatæ, ac diuinæ. 1080. B.
10 Substantia vt communis ad creatam, ac diuinam, si significet non solùm esse, sed existentiā, definitur id, quod habet essentiam, seu cui conuenit esse per se. 1080. B. 1081. B.
11 Substantia olim pro suppositis vsurpabatur, & numerabatur. 1083. A.
12 Substantia spectatā nominis significatione absolutè significat essentiam non suppositum. Ibid.
13 Substantias tres modò dicere non licèt. 1083.
14 Substantiæ primæ, & secundæ nomina non coaptantur rebus diuinis. 1085. A. 1092.B.
V. Deitas.
15 Substantia prima in angelis est natura specifica completa, addita proprietate hypostatica; secunda substantia est genus. 1084. A.
16 2. substantia est maximè substantia, non intentio. 1098. B.
17 Substantiæ diuisio in primam, & secundam est diuisio analoga substantiæ consideratæ secundum modum subsistendi intrinsecū. 1098. B. 1100. Diuisum huius diuisionis non definitur. 1100. A.
18 Substantiæ proprius est modus subsistendi, estque sola consideratione in secunda per primam. 1100. A.
19 Maximè substantia dicta à subsistendo, vel substando est hypostasis, maximè substantia, id est tota substantia, seu tota ratio substantiæ, est genus substantiæ, vel Deus. 1099. A.
20 Substantiæ primæ, & secundæ nihil est commune quasi diuisum, sed est aliquid commune analogicè, quod conueniat secundæ per primā. 1101. A.
21 Substantia resoluitur in se ipsam, & abstrahitur à se ipsa secundum id, quod conuenit cum accidente, ac proinde secundum aliquid commune, quod est ens. 1226. B.

SVPERNATVRALIS.

1 Supernaturalia quoad modum operandi, & quoad entitatem. 6.

SVPPOSITIO.

1 Suppositione vt nomen sit commune satis est vt cum disiunctione supponatur pro pluribus; scil. pro vno, vel pro alio. 661. B.
2 Supponitur nomen solùm pro directè contentis sub forma significata: connotat alia non sic contenta. 1200. A.
3 Suppositio est ipse vsus nominum, quatenùs loco rerum substituuntur, vel supponuntur. 1326. A. V. Deus.
4 Supponi non est significare, sed significando aliquid importare. Ibid.& 1200. A. V. Deus, Enunciatio, Nomen.
5 Vt supponatur nomen pro re, non est necesse quòd vere affirmetur de ea. 1326.A.

6 Suppoſiti,& verificari diuerſa ſunt. 1326. B.
7 Suppoſitio abſoluta qnid ſit. 1328. B.
8 Omnis ſuppoſitio abſoluta eſt etiam perſonalis. 1329. B.
9 Suppoſitio ſingularis incõpleta nominis, Deus, in ſubiecto propoſitionis ſufficit ad contradicentes, at in ſyllogiſmo expoſitorio non ſufficit ad medium ſyllogiſticum in conſequentia formali. 1368. A.
10 Suppoſitio communis nominis, Deus, dicitur diſtributio extra terminum. 1368. B.
11 Ad ſuppoſitionem ſingularem in ſyllogiſmo conſtante nominibus diuinis, cauendum ne deſit ſingularitas completa. 1369. A.
V. Deus.
12 Suppoſitio diuinorum nominum abſtractorũ ſingularis, eſt compleiè ſingularis. 1369. B.

SVPPOSITVM.

1 Suppoſitum cum natura creata multiplicatur, quia ſe ad innicem definiunt. 182. B.
2 Suppoſitum diuinum, eſt infinitum non ratione proprietatis, ſed naturæ. 183.
3 Suppoſita plura in natura eadem eſſe non poſſum, niſi propter originem, atque adeò relatiua. 184. A.
4 Suppoſitum eſt id, quod habet naturam. 880. A. 882. B. 885. B.
5 Suppoſitum ſiue cum ijs, quæ ſunt propria ſuppoſiti, ſiue etiam nudum, à natura diſtingui ſaltem in rebus corporeis, ratione naturali oſtenditur. 880. B.
6 Suppoſitum, & natura in Deo ſola ratione formali diſtinguuntur. 881. A. In creatis corporeis diſtinguitur ipſa oſtenditur ratione naturali, & ex fide. 881. B. 887. Oppoſita ſententia non eſt conſentanea fidei. Ibid.
7 Quòd ſuppoſitum creatum, & natura diſtinguantur ſola relatione rationis, non ſenſit Durandus, & eſt error in fide. 882. A.
8 Suppoſitum addit naturæ indiuiduæ aliquid reale poſitiuum, & non ſolam negationem dependentiæ ab alio actualis, & aptitudinalis. 882. B. 885. B. 886. B. 1091. B. Oppoſita ſententia vnde orta. 1191. B.
9 Suppoſitum vt ſic non eſt nomen negationis, ſed eſt prima ſubſtantia, & maxime ſubſtantiæ, ſuſtentaculum per ſe accidentium, & principiũ per ſe operationes. 883. 1943. B.
10 Suppoſitum differt à natura, quæ etiam habet negationes actualis, & aptitudinalis dependentia ab alio. Ibid.
11 Suppoſitum eſt complementum entis, atque adeò aliquid reale poſitiuum, quod negationes conſequuntur. 884. A.
12 Suppoſita diuina ſunt res poſitiuæ ſubſiſtentes in natura, & ab ea diſtinctæ proprietatibus relatiuis. Ibid.
13 Suppoſitum creatum eſt incapax diuinæ ſubſiſtentiæ, natura capax. 884. B. 885. A.
14 Suppoſitum aſſumi ſola negatio non prohibet. 884. B.
15 De ſuppoſito ſententia Scoti, quod addat naturæ ſolam negationem dependentiæ ab alio, non cohæret cum ipſius aſſerto, quòd ſuppoſitũ poſſit aſſumi. 885. A.
16 De ſuppoſito ſententia hæc eſt periculoſa in fide, & parum abeſt ab errore. 886. B.
Pro ea interpretationes plures refutantur. 886.
17 De ſuppoſito quòd non diſtinguatur re ipſa à natura non eſt probabile, etsi de exiſtentia id permittatur. 886. B.
18 Inter ſuppoſitum, & naturam materialem diſcrimen Ariſtotelem agnouiſſe ex parte, verosimile eſt. 880. B. 887. A.
19 Inter ſuppoſitum, & naturam diſtinctionis ſaltèm formalis ignoratio cauſa hæreſis Sabellianæ, & Arianæ. 887. B.
20 Suppoſitum non addit naturæ potentiam paſſiuam accidentium, nec ordinem ad illa. 888. 889.
21 Suppoſitum addit naturæ proprietatem diſtinctam ab exiſtentia, ſiue ſola, ſiue simùl cũ negationibus dependentiæ, aut cũ modo reali. 890. vſque ad 894. V. Proprietas. Exiſtentia.
22 Suppoſitum prius natura concurrit ad operandum, quàm natura, aut virtus ſuppoſiti. 903. A. 905. B. V. Chriſtus.
23 Suppoſitum creatum non poteſt ſubſiſtere in pluribus naturis, bene tamen diuinum, quia infinitum. 909. B. 1046. A.
24 In ſuppoſitis pluribus creatis vna natura eſſe non poteſt, bene tamen in increatis, non ſolùm quia hæc infinita ſunt quoad munus ſuppoſiti, ſed maxime quia relatiua. Ibid. & 910. 1046. A. 1118. A. Ratio totius non eſt ratio formalis ſuppoſiti, & ſicut ad ſuppoſitum, ita ad naturam pertinet. 914. B. 920. V. Terminus.
25 Suppoſitum, vbi forma eſt indiuiſibilis, in nutritione ſemper eſt idem, quà ſuppoſitum eſt, licet mutetur ratione naturæ. 913. A. 915. B.
26 Suppoſitum, vbi forma eſt diuiſibilis in nutritione non ſolùm ratione naturæ, ſed quà ſuppoſitum eſt ſuo modo mutatur. Ibid. Eſt tamen idem ſimpliciter continuitate partium. 915.
27 Nec ſuppoſitum nouum, nec noua proprietas hypoſt. producitur facta diuiſione, ſi eadem natura perſiſtit; ſed pars fit totum. 913. B. 914. A. 915. B.
28 Suppoſitum nec conſtituitur, nec apprime explicatur negationibus dependentiæ actualis obedientialis, & potentiæ naturalis ad dependendum. 916. B. 917. A.
29 Suppoſiti adæquata, & præcipua negatio, eſt eſſendi in alio. 2. inadæquata eſt coniunctionis cum aliena natura; 3. tranſcendens eſt vnitas. 917. B. 918.
30 Suppoſitum dicitur incommunicabile, non quia eſt vltimò terminatum; ſed quatenùs eſt id, quod habet omnia, & ipſum à nullo habetur. 919. A. 1064. A. 1289.
31 Suppoſitum diuinum philoſophice loquendo non communicatur, nec datur naturæ aſſumptæ. 919. B.
32 Suppoſita, quæ erant ſola diuiſione duo, confluunt in ſuppoſitum vnum ſola continuitate partium. 920. A.
33 Suppoſiti partes integrantes vt ſic, pendent à toto, cui communicantur per continuitatem, & desinunt eſſe ſuppoſita tota, & perfecta, ſeu ſuppoſita abſolute, ac ſimpliciter, & in actu, ſed ſolùm ſunt ſuppoſita in potentia. 920. B. 935. B. Seruant rationem formalem, & incommunicabilitatem ſuppoſiti. Ibid.
34 Nec ſuppoſitum, nec, quæ ſunt propria ſuppoſiti à Verbo ſuere aſſumpta. 923. 1016. A.
35 Suppoſiti propria ſunt proprietas, exiſtentia, filiatio, &c. Ibid.

36 Suppositio accidentia inhærent per naturam, & cum eo assumuntur, tametsi sint supposito posteriora. 922.B. 1016.A.
37 Suppositum pendet à natura, & è contra, diuersimodè. 927.B.
38 In suppositi existentis productione ordo. 928. B. 989 A. 991. B.
39 Suppositum existit simpliciter per existentiã substantialem totius; per accidentia verò secundum quid. 979. A. V. Existèntia.
40 Suppositum existens est coniunctum per se, non per accidens, nisi intelligas contingenter. 1013. A.
41 Supposita diuina dicuntur indiuidua non logica, sed quia incommunicabilia. 1043. A. Dicuntur propriè, ac simpliciter distingui numero, non sic differre. Ibid. Habent indiuiduationis principium non reale, sed metaphysicum, scilicet proprietatem hypostaticam. 1044. A.
42 Suppositum creatum, quatenùs suppositum, habet principium indiuiduationis, siue incommunicabilitatis proprietatem hypostaticam. 1044 A.
43 Suppositа diuina plura sunt solis proprietatibus hypostaticis multiplicatis. 1044
44 Non suppositа tria, seu hypostases tres, sed tres potentias in Deo concedens ScegKius, & Caluinus hæretici refutantur. 1046.
45 Suppositi synonimum non est subsistens in natura adiectiuè, sed subsistens substantiuè. 1045. A.
46 Nominis suppositi, siue personæ ratio accipitur à significato vltimo, & quòd præcipuè significatur, scilicet à proprietate hypostatica. Ibid.
47 Suppositа diuina non sunt plura secundum quid, scilicet in natura, sunt plura simpliciter, id est absolutè, sed non simpliciter, id est omnibus modis. 1045. B.
48 Suppositum, seu subsistens materiale fit incommunicabile sola preprietate; fit subsistens natura, & proprietate simul. 1056. B.
49 Suppositum in Deo est perfectio simpliciter, sed non addita naturæ. 1063. A. Addit ad naturam relationem cum modo subsistendi. Ibid. V. Deitas.
50 Suppositа tria in dininis absolutè sunt vnum, & non tria in genere neutro. 1082. B.
51 Suppositа tria in diuinis possunt dici tres primæ substantiæ reiecta æquiuocatione. 1085. A.
52 Suppositа tria possunt dici tres substantiæ incommunicabiles, aut indiuiduæ. 1085. B.
53 Suppositum, hypostasis, subsistentia, & res naturæ sunt synonima. 1088. A. 1094. A.
54 Suppositum diuinum magis propriè dicitur res naturæ, quàm Deus. Ibid.
55 Suppositi significatio. 1088. B. Eius definitio 1092 B.
56 Suppositum ex prima institutione significat intentionem dialecticam, id est indiuiduum substantiæ; modò ex vsu Philosophorum rem cui conuenit intentio. Ibid. & 1094. A.
57 Suppositum, vt & indiuiduum, apud Dialecticos vniuocum, apud Philosophos analogum; sic persona significat intentionem, & rem. Ibid. & 1097. A.
58 Suppositum nominis est res, pro qua nomen supponitur. 1335. A.

SYLLOGISMVS.

1 Syllogismi expositorij in diuinis, vt nominibus concretis fiant absque fallacia pro conclusione indefinita, aut singulari cauendum ab vniuersali. 1363. A. V. Deus. Suppositio.
2 Syllogismi in diuinis cum prædicatum & subiectum est essentiale, rectè procedunt siue affirmationem, siue negationem concludendo. Ibid.
3 In hoc syllogismo, Hic Deus est Pater, hic Deus est Filius; ergo Pater est Filius, arguitur ab identica ad formalem. 1370. A. Item arguitur à non relatiuis ad relatiuum oppositum, & est fallacia accidentis, siue relatiua exprimantur per nomina relatiua, siue absoluta. Ibid.
4 A syllogismorum arte nomina diuina abstracta non sunt reijcienda. 1369. B.

SYMBOLVM.

1 Symboli verbis illis, Credo in vnum Deum Patrem apponitur duplex lectio Catholica. 208. B.
2 In symbolo Nysseno particula, Filioque, addita dicitur à S. Damaso in Concilio Romano. 386. B.
3 Symbolum Apostolorum intactum conseruat Ecclesia Romana, & sic alia symbola. 388. A.

T.

TANTVM.

1 Tantùm, dictio exclusiua, quando dicitur de Deo, aut diuinis personis, quomodò sit intelligenda. 1335.

TEMPVS.

1 Temporis, siue durationis identitas, vel interruptio non reddit indiuiduum simpliciter idẽ, nec simpliciter diuersum. 837. B. 858. A. Oppositum aduersatur placitis orthodoxis. 858. A.
2 Tempus non est causa vnitatis indiuiduæ, sed indicium. 860. B. 867. A.
3 Tempus idem commune est multis generationibus possibilibus, quæ possunt simul existere 860. B.
4 Tempori, vel instanti causalitas prima materiæ recipientis denuò formam, deiuncta est. Ibid.

TERMINVS.

1 Terminus est necessarius ad actionem non transeuntem, sed immanentem tanquam ad finem, vt per eum terminum tendat in obiectum. 267. A. V. Actio. Anima. Materia, Pars.
2 Terminus processionis est essentia non sola, sed coniuncta cum proprietate personæ procedentis. 365. A.
3 Terminus formalis diuinæ processionis quasi in genere est essentia addita relatione personali. 529. B. 530. 532. 547. B.
4 Terminus formalis actionis est principalis forma, quam agens communicat. 530. A.
5 Quoad terminos conuenientia inter processionem creatam, & increatam. 530. B 530. A. Inter easdem duplex discrimen. V. Processio.
6 Termini duo formales distincti duabus processionibus attribuuntur. 532. A. V. Anima.
7 Terminus formalis diuinæ generationis proprius non est filiatio non essentia addita filiationes

tione; nec essentia simul, & intellectus. 532. B. 533.
8 Terminus formalis diuinæ generationis proprius est esse diuinum intelligibile, & spirationis esse diligibile. 533. B. 535.
9 Per termini modum declarate est personale. 534. A.
10 Terminus formalis præcipuus operationis est forma communicata, eadem, quæ est principiũ præcipuum; secùs de termino, & principio minùs præcipuo. 533. B.
11 Termini duo formales diuinarum processionum, scilicet esse intelligibile, & esse diligibile, vel sunt duo attributa essentiæ, vel sunt ipsa eadem cognita secundum diuersas rationes, seu relationes rationis, & sic diuersi termini formalis instar habens. 534. B.
12 Terminus ad quem natiuitatis proprius, scilicet Filius etiam sub hoc nomine Filij, si explicatè intelligatur, continet esse intelligibile; similiter Spiritus Sanctus esse diligibile. 535. A. V. Verbum.
13 Per terminos formales processiones diuinæ distinguuntur. 535. B. 539.
14 Terminus formalis intelligitur prior, ac dans speciem processioni diuinæ, quasi causa finalis, posterior quasi in genere causæ efficientis. 537. B.
15 Termini non duo, sed vnus vniuersim colligitur ex vna operatione, quatenùs est vna etiã specie, & ratione formali. 544. A.
16 Terminus formalis est pars termini ad quem. 547. A.
17 Terminus quasi materialis, generationis est persona Filij, quasi formalis præcipuus, Deitas; quasi formalis specificans, est esse intelligibile. Ibid.
18 Terminum, scilicet formalem specificantem, & materialem, seu ad quem, amor significat, sicut & Verbum 547. B.
19 Terminus relatiui, & correlatiuum idem est. 644. A.
20 Terminus nomen significat denominationem extrinsecam. Item æquiuocè relationem terminantis, seu correlatiuum. Ibid. 647 B. 640. 650.
21 Terminus dissecans partes integrantes accidit supposito ratione naturæ, terminus hypostaticus accidit naturæ propter suppositum. 914. B. V. Natura.
22 Terminatio rei non est ratio incommunicabilitatis, sed distinctionis. 919. A. V. Subsistentia.
23 Terminus per actionem productus, vt forma per generationem distinguitur ab actione ex natura rei. 1000. B. 1078. A. V. Suppositum.

TERNARIVS.

1 Ternarij diuinarum personarum vera explicatio. 196. B. 192. B.
2 Ternarius quo modo definiri possit. Ibid.
3 Ternarius numerus perfectus. 200. A.

THEOLOGIA.

1 Theologia manet in Patria. 42. A.
2 Theologiæ obiectum. 2. B.
3 Theologiæ disputatio duplex. Ibid.
4 Theologia sacra dicitur princeps sapientia inter scientias. 3. A.
5 Theologia nostra quid spectet. 19. B.

S. THOMAS.

1 S. Thomæ laudes eximiæ in oratione præmiali, & pag. 1074.

TOTVS.

1 Totum est relatum secundum esse ad partes. 595. A.
2 Totius existentia cum vnitate totius antecedit naturam existentiam partium, & relationem vnionis inter partes. 635. A. V. Quantum. Suppositum, Relatio, Partes, Trinitas.

TRANSCENDENS.

1 In transcendentibus est prædicatio in concreto, & abstracto, vt entitas est ens. 572. A.

TRINITAS.

1 Trinitas diuinarum personarum ratione naturali non potest demonstrari. 23. 27.
2 Trinitas ne in opinionem quidem, suspicionemvè incidere potest, nisi ex prædicatione fidei diuinæ. 27. 28.
3 Trinitatis analogia non inuenitur in creatis. 29. A. 25 B. 48 B. 51. B. 55 A.
4 De Trinitate Ethnicorum dicta, vnde accepta. 28. 31. 32.
5 Trinitatem demonstrans ratio nulla inuenitur etiam post fidem. 35.
6 Trinitatis, aut diuinæ essentiæ euidens memoria non mansit in D. Paulo. 37.
7 Trinitatis mysterium nec datis principijs fidei per euidentem consequentiam explanari probabilius est. 36.
8 Trinitatis species abstractiua nulla esse potest, quæ sit per se euidens. 36. B. & seq.
9 Trinitatis mysterium esse euidenter credibile aliud est; aliud esse euidenter possibile. 42. A. 45. A. 47. A.
10 Trinitas creata. 54. A.
11 Trinitas duplex in sensu hominis. Ibid.
12 Trinitas quædam communis omnibus rebus. Ibid.
13 Trinitatis similitudo in aqua, item in lumine. 54. B.
14 Trinitatis mysterium nobis reuelari, ob quas rationes fuit conueniens. 57. B. & seq.
15 Trinitas dicitur totum minùs propriè sumptum pro eo, cui nihil deest. 199. A.
16 Trinitatis mysterium etiam nostro modo intelligendi non repugnat intellectui. 1170. B. 1171. A. 1173. B. 1174. A. V. Intelligere.
17 Trinitatis natura non significat per vnitatem sed tres personas in vnitate naturæ. 1302. B. & seq. Significat ternarium personarum in recto, & vnitatem naturæ in obliquo. 1302.
18 Trinitas, & ternarius non sunt synonima. 1303. A.
19 Trinitas est nomen diuinum significans numerum diuinum, in quo est vnitas. Ibid.
20 Trinitas in diuinis dicitur, sed non triplicitas. Ibid.
21 Trinitas cum iam sit nomen traductum ad significandum ipsas tres personas diuinas in essentia vna, benè potest dici Filius Dei vnus ex Trinitate, aut in Trinitate. 1303. B.
22 Hæ sunt falsæ, Trinitas est Pater, Pater est Trinitas. 1304. A.
23 Trinitas in Deo est, in rigore sermonis negatur, quia personæ non sunt in Deo, sed Deitas est in personis. 1304. B.
24 Neque Trinitas, neque Pater est solus Deus, in forma loquendi scita. 1356.

25 Trinitas

25 Trinitas est tantùm Deus, Pater est tantùm Deus, sunt veræ. Hæc non ita, Christus est tantùm Deus. Ibid.

TRIPLEX.

1 Triplex, vel trinum non est nomen pro Deitate exactè loquendo. 1305. A.
2 Triplex Deus non dicitur, aut multiplex, quia non est triplicatus, sicut neque multiplicatus. Ibid.
3 Triplex persona diuina non dicitur, processio dicitur duplex. Ibid.
4 Triplex, quod est deductum à triplo significat inæqualitatem, & proportionem, quæ in Deo non inueniuntur. 1305. B.
5 Triplex dictum de Deo suspectum est propter inæqualitatem, quam significat. Ibid.

V.

VALENTIA.

1 Valentia perperàm interpretatur Nazianzenum, 96. B.
1 VALentini hæresis. 97. B. 176. 292. B. Eiusdem hæresis de triginta œonibus est Ariana, Item ferè Sabelliana. 546.
2 Valentinus Bidita. 547. A.
1 VANVM quid sit. 312. A.

V. Amor. Sp. Sanctus. Spiratio, Processio, Intellectio.

VERBVM.

1 Verbum triplex, verbum mentale, verbum vocale, verbum cogitatiuæ. 212. Quodlibet ex his tribus est verbum proprie. 213. A.
2 Verbum impropriè pro re dicta, vel effecta per Verbum. 213. A.
3 Verbum amatum est verbum perfectũ. 213. B. Non intellectio, sed omnis terminus intellectionis est verbum. Ibid.
4 Verbum non est ipsa res intellecta. 214. A. Non est res intellecta vt sic. Ibid. Non est species impressa. Ibid.
5 Verbum ab intellectione saltem formaliter distinguitur. 214. B.
6 In verbo cum dicimur intelligere, non significatur causa formalis. 215.
7 Verbum propriè dicitur. Ibid. De intellectione producere est verbum dicere. 216. A.
8 Licèt intelligere sit formaliter verbi productio, tamen aliqua ratione distinguuntur. 216. A.
9 Verbum non est formaliter intellectio producta, præsertim in creatis. Ibid.
10 Verbum in Deo non significat intelligentem productum, sed repræsentatiuum quid. 217. A.
11 In diuinis Verbum in suo conceptu intellectionem non claudit speciatim. Ibid.
12 Inter verbum, & intellectionem esse formalem distinctionem ex natura rei probabile est. Ibid. Vera sententia tenet esse absolutè reale. 217. B.
13 Verbum de Verbo procedenti quodammodò oritur, sed non dicitur illo. 219. B.
14 Verbale nomen aliquando ponitur pro termino operationis. Ibid.
15 Verbi processio non est passio, sed ipsum verbum procedens, sicut processio creaturæ est creatura procedens. 234. B.
16 Neque in verbo, neque in habitu productio est vera passio. 235. A.
17 Intelligere, verbum non includit intrinsecè, loqui includit. 239. B.
18 Inter verbum sensibile, & intelligibile discrimen. Ibid.
19 Verbum est terminus intellectionis, non principium. 246. A.
20 Verbum vt terminum loco rei cognitæ, quare intellectio postulet necessariò, ratio ex parte causæ finalis inquiritur. 247. A.
21 Verbum non est duntaxàt ornamentum intellectus, sed etiam deseruit intellectioni. 247. B.
22 Verbum cur sit necessarium, vera, & adæquata ratio est antecedentia speciei impressæ, seu imperfectæ, similitudinisvè, quæ non sit actualis, & absoluta, sed illius inchoatio, & semen. 248, B. 252. B.
23 Necessitatis verbi quomodò obiecti absentia, & materialitas sint causæ. 249. A.
24 Verbum, quod est persona non procedit propter necessitatem vtilis ad intellectionem, sed propter infinitæ intellectionis fœcunditatem. 250. A. 236. A. 239. A. 444. A.
25 Verbum diuinum vt lux de luce, nostrum verbum quasi lux à tenebris. 250. A.
26 Neque verbum sine intellectione existere potest etiam diuinitùs, neque intellectio productiua verbi sine verbo. 250. B. 436. A.
27 Comparatio, qua verbũ cum intellectione, vt punctum cũ linea, confertur, expẽditur. 251. A.
28 Verbum, quod de intellectione producitur, ad intellectionem ipsam est necessarium. 253. A.
29 Verbum terminat intellectionem nostram intuitiuam, quin ipsum cognoscatur à nobis intuitiuè. 256. A.
30 Verbum non producitur per actionem sensus externi, nec per visionem beatam, nec per cognitionem, qua angelus se intuetur. 256. 266. B.
31 Sine Verbo angelos se inuicem alterutros intueri valde credibile est. 257. A.
32 Verbum per intellectiones etiam supernaturales, excepta visione beata, producitur. 258. B.
33 Verbum à nobis non cognoscitur cum re cognita. 259. A. 161. B. Nec ingenioſi illud cum re cognita experiuntur. 259. B.
34 In verbo angeli intelligunt res, vt & nos, & insuper bonitate intelligentiæ simul cognoscũt verbum. Ibid.
35 Vt verbum sit cognoscendum, vt imago, & nõ vt res, nulla est distinctio in re ipsa. 260. A.
36 In verbo relatio realis imaginis est ad producendum verbum; relatio imaginis ad rem repræsentatam est rationis. Ibid.
37 In verbo, vt in medio cognoscendi, & termino cognitionis, quomodò rem cognoscamus non cognoscentes verbum. 260. B.
38 Verbum cognoscitur ab angelis cum re cognita, & cũ dilectione ipse amor diligitur. 261. A.
39 Verbi esse, est cognosci, hoc est, esse verbi est cognosci rẽ in verbo, seu repræsentari, vel esse verbi est, per tropum esse rem cognitã. 261. B. 263. A. Iuxta hanc interpretationem in verbo cognosci, est aliquid reale, vtpotè effectus formalis verbi. Idid.
40 Verbi effectus formalis est, esse informatum, seu effigiatum intelligibili similitudine. 262. A.
41 Verbum leonis est leo non re ipsa, sed similitudine, sicut imago imperatoris vocatur imperator. Ibid. & 291. A.
42 Verbum cognosci etiam in angelis non est effectus realis. 262. B.
43 Verbũ produci nihil reale est in verbo. Ibid.
44 Verbi effectus formalis absolutus indicatur hoc nomine relatiuo repræsentare, quod significat relationem rationis. 263. A.

45 Quòd Verbum intelligatur in vſu imaginis, & in actu exercito, & non ſit res intellecta, impoſſibile eſt. 263. B.
46 Verbi ſimilitudo vtpotè actualis oritur à principio aſſimilandi, quod eſt intellectus, & ſpecies impreſſa ſimul, ac proindè à cauſa æquinoca. 263. B.
47 Per verbum vt per ſubſtitutum res abſens cognoſcitur, vt abſens eſt. 266. B.
48 Verbum ſemper eſt neceſſarium in notitiâ abſtractiua creata, vt obiectum coniungatur cum potentia, in intuitiua non ſemper. Ibid.
49 Verbum producit quicunque intelligit, ſed non perpetuò, & neceſſariò. 268. A.
50 Verbi productio quo pacto dici poſſit accidere intellectioni. Ibid.
51 In verbum, & rem intellectam idem eſt motus intelligentiæ, etſi verbum non intelligatur. 268. B.
52 Verbum, & amor ſunt neceſſaria propter proceſſiones diuinas, & ideò diſtinguuntur. 285. A.
53 Verbum, aut eius realem proceſſionem Deo vt ratio naturalis tribuat, nulla eſt neceſſitas. 289. A.
54 Verbum diuinum ex propria ratione ſuæ proceſſionis eſt Deus, Amor Deus. 290. B.
55 De verbo duæ extremæ hæreſes, Valentini altera, altera Alogianorum. 292. B.
56 Inter verbum, ſeu amorem diuinum, & creatum quoad coniunctionem, atque adeò vnitatem, & identitatem cum ſuo obiecto diſcrimẽ. 291. A.
57 Verbum in Deo eſt perſona. 293. A. 294. B.
58 Verbi in communi definitio expenditur. 293. B. 301. B.
59 Verbum creatum ſignificat de formali abſolutum, connotat relationem producti. 294. A. 202. A.
60 In Verbo diuino vtrumque ſignificatur de formali, relatio eſt præcipuum ſignificatum, vt actus vltimus conſtituens, abſolutum eſt præcipuum cognitum. 294. B. 302. A.
61 Verbum diuinum habet declarare, ſeu repræſentare ratione eſſentiæ, non ratione proprietatis. Ibid.
62 Verbum in Deo non eſt eſſentiale in vlla opinione probabili. 297. B. 1378. B.
63 Verbum diuinum eſt propriè Verbum, ſed non medium intelligibile. Ibid. Eſt terminus primæ proceſſionis, quæ eſt ad intra per ſcientiam ſpeculatiuam; medius, vt cauſa à cauſa procedens reſpectu ſecundæ proceſſionis, quæ eſt ad extra per ſcientiam practicam. 298. A.
64 Verbum ex propria ratione ſua procedit re ipſa de intelligente. Ibid. Intellectio non ſic, ſed ſolum eſt operatio obiectum proſpectans. 298. A.
65 Verbum eſſentiale, neque cogitari rectè poteſt, vt prolatum, ſeu procedens ab intellectione. 298. B.
66 Verbum vtrumque ſcilicèt creatum, & diuinum eſt forma intelligibilis repræſentans ex parte obiecti in opinione conſtituente in Deo formam intelligibilem; ſecùs in opinione contraria. 302.
67 Quòd verbũ nihil reale intelligibile indicat ex parte termini dici poteſt, ſed ſolas relationes repræſentantes, quæ ſunt rationis. 303. B. Iuxta hoc Verbum diuinum ratione formali, vt verbũ eſt, non eſt forma intelligibilis perficiẽs intellectum, ſed ab intellectu producta. 304. A.
68 Quòd verbum ſit etiam eſſentiale aſſerere, non eſt error contra fidem. Ibid.
69 Verbum diuinum non eſt id, quo formaliter Pater intelligit, nec eſt perfectio intelligentis addita. Ibid.
70 Verbi propria ratio non eſt repræſentare, ſed procedere ab alio. 304. B.
71 Verbum diuinum ſecundum eſſe intelligibile ſignificat principaliter eſſentiam. Ibid.
72 Verbum non repræſentat ſecundariò Spiritũ Sanctum. 318.
73 Vt verbum creatum ſit Filius nihil prohibet, niſi id ſolum, quod eſt accidens. 424. A.
74 Verbum diuinum ſua proceſſione eſt maximè propriè exemplatum. Ibid.
75 Verbum procedit ab intellectu, & ſpecie impreſſa, vt ab vno agente informato, & in actu. 329. A.
76 Hæc, per Verbum operatur Pater, eſt vera proprio loquendi modo. Item eſt vera per accommodationem. 400. B.
77 Verbo non intelligit Pater, ſed dicit Verbo. 444. A.
78 Verbo ſe dicit Pater, & omnia Verbo. 445. A.
79 Verbum actiuum aliquando tranſit ſignificatione in obiectum, etſi hoc non ſit actione productum. 448. B.
80 In Verbo intelligit Pater, vt in prima ratione intelligibilium. 450. A.
81 In Verbo Patrem intelligere aliud eſt, aliud Verbo, & aliud per Verbum. 450. B.
82 In Verbo intelligere, dum dicitur Pater, prout intelligibilia ſunt in Verbo, non ſignificatur modus intelligendi, ſed rei intellectæ. 451. A.
83 Ad verbum pertinet eſſe intelligibile, ſeu declaratiuum non ſolùm per accommodationem ſapientiæ, ſed vt attributum eſſentiale, addita proprietate clauſum in ratione formali Verbi. 451. B. 452. B. Sic Beati vident in Verbo. Ibid.
84 In Verbo intelligere non eſt notionale, ſed eſſentiale. 451. B.
85 In Verbi conceptu expreſſo continetur ratio intelligibilis, quæ eſt eſſentialis. 456. B.
86 Verbum procedit de contemplatione creaturarum, & omnium intelligibilium etiam non entium. 455. A. 458. B. 462.
87 Verbum procedit ex comprehenſione eſſentiæ, quæ eſſentia eſt ratio intelligibilis omniũ creaturarum poſſibilium. 458. B.
88 Verbum procedit de cognitione, imò de ipſo intuitu diuinarum perſonarum. 459.
89 Verbum producitur à Patre intuente eſſentiam, vt in ſe eſt, & vt expreſſiuum eſſentiæ. 459. B.
90 Cognitione comprehenſiua, de qua Verbum procedit, Pater videt perſonas in ſe ipſis, vt in ratione cognita. 460. A.
91 Quin Verbum, ſeu Filium videat Pater, ſe videre non poteſt. 460. B.
92 Verbum, vt poſſibile, item vt productum, & exiſtens, eſt obiectum cognitionis paternæ intuitiuæ, & eam antecedit prioritate duntaxàt rationis; idem Verbum vt poſſibile eſt terminus per eam, & originem productus, & conſequens ordine reali naturæ. 460. B.
93 Ante Verbi originem perſonæ à nobis abſtractiuè cognoſcuntur vt producibiles in actu exerci-

exercito, & vt existentes in actu signato, seu vt existentes à Patre videri. 461. B. Contra etiam nostro modo intelligendi à Patre videntur vt existentes in actu exercito, & vt producibiles in actu signato, seu vt producibiles à nobis intelligi. 461. A.

94 Ante Verbi originem intellectionem Patris, neque vt abstractiuam, neque vt intuitiuam à nobis meditari forte non est improbabile. 461. B.

95 Verbi visio, seu verbum visum, vt existens, in illa prioritate ante originem Verbi antecedit, sed non verbum vt existens. 462.

96 Si per impossibile ponatur etiam non cognitis creaturis, diuina cognitio esset adhuc cõprehensiua, vt modò est, tunc consequens est generari verbum de illa cognitione. 465. A.

97 Verbum quando procedit vt simile rei cognitæ. 466. B.

98 Verbum diuinum non procedit vt simile creaturis etiam vt sunt in essentia. Ibid.

99 Verbum quando procedit ab obiecto cognito, Ibid.

100 Verbum non procedit ex scientia visionis. 469. A.

101 Verbum, vt terminus est, solum habet esse intelligibile, vt est persona subsistens omnia æquè sibi vendicat. 535. A.

102 Verba esse plura etiam numero in Deo repugnat ex vnitate formali naturæ, & intellectionis. 544. B.

103 Verbum non dicitur fuisse corpus, quod erat in sepulchro, nec dicitur sanguis. 942. B.

104 Verbum scriptum siue prolatum significat formaliter relationem rationis. 1203. B.

105 Verbum mentis est relatiuum secundũ dici. Ibid.

106 Verbum creatum formaliter significat formam absolutam, Verbum diuinum relationem vt subsistentem absoluto conceptu, & simul naturam. Ibid.

107 Verbum commune creato, & increato significat absoluto conceptu terminum intellectionis. 1204. A.

108 Verbum semper est nomen personale, & sic amor si est nomen proprium termini dilectionis; Filius aliquando personale, aliquando relatiuum. 1204. B.

VERVM.

1 Verum aliud est extra intellectum, aliud in intellectu etiam ex parte obiecti, quod dicitur verum enunciabile obiecti. 167. B.

2 Hoc verum enuntiabile, Homo est animal, nihil est re ipsa, nisi ipse homo enunciabilis per hoc enunciatum. Ibid.

V. Enunciatio. Bonum. Verbũ. 3 Prima veri ratio sumitur ab intellectu diuino. 169. A. Ante illum nulla est attributorum distinctio etiam per rationem. Ibid.

4 Veritas ex parte cognoscentis in intellectu, & enunciatione. 169. B. Cur dicatur æterna. Ibid.

5 Verum formaliter in creatis comparatur cum solo intellectu diuino practico, & est illi conforme. 577. B. 583. 585. A. 584. B. 587. 589. B. 590. A. 553. B. V. Relatio, Ens, Intellectus.

6 Veri nomine non significatur absolutum, sed quid commune absoluto conceptu, sicut nomine entis. 578. A.

7 Veri nomine non significatur negatio, vt dicatur verum, quod non est fictum. Ibidem. Non significatur conformitas apprehensa rei vt cognitæ per iudicium cum ipsa re. 578. B.

8 Verum sola voce, & æquiuocè, vt causa veritatis, non est passio entis, sed formaliter, vt est ipsa realis conformitas. 581. B.

9 Verum, quod est passio entis non est ipsum ens reale, cum intellectu speculante comparatum. Ibid.

10 Verum non est solum denominatio orta ex consortio plurium ita se habentium, vt tale vnum sit, quale ab alio repræsentatur, vel repræsentabile est. 582. A.

11 Res nostro intellectu speculante cognitæ, vt sic, sunt veræ denominatione extrinseca. Ibid. Item æquiuocè sunt veræ, vt sunt causæ veritatis. 583. B.

12 Veritas, quæ est in intellectu collata cum veritate conueniente rebus est præcipua. Ibid & 579. B. 592. A.

13 Intellectus diuinus nullo modo conformatur, aut mensuratur rebus cognitis. 584. B.

14 Verum in intellectu creato est mensurabile rebus cognitis. 565. A.

15 Hæc nomina verum est bonum, significant in recto ipsum ens, & relationem in obliquo. 576. A.

16 His nominibus non significatur relatio in obliquo, vt nomine scientiæ. 576. B.

17 Mensurabile non verò mensura in creatis est verum propriè. Ibidem, & 583. A. 589. B.

18 Verum in Deo est cum intellectu diuino speculante conformitas non mensuræ, aut mensurabilis propriè etiam nostro intelligendi modo, sed identitatis. 585. B. 593. A.

19 Verum in Deo potest cogitari, vt relatio disquiparantiæ. 586. A.

20 Verum est analogum attributionis. 586. B.

21 Verum commune ad creatum, & increatum est analogum proportionis duntaxat, & passio entis. Ibid. & 593. A.

22 Veri acceptiones plures. Ibidem, & 587. A.

23 Veri relatio prior est, quàm relatio intelligibilis. 589. B. 592. A. Intelligitur etiam prius verum, deinde ipsum intelligibile. Ibid.

24 Veræ simpliciter non sunt essentiæ, dum non existunt, sed sunt veræ in potentia. 590.

25 Nulla res esset vera, si nullus esset intellectus possibilis. 590. B.

26 Veri formalem rationem constituit relatio conformitatis significata in obliquo. 592. A

27 Veriores alijs secundum causam veritatis res nobiliores dicuntur, quatenùs magis accedunt ad nobilitatem mensuræ. 592. B.

28 Verum simpliciter est, falsum verò secundum quid, arte factum arti difforme. 593. B.

29 Verum possibile est conformabile cum intellectu diuino practico. 953. B.

30 Verum nullum est secluso intellectu diuino. Ibid.

31 Veritas est nomen personale Filij, prout est relatio conformitatis ad principium, seu exẽplar. 1388. Est essentiale appropriatum, prout est ipsa identitas intellectus diuini cum re intellecta. 1388. B. Similiter prima bonitas. Ibid.

VISIO.

V. Apparitiones.

1 Visionem Trinitatis videre non possumus, nisi intuendo Trinitatem. 43. B. 48. A.
2 Visionis beatæ species quidditatiuæ dari nequit. 48. A.

VITA.

1 Vita. V. Anima. Attributum.
1 VIVENS. V. Generatio.

VLTIMVM.

1 Vltimum, & primum explicantur per negationes; sed significant relationes. 606. A. V. Perfectio.

VNIO.

V. Causalitas. Anima, Relatio Eus.

1 Vnionis relatio pertinet ad primum genus relatorum, non ad secundum. 635. A.
2 In vnionis realis relatione vnitas totius est conditio fundandi. Ibid.
3 Vnio non est causalitas agentis, nec est causalitas materiæ, & formæ. 810.
4 Vnio præter indiuisum, quod est vnitas compositi, non agnoscitur, nisi aut actio, aut relatio. 812. B.

VNIVERSALE.

V. Deus. Singulare, Natura, Aptitudo.

1 Vniuersalia sunt prior natura secundum modum naturæ intelligentis. 758. A. 1238. A.
2 Vniuersalia continentur in singularibus conceptu distincto. 759. B.
3 Vniuersalium est intellectus per se, aliæ potentiæ, non nisi per negationem. 768. B. 772. B.
4 Vniuersalitas est conditio in obiecto intellectus necessaria posita primò in specie intelligibili. Ibid.
5 Vniuersale si actu reflexo primùm fit, eius definitio extenditur. 769. A.
6 Vniuersale æquiuocè dicitur de naturis, & de intentionibus vniuersalium. Ibid.
7 Vniuersale, & singulare melius dicuntur differentiæ entis, quàm passiones. 772. A. Conueniunt enti prout est in intellectu, conueniunt per se, quia alterum inesse necesse est. Ibid. Vniuersalia sola sunt vniuoca. 1252. A.

VNIVOCATIO.

1 Vniuocatio, vt & similitudo, attenditur penes vnitatem naturæ, non suppositorum. 925. A.
2 Vniuocorum definitio, & etymologia. 1206. B. 1207. A. 1222. 1255. A. V. Analogia. Ens.
3 Vniuocum ob vicinitatem complectitur analoga vnius conceptus, & æquiuocum analoga plurium conceptuum. 1238. B.
4 Vniuocum impedit diuersus modus entis. 1252 V. Vniuersale.

VNVM.

V. Accidens. Actio. Angeli. Similitudo.

1 Vnum non est aptum facere; nisi vnum docens Aristoteles explicatur. 152. A.
2 Vnitas relatiua, seu ad aliud est minima, vnitas essentiæ maxima. 179.
3 Inter vnum, & vniuocum discrimen. 185. B.
4 Vnum non addit enti aliquid positiuum. Ibid.
5 Vnum est passio entis. 186. A.
6 Vnum distinguitur ab ente non re ipsa, sed ratione, id est definitione. 187. A.
7 Vnitas non est purum nihil, sed est negatio concomittans ens. Ibid.
8 Vnum opponitur contrariè multitudini, prout est membrum diuidens ens commune priuatiuè diuisioni, prout est passio entis communis. 187. B.
9 Vnum non significat de formali conflatum ex ente, & negatione. Ibid.
10 Vnum secundum quid est indiuisum à se; vnum simpliciter est indiuisum in se, & à se. Ibid.
11 Vnum simpliciter cui diuisioni opponatur. 188. A.
12 Vnum transcendens negat diuisionem, quæ est negatio, qua vna res non est alia, & ita est negatio negationis. Ibidem.
13 Vnitas transcendens, cur dicatur realis. 188. B
14 Vnum non est negatio plurium, seu multitudinis, sed hanc præcedit re, & cognitione. 189. A.
15 Vnum exactè, & formaliter sic explicatur; non est aliquid, quod sit hoc, & hoc, & hoc non sit hoc. Ibid. Multitudo non est negatio vnitatis, Ibid.
16 Ad vnum, & vnum, seu ad multa indiuisa in se, seu ad indiuisiones singulorum in se, multitudo nihil addit. 189. B.
17 Vnitas in cognitione, seu ratione posterior est, quàm diuisio; in re ipsa est prior. Ibid. Vtrouis modo est prior multitudine. Ibid.
18 Vnum, & multa non opponuntur priuatiuè per se, sed vt membra diuidentia ens. Ibid. Opponuntur priuatiuè per aliud, non quatenùs sunt multa, sed quatenùs sunt diuisa. Ibid.
19 In vnum, & multa diuisio entis est analogi. 190. A.
20 Maximè vnus Deus est. Ibidem.
21 Vnum non numero vnum, sed ante omnem numerum Deus est. Ibid.
22 In vno quæ negatio inueniatur. 19. B. In 1. enunciabili intelligitur prima negatio, seu diuisio. Item falsa negatio, cuius vera negatio est prima vnitas realis. Ibid.
23 Vnitas entis est vera negatio huius falsæ negationis præconceptæ, quòd hoc ens non sit hoc ens. Ibid.
24 Vnum non est hoc, & non hoc, & ideò non est A. & B. seu plura. 191. A.
25 Ens, & non ens est primum cognitum in quo est negatio. 191. A. Per hoc quòd vnitas dicitur negatio diuisionis in obiecto cognito, vna negatio includitur in ratione alterius, vt antecedens. Ibid.
26 Vnum reale non potest cogitari ante ens. Ibidem.
27 Vnum vt diuisum à quolibet alio est principium numeri. 192. A.
28 Vnum transcendens secundum quod significat diuisum ab alijs, & ex consequenti numerus transcendens significat quid vnum positiuum. 195. A. V. Numerus.
29 Vnitas, & multitudo in Deo sunt aliquid, non ita numerus. 198. B.
30 Vnitates relationum omninò simplicium sunt immensurabiles, & infinitæ, quas sola ratio numerat. 199. B.
31 Vnum, & aliud non est in diuinis, vt in creatis, sed vnus, & alius, &c. Ibid.
32 1. Vnitas personalis in Patre: primus numerus, scilicet primus binarius, Filius, & Spiritus Sanctus. 200. B.
33 Vnitas naturæ in Deo non est re ipsa distincta à singulis vnitatibus personarum. 203. A.
34 Vnitas specifica, seu rationis non est conditio fundandi relationem realem, sed eam conditio-

conditionem indicat. 627. B.
35 Vnitas formalis nec in individuis singulatim fundat relationem realem, præsertim similitudinis. 630. B.
36 Vnitas generica non sufficit ad realem relationem similitudinis fundandam, ne dum analogica. 631. A. 676. B. V. Similitudo.
37 Vnitas specifica inter duas quantitates non est conditio fundandi relationem æqualitatis. 633. A. V. Aequalitas.
38 In vnitate essentiali quantitatis relationem realem nulla ratio cogit agnoscere; tamen in ea relatio innominata permittitur. 634. A.
39 Ab vno, v. c. à Patre non nisi vnus, scilicet Filius. 337. B.
40 Vnitas in Deo dimanat à dualitate. 413. A.
41 Vnitas non personæ, sed virtutis est communicabilis in diuinis. 413. B.
42 Vnitas realis loci est conditio fundandi in relatione propinquitatis. 635. B.
43 Vnitas formalis distinguitur à numerica aliqualiter. 762. A.
44 Vnitas realis formaliter sumpta diuiditur quasi genus in transcendentem, formalem, & numericam, vt in species. 762. B.
45 De vnitate reali loquendo secundum causam vnitatis, transcendens à formali non distinguitur re ipsa, nec speculatione: formalis à numerica non distinguitur re ipsa, sed speculatione. 763. A. 774. B.
46 Vnitas formalis multiplicatur simul cum natura in singulis individuis 763 B.
47 Vnitates formales plurium graduum essentialium in Petro, similiterque numericæ plures sunt. Ibid. & 785. B.
48 Vnitas numerica comparata cum formali eiusdem gradus, est res vna. 764. A.
49 Vnitas præcisionis quænam sit. 764. B.
50 Vnitas præcisionis est vnitas rationis, & affertur per abstractionem non cogitando plura. Ibid. & 766. A.
51 Vnitas solius naturæ communis propria non est realis. Ibid. Non est realis potentialis, nec est quasi seu secundum quid numerica. 765. B.
52 Vnitate præcisionis vna natura est apta diuidi, hoc est diuisim in multis in esse, ipsa in se etiam cogitando indiuisibilis est. 765. B.
53 Vnitates formales, ex quibus conficitur numerus transcendens, sufficiunt ad numerandas species rerum Ibid.
54 Vnitas præcisionis antecedit intentionem vniuersalis, & notionem reflexam, & sequitur duntaxat naturalem modum intelligendi. 766. A. 769. B.
55 Vltra vnitatem præcisionis est vnitas vniuersalis sequens intentionem vniuersalis, & notionem reflexam. Ibid.
56 Vnum, seu in se indiuisum ratione est re ipsa multa. 771. A.
57 Vnitas præcisionis distinguitur à singularibus vnitas formalis ab alijs naturis specificis. 771. B. 773. B.
58 Vna vnitas formalis non antecedit ante conceptum, sed multæ. 774. A.
59 Ab vno obiecto vnitate præcisionis conceptus specificatur nostro modo intelligendi. Ibidem.
60 Vnitas numerica à formali non distinguitur in angelis. 777. A.
61 Vnum per accidens potest coalescere coniunctione per se. 1018. B.
62 Vnum per se non fit ex solis partibus essentialibus. Ibid. V. Essentia, Existentia.
63 Omnia vnum sunt in diuinis, vbi non obuiat relationis oppositio. 425. 1122. B. 1068. B. 1163. B.
64 Vnitas per se primò sequitur ens. 137. B.
65 Vnitas præcisionis fundatur in similitudine. 1251. A.
66 Vnius, vel vnitatis nomen Deo maximè quadrat. 1306. B.
67 Vnus Deus dicitur, sed non singularis, nec vnicus, nec solitarius, nec confusus, contra Sabellium. 1307.

VOLITIO.

1 Volitio diuina est communicatiua, & circa primum obiectum est naturalis à voluntate, vt voluntas est. 486. 487. A.
2 Volitio originis concomitans est in Deo prioritate rationis antecedens originem. 491. A. 492. 494.
3 Volitio generandi ita est essentialis, & communis, vt non sit notionalis. 493. A. 494.
4 Volitio essentialis, quæ etiam est notionalis non antecedit generationem. 493. A. 497. A.
5 Volitio spirandi non est ipsa spiratio. 494. A.
6 Velle generare, & velle gigni distinguuntur non re ipsa, sed ratione ex obiectis distinctis. 494. B.
7 Velle gigni in Filio ordine rationis consequitur natiuitatem. Ibid.
8 Volitiones Dei liberas diuinæ processiones ordine cognitionis antecedunt. 1400. B.
9 Volitio libera in Deo est ipsa volitio diuina addita sola relatione rationis. 1401. A.
10 Volitiones liberas post diuinas processiones nostro modo intelligendi vna persona alteri communicat non nouam, sed præcedenti communicatione essentiæ naturali. 1400. B. 1401. A.

VOLVNTAS.

1 Voluntas exit in actum secundum producendo terminum, inclinationem scilicèt, & impetum in rem amatam. 121. A. V. Natura.
2 A voluntate, vt a natura, quoties est operatio, non indiget termino producto. 250. A. Secùs quoties est à voluntate, vt liberа. Ibid. & 252. B. Etiam odium liberum est terminus operationis voluntatis, quo propendemus per fugam. 250. B.
3 In voluntatis operatione præter propensionem habitualem requiritur actualis. 253. 273. A.
4 Voluntas impelli, ferrique extra se per fugam dicitur. 269. B. 274. B.
5 Voluntas non in omni actione sua est libera. 421. B.
6 Voluntas non vt libera, sed vt natura est ad vnum destinata. 322. A.
7 Voluntas diuina in actu primo non habet modum naturæ, sed modum appetitus consequentis naturam. 326. B.
8 Cum voluntate diuina per se coniungitur diuina essentia vnitate naturali, non vnitate obiecti, & potentiæ ex parte principij, vt coniungitur cum diuino intellectu. 327. A.
9 In voluntate præter esse naturale, est esse morale, & esse diligibile. 329. B.

10 Voluntas in Deo coincidit cum ipsa natura, & esse naturale est esse diligibile. Ibid.
11 Voluntas mouetur efficienter ab intellectu quoad actus naturales. 378. B. Non sic quoad operationes liberas. 379. A.
12 Voluntarium latè quid sit. 480. Etiam in brutis inuenitur. Ibid.
13 In voluntate diuina ante operationem notionalem est necessitas, & naturalitas, vt operetur. 485. A. 487. A.
14 In voluntate circa actum notionalem non est sola necessitas, & materialitas concomitans, qua vult illum actum esse necessarium, & firmum; nec sola naturalitas concomitans ob coniunctionem ad naturam diuinam. 485. B. 487. A.
15 Voluntas circa proximum obiectum libera non est, sed natura. Ibid.
16 In voluntate inuenitur naturale, & liberum ordine quodam, in operatione voluntatis hæc simul non inueniuntur. 487. B.
17 In voluntate liberum, & naturale non distinguuntur vt res, sed vt causæ. 489. A.
18 Voluntati, etiam vt res est, innatum est, quòd sit causa libera. Ibid.
19 Voluntas vt natura, & vt voluntas, non sunt res distinctæ, sed commune, & proprium. 489. B.
20 Voluntas determinata ad bonum est magis, hoc est perfectius, libera. 490. A.
21 Voluntatis operatio necessaria circa obiectũ necessarium, est necessaria ab eiusmodi obiecto, atque adeò à potentia naturaliter in illud prepensa. 491. A. Non est necessaria ex eo quòd sit infinita. Ibid.
22 Voluntas antecedens libera, & effectrix generationis, in Deo non est. 492. A. 496. A. 496. B.
23 Voluntas concomitans, quæ dicatur. 492. A. 495. B.
24 Voluntas generandi in Deo non est principium determinans intellectum ad generandũ. 493. B.
25 Ante voluntatis operationem intellectus diuinus est determinatus ad verum speculabile; item ad eius cognitionem, ex qua Verbum procedit. Ibid.
26 Voluntas spirandi non determinat se ad spirandum. 494. A.
27 De voluntate, & de volitione, seu complacentia spirandi Spiritus Sanctus procedit. Ibid.

FINIS.

CONIMBRICÆ.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarÿ.

Ex Officina Didaci Gomez de Loureyro Academiæ Typographi. Anno Domini. 1627.

ERRATA

In corpore huius Tomi corrigenda.

FOl.20.n.3.gnauiter, lege grauiter. fol.34. n.9. quæ l.qua. fol.32.n. 4. significare? l. significare. f. 47. n.15 lin.3.ergo,dele. Fol.42.n 12.non fi.l.non fit. fol 202.n,7.lin.3.incussa. l.inconcussa. F.312. n. 6. diuinis,l.diuina. fol.921.n.1.hoc arguunt,l.hoc agunt. fol.541.n.7.neque hausit hic.l.neque auxit se hic. Fol.524.n.21.significatur, l.non significatur.Ibid. n.22.ntem.l.autem. Fol.567.n,23. actus, l.actu. f.595. verum, l.totum. Fol.612.n.9.calorem & bonum, l.calorem vt bonum. Ibid.ille esse, l.illi esset. fol.770. n.29. diuisio,l.decisio. Fol.404.n.22.principium,l.perspicuum. Fol.347.in tit.dicitur l.ducitur. fol.731. n.13.declarandum,l.declaratum. fol.387.n.10. consenserit. l.consensit. Fol.48.in tit.1.partis Imago Tri- nitatis.l.imago Deitatis. fol.172.n.8 talis l.tale. f.736.n.1.Est res distincta,l.non est res distincta.f.1264 n.5.cum hæc non sint.l.cum hæc sint. fol.355.n.7. 2.sent. l.1.sententiæ. f.859.n.11.illud,l.aliud. Fol.898. 1.Cor.l.1. Concl. Fol.1053.n.9. ad esse, l.ad se. Fol.905.n.28. referendi. l.referendæ. Fol.938.n.19.hy- postasis etiam imperfecta, dele etiam imperfecta. Fol.1190.n.5.vtrumq; l.vtcũq;. f.1384.n.9.aptio,l.aptũ.

¶ ERRATA MARGINVM.

¶ Fol.67.n.4.secundum arg.l.Primum. f.81.n.11.Non vicisse.l.conuicisse. fol.77.n.5. probatur expressè,l. probatur 4.expressè. Fol.78.n.6.probatur 1.l.probatur 5.&c. Fol.81.n.9.Tridetos,l.Triditas. f.202.n.7. Eadem,adde res. Fol.213.n.5.amantium, l.amatum. fol.303.n.16. Respond.1. adde,reijciendo hanc po- steriorem opinionem. f.235.n.2.dilectionis,addo ceu qualitatum. f.240.n.1.lin.4.disp.1.l.5. fol.369.n.18. cap.l parte cap. fol.307.n.3.hoc illo & modo. l.hoc & illo modo. fol.323.n.8,ex,dele. f.421.n.4.maioris, l.antecedentis. Fol.420.n.20.amore quod l.qui. f.276. n.12. peruia, l.prævia. f.452.n.1. quæstio procedit de libera,dele. f.455.n.4.parte 2.l.1.& 2.f.511.n,10.hoc 3.arg.l.hoc 5.arg. f.455.n.1. indicatur. l.iudica- tur. f.339.n,5.effecta.l.effectu.modò l.modo.f.309.n.5.& ex eodem,l.ex eodem,&. f.352.n.16 cap.4. l.24. f.684.n.5.ex naiura,l.ex natura rei. f.607.n.9.genus suum,l,genus. f.717.n.6. modis, l.molis. f.729.n.3. errat.l.erat.f.668.n.25.intentione,l.intensione.f.802.n.32. intensione,l.intentione. f.761.n.4.quosdã,dele. fol.842.n.14.cap.11.l.12. f.770.n.10.non nisi l.non sic. fol.907.n.2.sed nat. adde naturis distinctis aduenit. f.1049.n.8.demonstret esse,l.demonstret Deum esse.f.991.n.21.an.l.ante. f.116.n.20.parte.l.Patre. f.956. in tit.sunt.l.sint. f.1016.n.3.Existentia proprie accepta non est ens.l.nõ est ens propriè accepiũ. f.434.n.3. aliud notionale.l essentiale.f.452.n.13.in se ipso,l.in Verbo. f.845.n.11.& earum modi,dele. fol.871.n.15. multiplicabilis,l.non multiplicabilis. f.1110,n.20.vt proprietas. l.& proprietate. f.1158. n.10. 1.sent.l.3. f.869.n.6.tamen de a deo,l.tamen adeo.f 960.n.13.non erit essentia.l.non erit existentia essentiæ f.1308. n.8.diuersa,l.diuisa.f.1213.n.10.Pro vtraque parte,dele.& n.12,conceptum,l.respectum. f.1393.n.6.etiam in ijs,l.etiam ijs. f.938,n.19.hypostasis etiam imperfecta, dele etiam imperfecta. f.952.n.2. existentibus. l.non existentibus, f.1417.n.1.inuisibili,l.visibili. f.1237.n.31.Deum in ipsa,l. in re ipsa. f.736.n.9.spi- ratio actiua est.l.non est. f.740.n.7.vt attributa, l vt in eo exemplo attributa. fol.1076,n.9. Subsistentia. l.substantia. fol.1315. n.19.numeramus, l.nominamus.

Soli Deo honor,& gloria.

PORTVG
D. GRAT.
TOM. I.